BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
16 I
20
M

VALENTINI FORSTERI IVRISCONSVLTI CLARISSIMI

DE HAEREDITATIBVS QVAE AB INTESTATO DEFERVNTVR LIBRI NOVEM.

IN QVIBVS EA QVAE AD SVCCESSIONVM AB INTESTATO MATERIAM PERTINENT, PLENE TRACTANTVR.

Adiecta ſunt Summaria, Indicesq́ tam argumentorum ſeu Capitum, quàm Rerum & verborum locupletiſsimi.

Seorſum excuſi,

De Hiſtoria Iuris Ciuilis Romani, eiuſdem Authoris, Libri tres.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud Ioannem Gymnicum, ſub Monocerote.
Anno M. D. XCIII.
Cum Gratia ac Priuilegio Cæſ. Maieſt. ad ſexennium

13-11.f.35

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO FRIDERICO VVILHELMO, DVCI SAXONIAE, TV- *tori & Adminiſtratori Electoratus Saxoniæ, Marchioni Miſniæ, Landtgrauio Thuringiæ, &c. Domino ſuo clementiſſimo.*

SOCIETAS humana parentum liberorumq; mutua charitate pietateq; inchoata, nouis deinde poſterorum coniugijs dilatata & amplificata, familijs diſtingui cępit. Vnde familiæ gubernatio prima eſt, quæ in Imperio paterno, in re vxoriâ, in dominatu conſiſtit. Hinc paterfamiliâs, materfamiliâs, filiusfamiliâs, dominus, ſeruus. Pater quidem vxori præeſt & liberis, ſed diuerſo Imperij genere, vxori poteſtate ciuili, liberis regio iure, ſeruis dominatu. Proindè multitudine & numero hominum, indies familijs auctis, & neceſsitate ſe diſiungentibus ac ſegregantibus, alijsq; alia loca ad habitandum quærendumq; victum occupantibus, vicinitas quædam orta eſt: ex qua deinde conuenticula hominum & quaſi cõcilia agi cæperunt. Nam hominum genus etiamſi mutuo non indigeret auxilio, coniunctionis tamen cupiditate & communis vtilitatis cauſsâ, naturâ inſtigante ad cætus ſocietatesq; fertur, ac ducitur. Hinc ciuilis ſocietas conſtituta, quæ à familiari diſtat. Nam omnis familia vni paret, & ſolius patrisfamiliâs prudentiâ regitur; Ciuilis autem, liberis hominibus & ęquali iure viuentibus, & magiſtratibus cõtinetur. Ex hac iterum ciuili ſocietate Reſpublicæ prodierunt. Quarum regendarum & adminiſtrandarum rationem in principatu aliquo cõſiſtere neceſſe eſt, ſiue hunc vel vnus aliquis, vel pauci, vel certè multi teneant. Hos quidem omnes ſiue vnus aut pauci aut multi præſunt, ſi omnia ad publicam vtilitatem referunt, obliti commodorum ſuorum, rectè regere, rectaſq; Reſpublicas eſſe, omniũ iudicio affirma-

tur. Sicuti cōtrà ſi à publica vtilitāte diſceditur,& Regia poteſtas,in tyrannidem,Optimatum imperium, in Oligarchiam, Politia in Democratiam vertitur & mutatur, rectæ reſpublicæ nōn ſunt.Quia verò eiuſmodi mutationes conuerſioneſq; facilimè eueniunt,omnium optima habita eſt ea,Cicerone teſte,quæ ex tribus generibus illis, regali optimo & populari cōfuſa modicè, nec puniendo irritet animum immanem & ferum; nec omnia prætermittendo,licentia ciues deteriores reddat. Vt in fidibus ac tibijs atq; cantu ipſo,ac vocibus, concentus eſt quidam tenendus ex diſtinctis ſonis, quem immutatum ac diſcrepantem aures eruditæ ferre non poſſunt, iſq; concentus ex diſsimilimarum vocum moderatione, cōcors tamen efficitur & congruus. Sic ex ſummis & infimis & medijs interiectis ordinibus,vt ſonis, moderata ratione ciuitas conſenſu diſsimilimorum concinit,& quæ harmonia in muſicis dicitur,ea in ciuitate eſt concordia, arctiſsimum atq; optimum omni in Republica vinculum incolumitatis,quæ ſine iuſtitia nullo pacto eſſe poteſt: Ad quam formam & ſimilitudinem quæ ex omnibus mixta & temperata eſt, veteres Romanos ab initio ſuam cōſtituiſſe & deſignaſſe Rempublicam,omniū eſt opinionum conſenſus. In qua adminiſtratione vſq; ad Iulium Cæſarem,qui primus imperium inuaſit, ita excelluerunt ſapientia & magnitudine animi,ac rerum geſtarum gloriâ,vt cæteras ante ſe omnes ſuperarint & vicerint Reſpublicas longiſſimè. Nam ſi finem Rerum publicarum,publicam nempe vtilitatem ac publicum bonū reſpiciamus, quàm magno vehementi & aſsiduo ſtudio, ſummoque conatu,& incredibili animo,ad Imperij ac populi Romani incolumitatem, ſalutem & maieſtatem parandā,cōſeruandam, defendendam & amplificandam omnes publicè priuatimq; incubuerint,ac intenderint,hiſtoria Romana teſtatur,indè etiam SenatusConſultum vt imperium populi Romani maieſtaſq; conſeruaretur, item; Videant Conſules ne quid Reſpublica detrimenti capiat.Quemadmodum enim ad amicitiam iuſtam veramq; pertinet,neque eſt vllum certius amicitiæ vinculum, quam conſenſus & ſocietas conſiliorum & voluntatum. Ita quoq; in Ciuili

ami-

amicitia, cõcordia maximè requiritur, & cõcordes ſunt, cùm de ijs quæ publicè expediunt vnũ ſentiunt, eademq́; conſilia capiunt, & quæ communi conſenſu fuerint approbata exequuntur ac tranſigunt. Verſatur enim concordia ciuilis in ijs quæ Reipublicæ conducunt, quæq́; ad communem omnium ſingulorumq́; vtilitatem, pacem & tranquillitatem pertinent ac redundant. Ineſt etiam in ijs viris qui ſecum ipſi concordant, & inter ſe & de ijſdem rebus ſalutaribus; neq; inſtar Euripi fluunt & refluunt, vt Euripides inquit, [illegible].

Quia verò præcipua pars Reipublicæ in magiſtratu cõſiſtit, gerit enim hic perſonam ciuitatis, eiuſq́; dignitatem & decus ſuſtinet, cuius officium & munus eſt, vt præſit præſcribatq́; recta & vtilia & coniuncta cum legibus. Vt enim magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus, vereque, vt Cicero inquit, dici poteſt magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum magiſtratum. In hac quoq; parte conſtituendorum magiſtratuum neceſſariorum, & deligendis optimis viris, eorumq́; potentiâ quaſi cancellis incluſa, præ cæteris alijs Rebuſpublicis ſummâ vſi ſunt ſapientiâ, prudentiâ, grauitate & ſeueritate.

Initiò, magiſtratus in duo ſumma genera diſtinxerunt, vt quidam populi Romani, quidam municipatus; illorum alij ciuiles, alij militares, Ciuiles iterum alij vrbani, alij Prouinciales; Et vtriq; quidam cum imperio & poteſtate, quidam ſine imperio eſſent. Quanta porrò ſeueritate & diſciplinâ cauerint, ne qui magiſtratus gererent, licentia & poteſtate abuterentur, præſcriptoſq́; fines non excederent, ex pluribus legibus, Plebiſcitis & Senatuſconſultis; quibus poteſtas ipſorũ coarctata fuit, conſtat. P. Valerius is, qui cum L. Bruto poſt reges exactos, conſul factus eſt, ad terrorem increſcentis audaciæ, legẽ promulgauit, vt à quocunq; magiſtratu ad populum prouocandi cuiuis poteſtas foret, quæ deinde à Duillo innouata; Vt qui magiſtratum ſublata prouocatione creaſſet, tergo & capite lueret, quæ prouocationis lex ſæpius pòſt repetita fuit. Ita de ambitu: Ne quis eundem honorem bis ambiat; ne intra annos decem eandem poteſtatem gerere li-

çeat: Sic quoq; lex repetundarum lata, quâ tenentur qui in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere miniſterióve publico, ob iudicādum vel non iudicandum, decernendúmve pecuniam acceperint. Item; Ne ob iudicem arbitrúmve dandum, néve ob non dandum; néve ob hominē in vincula publica conijciendum, vinciendum, vinciri iubendum, exúe vinculis dimittendum, néve quis ob hominem cōdemnandum, abſoluendúmve, néve ob litem æſtimandam iudiciumq; capitis puniæúe faciendum, vel nō faciendum, ne ob militem legendum mittendúmve, néve ob ſententiam in ſenatu conſilióve dicendā, pecuniam accipiat, vel quo magis aut minus quid ex officio ſuo faciat, vtq; vrbani magiſtratus ab omni ſorde ſe abſtineant; Vt qui magiſtratu abierint, apud Centores edant & exponant quid in magiſtratu geſſerint, deq; ijs Cenſores præiudicent.

Deniq; cùm ius ſit vnum illud, quo deuincta & humana ſocietas, cuius initium à natura ducitur, huius quidem ſententia Romanis ſecundo loco habita fuit ſemper ſecūdaſq́ue partes tenuit: In qua quid præſtiterint Romani res ipſa loquitur, ac quotidianus vſus teſtatur. Id ſanè certū eſt, in toto terrarum orbe omnibuſq́; regnis & Imperijs ſolū ius ciuile Romanum ob ſummā naturalem æquitatē & æquabilitatem principē locum obtinere, & hominum generi vniuerſo maximè ſalutare eſſe ac exiſtere. Cùm itaq; totam iuris Ciuilis ſcientiam, quantùm humana ratio aſſequi & quouſq; ea progredi potuit, non modò tractàrint, ſed ferè integram abſolutamq; propoſuerint. Inter reliquas quoque iuris partes, ſucceſſionum quibus hæreditatem ab inteſtato conſequimur, rationem habuerunt maximam. Nam cùm ſempiterna & immota naturę ratio, quaſi tacita quædam Lex, liberis parentum hæreditatem addicat, parentes quoque ipſi inſtigante naturá & propellente, ad liberorum educationem incitentur, ac omne ſuum ſtudium, omnemq́ue eò conferant & ponant laborem, vt liberis proſpectum ſit quàm longiſſimè. Nec vlla vnquàm tàm barbara, nec tàm inculta fuit gens, quæ ius hæreditatum ignoraret & propinquorum bona in proximum transferri debere, non agnoſceret. In hac

quidem

quidem parte Romani laborarunt, plurimum, donec tandem conſtans quoddam & naturæ ac rationi congruum & conſentaneum ius proponerent. Exoriente quidem Republicâ Romanâ tenuia & valdè coanguſtata fuerunt huius Iuris de Succeſſionibus initia. Nam Romulus mulierem nuptam quæ iuxta ſacratas leges conueniſſet cum viro, ei participem eſſe poſſeſſionum & ſacrorum omnium voluit: hoc eſt, vxor pudica & ſemper viro obſequens, æquè ac ille domus erat domina, & in eius defuncti bona ſuccedebat hæres, ſicut parentis filia ex aſſe quidem, ſi liberis carens ac inteſtatus decederet, quod ſi prolem haberet, ex æquo cum liberis. Succedebant igitur tum æqualiter liberi, nullo habito diſcrimine, nullâ differentiâ ſexus. Prætereà priſcis illis temporibus nihil omninò proprium, nihil peculiare viuente patre, filij habebant. Nam omnem ſimul poteſtatem Romulus patri dedit in filium; idque toto vitæ tempore: ſiue in carcerem mittere, ſiue flagris cædere, ſiue vinctum ablegare, ad ruſticas operas, ſiue enecare libeat, etiamſi filius teneat Rempublicam, etiamſi magiſtratus gerat maximos, etiamſi liberalitatis laudem publicè ſit promeritus. Deindè Legibus XII. Tabularum diſtinctio hæredum, vt quidam ſui eſſent, quidam extranei, facta eſt: ac additum diſcrimen inter eos liberos qui patriæ ſubdebantur poteſtati, ac alios qui eam egreſſi erant. Hoc igitur iure primi ex ordine deſcendentium ad hæreditatem vocati ſunt hi, qui in iure Romano ſui hæredes vocantur. Duæ igitur ſolummodò perſonæ ab inteſtato ſuccedebant. Suus nempè vel is qui ſui locum occupabat, vel his deficientibus agnatus proximior. Quod ſi tempore mortis defuncti, neque ſuus, neque poſt ſuum agnatus extaret, fiſco locus fiebat, aperiebaturque. Quia verò emancipati, patriam poteſtatem egreſſi, in ſuorum numero non erant; ac ex legis XII. Tabul. aſperitate, ab omni ſucceſſione arcebantur, pellebanturq;: Prætor ius ſanguinis potius, quàm inuenticium ſuorum & Emancipatorum diſcrimen reſpiciens, emancipatis ſubuenit: ac per Bonorũ poſſeſſionem vnde liberi, ad hæreditatem eos admiſit: neq; tãtùm emancipatos, verùm hos quoq; qui ex emancipatis nati

 ſunt,

ſunt, & generaliter omnes qui ad bonorũ poſſeſſionem contra Tabulas admittuntur.

Quam Prætorij juris æquitatem retinuerunt & ſecuti ſunt Imperatores, Diocletianus, Maximinus, & Conſtantinus. Vocàrunt vero hi vnà cum Prætore emancipatos tum, ſi conferrent & bona ſua quæſita cum ſuis hæredibus communicarent. Hoc Prætorium ius ſubſecuta eſt ſenatus authoritas. Cùm enim legis x I I. Tab. rigore & duricie matres filios in poteſtate non haberent, ſenatuſconſulto Orphitiano rigor hic legis x I I. Tab. ſublatus fuit: ac conſulto ſenatu conclusum, vt filij ad hæreditatem matris ab inteſtato vita functæ venirent. Poſt hoc Senatuſ-Conſultum Theodoſius & Arcadius Impp. ſimiliter ad hanc ſucceſſionem aliquid attulerunt. Lex enim x I I. Tabul. omnes qui neq; ſuorum nomen habebant, neque agnati erant, non agnoſcebat in ſucceſſionibus, neq; à Prętore, etiam per bonorum poſſeſſionem vnde liberi admittebantur, ſed ea tantùm vnde cognati, quia hóſce ſolùm vocabat Prætor: qui niſi capite deminuti vel ipſi, vel parẽtes eorum eſſent, aut alio ſaltem caſu ſui futuri erant; Item eos qui, etſi ſui hæredis locum nunquam tenuerant, tenere tamen poterant, cùm per cõtinuam maſculorum ſeriem defuncto coniuncti eſſent. Qui igitur ex fœminis deſcendebant, nullo caſu hæredis locum tenere poterant, Chriſtiani itaque principes Theodoſius & Arcadius, circa annum Chriſti 437. tantam contra ſexum fœmineum iniuriam inferri, & decem viralibus legibus decretam amplius peruagari paſſi non ſunt. Conſtituerunt igitur hi, quod ſi defunctus, cuiuſcunq; ſexus aut numeri reliquerit filios, & ex filia defuncta cuiuſcunq; ſexus aut numeri nepotes: nepotes ei⁹ partis quã defuncti ſuperſtes fratri, inter fratres ſuos fuiſſet habitura, duas partes conſequantur, nepotes ex eadem filia: tertia pars fratribus ſororibúſve eius, id eſt, filijs filiabúſve eius de cuius bonis agitur, auunculis ſcilicet ſiue materteris eorum accreſcat. Deinde Iuſtinianus, anno Chriſti 528. anno Imperij 2. deſcendentes cuiuſcunq; ſexus fuerint, ſine omni detractione ad hęreditatẽ parentũ vocat. Tandẽ anno Chriſti 543. Imperij 17. generalẽ conſtitutionem edidit, quã & veteris iuris,

iuris, mediæq; Iuriſprudentiæ differentias omnes circa ſucceſsiones ſuſtulit; primamq; eſſe cauſam deſcendentium ſanciuit, nullo habito reſpectu neq; ſexus, neq; conditionis, neq; gradus: hoc eſt ſiue ex maſculorum ſint genere, ſiue ex fœminarum, ſiue ſuę poteſtatis, ſiue emancipati: Hæc quidē exempli loco adferre volui: Quid in reliquis ordinibus obſeruatū fuerit vetuſto iure vſq; ad Iuſtiniani conſtitutionē, quid paulatim additū, quid auctū, ſuis ſemper locis dicetur. De his igitur ſucceſsionib. ab inteſtato ante multos annos iuuenis adhuc commētarium ſcripſi; quem deinde in lucem emiſi, cuius cōmentarij cùm nulla amplius venalia extent exēplaria, & plurimū deſiderentur à pleriſq;, multorū eruditorū virorū conſilio, hortatu & authoritate, typographis quoq; vehemēter vrgētibus, ad reuidēdum eum & augendū, quantumuis multis magniſq; occupationibus diſtrictus, me cōtuli. In quo quid præſtiterim, aliorū erit iudicium. Id ſanè effeci, vt duplo auctior ſit: in quo volui oſtendere poſteriores meditationes à prioribus, maturiores à iuuenilib. quantū diſtarent. Hunc itaq; cōmentarium tribus prioribus libris nō tam auctū, quàm prorſus nouum, ſub veſtræ Celſitudinis auſpicio & patrocinio in lucem proferre, Veſtræq; Celſitudini nuncupare & cōſecrare volui. Induxit me eò quotidiana & aſsidua cogitatio, quòd in poſtrema hac mundi ſenectà, Deus ſingulari bonitate & miſericordià per illuſtriſsimam familiam Electorum & Ducum Saxonię, linguarum eruditarum, Philoſophię ſincerę & omnium ſcientiarum ſtudia, omnem deniq; optimarum rerū cognitionē, diſpulſis ſublatiſq; ſuperiorum temporū tenebris & caligine, quibus inuoluta & obſcurata erant, iterum in lucē euocauit, & ſplendori ſuo reſtituit: quæ ſtudia nunc omni luce clariora, in Chriſtiano orbe diffundūtur & lōgè lateq; ſparguntur. Quæ quidē cogitatio, animos bonorū virorum meritò cōmouet & perſtringit. Si enim perniciosè merentur de republica vitioſi principes, & deteſtandi ſunt, quod non ſolùm vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem, neq; ſolum obſunt, quòd illi ipſi corrumpūtur; ſed etiam quòd corrumpunt: pluſq; exemplo quā peccato nocent, vt Cicero inquit. Ita cōtra quoq; opti-

optimè merētur de Repub. optimi principes, & perpetuò laudandi ac ſuſpiciendi ſunt ab omnibus ſumma cum admiratione, qui non tantùm ipſi ſcientiarum pietatiſque ſtudia amplectūtur & diligunt, ſuoq; exemplo aliàs incitant; ſed eò magis, ſi in hoc vnicè incumbūt, vt ſtudia hæc latiſſimè propagentur, totiq; hominum generi cōmunicentur: quę in re & ſibi & omnib. totiq; Reipub. Chriſtianæ proſunt. Incitàrunt me inſuper domeſtica exempla meorum parentum, qui Illuſtriſſimis Electoribus & Ducib. Saxoniæ debita ac ſubmiſſa ſua, quantâ potuerunt diligētia & fide, ſemper exhibuerunt ſeruitia: ac poſtremò etiam pater meus, qui è Lipſenſi Academia, vbi ſtudijs vacauit, in aulam receptus, duorum illuſtriſſimorum & ſapientiſſimorum Electorum D. Friderici & D. Ioannis in præfectura Vitebergenſi quæſtor factus eſt: Quibus laudatiſſimæ memoriæ Electorib. vita euocatis relicta quæſtura, ſub tribus Electoribus ſequentibus D. Ioanne Friderico. D. Mauritio & D. Auguſto Vitebergæ iudicis officio functus, in eodem munere obijt. Hæc inquam exempla meorum plurimum me quoq; cōmouent. Quum autem aliquam mihi aliquando occaſionem offerri optauerim ſemper, quâ occultam hactenus & latētem in animo meo obſeruātiam declarārem, quam nunc adeptus minimè hanc pretermittendam vel negligendam putaui. Munus quidem tenue eſt ac exiguum, Veſtræq; Celſitudinis ſplēdore indignum; ſed cū maius ex tenuitate ac ſtudiosâ vita meâ proficiſci nō poſſit, hac qualicunq; tamen ſignificatione, animi obſeruantiſſimi indiciū & teſtificationē oſtendere volui: Quam meā voluntatē veſtra Celſit. vt benigno ſerenoq; animo reſpiciat, ſubmiſsè peto. Precor quoq; Deum æternum patrē Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt veſtram Celſit. totamq; Illuſtriſſimā familiam Saxonicā, ad ſalutē patrię & totius Reip. Chriſtianę emolumentum diutiſsimè incolumem conſervet & tueatur. Vormatiæ die XXII. Febr. Anno Domini M. D. XCIIII.

V. Celſitud.

Obſequentiſsimus & addictiſsimus

Valentinus Forſterus Iureconſ.

AD

CLARISS. IVRECONSVLTVM
VALENTINVM FORSTERVM
PATREM SVVM

Tractatum de Succeſsionibus
edentem.

VT natis genitor proſpiciat ſuis,
Id natura duplex conſtituit puto,
Quin id ius etiam præcipit, ordine
Quo ſucceditur alteri.
Dum nobis igitur tu quoq; proſpicis,
Quod natura duplex conſtituit, facis,
Et quod ius etiam præcipit, ordine
Quo ſucceditur alteri.
Iccircò ſoboli diuitijs ſua
Immenſis alij prouideant licet,
Hoc nos non cupimus, tutè tuis modò
Laudem pergito quærere.
Quin hoc ô genitor iam facis, optima
Colluſtrans methodo difficilem nimis
Illam materiem, quiſquis vt alteri
Succedat benè, quæ docet.
Colluſtras methodo materiem bona,
Affirmansq; negansq; & rationibus
Adductis, reÿcis ſæpius alteram,
Deinquid tu ſtatuas, doces.
Ergò quòd facilem ex difficili facis
Hac vtens methodo, quin ſimul optimis
Id verbis etiam conficiens, tuum
Nomen Muſa vetat mori.

Valentinus Guilielmus Forſterus
Marpurgenſis. LL. ſtudioſus.

INDEX ARGVMENTORVM SEV CAPITVM, QVAE HABENTVR IN HISCE NOVEM LIBRIS, DE SVCCESSIONIBVS.

LIB. I.

CAPVT I.

VERBVM Succedere eſt polyſemon.pag. 1.
2 Quid ſit ſucceßio. 2
3 Succeßio quare dicatur acquiſitio, cùm tamè filiorum ſuorũ heredũ in ſucceßione pręcipua cauſa ſit: & hi dicãtur non acquirere, ſed retinere, nõ adire, ſed ſe immiſcere, non repudiare, ſed abſtinere, non expilare, ſed amouere hereditatem. 3
4 Diuiſio ſucceßionis. Prima à cauſa efficiente. 5
5 Differentia inter ciuilem & Prætoriam ſucceßionem. 5
6 In quibus ſucceßio ciuilis & prætoria conueniant. 10
7 Secunda diuiſio ſucceßionis. 15
8 Duobus prȩcedentibus generibus, ſucceßioni nempe ab inteſtato, & ex teſtamento, an tertium genus rectè adyciatur, nempè ſucceßio contra teſtamentum, quod plerią; affirmarunt, auctor improbat. 16
9 Succeßionem contra teſtamentum, non tam ad inteſtati pertinere, quàm ad cauſam teſtati. 18
10 Refutata opinio Reuerendißimi Didaci Couarruuias, & aliorum: & explicatus §. ſed ne articulum. l. cùm in adoptiuis. C. de adoptionibus. 20
11 An emancipatus filius reſciſſo teſtamento per bonorum poſſeßionem contra tabulas, ſuccedat per bonorum poßeßionẽ, vnde liberi. 23
12 Succeßio ciuilis ab inteſtato, quomodo diſtet ac ſeparetur à ſucceßione ex teſtamento. 24
13 Differentia ſecunda inter ſucceßionem ab inteſtato, & ex teſtamento. 25
14 Circa hanc ſecundam differentiam dubitatum eſt: quia ſucceßio ab inteſtato dicitur legalis alienatio, prout noſtri loquuntur, an prohibitione facta à teſtatore, ne res extra familiam alienetur, comprehendatur ſucceßio ab inteſtato. 25
15 Tertia differentia ſucceßionis ab inteſtato, & ex teſtamento. 28
16 Explicatio antinomia inter Vlpianum in l. lege obuenire. ff. de verbor. ſignific. & Paulum in l. 3. §. de illo. ff. pro ſocio. 30
17 Forſteri opinio in hac multiplici ſententiarum diuerſitate. 33
18 Explicatur locus Pauli ſub l. 3. §. de illo. ff. pro ſocio. & oſtenſum Paulum ab Vlpiano non dißidere. 36
19 Quarta differentia ſucceßionis ex teſtamento, & ab inteſtato: vbi explicatur inſignis antinomia inter Vlpianum & Tryphoninum. 39
20 Exceptiones ad ſuperiorem differentiam, de pugna teſtati & inteſtati: nempè in milite, in pia cauſa, in teſtamento inter liberos, in codicillis non facto teſtamento, in querela inofficioſi. 41
21 Exceptio ſexta in querela inofficioſi teſtamenti: vbi declaratur differentia inter exhæredationem & præteritionem: & refutatur error cuiuſdam ſummi viri. 43
22 Explicata & refutata opinio Fernandi Vaſquij, qua aſſerit, reſciſſo, eneruatoą; teſtamento ex cauſa exhæredationis vel præteritionis, quoad inſtitutiones, ſucceßionem redigi ad cauſam inteſtati, nec poſſe dici teſtatorem pro parte teſtatum, pro parte inteſtatum decedere. 45
23 Succeßio ex imperfecto teſtamento paterno inter liberos, an teſtamentaria ſit, vel ad inteſtati cauſam pertineat. In qua quæſtione, contra veteres & recentiores, oſtenditur verus intellectus l. filij. & l. ſi. C. famil. erciſ. 47
24 Hiſtoria iuris de teſtamento imperfecto inter liberos, vbi oſtenditur, in quibus à teſtamento perfecto diſcedat, & oſtenduntur iuris antiqui in teſtamentis perfectis ſolennitates: ac imprimis de verbis ciuilibus & directis: denią;, mutatio iuris circa teſtamenta paterna. 49
25 Poſtrema exceptio ad dictam regulam iuris, quòd iura nõ patiantur aliquem pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum decedere, verſatur circa bona in diuerſis territorijs ſita. 55
26 Quarta principalis differentia ſucceßionis ex teſtamento, & ab inteſtato. 56
27 Quinta principalis differentia ſucceßionis ex teſtamento, & ab inteſtato. 56
28 Sexta principalis differentia ſucceßionis ab inteſtato, et ex teſtamento. 57
29 Septima differentia. 57
30 Octaua differentia ſucceßionis ex teſtamento, & ab inteſtato. 57
31 Nona differentia ſucceßionis ex teſtamẽto, & ab inteſtato. 59
32 Decima differentia ſucceßionis ex teſtamento, & ab inteſtato. 59
33 Vndecima differentia ſucceßionis ex teſtamento, & ab inteſtato. 59
34 Quamuis cauſa teſtati & inteſtati plurimum inter ſe diſcrepent, & cauſa teſtati priore loco habeatur: attamẽ cauſa teſtati ex ſucceßione ab inteſtato quandoą; dependet. 60
35 Tertia principalis diuiſio ſucceßionis. 62
36 De aſſe & eius partibus, quoad teſtamentariam rem. 63

NIHIL HIC DEEST.

39 An in corpore, certaą; re ſuccedens ſucceſſor vniuerſalis, vel hæres dici debeat, an legatarius: et ſi hæres ſit, an propriè dicatur hæres. 65
40 An legata & fideicommiſſa pertineant ad ſucceßionem vniuerſalem, & pro parte hæreditatis, ac explicatur definitio legati. 67
41 Differentia inter hæreditatem & legata: & conſecutiuè inter ſucceſſorem vniuerſalem & legatarium. 69
42 Emptor hæreditatis an debeat haberi pro ſucceſſore vniuerſali, an verò ſit vice hæredis, vel loco ſingularum rerũ ſucceſſoris. 73
43 Fideicommiſſarius vniuerſalis an hæres vel ſucceſſor vniuerſalis dici poßit. 76

44 Quarta diuiſio ſucceſſionis. Succeſſio quædam eſt vniuerſalis, quædam ſingularis. 78
45 Quæ ſint differentiæ inter ſucceſſionem vniuerſalem & ſingularem, vel quibus modis ſucceſſor vniuerſalis à ſingulari ſeparetur. 78
46 Succeſſorum appellatione indefinitè prolata, vniuerſalesve an ſingulares vel particulares ſucceſſores contineantur. 85

LIBRI II.

CAPVT I.

Quid ſit hæreditas. 89
2 Hæreditatis appellatione, inſuper ipſum ſuccedens defuncto, & hunc repræſentans contineatur, an rebus ipſis hæreditariis attribui debeat. 89
3 Alciati opinio diuerſum aſſerentis refutata. 92
4 Hæreditas quandiu dicatur. 95
5 Diuiſiones hæreditatis. 99
6 Tertia diuiſio hæreditatis. 103
7 Quarta diuiſio hæreditatis, quæ propriè pertinet ad non aditam hæreditatem. 105
8 An in ſuis hæredibus iaceat hæreditas. 106
9 Effectus hæreditatis iacentis. 107
10 Dubitatum quæſitumque eſt, iacente hæreditate præſcriptio inchoari nec ne poſſit. 109
11 Quinta diuiſio hæreditatis. 110
12 Sexta diuiſio. 113
13 Septima diuiſio. 115
14 Quæ ſit differentia inter hæreditatem, & bona, vel res. 116.
15 De hæredibus eorumque multiplici diſcrimine. 118
16 Prima diuiſio. 118
17 Subdiuiſiones hæredum teſtamentariorum. 118
18 Secunda ſubdiuiſio hæredum teſtamentariorum. 119
19 Tertia diuiſio antiqui iuris, nunc verò conſtitutionibus Impp. abrogata. 126
20 Quarta diuiſio hæredum teſtamentariorum. 127
21 Quinta diuiſio hæredum ex teſtamento. 128
22 Diuiſiones communes vtrique hæredibus. 129
23 Quæſitum eſt, an appellatio hæredum in dubio reſtringatur & coarctetur ad hæredes ſanguinis, an ad extraneos quoque pertineat. 130
24 Poſſeſſio bonorum quid ſit. 135
25 Diuiſio bonorum poſſeſſionis. 136
26 Communis opinio, qua adſeritur, duplicem eſſe bonorum poſſeſſionem, Edictalem & Decretalem, refutata. 137.
27 Bonorũ poſſeſſio quare à Prætore introducta ſit, & in quibus ius Prætor emendet ac impugnet, tam in ſucceſſione ab inteſtato, quàm ex teſtamento. Item quibus caſibus ius ciuile confirmet. 138
28 Emendatio Prætoris ad ius ciuile in cauſa teſtati: & ſimplex explanatio difficillimæ legis Gallus. ff. de liberis, & poſthumis hæred. inſtitu. reiectis aliorum interpretum obſcuris diſputationibus. 139
29 Bonorum poſſeſſores hæredesne ſint, an hæredum loco habeantur, hoc eſt, hæredumne appellatione veniant bonorum poſſeſſores, an verò differant. 143
30 Quas habeant vtilitates. 145

LIBRI III.

CAPVT I.

Quæ ſit ſignificatio appellationis ab inteſtato. 146
2 Inteſtatus & inteſtabilis quomodo differant. 150
3 Inteſtatus quis propriè dicatur. 151
4 An pupillus, itemque furioſus, inteſtati dicantur. 152.
5 Prima diuiſio ſucceſſionis ab inteſtato. 155
6 Succeſſio ab inteſtato, alia eſt linearum, alia graduum, quid ſit cognatio, conſanguinitas, itemque linea. 156.
7 In ſucceſſione ab inteſtato quotuplices ſint ordines vel lineæ, tam veteri, quàm nouo iure. 160
8 Tres ordines ſuccedendi quomodo inter ſe diſtent. 161.
9 An nouiſſimo iure cognati exemplo agnatorum, vſque ad decimum gradum ſuccedant. 163
10 Sublata omni differentia agnatorum cognatorumque, an agnati & cognati nouiſſimo iure in infinitum ſuccedant, exemplo deſcendentium & aſcendentium. 165
11 Subdiuiſio linearum vel ordinum in lineam paternam & maternam. 105
12 Subdiuiſio ſecunda lineæ, vel ordinis quædam eſt maſculina, quædam fœminina, & harum differentia. 167
13 Quia iure feudorum, itemque Italiæ & aliorum locorum ſtatutis, quandoque etiam renunciatione iurata, fœminæ à ſucceſſione ab inteſtato arcentur axiomata generalia. 171.
14 Linea fœminina ſemel excluſa, an perpetuò maneat excluſa. 173
15 Ampliatio ad præcedens axioma. 174
16 Ampliatio ſecunda. 177
17 Appellatio maſculorum in materia excludente fœminas à ſucceſſione, intelligitur de maſculis ex linea maſculina deſcendentibus. 181
18 Quoties ius maſculos fœminis anteponit, maſculorum appellatione fœminæ non comprehenduntur. 183
19 Feudum conceſſum alicui pro ſe & hæredibus maſculis, & fœminis; intelligitur conceſſum ordine ſucceſſiuo. 183.
20 Conceſſio feudi vel emphyteuſis certa linea facta finita linea finitur conceſſio: & ſimul explicantur coniunctæ quæſtiones, præſertim in cauſa meliorationum. 191
21 Deficere linea quando dicatur. 197
22 Defecta vel finita linea, an dominus alios agnatos petentes inueſtituram, admittere debeat. 200
23 Axiomata generalia de ſignificatione lineæ cognationis in cauſa ſucceſſionis. 200
24 Enumeratio quorundam appellationum, quæ pro ſubiecta materia ſolam lineam maſculinam inferunt. 205
25 Familiæ appellatio, an ſolis maſculis conueniat, an etiam fœminas comprehendat. 208
26 Quid ſit gradus cognationis. 213
27 Quot ſint genera graduum. 214
28 Qua ratione gradus computentur. 215
29 Secunda diuiſio cognationis quoad gradus. 219
30 Axiomata circa ſucceſſionem graduum tam in cauſa teſtati, quàm inteſtati. 218
31 De collectiuè vocatis. 223
32 De his qui copulatiuè vocantur. 236
33 De clauſula: Salua gradus prærogatiua, &, vt ordine ſucceſſiuo ſuccedant. 229
34 Tertia ſucceſſionis ab inteſtato diuiſio. 231
35 Quarta diuiſio ſucceſſionis ab inteſtato. 232
36 Diuiſio quinta ſucceſſionis ab inteſtato. 232

LIBRI IV.

CAPVT I.

Deſcendentium appellatio quid ſignificet, & quatenus ſe extendat: & axiomata de deſcendentium ordine in cauſa ſucceſſionis, tam ab inteſtato, quàm facto teſtamento. 233.

2 Libe-

2 Liberorum appellatione qui contineantur: vbi oſtenſum eſt, liberorum appellationem non ſemper eandem ſignificationem habuiſſe in iure noſtro 240
3 In cauſa teſtati liberorum nomen quomodo accipiatur, cõcluſiones aliquot. 242
4 Liberi in quotuplici differentiá reperiantur, vetuſto Romanorum inſtituto, moribusq́;. 246
5 Liberi in quotupliti ſint differentia noſtro nũc ſeculo. 247
6 Nomen filiorum quomodo in iure noſtro accipiatur. 243
7 De probatione filiationis. 251
8 De probatione filiationis probabili, qua fit per cohabitationem. 252
9 De probatione coniecturali, qua quis filius eſſe colligitur. 257.
10 Quia dictum eſt cohabitatione, tractatione, aliisq́; cõiecturis probatis, in quaſi poſſeſſione filiationis quem conſtitui: videndum eſt hoc caſu probationis onus cui incumbat, aut iniungendum ſit. 262
11 Filiatio vtrum poſſit praeſcribi. 265
12 Hiſtoria veteris iuris Romani in ſucceſſionibus, qua ab inteſtato deferuntur in deſcendentium ordine. 265
13 De ſucceſſione liberorum naturalium & legitimorũ. 268
14 Nepotes cum patruis, quomodo in hereditatem aui vocentur. 270
15 Quando ſoli nepotes neptesve ex diuerſis filiis exiſtũt, quomodo hi in aui hereditatem auocentur. 237
16 De ſucceſſione liberorum, qui ex vno quidem patre, diuerſa verò matre, vel econtrà nati ſunt. 273
17 In dote, donatione ante nuptias, ſi matrimonium ſolutũ ſit per diuortium, liberi quomodo parentibus ſuccedant. 274
18 Quid ſi ex vno patre, diuerſis verò matribus liberi extent, & contingat patrem facultatibus labi, praeferendi ne erũt in dote, lucrisq́; nuptialibus aliqui, an pro rata omnes concurrere debebunt. 276
19 Repraeſentatio quid ſit, & quo iure fuerit introducta. 277
20 Liberi, qui iure repraeſentationis ſuccedunt, an ex ſua propria, an vero patris perſona ſuccedant, hoc eſt, an vere, an fictione quadam iuris. 278
21 In ſucceſſione ab inteſtato, quando locum habeat repraeſentatio. 281
22 Caſus, in quibus ius repraeſentationis locum non habet. 286
23 Caſus, in quibus liberi à parẽtum ſucceſſione pelluntur & arcentur. 280
24 Quaeſtiones aliquot circa hãc ſucceſſionẽ liberorum. 302

LIBRI V.

CAPVT I.

Liberi ciuiles vel legitimi, aut adoptiui qui dicantur. 312
2 Adoptiui filii quomodo ſuccedant patri adoptanti vel adoptiuo. 313
3 Filius adoptatus ab aſcendente ſuo, tam paterno quàm materno, veluti auo, proauo, quomodo his ſuccedat. 315
4 Arrogati quomodo ſuccedant. 317
5 Ad feudi ſucceſſionem num adoptiui admittantur. 317
6 Quibus praetereà rebus adoptiui, iuſtorum filiorum, iure vtantur. 318
7 Quibus caſibus ſuperentur à filiis iuſtis, hoc eſt, ex matrimonio legitimo ſuſceptis. 319

LIBRI VI.

CAPVT I.

Liberi extra coniugium nati, in quotuplici reperiãtur differentia. 322
2 De naturalibus liberis vel mediis. 324
3 Quo iure concubinatus ſit permiſſus. 324
4 Concubinatum iure ciuili permiſſum, nec Iuſtiniani conſtitutionibus ſublatum eſſe, quod plurimi putarunt. 324
5 Falſam eſſe quoque communem opinionem, qua adſeritur Pontificio iure concubinatum ſublatum. 325
6 Concubinae vocabulum explicatum. 327
7 Quae requirantur ad concubinatum, hoc eſt, quae propriè dicatur concubina. 327
8 Hiſtoria ſucceſſionis naturalium in bona patrum ante tempora Iuſtiniani, in qua explicatur Antinomia quaedam, & Alciati diſſolutio notatur. 328
9 In cauſa teſtati quid iuris habeant. 331
10 De ſucceſſione ab inteſtato in bona patris naturalis. 332.
11 Naturales filii quomodo ſuccedant matri. 334
12 Quid iuris in ſucceſſione feudorum naturales habeant. 335.
13 Filii naturales an in aliis quibuſdam negotiis, quàm ſucceſſionibus iure filiorum iuſtorum, vtantur, & in quibus rebus ab iiſdem ſuperentur. 335
14 Appellatio filiorum in teſtamento purè facta, an complectatur naturales, aliter quàm antea ab aliis tractata quaeſtio. 336
15 An naturales filii in cauſa ſint, vt conditio ſi ſine filiis deceſſerit, deficiat, & an hi ſubſtitutum excludant, repudiata quorundam ſummorum virorum ſententia. 338.
16 Quia Vlpianus à Papiniano diſſentit, cuius opinio hoc caſu praeualeat. 341
17 Si Vlpiani adhuc ſententiam, qui voluntatis quaeſtionem eſſe dicit, cum aliis interpretibus ſequamur, quibus rebus colligetur teſtatorem ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, naturales comprehendere nõ voluiſſe filios: 342.
18 An in contractibus liberorum appellatione contineantur naturales. 343
19 De ſucceſſione filiorum legitimatorum. 345
20 Legitimandi modus per ſubſequens matrimonium, quando & quibus authoribus introductus fuerit. 345
21 Quae requirantur ad legitimationem per ſubſequens matrimonium. 348
22 An matrimonium in articulo mortis contractum cum concubina, naturales legitimet. 349
23 An intermedium matrimonium impediat legitimationem, puta Caius ex concubina filium ſuſcepit: deinde relicta concubina matrimonium cum alia contraxit, ex qua ſimiliter filium procreauit. Mortua hac vxore, concubinam matrimonio ſibi copulauit. An filius ex concubina natus, legitimus efficiatur ſubſequenti matrimonio, an verò intermedio matrimonio legitimatio impediatur. 350
24 Stante ſtatuto, vel loci conſuetudine, quod primogenitus legitimus ſolus ſuccedat, an filius legitimus & naturalis, hoc eſt, ex iuſtis nuptiis procreatus, filium naturalem, & deinde legitimatum per ſubſequens matrimonium, excludat. 354
25 An nati ex inceſtu, vel aliàs illicito coitu legitimentur, facta diſpenſatione per Pontificem Romanum. 357
26 An liberi ex concubina quam Titius ſibi conſanguineã eſſe ignorans procreauit, ſubſequenti matrimonio legitimentur. Veluti Titius habuit concubinam, cum qua matrimonium eſſe non poterat: quia videlicet eum conſanguinitatis attingebat, impedimentum tamen hoc matrimonii Titius ignorans, eam in vxorem duxit: an filii legitimentur, & ſucceſſionis capaces fiant. 357
27 Vtrùm nati ex clerico in minoribus conſtituto & beneficiato per ſubſequens matrimonium legitimentur. 358.
28 Naturales legitimi ſubſequenti matrimonio quomodo ſuccedant. 359
29 Effectus legitimationis per ſubſequens matrimonium, citra ius ſucceſſionis ab inteſtato. 360
30 Quibus caſibus hi effectus ceſſent. 362

31 De liberis qui per Principis reſcriptum legitimentur: quo iure hi & in ſucceſsionibus conſequendis, & alijs rebus quæ iuſtorum liberorum propria ſunt, vtantur. 364

32 Qui vulgo legitimari poſſunt Principis indulgentia, videndum eſt, qui propriè dicantur vulgo, reiecta veterum opinione, necnon Alciati & Haloandri interpretatione, ſubijciuntur aliquot quæſtiones. 366

33 Quæ requirantur ad hanc legitimationem. 368

34 Summus Pontifex an legitimare, & extra ſuam iuriſdictionem exiſtentes poſsit. 372

35 An Comites Palatini legitimare poſsint: item in quibus rebus hæc legitimatio differat ab ea, quæ à Pontifice & Principe ipſo fit: item in legitimatione hac imprimis inſpiciendum eſſe priuilegium Comiti Palatino conceſſum, & hunc tenere illud edere, vel oſtendere: item quæ ſit differẽtia inter legitimationem & diſpenſationem: item in hac legitimatione verba Priuilegij diligenter attendenda eſſe, an dirigantur ad legitimationem ſolam, an ad diſpenſationem ſolam, an ad vtramq; ſimul. Præterea priuilegium diſpẽſandi tanquàm odioſum reſtringi & coarctari: cauſam quoq; diſpenſationis neceſſariò inſerti debere, ſine cauſa non diſpenſationem, ſed diſsipationem eſſe. Denique an Comes Palatinus filios ſacerdotum rectè legitimet. 382

36 An legitimatio in præiudicium tertij fieri poſsit in iure quæſito. 385

37 Effectus legitimationis per reſcriptum Principis in cauſa teſtatis: an videlicet per legitimationem verè legitimi reddantur, ita vt nulla re à legitimis ſuperentur, an præteriti teſtamentum patris ſubuertant, an debeatur ipſis legitima in bonis paternis, an in ſtatutis excludentibus fœminas extantibus maſculis huiuſmodi legitimati comprehendantur appellatione maſculorum, an agnaſcantur patri & cæteris, an legitimatio hæc per Principis reſcriptum retrahatur ad tempus natiuitatis, an denique excludant eiuſmodi legitimati ſubſtitutum vel fideicommiſſum. 387

38 Effectus legitimationis per reſcriptum Principis in cauſa ſucceſsionis ab inteſtato, nempe quòd in ſucceſsione ab inteſtato omninò iuſtis liberis exæquati ſint. 393

39 An in feudis legitimati per reſcriptum Principis ſuccedant. 397

40 De legitimatione, quæ fit per oblationem curiæ. 401

41 Qui primùm introduxerint hunc legitimandi modum, & quibus incrementis auctionibusq; perfectionem conſecutus ſit. 402

42 Qui poſsint offerre curiæ liberos legitimandos, videlicet pater, auus, & cæteri aſcendentes: deinde filij defuncto patre ſeipſos: filius item ex ancilla natus, & manumiſſus. Deinde quales liberi offerri debeant: item quibus, & vbi, denique quomodo. 405

43 Effectus huius oblationis: efficiuntur oblatione hac decuriones & hæredes ab inteſtato. 406

44 In quibus legitimatio hæc per oblationem curiæ à cætero differat. ibid.

45 Quæ ratione ipſis ſuccedatur. ibid.

46 De ſucceſsione ſpuriorum, & qui dicantur ſpurij. 408.

47 Spurij an aliquid iuris in hæreditate paterna habeant, tam in ſucceſsione ab inteſtato, quàm in ſucceſsione ex teſtamento, nec habere oſtenditur per ampliationes, quibus ſubijciuntur reſtrictiones vel exceptiones. 409

48 An in bonis maternis ſuccedant. 416

49 De ſucceſsione eorum qui ex coitu, quem leges non modò damnant, ſed capitali grauiorique pœna vindicant, nati ſunt: item quid ſit crimen inceſtus, quid adulterij, quid ſtupri raptusve. 416

50 An patri matrive ſuccedant ab inteſtato, an teſtamento aliquid eis relinqui poſsit, an ali debeant. pag. 419.

LIBRI VII.

CAPVT I.

1 De vocabulo parentis, deque parentum ſucceſsione. pag. 427.

2 Hiſtoria veteris iuris in ſucceſsione aſcendentium. pag. 429.

3 Nouiſsimi iuris circa ſucceſsiones aſcendentium tractatio. 432

4 Quando parentes eiuſdem gradus ſoli ſunt, quomodo ſuccedant. 432

5 Quando cum parentibus fratres ſororesve vtrinq; coniuncti, coniunctæve, aut eorum earumve liberi ſuperſunt, quomodo ſucceſsio fiat. 437

6 Si cum fratribus & ſororibus defuncti, concurrant auus auiave, vel vlterioris gradus parentes, quid in ſucceſsione ſtatuendum. 439

7 Filij fratrum, ſi cum aſcendentibus & fratribus concurrãt, quam portionem conſequantur. 441

8 An vterini vel conſanguinei fratres, ſi cum parentibus concurrant, aliquid ex hæreditate fratris, vel vterini, vel conſanguinei conſequantur. 442

9 Caſus in quibus parentes à liberorum ſucceſsione arcentur & pelluntur. 443

10 Vtrùm pœna quæ intra annum luctus ſecundò nubentibus fœminis impoſita eſt, iure Canonico ſublata ſit. 447

11 An pœna contra fœminas, quæ ad ſecundas tranſeunt nuptias, intra tempus luctus præfinitum lata, locum habeat in patre, & alijs aſcendentibus maſculis. ibid.

12 Declaratio regulæ quæ traditur, parentes ſecundò intra annum luctus nubentes, ex bonis liberorum, vnà cum filijs filiabusve ſuperſtitibus, non vocari in proprietatem, ſed ius vtendi fruendi ſolùm in illis bonis conſequi. 449

13 Si mater de conſenſu liberorum aut mariti prædefuncti ſecundò nubat, an in pœnas ſecundarum nuptiarum incidat. 451.

14 Mater quæ intra annum luctus parit, ſi ex defuncto marito infans conceptus non ſit, quas pœnas patiatur. 454

15 Parentes luxurioſè aut impudicè viuentes, an pœnis ſecundarum nuptiarum ſubdantur. ibid.

16 Mater ſecundò nubens, ſi non petierit intra annum pupillis tutores, à ſucceſsione eius remouetur. 457

17 De ſucceſsione parentum naturalium tantùm. 459

18 De ſucceſsione parentum ciuilium, in bona liberorum ciuilium. 461

19 De ſucceſsione parentum in bona liberorum legitimatorum. 463

20 De vſufructu, quem parẽtes habent in bonis liberorum præmortuorum. 464

21 Quibus rebus pater bonorum maternorum & aduentitiorũ vſufructuarius, à reliquis vſufructuarijs differat. 466

22 An pater ſuper aduentitijs bonis filij tranſigere aut compromittere validè poſsit. 472

23 Vtrùm pater agens pro acquiſitione aduentitiorum filij, tranſigendo litem remittere poſsit. 473

24 Locatio aduentitiorum, quatenus poſsit à patre fieri. 474.

25 An in bonis aduentitijs liberorum pater poſsit ſeruitutem imponere, hoc eſt, permittere, vt alius per eiuſmodi bona eat agatve. 474

26 Vſusfructus quem pater in bonis filiorum aduentitijs habet, quamdiu duret. 475

27 Caſus in quibus plena proprietas vnà cum vſufructu ad liberos pertinet. 475

LIBRI VIII.

CAPVT I.

1 De ſucceſsione collateralium ex iuſtis nuptijs procreatorum. 478

2 *Si ex altero præmortuo fratre vtrinque coniuncto liberi ſuperſint, quomodo hi cum reliquis defuncti fratribus, ſororibusve in defuncti patrui hæreditatem vocentur.* 478
3 *Quando fratres vtrinque coniuncti nulli ſuperſtites ſunt, ſed fratrum vtrinque coniunctorum liberi, qui diſpares numero, quomodo hi patruo ſuccedant.* 489
4 *Quando extant fratres, ſororesve, ex vtroque parente ſibi inuicem coniuncti, coniunctæve, & ſimul etiam ex vno parente tantùm.* 482
5 *Frater conſanguineus vtrùm cum fratre vtrinque defuncto fratri coniuncto in feudo ſuccedat.* 483
6 *Filij fratrum vtrinq; coniunctorum an excludant patruos ex vno latere.* 484
7 *Ius repræſentationis extra fratrum filios in linea collaterali non extendi.* ibid.
8 *Quando fratres ex vno tantùm latere coniuncti, ſuperſtites ſunt, ſiue conſanguinei ſint, ſiue vterini, quomodo hi ſibi inuicem ſuccedant.* 485
9 *Non extantibus fratribus, nec fratrum filijs, quomodo fiat ſucceſſio.* 486
10 *De naturalium ex parte tantùm coniunctorum ſucceſſione.* 488
11 *De tranſuerſalibus naturalibus ex linea materna, earumq; ſucceſſione.* 489
12 *De ſpuriorum ſucceſſione.* 490
13 *De inceſtuoſorum ſucceſſione.* 491
14 *De ſucceſſione tranſuerſorum legitimorum, quales ſunt fratres adoptati, arrogatiq;.* ibid.
15 *In cauſa teſtati appellatione fratrum qui cõtineantur.* 492
16 *Pater ex diuerſis matrimonijs filios habens, quorum quidam ex primo matrimonio, & ſic vtroque latere, alij verò ex diuerſa matre, & ſic ex vno latere coniuncti ſunt, generaliter & indefinitè inſtituens, ſubſtituensq;, an videatur vtrinque coniunctos, hoc eſt, filios primi matrimonij præferre voluiſſe, excluſis cæteris, qui ex vno ſolummodò latere inuicem ſibi coniuncti ſint.* 496
17 *In ſtatutis fratrum appellatio an de vtrinque coniunctis, an verò de conſanguineis quoque intelligatur & accipiatur.* 499

LIBRI IX.

CAPVT I.

De triplici genere vxorum apud Romanos. 503
2 *Hiſtoria iuris circa ſucceſſionem viri & vxoris.* 506
3 *Succeſſio viri & vxoris quando locum habeat.* 513
4 *Vxor inops & indotata, an & quatenus marito, exiſtentibus liberis, ſuccedat.* 517
5 *Vxori indotatæ an maritus teneatur teſtamento quartam relinquere.* 519
6 *Si maritus vel donatione, vel alia ratione bona alienauit, vtrùm vxor pro conſequenda quarta totius ſubſtantiæ poſſit alienata vel donata reuocare aut repetere.* 520
7 *Legatum factum viro qui ex ſtatuto lucratur dotem vxoris in mobilibus conſtitutam, an computetur in dotem.* 524
8 *Legatum factum vxori inopi, an in quartam ſibi debitam computetur.* 526
9 *Vtrum vxor inops indotata dominium quartæ ex bonis mariti æquè habeat ſolis exiſtentibus parentibus, vt habet exiſtentibus liberis.* 528
10 *Quid ſi ſuperſtites ſint auus auia paterni, auus auiaq; materni, an vxor hoc pariter caſu quartam habitura ſit, an verò virilem conſequutura partem.* 529
11 *Si plures quàm tres ſint collaterales cum vxore inope ſuccedente, virilemne an quartam vxor habitura.* ibid.
12 *Quid ſi vel aſcendentes, vel deſcendentes hæreditatem defuncti mariti repudient, quia fortaſsis vel onoroſa ipſis, vel ignominioſa viſa eſt, vtrùm vxor totam conſequetur.* 530
13 *Si inops vxor & egena, quæ dotem nullam habuit, ſecundò nubat, an quartam ex bonis mariti locupletis primò defuncti, an verò ex ſecundi mariti bonis petere debeat.* ibid.
14 *Quid ſi ab initio quidem vxor dotem habeat, quæ deinde vel attenuata prorſus vel diminuta eſt, aut minus congrua, decensve efficitur, petetne adhuc quartam ex bonis mariti defuncti.* 532
15 *Quid ſi bona mariti publicata ſint, & confiſcata propter delictum, conſequeturne vxor adhuc quartam illam, an verò confiſcatio & publicatio eam excludent.* 538

FINIS ARGVMENTORVM.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM LOCVPLETISSIMVS, QVAE IN HISCE NOVEM LIBRIS DE SVCCESIONIBUS, Valentini Forſteri, continentur.

Prior numerus, numerum marginalem, alter paginam denotat.

AB INTESTATO mori multipliciter dici, nu.3. pag. 151.
Ablatiui abſolutè poſiti cō ditionem inducunt: vbi varia exempla, nu.6. 775
Ablatiuus abſolutus maiorem vim qualibet conditione habet, nu.7. ibi.
Abolitio ſolennitatis ciuilis in teſtamento patris vtrùm ante tempora Dioclet. & Maxim. Impp. fuerit, num.26. 52
Abſens vel ignorans legitimari poteſt, num.4. 369
Abſentibus & ignorantibus lucra legalia quæruntur, num.14. 465
Abſtinendi beneficium, ius ſuitatis non tollit, num. 53 125
Abſurda interpretatio vitanda, nu.26. 303
Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, num. 10. 428
Accreſcendi ius quod filiæ, nepti, cæteriſque virilis ſexus competebat, quale, num.10. 141
Accreſcendi ius an conſanguineos cum vtrinque coniunctis fratribus admittat, num.15. 499
Accreſcendi iuris quo perſonæ, & quo res accreſcunt differentiæ, num.5. 567
Accurſij opinio in l. cùm miles, ex quib. cauſis maiores impugnata & defenſa, num.13. 97
Accurſij opinio ab authore defenſa, ſuper ſignificatu verbi, iuris, in definitione bonor. poſſeſſ. poſiti, nume.7. 136
Accurſius ab iniuria Petrutij vindicatur, nu.23. 426
Acquiſitio per vniuerſitatem, fit quatuor modis, num. 5. pag. 3
Acquiſitum ex re patris totum ei acquiritur, aliundè autem partum quoad vſumfructum tantùm. num.9. pag. 434
Acquiſita per defunctum inter conſanguineos & vterinos fratres diuiduntur promiſcuè. nume.3. & 4. pag. 485
Acquiſita vel à patruo vel ab auunculo indiſcriminatim inter conſanguineos & vterinos diuiduntur, num.5. 486
Acquiſita induſtria filij an fratribus conferenda, & vtrùm patri vſumfructum tribuant, remiſſiuè, num. 12. pag. 477
Acquiſitorū vi ſtatuti, ex bonis aut dote vxoris, vſumfructum pater habet, num.18. 466
Actus viuentium naturam imitantur, num.32. 530. 536
Actus legitimandi, iuriſdictionis eſt actus, nume. 13. pag. 374
Actus intermedius extremorum coniunctionem impedit, aut vitiat, nu.11. 333
Actus legitimi qui ſint, num.10. 35
Actio de dote ſoluto matrimonio nata, redintegrato matrimonio moritur, num.11. 337
Actio ante aditionem, hæreditati quæritur, nu.6. 107
Actione carere, & eam inutilem perpetuò habere, paria ſunt. num.2. 473
Actiones directæ ſunt apud venditorem hæreditatis, vtiles apud emptorem, num.15. 94
Adeunti vnam hæreditatis partem, accreſcunt reliquæ etiam inuito, num.5. 194
Adeundi hæreditatem tempus lōgiſſimum currit, nume.9. 145
Adeundi animus quomodo cognoſcatur, remiſſiuè, num.9. 104
Adiens ex teſtamento quod putat valere, non videtur repudiare legitimam hæreditatem, num.3. 28
Adire hæreditatem volens, vel bonorum poſſeſſionem petere certus eſſe debet, defunctum eſſe teſtatorem, num.21. 13
Adiri hæreditas pro parte non poteſt, nu.4. 104
Adiri poteſt hæreditas ſolo animo num.6. 145
Aditio hæreditatis ipſa corporali apprehēſione quandoque fit, num.8. 104
Aditio per quos actus inducatur, remiſſiuè, num. 33. pag. 99
Aditio hæreditatis ius ſuccedendi & acquiſitio ſunt de iure ciuili, num.38. 392
Aditio hodie à morte teſtatoris permiſſa, num. 17. pag. 118
Aditio hæreditatis non poteſt fieri ſub conditione, num.29. 9
Aditione omnia tranſeunt in hæredem, quia in hæreditate inueniuntur, num.5. 109
Aditione an nomen hæreditatis euertatur, nume. 1. pag. 95
Aditione omnia iura & dominium in hæredem tranſeunt num.2. ibid.
Aditionis hæreditatis declaratio in filio quare aliquando vtilis & neceſſaria. nu.50. 99
Adita hæreditas quæ ſit, quæve dicatur, nume. 11. pag. 104
Ad primordium tituli poſterior formatur effectus, num.28. 197
Ad facti quæſtionem difficilis Iuriſconſulto reſponſio, num.2. 338
Adminiſtrans pater, de alijs filij bonis vſufructui non ſubiectis, rationes reddit, nu.1. 468
Adminiſtratione aduentitiorum ceſſante vſusfructus definit, num.2. 475
Adimere potens, ſi non adimit, dediſſe videtur, nume.21. 33
Adoptatus cum liberis naturalibus & legitimis adoptantis ſuccedit, nu.2. 315
Adoptatus filius in ſucceſſione patris adoptantis præfertur aſcendentibus, nu.3. ibid.
Adoptatus in bonis adoptantis, ius ſuitatis habet, nume.4. ibid.
Adoptatus ſuccedit adoptanti, ſi in adoptione permanſerit, num.6. ibid.
Adoptatus ab aſcendente ſuo tam paterno, quàm materno eius poteſtatis fit, iuraque filiorum naturalium & legitimorum habet, nu.1. 315
Adoptatus ab aſcendente acquirit ſuo adoptanti patri, num.2. ibid.

Adoptatus ab extraneo, non rumpit teſtamentum, nume.13. 321

Adoptatus pronepos ſuccedit patruo magno cum eiuſdem fratre, niſi ſint vtrinque coniuncti, num.4.pag. 491

Adoptatus filius iure prætorio ſuccedit patri naturali, num.4. 139

Adoptatus impedit publicationem bonorum, num. 2. pag. 318

Adoptatus propriè non eſt filius, num.7. 314

Adoptatus filius non facit ceſſare conditionem, ſi ſine filijs, num.8. ibid.

Adoptans pater adoptiuo nihil relinquere cogitur in teſtamento num.6. ibid.

Adoptati qui in poteſtatem adoptantis non tranſierunt, tranſuerſalibus non ſuccedunt, nume. 8. pag. 491

Adoptati ab aſcendentibus, ex vtraque linea inuicem ſibi ſuccedunt num.3. ibid.

Adoptati ius ſuorum extra adoptantis perſonam non habent, num.3. 310

Adoptati tranſuerſalibus ſuccedunt bonorum diſtinctione, quæ inter liberos eſt retenta, num.5 395

Adoptati in fraudem alienata reuocant, nume. 10. pag. 319

Adoptati ab aſcendente ſuo impugnant teſtamentum adoptantis num.11. ibid.

Adoptatis legitimæ tutelæ deferuntur, nume. 12. ibid.

Adoptatum ſe quomodo quis probare poſſit, num. 1. pag. 251

Adoptio, item Arrogatio quomodo fiant, num.3. 312

Adoptione filios legitimos fieri moribus Romanorũ, num.5. 247

Adoptione per aſcendẽtem facta reſoluta filius in ius patris naturalis redit, num.4. 315

Adoptione finita ceſſat effectus eiuſdem, num.5. 316

Adoptionis vinculum ad ſucceſſionem bonorum adoptantis efficax, num.1. 318

Adoptio fraudis cauſa quando facta dicatur, nume. 9. pag. 319

Adoptiuus in feudis non ſuccedit, num.1. 317

Adoptiuus in emphyteuſi non ſuccedit, num.1. ibid.

Adoptiuus hæreditatem etiam non aditam, ad ſuos tranſmittit, num.5. 318

Adoptiuus excludit adoptantis aſcendentes & vxorem, num.7. ibid.

Adoptiuus pater filio adoptiuo, quem in poteſtate nõ habet, non ſuccedit, num 1. 461

Adoptiuus pater ſuccedit filio adoptato in poteſtate ſine liberis defuncto, num.1. 462

Adoptiuus filius non poteſt contra teſtamentum patris adoptiui agere num.2. 16

Adoptiuus non habet bonor. poſſeſſ. contra tabul. nume.16. 61

Adoptiui filij ſunt ſui hæredes, num.4. 318

Adoptiui an ſui cenſeantur, num.32.& 34. 123

Adoptiui filij cum naturalibus in viriles ſuccedunt adoptanti, num.10, 314

Adoptiui etiam in iure patronatus ſuccedunt, nume. 2. 318

Adoptiui naturales præcludunt aditum ad hæreditatem alijs, num.6. ibid.

Adoptiuorum ius ſucceſſionis quale hodie ſit, nume. 15.pag. 21

Adſcribens ſibi legatum aut hæreditatem, pro non ſcripto haberi facit num.5. 110

Adulterium & ſtuprum propriè differunt, num.27. 35

Adulterinus coitus eſt coniugatorum, & eius pœnæ variæ, num.15.& 16. 418

Adulterij crimen matri obiectum filio non præiudicat, num.3. 251

Adulterini liberi per matrimonium non legitimantur, num.7. 303

Adulterorum iure Saxonum capitaliter punitorum, bona hæredibus manent, num.11. 576

Adulterio ſoluto matrimonio, quæ pœna ſtatuta, & filij quomodo nocenti perſonæ ſuccedant, nume. 7. & 9. 275

Aduentitia bona filiorum patri vſumfructum tribuunt hodie, licèt olim & dominium, nume.5. & 6. pag. 464

Aduentitia tempore peritura, aut magnas ſine fructu impenſas requirentia, pater alienat licitè, num.31. pag. 471

Aduentitiorum dominium momentaneum ceſſare facit vſumfructum, num.15. 477

Aduentitiorum vſusfructus debetur patri ad vitam, num.1. 475

Aedes ruinoſas, an pater vendere poſſit, num.33. 471

Aequalitas inter liberos ſeruanda num.8. 498

Aequalitatem inter liberos conſeruare lex ſtudet, nume.2. 702

Aequè in Inſtitutionibus quid denotet, num.10. 224

Aequiparatorum idem eſt iudicium, num.21. 189

Aequiparatorum idem ius, num.27. 14

Aes primò ſignauit Seruius Tullius, num.4. 63

Aetas iuſta quæ dicatur, num.17. 38

Affectio nouercarum ſuſpecta, earumq́ue fraudes, nume.23.& 24. 492

Affectio in nepotem ex filio prouenit, num.43. 415

Affectio teſtatoris in teſtamentis explicandis potiſſima eſt, num.3. 497

Affectionis patris erga filios etiam diuerſi matrimonij pat ratio, num.7. ibid.

Affectiones omnes animus paternus ſuperat, num. 52. pag. 380

Affectum paternum nihil vincit, num.13. 517

Affectus indubitatus concubinatus cauſa eſt, nume. 1. pag. 409

Africani ab Vlpiano diſſenſio, num.7. 19

Agnatio, familia, & domus, idem eſt num.13. 211

Agnati ad decimum gradum, cognati ad ſeptimum ſuccedunt iure veteri, num.1. 163

Agnatorum & cognatorum differentia ſublata ſucceſſio fit hodie in decimum gradum, num.2. ibid.

Agnati in legitimatione naturalis ad feuda quo caſu non vocentur, num.13. 400

Agnati cùm matri in tutela præferantur, mater pupillo tutorem petere non tenetur, num.9. 459

Agnati in feudo ſuccedunt iure ſucceſſionis, non iure contractus, num.10. 399

Agnati & cognati æqualiter ſuccedunt tranſuerſalibus, nulla bonorum diſtinctione habita, nume. 9. pag. 487

Agnati qui propriè ſint, num.5. 156

Agnatione nepotum quomodo & quatenus teſtamentum infirmetur, num.11. 141

Agnationis ſeu legitimæ ſucceſſionis ius, toti cognationi hodie tributum, num.13. 169

Agnationi ſuæ quilibet magis, quàm fœminis proſpicere velle præſumitur, num.29. 191

Agnatorum & cognatorũ ſucceſſio hodie in infinitum num.2. 165

Agnatorum ſucceſſioni quando locus num.3. 266

Agnatos inter & cognatos, quod inter ſpeciem & genus intereſt, num.4. 156

Alciatus Bartoli ſummam impugnat, & quibus rationibus, num.1. 92

Alciati opinio in deſcriptione hæreditatis refutata, num.4. 93

Alciati opinio de inſtitutione naturalium euerſa, nume.5. 329

Alienare prohibitus extra familiam non poteſt inſtituere hæredem extraneum, num.3. 16

Alienare ſub pœna prohibitus, locare ad longum tempus poteſt, num.5. 474

Alienaſſe in fraudem creditorũ non dicitur, qui quid acquirere neglexiſſet, num.9. 530

Alienata bona aduentitia per patrem, qua via reuocet filius, num.41. 472

Alienatæ in fraudem quartæ debitæ vxori inopi, quare-

quatenus reuocatur, Auctoria diſtinctio, num. 14. pag. 512
Alenatione rei legatæ an teſtator ademiſſe cenſeatur, num. 9. 126
Alienatio extra familiam non excludit ſucceſſionem extraneorum ab inteſtato, num. 8. 87
Alienatio præſumitur fraudulenta etiam quæ infra dimidiam bonorum eſt, num. 17. 523
Alienationis verbo compromiſſa contineri, nume. 1. pag. 472
Alienatio in fraudem titulo oneroſo facta, non renocatur, num. 8. 316
Alienationis prohibitio infert actum inter viuos, nume. 9. 27
Alienatio prohibita, excludit filium, num. 23. 122
Alienatione prohibita, ea quæ neceſſariò fit, non prohibetur, num. 30. 471
Alienationis prohibitio teſtamentaria, vltra quartum gradum non extenditur, num. 5. fallit, vt nume. 6. pag. 26
Alimenta legata, quoad in domo viri permanſerit, poſt ſecundas nuptias non debentur, nume. 9. pag. 444
Alimenta extraneus adoptato non debet, nume. 14. pag. 321
Alimenta filio à patre petente, eum illo habitare debet, num. 20. 466
Alimentare ſpurium licèt ſub pœna patri prohibitum ſit, impunè tamen alimentat, num. 27. 413
Alimenta monachus ob perpeſſam præteritam egeſtatem à monaſterio non petit, num. 2. 532
Alimenta inopi pupillo præſtanda, pendente appellatione ſuper inofficioſo. num. 3. 41
Alimenta nulla capitis diminutione pereunt, num. 12. pag. 476
Alimentorum conſtitutio de iure Canonum, fauore animæ introducta, num. 5. & 6. 422
Andr. Barbatij opinio de ſucceſſione inceſtuoſorum ex teſtamento, refutata. num. 24. 426
Angelus reprobatus, quòd nimium licentiæ principibus tribuat, num. 24. 413
Animus ſolus quandoque, quem hæredem hæreditati obſtringit, num. 3. 104
Animus & affectio in diſpoſitione hominis attenditur. num. 4. 287
Antecedente deſtructo, ſequitur deſtructio conſequentis, num. 5. pag 278. & num. 73. 300
Antecedens à quo remouetur, remouetur & conſequens, num. 16. 389
Antinomia inter Paulum & Vlpianum, verùm definere dicatur quod non fuit, num. 4. 199
Appellare licet à ſententia bonorum poſſeſſionis, nume. 31. fallit in extraordinarijs, num. 32. 14
Appellari à pœna legis nequit. num. 453
Appellatio liberorum in iure ad legitimatos per ſequens matrimonium pertinet, num. 3. 360
Appellatio parentum etiam fœminas continet, num. 3. pag. 433
Appellatio filiorum in contractibus non recipit nepotes, num. 4. 344
Appellatio hæreditaria an pereat accepta poſſeſſione & corporali apprehenſione, num. 5. 96
Appellatio parentum in vtroque ſexu ad tritauum extenditur, num. 1. 417
Appellatio filiorum in teſtamento, exiſtentibus legitimis, naturales non includit, num. 1. 336
Appellatio deſcendentium vtrumq; ſexum complectitur iure communi, num. 1. 205
Appellatio deſcendentium in feudis, ſolos maſculos comprehendit, num. 2. ibid.
Appellatio hæredis vtrumque ſexum includit, nume. 3. ibid.
Appellatio hæredis in feudis ſolos maſculos admittit. nume. 4. & 5. ibid.
Appellatione liberorum etiam nepotes & vlteriores deſcendentes continentur, num. 6. 518
Appellatione fratris tam ex vno, quàm ex vtroque latere frater continetur. num. 11. 301
Appellatione partis, dimidia continetur., nume. 16. pag. 513
Appellatione filiorum quando contineantur nepotes, remiſſiuè, num. 5. 440
Appellatione vxoris an & quando contineatur ſponſa, num. 9. & 10. 514
Appellatione bonorum quid veniat, num. 10. 528
Appellatione filiorum in materia exorbitanti nõ continentur nepotes, num. 4. 440
Apprehenſione poſſeſſionis quæ facti, non aditione quæ iuris eſt, res hæreditaria eſſe definit, nume. 6. pag. 98
Arbiter ſucceſſioni modum dare poteſt, num. 8. 305
Arborem conſanguinitatis & affinitatis qui docuerint, num. 1. 215
Arbor Canonica & ciuilis in quo diſtent, nume. 1. pag. 215
Arrogati ad inſtar adoptati qui in poteſtatem adoptantis tranſeunt, ſibi inuicem ſuccedunt, nume. 6. pag. 492
Arrogans nepotem vtrùm cum arrogati patre in ſucceſſionem concurrat, num. 6. 462
Arrogator pater, bonorum à matre ad filium delatorum, vſumfructum tantùm habet, num. 8. 465
Arrogati quomodo ſuccedant, num. 1. 317
Arrogatio vnde dicta, num. 4. 312
Argumentum a lege ad ſtatutum validum, nume. 35. pag. 378
Argumentum à maiori ad minus, validum in iure, nume. 46. 379
Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, quomodo procedat, num. 5. 344
Argumentum à coniugatis ſæpè fragile, num. 9. 93
Argumentum à ſolitis & conſuetis, validum, nume. 2. pag. 258
Argumentum à lege ad teſtatorem in iure frequens eſt, & contrà, num. 2. 497
Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, quibus caſibus non procedat, remiſſiuè. nume. 13. pag. 522
Argumentum à minori ad maius, non procedit vbi diuerſa ratio, num. 18. 417
Argumentum à cauſa inteſtati ad cauſam reſciſſionis teſtamenti. valet negatiuè: ſed non affirmatiuè nume. 22. & 23. 22
Aſcendentibus aut deſcendentibus nullis neque ex latere ad decimum gradum extantibus, viri & vxoris ſucceſſio admittitur in ſolidum, num. 1. 513
Aſcendentium lineæ maternæ bona, liberis ab inteſtato aut largitione qualibet obuenientia, quid commodi patri adferant, num. 4 464
Aſcendens excludit fratrem defuncti ex vno latere, niſi & is ex aſcendente deſcendat, & num. b, c, d, e, & f. pag. 538
Aſcendentes proximiores, excludunt remotiores ex quacunque linea num. 27. 536
Aſcendentes extra vniuerſali, in feudo antiquò ſuccedunt, num. 37. 537
Aſcendentium ordo lege duodecim tabul. non conſideratur, num. 4. 160
Aſcendentium & deſcendentium in iure repræſentationis, an & quare diuerſum ius, nume. 24. & 25. pag. 437
Aſcendentes de natura feudi non ſuccedunt, num. 31. & 33. pag. 536
Aſcendentium ſucceſſio in feudo quibus caſibus obtineat, num. 34. 517
Aſcendentes generaliter ex pacto in feudis ſuccedũt, num. 35. ibid.
Aſcendentes per tranſuerſum in tertio gradu concurrentem in linea collaterali deſcendenti habere non poſſunt. num. 2. 487
As vnde dicatur, & de eius partibus. num. 5. 63
As, pondo, libram, vel libellam, veteres in duodecim

vncias diſtribuiſſe,num.6. 64
Aſſis diſtributio non tantùm in his quæ pondere, ſed & quæ numero continentur, obſeruatur, nume.9. pag. 64
Aſſis & vnciarum,earumq́ue partium in iure vſus frequentiſſimus,num.10. ibid.
Aſſis & eius partium doctrinam qui tradiderit, num. 2.pag. 63
Aſſis ſignificatio tam ad monetam,quàm alias res diuiſibiles pertinet,num.2. Ibid.
Authoris opinio,num.18. 375
Authent.de functo.C.ad Tertyl.an hodie correcta, d.& & num.ſequen. 538
Auia tam materna, quàm paterna ſub pœna priuationis tenetur vt mater tutorem pupillo petere, num. 11.pag. 459
Authoris opinio, natusne ante an poſt regnum adeptum præferatur,num.32.& ſeqq. 309
Authoritatem interpretum allegare ſufficit, vbi textus deficit,num.10. 434
Auus nepotes curiæ offerre poteſt,num.3. 405
Auus manumiſſor in ſucceſſione nepotis excludebat patrem,pater matrem,num.16. 431
Auus maternus etiam in bonis à patre profectis, excludit proauum maternum,num.30. 536
Auunculi hæreditati renunciare non videtur,renuncians hæreditati lineæ maternæ,num.10. 212
Auus & vlteriores aſcendentes cum defuncti fratribus,eorumq́ue filijs ſuccedunt,num.1. 439
Auus auiaq́ue paterni cum auo materno, ſi defuncti frater ſuperſit, in capita, ſin ſecùs, in ſtirpes ſuccedunt,ratio,num.7.& 8. 441

B.

BAnnito patre reſtituto, ſi adminiſtrando aduentitia dilapidet, vſufructu priuatur, nume. 14. pag. 476
Barbatij diuerſa ſententia,num.4. 135
Bartoli opinio in l.poſt dotem.14.ff.ſoluto matrimon. & in Authen.itaque. C.communia,de ſucceſſ.refutata,num.19. 436
Bartoli opinio defenditur & declaratur, nume. 12. pag. 94
Bartoli laus,& quatenus eius opinio ſequenda, num. 51.pag. 435
Bellum citra licentiam Principis mouens incidit in crimen maieſtatis,num.25. 294
Belloni diſtinctio quatenus hæreditas, quæ adiri necdum poteſt, delata dici poſſet, examinatur & euertitur,num.22. 102
Beneficia legum capacibus ſcripta,num.32. 295
Beneficium repudiandi & abſtinendi propter damnoſas hæreditates inductum,num.8. 115
Beneficium non datur inuito.num.3. 363
Beneficium abſtinendi ſuis hæredibus à prætore datum.num.52. 125
Beneficii collatio per famam probatur,num.22. 268
Benedicti Plumbini diſtinctio quatenus legitimati verè legitimi dicantur.num.27. 390
Bona ex cauſa diuortij à parentibus filij obuenientia, in ſolidum filijs adquiruntur,num.10. 476
Bona fides hæredis in præſcriptione non obtinet, ſi de vitio contractus ex inſtrumento in archiuo contento conſtet,num.8. 80
Bona vndecunque etiam prouenerint, cum alijs in vnum patrimonium conſolidantur,num.16. 435
Bona materna ad filios deuoluta iure veteri in totum patri quærebantur,num.1. 464
Bona materna iure nouo ad filios deuoluta, vſufructuariè apud patrem ſunt,num.2.& 7. ibid.
Idem in bonis auitis,num.22. ibid.
Bona à Principe ad filium prouenientia ſine diminutione vſusfructus filij ſunt,num.7, 476
Bona aſcendentium iure naturæ, deſcendentibus debentur,num.7. 294
Bona emancipatorum à matre prouenientia,quatenus & quo iure patris ſunt,num.3. 464
Bona aſcendentium lineæ maternæ, liberis ab inteſtato aut largitione qualibet obuenientia, quid commodi patri adferant,num.4. ibid.
Bona aduentitia filiorum patri vſumfructum tribuunt hodie,licèt olim & dominium,num.5.& 6. ibid
Bonorum poſſeſſionis diuiſio ex cauſa materiali quæ ſit,num.1. 136
Bonorum poſſeſſionis contra tabulas differentia inter ſuos & emancipatos,num.19. 12.13
Bonorum poſſeſſor omne ius hæredis nanciſcitur,nume.25. 13
Bonorum poſſeſſioni,vnde vir & vxor,vt locus ſit,quę requiruntur,num.42.& quomodo differat à ſucceſſione vxoris,quæ in manum viri conuenit,nume.43. pag. 512
Bonorum poſſeſſio contra tabulas, diſtribuitur exemplo iuris legitimi: & ſub inteſtati cauſa continetur,num.13.& 14. 18
Bonorum poſſeſſio ſine iuſſu patris agnoſci poteſt,nume.12. 7
Bonorum poſſeſſio per procuratorem acquiritur, nume.5. 145
Bonorum poſſeſſio iura directa non transfert, nume. 8.pag. 145
Bonorum poſſeſſ.contra tab. abſque teſtamento peti nequit, & ideò ad cauſam teſtati refertur, nume. 3. pag. 10
Bonorum poſſeſſ. contra tab. non tam reſcindendi ius eſt, quàm etiam ſuccedendi,& perſequendi, nume. 2.pag. 23
Bonorum poſſeſſio eſt iuris magis,quàm corporis poſſeſſio : vt & hæreditas,num.2. 10
Bonorum poſſeſſio quid,num.1. 135
Bonorum poſſeſſio ab inteſtato quãdo peti poſſit,nume.1. 19
Bonorum poſſeſſio contra tabul. pertinet ad cauſam teſtati,num.2.& 4. ibid.
Bonorum poſſeſſio ſecundùm tabu.inſtitutis & ſubſtitutis eodem modo defertur, ſicut hæreditas, nume. 7.pag. 12
Bonorum poſſeſſio contra tabul.agnoſci poteſt ante aditam hæreditatem : & non prætextu dementiæ teſtatoris, ſed erroris vel obliuionis petitur, num.27. & 28. 8
In Bonorum poſſeſſ.contra tabul. eæ partes liberis tribuuntur, quas ab inteſtato habituri eſſent, num.23. pag. 13
In Bonorum poſſeſſione obtinenda requiritur petitio, & decretum, nume.8. & quid hodierno iure, num.7.& 9. 6
Bonorum appellatione continentur iura & actiones,
Bonorum appellatio latiſſima,num.1. 116
numa. 116
Bonorum appellatio non continet hæreditatem, nume.3. ibid.
Bonorum poſſeſſio vna, contra communem, nume. 2. pag. 157
Bonorum poſſeſſor & hæres differunt origine,forma, & nomine,num.2. 144
Bonorum poſſeſſionis diuiſio ex cauſa materiali quæ ſit,num.1. 136
Bonorum poſſeſſio vtile tempus habet, nec ignoranti currit,num.2. 145
Bonorum poſſeſſio authore Prætore data iuſtior eſt, num.3. 145
Bonorum poſſeſſio à ſolo Prætore datur,nu.4. 144
Bonorum poſſeſſio à ſeruo peti ſine iuſſu domini poteſt, dummodò ſequatur ratihabitio,num.13. 7
Bonorum maternorum parentes vſufructuarij, &c. filij,vti domini,adminiſtrant plenè,nu.26. 466
Bonorum maternorum & aduentitiorum vſumfructũ pater habet, licèt viuere filium ignoret,nu.13. 465
Bonorum poſſeſſor hæredis loco quandoque eſt,num. 2.pag. 76

Bono-

Bonorum confiſcatio extra crimen læſæ maieſtatis vxori in legitima non præiudicat, nume. 4.5.& 9. pag. 534
Bonorum appellatione quid veniat, num.10. 528
Bonorum poſſeſſionis ius triplici ex cauſa introductum, num.3. 139
Bonorũ poſſeſſionis ordinariæ & extraordinariæ differentiæ, remiſſiuè, num.9. 138
Bonorum poſſeſſio vnde cognati vtrùm ad 10. gradum protendatur, affirmatiuè, num.5. 164
Bonorum poſſeſſio ſub conditione quandoque agnoſci poteſt, num.30. 9
Bonorum poſſeſſio etiam ad petitorium pertinet, nume.30. 14
Bonorum poſſeſſionis vnde vir & vxor, varius ordo, num.34.36.37.& 38. 511
Bonorum poſſeſſione contra tabulas patris petita, valet pupillaris ſubſtitutio, num.18. 7
Bonorum poſſeſſio intra 100. dies peti debet, vel intra annum à parentibus & liberis num.31. 9
Bonorum poſſeſſio non agnita, non tranſmittitur, nume.15. 18
Bonorum poſſeſſio, vti & hæreditas, vniuerſitatem iuris importat, num.10. 136
Bonorum poſſeſſio, à poſſeſſione bonorum diſtat, nume.11. ibid.
Bonorum aduentitiorum inuito patre acquiſitorum, vſumfructum pater non habet, nu.8. 476

C.

CAduci cauſa ad renunciationem hæreditatis extendi, num.9. 110
Caducorum ius propriè in quibus caſibus à Iuſtiniano inductum, num.22. 512
Caduci appellatio multiplex, num.12.13.& 14. 511
Caduca bona hodie cenſentur, quæ ex aliqua cauſa fiſco debentur, num.24. 113
Calatæ appellatione comprehenduntur, qui ſunt de agnatione, num.23. 213
Cardinales Epiſcopi, qualiter liberari patria poteſtate dicuntur, num.31. 113
Cardinales & Canonici regulares feudi ſucceſſionem habent, num.44. 296
Caſtrenſe peculium pleno iure eſt filij proprium, item quaſi caſtrenſe. num.1.& 3. 475
Caſtrenſium exactionem habet filius etiam inuito patrè, num.2. ibid.
Caſtrenſia filio inteſtato mortuo patri non vt hæreditas, ſed tanquàm peculium quæritur. num.5. 430
Caſus dubius non debet eſſe melioris conditionis, quàm caſus certus. num.33. 14
Caſus à teſtatore omiſſus, manet in diſpoſitione iuris communis. num.4. 201
Caſus à lege homine & commiſſus, pro omiſſo cenſetur, relatiuè, nu.8. 130
Caſus fictus ſi vero adæquetur, à lege in ſtatutis à vero ad fictum fit extenſio, num.8. 145
à Caſu vel fortuna deſcendens non verſatur in conſideratione, num.25. 35
Caſus inſequentia regulam non euertit, num.15. 285
Cauſa cauſæ quicquid eſt, cauſati cauſa eſt, nume. 9. pag. 428
Cauſæ expreſſio ſpecifica pro impetranda legitimatione neceſſaria, num.20. 371
Cauſa naturalis potiùs quàm accidentalis attendenda, num.49. 395
Cauſa putatiua non vera in legitimatione per Comitem Palatinum non ſufficit. num.1. 385
Cauſa in impetratione legitimationis, debet exprimi num.18. 371
Cauſa excluſiua fœminarum iure diuino firmatæ, nume.5. 172
Cauſæ arguunt effecta: & ab effectis, cauſæ arguuntur rarum, num.29. 213
Centeſimæ vſuræ quæ, num.13.15.& 16. 64
Charitas maior præſumitur erga fratres vtrinque coniunctos, quàm erga alios, num.12. 294
Charondæ Catanæi lex in maritos ſecundas nuptias celebrantes, num.2. 418 [?]
Ceſſante cauſa ceſſat effectus, nu.14. 418
Cæterorum, dictio, quid includat, nu.9. 284
Ciceronis locus lib.1. de Orat. explicatus, no.45. 512
Ciceronis ſententia de numero formarum nuptiarum examinatur, num.4. 503
Cingendus in proximo pro cincto eſt, nu[illegible] 515
Cippo legatum, intelligitur agnatis per [illegible]m maſculinam legatum, num.24. 213
Citatio cognatorum in legitimatione an neceſſaria, num.24. 371
Ciuilis ratio naturalia iura non vincit, numer. 50. pag. 395
Ciuilis ſucceſſio, iuris ordinarij eſt, Prætorij extraordinarij: illa hæreditatem reſpicit, hæc bonorum poſſeſſionem. num.2. illa hæredes facit, hæc hæredis loco conſtituit. nume.4. illa ius directum, hæc vtile transfert, num.5. illa immediatè, hæc mediate. num.6. 6
Ciuis Romanus quis, num.2. 246
Ciuilia verba quæ dicantur. Græcè fideicommiſſum relictum valet, legatum non item, num.7. 50
Ciuitas naturales ad ſucceſſiõem paternam legitimare poteſt, num.55. 381
Clauſula, ſalua gradus prærogatiua, excludit ius repręſentationis, num.1. 229
Clauſula in ſtirpes, non in capita, eſt contraria clauſulæ, ſalua gradus prærogatiua, num.2. 230
Clauſula derogatoria generalis in ſpeciali lege prohibitis, non valet, in generalibus ſecùs, nume.9. & 13. 368
Clauſula ex certa ſcientia quid operetur, item de plenitudine poteſtatis, num.43.& ſeq. 393
Clauſularum, Motu proprio, Ex certa ſcientia, Plenitudine poteſtatis, in priuilegijs vis, & quid ſi per æquiualentia verba, nu.14.& 15. 400
Clauſtralium Veneri operam dantium, pœna, num.9. 417
Cleopatra precioſiſſimorum vnionum duos poſſedit, æſtimatos cẽties ſeſtertium, quorum alterum diſſolutum abſorpſit. num.17. 159
Clericus in feudo Frãnco ſuccedit, nu.40. 296
Clericus de ſcientia domini inueſtitus, feodi ſucceſſionem habet, num.41. ibid.
Clericus ex conſuetudine in feudo ſuccedere poteſt, num.42. 296
Clericus in feudo quando ſuccedat, nu.33. 295
Clericus in feudo proprio ſeruitium perſonale requirente non ſuccedit, nu.34. ibid.
Clericus primæ tonſuræ ſuccedit in feudo, numer.35. ibid.
Clericus fraude agnatorum ad ordines promotus, feodi ſucceſſione non priuatur, nu.36. ibid.
Clericus gratiam vacaturæ habens, contrahendo matrimonium, eam perdit num.11. 365
Clericus & emphyteuta, ſine decreto tranſigere non poſſunt, nu.4. 473
Clericus in ſacris conſtitutus, de vſufructu in prȩiudicium patris teſtari nequit, nu.16. 465
Clericus rumore vulgari diffamatus, probatione contrariæ ſe purgare debet, num.18. 361
Clericus ſuſpectam domi fouens, à clero remouetur, num.4. 325
Clerici ſe cum moniali miſcentis pœna, nume.14. pag. 418
Clerici concubinarij taxantur. num.7. 316
Creditores in poſſeſſionem mitti poſſunt aduerſus iacentem hæreditatem, ex primo decreto, nume.10. pag. 108
cum Cretione inſtitutus hæres quis ſit, num.1. 516
Cretio duplex, num.2. ibid.
Cretio vulgaris, item continua quæ, nu.2. ibid.
Cretio ſimplex ſeu perfecta quæ ſit, nu.4. ibid.

Cretionis effectus qui, num.5. 127
Cretionum ius hodie antiquatur, num.6. ibid.
Crimen læſæ maieſtatis eſt, ab Eccleſia ad eam fugientem extrahere, num.14. 593
Crimen læſæ maieſtatis quod ſit, num.12. ibid.
Crimen læſæ maieſtatis eſt, quid moliri in Pontificẽ, num.13. ibid.
Crimen inceſtus adulterio grauius, nu.5. 417
Crimen perduellionis non eſt læſæ maieſtatis crimen, num. 534
Crimen maieſtatis læſæ eſt, patriam prodere vel oppugnare, num.20. 294
Crimen maieſtatis eſt contra Principem aliquid machinari aut rebellare, nu.21. ibid.
Crimen maieſtatis extra Imperatoris, Pontificis Romani, Regis perſonam, aut liberam Rempubl. committens, an pœnal. quiſquis teneatur, nu.28. ibid.
Crimen perduellionis à crimine læſæ maieſtatis diuerſum, num.7. 535
Crimen læſæ maieſtatis pœnam habet etiam poſt mortem rei, num.12. ibid.
Crimen maieſtatis eſt hoſtibus aut rebellibus pecuniã mutuo dare, num.24. 594
Crimen maieſtatis eſt priuatum carcerem exercere, num.25. 294
Crimen læſæ maieſtatis in viro vxori inopi in legitima præiudicat, num.3.& 4. 534
Criminis alieni ſucceſſor non conſtituitur, num. 30. pag. 295
Crimen laſæ maieſtatis in patre excludit filios à ſucceſſione, num.8. 293
Codicilli quando ius teſtamenti ſequantur, vel ad teſtamentum facti dicantur, nu.15. 42
Et quid ab inteſtato, num.13. ibid.
Codicilli ab inteſtato vicem teſtamenti exhibent: & ratio, num.14.& 15. 43
Codicillis hæreditas dari non poteſt, nec adimi, nume.16.& 17. ibid.
Codicillis non datur hæreditas, neque adimitur, nume.2. 691
Niſi per fideicommiſſum. 69
Codicillis ſubſtitutio facta inutilis, num.3. ibid.
Codicillis, hæreditas inutiliter teſtamento relicta, cõfirmari nequit, num.4. ibid.
Codicillis factum fideicommiſſum non valet hæreditate ex teſtamento non adita, num.5. ibid.
Coemptione vxor marito filiæ loco eſt & maritus patris, & qui effectus inde conſequatur, nume.11. 12. 13.& 14. 509
Coemptionis mos etiam in alijs actibus legitimis obſeruatus, num.20. 106
Cognatorum citatio in legitimatione, an neceſſaria, num.24. 371
Cognatio hodie æquè vt agnati ad decimum gradum vſque admittuntur, quod tamen iure Saxonum non obtinet, num.7. 487
Cognati inter ſe ſunt etiam vulgò quaſiti fratres, nume.8. 241
Cognati alij in gradu ſunt, alij diſtant gradu, nume. .1.pag. 217
Cognati & agnati æqualiter ſuccedunt tranſuerſalibus, nulla bonorum diſtinctione habita, nume. 9. pag. 487
Cognationis naturalis ius ſolùm in ſucceſſione inteſtati conſideratur, num.9. 316
Cognationis definitio, eiuſque partium explicatio, num.10.11.& 12. 157
Cognatio nulla legitima ex illegitimo naſcendi principio, num.15. 424
Cognationis deſcriptio: item quotuplex accipiatur, num.2. 156
Cognatio inferior & ſuperior à primo gradu incipit, ex tranſuerſo, à ſecundo, num.1. 361
Cognati qui propriè, & iure naturali, num.3. 256
Cognatio legitima eſt per virilem ſexum coniunctio, num.11. 168
Coitus adulterinus eſt coniugatorum, & eius pœnæ variæ, num.15.& 16. 418
Coitus nefarius quis ſit, num.1. 417
Collectiuo nomine vocati ſucceſſiuè, non ſuccedunt contraria voluntate teſtatoris extante, nume. 6. pag. 524
Collectiuè pari charitate & affectione plures vocati ſimul ſuccedunt, num.7. ibid.
Collectiuorum nominum natura eſt, vt non tribuant ſingulis totum, num.12. 225
Collectiuè cum alijs vocati in capita veniunt, ſi voluntas teſtantis appareat, num.13 ibid.
Collectiuè ſoli vocati pro virili ſuccedunt, num.14. ibid.
Collectiua nomina quæ ſint, num.1.& 3. 223
Collectiuorum natura eſt continere plures gradus & perſonas ſe inuicem ſubſequentes, nu.2. ibid.
Collectiua nomina in gradu diſpari inducunt ordinẽ ſucceſſiuum, num.4. ibid.
Collectiuè vocati in ſtirpes, diſtributiuè in capita ſuccedunt, num.9. 224
Collaterales in pari gradu in capita ſuccedunt, nume.3. 487
Collatio bonorum fit à ſuccedentibus ab inteſtato liberis tantùm iure veteri, num.1: 56
Collatione duobus ſimul facta potior eſt poſſeſſor, nume.5. 262
Colonus repetit impenſas & meliorationes, nume. 15. 194
Compenſationis natura alteratur in vltimis voluntatibus, num.3. 527
Compenſatio ad ſpeciem quando fieri poſſit, declaratur, num.13. 526
Compromiſſa alienationis verbo contineri, nume. 1. pag. 472
Compromiſſum neceſſarium non eſt alienatio, nume.5. 471
Compromiſſum & tranſactio æquiparantur, nume. 5. 265
Comitia curiata quæ, & vnde dicta, num.3. 401
Computationis graduum in ſingulis ordinibus exempla, num.4. 216
Computandi gradus per Iuſtinianum traditus modus, num.6. ibid.
Communis conſenſus docentium & conſulentium in iure, plurimum valet, num.9. 500
Communis opinio an ſeruanda, num.9. ibidem & nome 22. 435
Comitum & Baronum ſucceſſio inter agnatos infinita eſt, num.4. 164
Comes Palatinus viuente patre, etiam in terris Eccleſiæ legitimare poteſt, num.27. 377
Comitum Palatinorum legitimatio quid ab ea, quæ per Imperatorem fit, differat, num.2. 382
Comiti Palatino ſine exhibitione priuilegij non creditur, num.12. 383
Comiti Palatino cauſam interueniſſe aſſerenti nõ creditur, num.21. 384
Comes Palatinus an ſacerdotis filios rectè legitimet, num.22. ibid.
Comes Palatinus non citato ſubſtituto cui præiudicatur, legitimare non poteſt, num.59. 396
Comes Palatinus in præiudicium tertij legitimare nõ poteſt, num.4. 382
Comes Palatinus non vtitur clauſula derogatoria non obſtantibus, num.5. 383
Comes Palatinus legitimando vocare an agnatos & omnes quorum intereſt, neceſſe habeat, nume. 6. & 7. ibid.
Conciliorum quæ auctoritas, num.4. 326
Concubinatus monachis à Iuſtiniano graui ſub pœna interdictus, num.3. 329
Concubinarij clerici taxantur, num.7. 326
Concubinæ aut naturalibus vltra vnciam relictum cedit legitimis, num.2. 331
Concubinatus an conſtitutione Iuſtiniani ſublatus, num.

num.1. 124
Concubinatus quàm proximè ad coniunctionem vxoriam accedit,nu.2. 325
Concubitus illiciti pœna tam in progeniem, quàm in ſceleris authorem manat.51. 389
Concubina vt quæ ſit quid requiratur. nu.1. 327
Concubina ſine teſtatione manifeſtante non babetur,nu.2. 318
Concubina vt quæ ſit, domi retineri debet, num. 3. pag. 328
Concubina iure ciuili quæ. nu.3. 327
Concubitus fornicarius iure diuino probibitus, nume.8. 326
Concubina cum liberis an legitimari poſſit per ſequens matrimonium, filio legitimo extante ex matrimonio intermedio.nu.1. 350
Concubinam iure Canonum communiter, an babere liceat,num.1.& 2. 325
Concubitus extra matrimonium, abominatio coram Deo.nu.3. 326
Concubina ab inteſtato non ſuccedit,nu.6. 327
Concubina veteribus non inhoneſtum nomen, numc.1. 327
Concubina non venit vxoris appellatione, num.20. pag. 516
Concubinæ aut naturalibus vltra vnciam exiſtētibus legitimis relinqui non poteſt,nu.1. 331
Concubina etiam domi non retenta poteſt per ſubſequens matrimonium cum filijs legitimari, nume.4. 363
in Conditionibus voluntas teſtatoris ante omnia exploranda,nu.29. 238
Conditio ſemel purificata excludit omnem ſubſtitutionem,nu.14. 245
Conditio, ſi ſine maſculis, an præſupponat filios vocatos,nu.31.& 32. 239
Conditionis in teſtamento ſcriptæ euentus, inteſtati ſucceſſionem excludit,nu.8. 17
Conditio inſtitutioni appoſita trahitur ad diē mortis, ſecùs in legato,nu.20. 71
Conditio ſi ſine hærede, continet hæredes ſanguinis tantùm nu.26. 134
Conditio ſi ſine liberis à teſtatore adiecta quid ab ea quæ à lege venit, differat remiſſiuè,nu.8. 343
Conditio ſi ſine liberis, deficit nato filio, etſi mox moriatur,nu.8. 243
Conditio ſi ſine liberis, deficit, etiam ſi natus momento tantùm vixerit.nu.9. 244
Conditio ſemel impleta ſufficit, etiam ſi nō duret, nume.12. 244
Conditio legati, vt dentur hæredi decem: in perſona contra tabulas bonorum poſſeſſoris adimplēda eſt,nu.13. 52
Conditio ſi ſine liberis verificatur in vno, numer. 11. pag.216
Conditio, ſi ſine liberis adiecta inſtitutioni filij excludit naturales,nu.6. 343
Conditio ſi ſine liberis fauore filiorum appoſita cenſetur,nu.7. 319
Conditio ſi ſine liberis, deſinit extantib. naturalibus, num.9. 241
Conditio ſi ſine liberis, in perſona eius qui legitimos babere nequit, naturales admittit.3. 342
Conditio nihil ponit ad eſſe, nec diſpoſitionē facit, num.27. 238
Conditionibus adiecti in teſtamento, non vocati cenſentur,nu.13. 237
in Conditione poſiti, ex coniecturis cenſentur vocati,nu.30. 239
in Conditione quæ ſunt, non ſunt in diſpoſitione, nume.26. 238
Conditio ſeu ſtatus ſucceſſionis conſideratur tempore mortis eius cui ſucceditur,nu.38. 310
Conditio in teſtamento vel diſpoſitio in futurum excludit naturales, ſi ante euentum iuſti naſcantur, num.9. 337
Conditio defuncti certa eſſe debet hæredi ex teſtamento.nu.4. 100
Conditione deficiente, relictum quaſi caducum fieri, num.10. 110
Conceſſio certæ lineæ facta, ea finita interit, num.1. pag. 142
Conceſſo fendo aut emphyteuſi ad certas generationes perſona impetrans in numero eſt,nu.5. 192
Conciliatio Pauli & Vlpiani,21. 39
Confeſſio in tormentis ſine indicijs præcedentibus per indicia ſubſequentia non confirmatur, num.7. pag. 337
Confeſſione tacita, & præſumptiōe probatur verum maleficium,nu.4. 213
Coniunctio ſanguinis non facit locum iuri accreſcendi,num.5. 487
Coniuncti admixti nominatis vnius perſonæ iure veniunt,nu.11. 215
Coniuncti per lineam maternam ſiue iuſti ſoli, aut naturales, ſiue iuſti cum naturalibus inuicem ſuccedunt,nu.1. 489
Coniunctio ne maior inter patrem & filium, an inter maritum & vxorem,nu.10. 521
Coniunx ſecundas nuptias contrahens quantum poſſit coniugi relinquere per vltimam voluntatem, num.10. 42
Coniugia extra familias contrahuntur cognationis dilatandæ gratia,nu.6. 172
Coniunx cauſam dans ſeparationis thori non ſuccedit innocenti,nu.29. 517
Coniectura pietatis emendanda caſus repentini iniquitas,nu.8. 42
Confarreationis ritus examinatur,num.6.8. & nume. 12. 504
Confiſcatio bonorum extra crimen læſæ maieſtatis vxori in legitima non præiudicat, num.4. 5.& nu.9. pag. 534
Conſanguinei fratres æquè agnati ſunt, vt fratres vtrinque coniuncti nu.11. 498
Conſanguineis duobus contendentibus de proximitate, qui contra poſſidentem agit, probare debet, num.12. 122
Conſanguineus frater cum fratre vtrinque coniūcto an in feudo ſuccedat,nu. 1. 483
Conſanguineus frater in ſtatuto excluſiuo cognatos, an filias vtrinque coniunctas excludat, numer.3. 483
Conſanguineus frater an locum faciat ſtatuto excludente ſorores, extantibus fratribus,num.1.& 10. 15. & 16. 497
Conſanguinei qui ſint,nu.2. 429
Conſanguinitatis generalis acceptio,7. 157
Conſanguinitatis definitio D.Thomæ,8. 157
Conſanguinei propriè ſunt eodem patre tantùm nati, num.9. 157
Conſanguinei qui dicantur.6. 156
Conſcriptio inuentarij ſine præiudicio poſtulatur, vbi ſequeſtratio prohibetur,nu.6. 468
Conſenſus tacitus ad ſecundas nuptias parentum pro pœna iuris euitanda ſufficit,2. 452
Conſenſus vnius liberorum in nuptias ſecundas qui præmoriatur, nil operatur. 3. 452
Conſenſus mariti prædefuncti vxor ad ſecunda vota veniens, an excludatur à dominio in ſucceſſione liberorum,nu.4. 452
Conſenſus communis docentum & conſulentium in iure, plurimum valet,nu.9. 500
Conſenſus liberorum in legitimatione per reſcriptū neceſſarius,nu.1. 369
Conſequimur aliquando ex perſona alterius, quod ex noſtra non poſſumus,16. 538
Conſtantinus primus Imperator Chriſtianus,num.9. pag. 330
Conſtantini conſtitutionem de legitimandis per ſubſequens matrimonium intercidiſſe,3. 345
Conſtantini duæ in ſucceſſione naturalium conſtitu-

conſtitutiones editæ,num.10. 330
Conſtitutio ſeruitutis alienationis eſt ſpecies, nume.1. 4-4
Conſtitutio de hæredibus ab inteſtato venientibus per Nouel.vt fratrum filij. correcta,num.2. 438
Conſtitutio Iuſtiniani de legitimationis modo per oblationem curiæ num.4. 402
Conſtitutio Caroli V. Imperatoris Rom.in ſucceſſione filiorum diuerſorum fratrum non extantibus patruis,num.1. 480
Contrariorum eadem diſciplina num.45. 379
Contraria duo ſimul in eodem ſubiecto eſſe nequeũt, num.24. 3°9
Contrahentium mens & intentio præcipuè ſpectanda, num.13. 188
Contrahentium mens veriſimilis præualet verbis,etiam in ſtrictis,num.22. 33
Contrahentes videntur ſe conformare iuris communi diſpoſitionis ſtatuti, vel conſuetudinis, nume. 8.pag. 186
Contractus reprobatus odio eius cui iuratur,iuramento non firmatur,num.44. 410
Contractus cuiuſque initium inſpiciendum, numer. 4.pag. 50
Contractus ſtricti iuris ſunt,num.20. 181
Contractus in dubio plenè interpretandi, nume.13. pag. 87
Conſuetudine longæua, cuius initij non extat memoria, etiam ſoli principi reſeruata acquiruntur, nume.16.& 57. 381
Conſuetudo & ſtatutum pari paſſu ambulant, num.36. pag. 378
Conſuetudo primogenitum præferens, excludit legitimatum,num.12. 389
Conſuetudo cuius initij non extat memoria, pro priuilegio eſt,num.37. 378
Conſuetudine quod contra bonos mores eſt, induci non poteſt,num.53. 350
Cõtinuatio dominij bonorum à patre in filium qua ratione fiat,num.18. 98
Continuationem poſſeſſionis defuncti in hæredem qui & vbi obſeruent, & à quibus impugnetur,num. 25.& 26. 98
Continuatiuò quod fit per rerum naturam, vnum & idem eſſe dicitur,num.6. 275
Continuatio iuris vel poſſeſſionis quæ fit à defuncto in hæredem, in fideicommiſſario non obtinet, nume.5. 76
Conuentio in manum quid,num.19. 505
Conuenire in manum, & mancipari quid, nume. 9. pag. 509
Correlatiua, vt ſunt pater & filius,ita parentes & liberi,num.5. 320
Corporalis apprehenſio ad acquirendã poſſeſſ.in quibus rebus requiratur,num.10. 98
Correlatiuorum eadem natura,num.1. 423
Corraſij laus & opinio in quæſtione præſenti, num. 17.pag. 98
Copulæ natura eſt ad vniformem diſpoſitionem reducere copulata num.5. 186
Copulatiuarum natura eſt per ius tribuere copulatis, num.1.& 4. 226
Copulatiuarum vis & effectus tam in ſtipulationibus, quàm teſtamentis obtinet,num.2. 226
Copulatiuæ, Et,natura eſt,æqualiter coniungere,nume.1. 186
Copulatiua, Et tam in ſtipulatione, quàm inſtitutione & legatis æqualiter coniungit,num.1. ibid.
Copulatiua poſita inter eas perſonas, vbi cadit affectionis ordo, copulat ordine ſucceſſiuo, numer. 9. ibid.
Præſcriptio & priuilegium eius temporis, cuius memoria non eſt, à pari procedunt, numer. 58. pag. 373
Curator hæreditati datur. 58. 108
Curiæ oblati conſentientes pœnitere non poſſunt,nume.2. 406
Curiæ oblati quoad ſucceſſionem ſolis patribus ſiunt legitimi,num.3. 406
Curiæ offerre pater vel ex pluribus vnum aut plures poteſt,num.1. 403
Curiæ à quo, & quomodo inſtitutæ, nume. 1. pag. 401
Curiæ oblati ſolis patribus ſuccedunt, & contrà, nume.2. 463
Curiata comitia quæ, & vnde dicta, nume. 3. pag. 401
Curatores bonorum qui, & quomodo conſtituantur, quodve eorum officium, & ad quid teneantur, remiſſiuè, num.9. 108

D.

DAmnato in metallum ſi quid extra alimenta legatum, cenſeri facit teſtamentum pro non ſcripto.num.4. 110
Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſentire non intelligitur,num.3. 531
Damnoſa hæreditas quæ ſit,num.3. 114
Decretalis quæ ſit bonorum poſſeſſio, nume. 3. pag. 137
Decretalis bonorum poſſeſſio quæ, numer. 3. pag. 157
Decuriones vnde dicti,num. 4. 401
Decurionum officium moleſtum & laborioſum, nume.3. 402
Decurionis adoptatiuus, filius decurionis dicitur, num.3. 318
Decij opinio euerſa,num.5. 339
Decij opinio quæ,num.3. 138
Definitio ſucceſſionis, eiuſque explicatio, nume.4. pag. 2
Definitiones in iure periculoſæ,num.1. ibid.
Definitionis gradus explicatio,num.6. 224
Deficere dicitur quod fuit, & deſijt eſſe, nume. 3. pag. 198
Defunctus præſumitur voluiſſe diſpoſitionem ſuam iuri communi eſſe conformem,num.4. 24
Defuncto, ſi cum parentibus fratres & fratrum filij ſuperſint, diuiſio fit in capita num.6. 440
Delicta minora confunduntur cum minori, & maius attenditur,num.11.& 12. 418
Delicta paria compenſatione tolluntur, nume. 12. pag. 276
Delicti commiſſi pœna, reluitione ante condemnationem facta, emptori debetur,num.27. 197
Delicti remiſſionem à Principe impetrans delicti cauſam exprimere debet,num.19. 371
Delinquendo maritus vxori non præiudicat, nume. 5.pag. 521
Delata hæreditas repudiari poteſt, adita non item, nume.11. 104
Delata non dicitur hæreditas, quæ adiri nequit, nume.15. 141
Delata hæreditas quatenus repudiari poſſet, nume.2. pag. 105
Delatæ & non delatæ hæreditatis differentiæ, nume. 18.pag. 105
Delationes hæreditatum reguntur Principum conſtitutionibus,num.13. 395
Delibare verbum quid,num.3. 68
Deliberandi tempus olim erat in arbitrio iudicantis,num.12. 306
Deliberandi tempus iure nouiſſimo certum hodie eſt num.13. ibid.
Demononis Areopagitarum Principis filiæ viduæ honeſtæ reſponſum,num.20. 446
Deportatus filius locum pœnæ matri ſecundò nubenti non facit,num.7. 410
Deſcendere tam bonis, quàm perſonis conuenit, & pro peruenire eſt,num.2. 294
Deſcendentium & aſcendentium ſucceſſio in infinitum

tum eſt,on.3.& 5. 162
Deſcendentium prima ſucceſſio eſt, dein aſceodentium,nu.2. 162
Deſcendeotinm primus ordo Suorum, poſt conſanguineorum & tandem agnatorum eſt, nnme.1.& 3. pag. 429
Deſcendentium appellatio propriè ad liberos pertinet,nn.4. 294
Deſcendentium appellatio ad omoes liberos iodifferentet pertioer.5. 294
Deſcendeotium ſignificatio in ioſinitum extenditur. oum.6. 234
Deſecndentium appellatio pertinet ad nomina collectiua plures ordincs & gradus continentia. nu. 10. 235
Deſcendentes vocati à teſtatore cēſentur ordine ſucceſſiuo vocati in infinitum.11. 235
Deſcendentes ordine vocari, cēſeotur eo modo, qoo ab inteſtato ſucceſſuri eſſent.12. 235
Deſcendentes in cooditione poſiti, an ceoſeantur vocati à teſtatore,nu.19.20.21.22.& ſeqq. 238
Deſcendentibus aut aſcendentibus nullis neque ex latere ad decimum gradum extantibus, viri & vaoris ſucceſſio admittitur in ſolidum.nn.1. 313
Determioatio voa,plura detetmioabilia reſpiciens, æqualiter determinat, 6. 166
Determinatio voa plura determinablia reſpiciens, æqnaliter determioat.10. 176
Dictio,ſuis hæredibus,in contractu inter vinos,intelligitur de liberis ſeu hæredibus primum locum renentibus,27. 138
Dictio,deinceps, aduerbium ordinis eſt, & gradatim quid fieri denotat.7. 283
Dictio,quælibet alienatio,etiam continet ſucceſſionem ab inteſtato.ou.9. 87
Dictio,cum,poſita inter perſonas inter quas ordo cōſideratur,æquali iure an cenſendi,17. 188
Dictio,cum,& Et,idem eſt.18. 188
Dictio, nihil intereſt, vel nec intereſt, eandem naturam,ſignificationem,& ius ootat,19. 189
Dictio,nihil,per ſe vniuerſalis eſt negatina, omnem differentiam tollens.nu.20. 189
Dictio,idem,paritatem & identitatem ſignificat, nu. 21.pag. 189
Dictio,Quibuſcuoque,omnia complectitur,nume.4. & 6. 86
Dictio,Quihuſcuoque hæredibns,etiam extraneos cōtinet,nu.5. 86
Dictio,quicuoque contractus,etiam Improprios contractus complectitur.7. 87
Dictiones qnodammodò, haberi loco, vice alicuins, fictionem deootant,nu.3. 76
Dictio, ſuos, comprehendit ſanguioe oohis iuoctos, num.17. 133
Dictio maſculorum,adlecta vocabulo hæredis,extraoeos excludit,18. 133
Dictio, quihuſcuoque hæredibus, quomodo accipiatur,nu.17. 296
Dictio legitimi,adiecta hæredi,eacludit extraneos, oum.24. 134
Dictio nihil vniuerſalis eſt,nu.6. 388
Dictio,ius,in definitione bonorum poſſeſſionis,quid denotet, nu.2. 135
Dictio,vel,eſt diſiunctiua.3. 19
Dictio,etiam,mnltiplicatiua eſt,nu.2. 439
Dictio, ſuperſtites filios, in teſtamento, includit & conſanguineos, nu.14. 499
Dictio,ſuos hæredes,an eacludat eattaoeos, ou.14.& 16.& 17. 138
Dictio taaatiua,omnes caſus non eapreſſos exclodit, num.13. 315
Dictionis perpetui,intellectus,nn.11. 132
Dictiones donec,quoad, qnamdiu, tempus incertum denorant,& conditionales ſunt.9. 176
Dictionum taxatiuarum natura, numeri 12. pag. 40.
Dictionum,Propriè, Non impropriè,& Non propriè, diſtinctio.nn.21. 36
Dictiones perinde, quaſi, improprietatem qnandam & fictiooem adnotant.16. 245
Dictum ſimpliciter, eſt ſimpliciter intelligendum, num.9. 153
Didacus Couarru.reprehenditor.on.16. 18
Didaci Couarru.argumenta refelluntur, nn.13.20.24. & 17. 21
Dies fideicommiſſi & legatorum hodie à morte teſtatoris cedit.nu.18. 118
Diffarreatio quid.on.11. 504
Differentia à iure conſtituta inter ſe sum, maſculinū fœmininum non includit,nn.15. 250
Differētia inter hæredem & emptorem hæreditatis. num.11. 75
Differenria ſucceſſionis ea teſtamento, & ab inteſtato quoad collationes,hodie ſublata.4. 57
Differeotia legitimorum & naturalium à iure ciuili eſt,nu.13.& 37. 378
Differentia aditæ & non aditæ hæreditatis,nume.10. pag. 104
Dignitas recedens ab indigno, applicatur proximiori gradni.nu.40. 318
Dignitas perſonæ ao faciat, conditione,Si ſine liberis excludi naturales,nu.1. 342
Diſiunctiuæ pars vna ex alia declaràtur, oume. 6. pag. 38
Diſpenſatio requirit citationem agnatorum & intereſſcotium,nu.19. 384
Diſpenſatio requirit cauſam quæ cōſtet,& rationi & iuri conſonet.20. 384
Diſpenſatio cum illegitimo ad heneficium, intelligitur de primo, quo reſignato aliud non ohtinet, num.10. 352
Diſpenſatin Papæ ſi correctoria iuris ſit communia vltra caſum expreſſum non eateodenda,nnme.4 pag. 373.
Diſpenſatio à legitimatione diſtinguitur, nume.16. pag. 384
Diſpenſatio in legitimatione non contioetur, oum. 17. 384
Diſpenſandi priuilegium odioſum, ideoque cauſam requirit diſpenſatio.19. 384
Diſponeotium mens prædominatur verbis, oum.25. 190.
Diſpoſitio de bonis tantùm continet eà quæ tempore diſpoſitionis eatant.nu.8. 117
Diſpoſitio limitata in maſculis, prohibita dicitor in fœminis,nn.18. 203
Diſpoſitio escludens filiam ſtante hærede maſculo, de filio intelligitur,nn.7. 182
Diſpnſitio espreſſa,tacita potior,on.7. 500
Diſpoſitio omnis trahitur ad tempus effectus, nume. 6. pag.58
Diſpoſitio hominis potior legis diſpoſitione.nu.14. pag. 532
Diſpoſitio quælibet de hærede loqnens booorū poſſeſſionem cnmprehendit,6. 144
Diſpoſitiones contraheotium non referuntur ad incognita.nu.11. 32
Diſpoſitionum copolatiuè inuctarum qualitas in vna poſita repetita in altera cenſetur.3. 227
Diſputantis officium quale. nu.1. 34
Diſſoluto matrimonio propter conſanguinitatem, dos vaori manet.nu.3. 274
Diſtinctio Socini quatenus legitimati verè legitimi dicantnr,nu.28. 390
Diſtioctiones præter mentem legis ono ſnot eacogitandæ,nu.3. 489
Diuortium ſine cauſa mulier faciens, perdit dotem & donationem propter nuptias.nu.1. 274
Diuortium hodie ob ſolam fornicationem conceſſū. oum.31. 517
Diuerſo iure res voa & eadem non cenſenda. on.17. pag. 389

Dinerſitaa nominum diuerſitatem effectuum cauſatur,nu.15. 389
Dolns venditoria emptori non nocet, numer. 11. pag. 81
Dolus venditoris,& dolns emptoris, quatenus noceat,nu.16. 81
Doloſè adminiſtrans pater,rationes reddit, & ſi filija noceat,cadit adminiſtratione,10. 468
Domns pro ſamilija communiter accipi, nu.20.& 22. pag. 212
Domus quam ſamiliæ acceptio latior, num.21. pag. 213.
Domeſtici hæredes qui ſint, nu.8. 110
Dominium aditione actu ciuili quæſitnm, ad ins gentium pertinet,nu.8. 386
Dominium quia iuris gentium eſt, à Principe tolli nō pnteſt,nu.4. 385
Domininm maternorum ad filios pertioet, ſalno tamen patri vſufructu,11. 430
Dominium aduentitiorum momentaoeum ceſſare facit vſumfructum,1. 477
Dominium hæreditatis emancipati fratrum & ſotorum eſt.vſusfructus pattis,7. 434
Dominij oiigo & progreſſus,9. 120
Dominij cootiouati à patre in filium vis & effectus, nu.2. 106
Dominij directi & vtilia diſtinctio per Aretin. tradira reijcitnr,nu.42. 124
Domini vatia acceptio.10. 93
Dominos ſe mutuo coniuges olim appellabant, nu. 18. 509
Donaiio facta fratti, eius filijs & deſcendentibus, ſucceſſiuè cenſetur ſacta.15. 259
Donatio cauſa mottis iure nouiſſ. legatia per omnix adæquxtur,nu.4. 78
Donatio in præiudicium neceſſario debiti, non valet,nn.2.& 7. 521
Donatio filioſamil. à patre facta, an valeat, & quid de donatione inter virum & vxorem,nom. 4. & 5. pag.4.
Donatio inter coniugea prohibitx, etiam inter ſponſum & ſponſam de præſenti prohibita, nu.13. pag.515.
Donatione collata in eccleſiā vt dein aliquid in ſpurium.nu.11.
Donari omnia bona poſſnnt,11. 117
Donationem omnium bonorum propter non exiſtentiam liberorum, adoptiuus non reuocat. nu. 19. 322
Dos ex bonis communibus promiſſa,ſemel tātùm debetnr,nu.4. 351
Dos filiæ ſpuræ à patre relinqui poteſt.num.31. 414
Dos inſtat alimentorum eſt.nu.28. 414
Dos mulieris quinque legibus publicatur, nume.9. pag. 535
Dos viduæ ijſdem gaudet priuilegijs quibus conſtante matrimonio.9. 455
Dotare ſi ſubditi teneantur filiam principis, ſi ſecundò nubat,non tenebuotur.13. 445
in Dotis vindicatione prima vxor eiuſq; liberi ſecōdæ præferuntur.1. 276
Dotali re ſecundæ vxoris extxnte, eina liberi, primæ vxori præferuntur.2. 276
Dote prima pro patte extante, in reſiduo exigeodo filij primi mattimonij alijs prævalent,3. 276
Dotalibus rebus nullis exiantibus, nihilominns priores liberi potiores in vindicanda dote,4. 278
Dotis vindicatio obtinet, etiam mariti bonis coofiſcatis,nu.5. 278
Dotem mulier propter ſornicatiooem dinertens, amittit,nu.4. 274
Dotalia ioſtrumenta an requirantur ad legitimationem per ſubſequeoa matrimonium, num.6.& 7. pag. 349
Dotræ vxori, quæ poſt attenuatx aut perdita ſit, an legitima ex bonis mariti debeatur, numer.1. & nn.3.
pag. 535
Duntaxat, dictio eſt taxatina & excluſiua. numer.11. pag.40.
Duobus æqoalibus paſſibus metxm pro brauio contiogentibus denuò currunt,13. 255
Duobua ſimul ad arma prorueutibus niſi de prioritate conſtiterit neuter violatæ pacis tenebitur, nu. 14. 255

E.

EADEM ſunt & dicuntur quæ ex eadem cauſa naſcuntur, & in eundem finem concurruot, nu. 14. 501
Eccleſiæ in fraudem legitimæ inſtitui nequit, nu.20. pag. 514
Eccleſia breni cooſecranda, pro conſecrata habetur, 18. 515
Eccleſiam ſubſtitutam ſi ſine liberis,an excludant naturales.7. 343
Eccleſiaſtica emphyteuſis ſibi ſuiſque liberis cōceſſa, naturales quatenus includat.8. 344
Edictum Prætòria mortui aliud, aliud viui, nume.2. & 4. 137
Edictum D. Hadriani in ſucceſſione ex teſtamento obtinet, non ab inteſtato,nu.1. 59
Edicti D. Hadriani ratio.2. 60
Edictum D. Hadriani, an indubitato hærede ab inteſtato obtineat.nn.3. 60
Edictum Diui Hadriaoi locum habet in hærede, oon in legatario.nn.33. 73
Edicti prætoris, vode vir & vxor, cauſa impulſiua, nu. 30. 517
Edictali bonorum poſſeſſio qox,nu.2. 137
Edictalis & decretali bonorum poſſeſſ. differentiæ, nnm.5. 137
Edictalem & decretalem bonorum poſſeſſionem ro non differre,3. 138
Effectua legitimxtionia per ſubſequens matrimoniū varij effectus,nu.1.& 2.& ſeq. 360
Effectus nullua ex teſtamenti iure imperfecti, num.5. pag. 49
Effectus, non nomina in iure conſiderandi, nnm.40. pag. 472
Emancipatus à patre adoptiuo poſt mortem patris naturalis, an vtrinſque patris iura perdat,nnm.6. pag. 316
Emaocipatio & legitimatio quaſi à pari procedont. num.5. 39
Emancipationia & fiduciæ contrahendæ formx venditioni qnàm pignori ſimilior.8. 430
Emancipationis & ſuitatia differentia à Iuſtiniano ſublata,6. 487
Emancipatis ſubuenitur iure prætorio per booorum poſſeſſ.37. 10
Emaocipati hæreditaria dominium fratrum & ſororum eſt, vſusfructus patris,7. 434
Emancipati cum ſuis indifferenter patri ſuccedoot, num.1. 269
Emancipatos iure antiquo nec inſtituere, nec exhæredare neceſſe.8. 139
Emancipati iure prætorio habent bonorum poſſeſſ. vnde liberi,nu.9. 139
Emancipati quomodo & pro qua parte ſuccedant cōtra teſtamentum patris,nu.25. 143
Emancipati ab inteſtato ſuccedentes conferunt, nu. 2. 56
Emancipati habent beneficio prætoria poſſeſſionem bonorum contra tabul. patris. nume.24.pag. 143.
Emancipati ſoccednnt parentibus beneficio prętoris, & hodiè iure nouiſſimo,4. 266
Emancipato præterito datur bon.poſſeſ. cootra tabulas.17. 12
Emancipatornm bona à matre proueoientia, quatenua

tenus & quo iure patris ſunt. nu.3. 464
Emphyteuſis recepta pro ſe filijs & nepotibus etiam comprehendit nepotes, poſt mortẽ recipientis na ros,nu.6. 292
Emphyteuſis accepta pro ſe, filijs & nepotibus, non complectitur filias,nu.8. 155
Emphyteuſis ad meliorandum data redit cum meliorationibus,num.12. 194
Emphyteuſis ſibi ſuiſq; liberis quæſita, an naturales admittat,nu.1.6.& 7. 343
in Emphyteuſi generatione finita, cognatis, ſi extranei, in noua conceſſione præferantur, appellari poterit,nu.2. 200
Emphyteuſis conceſſa pro ſe & filijs, non includit fœminas,num.3. 343
Emphyteuſis conceſſa alicui, eius filijs, & nepotibus maſculis, ijs etiam deficientibus, filiæ non admittũtur,nu.11. 350
Emphyteuſi Gaio & eius deſcendentibus maſculis conceſſa, excluditur nepos ex filia, niſi &c.num.18. & 19. 180
Emphyteuſis accepta pro ſe, deſcendentibus & hæredibus ad ſanguinis hæredes pertinet, nu.4. 131
Emphyteuſin eccleſiaſticam alicui & hæredibus conceſſam, extraneos non admittere. Limita, vt nu. 5. 12.& 13. 131
Emphyteuſin eccleſiaſticam vltra tertiam generationem non extendi,nu.6.& 7. 131
Emphyteuſis certæ lineæ conceſſa ea interempta redit ad dominum,nu.3. 192
Emphyteuſis vel feudi conceſſio non extenditur ad adoptiuos,nu.12. 321
Emphyteuſis Eccleſiaſtica ſibi ſuiſq; liberis conceſſa, naturales quatenus includat,nu.8. 344
Emphyteuſis acquiſita ſibi & filijs maſculis, & fœminis poſt patrem filij & filiæ ſimul admittuntur, num.14. 229
Emphyteuſis accepta pro ſe & liberis continet & fœminas,nu.13. 241
Emphyteutæ ob meliorationes retentio quatenus cõcedatur,nu.10. 193
Emptio hæreditatis differt à ſucceſſione.nu.8. 3
Emptor fundi eccleſiæ tenetur ſtare colono,num.37. pag. 84
Emptor non tenetur ſtare colono,nu.28. 83
Emptor hæreditatis an fiat hæres vtiliter, nume.12. pag.75.
Emptor hæreditatis loco vniuerſalis hæredis an ſit, num.4.5.6.& 7. 74
Emptor hæreditatis in locum hæredis ſubrogatur.nume.5. 74
Emptor hæreditatis an teneatur creditoribus. nu.7. & 8. 74
Epiſcopalis aut patriciatus dignitas ius vſusfructus in bonis filij non aufert,nu.15. 465
Emptor in caſu euictionis, reluitiõis, aut retractus repetit impenſas,nu.17. 194
Epiſcopus legitimare non poteſt,nu.11. 376
non Eſſe, vel non legitimè eſſe, paria ſunt, nume.9. pag. 17
Examinatur c. per venerabilem. extr. qui filij ſint legitimi,nu.18.& 19. 376
Exceptio firmat regulam in non exceptis, nume.16. pag. 203
Excluſus à ſucceſſione ab inteſtato, teſtamentum non impugnat,nu.17. 61
Excluſa fœmina, filij ex ea quoque arcentur,num.6.& 11. 178
Excommunicatio per famam probatur:13. 262
Exhæredatus an pro mortuo ſit ratione iuris ſuitatis, nu.40.& 41. 123
Exhæredato impuberi ſubſtitui poteſt,nu.6. 90
Exhæredatio pro parte fieri non poteſt. numer.22. pag.8.
Exhæredati non habent bonorum poſſeſſ. contra tabulas,nu.22. 13
Exhæredari olim aliter filium, aliter filiam oportuiſſe,nu.1. 167
Expenſas, victus victori quas ſua contumaciæ paſſus eſt, victor non refundit,nu.4. 531
Expenſæ litis ex fructu aduentitiorum, non ex proprietate ſumendæ, modò fructus ſufficientes.nu. 19. 469
Extenſio ſtatuti vel legis ex mente ſtatuentium vel legis latoris, fit ad caſus ſimiles, nu.13. 508
Extenſio in puncto alienationis vel reuncationis non admittitur,nu.8. 521
Extenſio à caſu ad caſum fit, cum ſubeſt eadem ratio. nu.5. 153
Extenſio de perſona ad perſonam, difficilis, nu.9. 231.
Extenſio difficilior de perſona in perſonam, quàm de caſu ad caſum,nu.20. 204
Extenſio de perſona ad perſonam non fit in ſtatutis, neque in correctorijs,nu.21. 204
Extenſio non fit in teſtamentis de perſona in perſonã. num.22. 205
Extenſio fit in correctorijs, cum fauore familiæ cõſeruandæ ſubeſt.nu.10. 114
Extinctum quod ſemel eſt, amplius reuiuiſcere nequit,nu.2. 174
Extranei hæredes qui ſint, nu.55. 128
Extraneus in materia ſucceſſionis quis ſit, vbi & Caij I.C. definitio examinatur.num.56.& nu.ſeq. 126.
Extranei ſuis opponuntur,nu.57. 126

F.

FACTA pro infectis haberi non poſſunt,núm.10. pag. 512
Facta pro infectis per legem haberi non poſſunt,nu.9. 356
Falcidia à legatis detrahitur,nu.30. 72
Fama plenè probat in antiquis hominum memoriam excedentibus,nu.20. 262
Fama viciniæ, an & quando probetur filiatio, num.12. pag. 260.
Fama in leuioribus ſemiplenam inducit probationẽ. num.13. 260
Fama attenditur in mala fide probanda,nu.19. 260
Fama ad impedienda matrimonia fidem habet. nu. 16. pag. 261.
Familia intelligitur in contractibus & diſpoſitionibus, quæ fuit tempore contractus, non quæ poſt, aucta,nu.19. 212
Familiam vnus homo non facit, ſecus in edictis Prætorum,nu.3. 209
extra Familiam alienare prohibitus, non poteſt inſtituere hæredem extraneum,nu.3. 26
Familiæ priuatæ, an certas ſibi condere leges ſucceſſionum poſſint nu.24.& 25. 306
Familiæ nomine, in teſtamentis & ſtipulationibus, agnati per virilem ſexum veniunt, nu.9. 210
Familiæ nomen Iuſtinianus in legatis & fideicommiſſis latiſſimè extendit,nu.10. 210
Familiæ appellatione, propriè denotatur agnatio, num.11. 211
Familiæ ſeruilis genera,nu.4. 209
Familiæ nomen tam perſonas, quàm res continet. num.5. 209
Familiæ nomen in liberis hominibus eſt, & quomodo accipiatur,nu.1.5.& 7. 208
Familiæ non poſſunt ſibi circa ſucceſſiones leges certas condere,nu.15. 211
Familiarum conſeruatio ornamentum & commodũ reipub. eſt,nu.7. 172
Ferracix quid? & vnde dicta,nu.26. 510
Famuletium olim quod nunc ſeruitium.nu.2. 208
Far, quid apud veteres comprehendat,nu.9. 504
Far à ſinge & frumento diſtat,nu.10. 504
Fauor contra fauorem non eſt ampliandus, nu.5. 355

Feuda

Feuda originem habent ex bono publico. nume.5. 398.
Fenda ea iure poſitino promanarunt.nn.6. 398
in Feudalibus contrahitnr.nu.8. 399
Feuda in regno Caſtiliæ & Burgundiæ ad inſtar patrimonixlium redacta.nn.20. 406
in Feudi ſuceeſſione non patet locus fœminæ, quoad maſculus ex primo inueſtito ſupereſt.10. 187
in Feudis naturxles non ſuecednnt. nu.1. 335
Fendnm conceſſum filijs natis & naſcituris datur naturalibus ſi iam nati ſoli ſint nagnrales. nume. 2. pag. 335
in Feudis maſculinum non continet fœmininum.nu. 14. 250
Feudo apertn defectu lineæ vel generationis, dominus alios agnatos remotis extraneis, an xdmittere debeat.nu.1.& 3. 200
Feudo apertn retentionis ins obtinet ob meliorationes.nu.9. 193
Feudo aut emphyteuſi enncceſſa ad certas generationes, perſona impetrans in nnmero eſt.3. 195
Feudum acceptum pro ſe & hæredibus, de filijs maſeulis intelligitnr.16. 515
Feudum nouum datum ſtatribus & eorum hæredibus maſculis & fœminis admittit fœminam ſucceſſorem,num.57. 298
Feudum conceſſum alicni & ſuis hæredibns, ad maſculos ſanguinis extendi.nu.5. 131
Fendum intuitu patris conceſſum filio mortno, ad patrem deuoluitnr.36. 517
Feudum conceſſum qnibuſcunque hæredibus, an fœminas complectatur.18. 236
Feudum ad fœminas tranſitorium tranſit in monaſterium.nu.37. 296
Feudum receptum pro ſe & filija, filias non includit. nn.7. 185
Feudum præcariò conceſſum Seio & ſuis hæredibus, intelligitur de filijs.14. 233
Feudum Francum nnn extante maſenlo, fœminam admittit.nnm.32. 297
Feudum acquiſitum pro ſe, & quibus dederit vaſallua fœminam ſuccedere facit.53. 297
Fendum non extantibus deſcendentibus redemptum à fœmina eam ſuccedere patitur.54. 297
Feudum acquiſitum ſibi & hæredibus vtriuſq; ſexus, tandem non eatantibns maſculis, fœminis quæritur.nu.14. 188
Feudum ſibi & hæredibus vtriuſque ſexus quæſitum, miatum & hæreditarium eſt. 15. 188
Feudum acqniſitum pro ſe & hæredibus maſculis ſimul cum fœminis quomodo deuoluatur. nu.16.& 18.& ſeq. 188
Feudum conceſſum Titio eius hæredibus maſculis & fœminis, intelligitur ordine ſucceſſiuo côceſſum. num.1.& 8. 183
Feudum acquiſitum pro ſe & ſuceeſſoribus ſuis qnibuſcunqne admittit cleticum.41. 296
Feudum Princeps ſine cauſa vaſallo non aufert, ſi tamen ſneceſſio dependetà futuro ſecùs.nu.9. 399
Fictio xd impoſſibilix non eatenditur, neque quod in ri contrarium.nu.13.& 18. 353
Fictin in ijs quæ facti ſunt locum non habet.num.16. pag. 97
in Fictione tranſlatina dno extrema habilia neceſſaria.nu.10. 356
Fictio nunquam retro fingit, ſi æquitas adnerſetnr. num.11. 356
Fictio in præiudicium inris quæſitl non eſt. nume.12. pag. 356
Fiduciæ & emâncipationis contrahendæ forma venditioni quàm pignori ſimilior.8. 430
Fiducixrius heres quis dicatur.2. 128
Fiduciam contrahere quld ſit.nu.7. 450
in Fideicommiſſo familiæ relicto comprehendnntur ſolum concepti tempore mortis teſtantis. n.2. 291
Fideicommiſſum relictum proximioribus cognatis in dubio, xn de hæredis, an varo teſtatoris proximioribus intelligendum,num.16.& 10.10.21. 218
in Fideicommiſſarium trxnſeunt inra defuncti, actiuè & paſſiuè,nu.5. 287
in Fideicommiſſo repræſentatio ceſſat,nu.1. 287
in Fideicommiſſis præcipuè ſpectanda defunctl voluntas.ibid. 219
Fideicommiſſum fratri relictnm, an ſtxtrit filios côtineat,nu.2. 287
Fideicômiſſa, legata, &c. relicta, vt ad alios poſt mortem,nn.17. 342
Fideicommiſſum relinqni poteſt quibns legari non poteſt,nu.19. 148
Fideicnmmiſſa ea validitate teſtamenti robur habêt, num.31. pag.9.
Fideicommiſſa hodie ex neceſſitate à D. Auguſto retracta,nu.4. 118
Fideicommiſſnm relinqnitnr nutu,nu.31. 33
Fideicommiſſa potius, quàm legata, quare ſuſtineantur,nu.21. 148
Fideicommiſſi relinqnendi verba qnæ ſint,24. 52
Fideicommiſſi & legatorum dies hodie à morte teſtatoris cedit.num.18. 118
Fideicommiſſa legata, & relicta, vt ad alios poſt mortem eius peruenіant, intelligitur ſi ſine liberis,nu. 17. 348
Fideicommiſſa ab inteſtato ſuceedentibua iniungi poſſunt,nu.12. 24
Fideicommiſſornm relinquendorum origo. num.4. 158.
Fideicommiſſarius non niſi ab herede ſibi bonls reſtitutis hæreditatem apprehendere poteſt, num. 11. 77
Etiamſi reſtitutio ipſo iure fiat,nu.13. 77
Etiamſi proteſtetur ſe non facera animo inuadendi,num.14. 77
Fideicommiſſarinm non liberat à debitis hæreditarijs innentarij confectio.nn.7. 77
Fideicommiſſarins in caſu pœnali non venit nomine hæredis,nu.8. 77
Fideicommiſſxrius hæres quodammodo vniuerſalis eſt,non propriè,nu.1.& 4. 76
Fideicommiſſarijs non datur bonorum poſſeſſio. nu. 33. pag.9.
Filia omittens querelam inoffic. vel non obtinens, non concurrit fratri in hæreditate legitima.nu.5. pag. 29
Filia ſtatuto excluſa extantibus maſculis, an præterita rumpat teſtamentum,nu.4. 62
Filia dotata ſtatutô per patruum excluſa, cum filia xlia in dotata excludente patruum, admittitur, num.15. 538
Filia renuncians bonis paternis non excluditur à ſucceſſione fratris qui ea acquiſiuit, nu.18. 436
Filia fœminarum propter matres, à feudi ſucceſſione excluduntur.nu.49. 297
Filiæ ſpuriæ dos à patre relinqui poteſt,nu.31. 414
Filia à ſucceſſione ab inteſtato per ſtatutum vel iuramentum excluſa, an poſſit ſuccedere ex imperfecto patris teſtamento nu.15. 48
Filia ſtatuto eacluſa à ſucceſſione, ſi præterita eſt non habet querelam,nu.13. 340
Filiæ inſtitutæ adiecta conditio ſi ſine liberis naturales non includit,nu.4. 343
Filiarum excluſio, tacitè an filios in eonditione poſitos includat nu.33. x.9
Filiatio probatur ex educatione parentum, num. 1. pag. 258
Filiatio probatur, docto qnod concubina domi habitanit,nu 5. 295
Filiationis probatio in matre certa, in patre difficilis,nu.2. 251
Filij fratrum cum auia materna, auo & auia paterna patruo ſuccedentes in ſtirpes tantum admittendi, num.3. 442
Filius, in libro teſtatoris etiam manu alterius deſcriptus,

peus, teſtatoris filius dicitur, nu.10. 260
Filij nomen ſæpius & multo tempore à patre prolatum, filiationem probat, nu.7. 259
Filij procreantur, vt ex prole eorum diuturnitatis nobis memoria maneat, n.19. 251
Filij liberè cùm iuramento renunciantes hæreditati paternæ, an lucro, quod ex ſecundis nuptijs habẽt, renunciaſſe dicantur, nu.9. 451
Filij præſentia in legitimatione non neceſſaria. nu.16. pag. 371
Filijfamilias iure veteri ſola caſtrenſia, & quaſi caſtrenſia poſſidebant, nu. 4. 430
Filij ex illicito matrimonio post ab eccleſia approbato nati legitimi ſunt detecto impedimento, nu. 8. 357
Filij fœminarum eodem iure quo matres eorum excluduntur, nu.17. 180
Filij filiæ ſe ſuccedunt parentibus in viriles partes ſoli, num.1. 269
Filij fratrum inter ſe quomodo ſuccedant patruo, num.3. 484
Filij fratrum cum aſcendentibus & patruis ſuccedentes, in ſtirpem partes faciunt, nu.1. 442
Filij inteſtati hæreditas ad matrem l.12.tab. non pertinet, nec contra, nu.12. 431
Filij fratrum cum patruis in ſtirpes ſuccedunt, nu.1. pag. 479
Filij fratrum ab vtroq; latere excludunt patruos ab vno latere, nu.1. 484
Filij fratrum vtrinque coniunctorum quare patruum ex vno latere excludant, nu.2. 484
Filij filiæue patri etiam capitali pœna multato ſuccedunt, nu.6. 269
Filij vtrinq; coniuncti inſtituti & inuicem ſubſtituti cum fratribus conſanguineis, vtrùm in repudiatione vnius præferantur, nu.1.& 4. 496
Filij legitimatione in ſacris patris conſtituuntur. nu. 24. 466
Filij fratrum cum ſolis aſcendentibus ſuccedentes in ſtirpes veniunt, nu.2. 442
Filij vterinorum ad inſtar vtrinque coniunctorum in ſtirpes cum patruis ſuccedunt, nu.5. 486
Filij vterini excludunt conſanguineum fratrem in bonis maternis, nu.7. 486
Filij in conditione poſiti, à teſtatore an vocentur, nu. 20.24.& 25. 236
Filij in conditione poſiti, non videntur appoſiti in diſpoſitione, nu.21.& 22. 236
Filij in conditione, patre inſtituto, poſiti, per tacitum quoque fideicommiſſum vocatos cenſeri. num.18. 238
Filij nefarij hodie in vtroque foro, & paſſim alimenta habent. nu. 4. 422
Filij ab inteſtato cenſentur vocati, ſi in teſtamento in conditione poſiti, nu.15. 237
Filij diuerſorum matrimoniorum patri communi in capita, matri verò quilibet ſuæ, ſeorſim ſuccedũt, num.4. 274
Filij diuerſorum matrimoniorum patri in capita ſuccedunt, nu.1. 273
Filij ciuiliter aut naturaliter dicuntur, numer. 1. pag. 248
Filij appellatione etiam filiæ continentur, num.3. pag. 248
Filij fratrum cum patruis ſuccedentes quare in ſtirpes non in capita ſuccedant, nu.3. 479
Filiorum appellatione in materia exorbitanti nõ continentur nepotes, nu.4. 442
Filiorum vocabulo quod nepotes veniant, ex varijs ſignis colligitur, nu.20. 251
Filiorum appellatione veniunt ſoli filij iuſto matrimonio nati, nu.21. 258
Filiorum appellatione non continentur adoptiui, & nu.6.& 17. 320
Filiorum appellatio in ſtatutis adoptiuos non includit, nu.7.& 10. 320
Filiorum appellatio non complectitur nepotes propriè, ſed interpretatiuè, nu.12. 279
Filiorum appellatione etiam in odioſis continentur adoptiui, nu.15. 319
Filio deportato peculium eius caſtrenſe patri manet. nu.10. 575
Filio alimenta à patre petente, cum illo habitare debet, nu.20. 466
Filio in poteſtate præterito inutile erat teſtamentũ, num.3. 167
Filiorum appellatio in contractibus non recipit nepotes, nu.4. 344
Filiorum appellatio propriè non includit nepotes, num.17. 250
Filiorum & filiarum cauſa par in teſtamentis iure nouiſſimo, nu.6. 167
Filiorum & filiarum diſcrimen ſtatuentes naturæ accuſatores. nu.7. 167
Filiorum appellatione etiam filias comprehendiſſe teſtatorem voluiſſe vnde cognoſcatur, nu.9. 249
Filiorum appellatio non includit filias in caſibus nõ extenſiuis, nu. 10. 250
Filiorum appellatio in teſtamento exiſtentibus legitimis naturales non includit, nu.1. 336
Filiorum appellatione quando contineantur nepotes, remiſſiuè, nu. 5. 440
Filiorum appellatione propriè non veniunt filiæ, ſed per interpretationem, nu.7. 249
Filiorum appellatione nepotes non continentur, nu. 2. 320
Filio excludente filiam, & nepos ex filio eandem excludet, nu.19. 179
Filius ſpiritualis à patre ſpirituali alendus in neceſſitatibus, nu.6. 464
Filius matri ſuccedit, non obſtante prohibitione, ne tea familiam exiret, nu.2. 26
Filios diuerſorum fratrum prædefunctorum patruo in capita ſuccedere qui autores aſſeruerint, qui que contrarium. nu.1.& 2. 479
Filios caſtigatores parentum conſtituere, lex erubeſcit, nu. 17. 456
Filius proprietatem bonorum maternorum viuo patre non alienat. nu.13. 462
Filius vulgò quæſitus matrem in ius non vocat, & quare, nu.7. 241
Filius an eius, cuius faciem refert, eſſe præſumatur, num.10. 254
Filius patrem teſtari impediens, à ſucceſſione remouetur, nu.46. 296
Filiusfam. præteritus habet ius dicendi teſtamentum nullum, nu.16. 12
Filius vtrùm pro hærede vſucapere poſſit, num. 9. pag. 97
Filiusfamilias à patre extraneo datus in adoptionem, in poteſtate patris ſui manet, & adoptanti ab inteſtato ſuccedit, nu.1. 313
Filius conceptus, & tempore impedimenti natus, impedimento ſublato legitimus eſt, nu.41. 358
Filius iure repræſentationis in gradum patris introiens, omnes eiuſdem gradus qualitates habet, nu. 10. 280
Filius eſſe probatur, etiamſi mater poſt ſeptem menſes ab adultero reuerſa pepererit. nu.6. 253
Filius extra domum apud eum quocum miſceri ſolet, ſi naſcatur, filiationis probationem nõ infringit, nu.7. 153
Filius adoptiuus qualе ius ſuccedendi habeat, nu.11. pag. 21
Filius viuo patre in feudis quaſi inueſtitus cenſetur & poſſeſſio tranſit, nu.23. 98
Filijs inſtitutis & inuicem ſubſtitutis, ſi ſine filijs, &c. filiabus dote data excluſis, an filiorum filiæ excludant ſubſtitutum, remiſſiuè, nu.35. 240
Filius adminiſtrãs negotia patris commiſſa, eo mortuo rationes reddit, nu.12. 468
Filius alienata in fraudem legitimæ poteſt reuocare.

tare, num. 9. 5ar
Filius portio paterni corporis eſt, 14. 1ar
Filius petere poteſt bonorum poſſeſſionem ſibi debitam, ignorante patre, 17. 102
Filius probatur ex eo, quòd domi ex vxore & viro cohabitantibus natus, nu. 2. 293
Filius etiam inuito patre caſtrenſium habet exactionem. nu. 2. 475
Filius cum patre in viriles inſtitutus, ſuam quotam pleno iure habet, nu. 6. 476
Filius legitimus ex naturali, an poſſit defuncto patre legitimationem per ſequens matrimonium approbare, nu. 5. 548
Filius fratri pupillariter ſubſtitutus, eidem ſuus & neceſſarius hæres eſt, 35. 183
Filius adoptiuus acquirit patri naturali, numer. 17. pag. 22
Filius per oblationem curiæ legitimatus, patri tantũ ſuccedit, nu. 9. 488
Filius patre defuncto nouam hæreditatem acquirere non dicitur, nu. 17. 181
Filius quodammodo dominus bonorum patris eo viuo habetur, nu. 10. 110
Filijs natis & naſcituris feudum conceſſum datur naturalibus, ſi iam nati ſoli ſint naturales, numu. 8. pag. 335.
Filius deportatus locum pœnæ matri ſecundò nubẽti non facit, nu. 7. 450
Filiusfamilias agnoſcere poteſt bonorum poſſeſſionem ignorante patre, 4. 145
Filius pro hærede vſucapere nequit, 5. 106
Fiſci ius ex lege Papia & Senatuſconſultis olim competens, per Iuſtinianum abrogatum, nu. 20. & 21. pag. 112
Filium quem eſſe negans probare debet, num. 3. pag. 263.
Fiſco applicari non poſſunt quę ad extraneos non trãſeunt, nu. 8. 535
Fiſcus hæreditatem vendicans tamen hæres non eſt, num. 13. 914
Forma oblationis curiæ, 9. 405
Fœmina extantibus maſculis excluſa, deficientibus maſculis an maneat excluſa, num. 1. & 3. 11. & ſequ. pag. 175
Fœmina ſtatuto excluſa propter fratrem, non extante fratre, à ſucceſſione eiuſdem excludit omnes ex vno latere. 3. 482
Fœmina excluſa quoad maſculi extabunt ijs deficientibus ſuccedit, nu. 2. & 5. 775
Fœmina in feudis ſemel per maſculos excluſa, an perpetuò excluſa, 4. & 5. 174
Fœmina beneficio Principis de nouo inueſtita, ſuccedit, nu. 60. 298
Fœmina excluſa, filij ex ea quoque arcentur, num. 6. pag. 178
Fœmina excluſa à ſucceſſione inteſtati patris non excluditur à fratris hæreditate. 11. 176
Fœmina ex pacto deficientium maſculorum in feudo ſuccedit, nu. 50. 297
Fœmina in feudo fœminino ſuccedit, num. 51. pag. 297.
Fœmina ſingulari iure ſemel excluſa à ſucceſſione perpetuò excluſa cenſetur. nu. 1. 174
Fœminarum hæreditates iure veteri æquè atque maſculorum ad agnatos redibant, 12. 168
Fœminarum appellatione non contineri maſculos, num. 5. 184
Fœminæ regulariter à feudi ſucceſſione arcentur, num. 48. 297
Fœminæ extantibus maſculis quòd non ſuccedant, ratione introductum. nu. 4. 303
Fœminæ ſolo beneficio concedentis in feudo procedunt, nu. 28. 191
Fœminæ in feudo non ſuccedunt, nec earum filij, num. 2. 172
Fœminæ ob quas cauſas à feudi ſucceſſione arceantur, num. 3. 136
Fœminæ ab officijs virilibus remouentur, numé. 4. 172.
Fœminæ in feudo paruo ſuccedunt, nume. 59. pag. 298.
Fœminæ ad hæreditates legitimas vltrà conſanguineas hæreditates lege Voconia non admittebantur. nu. 5. 160
Fœminæ communiter feudi incapaces, num. 4. pag. 478.
Fœminæ communiter vigore conſuetudinis non retrahunt, nu. 12. 21t
Fœminis excluſis à ſucceſſione, omnes ex ijs deſcẽdentes excluduntur, nu. 1. 177
Fœminis inter cæteros exhæredatis aliquid relinquẽdum, num. 2. 187
Forma & origo à radice ducta in quolibet deriuato reperitur, nu. 4. 579
Formulis certis & verbis ſolemnibus in omni actu, Romani veteres vſi ſunt, nu. 7. 504
Fornicarius concubitus iure diuino probibitus, nu. 8. 316
Frater fratri in feudo nouo ex pacto ſuccedit, num. 38. 557
Frater non ſuccedit fratri in feudo à patre primùm accepto, nu. 8. 192
Frater legitimus & naturalis fratri ex parte ſibi naturali non ſuccedit, nu. 2. 488
Frater conſanguineus in ſtatuto excluſiuo cognatos, an filias vtrinque coniunctas excludat. nu. 3. pag. 483
Frater conſanguineus cum fratre vtrinque coniuncto an in feudo ſuccedat, nu. 1. 483
Frater conſanguineus an locum faciat ſtatuto excludente ſorores, extantibus fratribus, num. 1. & 10. 15. & 16. 499
Frater vtrinque coniunctus an fratrem conſanguineum excludat in ſucceſſione fratris ſtante ſtatuto excludente cognatos propter agnatos, nu. 1. pag. 500
Fratres ex vno latere vocantur non exiſtentibus fratribus neque eorum filijs vtrinque coniunctis. nume. 1. 485
Fratres vterini in maternis, conſanguinei in paternis bonis ſuccedunt idem in patruis, & auunculis, num. 2. & 4. 485
Fratres & ſorores vtrinque coniuncti poſt deſcendẽtes & aſcendentes vocantur. nu. 1. 478
Fratres conſanguinei æquè agnati ſunt, vt fratres vtrinque coniuncti, nu. 11. 498
Fratres matre illuſtri nati, ſpurio fratri non ſuccedunt, nu. 7. 461
Fratres fratrumque filij ab vno tantùm latere coniuncti, ab aſcendentibus excluduntur, nume. 1. pag. 442.
Fratres eorumque filij cum aſcendentibus gradu proximis fratri ſuccedunt, nu. 4. 437
Fratres ex patre naturales inuicem ſibi non ſuccedũt, niſi legitimati per reſcriptum, aut ſubſequens matrimonium, nu. 4. & 8. 482
Fratres vterini non habent querelam inoff. teſtam. & quid in alijs collateralibus, nu. 3. 16
Fratres vtrinq; coniuncti in omnibus bonis excludũt fratres ex vno latere. eiuſq; ratio. num. 1. & 2. Idem Iure Saxonum. nu. 4. 481
Fratres tertij ordinis ſancti Franciſci, in feudo ſuccedunt, 45. 296
Fratris appellatione tam ex vno quàm ex vtroque latere frater continetur. 11. 508
Fratribus teſtamento inſtitutis, an vtrinque coniuncti tantùm, an & ex vno latere contineantur, nu. 1. & 13. 14. 19. 498
Fratribus relicto fideicommiſſo, præferuntur fratres vtrinque coniuncti. Idem, etſi teſtator ſit extraneus, nu. 46. & 38. 496
Fratrum filij cum ſolis aſcendentibus ſuccedentes in ſtirpes

ſtirpes veniunt.2. 442
Fratrum mutua pactio de inuicem ſuccedendo, ſine liberis, valet.16. 305
Fratrum appellatio tam vtrinque quam ex vno ſaltem latere coniunctos complectitur, nume.2.pag. 491.
Fratrum filij cum aſcendentibus & patruis ſuccedentes, in ſtirpes partem faciunt, nu.1. 443
Fratrum mutua pactio de non ſuccedendo fœmina, valida, nu.14. 304
Fratrum filij inter ſe quomodo ſuccedant patruo, num.3. 484
Fraus & dolus euitandi.nu.3. 521
Fraus quando præſumatur factis in alienatione, & quando vxor eam reuocare poſſit, num.8.& nu.15. pag. 522
Fraudem defuncti hæres allegans reijcitur, nume.18. pag.9.
Fraudis cauſa adoptio quando facta dicatur. num.9. pag. 319
Fructus rei legatæ ante aditam hæreditatem quæruntur hæreditati, pòſt legatario.4. 96
Fructus ante aditam hæreditatem, hæreditati acquiruntur.nu.9. 98
Furcas propria authoritate erigere, eſt crimen maieſtatis, nu.27. 294
Furioſi dementes &c. ſi non monſtroſi, in priuatia ſuccedunt, nu.69. 300
Furioſus & demens an in feudo ſuccedant, num.61. pag. 299
Furioſus licèt conſentire nequeat, legitimari poterit, nu.3. 369
Furioſo natura genito filius ne an frater eiuſdem primogenituræ ius habeat, 66. 299
Furioſo patre nato filius, an legitimari poſſit, nu. 6. 369
Furioſum & pupillum inteſtatum non dici obijſſe, qui affirment.2. 152
Furti agi an cum vxore poſſit.19. 507
Furtiuæ rei inſtitutio quando valeat, nu.5. 515

G.

GALLI Aquilij formula de nepote poſthumo inſtituendo, &c.nu.6. 140
Gallus Aquilius nouum ius non introduxit, ſed formulam.7. 140
In Gallia vſuſfructus aduentitiorum filij patri nō debetur, nu.31. 477
Generali conceſſioni non includitur, quod quis ſpecialiter conceſſurus non eſſet, 43. 379
Generalis ratio complectitur omnes caſus. num.14. pag. 435
Generali verbo adiunctum ſpeciale, reſtringitur ad ſpeciem.nu.15. 172
Generans quale eſt, tale & generatum.5. 279
Generationem Græci pro gradu ponunt.7. 217
Generationes quot, tot ſunt gradus.9. 217
Generi per ſpeciem derogatur.42. 379
Gens, genus, familia, ſtirps, domus, propriè ad virilē ſexum pertinet de iure, 8. 206
Gens, pro natione accipitur.9. 206
Gens propriè, quę ex multis familijs conficitur, nu.11. pag. 209
Gentiles, ſcriptores Eccleſiaſtici ethnicos & idololatras accipiunt.10. 509
Gentiles ſunt eiuſdem nominis.12. 209
Gentilitia monumenta quæ.13. 207
Gentis & familiæ differentiæ.nu.8. 210
Gentis & gētilium nomina, eorum qui ingenui eiuſdem nominis & familiæ agnati ſunt, intelliguntur. nu.14. 207
Gentilium controuerſias Centumuiri definiebant.nume.15. 508
Germanico defuncto habiti honores, numer. 14. pag. 38
Germaniæ inter laudes à Tacito non poſtrema relatā; quòd ſolæ virgines nubant.21. 446
Gignentis in genitum ſummus amor, nume.10.pag. 268.
Graduum computandorum quæ rationes & regulæ, num.3. 216
Gradus vnde dicatur, & quid ſit, nume.1.& num.3. pag. 213
Gradus computandi vna regula omnibus ordinibus ſeruiens.nu.5. 216
Graduum computandorum ratio per Paul. I.C. tradita, examinatur.6. 216
Gradus cognationum in triplici ſunt differentia. nu. 19.pag. 159
Gradus prò ordine.5. 213
Gradus ſucceſſionum ex Iuriſprudentia tres ſunt. nu. 7. 161
Gradus honorum pro dignitate.4. 213
Graduus prioritas poſt fratrum filios in collateriali linea præualet.nu.1. 424
Gradum proximior excludit remotiorem, numer.3. pag. 219
Gradus definitiones variæ, nume.6.& 7.& nume.8. pag. 214
Gradus certus in tranſuerſali nullus iure nouo conſtitutus, nu.5. 163
Gradus ſucceſſionis ab inteſtato varij à prætore introducti.nu.5. 511
Gregorij Haloandri verſio Nouellæ 118. impugnatur; nu.3.& 4.ad finem. 438
Gratia conſumpta dicitur vno actu.6. 351

H.

HAERES certæ rei petit immiſſionem ex edicto D.Hadriani.9. 66
Hæres certæ rei inſtitutus pro vniuerſali eſt, ſi ſolus ſit, item in emphyteuſi, num.10.& nu.12. pag. 66
Hæres vulgaris quis ſit, nu.1. 158
Hæres fiduciarius quia dicatur.2. 128
Hæres iure municipali ad quid dandum aut faciendum obligatus ante aditionem non conuenitur, num.31. 99
Hæres vniuerſalis quatenus delicto defuncti grauetur, nu.1.2.& ſeq. 79
Hæres ante aditionem non eſt Dominus, nume.11. pag. 94
Hæres magis dicitur qui perſonam defuncti repræſentat.nu.12. 964
Hæres certæ rei vniuerſalem hæredem quodammodo repræſentat.nu.6. 66
Hæres certæ rei propria autoritate eam apprehendit, num.7. 66
Hæres neceſſarius eſt ſeruus cum libertate inſtitutus, num.1. 119
Hæres inſtitutus cum creatione quis ſit, nume.1.pag. 156. 126
Hæres propria authoritate adire hęreditatem poteſt, num.31. 72
Hæres certus eſſet ſub conditione, an purè inſtitutus antequam adeat, nu.7. 100
Hæres de ſua conditione dubitans, acquirere hæreditatem poteſt.5. 190
Hæres ex aſſe quis.nu.3. 62
Hæres factum defuncti infringere non poteſt. nume. 17. 91
Hæres, cuius nomen conſultò inductum eſt, non poteſt petere bonorum poſſeſſ.8. 11
Hæres vniuerſalis quis, nu.2. 65
Hæres adiens hæreditatem damnoſam ſine inuētario tenetur creditoribus in totum.5. 114
Hæres tenetur legatarijs extra vires hæreditarias, in quantum facere poteſt.6. 114
Hæres de hæreditate ſibi relicta diſponens ſola animi deſtinatione adit & tranſmittit.24. 71

Hæres inſtitutus adire nõ poteſt, niſi ſciat ſe purè aut ſub conditione inſtitutum, nu.9. 105

Hæres feudalis propriè intelligitur filius, & ex eo deſcendentes maſculinæ lineæ, 6. 506

Hæres quid ſit, nu.1. 518

Hæres vnde deriuetur, nu.2. 118

Hæredium quid ſit, nu.3. 118

Hæres quis ſit. 4. 118

Hæres iuris eſt ſucceſſor. nu.3. 66

Hæres cum defuncto eiuſdem eſt iuris, numer. 4. pag. 66

Hæres adeundo videtur cum creditoribus & legatarijs quaſi contrahere. 9. 75

Hæres quibus caſibus à fideicommiſſatio differat. nu. 15. 78

Hæres quatenus defuncti perſonam repræſentet. nu. 19. 95

Hæres ſemel qui eſt, amplius eſſe non poteſt hæres, num.4. 138

Hæres ante aditam hæreditatem conueniri non poteſt, nu.11. 91

Hæredes inſtituti ſine partium expreſſione in parte æquales veniunt, nu.3. 517

pro Hærede qui gerere dicantur, nu.5. 104

Hæredes ſoli ex teſtamento ſunt inſtituti vel ſubſtituti. nu.1. 57

Hæredes teſtamentarij aut inſtituti, aut ſubſtituti, num.1. 118

Hæredes quis tot facere poteſt quot velit, num. 2. pag. 118

Hæredes hæreditatis, ſunt extranei extra conſanguinitatem, nu.3. 130

Hæredibus duobus diuerſis teſtamentis datis, niſi de tempore conſtet, poſſeſſor obtinet. 6. 264

Hæredibus legitimis repudiantibus hæreditatem, quartę, quod reliquum accreſcit. nu.1. 530

Hæredes domeſtici qui ſint, nu.8. 120

Hæredes palàm nominare pater in ſuo teſtamento hodiè non tenetur, nu.18. 53

Hæredes qui fiant, nouo iure. nu.4. 15

Hæredum appellatio ad ſolos ſanguinis hęredes quãdo reſtringatur, num.2. & nu.14.24.25. & 26. pag.130. 132. & 134.

Hæredum nomen omnes ſucceſſores io ſolidum & in infinitum comprehendit, nu.15. 135

Hæredum vno repudiante cæteris etiam inuitis pars repudiata accreſcit, nu.8. 70

Hæredum inſtitutio ex partibus incertis quomodo fiat, nu.7. 63

Hæredum differentia, inter ſuos, neceſſarios, & extraneos, eſt ex iure Ciuili. 38. 10

Hæredum inſtitutio ex partibus inæqualibus quomodo fiat, nu.6. 63

Hæredis inſtitutio eſt eſſentiale fundamentum teſtamenti: eaque expreſsè & palàm fieri debet, nume.5. & 6. 24

Hæredis appellatio ad omnes ſucceſſores pertinet. num.1. 130

Hæredis appellatione, etiam bonorum poſſeſſor continetur, & cæteri ſucceſſores, nu.24. 13

Hæredis Hæredúmue appellatio denotat continuationem deſcendentium io infinitum, numer. 15. pag. 134

Hæredis appellatio ad omnes ſucceſſores pertinet, num.1. 130

Hæredum appellatio ad ſolos ſanguinis hæredes quãdo reſtringatur. 2. 530

Hæredis pura inſtitutio poſt conditionata, prior valet & manet, nu.18. 70

Hæreditas non dicitur delata, quæ adiri nequit, nu.15. 101. , 101

Hæreditas pro parte adiri non poteſt. 4. 104

Hæreditatis partem vnam adeunti, reliquæ etiã inuito accreſcunt. 5. 104

Hæreditas delata repudiari poteſt, adita non item, nume.12. 104

Hæreditas quæ vocatur repudiata, nu.1. 105

Hæreditatis repudiatio requirit certam animi deſtinationem, nu.3. ibid.

Hæreditas iacens quæ dicatur, num.4. ibid.

Hæreditas vnde dicta, num.1. 89

Hæreditas quid ſit. eiuſque definitio. num.2. 89

Hæreditas ex tempore mortis æſtimatur, num. 3. pag. 89

Hæreditas pro domino multoties in iure accipitur, num.4. ibid.

Hæreditas patris ex voto à fratre in fratrem etiam nõ adita transmittitur nu.11. 97

Hæreditas quandoque ſolo animo aditur, num.7. pag. 104

Hæreditas ob interuenientem inimicitiam capitalem non adimitur niſi alio teſtamento legitimo, num.13. 70

Hæreditas nec per epiſtolã, nec per codicillos adimi poteſt, num.14. 70

In fideicommiſſis ſecùs. ibid.

Hæreditas ſolo animo adiri poteſt, num.6.

Hæreditas ius ſuccedens eſt, num.1. 90

Hæreditas res incorporalis, num.2. ibid.

Hæreditatis appellatio etiam damnoſam continet, num.3. ibid.

Hæreditas inteſtati filij ad matrem lege 12. tab. nõ pertinet, nec contra, num.12. 431

Hæreditas de iure ciuili, & bonorum poſſeſſio de iure prætorio, parificantur, num.2. 518

Hæreditas delata & adita vna eſt nu 3. ibid.

Hæreditas recipit quotas diuiſibiles, num.1. & 14. pag. 93.

Hæreditate adita, nomẽ hæreditatis intercidit. n.10. pag. 75.

Hæreditas ad trigeſimum annum adiri poteſt, num. 7. 145.

Hæreditas matris lege 12. tab. ad liberos ab inteſtato non pertinebat num.14. 170

Hæreditas ſæpè in iure dicitur, & ea quæ adita eſt, nume.7. 96

Hæreditas nunquam pro diuiſo poſſideri poteſt, nu.3 pag. 12.

Hæreditas non adita, non tranſmittitur, num. 14. pag. 12

Hæreditas aut lucratiua, aut damnoſa eſt, num.12. pag. 113

Hæreditas ab inteſtato delata, legitima dicitur, nu. 6. 129

Hæreditas quando defuncti perſonam ſuſtineat, nume.9. 205

Hæreditas alia in re. alia in ſpe, nu. 1. 115

Hæreditas in ſpe, quando in bonis noſtris, num.2. & 9. ibid.

Hęreditas in bonis noſtris an dicatur ante aditionem, num.3...& 9. ibi.

Hæreditas opulenta, item locuples, quæ ſit, numer. 9. ibid.

Hæreditas iacens defunctum, adita hæredem repræſentat, num.12. 91

Hæreditas lucratiua quæ dicatur, num.2. 114

Hæreditas damnoſa quę ſit, num.3. ibid.

Hęreditas, & bonorum poſſeſſio reſpiciunt ius vniuerſitatis demortui, num.1. 10

Hęreditas nomen iuris eſt, acceſſio ſic & diminutionem continens, num.5. 93

Hęreditas etiam ſine corpore eſſe poteſt, num.6. pag. ead.

Hęreditate adita, nomen hęreditatis perit, nume. 7. ibid.

Hęreditas vendi & diſtrahi poteſt, num. 1. 73

Hęreditas non adita, non tranſmittitur, nume.27. pag. 72

Hęreditas ex die, vel ad diem, non rectè datur, nu. 40. pag. 82.

Hęreditas damnoſa euertit legata & fideicommiſſa, num.7. 114

Hęredi-

Hæreditas, dos, peculiom, non vindicantur, quia iuria nomina ſunt, ou. 4.5.6.& 7. 90
Hæreditatis & contractus differentiæ, 8. 90
Hæreditas iacens repræſentat perſonam defuncti. nume. 1. 107
Hæreditas non hæredis, ſed defuncti perſonam ſuſtinet, nu. 5. 107
Hæreditas pro domino eſt, nu. 3. 107
Hæreditas deliberans, quæ propriè dicatur, num. 10. pag. 106
Hæreditatem damnoſam nemo compellitur adire. num. 11. 106
Hæreditas priùs ex teſtamento defertur & repudiatur, deinde legitima. 4. 28
Hæreditas ex teſtamento quare iuſts dici poſſit, nume. 5. 37
Hæreditas in dubio lucroſa præſumitur, oume. 4. pag. 114
Hæreditas legitima quæ dicatur, nu. 14. 35
Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti, num. 1. 69
Hæreditas patris iacuiſſe noo dicitur ſed ipſo momēto filium accepiſſe. nu. 49. 125
Hæreditas teſtamento data non niſi teſtamento legitimo adimi poterit. nu. 11. 70
Hæreditas delata quæ ſit, nume. 1. & oume. 8.9.& 10. pag. 100
Hæreditas iacta, quæ dicatur, nu. 18. 39
Hæreditas auunculi patris vel matris non eſt, nume. 12. 102
Hæreditas quæ adiri noodum poteſt, quare non delata dicatur, nu. 19.20.& ſeq. 101
Hæreditas impuberis diuerſa ab hæredirate impuberi ſubſtituentis, nu. 3. 73
Hæreditas vt delata ſit quæ requirantur, oum. 2. 4.6. psg. 100
Hæreditas augmentum & dimioutionem comprehēdit, nn. 9. 117
Hæreditas inter viuos nec dari nec adimi poteſt, num. 10. 117
Hæreditas honor eſt, nn. 15. 428
Hæreditas pro parte adiri non poteſt, nu. 7. 70
Hæreditatem repudians, de ſuo iure certus eſſe debet, nu. 6. 100
Hæreditatis petitio intra 30. annos fieri poteſt, nume. 34. 9
Hæreditatis obueotio, dicitur titulus lucratiuus, oum. 19. 121
Hæreditatis finitio apud Ciceroo em examinatur, num. 16. 94
Hæreditatis & boo orum appellationis præcipuæ differentię, nu. 4.5.6.7.& ſeq. 116.& ſeq.
Hæreditatis in dilatione acquiſitionis cauſa non conſideratur, nu. 17. 436
Hæreditatis appellatione neque legata neqoe fideicommiſſa continentur, nu. 31. 75
Hæreditatis appellatio an pereat accepta poſſeſſ. & corporali apprehenſione, nu. 5. 96
Hæreditatis petitio poſſeſſoria tantundem præſtat, quantum ciuilis, nu. 10. 12
Hæreditatem adire poteſt, etiāmſi conditionem ſub qua inſtitutus eſt, ignoret hæres, ou. 16. 102
Hæreditatem vbi lex vel S. C. capi prohibet, & honorum poſſeſſio prohibetur, nn. 11. 340
Hæreditatem, aut legatum ſibi adſcribens, pro noo ſcripto haberi facit, nu. 5. 210
Hæreſis in crimine qui liberi cum parentibus pœnā ſentiant iure pontificio, nn. 10. 293
Hieroclis ſuauiſſima coniunctioois diſtinctio, nume. 3. 305
Hominis prouiſio in ſpecie, tanquam potior, derogat legi ordinariæ, ou. 33. 495
Hominis diſpoſitio porior legis diſpoſitione, num. 14. 532
Hominis prouiſio, prouiſionem legis ceſſare facit, num. 8. 519
Hoſtibus literas aut nuncium mittens crimen læſæ maieſtatis ſubit, nu. 18. 294
contra Hæreditatem iacentem procedi poteſt, nume. 10. 91
Hæreditatem in rebus ipſis intellexiſſe veteres, nume. 10. 93
ab Hæreditate ob crimen remoti non ſuccedunt, num. 47. 297
Hæreditate ſeruo proprio in teſtamento relicta libertas data cenſetur, ou. 17. 70
Hæreditatum deficientium tria genera. 1. 118
Hæreditatum delationes reguntur principum conſtitutionibus, nu. 13. 395
Hypol. Riminal. ſententia contra recentiores, nume. 6. 136

I.

IACENTI hæreditati actio iotenditur, nume. 8. pag. 108
Iacenti hæreditati, omnia quæ defuncto aut domino, comperunt, nu. 12. 108
Iacens hæreditas in pœnam incidere poteſt, & quatenus. no. 13. 14.& 15. 108.& 109
Iacens hæreditas præſcriptionem ioclinare nequit, num. 1. 109
Iacens hæreditas quæ dicatur. 4. 105
Iacens hæreditas non eſt, vbi ſuus eſt hæres, nume. 1. & nu. 6. 106
Iacere multis modis dicitur, nume. 5.6.7.8.9.& 10. pag. 105
Ignorans vel abſens legitimari poteſt. 4. 369
Ignorantia alterius cooiugum purgat defectum, nume. 3. 357
Ignorantibus & abſentibus lucra legalia quæruntur, oom. 14. 465
Igoioranti petituro bonorum poſſeſ. tempus non currit, num. 27. 103
Illegitimi liberi duobus modis dicuntur, oume. 7. pag. 247
Illegitimorum ſpecies variæ, oo. 8. 247
Illatio ex diuerſis non ſit, nu. 11. 451
Illegitimitatis ſpecies an reſcriptis declaranda, nume. 11. 368
Illuſtris mater an ſuccedat ſpurio exiſtentibus legitimis liberis, ou. 6.7.& 8. 460
Imaginationibus quid ſuſpicari non ſufficit, nume. 8. 493
Immobilia aquarum inundationi aut periculis expoſita, tutor ſine decreto an alienet. 34. 471
Immunitas perſonæ data non relinquitur hæredibus, num. 74. 300
Impeditus non eſt qui ſemouere impedimentum poteſt, num. 2. 530
Impenſæ vtiles & neceſſariæ in rem alienam bona fide factæ repetuntur, nu. 8. 193
Impenſæ modicæ quandoque non reſtituuntur, nume. 30. 197
Impenſæ in res dotales factæ reſtituendæ, nume. 14. psg. 194
Impenſæ neceſſariæ vtiles & voluptuariæ quæ, remiſſiuè, num. 21. 198
Impenſæ an ęſtimandæ tempore reſtitutionis, nume. 22.& 25. 195
Impenſæ indifferenter ſiue per alium, ſiue per ſeipſum factę repetuntur, nu. 19. 194
Imperfectum teſtamentum pro perfecto haberi non poteſt, num. 4. 47
Imperfectum teſtamentum quod, no. 2. 49
Imperfecti teſtamenti voluntas tenet inter ſolos liberos, num. 7. 42
Imperator an legitimare poſſit non ſubditos imperio, nu. 23.25.& 26. 376
Imperator eſt fons omnis iuriſdictionis, eamque vbique locorum exercet, nn. 28. 377

†† 3 Impe-

Imperator etiam ante coronationem legitimare poteſt,nu.29. 377
Imperator dominua mundi in defenſione,non re apri uatas alicui auferendo,& infrà.11. 386
Imperatorem decet ſeruare leges,quibus ipſe ſolutus eſt,nu.32. 9
Incapacitas filij ad nepotea nou exceditur in bis quę aliunde proueniunt.41. 415
Incœſtaa pater contrahens nuptias vſumfructum aduentitiorum iuſtorum filiorum non habet, nume.13. 476
Incœſtus pœnæ quæ ex conſtitutione Iuſtiniani.nume.8. 417
Incœſtus quis mitigarionem pœnæ habeat, nume.3. pag. 417
Incœſtus quid ſit, & qui committant, num. 2. & 4. pag. 417
Incœſtus pœna vltimum ſupplicium lege 12.tabu.nume.6. 417
Incœſtus crimen adulterio grauius. 5. 417
Inceſtuoſi non legitimâtur ſubſequēte matrimonio. num.8. 364
Incœſtuoſi parentes filija non ſuccedunt, nume. 5. pag. 463
Incœſtuoſi parentes, à liberis incœſtuoſis in caſu neceſſitatis alendi,4. 463
Incœſtuoſi et neſarij quandoque et ſpurij appellantur,nu.19.& 21. 425
Incœſtuoſi ex teſtamento extranei, Ilicitè accipiunt, num.16. 414
Incœſtuoſi collateralibus non ſuccedunt, num. 12. 17. & 20. 424
Incœſtuoſus neque patri, neque matri dicendua filius,num.13. 414
Incertitudo vitiat contractum,nu.13. 32
Incertitudo in poſthumis neceſſariò ſuis ceſſat, nume.4. 140
Incerta perſona teſtatori quæ dicatur,3. 140
Incorporalia in iure cedi poſſunt, nu.8. 68
Incluſio vnius,alterius excluſio,nu.44. 379
Indefinitus ſermo vniuerſali æquipollet, maximè in teſtamentis,num.10.& 11.præſertim in fauorabilibus,num.12.recipi interpretationem ex iure, nume.34. 493
Indefinita à lege prolata æquipollet vniuerſali, nume.13. 435
Indefinita terminatio vniuerſali ſemper æquiparatur,nu.2, 86
Induſtria perſonæ vbi electa,parer per filium rectè adminiſtrat.22. 122
Infans legitimari poteſt, modò ratam habeat maior factus,nu.2. 369
Infamia quæ de iure ciuili per ſecundas nuprias intra annum luctus contrahitur, iure canonum ſublata,nu.1. 447
Iniurias proprias quia remittere poteſt, nume. 7. pag. 453
Initium cuiuſque contractua inſpiciendum, num.4. & 6. 20
Inofficioſum an ſit inter vitia teſtamenti, nume.15. pag.45.
Inofficioſo pronunciato teſtamento, nihil ex eo valet,num.17. 57
Inofficioſi querelam intentans bon.poſſeſſ.contra tabul.non petit,nu.3. 60
Inſtitutia duobua hæredibus diuerſis teſtamentis, niſi vtrum poſterius conſtiterit, neutrum valet, num.12. 254
Inſtitutis proximioribus,priores gradu admittuntur primo.nu.5. 230
Inſtituti ordine ſucceſſiuo, veniunt ordine eo quo ab inteſtato,nu.3. 230
Inſtituti hæredes ſine partium expreſſione in partes æquales veniunt,nu.3. 157
Inſtitutio præſuppouit teſtamentum,nu.3. 519
Inſtitutio ſpurij ſub conditione ſi legitimabitur valet,num.15. 412
Inſtitui poteſt qui non eſt prohibitua, nume. 40. pag. 415
Inſtitui nemo poteſt niſi qui certus eſt, nume. 2. pag. 140
Inſtitutio filij ſpurij ipſo iure nulla,nu.6. 411
Inſtitutionis per verba directa & ciuilia exempla, num.11. 50
Inſtitutionis per verba imperatiua exempla remiſſiuè,nu.12. 50
Inſtitutionis poſthumorum liberorum formulæ & exempla,nu.13.14.& 15. 59
Inſtrumenta dotalia an requirantur ad legitimationem per ſubſequens matrimonium, & numer.7. pag. 349
Interdictum vnde vi,competit cōtra ſingularem ſucceſſorem,num.19. 82
Interdicta hæreditati nondum aditæ dantur, nume. 7. 107
Interpretatio ſtatutorum facienda vt quàm minimè poſſit,lædat ius commune.5. 500
Interpretatio benignior vt accipiatur, iuſtior & tutior in redubia.6. 153
Inteſtatus quia ſit propriè, non impropriè, & nō propriè,nu.25. 36
Inteſtatus quis dicatur,nu.1.& 2. 151
Inteſtatus decedit,cui teſtamenti factio prohibita, num.17. 154
Inteſtati hæreditas lege duodecim tabul. ad agnatos pertinebat.2. 160
Inteſtati ſucceſſio deſertur ex tacita voluntate defuncti,nu.1. 24
Inteſtati ſucceſſio ceſſat, quoad teſtamentum exiſtit, num.1. 56
ab Inteſtato hæreditas propriè legitima eſt : & quare, num.15. 35
Inteſtato deſertur hæreditas,aut iure Ciuili,aut Prętorio,veteri aut nouo.1. 155
Inteſtato moriens creditur ſponte reliquiſſe hęreditatem venientibus ab inteſtato.3. 24
Inteſtato ſuccedens titulum à lege habet,non à defuncto,nu.2. 25
ab Inteſtato omnia ſucceſſor, de familia eſſe dicitur, num.4. 26
Inteſtabilis in legib.12.tab.quis habeatur,nume.1.& 4. 5.& 6. 150
Intellectua §. proinde l.3. ff. de bonorum poſſeſſ. nume.6. 138
Intellectua §. decretalis. l.1. ff. de ſucceſſ. edict. nu.7. 138.
Intellectus, l. ex facto. §. ſi quis rogatus.ff.ad Senatuſconſultum Trebell.1. 348
Intellectus, §. quoaante Inſtit.de honor.poſſeſſ.nu.3. pag.144.
Intellectus.§.ille caſus.in verſ.poſteriore.l.Gallus.de libe.& poſthum.12. 142
Intellectus Connani ad l.cum hæredes. ff. de acq.poſſ. num.15. 121
Intellectus naturalis verborum in teſtamento pro coniecturanda mente teſtatoris accipiendus, nume.48. 394
Intellectus. §. vbicunque. l. 12. de honorum poſſeſſ. num.26. 143
Intellectus cap.3.verſic.ſicut enim, in Authen.de non eligendo,&c.nu.5. 449
Intellectus §.licentiam.Nouel.de alienat.& emphyt. num.10. 132
Intellectus l. item legato. §. parui. ff.de leg.3.num. 21. 516
Intellectus c. is qui, cum c. ſequ. 34. diſtinct. nu.6. pag. 316
Intellectus & ratio decidendi,l.omnes.2. C.de his qui veniam,&c.15. 370

In-

Intellectus l.debitori.C.de pactis, 94
Intellectus l.pen.de legat.1.num.22. 142
Intellectus §.poſthumus, Inſtitut. de legat. nume.23. pag. 143
Intellectus l.de emancipatis, 23 C.de leg.hæred. nume.20. 436
Interpretatio verborum in dubio contra ſtipulantem fit,num.2. 343
Inuentarij conſcriptio ſine præiudicio poſtulatur, vbi ſequeſtratio prohibetur,num.8. 468
Inueſtitura facta pro ſe & filijs, ſi alios quàm naturales non habeat, ijdem in feudo ſuccedunt, nume. 3.pag. 398
Inuitus nemo curiæ offertur,num.7. 405
Inuiti liberi non legitimantur,num.2. 363
Iſidori laus,num.5. 326
ex Iudæa aut Sarracena liberi per ſequens matrimonium non legitimantur,num.11. 364
Iudex in quæſtione proprietatis & poſſeſſionis cui vult probationem imperat,num.4. 263
Iudice ſemel electo,alius eligi,aut prior repudiari nõ poteſt,num.9. 352
Iudici ſeculari in ijs quæ peccata fouent, iudex Eccleſiaſticus inhibere poteſt,num.54. 381
Iudicium Maieſt.& Repetundar. exercetur etiam lite non conteſtata contra hæredes,num.4. Item in crimine peculatus,& de reſiduis,num.5. 79
Iudicium cum vſufructuario agitatum, proprietario non præiudicat,num.18. 469
Iuriſdictio an ad ſtatutorum condendorum ſubſtantiã pertineat,num.26. 307
Iuriſdictio voluntaria prorogari poteſt, nume.8. 374
Iuriſdictionem inuito Principe vſurpans,crimen maieſtatis committit,num.19. 294
Iuriſdictioni Papæ in ſpiritualibus omnes ſubijciuntur,num.3. 373
Ius potentius quod quis ex ſua, quàm quod ex aliena perſona habet,num.9. 280
Ius prætorium quid ſit,num.2. 5
Ius Ciuile liberos in poteſtate conſtitutos facit ſuos hæredes,non emancipatos,num.36. 10
Ius repræſentationis in collectiuè vocatis non obtinet,num.15. 225
Ius dicendi teſtamentum nullum, durat 30. annis,nume.11. 45
Ius accreſcendi an conſanguineos cum vtrinque coniunctis fratribus admittat,num.15. 499
Ius municipale circa hæreditates,teſtamenta, contractus,&c.validè conſtituit,num.38. 378
Ius legitimandi eſt ex reſeruatis ſoli Principi,num. 15.pag. 375
Ius 12.tabul.vetuſtius iure prætorio, nec tamen antiquiſſimum,num.2. 139
Ius capiendi vel exequendi competens contra debitorem,contra eius hæredem obtinet,num.13. 91
Ius quæſitum ſine facto eius cui acquiſitum,non tollitur,num.7. 316
Ius quæſitum in ſpe, non eſt conſiderabile, num. 25. pag. 371
Ius gentium Principem tollere non poſſe, nume. 3. pag. 385
Ius Canonum in alimentandis ſpurijs in vtroque foro obſeruatur,num.29. 414
Ius 12.tabul.poſt ſuos cõſanguineos & gentiles vocat, num.9. 168
Ius repræſentandi in aſcendentibus non obtinet, nume.23. 437
Iureconſulti de facto non reſpondent, nume. 3. pag. 338
Iuriſconſultorum opiniones diuerſæ conciliatæ, nume.10. 97
Iuriſconſultorum opiniones in quæſtione vtrùm aditione hæreditatis nomen intereat, nu.8. 96
Iuramentum delatum reuocatum, iteratò non poteſt deferri,num.8. 352
Iura generaliter non in ſingulas perſonas conſtituuntur,num.27. 198
Iura excludentia fœminas à ſucceſſione inteſtati ratione ſuſtinentur, nu.2. 178
Iura quatenus de primis actibus loqui intelligendum, num.15. 354
Iure 12.tab.ſui hæredes tam maſculi,quàm fœminæ ad hæreditatem vocantur,num.8. 168
Iure primæuo omnes legitimos natos, nume. 46. pag. 394
Iure nouo frater fratris filium non excludit,ſed in ſtirpem admittit,num.21. 163
Iure etiam Nouellarum cum filio nepotes in ſtirpes veniunt,num.3. 270
Iure diuino nepotes cum filio in ſtirpes ſuccedunt, num.4. ibid.
Iuris vel poſſeſſionis continuatio quæ fit à defuncto in hæredem, in fideicommiſſario non obtinet, nume.5. 76
Iuri Ciuili adhærendum tanquàm regulæ quoad contraria exceptio doceatur,num.2. 500
Iuri accreſcendi quando inter diuerſo iure ſuccedentes locus ſit.nu. 2. 530
Iuri futuro renunciare licet,num.10. 305
Iuſſus patris quibus caſib in aditione hæreditatis mori ſit neceſſarius,num.11. 7
Iuſtus Lipſius laudatur,num.15. 38
Iuſta, pro ritibus & cæremonijs ſacrorum, nume. 9. pag. 37
Iuſta hæreditas quæ dicatur,num.2.5.& 7. 30
Iuſta ætas quæ dicatur,num.17. 35
Iuſta hæreditas quæ propriè dicatur,num.18. 39
Iuſtum & iniuſtum quid ſit, & nume. 2. 8. & 26. pag. 39
Iuſtum appellari quaſi debitum,num.12. 32
Iuſti ſumptus qui dicantur,num.4. 37
Iuſti nepotes ex naturali filio auo non ſuccedunt, nume.5. 334
Iuſtinianus in adoptatis ab extraneo,nouum ius introduxit,num.18. 22
Iuſtiniani ſanctio de quarta relinquẽda vxori an correctoria, & an extendi poſſit, nume. 2. & 4. pag. 528
Iuſtitium vnde dictum, & quandoque pro luctu publico capitur.num.12.& 13. 38
Iuſto ſacramento contendere quid ſit,num.10. 38

L.

Legata in re aliena hæres luere debet,aut æſtimationem præſtare.13. 85
Leges ſucceſſionum,an priuati rectè cõdant, Authoris opinio,nu.27. 308
Legis duodecim tabularum in materia inteſtabilis diuerſorum varia lectio.2. 150
Legata,fideicommiſſa &c. relicta, vt ad alios poſt mortem eius perueniant intelligitur,ſi ſine liberis, nu. 17.& 18. 345
Legati definitiones variæ I.C.nu.1.5.& 6. 67
Legata vel fideicommiſſa relicta propinquis, ad decimum gradum extenduntur.3. 164
Legata res ſi pereat, pro caduco eſſe legatum, nume. 11. 106
Legata ab inteſtato codicillis relinqui poſſunt, num. 6. 70
Legata ciuilibus & directis verbis tantùm relinquuntur.num.18. 53
Legata quatuor modis relinquuntur ibique ſingularium ſpecierum exempla, nume. 19.20.21.22.& 23. pag.51.
Legatarij corporum, non iuris ſucceſſores, num.2. pag. 66
Legatum pars hæreditatis non eſt,nu.2. 67
Legatum quare dicatur prælibatio.3. 68
Legatum rei alienæ valet.16. 76
Legatum pro parte acceptari,pro parte repudiari non poteſt,num.6. 104

Legatom aotè porè, pòſt conditionaliter relictum, ſub couditione debetur, num.19. 71
Legatum ſactum expreſſis verbis de bonis ſuia, non computatur in legitimam vxoria, num.9. 528
Legatum factum vxori, compuiatur in legitimam, nume.1. 527
Legatum videtur ademptum, capitali inimicitia interueniente, num.11. 70
Legatū in legitimam debitam de iure computatur: ſecùs ſi de voluntare debeatur, unm.5. 517
Legatum vel fideicommiſſum ab exhæredati ſubſtituto relinqui uoa poteſt, num.21. 71
Legatum Principis, aut ab eo ſecuritatem datam offendens crimen maieſtatis committir, num.15. & 16. pag. 193
Legatum filiæ factum, cùm vidua erit, ſi vídua facta iterum uubat, purificatum debetur, uume. 13. pag. 245
Legatum ab hæreditate teſtameuto delata diſtare, nume.9. 68
Legatum diuerſarum rerum pro parte repudiari poteſt, oum.9. 70
Legatum relictum cognatis intelligitur de conceptis tempore mortis teſtatoris, num.3. 191
Legatum lucrum adfert, & cenſetur ob beuemerita fieri, unm.5. 525
Legatum factum cum præcepto reſtitueudi uou computatur in legitimam, num.8. 528
Legatum vt computetur in legitimam au diſtinctio inter cauſam neceſſariam & voluntariam facienda, num.4. & 6. 524
Legatum repudiari vel acquiri pro patte nequit, nume.3. 39
Legatum factum marito computatur in dotem, quam ex ſtatuto lucratur in mobilibua, num.1.3.10.& 11. vbi declaratur. 524
Legatum au & quatenua donatiooi aſſimuletur, nume.7. 68
Legatum factum computatur in id qood de neceſſitate legis aut ſtatuti debetur, unm.2. 524
Legatum quoad cum liberis erit, non debetur vxori poſtquàm ſecundò nupſerit num.10. 445
Legatum non acceptatum tranſmittitur, & quare in hæredirste ſecùs, num.18. 72
Legatum factum mulieri, quamdiu caſtè & honeſtè vixerir, ſecundò uubenti uou debetur, uume. 17. pag. 445
Legatum relictum cogoatioui, extenditur ad decimū gradum, num.42. 312
Legatum relictum vxori indotatæ, computatur in quartam, num.2. 519
Legatum obſcurum, ex ſeqnentibus & præcedentibus intelligendum, num.2. 342
Legatum vel fideicommiſſum ſola voluntate adimitur num.10. 70
Legato fratribus relicto, intelligitur de fratribus vtrinque cuujunctis, non ex vno latere tantùm, nume 35. 496
Legato à latere nou creditur eatra ea quæ ſunt in commiſſione, num.13. 383
Legaro ſeruo proprio relicto oon cenſetur libertas legata. ibi. 70
Legatarius non renerur ſtare colono. nu.29. 83
Legatarius incapax acceptare cogitur vt reſtituat: in hærede ſecùs, num.15. 71
Legatarius probare debet, teſtatorem ſciuiſſe rem alienam, num.14. 81
Legatarius rem legatam propria authoritate non apprehendit, niſi uemo ſit qui eam tradat, nume. 8. psg. 66
Legatarius in re legata repræſentat teſtatorem, nume.20. 92
Legatario aute teſtatorem defuncto, legarum in cauſa caduci eſt, num.8. 110
Legatario ſcripto apud hoſtes eaiſtente & moriente teſtamentum pro non ſcripto eſt, nu.3. ibid.
Legatorum quàm inſtitutorum cauſa potior in caſu exhæredationis vel præteritionis, nu.23. 71
Legitimus & naturalis frater fratri ex patre ſibi naturali non ſuccedit, num.2. 488
Legitimus filius ex naturali, an poſſit defuncto patre legitimationem per ſequens matrimonium approbare, uum.5. 248
Legitima ætas: legitimum tempus: legitima verba, & cæt. num.12. & 13. 35
Legitima ex ſucceſſione ab inteſtato dependet, nume.15. 62
Legitima hæreditas vbique in iure proponitur, vt diuerſa à ſucceſſione ab inteſtato, nu.18. 33
Legitima hæreditas quo ordine & modo olim deferebatur, num.8. 192
Legitima filiæ debita in totum tolli nullo iure poteſt, uum.12. 173
Legitima ex bonia patria nou debetur naturali filio, num.7. 338
Legitima cui non debetur, nec teſtamentum rumpit, num.12. 340
Legitima debetur naturalibus in bonia matris iure ſanguinis, uum.5. 335
Legitima hæreditas tantùm proximo defertur, nume.2. 28
Legitima ea ſucceſſione ab inteſtato regulatur, nume. 9. & 13. 61
Legitima adoptato non debetur, num.15. 321
Legitimati per ſubſequens matrimonium in feudo ſuccedunt, uum.11. 361
Legitimatus Principis reſcripto in feudo uon ſuccedit, num.12. 362
Legitimati per ſequens matrimonium in emphyteuſi eccleſiaſtica ſuccedunt, uum.13. ibid.
Legitimatus per ſubſequens matrimonium, excludit ſubſtitutum, uum.14. 362
Legitimati per oblationem ex teſtamento minimam partem accipiunt, num.2. 406
Legitimatione per oblationem curiæ approbata, neceſſarij ſunt hæredes, num.3. ibid.
Legitimatus per oblationem curiæ ſoli patri ſit legitimus, num.4. ibid.
Legitimati per ſubſequens matrimonium iura ſuitatis &c. habent, num.5. 360
Legitimatis per ſubſequens matrimonium legitima debetur, num.6. 361
Legitimati ſui habentur, num.4. 388
Legitimati per conſequens matrimonium promoueri poſſunt ad ordines abſque diſpenſatione, nu.16. 362
Legitimati per reſcriptum an iuſtis liberis adæquentur, nu.1.5.7. & aliquot ſeq. 387
Legitimum eſſe vel illegitimum, iuris eſt, non naturæ num.2. ibid.
Legitimati per ſequens matrimonium omnia iura legitimorum habent, num.1. & 4. 359
Legitimati per ſequens matrimonium etiam eaiſtentibus iuſtis liberis legitimi fiunt, nu.2. ibid.
Legitimati per ſequens matrimonium, etiam quoad cognatos agnatosve legitimi ſunt, nu.3. 360
Legitimati per reſcriptum in ſeudia oon ſuccedunt, num.1. 397
Legitimatus cum clauſula de ſuccedēdo in feudo ſuccedit, num.3. 338
Legitimatus ſimpliciter ad feuda, uou cenſetur ad feuda dignitatis, num.17. 400
Legitimatus naturalis an faciat locum l. vnquam. C. de reuoc. donat., num.10. 189
Legitimatus an contineatur ſtatuto excludente fœminas, eaſtantibus maſculis, nu.11.19. & 34. 358
Legitimatus ad petitionem patris ſi præteteatur à patre teſtamentum euertit, num.19. & 31. 390
Legitimatus poſt mortem patris teſtamentum eius nō euertit, num.30. 391
Legitimatus ab Imperatore dignitatum eccleſiaſticarum capax uon eſt, neque emphyteuſis eccleſiaſticæ, num.18. 389

Legiti-

Legitimatus per reſcriptum agnaſcitur patri, & agnatis, num. 36. 392
Legitimatus quemadmodum & legitimus rumpit teſtamentum, num. 7. 388
Legitimatis per oblationem non ſuccedunt cognati, neque aſcendentes aut deſcendentes, num. 4. 406
Legitimatus à Principe, an excludat ſubſtitutum & fideicommiſſarium, num. 41. 42. 43. 47. & ſeq. 393
Legitimatus per reſcriptum neque in feudo paterno, neque materno ſuccedit, num. 2. 398
Legitimatis debetur legitima in bonis paternis, etiamſi à Comite Palatino legitimentur, num. 31. & 33. pag. 391
Legitimati in ſucceſſionibus per omnia legitimis exæquati, num. 15. 388
Legitimandi modus triplex, num. 2. 345
Legitimandi poteſtas ex tenore priuilegij dependet, num. 8. 10. & 15. 381
Legitimandi poteſtatem à Principe habens, quatenus legitimet ſine cauſæ inſertione, num. 22. 371
Legitimandi priuilegia conceſſa intelliguntur, ne ius tertij lædatur, num. 13. 386
Legitimandi ſpurios, poteſtate ordinaria Principi ademptum, num. 40. 379
Legitimare ſpurios non eſt munus Imperatoris, num. 59. pag. 381
Legitimare etiam Papa non ſubditũ & vbilibet an poſſit, num. 2. 11. & ſeqq. 373
Legitimare Duces, Marchiones, &c. ſubditos ſuos non poſſunt, num. 12. 378
Legitimare poſſunt, quibus hoc ius à Principe conceſſum, num. 1. 385
Legitimari an poſſint per reſcriptum nati ex coitu legibus damnato, num. 7. 360
Legitimari poteſt infans, modò ratam habeat maior factus, num. 3. 369
Legitimans per reſcriptũ tollit ius ſucceſſionis quod eſt in ſpe, non quod in re, num. 40. 392
Legitimatio ad inſtantiam patris quatenus agnatis nõ citatis præiudicet, num. 40. 396
Legitimatio per ſequens matrimonium requirit concubinam, cum qua haberi matrimonium potuit, nume. 1. 348
Legitimatio quædam fictio eſt, num. 7. 355
Legitimatio generalis ſufficit ad ſucceſſionem feudi, ſi feudum ſit hæreditarium, num. 18. 400
Legitimatio hæredem facit eum, qui hæres non erat, num. 16. 375
Legitimatio actus Principi reſeruatus, nume. 39. pag. 379
Legitimatio & emancipatio quaſi à pari procedunt, num. 5. 39
Legitimatio non trahitur retrò in præiudicium alterius, num. 3. 355
Legitimatio in præiudicium agnatorum, & quorum intereſt, à Principe fieri nequit, num. 9. 386
Legitimatio per ſequens matrimonium requirit ante concubinatum, & poſt matrimonij continuationẽ, num. 14. & 17. 353
Legitimatio quid ſit, num. 1. 345
Legitimatio adoptioni adæquatur, num. 8. 369
Legitimatio à Comite Palatino facta ſine cauſæ cognitione, nulla. 382
Legitimatio per ſubſequẽs matrimonium factum, teſtamentum ante factum rumpit, num. 7. 361
Legitimatus per ſequens matrimonium, querelam inofficioſi habet, num. 8. ibid.
Legitimatio per ſequens matrimonium, infringit donationem omnium bonorum, & quid ſi nati ante donationem, num. 9. & 10. Ibid.
Legitimatio per reſcriptum Principis quid, nume. 1. pag. 364
Legitimatio per reſcriptum verùm ante tempora Iuriſconſultorum cognita, num. 2. & 3. 364
Legitimatio per alium quàm per patrem proponi & offerri poteſt, num. 13. 370
Legitimatio an ſine cauſæ inſertione fieri poſſit, nume. 21. & 23. 371
Legitimatio cum reſtitutione trahitur retrò ad tempus natiuitatis nondum realiter acquiſitis, num. 37. & 40. 392
Legitimatio, iuriſdictionis voluntariæ eſt, nume. 7. pag. 374
Legitimationis modum per oblationem curiæ qui primùm introduxerint, & extenderint, nume. 1. 2. & 3. pag. 402
Legitimationis petitæ, cauſæ libello inſerẽdæ, & quæ, num. 10. 370
Legitimationis imperratio fit per ſupplicationem, num. 11. 370
Legitimationis reſcriptum ſine clauſula, non obſtante, &c. an valeat, num. 8. 368
Legitimationis effectus per ſubſequẽs matrimonium varij effectus, num. 1. 2. & ſeq. 360
Legitimi ſunt, qui ex iuſtis nuptijs procreati, numer. 14. 389
Legitimi hæredes qui ab inteſtato ſuccedunt, numer. 7. pag. 129 & num. 9. 29
Legitimi liberi qui ex matrimonio ciuium Romanorum nati ſunt, num. 4. 247
Legitimi liberi poſt conditum teſtamentum nati, & ante aditam hæreditatem mortui, non excludunt naturales, num. 10. 337
Legitimi liberi ad inſtar naturalium & legitimorum ſimul patri ſuccedunt, num. 1. 269
L. cùm in adoptiuis. 10. §. ſed ne articulum. C. de adoptionibus. declaratur, num. 14. 21
Legitimum quid in iure dicatur, num. 11. 31
Legitimæ augmentum ex conſtitutione adoptiuos nõ reſpicit, num. 16. 321
Legitimæ perſonæ dicuntur ſuccedentes ab inteſtato, num. 11. 30
Legitimis hæredibus repudiantibus hæreditatẽ, quartæ, quod reliquum accreſcit, num. 1. 150
Legitimorum liberorum duplex conſideratio, nume. 2. pag. 312
Legitimorum naturalium per ſubſequens matrimonium diſcrimen ſuſtulit Iuſtinianus, num. 6. 346
Legitimorum naturalium differentia à iure Ciuili eſt, num. 33. & 34. 378
Legitimorum liberorum aut vxoris exiſtentia excludit naturales à ſucceſſione, ali tamen debent, nume. 1. 332
Legitimatione reſtitutio fit honorum, & hæreditatis quis capax efficitur, num. 21. 376
Legitimatione præiudicium fit venientibus ab inteſtato, num. 14. 374
Lex iuſta. honeſta. poſſibilis. naturæ & conſuetudini conformis eſſe debet, num. 50. 380
Lex voconia quo tempore lata, & quibus autoribus, num. 16. 110
Lex poſitiua authoritatem præbet teſtamentarijs ſucceſſionibus, num. 20. 330
Lex Voconia quæ, & quid conſtituerit, nume. 18. pag. ibid.
Lex aliquid ſtatuens, in caſibus priuilegiatis & ſpecialibus non procedit, num. 16. 289
Lex Iulia & Papiæ, quando & à quo lata, nume. 23. pag. 36
Lex Papia, & Poppæa, eiuſque commentatores, nume. 24. & 25. ibid.
Lex Papyria de nexis, quando & quare lata, nume. 50. & 51. 125
Lex Aelia Sentia quo tempore lata, nume. 2. & 4. pag. 119
Lex Papia & Poppæa à quibus lata, & quæ præcipua eius capita, num. 15. 16. 17. & 19. 111
Lex, pro lege 12. tabul. num. 3. 34
Lex quod non dicit, non eſt præſumendum, nume. 15. pag. 435
Lex prohibens & annullans ad actum fictũ & præſumptum trahi ſolet, num. 15. 532

Lea prohibens & annullans, ad actum ſictum & præſumptum trahi ſolet, num.15. 532
Lea omnium regina principi imperare debet, nume 1.pag. 381.
Lea ſupplet defectum diſpoſitionis hominis, nume.4. pag. 25
L.3.ff.de bonor.poſſeſſ.§.proinde. intellectus, nume.6. pag. 138
L.1.§.decretalis.ff.de ſucceſſ. edict.num 7. ibid.
L.gallus.§.ille caſus, in ver.poſteriore, de libe.& poſthum.intellectus.num.12. 141
L.penultim.de legat. 1. Intellectus, nume. 22. pag. 142
L.ius noſtrum.7.ff.de regul.iur. quales habeat eaceptiones, & num.1.3.5.9.11. 41
L.3.§.de illo.ff.pro ſocio, verus ſenſus, iuata Pinel.nume.17. 32
L.debitori.C.de pact.num.17. 93
L.lege obuenire. ff.de verborum ſignific.nona eaplanatio, num.2.& 10. 34
L.filij.16.& l.fin.C.famil.erciſcun.eaplicata, & num.6, 8.& 11. 47
L.3.§.de illo.ff.pro ſocio.nonè explicata, nume. 1. pag. 36
L.1.C.de naturalibus. intellectus, num.4. 345
L.3.§.de illo.ff.pro ſoc.conciliatio cum l.lege obuenire, de verborum ſignificatio. nume. 14. pag. 32
L.domus.38.ff.de legat.1. eaaminatur, nume. 23.24.25. & 25. 195
L.in adoptatiuis 10. hodie correcta. C de adopr. num. 10.pag. 316
L.miles ita.41.§.exhæredato. ff.de milit. teſtamen. variè explicata, num.7. 40
L.lege obuenire.ff.de verborum ſignific.variè intellecta, num.3.eiuſdem intellectus communis, nume.4. alia interpretatio Ruini, num.8. 30
L.fin.C.de bon.quæ liberis. etiam obtinet in bonorum poſſeſſione, num.29. 14
Lege Aelia Sentia, vnus tantùm ſeruorum hæres eſſe poteſt.num.4. 120
Lege obuenire hęreditas dicitur etiam ea teſtamento, num.1. 30
Lege.S.C.vel conſtitutione hæreditatem capere prohibente, ceſſat & bonorum poſſeſſio, nume. 9. pag. 11
Lege agere, quid. num.4.5.6.& 7. 34
Lege 12.tabul.nepotes cum ſuo ſuccedentes in ſtirpes veniunt, num.2. 270
Lege 12.tabul. ordo deſcendentium & collateralium tantùm in conſideratione, num.3. 160
à Lege introducta. iuris ſunt, num.2. 388
Legis 12.tabul. verba antiqua de ſucceſſione ea teſtamento num.3. 15
Legis verba inſpicienda, neque vltra ea diſpoſitionẽ trahendam, num.4. 112
Legis beneficio indignus, qui in legem committit, nume.6. 511
Legis actiones quid ſint, num.8. 34
Legis Papiæ & Poppææ caput primum, nume. 16. pag. 111
Legis Voconiæ caput primum prædictum, nume.19. pag. 571
Legis Aeliæ Sentiæ introductæ ratio, nume. 3. pag. 119
Lepra non ſeparat thorum, num.5. 303
Libare verbum.quid ſignificet, num.4. 68
Liberi in poteſtate quicquid acquiſierint extra ſubſtantiam eius, in cuius poteſtate ſunt, ſibi, quoad dominium quærunt, vſuſructu ſaluo illis, in quorum poteſtate ſunt, num 6. 465
Liberi ex ea cum qua matrimonium eſſe non potuit ignoranter concepti, an legitimentur per matrimonium, num.5. 357
Liberi in ſeruitute nati, & manumiſſi cum ijs, qui poſt parentum manumiſſionem nati, an ſibi inuicẽ ſuccedant, num.5.6.& 7. 485
Liberi aut legitimi, aut illegitimi, aut medij, nume.1. pag. 246
Liberi licèt nulli ſequantur aut eatent poſt matrimonium, legitimatio ante natorum tamen non impeditur, num.7. 346
Liberi ad trinepotem vſque, dicuntur iure veteri, nume.4.& 11. 240
Liberi ſequuntur ciuitatem vnde pater oriundus, nume.6. 330
Liberi vulgò concepti non legitimantur per ſubſequens matrimonium, num.4. 363
Liberi legitimi qui dicantur, num.1. 315
Liberi ex concubina ſimul cum vaore retenta, an poſt per ſequens matrimonium legitimentur, nume. 14. pag. 356
Liberi ex clerico in minoribus & beneficiato nati, per matrimonium ſequens legitimantur, numé. 1. pag. 358
Liberi nati ex ea, cum qua tempore conceptionis matrimonium eſſe non potuit, non legitimantur, nume.2. 359
Liberi ea ancilla exiſtentibus legitimis, ad ſucceſſionem non legitimantur, num.3. 359
Liberi extra coniugium nati, in quotuplici reperiantur differentia, num.3. 328
Liberi inuiti non legitimantur, nume. 2. pag. 363
Liberi adulterini per matrimonium non legitimantur, num.7. ibid.
Liberi matribus iure veteri non ſuccedebant, nume. 6.pag. 161
Liberi legitimi poſt conditum teſtamentum nati, & ante aditam hæreditatem mortui, non excludunt naturales, nu.10. 337
Liberi teſtamento curiæ offerri poſſunt, & legitimi fiunt, num.10. 408
Liberi diuerſorum matrimoniorum habent bona communis parentis. 166
Liberi nati ea præſumpto per cohabitationem matrimonio, an legitimi, num.19. 256
Liberi ceſſante cohabitatione, & alijs matrimonij præſumptionibus, an legitimi habeantur, nume. 20.pag. 257
Liberi defuncto patre etiam ſeipſos offerre poſſunt, num.4. 405
Liberi ad contra tabul. bonor. poſſeſſ. eodem ordine vocantur, quoad ſucceſſionem iure Ciuili, nume.6. & 20. 11
Liberi in linea deſcendenti in ſtirpes, à latere verò ſuccedentes in capita iure veteri veniunt, nume. 9. pag. 163
Liberi iuſti ſi ſint, legitimatio impetrari non poteſt, num.17. 375
Liberorum appellatione in quouis contractu vel diſpoſitione veniunt legitimi & naturales tantùm, nume.15. 245
Liberorum iuſtorum nomine in ſtatutis etiam legitimati per ſequens matrimonium intelliguntur, nume.15. 362
Liberorum appellatio ad nomina collectiua pertinet, num.1. 2,2
Liberi à teſtatore vocati, cenſentur ordine ſucceſſiuo vocati, num.2. ibid.
Liberorum appellatione continentur adoptiui, ſi cum naturalibus concurrant, num.4. 320
Liberorum appellatio in iure ad legitimatos per ſequens matrimonium pertinet, num.2. 360
Liberorum cõſenſus in legitimatione per reſcriptum neceſſarius, num.1. 369
Liberorum appellatione etiam, nepotes & vlteriores deſcendentes continentur, num.6. 518
Liberorum diſcrimen tam vetuſto, quàm noſtris nunc moribus vſitato iure, 323
Liberorum appellatione non continentur adoptiui, num.1. 319

Libe-

Liberorum appellatione tam qui ſui iuris, quàm qui in poteſtate ſunt, continentur vtriuſque ſexus, nume.2.& 10. 240
Liberorum & deſcendentium, quàm collateraliũ cauſa, iure naturæ potior, num.12. 284
Liberorum nomen etiam in ſingulari verificatur, nume.3. 242
Liberum ſingulari numero pro filio, num.4. 243
Liberorum nomen in vno filio filiave verificari, nume.5. ibid.
Liberorum fauore inducta, ad adoptiuos non pertinent, num.19. 246
Liberorum ſpiritualium, item ſpiritualium & legitimorum ſimul, in ſucceſſionibus nulla conſideratio, num.1. 247
Liberorum dictio latior quàm filiorum, num.14. 141
Liberorum & deſcendentium eadem ſignificatio & determinatio num.15. ibid.
Liberorum appellatio variè aliquando vſurpata, & in infinitum extenditur, num.12. ibid.
Liberis ex inceſtuoſo coniugio natis nihil in totum relinqui poteſt, num.7. 417
Liberis religionem mendicantium ingreſſis, mater reliquis liberis pleno iure ſuccedit, etiam ſi poſt ſecunda vota, num.8. 451
Liberis etiam ſtatuto à ſucceſſione excluſis, tamen dominium quæritur bonorum relictorum, ſi mater ſecundò nupſerit, num.6. 450
Liberis ex damnato coitu natis, nihil teſtamento relinqui poteſt, num.21. 422
Liberis nefarijs de iure communi alimenta dantur, num.2. ibid.
Libertates confirmantur ſuo hærede inſtituto ante aditionem, num.13. 97
Libertini quatenus ab ingenuis adoptari poſſint, num. 6.pag. 313
Licèt, dictio eſt aduerſatiua, num.7.& 9. 47
Limitata cauſa limitatum producit effectum, num.17. pag. 103
Linea cognationis non dicitur à primo acquirẽte, nume.1. 20
Linea maſculina à filijs, non à patre initium capit, nume.2. 200
Linea quæ non cœpit, defecta, vel finita dici non poteſt, num. 3. 201
Linea quid, & vndè dicatur, num.14. 158
Linea in iure quandoque pro funiculo, cui margaritæ inſertæ, num.15. 159
Linea margaritarum quale ornamenti genus, num.16. ibid.
Linea paterna alia, alia materna. 165
paternæ maternæque Lineæ diſtinctionis vtilitates. nume.3.4.& 5. ibid.
Linea propriè dicitur, quæ recta ſurſum & deorſum tendit. num.11. 201
Linea cognationis continet vtrumque ſexum in ſucceſſione ab inteſtato, num.13. ibid.
Linea deſcendens à primo vocato non incipit, num.5. pag. 199
Linea patris maſculina à filio incipit, fœminina à filia, num.5. 201
Linea frequentiori vſu ad cognationem trahitur, nume.18. 159
Linea cognationis dupliciter accepta, num.9. 201
Lineæ deſcendentium & collateralium differentiæ, num.18. 586
Lineæ vnius incluſio, eſt alterius excluſio, & contrà, num.15. 203
Linearum prærogatiua quæ ſit, num.2. 118
Lite mota ſuper dominio aduentitiorum, pater agit, non filius, num.17. 469
Litem remittendo ſuper acquiſitione aduentitiorum pater non tranſigit, num.2. 473
Locator cum obligatione omnium bonorum pro obſeruatione contractus ſucceſſorem etiam ſingularem obligat, num.36. 84
Locatio & conductio ad ſucceſſorem vniuerſalem tranſeunt. num.27. 85
Locupletari quem cum iactura alterius naturalis ratio vetat, num.2. 385
Locatio à patre ad breue tempus facta aduentitiorum, filium ad obſeruationem obligat, non item ſi ad lõgum tempus, num. 1.& 3. 474
Locatio ad longum tempus à contractu emphyteutico non multum differt, num.13. 91
Locatio ad longum tempus, alienatio dicitur, nume. 3.pag. 474
Locationis ad longum tempus tractatio, remiſſiuè, n. 4. ibid.
Locatio ad longũ tempus, in quibus ab alienatiõe differat, num.5. ibid.
Locupletem quem dici ante adquiſitionem præpoſterum, num.4. 115
Lucra matrimonij propter diuortium manent lucrantis liberis, patri vſufructu ſaluo, nume.2.& 10. pag. 274
Lucratiua hæreditas quæ dicatur, num.1. 114
Lucrum non debet expectare petitor ex aliena iactura, num.5. 66
Luctus tempora quæ, & à quibus conſtituta, quæve intra illa nubentis pœna, num.1.2.& 3. 443

M.

MAcedoniano S.C. non eſt locus in emptione & venditione, num.7. 21
M.Cato ſuaſor legis Voconiæ quis, & eius magiſtratus, & genus fuerit, num.17. 170
Magiſtratus apud quem legis actio ſit, quis dicatur, nume.9. 34
Maieſtatis læſæ crimen qui committit, nullum ſucceſſorem habet, num.1. 533
Mala fides defuncti nocet hæredi tam in continuatione, quàm incboatione præſcriptionis, nume.7. pag. 80
Manumiſſus natus ex ancilla ſeipſum offerre curiæ poteſt, num.5. 405
Manumiſſionis iuſta cauſa, num.3. 37
Maritus delinquendo vxori non præiudicat, num. 5. pag. 521
Maritus propter adulterium perdit donationem propter nuptias, num.3. 455
Mariti officium quod ſit, num.23. 516
Maritus vxorem ſine iuſta cauſa occidens, vel contrà, eius hæres inteſtato non eſt, num.24. ibid.
Maritus vxorem eius adulteram occidendo, non priuatur eius ſucceſſione, num.25. ibid.
Maritus vxori, nec econtrà in feudis ſuccedit, num. 26. 517
Maritus quas iniurias vxori intra annum nupturæ remittere queat, nu.16. 453
Maritus & vxor quomodo inuicem ſibi ſuccedant ex lege Theodoſij, num.47.& 48. 518
Maſculus ex fœmina proueniens quoad excludendum alios à ſucceſſione, pro maſculo non eſt, nume. 78. pag. 301
Maſculus primi acquirentis licèt per fœminam deſcẽdens, excludit à feudo fœminam ſuperiorem, num. 11.& 12. 187
Maſculi ex fœminis nati, fœminarum iure in materia differenti cenſentur, num.8. 178
Maſculinum fœmininum non includit, & quibus caſibus, num.21. 181
Maſculinus ſexus continet fœmininum, nume. 12 pag. 181
Maſculinum non concipit fœmininum in materia differenti, num.14. 202
Maſculorum dictio geminata, coniecturam facit conſeruandæ familiæ. num 23. 154
Maſculini ſexus pronunciatio ad vtrumque pertinet, num. 4. 248
Maſculinum non concludit fœmininum in cõditionibus,

bus,num.13. 254
Maſculinum non complectitur fœmininum in materia differenti,num.6. 184
Maſculinum nó complectitur fœmininum in odioſis, num.6. 250
Maſculinum quando fœmininum non contineat, rem iſſuè,num.5. 184
Maſculorum in diſpoſitione aut ſtatuto appellatio,nó comprehendit maſculos ex fœminis,num.1.4.& 6. pag. 181
Maſculorum nominatio facit excludi fœminas,num. 19. 204
Maſculorum appellatio in contractibus non continet maſculos ex fœminis,nu 79. 301
Maſculorum nomen comprehendit fœmininum, per interpretationem,extenſionem, aut rationis paritatem,num. 3. 184
Mater ſecundò nubens non dans filio intra annum tutorē,eius ſucceſſione priuatur tam legitima, quàm ſtatutaria,num.1.& 2. Niſi,num.5. ſequentib. 457
Mater petere debet filio tutorem idoneum,ſibique curæ erit vt adminiſtret,num.3. 458
Matris pietas eſt obſeruare vt omnia in re filij rectè agantur,num.4. ibid.
Mater minor 25. annis etiamſi non petat intra annum pupillo tutorem, tamen ſuccedit, nume. 5. ibid.
Mater impleta ætate 25. annum ſequentem habet ſine pœna petendi tutorem filio,num.6. ibid.
Mater adminiſtrans bona filij, de modicis non reddit rationem,niſi ſecundò nubat,nu.14. 445
Mater magis ſecundum maritum, quàm liberos priores amare præſumitur,nu.15. ibid.
Mater excluſa, omnes aſcendentes per lineam matris excluduntur,num.14. 180
Mater excludit auum paternum, & contrà, num. 28. pag. 536
Mater filio, & contrà, ſuccedunt beneficio prætoris, num.5. 139
Mater etiam diſpenſata tantum tenetur pupillo tutorem petere,num.12. 459
Mater indotata cum nepotibus in ſucceſſione mariti partem facit.num.5. 518
Mater patiens intra annum luctus,ſi non mariti deſuncti eſt, pœnas ſecundarum nuptiarum patitur, nume.1. 454
Mater licèt in dominio ab inteſtato non ſuccedat, ex teſtamento tamen ſuccedere poteſt, nume. 20. pag. 451
Mater lucra cuiuſque matrimonij liberis einſdem reſeruat,num.2. 373
Mater tutrix ſecundò nubens, niſi rationes tutelæ reddat, & alium tutorem petat, pupillo non ſuccedit, num.14. 459
Mater naturalibus liberis ſuccedit in ſolidum, etiamſi vulgò quæſiti ſint,num.2. 460
Mater illuſtris an ſuccedat ſpurio exiſtentibus iuſtis liberis,num.6.7.& 8. ibid.
Mater, caſu quo adoptare permittitur,adoptiuo filio non ſuccedit,num.2. 462
Mater quibus caſibus à ſucceſſione filij inteſtati repellebatur,num.15. 431
Mater & per matrem aſcendentes ſuccedunt ſpurio,n. 5.pag. 469
Mater per patruum,excluſa ſtatuto, propter ſororem defuncti vtrinque coniunctam admittitur excluſo patruo,num.13. 537
Mater fauore agnatorum, ſtatuto excluſa, admittitur, ſi cognatus quis excludat agnatos, num. 14. ibid.
Matre fœmina excluſa tam filij, quàm reliqui deſcendentes ea arcentur,num.11. 179
Matri quo iure cœperit competere filij hæreditas legitima,num.13. 431
Matris atteſtatio dicentis filium non eſſe legitimum, an filio obſit,num.15. 255
Matris aſſertio filium etiam dominatum, adulterinú, vicinorum fama accedente, an valeat, nume. 16. pag. 255
Materfamilias quæ, & vnde communiter dicta, num. 4.pag. 507
Materfamilias eſt, quæ in manum viri coemptione venit,num.3. 503
Materfamilias ſola, quæ coemptione in manum mariti conuenit,num.1.& 8. 507
Materna bona ad filios deuoluta, iure veteri in totum patri quærebantur,num.5. 464
Materna bona iure nouo ad filios deuoluta, vſufructuatiè apud patrem ſunt,num.5.& 7. ibid.
Maternorum dominium ad filios pertinet, ſaluo tamen patri vſufructu, num.11. 430
Matronarum habitus quis fuerit,num.5. 508
Matrimonium inter filios duorum compatrum, an valeat,num.2. 247
Matrimonium an ex cohabitatione præſumatur, nume.17. 255
Matrimonium præſumitur, ſi duo ſe commiſcentes reperti, vt coniuges hoc facere aſſerunt, num. 18. pag. 256
Matrimonium iuris eſt Pontificij,num.11. 374
Matrimonium non impedit ſterilitas,num.3. 379
Matrimonium etiam ſine ſpe prolis ſubſiſtit, nume. 4. ibid.
Matrimonium in articulo mortis non contrahit ſenſu iudicioque ex infirmitate orbatus, nume. 5. pag. 345
Matrimonium contrahentes an ſe mutuò ſecūdùm ſtatuta matrimonij obligent,num.7. 525
Matrimonium,item matrona vnde dicantur,num.2.3. 6.& 7. 507
Matrimonium per verba de præſenti contractum, etiamſi non conſummatum, matrimonium eſt, nume. 11.pag. 515
Matrimonium fuiſſe iuſtum, requirit viri & vxoris ſucceſſio,num.3. 513
Matrimonium eſſe per verba de præſenti contractum, oportuit, vt locus ſit ſucceſſioni viri & vxoris, nume.4. ibid.
Matrimonium contractum in articulo mortis, an legitimet naturales,num.1. 349
Mancipatio ſpecies propria alienationis, nume. 10. pag. 509
Matrimonium non diſſoluit patriam poteſtatem, nume.11. 465
Matrimonium per confarreationem vulgò aſſuetudine omiſſum,num.17. 505
Matrimonij per conuentionem in manum ritus, num. 18. ibid.
Matrimonij diſſoluti caſus tres à Iuſtiniano conſiderati,num.5. 275
Matrimonio ea cauſa probabili diſſoluto, vbi liberi educandi,num.6. ibid.
Matrimonio non legitimè contracto filij non legitimantur,num.6. 363
Medium extremorum vni applicandum, fortiori & digniori applicabitur,num.11. 428
Medio ſublato, extrema cenſentur ſublata, num.72. pag. 300
Meliorationes in feudo fideicommiſſo ſubiecto, reſtituuntur,num.13. 194
ob Meliorationes quatenus emphyteutæ retentio concedatur,num.10. 193
Meliorationes quomodo recipiantur,num.11. ibid.
Meliorationes feudi, linea cui feudum conceſſum extincta, hæredum ſunt,num.6.& 7. 192.& ſeq.
Meliorationum nomine quid veniat,num.32. 197
Mens in omnibus actibus hominis attenditur, etiamſi verbis repugnet,num.18. 494
Mens & voluntas teſtatoris, in teſtamento primum locum obtinent,num.25. 189
Mens loquentium aptiſſimò colligitur ex veriſimili, & ex vſu iuris,num.19. 33

Mens teſtatoris ex iure communi interpretanda. nu. 28. 495
Meretrices omnium auariſſimè faciliùs ſe obligant quàm donent. 19. 456
Miles pro parte teſtatus decedere poteſt, & pro parte inteſtatus. nu. 2. 41
Milites Rodienſium in feudo ſuccedunt. 19. 296
Milites non aliter quàm de ſuis proprijs bonis ſubſtituere poſſunt pupillariter, nu. 11. 40
Milites de inuicem ſuccedendo conſtituere poſſunt, num. 8. 304
Militis teſtamentum ſola voluntas perficit, nu. 30. 53
Minor locationi per tutorem factæ ſtare debet finita tutela, nu. 2. 474
Miſſio in poſſeſſionem ex l. vlti. C. de edict. Diui Hadr. toll. etiam locum habet in teſtamento iuris prætorij, nu. 26. 14
Miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto in hæreditatem non datis etiam curatoribus decerni poteſt, num. 1. 108
Modus legitimandi triplex, 2. 345
Molitus iniuſtus contra ciuitatem non recognoſcẽtem ſuperiorem an faciat crimen læſæ maieſtatis, nu. 2. & 11. 533
Molendina & alia ad mare ſita, à ſatiſdatione vt immobilia excuſari contra Bart. & alios. 35. 478
Monachus ab ordine diſpenſatus, feudi ſucceſſionem habet, nu. 38. 296
Monachus alimenta, ob perpeſſam præteritam egeſtatem à monaſterio non petit, 11. 531
Monachis concubinatus à Iuſtiniano grauì ſub pœna interdictus, nu. 2. 325
Monachi nõ minus quàm qui in ſeculo ſunt, patri ſuccedunt, nu. 5. 269
Monaſterium patre ingrediente vſusfructus aduentitiorum perit, nu. 21. 476
Monaſterium loco filiorum eſt, 51. 305
Monialium per vim cognitarum liberi inceſtuoſi nõ ſunt, nu. 9. 423
Mors hominis vbi dubia, fama attenditur. nu. 27. 261
Mortis tempus inſpicitur in ſucceſſione ab inteſtato, in teſtamento ſecùs, nu. 1. 57
Mulier agnata iure prætorio habet bonor. poſſ. ad bona agnati, nu. 6. 139
Mulier prohibita ſine mariti conſenſu contrahere, an extra territorium prohibentis contrahere ſimpliciter poſſit, remiſſiuè, 6. 15
Mulier inops ob dolum præſumptum beneficio legis non fruitur, nu. 5. 531
Mulier iure canonum propter adulterium amittit dotem, maritus donationem, 17. 418
Mulier ſtatim à morte viri ad ſecunda vota conuolat, & 10. aut 11. menſe parit, vtrius partus ſit, nume. 11. pag. 254
Mulier inops intra annum luctus ab hæredibus viri alenda niſi nubat ſecundò, nu. 12. 445
Mulier ſecundò nubens, contemnit memoriam prioris mariti, nu. 16. 445
Mulier vim paſſa, neſarij pœna non damnatur, num. 7. 423.
Mulier filiorum ſuorũ tutrix ſi impudicè viuat ſicut ſecundò nubens, tutela deſtituitur. 11. 455
Mulier vim paſſa adulterij aut ſtupri damnari nõ debet nu. 7. 409
Mulier caput & finis familiæ. 8. 373
Mulier bona triplicia habet. nu. 3. 373
Mulier diu ſterilis, poſt fœcunda, non præiudicat filiationi, nu. 4. 353
Mulieris dos quinque legibus publicatur, nu. 9. 535
Mulieris liberæ conſuetudine, non concubinatus, ſed nuptiæ intelliguntur, 30. 510
Muliere de morte viri ſuſpecta decedente, item in hæreſi & apoſtaſia, iudicium pro ademptione bonorum agitur nu. 6. 80
Municipale ius deferens ſuperſtiti marito lucrum dotis, an extra municipium extendatur, remiſſiuè num. 4. 55
Mutus, ſurdus, cœcus, an in feudo ſuccedant, num. 61. & 62. 298

N.

Natus ex coitu illicito an legitimetur diſpenſatione Pontificia, nu. 1. 357
Natus ex rege aut tyranno vxorato, aut vi rapiente, ex coitu damnato natus non dicitur, num. 8. pag. 423
ex ancilla Natus manumiſſus ſeipſum offerre curiæ poteſt, nu. 5. 405
Natus ante legitimationem potior iure in primogenitura poſt nato, nu. 10. 368
Nati liberi ex ea cum qua tempore conceptionis matrimonium eſſe non potuit, non legitimantur, nume. 8. 359
Nati ex coitu damnato neque patri, neque matri, neque aſcendentibus ſuccedunt, vbi conſtitutiones variæ deſuper editæ, nu. 1. 419
Natura compenſationis alteratur in vltimis voluntatibus nu. 1. 517
Naturalis nepos ex filio prædefuncto naturali, ab auo legitimari poteſt, nu. 7. 369
Naturalis nepos ex iuſto filio, an ab auo, filio inuito, legitimetur, nu. 9. 370
Naturalis dictio quoad liberos, varia, 1. 324
Naturales olim, qui ex ciue Rom. & Latina procreati, num. 2. 324
Naturales vocantur filij iuſti in iure, reſpectu adoptiuorum, nu. 3. 324
Naturalis legitimatus an faciat locum. l. vnquam. C. de reuoc. donat. 10. 389
Naturalis cognatio iure ſanguinis inter fratres nefarios conſtituitur, nu. 18. & 22. 415
Naturalis curiæ oblatus patri ex teſtamento, & ab inteſtato hæres eſt cum legitimis liberis, nu. 1. 406
Naturalis fratri eadem matre nato, cum matre nõ ſuccedit, nu. 9. & 10. 468
Naturalis cauſa potius, quàm accidentalis attendenda, nu. 49. 395
Naturales vtrinque coniuncti, excludunt ex vno latere fratres, nu. 4. 489
Naturales etiam ex libertina per ſequens matrimonium legitimantur. 8. 346
Naturales per ſequens matrimonium legitimantur, etiam exiſtentibus legitimis, n. 9. 346
Naturalis pater ſuccedit filio in duas vncias, nume. 1. pag. 468
Naturales in feudis non ſuccedunt, nu. 1. 335
Naturales an contineantur nomine filij in crimine læſæ maieſtatis, nu. 1. 293
Naturales habere in fœminis quàm maſculis magis horrendum, nu. 5. 343
Naturales ex Turca & concubina Chriſtiana nati, an legitimentur per ſequens matrimonium, Turca iã conuerſo, nu. 18. 357
Naturales an faciant deficere conditionem, ſi ſine liberis, nu. 1. 338
Naturales non continentur conditione ſi ſine liberis, quoties legitimi ſuperſunt. 9. 343
Naturales ſuos, qui ex concubina legitima ſuſcepit, num. 4. 328
Naturales abſque peccato concipi non poſſunt, nume. 9. 344
Naturalis in dubio præſumitur ſimiles ſibi ſuccedere voluiſſe. nu. 10. 44
Naturales etiam ſoli tempore conditi teſtamenti ſi legitimi poſt naſcantur, appellatione filiorum nõ veniunt, nu. 5. 327
Naturales per ſubſequens matrimonium, legitimantur ad omnia, nu. 1. 345
Naturales parentes ſuccedunt filijs quouis modo legitimatis tanquam iuſti, nu. 1. 463
Naturales ſuccedunt ab inteſtato in duas vncias non

exiſtente vxore aut legitimis,2. 333
Naturales an patri ſuccedant iure Digeſtorum, iuſq; ciuium Rom. habeant, nu.1.& 4. 328
Naturales in feudo etiam materno non ſuccedunt, nume.3. 334
Naturales habent querelam contra matris teſtamentum, nu.4. 335
Naturales quaſi extranei cenſentur ad bona patris extantibus iuſtis filijs,1. 316
Naturales an faciant deficere conditionem, ſi ſine liberis, Decij opinio, nu.4. 338
Naturales quoties ſuccedunt, imitantur regulam ſucceſſionis iuſtorum liberorum.7. 491
Naturales ex patre nullo iure ſucceſſionis ex ſe fruuntur, nu.1. 488
Naturales cum legitimis in bona materna pariter ſuccedunt, nu.1. 334
Naturales non querulantur contra teſtamentum patris, nu.6. 315
Naturales liberi medij dicti ſunt inter legitimos & illegitimos, nu.6. 247
Naturales filij vel legitimati, non continentur voce familiæ, nu.16. 211
Naturales non poſſunt inſignia familiæ portare, nu. 17. 211
Naturalium filij legitimi de familia eſſe, dici nō poſſunt, nu.18. 211
Naturalium pater voluntatem legitimandi exprimure debet, nu.2. 348
Naturalium legitimatorum per ſubſequens matrimonium diſcrimen ſuſtulit Iuſtinianus,6. 346
Naturalium nomen à Conſtantino primùm patefactum aſſerente Iuſtin. quomodo accipiendum, 5. & 8. 328
Natalium reſtitutioni quando locus,4. 367
Naturalibus ex diuerſis concubinis nihil ex bonis patris debetur præter alimenta, nu.3.& 4. 333
Naturalibus debetur legitima in bonis matris iure ſanguinis, nu.5. 335
Naturalibus aut concubinæ vltra vnciam exiſtētibus legitimis relinqui non poteſt, nu.1. 331
Naturalibus liberis mater ſuccedit in ſolidum, etiāſi vulgo quæſiti ſint, nu.2. 460
Naturalibus aut concubinæ vltra vnciē relictum, cedit legitimis, nu.2. 331
Naturalibus pater omnia bona relinquere poteſt, legitima parentibus ſalua, 3. 332
Naturalibus omnia bona relinqui poſſunt neque parentibus neque vxore exiſtentibus,4. 332
Natalibus à principe reſtituti ingenui fiunt,13. 388
Natalibus reſtituere decuriones nequeunt,41. 389
Neceſſarius hæres nemo eſt iure prætorio,39. 10
Neceſſarius hæres eſt ſeruus cum libertate inſtitutus, num.1. 119
Neceſſitas licitum facit, aliàs illicitum,19. 523
Neceſſariorum & ſuorum hæredum diſcrimen ſolis Romanis notum. nu.5. 120
Nefarij & incœſtuoſi quandoque & ſpurij appellantur. nu.19 & 21. 425
Nefarius coitus quis ſit, nu.1. 417
Nefarij filij hodie in vtroque foro, & paſſim alimenta habent,4. 422
Nepos patris naturalis præmortui non legitimatur matrimonio aui & auiæ poſt contracto.1. 362
Nepos ex inceſtuoſo ſobole legitima exiſtente, ab auo inſtitui nequit, nu.9. 178
Nepos poſt mortem aui conceptus eius hæreditatem legitimam an habeat, nu.5.& 7. 290
Nepos poſt aui mortem conceptus, neque legitimam hæreditatem eius, neque bonorum poſſeſſionē accipere poteſt,6. 29
Nepos ex inceſtuoſo, ab auo hæres ſcribi non poteſt, nu.77. 301
Nepos ab auo cum patre neceſſario hærede, inſtitutus, ſucceſſiuè venit,5.& 11. 227
Nepos ex fratre naturali excludit in ſucceſſione patrui naturalis, patris fratrem legitimum,6. 494
Nepos poſthumus viuo patre an rumpat teſtamentū aui, nu.5. 140
Nepos cum patruo ſuccedit in hæreditate patrui defuncti, eius teſtamento per fratrem querela inofficioſi euerſo,12. 441
Nepos naturalis ex iuſto filio, an ab auo, filio inuito, legitimetur.9. 370
Nepos ex patre ſpurio natus non ſuccedit auo. 9. 234
Nepos ex filia continetur nomine liberorum, ſed non nomine liberorum maſculorum.2. 181
Nepos exhæredati filij, auo ſuus & neceſſarius eſt hæres, nu.9. 123
Nepos naturalis ex filio prædefuncto naturali, ab auo legitimari poteſt,7. 369
Nepos ſuus factus, æquè vt pater rumpit teſtamentū, num.9. 278
Nepos iuſtus ex ſpurio ab auo rectè an inſtituatur deficientibus legitimis,39.& 45. 415
Nepos ad ſucceſſionem aui vel patrui in locum patris iure hæreditario venit non iure fideicommiſſi, nu.5. 76
Nepos licet in patris inteſtati reincidat poteſtatem, tamen ſuus & neceſſarius, nu.43. 124
Nepos in cauſa inteſtati ſuus fit quandoque, licèt primum locum non obtineat,44. 124
Nepos niſi tempore mortis aui conceptus ſuus nō fit hæres,45. 124
Nepos auo poſthumus eidem ex perſona patris ſuccedit.46. 124
Nepos poſt mortem aui conceptus, ſuccedit ex perſona patris iure tranſmiſſionis,7. 292
Nepos poſt mortem aui conceptus eius originem nec in odioſis nec fauorabilibus ſequitur,4. 291
Nepotes ſpurij ab auo alimentandi, 35. 415
Nepotes & infra, ſoli auo ſuccedente, in ſtirpes veniunt, nu.1. 273
Nepotes & vlteriores ſuccedunt in ſtirpes ſi cum filijs ſuccedunt patri.1. 270
Nepotes iuſti ex naturali filio auo non ſuccedunt, num.5. 334
Nepotes iuſta interpretatione continentur nomine filiorum.18. 251
Nepotes ſubducto filio rediguntur in conditionem filij 15. 271
Nepotibus & pronepotibus eodem iure quo naturalibus liberis relinqui poteſt.5. 332
Neptis ex filio, continetur linea maſculina, & eſt agnata. nu.6. 205
Nobilis vilem vel notatam, vt legitimentur liberi de iure ciuili, ducere vxorem non poteſt, iure Pontificio ſecùs, nu.9.& 10. 364
Nobilitas & virtus ſola fama fidem merentur, num. 15. 261
Nobilium pacta, ne bona eorum ad fœminas deuoluātur, cum clauſula reuocandi, conſtant,17. 305
Nomina ſingulorum in cognatione quando exprimere neceſſe ſit, nu.1. 240
Nominatio maſculorum facit excludi fœminas, nu. 19. 204
Nominatione ſola filij, filiatio non probatur.4. 252
Nominationi filij, ſi educatio acceſſerit, filiatio probatur,5. 259
Non entis nullæ ſunt qualitates,12. 27
Notario aſſerenti in inſtrumento exhibitum Authēticum priuilegium Com. Palat. non creditur, nu.14. 384.
Nothi qui in Conſtitutione Iuſtinianea dicantur, r. 2.3.& 6. 367
Nouell. de alienat. & emphy. §. licentiam, intellectus, num.10. 132
Nouo iure qui fiant hæredes.4. 15
Nouercarum affectio ſuſpecta, earumq; fraudes, num. 23.& 24. 444
Nouercæ quandoque priuignos filiorū loco amarunt, nu.25. 495

Numa

Numa Pompilius Pythagora antiquior. 15. 505
Numę inſtituta.nu.11. 504
Nuptiæ ſecundæ non priuant patrem vſufructu aduētitiorum filij, nu.13. 466
Nuptiæ ſecundæ quare adeò exoſæ.7. 444
Nuptiæ ſecundæ dicūtur omnes poſt primas inſequētes,nu.4. 444
Nuptiæ ſecundæ odio ſubiectæ ſunt.6. 444
Nuptiarum formæ apud Romanos duæ.1. 503
Nuptiarum formas tres refert Seruius, num.2.& nu.4. pag. 503
Nuptiarum cùm fit in iure mentio, primæ intelliguntur,nu.3. 351
Nuptiarum definitio explicata.nu.10. 509
Nuptias ſecundas dehortatos eſſe,SS.patres non prohibuiſſe. nu.12. 446
Nutu legatum relinqui & adimi poteſt,vti & fideicōmiſſum.15. 70
Nutu fideicommiſſum relinquitur,nu.31. 53

O.

Oblatione curiæ filij legitimantur etiamſi alij ſuperſint legitimi & iuſti.nu.1. 406
Obligatio in bonis alienantis,facit reuocationi locum,nu.11. 522
Oblatio curiæ vbi facienda,nu.8. 405
Obligatio perſonalis non ſequitur ſingularem ſucceſſorem,30. 83
Obſcurum legatum ex ſequentibus & præcedentibus intelligendum.2. 342
Obſidibus pacis cauſa datis fugæ cauſam dans, maieſtatis crimen habet,17. 594
Obuagulatum ne quid ſit.3. 550
Officium Decurionum moleſtum & laborioſum, nume.5. 402
Officium mariti quod ſit,nu.23. 516
Officio iudicis obtinetur, quod iure municipali denegatur,nu.6. 60
Officio iudicis quandoque obtinetur,quod ſtricto iure,nu.4. 60
Omiſſio ſolemnitatum,an actum commodum ipſi,eius fauore introductæ,annullet,nu.37.& 38. 472
Omnia bona naturalibus relinqui poſſunt neque parentibus,neque vxore exiſtentibus.4. 332
Omnis, dictio vniuerſalis eſt, nihilque excludit, nu. O. 165
pinio auctoris,vtrùm conditio ſi ſine liberis ceſſet exiſtentibus naturalibus.16. 341
Ordo ſucceſſionis tam ex veteri, quàm nouo iure petendus eſt,nu.1. 160
Ordo ſucceſſionis par & æqualis teſtati & inteſtati, num.5. 519
Ordo charitatis & affectionis, an infringat naturam copulæ,nu.6.& 7. 227
Ordo charitatis, ordinem ſucceſſiuum ſemper neceſſariò conſtituit,nu.8.& 10. 227
Ordo charitatis facit alternatiuam accipi ſucceſſiuè num.9. 228
ad Originem ſemper reducenda res eſt.8. 21
Orphitianum S.C.per ph.ſcribendum,15. 176

P.

PAPA an ad ſecularia diſpenſare aut legitimare poſſit.nu.5. 373
Pactum in contractu matrimonij appoſitum de primogenito in certa re ſucceſſuro validum,15. 305
Pactum de hæreditate tertij illo conſentiente, valet, num.11. 304
Pactum de certis quibuſdam rebus hæreditarijs,an valeat.12. 304
Pactum an fieri poſſit de non lucrāda dote,ſtatuto ſeu iuris diſpoſitioni contrarium,6. 527
Pacta ſucceſſoria iuramento non firmantur.7. 303
Pacta vel ſtatuta excludentia fœminas ab hæreditate, excludunt & per eas deſcendentes.75. 301
Pacta priuatorum ſucceſſoria,an conſuetudine aut ſtatuto firmentur,21.22.& 23. 307
Pacto priuatorum, an ſucceſſioni modus dari poſſit, nu.5. 303
Pacto ſucceſſiones non deferuntur,eſtq́; contra bonos mores,6. 303
Pactio de certa parte per modum quotæ relinquenda,an valeat,nu.13. 304
Palæotti Cardinalis contra communem opinio reſutata,nu.6.8.& 9. 339
Palæotti opinio de præſumpta legitimitate liberorū refutata.nu.2. 337
Parentibus excluſis, & ab ijs deſcendentes excluduntur,nu.2. 194
Parentis appellatione omnes ſuperiores continētur, num.8. 284
Parentum priuilegia & honores ad filium tranſeunt, num.8. 271
Parentum in liberos ſumma poteſtas, 8. 428
Parentum in liberos cuiuſcunque gradus parem eſſe affectionem,13. 285
Parentum turpis vita non eſt legitima cauſa exhæredationis,nu.16. 456
Parentela pro cognatione,nu.3.& 6. 427
Parentum varia acceptio,2. 432
Parentum legitimorum & naturalium ſucceſſio tribus diſtinguitur caſibus, nu.3. 432
Parentum excluſio niſi lege,non inducitur.15. 456
Parentum appellatio in vtroque ſexu ad tritauum extenditur,nu.1. 427
Parentum appellatio etiam fœminas continet, nu.3. 436.
Parentes de conſenſu liberorum ſecundas contrahētes nuptias cum reliquis liberis ad defuncti filij hæreditatem veniunt plenè,nu.1. 455
Parentes filio ſine liberis aut fratribus mortuo ſoli ſuccedunt ſi pari gradu ſint.1. 432
Parentes non extantibus alijs liberis ſuccedunt filio pleno iure in omnibus bonis indifferenter, 3. 450
Parentes pro cognatis intelliguntur iure Pontificio. num.5. 458
Parentibus poſt Deum primæ gratiæ debentur, & bonorum ſucceſſio,nu.7.& 10. 458
Parentes ſecundarum nuptiarum ſuccedūt filijs prioris matrimonij cum eorum fratribus, quoad vſumfructum tantùm,3. 447
Parētes poſt tritauum maiores,poſt trinepotem inferiores vocantur.4. 162
Parentes ordine naturæ citius filijs moriuntur, num. 26. 431
Parentes quandoque pro cognatis accipi non tamen iure ciuili contra Angelum & ſequaces, num.2.& 4. 427
Parentes dominium bonorum filij prædefuncti, habent,ſi nulli alij extent liberi,nu.7. 449
Parentes & aſcendentes vtriuſque ſexus à ſucceſſione nefariorum arcentur.16. 423
Parentes vſque ad tritauum vocantur iure Romano; num.3. 240
Parentes optimum conſilium pro liberis capere præſumuntur,nu.14. 48
Parentes naturales ſuccedunt filijs quouis modo legitimatis tanquam iuſti. nu.1. 462
Parentes turpiter viuentes à ſucceſſione liberorum ſicut ſecundò nubentes arcentur,num.8.& 13.& 21, 454.
Parentes in pari gradu ex diuerſa linea ſi numero diſpari ſint in ſtirpes rarum ſuccedunt, 5. 433
Parentes paterni & materni pari gradu ſi concurrant, bonorum fit partitio, vt materni materna habeant,&c.nu.6.& 8.nu.12.vbi contrarium defenditur. pag. 433
Parentes inceſtuoſi filijs non ſuccedunt, 3. 463
Parentes inceſtuoſi. à liberis inceſtuoſis in caſu neceſſitatis alendi.4. 463
Parentes cum fratribus naturalibus ad ſucceſſionem

fratris naturalis admittuntur, diuerſimodè tamē. num.5. 490
Parochiæ hodie Curijs antiquitus inſtitutis quodam modò adæquatæ.nu.2. 40ſ
Partis appellatione dimidia continetur,16. 55
pro Parte teſtatus & inteſtatus decedere quis poteſt etiam iure nouiſſ.8. 46
Paſſibus æqualibus duobus metam pro brauio contin gentibus denuo currunt. 13. 255
pro Parte teſtatus,& inteſtatus decedit quis,per querelam inoffic.teſtam.nu.13. 45
Participium extantibus,præſentem caſum tantùm reſpicit.nu.12. 176
à Particulari ad vniuerſale malè infertur,21. 22
Pater liberos inſtituens & ſubſtituens,intelligitur omnes æqualiter vocaſſe, etſi ex diuerſis matrimonijs ſint,nu.40. 496
Pater teſtando inter liberos,quando poſſit pro parte inteſtatus decedere,nu.6. 41
Pater naturalium,voluntatem legitimandi exprimere debet,nu.2. 348
Pater in bonis à materna linea venientibus ſolum vſumfructum habet, nu.3. 166
Pater aduentitia filij non alienat, habet enim dominium ſine alienandi poteſtate,nu.25.& 26. 470
Pater aduentitia alienat ex cauſa neceſſitatis,putà æs alienum,nu.17. ibid.
Pater alienando aduentitia in cauſa neceſſitatis, an decreto opus habeat,nu.18.& 29. ibid.
Pater habens liberos iuſtos an naturali ſuccedat, nu. 1. 460
Pater fideicommiſſum diſſipans,ſtatim filio reſtituere tenetur abſque retentione vſusfructus. num. 16. pag. 477
Pater in legato vſufructu filio, vſumfructum non habet,nu.17. ibid.
Pater Iudæus aduentitiorum filij Chriſtiani non habet vſumfructum.19. ibid.
Pater furioſus vſumfructum aduentitiorum filij non habet.20. ibid.
Pater quoad durat vſusfructus aduentitiorum,ſeruitutem conſtituit,nu.3. 474
Pater inceſtas contrahens nuptias vſumfructum aduentitiorum iuſtorum filiorum non habet.13. 476
Pater adoptans inter filios adoptiuos teſtamentum condere poteſt coram duobus teſtibus,nu.13. 319
Pater naturalibus omnia bona relinquere poteſt, legitimis parentibus ſalua,nu.1. 332
Pater defuncto filio cum eiuſdem fratribus ſuccedēs, portionis fratrum vſumfructum non habet.5. 4-9
Pater adminiſtrans bona filij,nec cauere,nec rationes reddere obligatur.7. 468
Pater tutor,adminiſtrans bona filij. cauere & ratiōes reddere tenetur.8. ibid.
Pater aduentitia filij alienat, ſi commodum eius reſpiciat,36. 471
Pater naturalis ſuccedit filio in duas vncias. 1. 480
Pater acquirens ex contractu ſibi, filijs & nepotibus, intelligitur ordine ſucceſſiuo quæſiſſe.13. 2.9
Pater adoptiuus extraneus non ſuccedit adoptato ab inteſtato,nu.2. 491
Pater certum modum ſucceſſionis conſtituere inter liberos poteſt.nu.9. 304
Pater arrogator, bonorum à matre ad filium delatorum, vſumfructum tantùm habet.8. 465
Pater & mater defuncto ſine filijs & fratribus filio æqualiter ſuccedunt,4. 433
Pater an filium ſola nominatione legitimare poſſit, num.9. 374
Pater præiudicat filijs in bonis quærendis.19. 305
Pater naturalem filium,legitimum apud acta priuata ſcriptura tribus teſtibus ſubſcripta nominans, hæredem facit,nu.11. 266
Pater adoptiuus extraneus non tenetur filio adoptiuo aliquid teſtamento relinquere.16. 52
Pater per emancipationem ex fiducia contracta fit patronus filij.9. 430
Pater exemplo patroni habet contra teſtamentum filij bonorum poſſeſſionem. 10. ibid.
Pater poteſt legitimationem petere pro filio in hæreditarijs feudis in præiudicium agnatorum.19. 400
Palæotti contra communem, ſententia diuerſa, nu.7. 344.
Pater ipſe agens ad alimenta ſpurio non obligatur,nume.37. 415
Pater cum filio ſuccedit, defuncto filio etiam in dominio quo ad bona aliundè quam à parentibus acquiſita nu.1. 449
Pater quo modo iure veteri filij hæres fieret, n. 4. 430
Pater curiæ offerre vel ex pluribus vnum aut plures poteſt,2. 40ſ
Pater fructiferas arbores excidens, aut rem damnificans,priuari vt alius poteſt vſufructuarius.15. 469
Pater teſtando plus filios quàm nepotes dilexiſſe præſumitur,nu.5. 287
Pater ſpiritualis filio ex ſacro fonte leuato non ſuccedit,nu.5. 464
Pater vſufructuarius bonorum maternorum filij, non ſatiſdat,nu.3. 467
Pater adminiſtrans bona filij an Inuentarium conficiat,nu.4.& 5. ibid.
Pater tranſigere poteſt ſuper aduentitijs filij rem ipſam retinendo,nu.6. 473
Pater ſpurio non ſuccedit,4. 460
Pater liberis vltra legitimam relinquere nō cogitur, num.6. 519
Pater excludit matrem in ſucceſſione filij iure Saxonum,& mater filium.4. 445
Pater ſiue ante ſiue poſt mortem filij, cui cum altero filio ſucceſſit, ad ſecunda vota venerit, perdit dominium relicti.4. 448
Pater filium offerre curiæ poterit etiamſi iuſtos habeat,num.1. 405
Pater nouercam ſuperinducens intra annum luctus liberis,proprietate in ſucceſſiōe filij cum fratribus priuatur æquè vt mater,nu.1.3.& 4. 447
Pater arrogans an ſuccedat puberi arrogato, diuerſæ ſententiæ,nu.4.5.6.7.& 8. 465
Pater arrogator in quo cum patre naturali & legitimo aſſimuletur,nu.8. ibid.
Pater adoptiuus filio adoptiuo quem in poteſtate nō habet,non ſuccedit,nu.1. 461
Pater adoptiuus ſuccedit filio adoptato in poteſtate ſine liberis defuncto.nu.3. 402
Pater adminiſtrans, de alijs filij bonis vſufructui non ſubiectis,rationes reddit,nu.11. 468
Paterfamiliàs dominus, materfamiliàs domina olim dicta,num.17. 509
Paterfamilias item filiusfamilias,qui dicantur, nu.2. pag. 248
Paternæ lineæ relictum &c. an patrem includat.nu.1. 260.
Paterna linea, deficientibus deſcendentibus an tranſuerſales comprehendat,5. ibid.
Paterna tractatio filij,facit parentea contra filiationē nōn audiri,nu.3. 558
Patris hæreditas adita,filij non patris hæreditas eſt, num.4. 175
Patris ſtatus fauorabilis tā antè,quàm poſt natis prodeſt,nu.37. 30
Patris in iudicio confeſſio, aut aliàs ſtudioſa filij appellatio, filiationem probat,nu.6. 259
Patris inhabilitas nocet in acquirendo per filium.nu. 67. 300
Patris hæreditas iacuiſſe non dicitur,ſed ipſo momēto filium accepiſſe,nu.16. 125
Patris inhabilitas nocet filijs naſcituris, non iam natis,nu,68. 300
Patris & filij vna eademque perſona, vna & caro, nume.5. 278
Patris ſolius voluntas ſine conſenſu agnatorum in legitimatione obtinenda ſufficit,56. 372

Patris ſæuitia exturbans filium domo paterna nō priuat patrem vſuſructu 2. 466
Patria diuiſio bonorum in teſtamento valet inter liberos, nu. 19. 53
Patria ſuror vſumfructum aduentitiorum filij nō tollit, nu. 15. 466
Patre mortuo filius poſſeſſor bonorum paternorū dicitur ante apprehenſam poſſeſſionem, 24. 98
Patre cum filio in ſucceſſione filij & fratris exiſtente, ſi pater renunciat, ſuccedunt alij aſcendentes, neque filio fratris hoc accreſcit, 2. 443
Patre vſumfructum aduentitiorum remittente, filio in ſolidum quæritur, 9. 476
Patre furioſo natus filius, an legitimari poſſit. 6. 369
Patri communi, filij æqualiter, ex diuerſis ſeparatim ſuccedunt, nu. 5. 274
Patri adoptiuo an eadem quę patri naturali debeatur reuerentia, nu. 11. 12. & 14. 314
Patria poteſtas inuito patre nec conſtituitur, neque perditur, nu. 3. 348
Patriam poteſtatem non diſſoluit ſenium, neque diſtans abſentia eius qui in poteſtate eſt, nu. 9. & 10. 465.
Patria poteſtas & vſusfructus acquiſitio compellit filium patri cohabitare, 19. 466
Patria poteſtas fundamentum ſuitatis eſt, 37. 123
Patruus excludit fratris filium in iure patronatus, nume. 6. 287
Patronatus ius non defertur iure hæreditario, nume. 7. 288
Patronatus ius eccleſiaſticum admittit repræſentationem 8. ibid.
Patriciatus aut epiſcopalis dignitas ius vſusfructus in bonis filij non aufert. 25. 465
Patricius ſuus eſt, licet in poteſtate non ſit. 30. 122
Peculium caſtrenſe pleno iure eſt filij proprium, item quaſi caſtrenſe, 1. & 3. 475
Pellex quæ habeatur. 2. 327
Pellex, quæ olim habita fuerit, 31. 510
Permiſſum ad tempus poſt tempus cenſetur prohibitum, nu. 4. 192
Perduellionis crimen à crimine læſæ maieſtatis diuerſum nu. 7. 535
Perduellionis crimen non eſt læſæ maieſtatis crimen. num 6. 534
Perſona extranea mixta liberis in teſtamento patris imperfecto quoad ſe facit teſtamentū patris nullum, nu. 3;. & 35. 54
Perſona media ſublata ſequens admitti non poteſt, n. 3. 178
Perſona expreſſa ſi cum collectiuè vocatis inſtituta per copulam, inſtitutio cenſetur ſucceſſiua. 12. 219
Perſonæ dignitas an faciat, conditione, ſi ſine liberis excludi naturales, nu. 1. 342
in Pijs cauſis an ceſſet omnis ciuilis ſolemnitas. 4. 41
Pluralis numerus quando non verificetur in ſingulari remiſſiuè, nu. 7. 243
Plutarchus reprehenſus erroris, nu. 14. 505
Plutarchi locus in Numa explicatus, 44. 512
Pœna ipſo iure veniens, ſententiam tamen requirit, num. 9. 593
Pœna adſcribentis in teſtamento ſibi quando locum habeat. Item, nu. 4. 49
Pœna ad hæredem non tranſit. 2. 79
Pœna inceſtus vltimum ſupplicium lege 12. tab. 6. 417
Pœna grauior ſæpè minori delicto imponitur. nu. 20. 457.
Pœna ſtupri in virgine quæ, iure diuino. 20. 419
Pœna ſtupri de iure ciuili. 21. ibid.
Pœnales actiones lite inchoata trāſeunt ad hæredes, num. 2. 577
Pœnales actiones in hæredem non dantur. 3. 79
Pœnam legis nubenti intra annum luctus maritus nō poteſt remittere. nu. 6. 453
Pœnas ſecundò nubentium præter infamiam iure pōtificio non ſublatas. 2. 447
Pœnalia reſtringenda. 14. 418
Pontifex Romanus eſt inter omnes principes maior. num. 1. 378
Poſſeſſio patris & filij quaſi vna ex vno in alterum cōtinuatur, nu. 11. & 13. 181
Poſſeſſio bonorum, vnde vir & vxor, intra centū dies petenda, nu. 2. 513
Poſſeſſio ſicut dominium viuo patre quaſi quæſita eſt filio, nu. 21. 98
Poſſeſſio transfert onus probandi in aduerſarium. nume. 1. 263
Poſſeſſio hæredis quoad vſucapionem complendam, continuatur cum poſſeſſ. defuncti. 4. 309
Poſſeſſio contra primæuum naturæ ſtatum an præualeat, 13. 265
Poſſeſſio vt acquiratur, animus & corpus requiritur, nu. 14. 97
Poſſeſſionis naſciſcendæ origo inquirenda. 5. 21
Poſſeſſionis in dubio plura priuilegia, num. 8. 9. & 10. 264.
Poſſeſſionis prioritas [illegible] contra priuilegiatas perſonas obtinet. 11. ibid.
Poſſeſſionem nouam non dicitur filius à morte patris quærere ſed veterem continuare, nu. 19. 98
Poſſeſſor præualet in quæſtione iuris. 12. 264
Poſſeſſores tam malæ quàm bonæ fidei, quas & quando impenſas repetant, remiſſiuè, 20. 195
Poſſeſſum à patre, etiam à filio poſſideri, & contrà, nume. 16. 121
Poſſidentes vi ſtatuti continuantis poſſeſſionē & cęt. quibus actionibus experiantur. 27. 28. & 29. 99
Portio non adeuntium ab inteſtato, accreſcit adeuntibus, nu. 7. 29
Poſtliminij iuris reſtitutio & legitimatio æquiparātur, nu. 23. 389
Potentia reducibilis ad actum, parificatur cum actu, nu. 12. 101
Poteſtas patria inuito pātre nec conſtituitur, neque perditur, nu. 3. 348
Potior in iure conſequendo eſt, qui vinculum habet naturale & ciuile. 2. 355
Poſthumus alienus quis. 15. 142
Poſthumo alieno inſtituto prætor dat bonor. poſſeſſ. ſecundum tab. 16. ibi.
Poſthumus ſuus inſtitui poteſt. 18. ibid.
Poſthumus alienus iure ciuili inſtitui non poteſt, nu. 1. & 17. 140
Poſthumus an fratri ſuo, hæres ſuus eſſe poſſit, nu. 27. 122.
Poſthumus quibus caſibus pro nato habeatur, & quibus non, 18. & 19. ibi.
Poſthumus alienus incertæ licet perſonæ ſimilis, incerta perſona non eſt. 20. 142
Poſthumi vt liberi ſuccedunt ſi viuo patre concepti fuerint. 4. 269
Poſthumæ an comprehendantur nomine filiarum, nu. 15. 32
Prædo quatenus res melior facta impenſas recuperat. num. 18. 194
Præſumi debet ſemper quod honeſtius, 8. 153
Præſumit les quæ poſſibilia & ſecundum naturā ſunt, num. 9. ibid.
Præſumitur defunctus voluiſſe diſpoſitionem ſuam eſſe iuri communi conformem, 4. 24
Præſcriptio ordinaria contra laicum non currit in re eccleſiæ & laico communi. 11. 448
Præſcriptio & priuilegium eius temporis, cuius memoria non eſt, à pari procedunt. 58. 381
Præſcriptio à defuncto inchoata iacente hæreditate impleri poteſt, 2. & 6. 109
Prætor an hæredem facere potuerit. 1. 143
Prætor aliquando & quibus caſibus ius ciuile confirmet, nu. 27. ibi.
Prætor quaſi arbiter legis eſt. 5. 144
Prætor in ſucceſſione ius ſanguinis potius habuit quā rigorem iuris ciuilis. nu. 5. 260

Prætor hæredem facere nequit, nec vt quis deſinat eſſe hæres.20. 8
Prætérita filia, teſtamento valido, ius accreſcendi habebat, nu.4. 167
Prætéritio eorum quibus legitima non debetur, nõ rũpit teſtamentum, nu.5. 61
Præteritio filij famil. in teſtamento quid operetur, & nu.6.14. 44
de Præteritione emancipati, & materna, remiſſiuè, nume.16. 45
Prætoria & Ciuilis ſucceſſio differũt etiam in acquiſitione per ſeruum vel filium, nu.10. 7
Prætorium ius quod ſit. nu.1. 138
Prætores multa contra & præter rigorem iuris ciuilis introduxerunt, nu.9. 136
Prætoris mortui & viui edicta, quatenus differant, nume.8. 138
Primogenitus dicitur, qui tempore mortis patris alios antecedit.39. 311
Primogenitus, ſtante matrimonio, an excludat antegenitum, & per ſequens matrimonium legitimatum, nu.1. 355
Primogenitus ante patris dignitatẽ natus, an ius primogenituræ ad dignitatem habeat, num.28. & 29. & ſeq. 308
Primogeniti præmortui filius præfertur ſecundo genito ſuperſtiti, nu.15. 121
Primogenitus furioſus &c. locum facit ſecundo genito in regno aut principatu.64. 299
Primogenituræ ius in ſucceſſionibus prouinciale, vtrùm ad bona vltrà prouinciam extendatur, remiſſiuè, nu.5. 55
Primogenituræ ius debetur primo legitimè nato, nume.6. 355
Princeps an ius ciuile quod circa hæreditates eſt tollere poſſit.10. & 12. 386
Princeps an de plenitudine poteſtatis voluntatem teſtatoris euertere poſſit.52.54. & 55. 395
Princeps licet non in totum tollat, ius tertij prorogare tamen poteſt, nu.12. 399
Princeps legitimando ad feuda, non includit eccleſiæ feudum, nu.16. 400
Princeps quæ iuris ciuilis ſunt liberè immutat, & de ijs diſponit, nũ.39. & 44. 392
Princeps auferendo alicui rem ſuam ex plenitudine poteſtatis pretium rei refundere debet.5. 385
Princeps legitimans cum clauſula poteſtatiua ſuccedẽdi in feudo, ſuccedere legitimatum in feudo an faciat, 4. & 7. 398
Princeps legitimando poſt mortem patris non tollit ius alijs quæſitum.7. 385
Princeps ex accidenti animi iudicio deſtitutus, per curatores adminiſtrat.63. 299
Principem cum legitimando velle ſubſtituto præiudicare conſtat, citatio non requiritur.45. 394
Principe alicui iuriſdictionem dante, ius legitimandi retinet.10. 374
Principi ſoli ius legitimandi reſeruatum.22. 376
Principi non dicitur, cur ita facis, nu. 23. 413
Prioritas graduum poſt fratrum filios in collaterali linea præualet, nu.1. 484
Principium cuiuſque rei conſiderandum in quolibet contractu, nu.26. 196
Priuilegia legitimandi conceſſa intelliguntur, ne ius tertij lædatur nu.13. 386
Priuilegij verba dubia interpretanda, ne ius tertij offendant, nu.14. 386
Priuilegia quæ contra ius commune cõceſſa, ſtrictiſſimè accipienda, nu.16. 387
Priuilegia ob liberos conceſſa, non intelliguntur de adoptiuis, nu.18. 321
Priuilegia ex verbis interpretationem habent, nu.9. pag. 320
Priuilegia per verba ſpecialia non tolluntur, 8. 500
Priuilegia reſpectu certarum perſonarum conceſſa, ijs ſublatis, ceſſant, nu.4. 450
Priuilegium oſtendere debet qui ſe id habere aſſerit, num.11. 383
Priuilegium & præſcriptio eius temporis, cuius memoria non eſt, apari procedunt. nu.58.
Priuilegium conceſſum alicui, & ſuis deſcendẽtibus maſculis & fœminis, competit & viduis.8. 455
in Probanda mala fide fama attenditur, 19. 26
Probatio dubio aſſerenti incumbit.20. 27
Probationes leuiores in antiquis ſufficiunt.21. 261
Probationis filiationis onus cui incumbat elegans Baldi diſtinctio, nu.2. 261
Probationis difficilis quę ſint ex pręſumptionibus & coniecturis ſumuntur, nu.3. 212
Procurator, an pro alio legitimationem impetrare poſſit, nu.11. 370
per Procuratorem hæreditas acquiri non poteſt: bonorum poſſeſſio poteſt, nu.16. 7
Procuratorem in adnectitiorum adminiſtratione, an pater ſine conſenſu conſtituere poſſit, nu. 21.22.23. & 24. 469
Procedi poteſt contra hæreditatem iacentem, nu.10. pag. 91
Profeſſio parentum apud acta, inducit filiationis pręſumptionem, nu.8. 259
Prohibitio ſtatuti, ne bona immobilia alienentur in forenſes, non excludit ſucceſſionem ab inteſtato, nu.8. & 13. 27
Prohibitio alienationis non impedit hæredis extranei inſtitutionem. Sed contraria ſententia eſt communior & receptior, nu.15. & 16. ibid.
Prohibita vna perſona fœmininę lineę ſuccedere prohibentur omnes ex ea deſcendentes, 70. 300
Prohibitum vna via, alia non debet admitti, nu.6.321.
Prohibitus in cauſa, prohibetur in cauſato, num.49. pag. 380
Prohibitione alienationis extra familiam à teſtatore facta, non continetur ſucceſſio ab inteſtato, fallit nu.1. & 7. 26
Pronepos adoptatus ſuccedit patruo magno cũ eiuſdẽ fratre, niſi ſint vtrinque coniuncti. 4. 491
Pronepotum & nepotum appellationem ad vlteriores deſcendentes pertinere in cauſa ſucceſſionis, num. 6. 282
Pronepotibus & nepotibus eodem iure quo naturalibus liberis relinqui poteſt, nu.5. 332
Pronomina maſculini generis complectuntur & fœminas, nu.5. 349
Pronomina ſuus ipſe, &c. coarctant diſpoſitionem, 13. 498.
Propriè, quid dicatur nu. 16. 35
Prouiſio hominis in ſpecie, tanquàm potior, derogat legi ordinariæ, nu.33. 495
Prouiſio hominis, facit ceſſare prouiſionem legis, nume.3. 55
Prouiſio hominis, prouiſionem legis ceſſare facit, nume.8. & 9. 519
Proximus item vltimus, vel ſupremus qui.9. 219
Proximus, etiam quis dicitur etiam ſi ſolus ſit.10. 220
Proximus aliquando ſit, qui tempore mortis teſtatoris proximus non erat, nu.2. 57
Proximus eſt, qui cùm repudiatur hæreditas primus eſt, nu.3. 58
Proximus in ſucceſſiõe inteſtati eſt, qui de ſuo ſanguine coniunctus eſt, nu.12. 220
Proximitas pro cognatione accipitur, & ad matrem propè pertinet, 13. ibid.
Proximitas in cauſa inteſtati iudicatur à tẽpore mortis, 14. ibid.
Proximitas in cauſa teſtati cõſideratur à tempore deſtituti teſtamenti, ibid. 221
Proximitas in cauſa teſtamenti conſideratur ex perſona teſtatoris, 15. ibi.
Proximitas demonſtratur ex gradus prioritate, nu.7. 231.
Proximitatis prærogatiua, quomodo probanda per teſtes, nu.28. 222

Proaimior vlteriorem in linea deſcendenti non excludit, nn.6. 232
Proaimior in ſtatntis intelligitur, qui gradu præedit, nu.6. 530
Proaimior vlteriorem nō eacludit inre veteri in deſcendenti lInea, ſecùs in linca quæ à latere.10. 165
Proximior venditori præſertur in retractu proximiori ſtipiris, nu.17. 221
Proximitas in ſeudi ſueceſſione reſpicitur vltimi vaſalli, non primi acqnirentis, 18. ibid.
Proaimior à teſtatore magis dilectus videtur, & à ſtatuto, nu.7. 219
Pupillns ſine tutoris aurhoritate agnoſcit bonorum poſſeſſionem.nn.10. 145
Pupillus ſtare debet locationi per tutorem ſactæ, nu: 34. 84
Pupillus ſine tutoris anthoritate hæreditatem adire nequit: ſed bonorum poſſeſſionem quandoq; petere poteſt, 14. & 15. 7
Pupillus ſi tutorem legitimū habet, mater eidem petere non tenetnr, nu.10. 459
Pupillns & furioſus, an inteſtati decedere dicantnr, num.1. 152
Pupillus pbraſi I. C. vſitata inteſtatus dieitur, nn.12. pag. 154
Pupillo pubere effecto moriente mater ob non petitū tutorem non exclnditur ſuceeſſione, 7. 458
Pupilli eommodum in non petendo tutore eacuſat matrem à non petito tutore.8. ibi.
Pupilli non arrogantur neque mnlieres alienæ poteſtatis, nn.5. 313
Pupillum & ſnrioſnm inteſtatum diei deceſſiſſe, qui opinati ſinr, nu.10. 153
Pupillari ſnbſtirntione an conſanguinei cum vtrinque coniunctis veniant, & quid in fideicommiſſario.nn.5.6. & 10. 497

Q.

QVadrans, Teruncius, Trinneins, tres vncias eſſe, nu.8. 64
Quæſtio dotis ſecundnm tempus contracti matrimonij dirimenda, nu.5. 533
Qnæſtiones variæ eirea donationem cauſa mortis, nume.5. 76
Quæſtiones in inre variæ eirca hæreditatem venditā, num.2. 73
Qualitatis reqniſitæ in filio defectus, in nepote facit ceſſare repræſentationem.14. 289
Qualitas adiecta vni gradui, in altero non cenſetur repetita, 81 531
Qualitas adinncta diſpoſitioni vni, eenſetur in altera ei copulata repetita.4. 186
Qualiras maſculinitatis cenſetur adiecta in diſpoſitionibns ſauore conſeruandæ ſamiliæ, 5. nu.9. 181
Qualitas maſculinitatis diſpoſitioni adiecta cēſetur fauore familiæ adiecta.19. 133
Qualitas ſine ſubiecto eſſe nequit, 10: 27
Qualitas adiuncta verbo, intelligenda ſecundùm tempus verbi nu.33. 309
Qualiras ſine ſubiecto eſſe non poteſt.3. 174
Qualitas eadem cenſetur repetita in omnibus eadem orarione contentis, nu.7. 186
Qnalirares non entis nullæ ſnnt.11. 17
Quarta debetur vxori etiam contra voluntatem teſtātis mariri, nu.1. 551
Qnarta debira eriam inuito eo qni debet, extorquetur, nn.4. 519
Qnarta vxori inopi debetnr ea neceſſitate.5. ibid.
Quartæ detractio in teſtamento ſolùm locum habet, num.1. 59
Quarta Trebellianica ad exemplum Falcidiæ introducta.2. ibid.
Quarta liberorum, bodie legitima, quæ ſit.3. ibid.
Querela non darur vbi legitima non debetur.8. 335
Querela inoffi. teſtam. & bon. poſſ. contra tabu. ad eam teſtati pertinet, nu.10. 21
Querela inofficioſi teſtamenti non eatenditur vltrà fratres & ſorores. ſed vterinis non competit, & cōſanguineis demum inſami perſona hærede inſtituta, datur.25, & 26. 23
Querela inoſficioſi teſtamenti eſt iuris Ciuilis ex lege Glicia.19. 8
Querela inoffi. nouo iure benignior, quàm bon. poſſ. contra tabulas, nu.23. 8
Querelæ inofficioſi, & præteritionis filijſamilias differentia, nu.10. 43
Querelæ inoſficioſi effectus, nu.2. & 3. finitnr quinquēnio, nu.11. 44
Querelam qui intentare neqnit, neque legitimam petit, nu.14. 340
per Qnerelam iooffi. deeedit quis pro parte teſtarus, & inteſtatus.2.4. & 5. 46
Querelam inofficioſi intentans & obtinēs, nibil agit ſi ab inteſtato non ſuccedit.2. 60

R.

RApiens ſibi deſponſa tàm per verba de præſenti, pœnam raptus non patitur.14. 515
Raptus propriè quid ſit, eiuſque pœna.15. 419
Raptus monialium pœnæ quæ, nu.10. & 13. 418
Ratio vtilitatis publicæ ſacit auferre poſſe principē rem priuati.6. 385
Ratio legis, eſt anima eius.nu.17. 493
Ratio generalis eomplectitur omnes caſus.14. 435
Ratio dubitandi & deciendi, ad §. fin. l. 28. de libe. & poſthum. 13. 142
Ratio commiſerationis parentes ad filij inteſtati bona vocat, nu.5. 433
Ratio ciuilis naturalia inra non vincit.50. 395
Ratihabitio filij in legirimatione per ſeqnens matrimonium neceſſaria, nu.4. 348
eontra Rationem inris receptum, non eſt producendum ad conſequentias. 19. 22
Rationem reddit parer in donatis à ſe filij.8. 468
Reges Hiſpaniæ, Galliæ Daniæ, Angliæ, an legitimare poſſint.30. 377
Regis filius viuo patre, Rex dicitur. 18. 121
Regis Darij filiorum, ante & poſt regnum natornm cōtentio de regni ſucceſſore.31. 309
Regula legis antiquæ cenſerur repetira in lege noua. 28. 14
Regulæ, pœnas auctorem non egredi. Item, actiones pœnales non tranſeunt in hæredes.20. 482
Regulæ, quot generationes tot gradns explicatio, nume.2. 218
Reipub. nomen ad rempub. Romanam pertinere, nu. 90. 295
Religionem bonornm ineapaeem ingreſſi liberi, parentibus non ſuccedunt.31. 295
Relictum quod in rerum natura non eſt, item res legatarij relicta pro non ſcriptis ſunt. 7. 110
Relictum Tiriæ & liberis ſuis non comprehendit legitimatos.21. 389
Relictum filio ne ad patrem vſusfructus perueniat filio proprium maner.4. 475
Relegatio, non vt deporratio adimit patri vſumfructum.12. 465
Remedium ordinarinm vbi eeſſat eatraordinario, æquitate dictante, locus fit.4. 521
Remoti ob crimen ab hæreditate, non ſuceedunt. nume.47. 296
Rennncians ſucceſſioni, legitimæ non renuneiat, nume.11. 61
Renuncians bonis & hæreditati deſoncti iuri aequirendi hæreditatem non cenſetur renuneiaſſe, nu. 19. 95
Rennneians hæreditati paternæ fratri ſuccedere non probibetnr etiam in bonis quæ partis fuerunt. 1.96
Reonunciatio hæreditatis iurata valet iure Pontificio. 10. 304

Renunciatio generalis ad non cogitata non extenditur,num.10.& 12. 251
verbum, Repræſentare, quid ſit communiter, nume.1.pag.1. 277
Repræſentare proximiorem qui vult,neceſſe vt eo viuo conceptus ſit,num.11. 288
Repræſentatio tantùm in linea deſcendenti & collaterali obtinet,num.1. 281
Repræſentatio in retractu non obtinet,nu.15. 289
Repræſentatio in aſcendenti linea oon obtinet, nume 29. 536
Repiæſentatio in collaterali linea iure 12.tabul.nō obtinet,nom.11. 284
Repræſentatio vtrùm extra tertium gradnm deſcendentinm extendatur,num.12. 288
Repræſentatio vltrà fratrum & ſororũ filios in tranſnerſali linea non fit,num.13. 289
Repræſentatio in tutelis non obtinet,no.9. 282
Reptæſentatio in materia ſucceſſionis quid propriè ſignificet,num.2. 277
Repræſentationis definitio,einsq́; explicatio,3. ibid.
Repræſentationem iure diuino inductam nu.4. ibid.
Reptæſentationem naturali æquitati inniti,nn.5.ibid.
Repræſentationem omnium gentinm iure receptam, num.6. ibid.
Repræſentationis ius in ordine aſcendentium non obtinet,num. 19. 286
Repræſentationis ius in ſendo,emphyteuſi & iure patronatus obtinet,num.13.14.& 15. 271
Repræſentationis ius an in ſtatutis obtineat, nnme.16. 17.& 18. 272
Rep:æſeotationis ius deſcendentium in infinitum eſſe,num.6.& 14. 281
Repræſentationis ius pronepotes non egredi, qnibus iuris locis conuinci poſſet,num.3.4.& 5. 282
Repræſentationis ius in ſucceſſione patrui vltrà fratrum filios non extenditur,nu.4. ratio,ibid. 479
Repræſentationis iure ſuccedentes in ſua perſona venire,vbi variæ rationes,num.8. 280
Repræſentationis ius in linea deſcendenti in infinitũ eſt,in tranſuerſali non vltrà fratrum filios,12. 163
Repræſeotationis priuilegium quod ſit,nu.2. 218
Repræſenrationis ius locum habet & in fœminarum aſcendentium ſucceſſione,num.16. 285
Repræſentationis ius iure veteri in collateralibus nõ obtinuit,num.17. 256
Repræſenrationis iure ſuccedentes patris ex perſona venire,num.1.2.& ſeq. Contrarium,nu.8.& ſeq. 278
Repræſentationis ius quod in bonis patrni defuncti frarrum filijs datur,non extenditur,nu.3. 440
Repræſentatiooi locus non eſt in fideicommiſſis, nume.21. 494
Repudiare bonorum poſſeſſ.filio delatam in fraudem patri non licet,num.18. 102
Repudiare,& non exiſtere,paria,num.3. 443
Repudiare hæreditatem,& mortuum eſſe, paria ſunt, num.4. 487
Repudians ciuile remedium beneficium Prætoris amplecti poreſt,num.1. 145
Repudians bona viuentis hæreditatem adire vel bonorum poſſeſſ.petere non prohibetur.nu.1. 100
Repudiatio hæreditatis requirit certam animi deſtinationem,num.3. 105
Repudiata quæ dicator hæreditas,num.1. ibid.
Rerum ſucceſſio io iure ad acquiſitionem refertur, num.7. 2
Res quando tempore perituræ, aut deteriores futuræ, remiſſiuè,num.32. 471
Res quælibet renerti debet ad ſuam primæuam cauſam,num.13. 428
Reſcriptum per procuratorem ſpecialem à Principe impetratur,num.14. 370
Reſcriptnm legitimationis ſine clanſula non obſtante &c.an valeat,num.8. 368
Reſponſio I.C.ad facti quæſtionem difficilia, onme.2.pag. 338
Reſtitutio non nocet,cui ius quæſitnm eſt,nu.4. 356
Reſolnto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, oume.31. 84
Rerentionis ins habet hæres impendentis quoad rẽſundantur,num.31. 197
Reuerentia non ſola poteſtas pattia impedit ſine venia io ius vocationem,num.15. 315
Renerentia qualis intelligatur in edicto de in ius vocando,num.16. ibid.
Reuocari non poteſt,in qoo iam ius quæſitum eſt, niſi lege expreſſè permittente,nnm.12. 522
Rex in ſuo regno leges rogat & abrogat,vectigalia pro beneplacito indicit,num.31. 377
Ritus confarreationis examinatur,nnm.6.8.& 12. 504
Romani olim grani ære non ſignato vſi,num.3. 63
Romani vltra centeſimam vſuram non admittebant, niſi in traiectitijs,num.14. 64
Romanæ cinitatis ius plnrima complectebatnr, nume.3. 247
Rnmæ natus.ciuis Romanus eſt,num.7.
Roſelli opinio euertitur,num.5.& 6. 358
Rumpi quando dicatur teſtamentum,num.6. 152

S.

SAcra à Numa ad imitationem Græcorum ſine ſanguine inſtituta,num.13. 501
Sacra priuata & gentilitia quæ,nom.11. 509
Sacris ijdem qui aſtringerentur,num.21. ibid.
in Sacris paternis eſſe,& à ſacris dimitti,qnid ſit,num.23.& 14,
Sacramentum,& ſacramento contendere vel vincere, num.11. 38
Sacrificia croenta poſteriora,num.16. 505
Sæuitia patris exturbans filium domo paterna,non priuat patrem vſuſructu,num.21. 466
Saliceti & aliorum interpretatio quando pupillus in ſtatutis inteſtatus mori dicatur, reiecta, nume.13. pag. 154
Saluum conductum violans, criminis maieſtatis reus eſt,num.23. 294
Satiſdatio prima ab adnerſario accepta, ſufficit, nume.7. 352
Sanguiois appellario pro conſanguinitate,& iure conſanguinitatis in iure eſt,num.1. 129
Sanguinis hæredes ſunt,qni cognati vel agnati exiſtũt, num.2. 130
Saxonum ins variat in ſucceſſione adoptiui ad ſeuda, num.3. 317
S.C.Trebellianum etiam ad bonorum poſſeſſores, & cauſam inteſtati pertinet,num.12. 12
Scala, item ſcalæ quid.num.2. 213
Scripta in teſtamento obſcurè vt intelligi nequeant, pro non ſcripto ſunt,num.6. 210
Scripti hæredes ex partibus æqualibus quomodo intelligantur,num.5. 62
Scripto legatario apud hoſtes exiſtente & moriente, teſtamenrum pro non ſcripto eſt,num.3. 110
Scriptura eius,cuius quis filius dicirur, filiatiooi præſumptionem inducit,num.9. 359
Secundæ nuptiæ quare adeò exoſæ,nu.7. 444
Secundas nuptias dehortatos eſſa,SS.patres nõn prohibuiſſe num.22. 446
Secundę nuptiæ odio ſubiectæ ſnnt,nom.6. 444
Secundæ nuptię dicuntur omnes poſt primas inſequẽtes,num.4. ibid.
Secundarum nnptiatum parentes ſuccedunt filijs prioris matrimonij cum eorum ſratribus,quoad vſumſructum tantùm,num.3. 447
Secùs ſi in nomine collectiuo quid legatum, nume.70.
Secundò nubere, & inhoneſtè vinere, paria, nume.18. 446
Senatoris filius ante ſenatoriam dignitatem natus,eiuſdem beneficio gaudet.num.36. 310
Senatorum liberi dicuntur omnes ex ſenatorum filijs nati,

nati.nu.5. 241
Senatuſconſultum Tertyllianum quo tempore factũ. 14. 431
Senſum magis,quàm verba amplecti conuenit, nu.15. 493.
Sententia lata contra vnum hæredem, cohæredi non nocet.21. 92
in Sententijs,reſcriptis,& beneficijs, fœmininum nõ comprehenditur ſub maſculino.15. 250
Seruus hæreditarius hæreditati acquirit vti domino. nu.4. 107
Seruus aditionem etiam inuito domino recuſare poteſt,nu.10. 116
Seruitus legata etiam ignorante legatario amittitur, nu.27. 72
Seruitus conſtitui non poteſt niſi à pleno iure domino,nu.. 474
Seruitutis conſtitutio alienationis eſt ſpecies, nu.5. ibid.
Seruo ante aditam hæreditatem rectò legatur, num.5. pag. 107
Seruus appellatione familiæ accipi.6. 209
Seruij Sulpitij & Iuſtiniani definitiones teſtamenti contra Gellium & Vallam defenduntur.8. 147
Sexu mutato,non mutatur ratio excluſiua, n. 179
Sicilicus quid, & in quo à ſiliqua differat.11. 64
Singulares hæredes qui,1. 127
Singularis ſucceſſor quis.2. 78
Singularis ſucceſſionis ex teſtamento ſex genera. nume.3. ibid.
Socer an defuncto filio,nurui ſuccedat.7. 114
Socius omnium bonorum ratione ſocij habet immunitatem omnium bonorum,18. 412
Socius omnium bonorum excuſationem à muneribus babet propter ſocium. 9. 441
Solennitas ad actum requiſita, poſt adueniens nihil operatur,nu.8. 355
Solennitatum omiſſio, an actum commodum ipſi, cuius fauore introducta,annullet,nu.37. & 38. 471
Soror in fœminis ſola conſanguinea agnata eſt & legitima,nu.10. 68
Sorore excluſa,omnes per eam cognati excluduntur, num.15. 180
Sorores & fratres vtrinque coniuncti poſt deſcendentes & aſcendentes vocantur,nu.1. 478
Spes dubij euentus emi poteſt.8. 115
Spes ſobolis non habendæ in pactum deducta, matrimonium vitiat.2. 349
Spes dubij euentus in commercio noſtro eſt.6. 115
Species legata vxori in legitimam computatur & cõpenſatur,nu.2. 527
Spiritualis pater filio ex ſacro fonte leuato non ſuccedit,nu.1. 464
Spiritualis filius à patre ſpirituali alendus in neceſſitatibus.6. ibid.
Sponſus de præſenti aliam ducere viuente ſponſa nõ poteſt,nu.15. 111
Sponſus per verba de præſenti adulterij accuſationẽ licitè inſtituit,12. 515
Sponſus & ſponſa de præſenti impunè commiſcẽtur, nu.16. ibid.
Sponſa de præſenti vt vxor, ſuccedit ſponſo,num.19. ibid.
Sponſa de futuro non ſuccedit ſponſo deficientibus etiam reliquis ſucceſſoribus,nu.8. 514
Spurius non comprehenditur appellatione coniunctorum,nu.8. 411
Spurius neque lucratiuo titulo neq; oneroſo à patre quicquam accipit ne quidem per interpoſitã perſonam,nu.9. ibid.
Spurius nec filius neque agnatus aut cognatus genitoris eſt.nu.3. 410
Spurius legitimatus à principe patri ſuccedit ex teſtamento & ab inteſtato ſicut iuſti liberi,10. 412
Spurius principis eius liberalitatem donatione,teſtato & inteſtato percipit,nu.21. 413
Spurius hæres fideicommiſſarius vniuerſalis eſſe poteſt.nu.25. ibi.
Spurio alimenta debentur iure Canonum.26. ibi.
Spurius iure diuino patri hæres non eſt. 14. 412
Spurius inſtitutus ſub conditione ſi legitimabitur pẽdente conditione per bonorum poſſeſſionem petitam,adminiſtrationem habet. 16. 412
Spurij ſocio inſtituto à patre ſpurij iure honeſtatis medietatem habet.17. 412
Spurij ab omni commodo ſucceſſionis paternæ arcentur,nu.47. 380
Spurij inſtitutio ſub conditione ſi legitimabitur valet,15. 413
Spurij nepotes ab auo alimentandi.15. 415
Spurij ex complexu lege non punibili matri & ex ea prouenientibus ſuccedunt,nu.1. 416
Spurij matri illuſtri non ſuccedunt, ſi legitimos habeat,aliàs ſecus,nu.2.& 3. ibid.
Spurij propriè qui ſint,nu 9. 409
Spurij collaterales ex matre, legitimis, & vice verſa ſuccedunt,etiamſi mater illuſtris,nu.2. 489
Spurij in feudo non ſuccedunt,12. 411
Spurij relictum à patre nullo tempore præſcribunt. nu.13. ibid.
Spurij tranſuerſalibus paternæ lineæ non ſuccedunt, nu.1. 490
Spurij vterini ſibi inuicem ſuccedunt,1. ibi.
Spurij tranſuerſalibus à matre venientibus ſuccedũt, & econtrà. nu.3. ibid.
Spurij neque patri neque per patrem coniunctis ſuccedunt,nu.1. 410
Spurij etiamſi certum patrem babeant non tamen illi ſuccedunt,nu. 2. ibid.
Spurijs diuino cultui mãcipatis licitè aliquid à patre relinquitur.14. 414
in Spurijs coinquinatur nobilitas.61. 396
Spurijs & iure diuino ſucceſſio paterna præcepta.nume.48. 380
Spurijs neque teſtamento neque donatione aliquid relinquitur,nu.4. 410
Spurijs alimenta denegantur ea cauſa qua iuſtè exhæredari poſſunt,38. 415
Spuria à patre principe dotari poteſt.22. 413
Spurio pro alimentis quid teſtamento relinqui poteſt.30. 414
Spurio pro alimentis relicta ad eius hæredes non trãſeunt remiſſiuè. 31. ibid.
Spurio ſi monaſterium ingrediatur,à patre quid relinqui poteſt,nu.19. 415
Spurio pater non ſuccedit,nu.4. 460
Spurio aliunde habenti alimenta nil ſuppeditãdum, num.36. 415
Spurios legitimãdi, poteſtate ordinaria Principi ademptum nu.40. 379
Spurios legitimare,non eſt munus Imperatoris,num. 59. 38
Spurios quoties lex ad ſucceſſionem vocat, vulgò quæſitos intelligit,nu. 11. 425
Spuriorum nomen apud antiquos primum nomẽ fuit. nu.1. 408
Spuriorum nomen hodie ignominioſum, & qui ſpurij dicantur,2.nu.3.& ſeq. 408
Statutum in acquiſitis gabellam exigens, ceſſat in hæreditate quæſita ſuis,nu.10. 121
Statutum excluſiuum fœminarum à ſucceſſiõe an extra territorium ſtatuti porrigatur remiſſiuè,num. 2. 55
Statutum deferens hæreditatem alteri coniugum ſine liberis ſuperſtiti,an extra locũ ſtatuti obtineat, remiſſiuè,nu.3. 55
Statutum excluſiuum fœminarum, includit nepotes ex filio,21. 124
Statutum extantibus maſculis obtinet vno filio exiſtente. 6. 243
Statutum prohibens donationem inter coniuges non confirmari morte,in tacita non obtinet.7. 153

Sta-

tarutum permittens teſtamenti factionem patri cũ ſpurio improbatur,nu.5. 410
Statutum excludens fœminas extantibus maſculis an includat legitimatos 34.& ſeq. 391
Statutum de legitimè natis loquens etiam legitimatos per ſubſequens matrimonium continet,nu.4. 360.
Statutum excludens fœminas à ſucceſſione inteſtati an ab omni hæreditate ſecludat, 11. 173
Statutum dotandi ſororem,ſi fratrem obliget, ſoluta ſemel,etiamſi deperdita ſit,fratrem liberat.5. 351
Statutum vel lex quod non expreſſit, non intelligi. num.19. 155
Statutum excluſiuum fœminarum,extantibus maſculis,adoptiuos non recipit.11. 321
Statutum & conſuetudo,pari paſſu ambulãt,num.36. 378.
Statutum Lucanum circa hæreditatem delatam explicatur,23.& 24. & ſeq.& vtrùm ad propriè delatam pertineat,nu.28. 102
Statutum quo poſſeſſio defuncti continuatur in hæredem ſine apprehenſione non extenditur ad fideicommiſſarium,nu.11. 77
Statutum ſimpliciter de hærede loquens non comprehendit fideicommiſſarium .9. ibi.
Statutum de hærede loquens ad bonorum poſſeſſorẽ extenditur,nu.7. 144
Statutum de dote lucranda,in feudo non obtinet,niſi hæreditarium,nu.27. 517
Statutum excludens matrem à ſucceſſione ab inteſtato,excludit etiam à legitima,16. 61
Statutum excludens filiam exiſtente filio,non cõprehendit neptem ex filio.7. 201
in Statutis extantibus maſculis excludi fœminas,nume.8. 176
Statutum de præferẽdis agnatis cognato admittit fratrem cõſanguineum cum fratre vtrinque defuncto coniuncto.2. 483
Statutum iuri communi derogare poteſt.16. 180
Statutum certum modum teſtandi mulieri ſtatuens, & in vidua obtinet,10. 455
Statuta ex ſolis coniecturis emendare non debet ius commune,6. 500
Statuta in dubio interpretationem ex iure communi habent,4. ibi.
Statuta fœminas excludentia cui rationi innitantur, nu.15. 154
Statuta in ſecundis nuptijs etiam in vlterioribus obtinent, nu.4. 444
Statuta filijs liberam teſtandi facultatem concedentia,patri ius vſusfructus in bonis aduentitijs non tollunt,17. 466
Statuta de hæredibus loquentia , extenduntur ad bonorum poſſeſſores,34.& 35. 15
Statuta iuri ciuili contraria ſunt reſtringenda, num. 14. 27
Statuta excluſiua fœminarum ratione familiæ fauorabilia an ſint,9.& 10. 173
Statuta & diſpoſitiones à iure communi diſcrepãtia, tacita & præſumpta non includunt,8. 153
Statuta ſtrictiſſimè interpretanda ſi maximè quę iuri contraria,nu.13. 176
Statuta etiam impropriè loquentia , propriè tamen, non fictè accipienda,16. 154
Statuti verba non verificantur in caſu ficto.9. 314
Statuti verba à iure communi diſcrepãtia propiè accipienda,nu.3. 158
Statuti interpretatio paſſiua interpretationem recipit..9. 518
Statuti excludentis ſorores extantibus fratribus ratio,& in conſanguineo obtinet.1x. 501
Statuti vel legis extenſio ex mente ſtatuentium vel legiſlatoris,fit ad caſus ſimiles.31. 501
in Statutis communia vſus loquendi obſeruandus,nume.11. 153
in Statutis & diſpoſitionibus iuri communi detrahentibus, vel addentibus, mens & propoſitum ſtatuentium inſpiciendum.14. 154
in Statutis mens ſtatuentium conſideratur,etiãſi verba videantur reluctari.24. 189
Statuto ſororibus excluſæ ſuccedunt nepotes.10. 271
Statuto excludente à ſucceſſione fœminas, & filij ex ea excluduntur.21. 181
à Statutorum verbis.ſi ſint contra ius commune, non recedendum.7. 178
Statutorum interpretatio facienda vt quàm minimè poſſit,lædat ius commune.5. 500
Stemma vnde dicatur,& quid ſit.13. 118
Sterili re & inculta in feudum data ſi exculta proprijs impenſis,hæreditaria ſit.55. 197
in Stirpes ſucceſſio vnde dicatur.3. 231
Stuprum quid ſignificet.18. 419
Stuprum in virginem,viduàm,puerum,committitur. 19. ibid.
Subſtitutio piæ cauſæ facta impuberi,eiuſque hæredibus maſculis ſi impubes moriatur ſine prole, ſubſtitutio deficit,5. 193
Subſtitutio vulgaris hæredis in vno caſu comprehendit & alium.11. 73
Subſtitutio verbis ex iuſtis lib.& legitimis ſit.16. 30
Subſtitutionis vulgaris & pupillaris exempla , nu.17. pag. 51
Subſtitutio facta filio ſpurio nulla eſt,10. 411
Subſtitutio pupillaris quouſque ſe extendat. num.4. pag.39.
Subſtitutio facta fœminæ,ſi ſine liberis maſculis, maſculos ex fœmina quando contineat.8. 182.& 183
Subſtitutio pupillaris à pagano facta,differt à militari.15. 41
Subſtitutio facta filio , ſi ſine filijs deficit exiſtente filia ex inſtituto.8. 201
Subſtitutio facta ſi ſine liberis,deficit,ſi nati filij,licèt pòſt moriantur,10. 344
Subſtitutio pro non facta eſt cùm conditio ſub qua,deficit,11. ibi.
Subſtitutio habet vim iuris accreſcendi .9. 498
Subſtitutio intelligitur de iure vniuerſalis ſucceſſionis.nu.8. 40
Subſtituta ſoror, fratribus eiuſque liberis maſculis, excludit à fratre filiarum filios.12. 481
Subſtituti hæredis appellatio non recipit fideicõmiſſarium.10. 77
Subſtitutus ad actum legitimationis citandus.nu.56. 396.
Subſtitutus item fideicommiſſarius ad legitimationem citandi.58. 390
Subſtitutus in re certa , ſit hæres repudiante hærede vniuerſali.11. 66
Subſtituto locus non eſt quamdio inſtitutus ſuperest, aut deliberat.8. 219
Subſtitui poteſt adoptiuis filijs.14. 319
Subſtitutione pupillari an conſanguinei cum vtrinque coniunctis veniant, & quid in fideicommiſſario.5.6.& 16. 497
Subſtitutionibus pluribus, ſi ſingulis adijciatur conditio, ſi ſine liberis, an in diſpoſitione liberi cẽſendi,num.34. 240
Succedere verbi, variæ ſignificationes,nu.1. 1
Succedere,in materia Hæreditatis quis dicatur.4. 2
Succedere,quandoq; ad res refertur, quandoque ad perſonas, 2.3.& 5. ibid.
Succedentes ex teſtamento liberi non conferunt,niſi pater hoc mandarit.3. 56
Succedentes ab inteſtato ſemper ſiunt hæredes,4. 57
Succedaneoa,nu.6. 42
Succedenti in re certa partim legatarium,partim hæredem,qui arbitrati ſint,nu.5. 66
Succedens in re certa,an pro legatario habendus,nume.1. ibid.
Succeſſio in capita æqualis eſt,nu.4. 232
Succeſſio fœminæ in feudo conſuetudine permitti familiæ poteſt.nu.56. 197

Suc-

Succeſſio Comitum & Baronum quoad agnatos primi ſtipitis, in infinitum eſt.nu.45. 312
Succeſſio pro rata fit, quando æqualibus partibus ſucditur.2. 51t
Succeſſio in capita in iure quid.4. 219
Succeſſio defertur ordine ſucceſſiuo.14. 424
Sui ſucceſſio in linea deſcendenti, qualis.2. 166
Succeſſio omnis, tantùm duas ſpecies continet: ex teſtamento ſcilicet, & ab inteſtato, 7.& 15. 17
Succeſſio omnis aut ab inteſtato eſt, aut ex teſtamẽto, nu.1. 15
Succeſſio legitimos inter & illegitimos quæ iure Saxonum, remiſſiuè, nu.8. 491
Succeſſio ab inteſtato dicitur etiam ius legitimum, num.8. 59
Succeſſio omnis iam ciuilis quàm prætoria, vel eſt ex teſtamento, vel ab inteſtato, nu.4. 11
Succeſſio de gradu in gradum iure prætorio introducta, nu.7. 139
Succeſſio vniuerſalis quæ, item quis ſucceſſor vniuerſalis, nu.1. 78
Succeſſio contra teſtamentum, an ſit tertia & ſeparata ſpecies ſucceſſionis, & quod ſit ſpecies ſucceſſionis ab inteſtato, nu.1.& 5. 16
Succeſſio ex teſtamento requirit expreſſam voluntatem teſtatoris, nu.9. 25
Succeſſio ex teſtamento excludit ſucceſſionem ab inteſtato, nu.1. 118
Succeſſio ab inteſtato dicitur legitima: & hæreditas legitima. & quæ ſit ratio, 1.& 12. 28
in Succeſſione collaterali lex 11. tab. ſolam agnationẽ reſpicit, nu.6. 162
Succeſſio cognatorum prætoria eſt, nu.7. ibi.
Succeſſio ex tranſuerſo agnatorum & legitimorum hæredum ad decimum gradum eſt tam iure 12. tab. quàm prætorio, nu.8. ibid.
Succeſſio inteſtati alia linearum, alia graduum, 1. 156
Succeſſio bonorum poſt mortem, duplici via quæritur, nu.8. 136
Succeſſio contra teſtamẽtum, quare interdum ad cauſam teſtati, & aliquãdo ad inteſtati referatur, ratio redditur.28. 53
Succeſſio datur proximis gradu poſt fratres & eorum filios, nu.1. 486
Succeſſio iure proprio quæ ſit, nu.1. 232
Succeſſio iure repræſentationis quæ.2. ibid.
Succeſſio contra teſtamentum regulatur à iure ſucceſſionis ab inteſtato, nu.11. 18
ratio ordinis Succedendi, nu.1. 302
Succeſſio viri & vxoris ex æquitate Prætoris depẽdet nu.2.& 6. ibid.
Succeſſio liberorum eſt ius ſanguinis quod in liberos tranſit, nu.11. 571
Succeſſio ad quotum gradum extendatur iure veteri & nouo, nu.41. 311
Succeſſio ex teſtamento quæ propriè dicatur, & quæ ab inteſtato, nu.1. 20
Succeſſio alia ciuilis, alia prætoria, nu.1. 5
Succeſſio Ciuilis & Prætoria differunt auctore. 1. 5
Succeſſio ab inteſtato ſola lege oritur.nu.1. 25
Succeſſio ab inteſtato, ad quos pertineat.1. 25
Succeſſio ſtatutaria vel conſuetudinaria an admittat repræſentationem.nu.10. 288
Succeſſio naturali ratione, eſt ius acquirendæ hæreditatis, nu.7. 5
Succeſſio fit multis modis, nu.1. 62
Succeſſio quandoq; pro ipſa hæreditate ponitur, quãdoq;, & frequentius pro iure ſuccedendi, nu.3. 2
Succeſſio ab inteſtato dupliciter contingit.6. 17
Succeſſio ab inteſtato ex partibus quomodo fiat.num. 4. 65
Succeſſio ab inteſtato nouiſſima Iuſtiniani Conſtitutione tribus cognoſcitur gradibus, nu.8. 161
Succeſſio aſcendentium in feudo quibus caſibus obtineat nu.34. 536
Succeſſio collateralium fratrum & ſororum vtrinq; coniunctorum etiam in feudis obtinet, & quãtenus, nu.3. 478
Succeſſio teſtati regulatur ſecũdùm ſucceſſionem ab inteſtato.37. 496
Succeſſio cum patruis in ſtirpes quomodo fiat.2. 479
Succeſſio in ſtirpes fit multis in vnum locum concurrentibus.1. 231
Succeſſio contra teſtamentum, non eſt diuerſa ſpecies ſucceſſionis, 4. 16
Succeſſio contra teſtamentum, quare ad cauſam teſtati pertineat, 5. 19
Succeſſio l.12. tabul. deſcendentium poſt ſuos agnatorum, dein fiſci erat, nu.1. 266
Succeſſor authore ſuo non debet eſſe melioris conditionis.71. 300
Succeſſor ſingularis ex teſtamento tranſmittit ſibi relictum ante aditam etiam hæreditatem. Niſi ſit cõditionale, nu.41. 85
Succeſſor ſingularis non vtens acceſſione ſui authoris, quomodo & quanto tempore præſcribat.17. 81
Succeſſor ſingularis quatenus complectatur interdicto vnde vi.nu.21.22.23.& 24. 82
Succeſſor patris ſpurij alimenta debet ſpurio.33. 414
Succeſſor ſingularis, quibus caſibus colono ſtare debeat, nu.32.33.& ſeqq. 84
Succeſſor ſingularis quis.nu.2. 78
Succeſſor certorum prædiorum, eorum onera ſuſtinet, nu.22. 92
Succeſſor ex contractu ad transferendum dominium idoneo aſſimilatur ſingulari ſucceſſori.nu.6. 78
Succeſſor ſingularis ex contractu defuncti ad transferendum dominium vtili non afficitur.10. 80
Succeſſor vniuerſalis ſortitur forum defuncti, ſi ibi inueniatur.nu.38. 84
Succeſſor ſingularis vtens acceſſione auctoris, de eius dolo tenetur.15. 81
Succeſſor ſingularis ad tempus, & ad diem certum cõſtitui poteſt.39. 84
Succeſſor ſingularis tenetur ſtare locationi ad longũ tempus, 35. 84
Succeſſor bonorum nõ tenetur vltra vires bonorũ, num.12. 117
Succeſſiones ſunt viciſſitudinariæ, 15. 419
Succeſſiones deferuntur gradatim.4. 178
Succeſſiones viciſſitudinariæ ſunt, 2.& 9. 334
Succeſſiones reciprocæ ſunt, nu.11. 422
Succeſſione acquiritur vniuerſum ius defuncti, idq; duobus modis, 6.& 7. 3
in Succeſſione ex teſtamento varia conſiderantur, num.1. 59
à Succeſſione ab inteſtato excluſus teſtamentum non rumpit.7. 61
de Succeſſione antiqua vxorum in bonis mariti.num. 32.& 39. 510
de Succeſſione vxoris & viri Iure nouo.49. 512
Succeſſioni renunciãs, legitimæ non renuntiat, num. 11. 61
Succeſſio in dominium filiorum hæreditatis, fauorem reſpicit liberorum.11. 453
Succeſſionis duplici iure, an & quomodo quis gaudere poſſit.nu.12. 317
Succeſſionis viri & vxoris ius tertium.46. 515
Succeſſionis modus, an conſuetudine induci poſſit, nu.1.& 3. 305
Succeſſores plures vnius prædij ſi ſunt, quatenus operæ eo nomine edantur, 23. 92
Succeſſorum appellatione indefinita, an vniuerſales contineantur, nu.1.15.& 16. 85
Succeſſorum appellatio etiam in beneficijs & priuilegijs continet etiam ſingulares, 12. 87
Succeſſiuus ordo in ſucceſſionibus quis ſit.8. 224
in Succeſſionibus familiæ nomine intelliguntur, qui ex ſtipite teſtatoris veniunt.14. 218
Summus Pontifex quatenus extra iuriſdictionem legitimare poſſit, variæ diſtinctiones, 17.& 20. 575
Suitas in ſuo non plus operatur quàm aditio in extraneo.

neo,nu.15.&55. 97
Suitatis definitiones variæ,24. 125
Suitatis & emancipationis differentia à Iuſtiniano ſublata,nu.6. 487
Sui quoque præteriti poſſunt petere bon. poſſ.contra tabul nu.10. 15
Sui & neceſſarij hæredes quare dicantur,48. 125
Sui hæredes communiter ex concubina nati nõ ſunt, num.26. 122
Sui hæredes quare dicti,nu.4. 106
Sui vocis,varia acceptio.nu.6. 120
Surrogatum ſapit naturam ſurrogati.7. 271
in Suis hæredibus non eſt ſucceſſio,1. 4
Suos hæredes non acquirere,ſed continuare & retinere bona hæreditaria,ciuiliter eſt intelligendum, 3. & 6. 9
Suum eſſe, & iura ſuitatis habere, diuerſa.33. 123
Suus vt quis ſit,eſſe debet tempore mortis in defuncti poteſtate, nu.36. 123
Suus vt quis dicatur,primum locum habere debet in ſucceſſione.nu.38.& 47. 123
Suus hæres aditione non eget,& fiunt hæredes ſui etiã ignorantes,nu.3. 106
Suus hæres quomodo & quando agnaſcatur.7. 152
Suus hæres quis ſit,nu.7.25.& 54. 120

T.

TAbula continens diſcrimen liberorũ tam vetuſto, quàm noſtris nunc moribus vſitato iure. pag. 323
Taciti & expreſſi non ſemper eadem ratio,8. 525
Tempus præcedens & ſubſequens in præſcriptione cõtra pupillum coniungitur,nu.2. 350
Tempus mortis inſpicitur in teſtamento valido.4. 58
Tempus querelæ inofficioſi teſtamenti poſt aditam hæreditatem incipit currere, 25. 8
Tempus intermedium in extraneo inſtituto extra cõſiderationem eſt.9. 58
Tempus inſpicitur(quoad ſucceſſionẽ inteſtati) quo teſtamentum deſtituitur,non quo moritur,10. 29
Temporis tractu non conualeſcit,quod ab initio non valet,nu.3. 336
Temporis ordo vbi dubius, poſſeſſores præferuntur, num.7. 264
Temporum ſeries in iure plurimum lucis adfert, nume.2. 345
Teſtamẽtum paternum quomodo iure Ciuili vel prętorio reſcindatur,nu.1. 43
Teſtamentum deficientibus ſolemnibus non ſuſtinetur,niſi inter liberos,20. 39
Teſtamentum patris inter liberos etiam ſolennitate verborum deſtitutum valet,32. 53
Teſtamẽtum prius quatenus per poſterius rumpatur, num.3. 49
Teſtamentum confirmatur aditione hæredis,26. 71
Teſtamentum patris inter liberos imperfectum quoad liberos tantùm valet,36. 54
Teſtamentum patris inter liberos ſi ſcribat manu propria ſubſcriptionem teſtium non requirit. 37. 54
Teſtamentum aliud perfectum aliud imperfectũ.1. 49
Teſtamentum ea cauſa exhæredationis vel præteritionis,quatenus irritum fiat iure nouiſſ.17. 45
Teſtamentum quamdiu rumpi poteſt, non cenſetur delata hæreditas,14. 101
Teſtamentum in quo filiusfamil. præteritus eſt,an ipſo iure non valeat.& quid de iure prætorio,nu.7.8. & 9. 44
Teſtamentum in vno territorio cõditum, an ad aliud extendatur,remiſſiuè,nu.1. 55
Teſtamentum factum ad pias cauſas pauperibus & cõiunctis non extenditur ad ſpurios, 7. 411
Teſtamentum ruptum,vel irritum redditum, pro nõ facto habetur.10. 18
Teſtamentum per querelam inofficioſi,& per bonor. poſſ.cont.tab.reſcinditur & infirmatur,2. 20
Teſtamentum non iure factum an teſtamentũ.4. 47
Teſtamentum eſt actus indiuiduus.2. 39
Teſtamentum quare appelletur iuſta ſententia.19. 39
Teſtamentum qui dicere nullum poteſt,& petere contra tab.poſſ.poteſt.nu.8. 61
Teſtamentum pro non ſcripto eſt,cum legatarius tempore legati facti in humanis non eſt.2. 116
Teſtamenta indifferenter verba ciuilia certaſq; verborum formulas iuris nouiſſ.non requirere.27. 52
Teſtamenta plenius interpretanda.14. 87
Teſtamenta inter liberos quare dicantur imperfectæ. num 12. 48
Teſtamenta falſa,irrita, iniuſta,imperfecta,abuſiuè teſtamenta appellantur.6. 19
Teſtamentaria ſucceſſio magis onerosa & remuneratoria,quàm lucratiua dici poteſt, 26. 33
Teſtamentariæ ſucceſſionis ſpe durante,non vindicatur rectè inteſtatò bona. nu 2. 56
ea Teſtamento ſuccedentes liberi non conferunt,niſi pater hoc mandarit, nu.3. 56
Teſtamento relicta ſi caduca fiant,non fiſco, ſed hæredi hodie manent.19. 111
Teſtamento pro parte reſciſſo, valent pupillares tabulæ,& libertates,nu.4.& 5. 44
Teſtamẽto iure facto ceſſat ſucceſſio ab inteſtato.5. 25
ex Teſtamento inter liberos imperfecto , an ſuccedatur ab inteſtato.nu.1.2.3.ſed verius eſt ,quòd ſit ſucceſſio teſtamentaria,nu.5. 47
Teſtamento iure no.euacuato : liberi velut ab inteſtato æqualiter ſuccedunt:cætera firma manent,num. 6.7.& 9. 46
Teſtamento rupto,vel nullo declarato,nihil ex eo valet,num.21. 8
Teſtamento per bonorum poſſeſſionem contra tabulas reſciſſo à filio emancipato,an ſuccedatur ex bonor.poſſeſſ.vnde liberi,nu.1. 28
Teſtamento reſciſſo,ſucceſſioni ab inteſtato locus fit. num.15. 18
Teſtamento liberi curiæ offerri poſſunt , & legitimi fiunt,nu.10. 405
Teſtamentorum formis antiquitus obſeruatis, abrogatis,noua à prætoro introducta,nu.6. 50
Teſtamentorum duo genera : Perfectum & Imperfectum.13. 48
Teſtamenti cauſa prior eſt quàm inteſtati,5, 16
Teſtamenti definitio. nu.5. 58
Teſtamenti inofficioſi querela ante aditam hæreditatem proponi nequit,nu.24. 8
ex Teſtamenti iure imperfecti nullus effectus.5. 49
Teſtamenti deſcriptio ſeu definitio.7. 147
Teſtatus & inteſtatus nemo ſimul decedere poteſt. Ampliatur,nu.1.&5. 39
Teſtatus & inteſtatus quis in qua ſignificatione dicatur.9. 148
in Teſtamentum non eſt diſcedendum à proprietate verborum,niſi aliud ſenſerit teſtator, 8. 149
Teſtatus pro parte,& inteſtatus decedit quis,per querelam inofficioſi teſtamenti.13. 45
Teſtatus & inteſtatus pro parte decedere etiam iure nouiſſ. quis poteſt nu.8. 48
Teſtati ſucceſſio regulatur ſecundum ſucceſſionem ab inteſtato.37. 496
Teſtati cauſa pendet ex cauſa inteſtati.nu.1. 60
Teſtati cauſa regulatur ad cauſam inteſtati,& quomodo,nu.10.& ſeq. 340
Teſtati cauſa etiam referri debet ad caſum reſciſſionis teſtamenti.12. 22
Teſtari in materia teſtamentaria eſt teſtamentum facere.nu.6. 146
Teſtati cauſa ad inteſtati regulas accommodanda, nume.2. 336
Teſtari in iure aliquoties pro proteſtari .4. 146
Teſtor verbum Polyſemon quid ſignificet generaliter,nu.1. 146
Teſtor quandoq; ſpecificè acceptum fidei faciẽdæ gratia in teſtimonium aduocare eſt. 2. 146
Teſtor quandoque pro teſtimonio.3. 146

Teſtator præſumitur charitatis ordinem ſecutus eſſe. num.20. 944
Teſtator quod non dixit, nec nos dicere debemus. nu. 7. 493
Teſtator præſumitur ſe conformaſſe diſpoſitioni iuris communis,4. 230
Teſtator præſumitur voluntatem ſuam iuri communi accommodaſſe,4. 526
Teſtator vocando deſcendentes ſub nomine collectiuo ad fideicommiſſum gradatim vocat,5. 224
Teſtator inſtituendo & inuicem ſubſtituẽdo filias aut ſorores, vtrinque coniunctas prætuliſſe cenſetur, num.12. 498
Teſtator præſumitur velle diſponere ſecundùm legis diſpoſitionem,& ſe conformare iuri communi, nume.26.& 27. 495
Teſtator plures hæredum gradus facere poteſt, 6. 219
Teſtatoris mens ex iure communi interpretanda, nume.28. 495
Teſtatoris voluntas veluti lex cuſtodienda, & præualet verbis,31.& 32. 495
Teſtatoris mens ante omnia inſpicienda,15. 337
Teſtatoris voluntas ex eius ſcientia conijcitur,13. 337
Teſtatoris verba intelligenda ſecundùm tempus conditi teſtamenti,4. 336
Teſtatoris diſpoſitio,de rigore videtur irrita,16. 32
Teſtatio pro denunciatione præſentibus teſtib. 5. 146
Teſtatoria affectio in teſtamentis explicandis potiſſima eſt,nu.3. 497
à Teſtatorum ſucceſſione ad inteſtatos tranſire, ordinarium fuit,35. 511
Teſtis domeſtici dictum propter conteſtem non domeſticum extraneum, admittitur, 10. 441
ad Tituli, primordium poſterior formatur euentus, num.9. 20
Trebellianum S.C. etiam ad inteſtatos pertinet.10. 48
Trebellianum & Pegaſianum Senatuſconſulta, quibus conſolib. facta, nu.5. 128
ex Trebellia.S.C. etiam honorariæ actiones transferũtur num.11. 12
Tractu temporis non conualeſcit, quod ab initio non valet, nu.5. 336
Traiani laus, qui & legem Voconiam abrogauit, nu. 20. 171
Tranſitus per medium inhabile non fit, 71. 301
Tranſmiſſio iure repræſentationis differtur.10. 284
Tranſigere poteſt pater ſuper aduentitijs filij rem ipſam retinendo,6. 473
Tranſigere clericus & emphyteuta decreto non poſſunt,nu.4. 473
Tranſactio & compromiſſum æquiparantur,5. 473
Tranſactio alienationis ſpecies,3. 473
Tributum Principi per contemptum denegare, crimẽ maieſtatis eſt,26. 294
Turpis parentum vita non eſt legitima cauſa exhæredationis nu.16. 436
Tutela quando mulier olim liberaretur,16. 509
Tutela teſtamentaria excludit legitimam,3. 56
Tutor incertus teſtamento dari nequit, 8. 25
Tutores Atiliani vnde ſic dicti,15. 509
Tyraquellus iuris Calepinus, 6. 491

V.

VAcans hæreditas quæ ſit,25.26.& 27. 133
Vaſquij definitio ſucceſſionis reprobatur. 2. 2
Valeriæ viduæ Meſſalarũ ſororis nobile dictũ, num.19. 446
Variarum vſurarum loca ex legibus, earumque declaratio,nu.17. 65
Vaſquij laus & reprehenſio.1.& 10. 45
Vaſallus dominum contra ſeipſum, neque contra filium iuuare tenetur,21. 122
Velleiæ legis duo capita,8.& 14. 140
Velleiæ legis caput alterum. 9. 141
Verbum, poteſt, quid importet,11.& 13. 101
Verba, de hærede in hæredem, quid ſignificent.13. 235
Verbum, minus, quid importet,nu.3. 518
Verbum porrigi. interpretationem denotat, 4. 184
Verbum, ſucceſſoribus quibuſcũque, in feudis etiam extraneos continet, nu.11. 87
Verbum deſcendere quid denotet,nu.1. 233
Verbum deuolui, pro peruenire, in iure accipitur, num.3. 294
Verba aptantur ad communiter accidentia, 23. 33
Verba, omnium, quorumcunque, complectuntur omnia iura, quæ excogitari poſſunt,10. 87
Verba teſtatoris intelligenda ſecundùm tempus conditi teſtamenti, 4. 336
Verba ambigua in contractibus interpretanda contra fundantem ſe in eis.10. 31
Verba ea tempore quo effectum conſequuntur intelligenda.nu.14. 177
Verba menti inſeruire debent, & mens vnde colligatur,nu.16. 190
Verba impropriè dicta ita accipiẽda vt materiæ ſubiectæ inſeruiant 17. 94
Verba diuerſam habentia ſignificationem accipienda ſecundùm ſubiectam materiam.7. 206
Verba leg.12.tab.de ſucceſſione ab inteſtato, variè relata,nu.2. 15
Verba præſentis & præteriti temporis trahuntur ad futurum in teſtamentis.8. 58
Verba characteres animi ſunt, à quibus in claris non receditur. 8. 320
Verba, ſine liberis maſculis, intelliguntur de maſculis ea linea virili,nu.3. 182
Verba in potiore ſignificatu accipienda,13. 356
Verba ſecundùm communem vſum & conſuetudinẽ potiùs accipienda, quàm ſecundùm originem proprietatis nu.6. 37
Verba per prius intelligenda, non per poſterius,num. 9.& 24. 31
Verba, porrigere, extendere, interpretationem inferunt,nu.6. 247
Verba in potentiori ſignificatu ſunt accipienda,3. 86
Verba ciuilia ſolemnia non requirit patris teſtamentum, aliaque ſolemnia iure veteri requiſita abolita,16.& 24. 52
Verba directa & ciuilia inſtitutiõis imperatiua ſunt, nu.9. 50
Verba fideicommiſſi relicti precatiua ſunt. 10. 50
Verbi ſuccedere, variæ ſignificationes 1.& 7. 5
Verbis ambiguitate carentibus, non admittitur volũtatis quæſtio.4. 492
Verbis legis deficientibus, ceſſat diſpoſitio, 5. 492
à Verborum ſignificatione quando recedi poſſit. nu. 25. 103
Verborum deficio, prodo, deſero, differentiæ 2. 198
Veriſimilis contrahentium mens præualet verbis, etiam in ſtrictis, 22. 33
Veritas vbi difficilè eruitur, ad veriſimilia recurritur,14. 260
Veteres hæreditatẽ in rebus ipſis intellexiſſe.3. 21. 93
Vidua prægnans niſi curatorem bonis petat ab inteſtato non ſuccedit eidem. 13. 459
Vidua ſtuprum committens an dotem ſicut vxor perdat,2. 454
Vidua vxor priuilegijs mariti gaudet, quoad vidua eſt,nu.5. 450
Vidua turpis vitæ omnia priuilegia & honorem mariti perdit.12. 455
Vidua in matrimonio defuncti eſſe dicitur,4. 455
Vidua forum mariti ſequitur.5. 455
Vidua mariti dignitatem retinet.6. 455
Vidua iure retentionis pro dote mariti domum inhabitare poteſt,7. 455
Vidua vſque dum ſecundò nubat, in priori matrimonio eſſe cenſetur, & maritorum priuilegijs gaudet, nu.3.& 4. 518
Viduæ dos iiſdem gaudet priuilegijs, quibus conſtante matrimonio.9. 455
Viglij Zuichemi opinio ad d. l. miles. §. exhæredato. quam author approbat,9.& 10. 40

Vincula duo fortius ligant quàm vnum.2. 478
Vincula duo fortius ligant vno,nu.3.& 11. 315
Vſus modus acquirendi dominij.22. 506
Vſus & auctoritas quid.nu.23. 506
Vincula duo fortius ligant,quàm vnum,53. 495
Vincula duo fortiora vno,nu.3. 500
Vir & vxor maximo vinculo coniuncti.4. 303
Viri & vxoris cohabitatio inſpicitur in probanda filiatione,nu.1. 252
Viri,facilè à paterna affectione, nouæ ſponſæ ſimulatis perſuaſionibus abducuntur,nu.8. 444
de Viri & vxoris ſucceſſione,iure nouo,49. 512
Virilis portio pro æquali eſt,nu.5. 252
Vitium reale impedit præſcriptionem etiam in ſucceſſore,nu.18.& 25. 85
Vitium pro corruptione rei,variè dici.4. 151
Vitium perſonale defuncti non nocet ſucceſſori ſingulari.Limitatur tribus caſibus.nu.9.12.15.16. 80
Vitia teſtamenti quatuor, num.5. 152
Vlpiani forma Inſtitutionis hæredis examinatur, nu. 9. 50
Vlpiani locus in fragmentis reſtitutis.23. 113
Vnde vir,& vxor:Edictum Prætoris.nu.33. 511
Vnciæ partes quæ, nu.8. 64
Vniuerſitas aliud ab hominibus in vniuerſitate contentis,nu.8. 93
Vniuerſales hæredes qui ſint,nu.1. 117
Voluntas ſolius patris ſine conſenſu agnatorum in legitimatione obtinenda ſufficit.26. 372
Voluntas extrema ambulatoria eſt ad mortem.7. 58
Voluntas potiùs,quàm verba ſpectanda.16. 493
Voluntas teſtatoris veluti lex cuſtodienda, & præualet verbis,nu.31.& 32. 495
Voluntas teſtatoris ex eius ſcientia conijcitur, 13. 337
Voluntas hominis verbo & facto manifeſtatur. nume.32. 99
Voluntatem verbis contrariam prętendens,eam probare debet,nu.9. 493
Voluntas in mente retenta non prolata nihil operatur,nu.18. 155
Voluntariè non facit,qui compelli poteſt vt faciat, num.7. 527
Vſucapio ſine poſſeſſione contingere nō poteſt.3. 109
Vſus communis loquendi à peritis petendus eſt, non ab idiotis.7. 37
Vſus communis loquendi attendendus.3. 491
Vſus vxor vt habeatur,quid requiratur.40. 511
Vſura in partes aſſis iure ciuili diuiditur,12. 64
Vſusfructus tollitur ſublato corpore,in quo conſiſtit, num.11. 27
Vſusfructus ſimpliciter legatus, per ſecundas nuptias non perit.nu.11. 445
Vſusfructus aduentitiorum debetur patri ad vitam, num.1. 475
Vſumfructum aduentitiorum an pater alienare poſſit,& quid in alijs vſufructuarijs.19. 472
Vſumfructum bonorū maternorum & aduentitiorū pater habet,licet viuere filium ignoret.13. 465
Vſufructu hæredi,alij fundo legato, cū hærede vſumfructum extingui,nu.9. 132
Vſufructu antenuptialis donationis priuatur intra annum luctus ex alio pariens,nu.2. 454
Vſufructuarius poſſeſſionem non niſi à manu hęredis accipit, pater authoritate, propria poteſt accipere,nu.16. 469
Vſufructuarius an nomine proprio agere poſſit.1. 467
Vſusfructus communiter ceſſat mutata forma. 2. 467
Vſufructuarius non ædificat,niſi aliter vti frui neque at,quod in patre ſecùs.14. 468
Vſufructuarius nō niſi ſuper vſufructu lite mota, expenſas facit.20. 469
Vſufructuarius vltra debitum rei quod impendit, repetit,nu.16. 194
Vſurarum variarum loca ex legibus, 17. 65
Vterini fratres in maternis,conſanguinei in paternis bonis ſuccedunt,idem in patruis & auunculis, nu. 1.& 4. 485
Vterinorum filij ad inſtar vtrinque coniunctorum in ſtirpes cum patruis ſuccedunt.6. 486
Vterini filij excludunt conſanguineòm fratrem in bonis maternis.7. 486
Vulgaris hæres quis,nu.1. 118
Vxor coemptione marito filiæ loco eſt, & maritus patris,& qui effectus inde conſequatur,nu.11.12.13. 14
Vxor an quartam habitura ſit, vel verò virilem conſecutura partem ſi ſuperſtites ſint auus, auiaq; materni. 529
Vxor an quartam habitura ſit virilemne, ſi plures quā tres ſint collaterales cum vxore inope ſuccederet. pag. 529.
Vxor ad ſecundas nuptias tranſitū faciens priori marito iniuriam facit,nu.22. 532
Vxor ſecundo nubens omne quod ex bonis defuncti habet liberis relinquere debet,13. 532
Vxori dotatæ quæ poſt attenuata aut perdita ſit,an legitima ex bonis mariti debeatur.nu.1.& 3. 533
de Vxoris & viri ſucceſſione, iure nouo.49. 512
Vxor dignitatis nomen eſt,non voluptatis,4. 327
Vxor quando in mariti bona ſuccederet vt hæres, cū vel ſine liberis, 28. 510
Vxorem ſine iuſta cauſa domo eijciens, non ſuccedit ei ab inteſtato.22. 516
Vxor non ſuccedit marito in caſibus quibus alimenta denegantur,28. 517
Vxor inops legitimam ex bonis primi mariti non petens ex bonis ſecundi mariti petere non pōt. 1. 530
Vxor inops legitimam habet quā ſe alimentet, quam ſi petere negligat ex bonis primi mariti,ex bonis ſecundi non petet,7. 551
Vxor quæ aliunde alimenta habet aut habere contemnit ali ab hæredibus mariti poſt annum non debet, num.8. 536
Vxores vſu tantùm quæ dicantur,nu.21.& 24. 506
Vxor inops & indotata vt marito locupleti ſuccedat, quæ requirantur,& eius ratio, nu.5.& 8. 518
Vxorem permanſiſſe oportuit cum marito,neque intra annum luctus nupſiſſe, vt viro ſuccedat, nu.5.& 6. 513
de Vxoribus,quæ vſu habentur,19. 510
Vxor etiam exiguam dotem habens, cum liberis partem in ſucceſſione mariti habet, nu.7.8.9.& 10. 519
Vxor rerum mariti quodammodo domina,5. 327
Vxor indotata tam ſola ſine liberis, quàm exiſtentibus ſolis parentibus quartæ ex bonis mariti dominium habet,nu.1.& 5. 528
Vxoris appellatione an & quando contineatur ſponſa,nu.9.& 10. 514
Vxor cui minus quarta parte teſtamento relictum,reliquum petere poteſt, nu.1.6.& 9. 519
de Vxoribus,quæ per confarreationem in mariti manum conuenerunt.nu.25.& 27. 510
Vxor vidua priuilegijs mariti gaudet, quoad vidua eſt,nu.5. 430
Vxor ſoluto matrimonio tenetur ſtare locationi per maritum factæ. nu.35. 84
Vxoris aut legitimorum liberorum exiſtentia excludit naturales à ſucceſſione inteſtati,ali tamen debent,nu.1. 332
Vxor inops etiam extantibus liberis in certa parte marito diuiti ſuccedit,nu.1. 518

Z.

Zenoniæ conſtitutio de naturalibus liberis legitimandis,nu.5. 345
Zuchardi opinio,quid ius denotet in definitione bonorum poſſeſſ.nu.5. 135

FINIS.

VALENTINI FORSTERI IVRECONSVLTI, DE SVCCESSIONIBVS QVAE AB INTESTATO IVRE CIVILI DEFERVNTVR, LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Verbum, ſuccedere, eſt polyſemon.

SVMMARIA.

1 *Verbi, ſuccedere, variæ ſignificationes, nu. 7.*
2 *Succedere, quandoque ad res refertur, quandoque ad perſonas, nu. 3. & 5.*
4 *Succedere, in materia Hæreditatis quid dicatur.*
6 *Succedaneus.*
7 *Rerum ſucceſſio in iure ad acquiſitionem refertur.*

VErbum, SVCCEDERE,
1 multifariam † accipi-
tur. Interdum proſperū:
quandoque etiam mi-
nus felicem euentum ſi-
gnificat. Sic, omnia ex
ſententia ſuccedere di-
cuntur. Ita Cicero ad Q.
fratrem. Si ex ſententia
ſucceſſerit, benè erit opera poſita. Idem ad
Brutum: Nos re tuumque exercitum expecta-
mus ſine quo, vt reliqua ſuccedant, vix ſatis
liberi videmur fore. Et de Oratore li. 1. Si quā-
do minus ſuccedet, magnum tamen periculū
non adibit.

Hinc SVCCESSVS. Ouid.

careat ſucceſsibus opto,
Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Inde etiam SVCCESSA: Cicero ad Tyro-
nem. Nam cùm omnia, mea cauſſa, velles mi-
hi SVCCESSA, tum etiam tuâ.

Interdum, ſuccedere eſt in locū † alterius
2 rei venire, vel ſubducta priori re, locum hu-
ius ingredi, & explere: quod Græci vocant
διαδέχεσθαι. Qua ſignificatióne ad omnes res ac-
commodatur. Sic Cicero: Nihil ſemper flo-
ret, ætas ſuccedit ætati. Item, dolor voluptati
ſuccedit. Et iterum: In omni re doloris amo-
tio, ſucceſſionem efficit voluptátis. Qua ſig-
nificatione, Græci quoque vtuntur: διαδέχεσθαι
πολλὰ πάθη τῶν γονέων, liberos ſuccedere mul-
tis morbis parentum, ac Plinius Iunior lib. 1.
epiſt. 12. ad Caleſtrium Tyronem. Nam ple-
runque morbi quoque per ſucceſſiones quaſ-
dam, vt alia traduntur. Et Plutarchus: τῷ πολέ-
μῳ ἡ εἰρήνη διαδέχεται. Bello pax ſuccedit.

Aliquando, ſuccedere, ad † perſonas ſo-
3 lummodò refertur. Eſt autem ſucceſſio perſo-
narum, cùm, priore perſona remota & ſubdu-
cta, in locum eius alia ſurrogatur. De hac ſuc-
ceſſione perſonarum, apud noſtros feruntur:
Proconſulem omnia debere agere, vſque ad
aduentum ſucceſſoris, & in aduentum ſucceſ-
ſoris debere ius dicere. Ita Vlpianus l. memi-
niſſe 10. in princip. ff. de offic. proconſ. Et Ca-
ius: Quod principi relictum eſt, qui antequàm
dies legati cedat, ab hominibus ereptus eſt, ex
conſtitutione diui Antonini, ſucceſſori eius
debetur. l. 56. ff. de legat. lib. 2. Et Paulus: Iudi-
ces à præſide dati, ſolēt etiam in tempus ſuc-
ceſſorum eius durare, & cogi pronunciare. l.
venditor. 49. in fine. ff. de iudiciis. Et Plinius:
Vicarius meæ diligentiæ ſuccedit is, qui me
abſente in locum meum ſubſtituitur.

In ſucceſſione autem hæreditatis, vel bo-
norum poſſeſſionis, ſuccedere dicitur, † cùm 4
is, qui inferiorem & remotiorem tenet, in vi-
ciniorem & ſuperiorem locum aſcendit. Ita
Triphoninus, de ſuo hærede, ſubducto de po-
teſtate, vlterior, inquit, ſucceſſit in proximum
locum. l. filius à patre. 28. §. filiusfamilias, ff.
de liberis & poſthumis. Et Scæuola: Si quis ex
ſuis hæredibus, ſuus eſſe deſierit, liberi eius, &
cæteri, in locum ſuorum, ſui hæredes ſucce-
dunto. l. Gallus. 29. §. videndū. num. ff. de libe-
ris & poſthumis. Et Caius: Poſthumorum lo-
co ſunt & hi, qui in ſui hæredis loco, quaſi ad-
gnaſcēdo, fiunt parētibus ſui hæredes. Et iterū
ibidem: Sed ſi filius meus me viuo moriatur,
aut qualibet alia ratione exeat de poteſtatē
mea: incipit nepos, neptisve in eius loco ſuc-
cedere, & eo modo, iura ſuorum hæredum,
quaſi adgnatione nanciſcuntur. l. 13. in prin.
ff. de iniuſto rupto & irrito facto teſtamento.
Et Vlpianus. Sed ſi quis non deſijt eſſe in po-
teſtate, ſed numquam cœpit: vt purà, ſi filius
meus, viuo patre meo, ab hoſtibus captus eſt,
mox ibi me patrefamiliâs facto, deceſſerit, ne-
potes in eius locum ſuccedent, non minus au-
tem neptes, quam nepotes ſuccedent in lo-
cum parentum. l. 1. §. ſed ſi quis. ff. de ſuis & le-
git. hæred. & iterum Vlpianus: ſed an ipſe ſibi
ſuccedat ex hac ſucceſſoria parte. l. 1. §. ſed ſi vi-
dendū. ff. de ſucceſſ. edicto. Et iterum Vlpian.
de nepote: Ambo in ſuorū loco ſucceſſerunt.
l. 1. §. liberos. ff. de coniung. cum emancipato
liberis. Et Celſus: Si nepotes in locum filij ſuc-
ceſſerunt: vna portio his conferri debet, l. 7.
de collatione bonorum. Et Paulus: Qui in ius
dominiumve alterius ſuccedit, iure eius vti
debet, l. qui in ius. 137. ff. de reg. iur.

Quandoq; ſucceſſio ad res pertinet, † cùm
quis reſpectu perſonæ, in re aliqua ſuccedit. 5
Sic Paulus de iure pignoris: etiamſi ita con-
tractum ſit, vt antecedens dimitteretur, non
aliter in ius pignoris ſuccedet, niſi conuene-
rit, vt ſibi eadem res eſſet obligata, l. 3. ff. quæ

res pign. vel hypoth. da oblig. non poſſ. Et Iu-
lianus: Magiſtratus in omne periculum ſuc-
cedit. l. 4. ff. de magiſtrat. conuenien. & Vlpia
nus, Fiſcus cum in priuati ius ſuccedit, priua-
ti iure pro anterioribus ſuæ ſucceſſionis tem-
poribus vtitur. l. 6. ff. de iure fiſci. Inde defluxit
6 etiã appellatio ſuccedanei. † d. l. 4. §. hæres ip-
ſius, dolo proximæ culpæ ſuccedaneus eſt. &
Vlp. Planè, ſi non conſentiant tutores præto-
ri, ſed velint omnes gerere, quia fidem nõ ha-
beant electo, nec patiuntur ſuccedanei eſſe a-
lieni periculi. l. 3. ff. de admi. tut. Et Impp. Cu-
ratorem adfuturum, nec actorem interea cõ-
ſtituentem, damni, quod medio tempore ne-
gotiis pupillaribus contigit, eſſe ſuccedaneũ.
l. curatorem. 10. qui tut. vel curat. dare poſſ. &
Conſtantius, ac Conſtans: Si militari auò, &
patre Decurione, naſcetur, paternæ erit ſucce
daneus functionis. l. priuilegio. 27. C. de decu-
rionibus, lib. 10 & paſſim alibi. Denique latiſ-
7 ſime patet † & omnibus omninò rebus, quæ
caducæ ſunt, & fluxæ accommodari, & appli-
care poteſt ſucceſſionis vocabulum. Nam vt
Ouid. ait:

Ipſa vices natura ſubit, variatą́ curſus
Ordinat.

Et Horatius:

Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema
Permutet dominos, & cedat in altera iura.

Θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, καὶ πάντα παρέρχεται ἡμᾶς·
ἢν δὲ μή, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὰ παρερχόμεθα.

Id eſt,

Mortales res mortalium ſunt, & omnia præ-
tereunt nos. Sin minus, nos ipſos res præteri-
8 mus. Vſitatius autem & frequẽtius † rerũ ſuc-
ceſſio in iure noſtro ad adquiſitionem refer-
tur, vel vniuerſi iuris, quod defunctus habuit:
vel rei alicuius ſingularis.

CAPVT II.

Quid ſit ſucceſsio.

SVMMARIA.

1 *Definitiones in iure periculoſæ.*
2 *Vaſquij definitio ſucceßionis reprobatur.*
3 *Succeßio quandoque pro ipſa hæreditate ponitur, quandoque & frequentius pro iure ſuccedendi.*
4 *Definitio ſucceßionis, eiusą́ explicatio.*
5 *Acquiſitio per vniuerſitatem, fit quatuor modis.*
6 *Succeßione acquiritur vniuerſum ius defuncti, idą́ duobus modis, num. 7.*
8 *Emptio hæreditatis differt à ſucceßione.*

IAuolenus rectè ſcribit, omnem diffinitio-
1 nem † in iure Ciuili periculoſam eſſe, & pa
rum eſſe, vt non ſubuertatur, l. omnis diffini-
tio. 202. ff. de regul. iur. Quod etiam Pompo-
nius de moræ definitione tradit. l. mora. 32. ff.
de vſur. Hinc Fernandus Vaſquius, in præfa-
tione, de ſucceſſionum creatione, num. 9. defi
nitionem ſucceſſionis reuocat ad definitio-
nem hæreditatis, quæ traditur à Caio. Nihil
eſt aliud hęreditas, inquit Caius, quàm ſucceſ-
ſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit.
l. 24. ff. de verbor. ſignificat. Quæ etiam refer-
tur à Iuliano. l. hæreditas. 62. ff. de regul. iur. de
qua hæreditatis definitione, Bartolus, Areti-
nus, Alexander, Iaſon in rubrica. ff. de adqui-
renda hæreditate. Sed hæc tranſlatio incon- 2
cinna eſt, cùm plurimum diſtet hæreditas à
ſucceſſione. Illa enim complectitur ius vni-
uerſum, quod defunctus habuit. Hæc reſpicit
ius ſuccedendi, quod inductum eſt vel iure ci-
uili, vel iurè prætorio, aut honorario. Rectius
itaque dixerimus: Succeſſio quandoque † pro 3
ipſa hæreditate in iure noſtro, ponitur: quan-
doq́ue pro iure ſuccedendi. Pro ipſa hæredi-
tate, ſic Hermogenianus. Aufertur ei quaſi in-
digno ſucceſſio, qui cùm hæres inſtitutus eſ-
ſet, vt filius, poſt mortem eius, qui dicebatur
pater, ſuppoſitus declaratus eſt. l. 46. ff. de iure
fiſci. & Paulus: Ab inteſtato habituram vni-
uerſam ſucceſſionem. l. mater. 19. in princip.
ff. de inofficioſo teſtamen. Qua ſignificatio-
ne Impp. in ſuis reſcriptis, & Conſtitutioni-
bus frequentiſſimè vtuntur. Quotiens inter
omnes hæredes teſtator ſucceſſionem ſuam
diuidit, &c. l. quotiens. 10. C. familię herciſcũ-
dæ. l. 4. ibi. ex perſona fratrum, ſi tibi eorum
quæſita eſt ſucceſſio. C. de temp. in integr. re-
ſtitutionis, & l. ea quæ. §. cùm verò maior ſuc-
ceſſionem fuerit adeptus minoris. C. eod. tit.
& l. vt debitum, ibi. Etenim cum tibi ſoceri
ſucceſſionem. C. de hæreditarijs actionibus. l.
2. ibi, eius te ſucceſſionem vindicare non poſ
ſe. C. vnde legiti, & l. cõſanguinitatis, ibi. nul-
la ratione alterius fratris tui filij, ad eandem
ſucceſſionem aſpirare deſiderant. C. de legiti
mis hæredibus, & l. de emancipatis, ibi. vtrùm
ne ad fratrem vel ſororem eius ſucceſſio de-
uoluatur. C eodem tit. & l. quoniam, ibi. de-
functi ſucceſſionem, eam non potuiſſe ad hæ
redes ſuos tranſmittere. C. de iure deliberan.
l. ancillæ. 9. ibi, ſucceſſionem vindicare non
poteſt. C. communia de ſucceſſionib. Et ite-
rum: ſuum hæredem, amiſſa bonorum poſ-
ſeſſione, paternam ſucceſſionem obtinere
potuiſſe, certi iuris eſt. l. 13. C. eo. l. vnic. ibi, ſi le
gatis exhauſta ſit ſucceſſio. C. quorum legato
rum. Non oportet, vt indignis hæredibus ſuc
ceſſiones auferre. l. 5. C. de his quibus vt indig-
nis. & paſſim alibi. Propria tamen ſignifica-
tione, & frequentiore vſu, ſumitur pro iure
ſuccedendi, vel adquiſitione hæreditatis.

Melius igitur definietur ſucceſſio, † vt ſit 4
ius adquirendæ hæreditatis, vel bonorum
poſſeſſionis, iure ciuili & prętorio inductum.
Ius quidem genus eſt: Nam omnium genti-
um iure ex communi parentum voto, & ra-
tione naturali, quaſi tacita quadam lege, libe-
ris parentum hæreditas addicitur. l. cum ra-
tio, in princip. ff. de bonis damnatorum, cui
tamen ſucceſſioni ius Romanum, peculiarẽ
certam-

certamque formam, quamuis multoties mu-
ratam, pręſcripſit, vnde meritò nomen pro ge
nere ponitur.

Sicuti etiam à iuris authoribus, ſucceſſio
ius appellatur. ita Vlpianus l.3. §. qui fideicom
miſſam. ibi, ſed vt ius in eo mutetur ſucceſſio-
nis. ff. de hæredib. inſtituend. & iterum l. Pom
ponius. 13. §. quæſitum. ibi, quoniam plenius
eſt ius ſucceſſionis, quàm emptionis. ff. de ad-
quirenda poſſeſſ. & iterum in l.3. ibi, vt qui ad
vniuerſitatem venturi erant iure ſucceſſio-
nis. ff. de bonis damnatorum. & Africanus:
Bonorum appellatio, ſicut hæreditatis, vni-
uerſitatem quandam, ac ius ſucceſſionis, & nō
ſingulas res demōſtrat. l. 208. ff. de verborum
ſignificat. ſic etiam Impp. l.2. in princi. ibi, ab
inteſtato, ius ſucceſſionis voluit amplecti. C.
ſi omiſ. ſit cauſa teſta. l. fin §. ſucceſſionis vide
licet iure, C. de legit hære. & paſſim alibi. Qua
ratione etiam dicitur ius cognationis. l. 1. §.
cognationem. verſic. euenit. ff. vnde cognati.
l.1. ff. de legatis præſtandis. l.3. l.6. C. de legi-
timis hæredib. l.5. C. vnde legitimi. §. ſed eum
antea. Inſtit. de legitima adgnatorum ſucceſ-
ſione. item ius agnationis. l.4.5 7.8. C. de legi-
timis hæredib. §. per adoptionem quoque ag-
nationis ius conſiſtit. Inſtitu. de legit. agnato-
rum ſucceſſione. Quemadmodum quoque
Vlpianus bonorum poſſeſſionem definit, ius
perſequendi retinendique patrimonij, ſiue
rei, quæ cuiuſque cum morietur, fuit, l.3. §. bo-
norum igitur. ff. de bonorum poſſeſſ. Et hære-
ditas etiam iuris nomen eſt, ſicuti bonorum
poſſeſſio, inquit Pomponius, l. hæreditatis. 119
ff. de verborum ſignificat. Sicuti in ſimili ob-
ligatio definitur iuris vinculum, quo neceſſi-
tate adſtringimur alicuius rei ſoluendæ, ſe-
cundùm noſtræ ciuitatis iura. §.1. Inſtitut. de
obligationibus Et vſusfructus eſt ius, rebus a-
lienis vtendi, fruendi ſalua rerum ſubſtantia.
l.1. ff de vſufructu. Et Actio ius eſt perſequen-
di in iudicio, quod ſibi debetur. §.1. Inſtitut. de
actionibus.

ADQVIRENDI AVTEM IVS EST. Quia
5 per vniuerſitatem res adquiruntur quatuor
modis: † Hæreditate, Bonorum poſſeſſione,
Arrogatione, Addictione. & vt Caius ait, libr.
poſteriore Inſtitut. titul.2. Per vniuerſitatem,
hoc eſt, ſimul omnia bona adquirimus, hęre-
ditate, emptione, adoptione. Quia is quem ad
optauerimus, ſi ſine patre eſt, cùm omnibus
bonis ſuis ad nos tranſit. ita Caius. Quo in lo-
co ſub hæreditate complectitur etiam bono-
rum poſſeſſionem. Nam vt Vlpianus ait: In
omnibus vice hæredum bonorum poſſeſſo-
res habentur: & bona etiam in bonorum poſ-
ſeſſione accipienda ſunt, vniuerſitatis cuiuſ-
que ſucceſſio, qua ſucceditur in ius demortui,
ſuſcipiturque eius rei commodum & incom
modum. Hæreditatis etiam bonorum poſſeſ-
ſio, non vti rerum poſſeſſio accipienda eſt.
Eſt enim iuris magis, quàm corporis poſſeſ-
ſio. Denique, etſi nihil corporale eſt in hęre-
ditate: attamen rectè eius bonorum poſ-
ſeſſionem agnitam, Labeo ait, l.2. l.3. ff. de bo-
norum poſſeſſ. de qua paulò poſt.

Succeſſione itaque adquiritur, vniuerſum 6
ius, † quod defunctus habuit. tit. ff. de adquirē-
da & omittenda hæreditate. ſicuti & bonorū
poſſeſſio dicitur adquiri. Inuito autem nemi-
ni bonorum poſſeſſio adquiritur, item adqui
rere quis bonorum poſſeſſionem poteſt, vel
per ſemetipſum, vel per alium. l.3. §. bonorū.
verſic. inuito, & §. adquirere. ff. de bon. poſſeſ.
cum ſimilib.

HAEREDITATIS VERO ET BONORVM
POSSESIONIS IDEO: Quia † hiſce duobus 7
Iuribus, ſuccedimus in vniuerſum ius defun-
cti. Hæreditas enim nihil aliud eſt, quam ſuc-
ceſſio in vniuerſum ius defuncti. l. nihil eſt a-
liud hæreditas, quàm ſucceſſio in vniuerſum
ius, quod defunctus habuit, inquit Caius. l.24.
ff de verborum ſignificat. & Iulianus: Hære-
ditas nihil eſt aliud, quàm ſucceſſio in vniuer
ſum ius, quod defunctus habuerit tempore
mortis. l. hæreditas. 62. ff. de regul. iuris. Quo
pertinet l. hæredem. 59. ff. eod. tit. l. hæres. 37. ff.
de adquirend. hæredit. Et bonorum poſſeſſio
quoque, ius eſt acquirendi, retinendique patri
monij, ſiue rei, quę cuiuſque cum moritur, fu-
it. l 3. §. bonorum igitur poſſeſſionē, ff. de bo-
norum poſſeſſ.

IVRE CIVILI, VEL PRAETORIO IN-
DVCTVM: Qua in re ſecernitur, ab emptione
hæreditatis, † per quam ſimiliter vniuerſum 8
ius adquiritur emptori: nec tamen ſucceſſor
eſt iuris vniuerſi, ſed emptor. tit. ff. & C. de hæ
reditate, vel actione vendita. ac vt Vlpianus
ait: plenius eſt ius ſucceſſionis, quàm emptio-
nis. l. Pomponius. 13. §. quæſitum. ff. de adquir.
poſſeſſ.

CAPVT III.

Succeſsio quare dicatur acquiſitio, cum tamen ſuorum hæredum in ſucceſsione præcipua cauſa ſit: Et hi dicantur non adquirere, ſed retinere; non adire, ſed ſe immiſcere; non repudiare, ſed abſtinere; non expilare, ſed amouere hæreditatem.

SVMMARIA.

1 *In ſuis hæredibus non eſt ſucceſsio.*
2 *Aditio in ſuis hæredibus non eſt neceſſaria.*
3 *Suos hæredes non acquirere, ſed continuare & retinere bona hæreditaria, ciuiliter eſt intelligendum, nu.6.*
4 *Donatio filiofam. à patre facta, an valeat, & quid de donatione inter virum & vxorem, nu.5.*
7 *Succeſsio naturali ratione, eſt ius acquirendæ hæreditatis.*

MOueri poteſt hoc loco difficultas, ſui
hæredes ſtatim hæredes ſunt, ſeu ab in-
teſtato, ſeu ex teſtamento. Nec quod ſe abſti-
nere poſſunt, quidquam facit, inquit Vlpia-
nus l.1.§.prætermittere, ff.ſi quis omiſſ. cauſſa
teſtamen.ab inteſtat.poſſid.hæredit. ac vt ali-
1 bi ait, ſucceſſio † in ſuis hæredibus non eſt.l.1.
§.ſciendum eſt auiem.ibi, quamuis ſucceſſio
in ſuis hæredibus non ſit. ff. de ſuis & legiti-
mis.vnde etiam Paulus ait: in ſuis hæredibus
dominium continuari, & continuationem
dominij eò rem perducere, vt nnlla videatur
hæreditas fuiſſe, quaſi olim hi domini eſſent,
qui etiam viuo patre quodammodò domini
exiſtimabantur. vnde etiam filiusfamiliâs ap
pellatur, ſicut paterfamilias ſola nota hac ad-
iecta, per quam diſtinguitur genitor ab eo,
qui genitus eſt.itaque poſt moriem patris, nõ
hæreditatem accipere videntur, ſed magis li-
beram bonorum adminiſtrationem conſe-
quuntur. Hac ex cauſa licèt illi non ſint hęre-
des inſtituti, domini tamen ſunt. l. in ſuis. ff.
de liberis & poſthumis hæredib.inſtituendis.
Quò etiam pertinet, quod Iuſtinianus ſcribit,
§.ſui. Inſtitut.de hæredum qualitate & diffe-
rent.& §. poſthumi. Inſtitut. de hæredit. quæ
ab inteſtato deferuntur. Hinc Pomponius
2 ſcribit, in ſuis † hæredibus aditionem non eſ-
ſe neceſſariam, quia ſtatim ipſo iure hæredes
exiſtunt, l.in ſuis 14. ff.de ſuis & legitimis i-
deoq́; dicuntur non adire hæreditatem, ſed
ſe immiſcere hæreditati. Non repudiare, ſed
ſe abſtinere ab hæreditate. l.impuberibus. 11.
& ſequen.ff.de adquirenda vel omittenda hę
reditate. Dicuntur hæreditatem retinere, nõ
adquirere Non furari ex ea, vel ſurripere. vel
expilare, ſed leniore verbo, amouere. Nõ hę-
redes fieri, ſed exiſtere.

Ex quo id promanat, quòd filius à patre hę
res inſtitutus, res hæreditarias à patre ſibi do-
natas, pro parte cohæredum vſucapere non
poſſit; nam Seruius exiſtimabat, naturalem
poſſeſſionem, penes eum fuiſſe, viuo patre.
l.3.§. final. ff. pro hærede & vt Impp. reſcri-
bunt, nihil pro hærede poſſe vſucapi, ſuis hæ-
redibus exiſtentibus, magis obtinuit, l. 2. C.
pro hærede.

Ex quibus omnibus manifeſtum redditur,
ſucceſſionem non poſſe dici ius adquirendi,
cùm adquirere, ſit de nouo alicuius rei domi-
nium ſibi parare, & quærere. Quod in filio,
eodemq́; ſuo hærede, non fit. Filij enim patri
ſuo ſuccedentes, nihil noui adquirere, ſed vi-
uo patre quæſitum capere dicuntur, vt noſtri
loquuntur.

Veruntamen reſpondendum eſt, omnia
hæc, quæ de ſuis hęredibus adducta ſunt, ima-
3 ginariè, ac † per fictionem quandam ex ſub-
tilitate iuris ciuilis dici: ideoq́ue ciuiliter in-
telligi & accipi debent, non naturaliter. Ci-
uiliter quidem liberi, retrò videntur obtinu-
iſſe bona paterna, nec acquirere bona dicun-
tur, ſed retinere. Naturaliter autem, hoc eſt,
ex æquo & bono, ac de iure Gentium, hæredi-
tatem paternam adquirunt, liberi enim natu-
raliter, vbi ſingularum perſonarum adquiſi-
tio ſeparatim in conſideratione verſatur, re-
rum paternarum viuo patre, donmini non
ſunt.

Sic ciuiliter, vel ciuilis iuris ſubtilitate, ac
inuentione, inter patrem & filium, obligatio
non contrahitur: Naturaliter contrahitur, l.
frater à fratre, in princip.ibi.naturalem enim
obligationem quæ fuiſſet, & §.quæſitum eſt,
ſi pater à filio.ibi, nam manere naturalem ob
ligationem, &c.ff.de condictione indebiti. v-
bi poſt veteres nouiſſimi, Cuiacius, Hotomã-
nus, Leſcurius & Pacius. Ita pariter donatio
facta à patre filio † in poteſtate, ciuiliter non 4
valet.l.2 §.ſi filium.ff.de donationibus. l. 1. §.
ſi pater filio.& l.ſi pater.C.de vſucapione pro
donato.l.ſi pater.C.de inoffic.donat. l. dona-
tiones quas parentes.25. C.de donationib. in-
ter virum & vxorem Naturaliter valet, ideo-
q́ue quod pater donauit filiofam. & tradidit,
filiusfam.naturaliter, non ciuiliter poſſidet:
ſed tũ quando pater defunctus eſt, & filius co-
hæredes habet, pro ſua parte, rem donatam ci
uiliter poſſidere incipit: pro parte cohæredũ
non item l.2.§.filium quoque. ff.pro hærede.
Cuius diſtinctionis, aliud eſt inſigne exem-
plum. Donatio inter virum & vxorem † iure 5
ciuili nullius eſt momenti.l.1.2.& 3. ff. de do-
nario.inter virum & vxotem, & ipſo iure nil
valet, quod actum eſt. Ipſo enim iure, quæ in-
ter virum & vxorem, donationis cauſa gerun
tur, nullius momenti ſunt.d.l.3. §. ſciendum.
l.4.C eod.tit. Morte tamen, ex oratione diui
Seueri confirmatur. l. donatio mãcipiorum.
ibi, & ex mea & ex Diui Seueri patris mei cõ-
ſtitutione, confirmata eſt, & l.ſi maritus quõ-
dam.10.ibi. Ex oratione Diui Seueri confir-
mata eſt donatio.C.de donat. inter vir. & vx.
Mulier itaque cui vir donauit, & tradidit, iure
ciuili non intelligitur poſſidere.l.ſi eum qui
mihi, ff.de donat. inter virum & vxor. Natu-
raliter vel natura poſſidet.l.1. §. ſi vir. l. quod
vxor. ff.de adqulren.poſſeſſ.l.nec vllam.§.1.ff.
de petitione hęred. Ideoq́ue vſuras & fructus,
quos percipit, ſuos facit.l.fructus.ff.de vſuris.
l.ex annuo. l. quid ergo. l.de fructib.ff.de do-
nationibus inter virum & vxorem. De qua re
Accurſius, in l. quod vxor.16. verbo, pro poſ-
ſeſſore.ff.de adquiren. poſſeſſ. quam tranſcri-
pſit Cuiacius ad l.1.§.fin. ff.pro donato. Cu-
ius rei in filiofam. & patre, inſignem ratio-
nem Cuiacius adfert, in l. frater à fratre. ff. de
condictione indebiri. quia pater, & filij om-
nes quotcunque in eius porcſtate ſunt, prop-
ter arctiſſimum illud vinculum patriæ pote-
ſtatis

ſtatis, iure ciuili pro vna & eadem perſona reputantur, vel vice vnius perſonæ funguntur: vna autem perſona ſibi ipſi obligari non poteſt. Manumiſſione enim & emancipatione duæ perſonæ conſtitui dicuntur. Iure autem naturali, quot ſunt capita in familia, tot ſunt perſonæ, & conſequenter vna alteri obligatur.

Idem itaque in adquiſitione hæreditatis,
6 propter patriam poteſtatem, † iure ciuili ſtatuendum eſt: nempè, quòd filiusfamilias hæreditatem patris ciuiliter non adquirere, ſed retinere: non adire, ſed ſe immiſcere: non repudiare, ſed omittere dicatur, idque per fictionem, quia fingitur, cum patre vna & eadem perſona eſſe. Naturaliter autem, quæ ſingillatim perſonas in ſua proprietate conſiderat, & intellectualem hanc perſonarum vnionem, & coniunctionem reiicit, filiusfamilias dicitur adquirere hæreditatem. ſicuti alij hæredes, qui ſub poteſtate non ſunt, proximitatis tamen ratione ad ſucceſſionem vocantur. Qua ratione motus Caius, ſcripſit per vniuerſitatem adquiri quatuor modis: Hæreditate, Bonorum poſſeſſione, Arrogatione, & Emptione. Et Tribonianus etiam, ea iuris capita, quæ de ſuorum immixtione, & abſtenſione loquuntur, generali titulo, de adquirenda vel omittenda hæreditate, incluſit. l. impuberib. 11. l. ei qui ſe non miſcuit. 12. ff. de adquirend. hæredita.

7 Vnde naturali ratione, † rectè ſucceſſio definitur ius adquirendæ hæreditatis: vbi enim rei veritas apparet, fictio ceſſat, ac definitiones conſtare debent genere & differentijs, & ex iis, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον fiunt.

CAPVT IV.

DIVISIO SVCCESSIONIS.

Prima à cauſa efficiente.

SVMMARIA.

1 *Succeſsio alia ciuilis, alia prætoria.*
2 *Ius prætorium quid ſit.*

1 SVcceſſio omnis, aut Ciuilis eſt, † aut Prætoria. Ciuilis, quæ vetere aut nouo iure ad nos pertinet. Vetere, à lege 12. tabul. vel ex teſtamento, quod iure factum eſt. Nouo iure, ex Senatusconſult. aut ex Conſtitutionibus Principum. l. 1. & 3. in fine. ff. de petitione hæreditatis.

Prætoria, quæ & Honoraria dicitur, prætorem habet authorem: Ius Prætorium eſt, in-
2 quit Papinianus, quod Prætores † introduxerunt adiuuandi, vel ſupplendi, vel corrigendi iuris Ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam, quod honorarium dicitur, ad honorem Prætorum ſic nominatum. l. 7. & 8. ff. de iuſti. & iure. §. prætorum quoque. Inſtit. de iure naturali, gentium, & ciuili.

CAPVT V.

Differentiæ inter Ciuilem & Prætoriam ſucceſsionem.

SVMMARIA.

1 *Succeſsio Ciuilis & Prætoria differunt auctore.*
2 *Ciuilis ſucceſsio, iuris ordinarij eſt, Prætoria extraordinarij: illa hæreditatem reſpicit, hæc bonorum poſſeſsionem, nume. 3. illa hæredes facit, hæc hæredis loco conſtituit, num. 4. illa ius directum, hæc vtile transfert, num. 5. illa immediatè, hæc mediatè, num. 6.*
7 *In bonorum poſſeſsione obtinenda requiritur petitio, & decretum, num. 8. & quid hodierno iure. num. 9.*
10 *Prætoria et Ciuilis ſucceſsio differunt etiam in acquiſitione per ſeruum vel filium.*
11 *Iuſſus patris quibus caſibus in aditione hæreditatis more ſit neceſſarius.*
12 *Bonorum poſſeſsio ſine iuſſu patris agnoſci poteſt.*
13 *Bonorum poſſeſsio à ſeruo peti ſine iuſſu domini poteſt, dummodo ſequatur ratihabitio.*
14 *Pupillus ſine tutoris authoritate hæreditatem adire nequit: ſed bonorum poſſeſsionem quandoque petere poteſt, & nume. 15.*
16 *Per procuratorem hæreditas acquiri non poteſt: bonorum poſſeſsio poteſt.*
17 *Inofficioſo pronunciato teſtamento, nihil ex eo valet.*
18 *Bonorum poſſeſsione contra tabulas patris petita, valet pupillaris ſubſtitutio.*
19 *Querela inofficioſi teſtamenti eſt iuris Ciuilis ex lege Glicia.*
20 *Prætor hæredem facere nequit, nec vt quis deſinat eſſe hæres.*
21 *Teſtamento rupto, vel nullo declarato, nihil ex eo valet.*
22 *Exhæredatio pro parte fieri non poteſt.*
23 *Querela inoff. nouo iure benignior, quàm bonorum poſſeſſ. contra tabulas.*
24 *Teſtamenti inofficioſi querela ante aditam hæreditatē proponi nequit.*
25 *Tempus querelæ inofficioſi teſtamenti poſt aditam hæreditatem incipit currere.*
26 *Querela inofficioſi teſtamenti nondum adita hæreditate, proponi nequit.*
27 *Bonorum poſſeſsio contra tabulas agnoſci poteſt ante aditā hæreditatem: & non prætextu dementiæ teſtatoris, ſed erroris vel obliuionis petitur, nu. 28.*
29 *Aditio hæreditatis non poteſt fieri ſub conditione.*
30 *Bonorum poſſeſsio ſub conditione quandoque agnoſci poteſt.*
31 *Fideicommiſſa ex validitate teſtamenti robur habent.*
32 *Imperatorem decet ſeruare leges, quibus ipſe ſolutus eſt.*
33 *Fideicommiſſarijs non datur bonorum poſſeſsio.*
34 *Hæreditatis petitio intra 30. annos fieri poteſt.*
35 *Bonorum poſſeſsio intra 100. dies peti debet, vel intra annum à parentibus & liberis.*
36 *Ius Ciuile liberos in poteſtate cōſtitutos facit ſuos hæredes, non emancipatos.*
37 *Emancipatis ſubuenitur iure prætorio per bonor. poſſeſſ.*
38 *Hæredum differentia, inter ſuos, neceſſarios, & extraneos, eſt ex iure Ciuili.*
39 *Neceſſarius hæres nemo eſt iure prætorio.*

PRimò ſecernuntur † authore, vt iam di- 1
ctum eſt. Ciuilis ſucceſſio inducta eſt lege 12. tabul. Senatusconſultis, & Principum con-

 ſtitu-

ſtitutionibus. Prætoria autem prætorem ha.
ber authorem.
2 Secundò, ciuilis ſucceſſio † ordinatio iure
conſtat. Prætoria ſuſtinetur prętoris edicto,&
decreto, tanquam iure extraordinario. d.l.ius
autem.7.ibi, quod prætores introduxerũt ad.
iuuandi, vel ſupplendi, vel corrigendi iuris ci
uilis gratia. Vnde conſequitur ciuilem eſſe
anguſtiorem: Prætoriam verò ampliorem &
latiorem Quomodo autem prætor ſucceſſio
nem ciuilem adiuuet, ſuppleat, & corrigat,
tam in cauſa teſtati, quàm inteſtati, infrà dice
tur de prætoria ſucceſſione.
3 Tertiò ſeparantur, ciuilis ſucceſſio reſpicit
hæreditatem: prætoria autem bonorum poſ.
ſeſſionem.
Quartò, ciuilis ſucceſſio facit heredes: pre.
4 toria † vice & velut hæredes, & conſtituit lo.
co hæredis: in omnibus vice hæredum bono.
rum poſſeſſores habentur, inquit Vlpianus l.
2.ff.de bon.poſſ. & iterum: Ordinarium fuit
poſt ciuiles actiones hęredib. propoſitas, ratio
nem habere prætorem etiam eorum, quos i.
pſe velut hæredes facit, hoc eſt, eorum, quibus
bonorum poſſeſſio data eſt l. 1. ff. de poſſeſſo.
ria hæreditat. petir. & Paulus: prætor bonorũ
poſſeſſorem hæredis loco, in omni cauſa ha.
bet. l.117.ff.de reg.iur.& Iulianus: omne enim
ius, quod per cauſam hæreditariam ſcriptus
hæres nanciſcitur, ad eum transferri æquum
eſt, quem prætor hæredis loco conſtituit. l.13.
in princ.ff.de bonorum poſſeſſ contra tabul.
& Iuſtinianus: quos autem ſolus prætor vo.
cat ad hæreditatem, hæredes quidem ipſo iu.
re nō fiunt, veluti per Senatuſconſulta, & Cō.
ſtitutiones principales: ſed cum eis prętor dat
bonorum poſſeſſionem, loco hæredum con.
ſtituuntur, & vocantur bonorum poſſeſſores.
§.quos autem ſolus vocat. Inſtit.de bon. poſſ.
Quinta differentia eſt, quòd ſucceſſio ciui.
5 lis transfert † iura directa: bonorum poſſeſſio
ſolummodò iura vtilia, id eſt dominium vti.
le, actioneſque vtiles. Prætor enim hæredem
facere non poteſt, ſed vice hæredem, quaſi hę
redem, velut hæredem, loco hæredis conſti.
tuere poteſt. Vnde quoque directa iura hære.
dis in bonorum poſſeſſorem transferre ne.
quit, cùm ius ciuile directa iura transferat.
Iaſon poſt alios in l.1.§.bonorum, num.22.ff.
ad S.C.Trèbellianum. Plurimum autem in.
tereſt, vtrùm quis habeat iura directa, an ve.
rò vtilia tantùm: ſicuti etiam plurimæ, inter
duo hæc iura ſunt differentiæ, quas refert Bar
tol.& alij poſt hunc, in l.cum filiofamilias.11.
ff.de legat.lib. 1. & nouiſſimè Bolognetus in
l.1.num.178.& ſequen.ff.de leg.lib.1. Quæ dif.
ferentia conſtans eſt, ſi adſit hæres, de iure ci.
uili. Nam hoc caſu bonorum poſſeſſor vtile
ſolummodò habet dominium. Quod ſi nul.
lus adſit hæres, directum conſequitur. Iaſon
in l.1.§.bonorũ.nu.2. ff.ad S.C.Trebel.& in l.
puberum.C.de iur. delib. Vaſquius de ſucceſ.
ſionum reſolutione lib.2.§.11.num.17.
Sexta differentia oritur ex præcedenti. Di.
rectum ius adquiritur † per ſe, & ſine facto 6
tertij: ius verò vtile non tam adquiritur per
ſe, quam per tertium, aut ex facto tertij. Sic
ſucceſſio ciuilis facit directò hæredem, id eſt,
immediatè, ac vt Græci loquuntur ἀμέσως.
Hæres enim, quàm primùm ſcit, eum, de cuius
ſucceſſione agitur, mortuum, & ſibi hæredita
tem delatam eſſe, continuò poteſt hæredita.
tem adire, & dominium hæreditatis, ſine vl.
lo facto hominis alterius, adquirere. Cum hę
redes inſtituti ſumus, adita hęreditate, omnia
quidem iura ad nos tranſeunt, inquit Iauolę.
nus.l.cum hæredes.23.ff.de adquirenda vel a.
mittenda poſſeſſione. & Florentinus. Hæres
quandocunque adeundo hæreditatem, iam
tunc à morte ſucceſſiſſe defuncto intelligitur.
l.54. ff. de adquirenda vel omittenda hæredi.
tate & Paulus: Gerit pro hærede, qui animo
agnoſcit ſucceſſionem, licèt nihil attingat
hæreditarium. l.88.ff. eodem titul. & Iuſtinia.
nus: item extraneus hæres teſtamento inſtitu
tus, aut ab inteſtato ad legitimam hæredita.
tem vocatus poteſt, aut pro hærede gerendo,
aut etiam nuda voluntate accipiendæ hære.
ditatis, hæres fieri. §.item extraneus. Inſtit.de
hæred.qualitate & differentia.
Diuerſum obtinet in ſucceſſione prętoria.
Nam vltra declarationem voluntatis, requi.
ritur primò † vt petatur bonorum poſſeſſio. 7
l.3 § à municipibus.ibi, ſed etſi nemo petat, &
l.4.in fin.ibi, aut antè mortui ſunt, quàm pe.
tierunt bonorum poſſeſſionem. & l.5. ibi, ſi
petiiſſent bonorum poſſeſſionem. & l.6.ibi, i.
gitur nō petente ſcripto hærede, & l.7.in prin
cip Seruus bonorum poſſeſſionem petendo
rectè admitti poteſt & iterum: tutor pupillo,
& pater infanti filio bono poſſeſſionē petere
poſſunt & l 8.ibi, quia tutori petere permiſ.
ſum eſt, non etiam repudiare. & l.9.ibi, quam.
diu incertum ſit, petierit, nec ne? & l. 11. ff. de
bon.poſſ & alibi paſſim.
Secundò, requiritur regulariter † decretũ 8
prætoris, & quidem non aliter, quàm cauſa
cognita, & pro tribunali: Quia neque decre.
tum de plano interponi, neque cauſa cogni.
ta, bonorum poſſeſſio alibi, quàm pro tribu.
nali dari poteſt. l.3.§. ſi cauſa cognita.ff.de bo.
norum poſſeſſionibus. niſi tamen ea ſit bono.
rum poſſeſſio, quæ de plano peti potuit. l. 3. §.
dies. & §. ſequē. ff. quis ordo in bonorum poſ.
ſeſſ. ſeruetur. & l.7.§.decretalis. ff. de ſucceſſo.
rio edicto.
Ad quam formam, noua conſtitutione
Conſtantij, redactæ ſunt omnes bonorum
poſſeſſiones. Nec enim hodie † deſideratur 9
decretum, cum cauſæ cognitione, & pro tri.
bunali:

bunali: ſed ſufficit apud iudicem, vel etiam
apud duumuiros, qualiſcunque teſtatio am-
plectendæ hæreditatis. l.fin. C.qui admitti ad
bonorum poſſeſſionem poſſunt. De qua diffe
rentia Alciat lib.4.παραδόξων cap.6.

Septimò ſeparatur vtraque ſucceſſio, quo-
10 ad † adquiſitionem per filium, itemque per
ſeruum. Filius delatam ſibi hæreditatem, ni-
ſi iuſſu patris, in cuius eſt poteſtate, adire non
poteſt: qui iuſſus, præcedere debet aditio-
nem, & ſpecialiter mandari. l.ſi quis mihi bo-
na.25.§.iuſſum.§.ſed generaliter. ff. de adqui-
renda hæreditate. Quod intelligendum eſt
regulariter, non poſſe ſine iuſſu adire. Multis
11 enim caſibus iuſſus † patris non deſideratur,
vt in Caſtrenſi peculio.l.5. ff. de Caſtrenſi pe-
culio. Itē ſi pater in cuius eſt poteſtate, furio-
ſus ſit, l.cum hæres.52. ff. de acquirenda hære-
ditate. In aduenticiis quoque iuſſus patris nō
requiritur. l.fin. C.de bonis quæ liberis. & ali-
is caſibus relatis à gloſſa in dicto §.iuſſum. ver-
bo, pręcedere debet. Alia cauſa eſt filiifamili-
12 as, cui delata eſt bonorum poſſeſſio. † Nam
ſine iuſſu patris hanc agnoſcere poteſt & di-
es, quibus patrem certiorare non poteſt, vt
vel iubeat agnoſci bonorum poſſeſſionem,
vel ratam habeat agnitionem bonorum poſ-
ſeſſionis non cedunt. Fingamus, inquit Mar-
cianus, ſtatim primo die, quo fuerit delata,
agnouiſſe eū bonorum poſſeſſionē, certiora-
re patrem vt comprobet, non poſſe. non ce-
dent dies centum, incipient autem cedere,
cùm certior fieri potuit. pręteritis autem cen
tum diebus, fruſtra ratum habebit, l. final. ff.
quis ordo in bonorum poſſeſſione ſeruetur.
Et Seuerus & Antoninus: bonorum poſſeſſio
filiofamil. delata, cum ignorante quoque pa-
tre peti poſſit, emolumentum etiam patri al-
latura, ſi ratam petitionem pater habuerit, a-
mittitur tranſacto tempore. l.1. C.qui admit-
ti ad bonorum poſſeſſ. poſſunt. Quo pertinet
lex bonorum.24 ff. rem ratam haberi. ſic eti-
am de ſeruo: hic ſine iuſſu domini hęredita-
tem ſibi delatam adire non poteſt: bonorum
13 tamen † poſſeſſionem citra voluntatem do-
mini petere poteſt, quę ſuſtinetur, ſi dominus
ratam habeat. ſeruus bonorum poſſeſſionem
petendo rectè admitti poteſt; ſi pręror de con-
ditione eius certus ſit. l 7. ff. de bonor. poſſeſſ.
l.ſi ego, & ſeruus.26.l.ſi ſeruus eius 82. ff. de ac
quirend. & omittend. hęred. l.ſeruus dotalis.
58. ff. ſolut. matrimo. l.ſi ſeruus communis. 7.
ff. de hęred. inſti Qui enim in aliena eſt pote-
ſtate, non poteſt inuitum hęreditati obligare
eum, in cuius eſt poteſtate, ne ęri alieno obli-
getur pater, ſed in bonorum poſſeſſione pla-
cuit, ratam haberi poſſe eam, quam citra vo-
luntatem agnouit is, qui poteſtati ſubiectus
eſt, l.qui in aliena. 6. in princip. ff. de adquiren
da hęred. quę autem ſit ratio, quare bonorum
poſſeſſio poſſit agnoſci ſine iuſſu patris prę-
cedente, hęreditas autem adiri non poſſit: va-
riis ſententijs tractatur, & ad minimum de-
cem diſcrepantes rationes adferuntur ab in-
terpretibus in l.1.C.qui admitti ad bono. poſſ.
poſſunt. de qua re nos ſuo loco.

Octauò diſtant: pupilli neque hęreditatem
adire, † neque bonorum poſſeſſionem pete- 14
re, neq; hęreditatem ex fideicommiſſo ſuſci-
pere aliter poſſunt, niſi tutoris auctoritate,
quamuis illis lucroſa ſit, neque vllum damnū
habeat. §. neque. Inſtitu. de auctorit. tutor. qui
locus mutatis paucis, deſcriptus eſt ex Caio,
l.obligari.9.§.hęreditatem. ff. eod. titulo. quo
pertinet l. more noſtrę ciuitatis. 8. & l. pupil-
lus.9. ff. de adquirend. hęredit. l. bonorum. in
princ. C.qui admitti ad bonorum poſſeſſionē
poſſunt In bonorum tamen poſſeſſione, hoc
eſt peculiare & ſingulare, quod impuberi, quā
doque ſine † tutoris auctoritate. bonorū poſ- 15
ſeſſionem poſtulanti, ſciens hoc, competens
iudex, dare poſſit. d.l.bonorum. verſ.niſi etiā.

Nonò diſtant in eo quoque, quòd hęredi-
tas per procuratorem adquiri non poteſt. l.
per curatorem.90. ff. de adquir hęredi. diuer-
ſum eſt in † bonorum poſſeſſione: nam adqui 16
rere quis bonorum poſſeſſionem poteſt, vel
per ſemetipſum, vel per alium. l.3. §. adquire-
re. ff. de bono. poſſeſſ. Cuius rei ratio euidens
eſt. nam bonorum poſſeſſio non conſiſtit in
ſolo animo, vt hęreditatis aditio. §. fin. Inſtit.
de hęred. qualit. & differ. Accurſius in d.l. per
curatorem. in glo. 1. ſtatim enim quod man-
do de adeundo, iam adeo: & ita nihil rema-
net faciendum per procuratorem. Item per
meam voluntatem debeo fieri hęres, nō per
alienam. Secus eſt in bonorū poſſeſſione, quę
ſolo animo nō fit: ſed olim decretum: nouo
autem iure pręſentiam iudicis requirit, vt ſu-
prà in ſeptima differentia oſtenſum eſt.

Decimò differunt, teſtamēto paterno per
iudicis ſententiam, à qua prouocatum nō eſt,
reſciſſo, ſuus hęres erit, ſecundùm quē iudica
tum eſt † & libertates ipſo iure nō valent, nec 17
legata debentur, ſed ſoluta repetuntur. l. Papi
nianus.8.§ ſi ex cauſa. ff. de inoffic. teſtam. nec
fideicōmiſſa data debentur, quaſi à demente,
inquit Paulus l.13. in fin. ff. eod. tit. vel, vt Mar-
cianus ſcribit, quaſi nō ſanę mentis fuerunt,
qui teſtamentum ordinauerunt. & hoc dici-
tur, quaſi verè furioſus, vel demēs teſtatus ſit,
ſed rectè quidē fecerit teſtamentū, ſed non ex
officio pietatis l.2. ff. eod. tit. ac vt idē Paulus
ſcribit, cū inoffic. teſtamētum arguitur, nihil
ex eo teſtamento valet. quo pertinet l.9.26.29.
ff. eod. & C.l.4. & 13. diuerſum eſt in bonorum
poſſeſſione, etiamſi enim, vt Africanus ait, cō
tra patris tabulas bonorū poſſeſſio petita ſit,
ſubſtitutio † tamen pupillaris valet, & legata 18
omnib. pſtanda ſunt, q̄ à ſubſtitutiōe data ſūt.

l.ex duobus.34.§. fin.ff.de vulgari & pupillari.
l.ſequen.in princ. ff. eod. Cuius rei rationem
affert Accurſius, & poſt hunc Cuiacius ad A-
fricanum,tractatu 4. in explicat. dicti §.final.
quia teſtamentum eſt de iure ciuili, & etiam
19 querela:quæ introducta eſt † lege Glitia, vt ex
inſcriptione patet.l.4.ff.de inoffic. teſtamen.
quæ querela reſcindere poteſt teſtamentum:
cùm & ipſa ſit iuris ciuilis: at bonorum poſ-
ſeſſio contra tabulas, iuris eſt prætorij, quod
non tollit teſtamentum prorſus. Cùm enim
prætor non poſſit facere hæredem: nec po-
20 teſt efficere † etiam, vt deſinat eſſe hæres. §.
quos autem. Inſtitut. de bonorum poſſeſſio-
nibus.ſed legis rigor reſcindit omnia, conſer
uat autem prætor, quæ conſeruari bonum &
æquum eſt.

Quod de querela dicitur,obtinet pariter in
21 iure dicendi teſtamentum eſſe nullum,† quã-
do filiusfamilias præteritus eſt.perinde enim
teſtamentum totum rumpitur,ſicuti per que-
relam reſcinditur.l.penult.ibi, à quo poſthu-
mus exhæredatus non eſt, ruptum eſt teſtamẽ
tum.ff.de iniuſto rupto, & irrito facto teſta-
mento gloſſ.in l.Papinianus.§. ſed nec impu-
beris.in verb.obtentum. ff.de inoffic teſtam.
22 quemadmodum nec exhæredatio † pro par-
te fieri poteſt, veluti ab vnius perſona. nam ſi
hoc fecerit, vitioſa erit exhæredatio.l.3 §.fili-
us.ff.de libe.& poſthum.l.non putauit. §.ſi ab
vno.ff.de bonor. poſſeſſ.contra tabulas. Sicu-
ti etiã ab õmnibus gradibus hæredum, & tam
à primis,quàm à ſecundis hæredibus exhære-
dandus erit.l.ſi primo.ff.de liber & poſthum.
l.nam etſi l.ſi quis filio §.ſiue autem. l. ſi ego.
ff.de iniuſto rupto & irrito facto teſtam. l. ex
facto §.Lucius.ff.de vulg.& pupillar. d. l non
putauit.§.ſi ab vno.& §.ſeq. ff.de bon. poſſeſſ.
contra tabulas.

Sed hæc differentia inter querelam inoffi-
cioſi teſtamenti, & bonorum poſſeſſionem
contra tabulas,nouiſſima conſtitutione Iuſti
niani ſublata eſt. ipſaq; querela multò mitior
23 & benignior † bonorum poſſeſſione contra
tabulas, reddita eſt. Nam ex cauſa exhæreda-
tionis, vel præteritionis iuſtæ, non exiſtente
cauſa ingratitudinis, per querelam reſcindi-
tur,vel pręteritione irritum redditur teſtamẽ
tum, quantum ad inſtitutiones cætera firma
manent Ac vt Iuſtinianus ait,ſi contigerit in
quibuſdam talibus teſtamentis,quędam lega-
ta,vel fideicommiſſa,aut libertates, aut tuto-
rum dationes relinqui, vel quælibet alia capi-
tula conceſſa legibus nominari,ea omnia ad-
impleri debent,& dari illis quibus fuerunt de
relicta:& tanquam in hoc, non reſciſſum ob-
tinet teſtamentum Nouella 115.vt cum de ap-
pel.cognoſc § ſiue igitur omnes memoratas
ingratitudinis cauſas,&c.quę redacta eſt in cõ
pendium.ſub auth.ex cauſa.C.de libe.præt.

Vndecimò, querela & bonorum poſſeſſio
in eo quoque diſcrepant. Querela enim inof-
ficioſi teſtamẽti,† ante aditam ab hærede ſcri 24
pto hæreditatem, proponi non poteſt: Quo-
niam,inquit Vlpianus,ante aditam hęredita-
tem, nec naſcitur querela. l. Papinianus. §. ſi
conditioni parere. circa finem. ff. de inoffic.
teſtam. vnde quinquennium querelæ inoffi-
cioſi teſtamenti præfinitum, l. ſi quis filium.
in fin C.eod tit.ab † adita hæreditate, ſecun- 25
dùm Vlpiani opinionem currit:recuſata He-
rennij Modeſtini ſententia,qui à morte teſta-
toris illicò curſum de inofficioſo querelæ
temporibus dabat.l ſcimus.36. §. illud præte-
rea.C.eodem titul.Nec ſine ratione,nam que
rela inſtituta, defunctus afficitur iniuria. in-
telligitur enim non ſanæ mentis fuiſſe, non
quia verè vel furioſus, vel demens,ſed quia nõ
ex officio pietatis ordinauerit, l. 2 ff. eodem.
vel quia falsò parentes inſtimulati,liberos ſu-
os vel exhæredant,vel prætereunt. l. 3. ff. eod.
vel malignè circa ſanguinem ſuum inferunt
iudicium, nouercalibus delinimentis, inſti-
gationibuſque corrupti.l.4 ff.eod. tit. Statim
itaque,& nondum adita hæreditate, † iniquũ 26
eſt exhæredatum admitti ad querelam propo
nendam:cùm eam,ſi à ſcripto hærede non a-
deatur,etiam citra querelam, ſine vlla defun-
cti iniuria, & ſine diſpendio & labore habitu-
rus ſit, vt potè,cùm ſcripto hærede non adeun
te, ipſe legitimus hæres ab inteſtato futurus
ſit.l.1.ibi,aut in irritum conſtituitur non adi-
ta hæreditate. ff.de iniuſto rupto vel irrito fa
cto teſtamen.l.eam quam C.de fideicommiſ-
ſis § 1.Inſtitut. de hæreditatib.quæ ab inteſtat.
ſi enim nemo hæreditatem adierit, nihil va-
let ex his,quę teſtamento ſcripta ſunt, inquit
Pomponius.l ſi nemo.9. ff. de teſtamentaria
tutela.vel,vt Vlpianus ait, ſi nemo ſubiit hę-
reditatem,omnis vis teſtamenti ſoluitur, l. ſi
nemo.181.ff.de regu. iur.

Diuerſum eſt in bonorum poſſeſſione con
tra tabulas. hæc enim à ſcripto hęrede agno-
ſci poteſt,ante † aditam hæreditatem: hi qui 27
propter alios contra tabulas, bonorum poſ-
ſeſſionem petunt,non expectant, vt pręteri-
ti bonorum poſſeſſionem accipiant, &c.l. ſi
poſt mortem.10.§.final. ff. de bonorum poſ-
ſeſſione contra tabul. l. quod vulgò. ibi, ex
quibus vel adiri hęreditas, vel ſecundùm eas
bonorum poſſeſſio peti potuit: quamuis neu-
trum eorum poſtea ſequutum ſit, vel ſequi
potuerit,ff. eod. tit.

Alia enim in bonorum poſſeſſione con-
tra tabulas ſubeſt ratio: quia bonorum
poſſeſſio hæc, non petitur eo prætextu, aut
intuitu, quod teſtator quaſi demens præ-
terierit, ſed magis † quaſi vel errore, 28
vel obliuione, filium ſuum præterierit:
quid

quid enim ſi teſtator filium mortuum putaſ bat, l.final.ibi, & rumore perlato, quaſi filia quoque eius mortua, mutarir teſtamentum. ff.de hæredib.inſtituendis l.Titius.ibi, quem pater putauit deceſſiſſe. ff. de liber. & poſthumis.vel ſe filium habere ignorabat, putà, ſi diſcedens ignoret vxorem prægnãtem, l.ſi cum vel in vtero.C.de teſtamento militis. vel perturbatione animi, filijoblitus ſit? l. hac conſultiſſima.§ at cum humana.C.qui teſtamen. facere poſſunt. His ſanè caſibus procliuius eſt, ac æquius, putare errore & obliuione præteriiſſe, quàm malo animo exhæredaſſe. Ideoque non putauit prætor exhæredatione notatos, & remotos, ac contra tabulas bonorum poſſeſſionem admittendos: ſicuti nec iure ciuili teſtamenta parentum turbant. ſanè, ſi velint inofficioſi querelam inſtituere, eſt in ipſorum arbitrio, inquit Vlpianus, l. non putauit.in princip. de bonorum poſſeſſ.contra tabul.l.ſub conditione.verb.licet ſub conditione hæres inſtitutus à contra tabul. poſſeſſ. bonorum excludatur.ff.eod.l cum quidam elogio.C.de legat.

Duodecimò, pugnant inter ſe ſucceſſio ciuilis, & prætoria. Aditio hæreditatis ſub con-
29 ditione † fieri non poteſt. Actus legitimi, inquir Papinianus, qui non recipiunt diem vel conditionem: veluti, emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſerui optio, tutoris datio, in totum vitiantur, per temporis vel conditionis adiectionem.l.actus.77.ff. de regul.iuris. Nam ſi quis ita dixerit: ſi ſoluendo hæreditas eſt, adeò hæreditatem, nulla aditio eſt, l.eum qui.in fin.ff.de acquirend.vel omittend.hæred.

Agnatio autem bonorum poſſeſſionis ſub
30 conditione † fieri, certis quibuſdam caſibus, vtilitatis cauſa non prohibetur, l.3.§.ſed ſi ſub conditione.ibi, quid ergo ſi defecerit conditio? verùm eſt. eum contra tabulas accipere bonorum poſſeſſionem.& §.ſequen. ff.de bonorum poſſeſſ contra tabulas, & l. 2 §. ſi ſub conditione.ibi, Iulianus peræquè putauit ſecundùm tabulas competere ei, quaſi ſcripto, bonorum poſſeſſionem, qualis qualis conditio ſit, etiamſi hæc: ſi nauis ex Aſia venerit, &ce. ff. de bonorum poſſeſſio. ſecundùm tabulas.

Decimotertiò, diſcrepant ſimiliter & in hoc: in ſucceſſione ciuili ex teſtamento veni-
31 unt fideicommiſſa, † & ex validitate teſtamẽti valent, roburque habent. Nam, vt Vlpianus ait, ſciendum eſt eos demũ fideicommiſſum poſſe relinquere, qui teſtandi ius habent. l. 2. ff.de lega.lib.1.ideoque, vt idem Vlpianus ait, hi quibus aqua & igni interdictum eſt, item deportati, fideicommiſſum relinquere non poſſunt, quia nec teſtamenti faciendi ius habent, cùm ſint ἀπόλιδες, l.1.§.hi quibus.ff.de legat.lib.3.& ibidem §.1.ſi incertus quis ſit, captiuus ſit, an à latrunculis obſeſſus, teſtamentum facere non poteſt. Sed etſi ſui iuris ſit ignarus, &c. non poſſe fideicommittere certum eſt, quia nec teſtari poteſt, quia an liceat ſibi teſtari, dubitat. Sed ſi filiusfamilias, vel ſeruus fideicommiſſum reliquerit, non valet. Addit Vlpianus regulam, hæc vtique nemo credet in teſtamentis nos eſſe probaturos, quia nihil in teſtamento valet, quotiens ipſum teſtamẽtum non valet: ſed valet, ſi aliàs fideicommiſſum quis reliquerit. l.1.§.ſed ſi filiusfam. ff. de legat. 3 Et Iulianus, in tacitis fideicommiſſis fraus legi fieri videtur, quotiens quis nec teſtamento, nec codicillis rogatur, ſed domeſtica cautione, vel chyrographo, obligat ſe ad præſtandum fideicommiſſum ei, qui capere non poteſt. l. in tacitis.103.ff.de legat.libr.1. & Paulus: ex imperfecto teſtamento, legata vel fideicommiſſa Imperatorem vindicare, inuerecundum eſt. decet enim † tantæ Maieſtati, 32
eas ſeruare leges, quibus ipſe ſolutus eſſe videtur. l. 23. ff. de legatis libro 3. quo pertinent l. ſeruus.4.l.proprias.14.l. ſi res obligata.57. & l.58. l. ſi ſic legatum vel fideicommiſſum.78. l.ſi fundum per fideicommiſſum.92.l.ſi mihi Stichus. 97. ff. de legat. libro primo. l.cùm proponebatur.64.l.vnum ex familia 67. l. ſequens quæſtio. 68. l. peto. 69.l. cùm pater. 77. & l.ſequen.ff.de legat. lib.2.l.:.& toto titulo. ff.de legatis libr.3. & paſſim alibi. & l. in legatis.l.in annalibus.l.ſi legatarius.l.final. C. de legatis. & toto titul. C. de fideicommiſſis. & titul. ff. de legatis & fideicommiſſis, cum ſimilibus.

At iure prætorio, nunquam legitur prætorem dare bonorum poſſeſſionem † fideicom- 33
miſſarijs, vel ſuccedentibus per obliquum. argumento eſt, quod Vlpianus ſcribit. Item ſi quis ex his perſonis rogatus ſit reſtituere extero, quod ſibi relictum eſt: dicendum eſt, non eſſe legatum præſtandum, quia emolumentũ ad eum non reſpicit. l.3.§.item ſi quis.ff.de legat.præſtan Bald.in l.fin.num.13. C.de ſacroſ. eccleſ.& in l.precib.uum.39.circa fin.C.de impuber.& aliis ſubſt.

Decimoquartò, hæc duo ſucceſſionum genera in eo etiam ſecernuntur plurimũ, quòd ſucceſſio ciuilis hæreditatis † videlicet, peti 34
poteſt intra triginta annos. l. hæreditatis petitionem.7. C. de petitio. hæreditatis. l. licet. C.de iure deliberandi.l.hæreditatem.4. C. in quib. cauſis ceſſet longi temp. præſcript. l. ſicut.C.de præſcript.30.vel 40.annor.

Bonorum verò poſſeſſio à cognatis & agnatis † intra centũ dies peti debet, quin etiam 35
ipſo die cẽteſimo agnoſci poteſt. l. 1. §. ſi intra centeſimũ.ff de ſucceſ.edict. Parentibus aũt, liberiſq; largiꝰ tẽpus in honorẽ ſanguinis tribuitur, & annus p̄ſtituitur. d.l.1.§.largius.ff.eo.tit.

etiamſi

etiamſi liberi,parentesúe veniant, ex c. vnde agnati,vel vnde cognati. nã filius non ſolùm ſi tanquam filius, ſed etſi tanquam agnatus, vel tanquam cognatus ad bonorum poſſeſſionem vocatur, annuum ſpacium habet,l. ſi cohæredi.4.§.fin.ff.quis ordo in bon. poſſeſſ. ſeruet. Ac,vt Iulianus ait, generaliter ex omnibus cauſis,liberis parentibuſq́ue intra annũ bonorum poſſeſſio competit. l. 1. §. fin. ff. de ſucceſſ.edicto.

Decimoquintò ſeparantur & differunt, vel in eo maximè, quod ius ciuile liberos in
36 poteſtate parentis exiſtentes † facit ſuos hæredes, iiſq; propria & peculiaria iura, in ſucceſſione tàm ab inteſtato, quàm ex teſtamento, & alijs rebus tribuit: cæteros autem liberos, qui in poteſtate parentis nõ ſunt, quales ſunt emancipati,& qui aliàs exierunt de patris poteſtate,niſi ex nouis conſtitutionibus, pro liberis non agnoſcit, prout infrà in tractatu de iure ſuorum liberorum copioſè dicetur.

37 At ius Prætorium,emancipatis † ſubuenit, hiſq́ue in cauſa inteſtati bonorum poſſeſſionem vnde liberi:in teſtati verò cauſa,ſi prętериti ſint,bonorum poſſeſſionem contra tabulas concedit, vel vt Vlpianus loquitur, in bonorum poſſeſſionem contra tabulas inducit, l.1.§.& ſui iuris factos liberos inducit in bonorum poſſeſſionem Prætor.& l 3.l.5.l.13.l. 14. l. 15.ff.de bon. poſſeſſ. contra tabulas. Quemadmodum ſuo loco,de iure emancipatorum,& qui aliàs exierunt de patris poteſtate, abundè proponetur.

Decimoſextò & poſtremò, iure ciuili hæ-
38 redes † aut neceſſarij ſunt,aut ſui & neceſſarij, aut extranei.§.1.& §.ſui autem.Inſtitu.de hæred.qualit.& differ.& C.de neceſſar.ſeruis hæred.inſt.l.neceſſariis.§.fin.ff.de acquirend.hæred.Diuerſum eſt de iure prætorio,hoc enim iure non eſt † neceſſarius hæres, nam inuito
39 nemini bonorum poſſeſſio adquiritur, l. 3. §. inuito,ff.de bonor.poſſeſſ. tit. generali, & vt Diocletianus & Maxim.reſcribunt, defuncti cognati ſuccedere nolentes bonorum poſſeſſionem petere non vrgentur.Sunt & aliæ differentiæ minus conſpicuæ, quas omittere volui.

CAPVT VI.

In quibus ſucceſſio Ciuilis & prætoria conueniant.

SVMMARIA.

1 *Hæreditas,& bonorum poſſeſſio reſpiciunt ius vniuerſitatis demortui.*
2 *Bonorum poſſeſſio eſt iuris magis,quàm corporis poſſeſſio: vt & hæreditas.*
3 *Hæreditas nunquam pro diuiſo poſsideri poteſt.*
4 *Succeſſio omnis tam ciuilis quàm prætoria, vel eſt ex teſtamento,vel ab inteſtato.*
5 *Gradus ſucceſſionis ab inteſtato varij à prætore introducti.*
6 *Liberi ad contra tabul.bonorum poſſeſſ.eodem ordine vocantur,quo ad ſucceſſionem iure ciuili,& num.20.*
7 *Bonor.poſſeſsio ſecundum tab. inſtitutis & ſubſtitutis eodẽ modo defertur,ſicut hæreditas.*
8 *Hæres,cuius nomen conſultò inductum eſt, non poteſt petere bonorum poſſeſſ.*
9 *Lege.S.C.vel conſtitutione hæreditatem capere prohibente,ceſſat & bonorum poſſeſsio.*
10 *Hæreditatis petitio poſſeſſoria tantundem præſtat, quantũ ciuilis.*
11 *Ex Trebellia. S. C. etiã honorariæ actiones transferuntur.*
12 *S.C.Trebellianum etiam ad bonorum poſſeſſores, & cauſſam inteſtati pertinet.*
13 *Conditio legati,vt dentur hæredi decem: in perſona contra tabulas bonor.poſſeſſoris adimplenda eſt.*
14 *Hæreditas non adita,non tranſmittitur.*
15 *Bonorum poſſeſsio non agnita,non tranſmittitur.*
16 *Filiusfa.præteritus habet ius dicendi teſtamentum nullum.*
17 *Emancipato præterito datur bon poſſeſſ.contra tabulas.*
18 *Sui quoque præteriti poſſunt petere bon. poſſ. contra tabul.*
19 *Bonorum poſſeſsionis contra tabulas differentia inter ſuos, & emancipatos.*
21 *Adire hæreditatem volens,vel bonorum poſſeſsionem petere certus eſſe debet,defunctum eſſe teſtatorem.*
22 *Exhæredati non habent bonorum poſſeſſ.contra tabulas.*
23 *in Bonorum poſſeſſ. contra tab. eæ partes liberis tribuuntur quas ab inteſtato habituri eſſent.*
24 *Hæredis appellatione, etiam bonorum poſſeſſor continetur, & cæteri ſucceſſores.*
25 *Bonorum poſſeſſor omne ius hæredis nanciſcitur.*
26 *Miſsio in poſſeſsionem ex l.vlt.C.de edict.Diui Hadr.toll.etiam locum habet in teſtamento iuris prætorij.*
27 *Aequiparatorum idem ius.*
28 *Regula legis antiquæ cenſetur repetita in lege noua.*
29 *L.fin.C.de bon.quæ liberis.etiam obtinet in bonorum poſſeſſione.*
30 *Bonorum poſſeſsio etiam ad petitorium pertinet.*
31 *Appellare licet à ſententia bonorum poſſeſsionis.fallit, in extraordinarijs,nu.32.*
33 *Caſus dubius non debet eſſe melioris conditionis, quàm caſus certus.*
34 *Statuta de hæredibus loquentia,extenduntur ad bonorum poſſeſſores,& num.35.*

HVcuſque pręcipuas pugnas,ſucceſſionis Ciuilis & Prætorię retulimus, nunc videndum eſt: Succeſſio Ciuilis & Prætoria in quibus conueniant ac ſimilitudinem habeãt.

Primò,vtraq; ſucceſſio tam Ciuilis, quàm Prætoria, reſpicit † ius vniuerſitatis demor- 1
tui.Hęreditas enim nihil aliud eſt, quàm ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti,l.nihil aliud ff.de verbor.ſignificat.cum ſimilib. Ita etiam bonorum poſſeſſio eſt vniuerſitatis cuiuſque ſucceſſio, in qua ſucceditur in ius demortui, ſuſcipiturq́ue eius rei commodum & incommodum.l.3.in prin.ff.de bon.poſſ.

Secundò, vtraq; reſpicit ſolummodò ius, non rerum poſſeſſionem.Hęreditatis autem bonorúmue poſſeſſio, vt Labeo ait, non vti rerum poſſeſſio accipienda eſt: eſt enim iuris
magis,† quàm corporis poſſeſſio:Bona enim 2
in bonorum poſſeſſione propriè appellãtur: ſiue ſoluendo ſunt bona,ſiue non ſunt, ſiue damnum habent, ſiue lucrum, ſiue in corporibus ſunt,ſiue in actionibus: denique etſi nihil incorporale eſt in hęreditate : attamen rectè eius bonorũ poſſeſſionem agnitãLabeo ait.

ait.l.3.in prin.& § hæreditatis.ff.de bonorum
poſſeſſ.& Africanus:bonorum appellatio, ſi-
cut hæreditatis vniuerſitatem quandam, ac
ius ſucceſſionis, & non ſingulas res denotat.
l.bonorum.208.ff.de verb.ſignific.

Hinc rectè Paulus ſcribit, hæreditatem nū-
3 quam † pro diuiſo poſſideri poſſe. l.Pompo-
nius.8. in fine. ff.de rei vendicat. & Vlpianus:
Eum demũ teneri petitione hæreditatis, qui
vel ius pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſi-
det, vel rem hæreditariam.l.9.ff.de petit.hære
dita. Rem intellige partem, vel qui ex parte il
lius iuris hæres eſt.l.licet.10. ff eod. tit. Cuius
rei alia exempla adfert Cuiac.in trac.4.ad A-
fricanum,l.208.ff.de verb. ſignific.

Tertiò conſentiunt: Quemadmodum Ci-
uilis ſucceſſio, quędam eſt ex teſtamento, quę-
4 dam ab inteſtato: ita Prætor † quoque bono-
rum poſſeſſionem duplicem induxit. ex teſta-
mento quidem, bonorum poſſeſſionem con
tra tabulas, & bonorum poſſeſſionem ſecun-
dùm tabulas.tit. ff.& C. de bonorum poſſeſſ.
contra tabulas. & tit.ff.& C.de bonorum poſ
ſeſſione ſecundùm tabulas. Ab inteſtato ſimi
liter prætor certos gradus conſtituit, ſequutus
ordinem legis 12. tabul. Poſteaquam, inquit
Vlpianus, prætor loquutus eſt de bonorum
poſſeſſione eius qui teſtatus eſt, tranſitum fe-
cit ad inteſtatos, eum ordinem ſequutus, quē
& lex 12.tab.ſequuta eſt. Fuit enim ordinariũ
antè de iudiciis teſtantiũ, deinde ſic de ſucceſ-
ſione ab inteſtato loqui, ſed ſucceſſionem ab
inteſtato in plures partes diuiſit, fecit enim
5 gradus varios: Primum † liberorum, ſecun-
dum legitimorum, tertium cognatorum; de-
inde viri & vxoris.l.1.in prin.ff.ſi tab.teſtam.
nullæ extabunt.ſubiicit: Rectè autem prætor
à liberis initium fecit ab inteſtato ſucceſſio-
onis, vt ſecuti contra tabulas ipſis defert: ita
& ab inteſtato eos vocet. Id verò obiter notā-
dum, dictionem *ſecuti*, corruptam eſſe, & legi
debere, *ſicuti*: quæ dictio ſimilitudinem deno-
tat.& Modeſtinus: inteſtati, inquit, hi gradus
vocantur; primùm ſui hæredes, ſecundò, legi-
timi: tertiò proximi cognati, deinde vir & v-
xor.l.1.in prin. ff. quis ordo in bon.poſſ.ſeru.

Aliter tamen alibi Vlpia.in fragmentis tit.
28.inteſtati bonorum poſſeſſio per ſeptē gra-
dus datur: Primo gradu liberis: Secundò legi
timis hæredibus: Tertiò, proximis cognatis:
Quartò, familiæ: Quinto, patrono, patronę, li-
beriſve patroni, patronæve: Sextò, viro, vxo-
ri. Septimò, cognatis manumiſſoris, quibus
per legem Furiam, plus mille aſſes capere li-
cet; ſi nemo ſit ad quem bonorum poſſeſſio
pertinere poſſit, aut ſit quidem, ſed ius ſuum
amiſerit, populo bona deferuntur ex lege Iu-
lia caducaria.ita Vlpian.

Quæ bonorum poſſeſſionis genera, aliter
refert Iuſtinianus in tit.de bon.poſ. Primo lo
co ſuis hęredibus, & qui ex edicto prętoris in-
ter ſuos hæredes connumerantur, dat bono-
rum poſſeſſionem, vnde liberi. Secundò, legi-
timis hæredibus. Tertiò, decē perſonis. Quar-
tò, cognatis proximis. Quintò, tanquā ex fa-
milia. Sextò, patrono patronæve, liberiſq́; eo-
rum & parentibus. Septimò, viro & vxori. O-
ctauò, cognatis manumiſſoris. Quæ tamen ve
tuſta bonorum poſſeſſionis genera Iuſtinia-
nus euacuatis aliquibus ad quatuor grad⁹ vel
ordines redegit: vnde liberi, vnde legitimi,
vnde cognati, vnde vir & vxor. De quibus in
tract.de bonorum poſſeſſ.

Quartò conueniunt in cauſa teſtati: Nam
liberi vocantur, † ad contra tabulas bonorũ 6
poſſeſſionem, eo iure, eoq́; ordine, quo vocan
tur ad ſucceſſionem iure ciuili, l.1. §.vocātur,
ff.de bon. poſſ contra tab. Nam æquiſſimum
ordinem prætor ſecutus eſt: voluit enim pri-
mò ad liberos bonorum poſſ. cōtra tab.perti-
nere: mox, ſi inde nō ſit occupata, iudiciũ de-
functi ſequendũ.l.2.ff.de bon poſſ.ſecun. tab.

Quintò congruunt in eo quoq;, quod bon.
poſſ.ſecundùm tabul. defertur primo gradu
ſcriptis hæredibus, † mox illis non petētibus 7
defertur ſequentibus, non ſolùm ſubſtitutis,
ſed & ſubſtituti quoq; ſubſtitutis, & per ſeriē
ſubſtituti admittuntur. nam ſicuti primo lo-
co ſcripti, ad adeundam hæreditatem proxi-
mi ſunt, ita & ad bonorũ poſſeſſionē admittē
dam.l.2.§.defertur. ff. de bon.poſſ. ſecun.tab.
Cuius rei exempla adfert idem Vlpian.

Sextò, quemadmodum hæreditas ex teſta-
mento inualido peti non poteſt, ita nec bo-
norum poſſeſſio peti poteſt. Si cōſultò ſit in-
ductum nomen hęredis, † indubitāter proba- 8
tur bonorũ poſſeſſionem petere eũ non poſ-
ſe. quemadmodum non poteſt, qui hęres ſcri
ptus eſt, non cōſultò teſtatore. nam pro non
ſcripto eſt, quem ſcribi noluit.d.l.2.§.ſi cōſul-
tò.ff.de bon.poſſ.ſecun.tabu. De qua re in l,1.
§.ſed conſultò, ff.de his quæ in teſta.delen.

Septimò, in cauſa inteſtati, vbicumq; lex,
vel Senatuſc. vel conſtitutio, capere hęredita-
tē prohibet, † & bonorũ poſſeſſio ceſſat, l. nō 9
eſt ambigendũ.12.in fin. ff de bon. poſſ. cuius
rei exempla ſunt: de lege, in l.ſi patronus ff.de
bonis liber.l. hæres inſtitutus, ff.de adq. hære-
di. De Senatuſconſulto, l.1. §.qui operas. ff. ad
S.C.Treb.& tot. tit. ff.de ijs, quæ pro non ſcri-
ptis hab. De Conſtitutione, l.1.ff.ſi quis aliquē
teſtari prohibuerit, & ſimilia exempla.

Octauò, præterea quemadmodum hæredi
qui ad ſe ſolùm pertinere hæreditatem con-
tendit, petitio hæreditatis cōpetit. ff. & C. de
petit.hære.ei verò qui partem hæreditatis pe-
tit: petitio partis hæreditatis datur.l.1.& toto
tit ff.ſi pars hæred. petatur. Ita quoq; Prætor,
rationem habet eorum, quos ipſe velut hęre-
des facit, hoc eſt, eorũ quibus bonor. poſſeſſio
data

data eſt, ac poſſeſſoriam hæreditaris petitio-
nem ex decretali bonorum poſſeſſione indul-
10 get: per quam vtilem petitionem † hæredita-
tis poſſeſſoriam, tantundem conſequitur bo-
norum poſſeſſor: quantum ciuilibus actioni-
bus hæres conſequi poteſt. l.1.& l.2. ff. de poſ-
ſeſſoria hæredit. petit.

Nonò, Hærede reſtituente hæreditatem fi-
deicommiſſario, ex Senatuſconſulto Trebel-
liano, transferuntur in hunc omnes actiones
ciuiles, ita ex eodem quoque Senatuſcon. per
interpretationem transferuntur in fideicom
11 miſſarium † actiones honorariæ: quamuis
Senatuſconſultum Trebellianum loquatur
tantum de his transferendis actionibus, quæ
iure ciuili hæredibus, & in hæredes compe-
tunt. nulla enim ſeparatio eſt, quoad actiones
ciuiles, & prætorias. l. quamuis. 40. ff. ad S. C.
Trebell.

Decimò, pariter in hoc quoque, pari iure
æſtimantur. Senatuſconſultum Trebellianũ,
licet conceptum ſit de fideicommiſſariis hæ-
reditatibus reſtituendis, & de hæredibus iuſſis
hæreditatem reſtituere fideicommiſſario, l.1.
in princ. ff ad S.C. Trebel. attamen bonorum
12 quoque poſſeſſores † ex Trebelliano reſtitue-
re debẽt hæreditatem d.l.1. § hoc autem S.C.
in fin. Deinde licet S.C. Trebellianum loqua-
tur de hærede inſtituto, & ſic in cauſa teſtati:
nihilominus tamen S. C. Trebellianum lo-
cum quoque habet in inteſtatis, & ad inteſta-
tos quoque pertinet. d.l.1. § hoc autem S C. ſi-
ue legitimi, ſiue honorarij ſint ſucceſſores. l.
recuſare 6. §. meminiſſe ff. ad S.C Trebel quo
pertinet l.3 C. eod tit § præterea. Inſtitu. de fi-
decom. hæred. & ad S.C. Trebel.

Vndecimò concordant & in eo ſimiliter.
Extraneo hærede inſtituto, & ſub hac condi-
tione, legato relicto legatario: ſi decem dede-
rit perſonæ exceptæ, eadẽ conditio obtinet in
in ſuo, qui præteritus, contra tabulas bonorũ
13 poſſeſſionem accepit: † ſi huic decem dede-
rit, non ſi hæredi inſtituto. nam, vt Paulus ait:
ita ei legatorum actio dabitur, ſi ei, qui con-
tra tabulas bonorum poſſeſſionem accepit,
decem dederit: non ſi hæredi inſtituto, l. is
qui in poteſtate. 15. §. ſi extraneo. ff. de legat.
præſtand.

Duodecimò, veteri iure in eo etiam pro-
14 fus conueniunt: hæreditas † non adita non
tranſmittitur. l. vnica § in nouiſſimo ibi: hæ-
reditatem etenim. niſi fuerit adita, tranſmit-
ti. nec veteres concedebant nec nos patimur.
C. de caducis tollend. cum ſimilibus. Idem eſt
in bonorum poſſeſſione. nam hæc non agni-
15 ta. † non tranſmittitur l.1 § adquirere. ibi, de-
nique ſi ante deceſſero, quàm ratum habeam,
nulla dubitatio eſt: quin non competat mihi
bonorum poſſeſſio quia neque ego ratum ha-
bui: neque hæres meus ratum habere poteſt,
cùm ad eum non tranſeat ius bonorum poſ-
ſeſſionis, ff. de bonor. poſſeſſ. l. emancipata, C.
qui admitti ad bonor. poſſeſſ. poſſunt. Cuius
rei in bonorum poſſeſſione, quod non agni-
ta non tranſmittatur, cauſſæ nouem, illæque
diuerſæ à diuerſis adferuntũr, in l. emancipa-
ta, C. qui admitti ad bonor. poſſeſſ poſſ. prout
latè deducemus in cap. de tranſmiſſionibus.

Decimotertiò, ſimilitudinem quoque ha-
bet ſucceſſio vtraque. Nam ſicuti de iure ciui-
li, ſi filius in poteſtate præteritus ſit, † compe- 16
tit ipſi ius dicendi teſtamentum eſſe nullum.
Inter cætera, inquit Caius, quæ ad ordinanda
teſtamenta neceſſariò deſiderantur, principa-
le ius eſt de liberis hæredibus inſtituendis, vel
exhæredandis, ne præteritis iſtis rumpatur te-
ſtamentum: namque filio qui in poteſtate eſt,
præterito, inutile eſt teſtamentum, l. 30. ff. de
liber. & poſthum hæred. inſtituen. Et Paulus:
Dum apud hoſtes eſt filius, pater iure fecit te-
ſtamentum, & rectè cum præteriit: cùm, ſi in
poteſtate eſſet filius, nihil valiturum eſſet te-
ſtamentum l.31 ff eodem tit. Et idem alibi: ſi
filius qui in poteſtate eſt, prӕteritus ſit, & viuo
patre decedat, teſtamentum non valet, nec ſu-
perius rumpetur, & eo iure vtimur. l 7. ff. eod.
Quò pertinet l. ſi quis eum. in fin. ff. de vulga.
& pupil. & tit. C. de liber. præter. & exhæreda.
l. poſthumo. & ibi glo. C. de bonorum poſſeſ.
contra tabul. vbi præ cæteris Iaſon diſputat,
an præterito filio in poteſtate, teſtamentum
ſit nullum ipſo iure, abſque eo, quòd filius prӕ-
teritus dicat nullum; an verò ita demum ſit
nullum, ſi impugnet. Et Inſt. de exhæred. libe.
in prin & § ante. Inſt. de legat.

Ad ſimilitudinem itaque iuris Ciuilis, de
iure quoque Prætorio, emancipato præterito,
† datur bonorũ poſſeſſio contra tabulas: Non 17
tantùm autem ipſi emancipati admittuntur
ad bonorum poſſeſſionem, contra tabulas,
ſed & nepotes. ideoque ſi emancipatus filius
nepotem procreauerit, & ita deceſſerit: dein-
de auus eius: nepos ad aui bonorum poſſeſſio
nem venire poteſt. l.6. ff. de bonorum poſſeſſ.
contra tabul. Nepote quoque ſolo emancipa-
to, & auo mortuo, deinde patre: eius nepos ac
cipiet bonorum patris poſſeſſionem. quia ſu-
ius hæres eſſet futurus patri, ſi de poteſtate a-
ui non exiſſet. Filio emancipato, ſi nepos retẽ-
tus ſit, & vtrique præteriti, vtrique accipient
bonorum poſſeſſionem. d.l.6 § quod ſi. verſi.
nepote. & § filio emancipato. ff. de bon. poſſ.
contra tabul. Quinimò bonorum poſſeſſio
contra tabulas competit etiã liberis, ſiue natu
rales (intellige & legitimi) ſiue adoptiui ſint,
ſi neque inſtituti, neque exhӕredati ſint, l.1. in
princ. ff. eod. ſiue ſui iuris facti ſunt, vel quia
emancipati. aut aliàs exierunt de patris pote-
ſtate. d.l.1. §. & ſui iuris: ſiue † ſui ſint, & in po- 18
teſtate cõſtituti. l. ſed quum patrono. §. bono-
rum

rum poſſeſſionis beneficium. ff. de bonorum
poſſeſſ. l. is qui in poteſtate. 15 in princ. l. ſi duo.
16. ff. de legat. præſtand. l. maximum vitium.
§. ſancimus. ibi, qualem vel ſuus. C. de liberis
præterit. §. eadem hæc. Inſtit. de hæred. qualit.
& differen. Eſt tamen inter ſuos, & emancipa
19 tos, † petentes bonorum poſſeſſionem con-
tra tabulas, hoc caſu inſignis differentia. nam
is qui in poteſtate eſt, præteritus, legatum non
debet, vel legatum non præſtat. emancipati
præſtant exceptis edicto perſonis comprǽhē-
ſis, d. l. is qui in poteſtate. & d. l. ſi duo. Deinde
emancipati reſcindunt primas, non ſecundas
tabulas: ſui vtraſque.

Decimoquartò conueniunt in eo, quod
20 liberi † per contra tabulas bonorum poſſeſſio
nem vocantur eo iure, eoque ordine, quo vo-
cantur ad ſucceſſionē ex iure ciuili. l. 1. §. vocā-
tur. ff. de bon. poſſeſſ. contra tabulas, ac vt Pau
lus ait: Exemplo iuris legitimi, & bonorum
poſſeſſio cōtra tabulas diſtribuitur. l. ſi in ad-
optionem. 11. ff. eod. tit.

Decimoquintò, in multis quoque aliis ca-
ſibus hæredes & bonorum poſſeſſores, pari iu
re vtuntur. Qui hæreditatem adire, vel bono-
rum poſſeſſionem petere volet, certus eſſe de-
21 bet, † defunctum eſſe teſtatorem. l. 19. ff. de ad-
quirend. hæredit. Vlpian. obijcitur matri pa-
ter, in vtriuſque bonis tam filij, quàm filiæ, ſi-
ue hæres, ſiue bonorum poſſeſſor exiſtat. l. 2. §.
obijcitur ff. ad S. C. Tertul. & alibi Vlpianus:
non putauit prætor exhæredatione notatos,
22 & remotos, † ad cōtra tabulas bonorum poſ-
ſeſſionem admittendos: ſicuti nec iure ciuili,
teſtamenta parentum turbant, ſanè ſi velint
inofficioſi querelam inſtituere, eſt in ipſorū
arbitrio. l. non putauit. 8. in princi. ff. de bon.
poſſ. cont. tab. & ibidem: à primo gradu præte-
ritus eſt filius, à ſecundo exhęredatus: ſi in pri
mo gradu ſcripti non ſint in rebus humanis,
mortis teſtatoris tempore: dicendum eſt con
tra tabulas bonorum poſſeſſionem præteri-
tum petere non poſſe. hæreditas enim in ſe-
cundo gradu verſatur, non in primo. ex quo
neque adiri hæreditas, neque bonorum poſ-
ſeſſio peti poteſt, &c. d. l. 8. §. à primo. & ite-
rum ibidem, in §. fin. Prætori enim propoſi-
23 tum eſt, cum contra tabulas bonorum poſſeſ-
ſionem dat, eas † partes vnicuique liberorum
tribuere, quas inteſtato patre mortuo, in hæ-
reditate habiturus eſſet, ſi in poteſtate manſiſ-
ſet. & Paulus: quamuis enim iure ciuili defici-
ant liberi, qui propter capitis diminutionem
deſierunt, ſui hæredes eſſe, propter æquitatem
tamen reſcindit eorum capitis diminutionē
prætor: legum quoque tuendarum cauſa dat
bonorum poſſeſſionem. l. 6. ff. de bonorum
poſſeſſ. & iterum Paulus: hæreditatis appella-
tione bonorum quoque poſſeſſio continetur.
l. 138. ff. de verborum ſignific. quo pertinet et-
iam Vlpiani locus. Hæredis † appellatione o- 24
mnes ſignificari ſucceſſores credendum eſt,
etſi verbis non ſint expreſſi. l. 170. ff. eod. titu.
& iterum Paulus: verùm hoc iure vtimur, &
vt ſucceſſor hæredis rectè ex Trebelliano re-
ſtituat: veluti hæres, bonorumúe poſſeſſor.
l. quamuis. 40. ff. ad S. C. Treb. & Papinianus
de ſuppoſito loquēs: exemplo legitimi ſecun-
dùm tabulas interim accipere non poteſt. l.
ſcriptus. 2. ff. de Carbonia. edict. & l. 1. §. non
quærimus. ibi, quaſi hæres legitimus poſſidet,
aut quia bonorum poſſeſſionem accepit ab
inteſtato. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. &
l. 47. ff. de bon. libertor. §. penult. ibi, ad hære-
ditatem legitimam, item ad bonorum poſſeſ-
ſionem aui petendam pertinere. & Iulianus:
ſi quis fideicommiſſa hoc modo dedit: Quiſ-
quis mihi hæres erit, bonorumúe poſſeſſor,
eius fidei committo; fideicommiſſa præſtari
debent: quia pater f. qui teſtamenti factionem
habet, & codicillos facit, perinde haberi de-
bet, ac ſi omnes hæredes eius eſſent, ad quos le
gitima eius hæreditas, vel bonorum poſſeſſio
peruentura eſſet, l. 3. ff. de iure codicil. & ite-
rum: ſicuti conceditur vnicuique ab eo, ad
quem legitima eius hæreditas, vel bonorum
poſſeſſio peruentura eſt, fideicommiſſum da-
re: ita & ab eo, ad quem impuberis filij legiti-
ma hęreditas, vel bonorum poſſeſſio peruen-
tura eſt, fideicommiſſa rectè dabuntur. l. ſi fun
dum per fideicommiſſum. 92. §. vlt. ff. de lega-
tis lib. 1. & iterum Iulianus: Omne enim ius,
quod per cauſam hæreditariam ſcriptus hæ-
res nanciſcitur, ad eum transferri æquum eſt, 25
quem Prætor † hæredis loco conſtituit. l. cum
emancipatus. 13. ff. de bonorum poſſeſſ. con-
tra tabulas. & Scæuola: quæſitum eſt, ſi ſoror
centumuirali iudicio obtinuerit, an fideicō-
miſſa ex capite ſupraſcripto debeantur? re-
ſpondi: ſi hoc quæratur, an iure eorum, quos
quis ſibi ab inteſtato hęredes, bonorumve
poſſeſſores ſucceſſuros credat, fideicommit-
tere poſſit. l. 13. ff. de inoffi. teſtamen. [illegible] etiam
in reſcriptis. ſic Philippus l. 2. C. ſi omiſſa cau-
ſa teſtamenti. ibi, quod ſi cum iam neque adi-
ri ex teſtamento hęreditas, neque bonorum
poſſeſſio peti poſſit, iudicium defuncti non
vſurpabitur. & Alexand. l. 1. C. de legit. hęred.
in ſucceſſione, quę titulo conſanguinitatis,
vel in bonorum poſſeſſione quæ proximita-
tis nomine competit, tam fratres, quàm ſoro
res pari iure eſſe, licet non ex eadem matre ſu
ſcepti ſint, ius certum eſt. & Dioclet. & Maxi-
mia. ſi iure agnationis adita hęreditate, vel
petita bonorum poſſeſſione ſucceſſiſti, eorū
ſubſtantiam vendicare non prohiberis. l. 8. C.
eod. tit. & multis aliis iuris capitibus, quę enu
merare ſuperuacaneum eſſe puto.

Decimoſextò, ex noſtrorum quoque inter-
pretum ſententia, conſtitutio Iuſtiniani de

hęrede, vel ex aſſe, vel parte, inſtituto, in teſta-
mento iuſto & legitimo, nec viſibili vitio la-
borante, mittendo in poſſeſſionem earum re
rum, quæ teſtatoris mortis tempore fuerunt,
nec ab alio legitimo modo detinentur, locũ
26 quoq; habet in teſtamento,† quod ex ſolo iu-
re prætorio ſuſtinetur. Cuius exemplum eſt:
poſthumus præteritus viuo teſtatore natus,
deceſſit; licèt iuris ſcrupuloſitate teſtamentũ
ruptum videatur: attamen ſi ſignatum fuerit
teſtamentum, bonorum poſſeſſionem ſecun-
dùm tabulas accipere hæres ſcriptus poterit,
hæreditatemq́; obtinebit. idq́; ex reſcripto di-
ui Adriani. idcircoq́; & legatarij, & fideicom-
miſſarij habebunt ea, quæ ſibi relicta ſint, ſecu
ri. l. 12. ff. de iniuſto rupto, & irrito facto teſta-
mento. Sicut & alijs caſibus, quibus teſtamen-
tum ſolo prætorio iure valet: quos enumerat
Accurſius in l. fin. in verbo, non vrgentur. ver
ſic. primus eſt. C. vnde legitimi. Interpretes in
d. l. fin. & ibi Bart. num. 19. verſi. quid de teſta-
mento, quod valet tantum de iure prætorio,
&c. ſequitur Salicet & Fulgoſius. Iaſon num.
21. Decius num. 39. Hubertus Zuchardus in re
petit. l. finalis, num 351. C. de edicto diui Adria
ni tollendo. Mouentur authoritate pruden-
tum in l. 1. §. bonorum. ff. ad S. C. Tertyl. l. in
conditionibus. §. 2. ff. de condictio. & demon-
ſtratio. l. in omnibus. ff. de bon. poſſ. l. hæredi-
tatis appellatione. 138. ff. de verb. ſignific. Qui-
bus addi poſſunt & alia iura. Deinde, quando
caſus æquiparãtur à lege antiqua: ſi noua lex
ſuperueniat, quæ aliquid inducit in vno, intel
27 ligitur † etiam id inducere in altero: ex natu-
ra æquiparatorum. Euerhard. in Topic.

Quotiens etiam lex antiqua, procedit per
28 modum regulæ, talis regula † ſemper cenſe-
tur repetita in lege noua. Barto. in l. Prætor. §.
eritq́ue differentia. in fin. ff. vi bonorum rapt.
Bald. in l. quemadmodum. §. hæc verba. ff. ad
leg. Falcid. Socinus conſi. 242. colum. 4. lib. 2.
Atqui pro regula traditur: hæreditatis appel-
latione. bonorum quoque poſſeſſionem con
tineri. d. l. hæreditatis appellatione. Ergo etiã
in noua lege, qualis eſt conſtitutio Iuſtiniani
de edict. diui Adriani tollend. cenſetur com-
præhenſa bonorum poſſeſſio.

Decimoſeptimò. Iiſdem rationibus idem
ſtatuitur de conſtitutione Iuſtiniani, ſub l. fi-
nal. C. de bonis quæ liberis: quod & hæc exten
29 datur,† & producatur ad bonorum poſſeſſio-
nem, quemadmodum præ cæteris æquipara-
tionem hanc probat Zuchard. in l. 1. num. 95.
C. qui admitti ad bon. poſſ. poſſunt.

Decimooctauò, eadem æquiparatio à no-
ſtris prudentibus traditur in caſu Conſtituti-
onis Impp. Valentini, Theodoſij, & Arcadij,
ſub l. vnica, C. ſi de moment. poſſeſſ. fuerit ap-
pellat. quemadmodum enim petitio hæredi-
tatis petitorij eſt iudicij, quod à poſſeſſorio
prorſus ſeparatur. l. naturaliter. §. nihil com-
mune. ff. de adquir. poſſeſ. ita etiam bonorum
poſſeſſio † ad petitorium pertinet. vnde ea cõ 30
moda, quæ petitorij iudicij ſunt propria, & ad
petitionem hæreditatis pertinent; bonorum
poſſeſſioni etiam communia ſunt, & per cõ-
ſequens, ſicut appellatio à ſententia in petiti-
one hæreditatis permiſſa eſt: ita etiam à ſen-
tentia in bonorum poſſeſſione † appellare li- 31
cet. Bonorum enim poſſeſſio ſignificat merũ
ius hæreditatis, & ſic reſpicit ipſam vniuerſi-
tatem, non autem res particulares. Nam etſi
nihil corporale eſt in hæreditate, attamen re-
ctè eius bonorum poſſeſſionem agnoſci, La-
beo ait. l. 3. §. hæreditatis. ff. de bon. poſſ. de qua
re Zuchardus in rubr. C. qui admitti. num. 57.
Hyppol. Riminald. in l. 1. num. 554. C. eodem.
idq́ue exemplo hæreditatis, quæ ſine vllo cor-
pore iuris intellectum habet. l. hæreditas. 50.
ff. de petit. hæred. l. pecuniæ. §. 1. ff de verb. ſig-
nificat. Hinc iterum, ſicut in petitione hære-
ditatis agens debet declarari hæres: ita in iu-
dicio bonorum poſſeſſionis debet declarari
bonorum poſſeſſor. & ita repræſentat petito-
rium; vnde meritò appellatio in bonorum
poſſeſſione conceditur, ſicut in iudicio peti-
tionis hæreditatis. Quod in bonorum poſſeſ-
ſionibus ordinariis, abſque dubio apud om-
nes obtinuit, nempè in bon. poſſeſſ. ab inteſta-
to, vnde liberi: vnde legitimi: vnde cognati:
vnde vir & vxor. Ex teſtamento item, ſcilicet
ſecundùm tabulas, vel contra tabulas. Aliud
& diuerſum ſtatuitur in bonorum poſſeſſio-
nibus † extraordinarijs, pròut eſt bonorum 32
poſſeſſio vetris nomine, & illa, quæ datur gra-
tia agnoſcendæ litis, necnon Carboniana nõ
enim tribuunt ius in proprietate: imò, duę pri
mæ nec tribuunt ius in poſſeſſione. Bartol. in
l. Papinianus. §. 1. ff de inoffi. teſtam. Ioannes
Faber §. cum igitur. num 6. Inſtit. de bon. poſ-
ſeſſ. Carboniana tamen vera confert ius in ſo
la poſſeſſione. l. 3. §. iuſſum. ff. de Carboni. edi-
cto. Guiliel. Mayner. in l. quotiens. num. 27. ff.
de regu. iur. inde etiam dicuntur poſſeſſiones
facti, & non iuris. Ioan Faber, in d. §. cum igi-
tur. num. 6. & Maynerius præcitata l. quotiẽs.
num. 27. Meritò itaque in his extraordinariis
tãquam merè poſſeſſoriis appellatio denega-
tur. Interpretes in d. l. quotiẽs. Accedit, quòd
appellatio denegatur à ſententia lata ſuper
poſſeſſione, quæ poteſt eſſe temporalis, & eſſe
perpetua, prout eſt momentanea. Multò ma-
gis denegabitur appellatio victo in bonorum
poſſeſſionibus extraordinariis, quæ non poſ-
ſunt eſſe niſi temporales. arg. auth. multò ma-
gis. C. de ſacroſan. eccleſ. aliàs ſequeretur, me-
liorem eſſe conditionem in caſu dubio,† quã 33
certo, contra text. in l. Titia ff. ſol. matr. l. natu
raliter. §. nihil commune. ff. de adquir. poſſeſ.
ita Interpretes in l. fin. & ibi Dec. num. 5. verſi.
non

non omitto. Corneus num. 17. C qui admitti ad bo. poſſeſſ. poſſ. Bal. in l. infantis. in 2. quęſt. C. eod. Hinc etiã extraordinariæ dicuntur. l. 1. & ibi glo. 2. ff. de bonorum poſſeſſ. Azo in Rubri. C. de Carbonia. edicto. num. 6. Alberic. in l. Carbonianum §. cauſæ cognitiò. ff. de Carbon. edicto. num. 6 ac nouiſſimè Cæſar Contardus, in l. vnica. C. ſi de momentanea poſſeſſ. fuerit appellat.

Decimononò, idem traditum eſt de ſtatutis loquẽtibus de hæreditate vel hærede; quòd hæc ſtatuta intelligenda ſint, & producenda,
34 vel extendenda † ad bonorum poſſeſſionem, vel bonorum poſſeſſores. Licèt enim hic propriè non ſit hæres, tamen per omnia habet effectum hæredis Bart in l. 1 § bonorum: & ibi Roman & alij. ff ad S.C. Trebel. Bart. Bald. Alexan. Franciſ. Aretin. C. vnde liberi. gloſ. in l. fin. verſi. legitimo. & ibi Bartol. colum. antepenult. Fulgoſi. Iaſon & Decius. C. de edict. diui Adriani tollend. cùm aliis copioſè relatis à Tyraquello in tract. le mort ſaiſit le vif. par. 2. declar. 2. num. 7.

Dubitatum eſt: an in quibus caſibus, ex forma ſtatuti, poſſeſſio hæreditatis ipſo iure ex ſola legis diſpoſitione, in hæredem transfertur, ſine actu corporeo, transferatur quoque
35 iiſdem caſibus † in bonorum poſſeſſorem? quod plæriq; conſtanter tradiderunt, de quo Vaſquius in parte 3. §. 0 num. 25. & in l. ſi quãdo. in princ. C de inoffic. teſtam. Quæ tamen æquiparatio in ſtatutis nõ eſt vniuerſalis, prout in 1. parte primi libri de bonorum poſſeſſione dicetur, an hæredis appellatione bonorũ poſſeſſor comprehendatur.

CAPVT VII.

Secunda diuiſio ſucceſsionis.

SVMMARIA.

1 *Succeßio omnis aut ab inteſtato eſt, aut ex teſtamento.*
2 *Verba leg. 12. tab. de ſucceßione ab inteſtato, varie relata.*
3 *Legis 12. tab. verba antiqua de ſucceßione ex teſtamento.*
4 *Nouo iure qui fiant hæredes.*
5 *Teſtamenti cauſa prior eſt quàm inteſtati.*

SVcceſſio vtraque tam Ciuilis, quàm Ho-
1 noraria, aut ab inteſtato, † aut ex teſtamento defertur: quantum ad Ciuilem ſucceſſionẽ attinet: diuiſio hæc ex lege 12. tabul deſumpta
2 eſt. De ſucceſſione ab inteſtato, verba † legis priſca feruntur: PATRISFAMILIAS QVEI ENDO TESTATO MORITOR, QVEI QVE SOVOS HAERES NEC ESSIT, AGNATOS PROXOMOS FAMILIAM PEQVNIAMQ. HABETO Quæ antiqua verba Cicero lib 1. de Inuentione, & auctor ad Herennium lib. 1. ſic referunt: SI PATERFAMILIAS INTESTATO MORITVR, FAMILIA PECVNIAQVE AGNATORVM GENTILIVMQVE ESTO. Vlpianus autem in fragmentis titu. 26. de legitimis hęredibus: Inteſtatorum, inquit, ingenuorum hæreditates, pertinent primùm ad ſuos hæredes, id eſt, liberos, qui in poteſtate ſunt: cæteroſque qui in liberorum loco ſunt. ſi ſui hæredes non ſunt, ad conſanguineos, id eſt, fratres & ſorores ex eodem patre, ſic nec hi ſunt, ad reliquos agnatos proximos, id eſt cognatos virilis ſexus per mares deſcendentes, eiuſdem familiæ: id enim cautum eſt legẽ 12. tabularum. SI INTESTATVS MORITVR, CVI NEC SVVS EXTABIT HAERES, AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO: Quæ verba idem Vlpianus mutilata refert, in l. pronunciatio. 195. §. 1. Ibi, vtputà in l. 12. tabul. AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO. ff. de verbor. ſignific.

De ſucceſſione autem ex teſtamento, ver-
ba priſca legis † 12. tabul. ſic fuiſſe antiquitatũ 3
periti tradunt: PATERFAMILIAS VTEI SOPER FAMILIA PEQVNIAQVE SOVA LEGASSET: ITA IVS ESTO. Vlpianus verba legis 12. tabul. extendit, & paulò aliter recenſet, tit. 11. in Inſtitut. Teſtamento quoque tutores dati confirmantur eadem l. 12. tab. his verbis: VTI LEGASSIT SVPER PECVNIA, TVTELAVE SVAE REI, ITA IVS ESTO. Et Põponius, verbis legis 12. tabularum his: VTI LEGASSIT SVAE REI, ITA IVS ESTO: latiſſimã poteſtas tributa videtur, & hæredes inſtituendi, & legata & libertates dandi: tutelas quoque conſtituendi, ſed id interpretatione coanguſtatum eſt, vel legum, vel auctoritate iura conſtituentium, l. verbis legis. 120. ff. de verbor. ſignific. Et Iuſtinianus tit. de lege Falcidia, in princ. Cùm enim olim lege 12. tabularum libera erat legandi poteſtas, vt liceret vel totum patrimonium legatis erogare: quippè cum ea lege cautum eſſet: VTI QVISQVE LEGASSET SVAE REI, ITA IVS ESTO. Quæ verba in lege Falcidia appoſita fuiſſe, teſtatur Paulus in l. 1. in princ. ff. ad leg. Falcidiã. QVI CIVES ROMANI SVNT: QVI EORVM POST HANC LEGEM ROGATAM TESTAMENTVM FACERE VOLET, VT EAM PECVNIAM EASQVE RES QVIBVS DARE LEGARE VOLET, IVS POTESTASQVE ESTO. Ex legibus itaque 12. tabul. vel decemuiralibus, duo profluxerunt ſucceſſionũ genera in vniuerſum ius defuncti: nempè ex cauſa teſtati, & inteſtati. Sic etiam Caius I. C. Hæreditas, inquit, ad nos pertinet, aut vetere iure, aut nouo. Vetere, è lege 12. tabularum, vel ex teſtamento, quod iure factum eſt. l. 1. ff. de petit. hæredit.

Nouo iure fiunt hæredes omnes, † qui ex 4
Senatuſconſultis aut ex conſtitutionibus ad hæreditatem vocantur. l. 3. in fine. ff. eod titu. & Vlpianus, lege obuenire hæreditatem non impropriè quis dixerit, & eam, quæ ex teſtamento defertur: quia lege duodecim tabularum teſtamentariæ hæreditates confirmãtur.

l.lege obuenite.130.ff.de verbor. ſignific. & i.
terum Vlpianus: poſtcaquam prætor loquu.
tus eſt de bonorum poſſeſſione eius,qui teſta.
tus eſt,tranſitum fecit ad inteſtatos, eum ordi
nem ſecutus,quem lex 12.tabul.ſecuta eſt. fuit
5 enim ordinarium ante de Iudiciis † teſtanti.
um: deinde ſucceſſione ab inteſtato ſic lo.
qui.l.1.ff.ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt.
& alibi Vlpianus:& nõ ſolùm ad teſtatos hæc
verba,verùm ad inteſtatos quoque pertinent.
l.cùm quidam.30.§.quod dicitur.ff.de adquir.
vel omit.hæred.

CAPVT VIII.

Duobus præcedentibus generibus, ſucceſsioni nempè ab inteſtato, & ex teſtamento, an tertium genus rectè adiiciatur, nempe ſucceſsio contra teſtamentum, quod plerique affirmarunt, Auctor improbat.

SVMMARIA.

1 *Succeßio contra teſtamentum, an ſit tertia & ſeparata ſpecies ſucceßionis. & quod ſit ſpecies ſucceßionis ab inteſtato, num.5.*

2 *Adoptiuus filius non poteſt contra teſtamentum patris adoptiui agere.*

3 *Fratres vterini non habent querelam inoff.teſtam. & quid in aliis collateralibus.*

4 *contra Teſtamentum ſucceßio non eſt diuerſa ſpecies ſucceßionis.*

6 *Succeßio ab inteſtato dupliciter contingit.*

7 *Succeßio omnis, tantùm duas ſpecies continet: ex teſtamento ſcilicet, & ab inteſtato, & num.15.*

8 *Conditionis in teſtamento ſcriptæ euentus, inteſtati ſucceßionem excludit.*

9 *non Eſſe, vel non legitimè eſſe, paria ſunt.*

10 *Teſtamentum ruptum, vel irritum redditum, pro non facto habetur.*

11 *Succeßio contra teſtamentum regulatur à iure ſucceßionis ab inteſtato.*

14 *Bonorum poſſeßio contra tabulas diſtribuitur exemplo iuris legitimi: & ſub inteſtati cauſa continetur. num.13.*

15 *Teſtamento reſciſſo, ſucceßioni ab inteſtato locus ſit.*

16 *Didacus Couarru. reprehenditur.*

SVcceſſionem contra teſtamentum, eſſe
1 prorſus alienam & diſcrepãtem † à ſucceſ.
ſione ab inteſtato,& ea quę eſt ex teſtamento,
apud pleroſq; pro expedito habetur. Quæ ſen
tentia cõfirmari poteſt Succeſſio enim ab in.
teſtato obtinet, cùm quis nullo facto teſtamẽ
to deceſſit,aut facto quidem teſtamẽto, quod
tamen iure nõ admittitur. §.1.Inſti.de hæred.
quæ ab inteſtato deferun.cum ſimilib.Succeſ.
ſio etiam ex teſtamento propriè dicitur, quæ
nititur voluntate defuncti,& ſic ſecundùm iu
diciũ & voluntatem defuncti fit. Atqui ſucceſ
ſio contra teſtamentum, ſucceſſio ab inteſta.
to dici non poteſt, cùm ab initio conditum
fuerit teſtamentum. nec etiam ex teſtamen.
to,cùm voluntatem teſtatoris infringat & op
pugnet.Vnde conſequitur,tertium eſſe genus
ſucceſſionis,nempe,contra teſtamentum. in.
de etiam conſequitur, tria hæc eſſe diuerſa:
ſuccedere ab inteſtato: ſuccedere ex teſtamen
to:& agere contra teſtamentum. Quod vel
inde quoque probatur: Filius ab extranea per.
ſona adoptatus habet ius ſuccedendi ex teſta.
mento,& ab inteſtato: non tamen habet ius
agendi † contra patris adoptiui teſtamentũ. 2
Licentiam damus,inquit Iuſtinianus, tali ad.
optiuo patri,id eſt,extraneo, ſi voluerit nihil
ei ſuo teſtamento relinquere: ſed quidquid ei
reliquerit, hoc liberalitatis ſit, & non legiti.
mo vinculo adſtrictum. l. cum in adoptiuis.
10 §.ſed ne articulum adoptionis. C.de adop.
tionibus. Quemadmodum ſimiliter manife.
ſta extat differentia in eo quoque: Fratres ſuc.
cedunt fratribus,ex teſtamento, & ab inteſta.
to. Nec tamen † fratres vterini querelam in. 3
officioſi contra teſtamentum fratris,vel ſoro
ris mouere poſſunt: conſanguinei verò non
aliter, niſi ſcriptis hæredibus infamibus, vel
libertis ingratis.l.fratres.27.C.de inoffic.teſta
men idem eſt in filiis fratris, vel ſororis, hi e.
nim patruo, vel auunculo, amitæ vel mater.
teræ, ſuccedere poſſunt ex teſtamento, & ab
inteſtato.attamen patrui,vel auunculi,amitæ
etiam & materteræ teſtamentum inofficio.
ſum fruſtrà dicunt.l.fratris vel ſororis. 21. C.
eod.titul. quod etiam obtinet in vlterioribus
tranſuerſalibus nam hi ex teſtamento, & ab
inteſtatò ſuccedunt:nemo tamen eorum,qui
ex tranſuerſa linea veniunt,exceptis fratre &
ſorore cõſanguineis, ad inofficioſi querelam
admittuntur,d.l.fratris,in fin. Hinc Vlpianus
ſcribit,cognati proprij,qui ſunt vltra fratrem
melius facerent,ſi ſe ſumptibus inanibus non
vexarent,cùm obtinere ſpem non habeant. l.
1.ff.de inoffic.teſtam.

Sed repudiata hac ſententia, cõſtanter ad.
ſero, duo tantùm eſſe ſucceſſionum genera:
ex teſtamento nempe & ab Inteſtato; † tertiũ 4
verò genus non rectè adiici. nam, vt Vlpian.
ait,inteſtati propriè appellantur,qui cum poſ
ſunt teſtamentum facere,teſtati non ſunt:ſed
& is,qui teſtamentum fecit, ſi eius hæreditas
adita non eſt, vel ruptum,vel irritum eſt teſta
mentum, inteſtatus non impropriè dicetur
deceſſiſſe.l.1.ff.de ſuis & legitim.& Imperator
Leo:ius inteſtatę ſucceſſionis definit, vt ſit aut
teſtamento penitus non condito, aut ſi factũ
fuerit: contra tabulas bonorum poſſeſſione
petita,vel inofficioſi querela mota, reſciſſo.l
vt liberis.17.C.de collat. & Iuſtinianus: inte.
ſtatus decedit, qui aut teſtamentum omnino
nõ fecit,aut id quod fecerat, ruptũ, irritumue
factum eſt, aut ſi ex eo nemo hæres extiterit.
§.1.Inſtit.de hæred.quæ ab inteſtat.

Ex

Ex quibus verbis manifeſtum redditur,
quotiens teſtamentum impugnatur, rumpi-
tur,aut irritum redditur, tum rem ad cauſam
inteſtati redigi: & ſic ſucceſſionem contra te-
5 ſtamentum, † eſſe ſpeciem ſucceſſionis ab in-
teſtato. Succeſſio enim ab inteſtato duplici-
6 ter contingit. Primò, † quando nullum pror-
ſus factum eſt teſtamentum. Secundò, quan-
do teſtamentum quidem conditum eſt, ſed
tamen vitioſum eſt,quod fit,quando teſtamē
tum ab initio non iure factum eſt:vel iure qui
dem ab initio factum, ſed rupti & irriti vitio,
reſolutum,ac eneruatum, §. ſed & ea. in fine.
Inſtitut. quibus modis teſtamenta infirmen-
tur.& ff. titul. de iniuſto, rupto,& irrito facto
teſtamento.Accedit,quod lex 12. tab. & quod
inde defluxit ius ciuile, duo ſumma genera
ſucceſſionis conſtituit: ſucceſſionem nempè
7 ex teſtamento,† & ab inteſtato. Quæ duo ge-
nera inuicem ſibi opponuntur,ita Pomponi-
us:Ius noſtrum non patitur eundem in paga-
nis,& teſtato, & inteſtato deceſſiſſe: earumq́;
rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, vt teſta-
tus,& inteſtatus quis ſit.l.7.ff.de regu.iuris. &
Papinianus: quia credimus, eum legitimum
hæredem pro parte eſſe factum: & ideò pars
hæreditatis in teſtamento remanſit. nec ab-
ſurdum videtur,pro parte inteſtatum videri.
l.15.in fin.ff.de inoffic.teſtamen. & Vlpianus:
quod ſi fuerit pro parte teſtatus, & pro parte
inteſtatus deceſſiſſe videbitur. l. 24. in fine.ff.
eod.tit.& iterum Vlpianus:vt ſi omiſſa cauſſa
teſtamenti ab inteſtato poſſideat hæreditatē,
cogatur omnimodò legata præſtare.l. quia au
tem.6.§.1.in fine. ff. ſi quis omiſſa cauſſa teſta-
menti. & Marcellus: ſi miles vnum ex fundo
hæredem ſcripſerit, creditur quantum ad re-
ſiduum patrimonium inteſtatus deceſſiſſe.mi
les enim pro parte teſtatus poteſt decedere,
pro parte inteſtatus. l. 6. ff. de teſtamen milit.
& idem Marcellus:cum,& ex parte hæredem
inſtituere poſſit,hoc eſt,ex parte teſtato, & ex
parte inteſtato decedere.l.19.in princip. ff.eo-
dem. & idem: quod dicitur proximus à ven-
tre poſthumus hæres, &cæt. & non ſolùm ad
teſtatos hæc verba: verùm ad inteſtatos quoq;
pertinent,l.30.§.1. ff. de adquirenda vel omit-
tenda hæreditate. & iterum Marcellus in l. 8.
& l.9.& in l.12.§.fin ff.eodem titul.& iterum:
qui omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſ-
ſidet hæreditatem, ſeruos ad libertatem per-
ducere debet.l.29.ff.eodem tit.& idem: quod
ſi neque ex primo gradu, neque ex ſecundo
quiſquam in rebus fuerit humanis,cùm teſta-
tor moritur, tunc ab inteſtato magis bono-
rum poſſeſſionem filio competere. l. ſed etſi.
30.§.final. verſic. non omnia. ff. de legatis præ-
ſtandis. & paſſim alibi Prudentes. Sic etiam
Imperator Alexander: Hæres inſtituta ma-
tris teſtamento, ſi ſucceſſionem ex teſtamen-
to omiſiſti,& ab inteſtato bonorum poſſeſſi-
onis ius habere voluiſti, ſubſtituto locum
quin feceris, in dubium non venit. l. 3. C. de
impuberum & aliis ſubſtitutionibus. & Dio-
cletianus & Maximinia. Hæredem te factum
ex teſtamento poſt euentum † conditionis, 8
inteſtati ſucceſſionem excluſiſſe conſtat. l. 7.
in fin. C. eodem. Et iidem Impp. Si curatoris
quondam tui teſtamēto iure facto, vel ab in-
teſtato, legitima delata eſt ſucceſſio: hoc caſu
ei,qui non repudiauit hæreditatem,eam licet
adire.l.9.C.de iure deliberan. & iidem Impp.
ex teſtamento quod iure non valet, nec fi-
deicommiſſum quidem, ſi non ab inteſtato
quoque ſuccedentes rogati probentur, peti
poteſt. l. 29. C. de fideicommiſſ. & Philippus
Imperator. Eum, qui cum teſtamento poſſet
obtinere hæreditatem, ab inteſtato ius ſuc-
ceſſionis voluit amplecti, libertatibus eodem
teſtamento datis,obeſſe non poſſe, iam pri-
dem placuit.l.2.C.ſi omiſſa ſit cauſa teſtamen
ti.& Theodoſius: Illud quoque pari ratione
ſeruandum eſt, vt teſtator qui decreuit face-
re teſtamentum, ſi id adimplere nequiuerit,
inteſtato videatur defunctus eſſe, nec trans-
ducere liceat ad fideicommiſſi interpretatio-
nem, velut ex codicillis vltimam volunta-
tem.l.finali.§.illud. C.de codicillis.& Iuſtinia
nus:de liberis ex maiore quinquagenaria na-
tis, qui exæquati ſunt cæteris liberis: ſed om-
ne ius,inquit, quod ex quacunque lege liberis
præſtitum eſt, hoc merum atque immutila-
tum huiuſmodi filiis vel filiabus ſeruari in o-
mnibus ſucceſſionibus,ſiue ex teſtamento, ſi-
ue ab inteſtato, & ſummatim non abſimiles
aliis fiant.l.12.C.de legit.hæredi. & iterum in
l. cum in antiquioribus. in princip. ideoque
ſancimus,inquit,ſi quis vel ex teſtamento, vel
ab inteſtato vocatus deliberationem merue-
rit, &c & paulo pòſt: ſi enim ipſe, poſtquàm
teſtamentum fuerit inſinuatum,vel ab inte-
ſtato, vel ex teſtamento, vel aliter ei cogni-
tum ſit,hæredem eum vocatum fuiſſe,&c.C.
de iure deliber.& iterum: omnia igitur ſecun-
dùm quod iam diſpoſuimus,cum ad extrane-
um patrem filius per adoptionem trāſfertur,
maneant integra iura, ſiue ad inofficioſi que-
relam, ſiue ad alias omnes ſucceſſiones, ſiue
ab inteſtato, ſiue ex teſtamēto, quæ liberis de-
feruntur. l. cum in adoptiuis. §. omnia. C. de
adopt.cum ſimil.in iure noſtro paſſim.

Iuuat hanc ſententiam. Quod paria ſint, a-
liquid non eſſe, † vel eſſe, ſed non legitimè, 9
Quotiens vitioſè cautum vel ſatiſdatum eſt,
non videtur cautum, nec ſatiſdatum, inquit
Paulus, l.6.ff.qui ſatiſdare cogantur. ſic etiam
ſi quis in ius vocatus fideiuſſorem dederit, iu-
dicio ſiſtendi cauſa,non ſuppoſitum iuriſdi-
ctioni illius, ad quem vocatur, pro non dato
fideiuſſor habetur, niſi ſuo priuilegio ſpecia-

liter renunciauerit.l.1.ff.ſi quis in ins vocatus
non ierit.Sic etiam dolo malo edit, qui mali-
tioſè edidit,& qui in totum non edidit.l.vbi.
8.in princip.ff de edendo.ſimiliter non eſſe a-
ctorem vel Syndicum, tunc quoque intelligi-
tur,cum is abſit, aut valetudine impediatur,
aut inhabilis eſt ad agendum.l.1 §.quod ſi ne-
mo.in fine.ff.quod cuiuſque vniuerſit. nomi-
ne,&c.cum ſimilibus. Idem itaque in propo-
ſita quæſtione dicendum eſt : licet teſtamen-
tum factum ſit, ſi tamen id iure non ſubſiſtat
vel rumpatur,aut irritum reddatur, ſanè hoc
10 † pro non facto habetur : & ſic illa impug-
natio teſtamenti, ſucceſſioni ab inteſtato lo-
cum aperit.

Quæ ſententia, vel ex eo quoque magis cō-
firmatur quòd ſucceſſio contra teſtamētum,
& ſucceſſio ab inteſtato mutuo ſeſe inuicem
reſpiciunt. Ius enim ſuccedendi contra teſta-
11 mentum regulatur à † iure ſuccedendi ab in-
teſtato.Nam, vt Vlpianus ait, vocantur ad cō-
tra tabulas bonorum poſſeſſionem liberi, eo
iure,eoque ordine, quo vocantur ad ſucceſſi-
onem iure Ciuili. l.1.in princ. ff.de bonorum
poſſeſſ. contra tabulas. & iterum Vlpianus:
Rectè autem Prætor à liberis initium fecit ab
inteſtato ſucceſſionis, vt ſicuti contra tabulas
ipſis defert,ita & ab inteſtato ipſos vocet. l.v-
nica. §. rectè. ff. ſi tabulæ teſtamenti nullæ
extabunt. & iterum Vlpianus : Liberi, qui
inſtitui hæredes iure non poſſunt : nec con-
tra tabulas bonorum poſſeſſionē petere poſ-
ſunt. l. non tantùm. §. liberi qui. ff. de bono-
rum poſſeſſ.contra tabulas.& alibi:Prætori e-
nim, inquit Vlpianus.propoſitum eſt, cum cō
tra tabulas bonorum poſſeſſionem dat, eas
partes vnicuique liberorum tribuere,quas in-
teſtato patre mortuo,in hęreditatem habitu-
rus eſſet, ſi in poteſtate manſiſſet. & ideò ſiue
emancipatus, ſiue is qui in poteſtate manſit,
ſiue in adoptionem datus, ex minima parte
hæres ſcriptus ſit, non redigitur ad eam por-
tionem ex qua inſtitutus eſt,ſed virilem acci-
pit.l.non putauit.§.fin.ff.de bonorum poſſeſſ.
contra tabulas. & alibi : Liberi qui contra ta-
bulas habere non poſſunt, nec partem faciūt,
ſi per alios committatur edictum. l. ſi poſt
mortem 10.§ liberi. ff. eod. & iterum Vlpia-
nus : ſi hæres inſtitutus non habeat volunta-
tem, vel quia inciſæ ſunt tabulæ, vel quia can-
cellatæ, vel quia alia ratione voluntatem te-
ſtator mutauit, voluitque inteſtato ſuccede-
re:dicendum eſt, ab inteſtato rem habituros
eos,qui bonorum poſſeſſionem acceperunt.l.
vnica.§.ſi hæres. ff. ſi tabulæ teſtamenti nullæ
extabunt. & Paulus : Exemplo iuris legitimi,
12 & bonorum † poſſeſſio contra tabulas diſtri-
buitur l.ſi in adoptionem.11. ff de bonorum
poſſeſſ.contra tab Argumento eſt,quod Pau-
lus ſcribit:ſi quis filium quem in poteſtate ha-
buit,inſtituerit hæredem, vel exhæredauerit,
& ex eo nepotē omiſerit, bonorum poſſeſſio-
ni locus non eſt, quia nō eſſet nepos ſuus hæ-
res futurus.l.illud.4.§.1. ff.eod.tit.

Quinimò, bonorum poſſeſſionem contra
tabulas ſub inteſtati † cauſa contineri, mani- 13
feſto conſtat. ita Vlpianus : Inteſtati propriè
appellantur, qui cum poſſunt teſtamentum
facere,teſtati non ſunt.ſed & is,qui teſtamen-
tum fecit, ſi eius hæreditas adita non eſt, vel
ruptum vel irritum teſtamentum eſt, inteſta-
tus non impropriè dicetur deceſſiſſe. l. 1. in
princip.ff.de ſuis & legit. Quemadmodum e-
tiam Tryphoninus reſpondit, de irrito teſta-
mento non adita hæreditate,inquiens, ſed cū
exhæredatio,non adita hęreditate ex teſtamē
to,nullius ſit momenti, ideoque non obſtare
eam, nec quo minus contra tabulas libertorū
patris accipiat bonorum poſſeſſionem, Iulia-
nus rectè reſpondit,ne teſtamentū per omnia
irritum ad notā exhęredationis ſolam profe-
ciſſe dicatur, redit res ad inteſtati exitū l.filiū.
20.§ ſed cū exhæredatio. ff de bon.poſſ.cont.
tab.& Leo Imperator:Vt liberis tam maſculi-
ni, quàm fœminini ſexus, ſiue ſui iuris,ſiue in
poteſtate patris conſtitutis, quocunq; iure in-
teſtatæ ſucceſſionis,id eſt, aut teſtamento pe-
nitus non condito,aut ſi factum fuerit, cōtra
tabulas bonorum poſſeſſione petita,vel inof-
ficioſi querela mota reſciſſo æqua lance, pari-
que modo proſpici poſſit,l.vt liberis.17. C. de
collationib.

Vnde conſequitur : reſciſſo † teſtamento, 14
vel per querelam inofficioſi teſtamenti, vel
per bonorum poſſeſſionem contra tabulas,&
ſic cauſa teſtati ceſſante, ſucceſſioni ab inteſta
to locum fieri,& ab inteſtato tum liberos ſuc
cedere.

Manifeſti itaque planiq; iuris eſt, duo tan-
tùm ſucceſſionū eſſe genera, † nempe ex teſta- 15
mento &ab inteſtato Succeſſionem autē con
tra teſtamentum, non conſtituere proprium
& peculiare genus: ſed eſſe ſpeciem ſucceſſio-
nis ab inteſtato quarum vna eſt, quæ obuenit,
quando nullum prorſus factum eſt teſtamen-
tum.altera, quando conditum quidem eſt te-
ſtamentum, ſed cōtra tabulas bonorū poſſeſ-
ſione petita,vel inofficioſi querela mota, re-
ſciſſum eſt.

Vnde euincitur,non ſubſiſtere ea quæ à Di
daco † adferuntur. Nam ſucceſſio ab inteſta 16
to, non ea ſolummodò dicitur, vbi nullum
prorſus factum eſt teſtamentum ; ſed etiam
non impropriè,facto teſtamento, eodemque
reſciſſo,vel rupto, irritoq; reddito.

CAPVT IX.

Succeſsionem contra teſtamentū, non tam ad inteſtati cauſam pertinere, quàm ad cauſam teſtati.

SVMMA-

SVMMARIA.

1 *Bonorum poſſeſsio ab inteſtato quando peti poſsit.*
2 *Bonorum poſſeſsio contra tabulas pertinet ad cauſam teſtati, & num. 4.*
3 *Dictio vel, eſt diſiunctiua.*
5 *Succeſsio contra teſtamentum, quare ad cauſam teſtati pertineat.*
6 *Teſtamenta falſa, irrita, iniuſta, imperfecta, abuſiuè teſtamenta appellantur.*
7 *Africani ab Vlpiano diſſenſio.*

SEd iterum poſito, nec tamen dato, ſucceſ-
ſionem contra teſtamentnm, non perti-
nere ad ſucceſſionem ab inteſtato: attamen
nec adhuc ſepatatum tertium genus conſti-
tui poteſt: ſed ad cauſam teſtati refertur. idq́;
ratione iuris. Nam, vt Vlpianus ait, ita ab inte
1 ſtato poteſt competere bonorum † poſſeſſio,
ſi neque ſecundùm tabulas, neque contra ta-
bulas bonorum poſſeſſio agnita ſit: planè ſi
tempora quidem bonorum poſſeſſionis petē-
dæ ex teſtamento largiebantur, veruntamen
repudiata eſt bonorum poſſeſſio: dicendum
erit ab inteſtato bonorum poſſeſſionem iam
incipere. Cùm enim is qui repudiauit bono-
rum poſſeſſionem, petere non poteſt poſt re-
pudiationem: conſequens erit, vt ab inteſtato
poſſe peti incipiat. l. vnica. § ita autem. ff. ſi ta-
bulæ teſtamenti nullæ extabunt. Ex quo loco
Vlpiani manifeſtum eſt, bonorum poſſeſſio-
2 nem contra tabulas pertinere † ad cauſam te-
ſtati, quod etiam ab initio illius capitis appa-
ret: Poſteaquàm Prætor locutus eſt de bono-
rum poſſeſſione eius, qui teſtatus eſt, tranſi-
tum fecit ad inteſtatos, &c. Subiicit deinde: i-
ta autem ab inteſtato poteſt competere bono
rum poſſeſſio, ſi neque ſecundùm tabulas, ne-
que contra tabnlas bonorum poſſeſſio agnita
ſit, & cęt. Quo etiam modo, Gordianus reſcri-
bit: Filiæ dotem in medium ita demum con-
ferre coguntur, ſi vel ab inteſtato ſuccedant,
vel contra tabulas petant, l. 4. C. de collationi-
3 bus. Dictio enim, vel, † diſiunctiua eſt, & ſem-
per diſcernit: ſic in cauſa ſucceſſionis ſemper
hæc duo genera per dictionem, vel, ſeparan-
tur. l. 9. ibi, teſtamento iure facto, vel ab inte-
ſtato. C. de iure deliberandi. & in l. cum in an-
tiquioribus. in princip. ideoq́ue ſancimus, ſi
quis vel ex teſtamento, vel ab inteſtato voca-
tus, deliberationem meruerit. C. eod. titul. &
Diocletia & Maxim. ex teſtamento, vel ab in-
teſtato exiſtente filio, vel nepote ſuo hærede,
nemo poteſt ab inteſtato hæres exiſtere, l. 2.
C. vnde liberi. & Iuſtinianus: his qui ex legi-
bus, Senatuſconſultis, Conſtitutionibusúe
Principum ex nouo iure, vel ex teſtamento,
vel ab inteſtato veniunt. § ſeptima. in fine. In-
ſtitut. de bonorum poſſeſſionib. Sic etiam de
hæreditate, vel bonorum poſſeſſione, Diocle-
tia. & Maxim. in l. 4. C. vnde legitimi. & Pom
ponius de hærede, vel bonorum poſſeſſore, l.
ſi pœnæ nomine. § 1. ff. de condict. indebit. &
paſſim alibi.

Robur addit huic ſententiæ, quòd Iuſtinia
nus bonorum poſſeſſionem contra † tabulas 4
refert ad cauſam teſtati. Sunt autem bono-
rum poſſeſſiones ex teſtamento quidem hæ.
Prima, quæ præteritis liberis datur, vocaturq́;
contra tabulas: Secunda, quam omnibus iure
ſcriptis hæredibus Prætor pollicetur, ideoq́ue
vocatur ſecundùm tabulas. § ſunt autem. In-
ſtit. de bonorum poſſeſſ. & ibi Accurſi. in ver-
bo, contra tabulas: vbi rationem adducit. I-
tem, inquit, quare cōtra tabulas dicitur ex te-
ſtamento: cum magis contra teſtamentum di
ci deberet, cùm rumpit teſtamentum. l. vt li-
beris. C. de collationibus. Reſpondeo, ideò
ſic dicitur, † quia ſine teſtamento competere 5
non poteſt. & iterum Accurſius in l. certum.
in verbo, non vrgentur. C. vnde legitimi. Prę-
dictarum autem ſex, ſunt duæ ex teſtamento,
quatuor ab inteſtato: ex teſtamento ſecun-
dùm tabnlas, & contra tabulas: quæ dicitur
ex teſtamento, non quia nitatur ſecundùm
tabulas: Imò contra tabulas: ſed ideo, quia nō
habet locum niſi facto teſtamento. d. § ſunt
autem & iterum Iuſtinianus. Sed noſtris con
ſtitutionibus omnia corrigentes contra tabu
las quidem & ſecundùm tabulas admiſimus:
nec non ab inteſtato, vnde liberi, & vnde le-
gitimi, bonorum poſſeſſiones. § ſed eas qui-
dem. Inſtit. eod. tit.

Denique hanc rem maximè confirmat,
quod Vlpianus ſcribit: Teſtamentum autem
inquit, illud propriè dicitur, quod iure perfe-
ctum eſt: ſed abuſiuè teſtamenta ea quoque
appellamus, quæ falſa ſunt, vel iniuſta, vel ir-
rita: itemq́ue † imperfecta ſolemus dicere te- 6
ſtamenta. l. 2. § teſtamentum. ff. quemadmo-
dum teſtamenta aperiantur. & iterum Vlpia-
nus, de interdicto, de tabulis exhibendis: ita-
que, inquit, dicēdum eſt, ad omnem omninò
ſcripturam teſtamenti, ſiue perfectam, ſiue
imperfectam interdictum hoc pertinere, l. 1.
§ ſiue ſupremæ tabulæ ſint. ff. de tabulis exhi-
bendis.

Qua in re Africanus ab Vlpiano diſcedit. 7
Africanus inquit: ſi quis legatum ſibi adſcrip-
ſerit, tenetur pœna legis Corneliæ, quamuis
inutile legatum ſit. nam & eum teneri con-
ſtat, qui eo teſtamento, quod poſtea ruptum
eſt: vel etiam, quod initio non iure fieret, le-
gatum ſibi adſcripſerit. hoc tamen tunc
verum, cum perfectum teſtamentum erit:
cæterùm, ſi non ſignatum fuerit, magis
eſt, vt Senatuſconſulto locus non ſit: ſi-
cuti nec interdictum de tabulis exhibendis
locum habet. Prius enim oportet aliquod
eſſe teſtamentum, vel non iure factum,
vt Senatuſconſulto etiam locus ſit: nam

 & fal-

dati actionem, qui eſt primus contractus, l. 1.
§. idem Pomponius. ff. depoſiti. Subiicit pau-
lo pòſt Vlpianus regulam: Initium enim cō-
tractus ſpectandum eſt. quam regulam repe-
tit de Procuratore: ſi procuratorem dedero,
inquit, nec inſtrumenta cauſſæ mihi reddat,
Mandati, ex Labeonis ſententia, teneri ſcri-
bit, vniuſcuiuſq; enim contractus initiū ſpe-
ctandum eſſe, & cauſſam. l. ſi procuratorem.
ff. mandati & alibi Vlpianus: Non ratio reti-
5 nendæ poſſeſſionis, ſed † origo nanciſcendæ
exquirenda eſt. l. clam poſſidere. 6. in princip.
ff. de adquirenda poſſeſſ. & iterum de ſocie-
tate: Si filiusfamilias ſocietatem coierit, de-
inde emancipatus à patre fuerit, apud Iulia-
num quæritur, an eadem ſocietas duret, an
verò alia ſit: Iulianus ſcripſit libro decimo-
quarto Digeſtorum, eandem ſocietatem du-
6 rare. initium enim † in his contractibus in-
ſpiciendum eſt. l. ſi id. 58. §. ſi filiusfamilias. ff.
pro ſocio. ſic etiam Vlpianus in cauſſa depo-
ſiti: Si ſeruus depoſuit, ſiue viuat, ſiue deceſſe-
rit, vtiliter dominus hac actione experietur:
ipſe autem ſeruus manumiſſus, non poterit a-
gere. ſed etſi fuerit alienatus, adhuc ei compe-
tit actio, cuius fuit ſeruus, cùm deponeret, in-
itium enim contractus ſpectandum eſt. l. 1. §.
non ſolùm. verſic. ſi ſeruus ff. depoſiti. Sic et-
iam Hermogenianus ſcribit, cauſſam & ori-
ginem conſtitutæ pecuniæ, non iudicij pote-
ſtatem præualere. l. qui id quod. ff. de donatio-
nibus. Ita quoque filiusfamilias, qui aliquid
mercatus erat, licet pretium venditori ſtipu-
lanti cum vſuris ſpondeat, Senatuſconſulto
Macedoniano non iuuatur: nam in emptio-
7 ne † & venditione non eſt locus Senatuſcon-
ſulto. ideoque origo potiùs obligationis, quā
titulus actionis conſiderandus eſt. l. 3. ad S. C.
Macedonianum.

8 Ac res eò ſemper reducenda eſt, vnde † ori-
ginem traxerit. l. in ratione. 11. §. ſi filio ſuo. i-
bi, vt enim opes patris & contributio legato-
rum, inde capiunt formam & originem. ff. ad
legem Falcidiam. & non titulus actionis, ſed
debiti origo & cauſſa inſpicienda eſt, inquit
Tryphoninus l. tutor datus. 69. ff. de fideiuſſo-
ribus. Ac vt Theodoſius & Valentinianus in-
9 quiūt: Ad primordium † tituli poſterior quo-
que formatur euentus. Vnde res quæ memo-
ratis cauſſis lucratiuæ ſemel nomen exordi-
umque ſortita eſt, licet ab eo, qui ſuſceperat,
ad alterum emptionis vel cuiuſcunque con-
tractus iure migrauerit, cum prædicto deſcri-
ptionis grauamine transferetur. l. vnica. §.
res verò. C. de imponenda lucratiua deſcri-
ptione. libro 10. Cuius rei plurimæ apud no-
ſtros interpretes extant deciſiones, & ſen-
tentiæ.

Ex quibus euidens apparet ratio, quare que-
10 rela inofficioſi teſtamenti, & † bonorum
poſſeſſio contra tabulas teſtamenti, nihilomi-
nus tamen ad cauſam teſtati, vnde originem
ſumpſerunt, referantur, & conſecutiuè, quòd
non conſtitui debeat tertium genus.

Neque negocium facit, quòd ſecundo lo-
co adfertur, licèt filius adoptiuus ſuccedendi
ius habeat, ex teſtamento, & ab inteſtato; non
† tamen habet ius agendi, contra patris ado- 11
ptiui teſtamentum. l. cum in adoptiuis. §. ſed
ne articulum. C. de adoptionibus. Item fra-
tres etiam ſuccedunt fratribus ex teſtamento,
& ab inteſtato, non tamen agunt contra te-
ſtamentum. l. fratres. C. de inofficioſo teſta-
mento. Eadem argumentatio, inquit Dida-
cus, conſtat ex Authen. quibus modis natura-
les efficiuntur ſui. §. ſi quis verò filius. Ex quo,
curiali inteſtato ſuccedit curia, & fiſcus, non
tamen contra eius teſtamentum. Ex quibus,
inquit, patet, tria hæc diuerſa eſſe, & diſtingui
debere.

Sed iterum obiectio hæc, non difficulter e-
neruatur. Quia cauſſa teſtati & inteſtati non
ſunt ita appoſita, vt cauſa teſtati ſolummodò
illa eſſe putetur, quæ conſeruat teſtamenta, &
quando ex teſtamento ſucceditur, ſed † etiam 12
referri debet eò, quando teſtamenta reſcindū-
tur. Quemadmodum vice verſa, & ἐν παραλ-
λῳ, cauſa inteſtati contingit, non tantùm nul-
lo facto teſtamento, ſed etiam iniuſto, vel ir-
rito facto, vel rupto teſtamento. Præterea,
exempla à Didaco in medium allata, vt quis
ſuccedat ab inteſtato, nec tamen contra teſta-
mentum agere poſſit, ſpeciali iure † ſunt ex 13
ratione conſtituta. Quæ res vt eluceſcat, pau-
lò altiùs reuocanda eſt. Quantum itaque ad
adoptiuum attinet, loquitur Iuſtinianus de
filio adoptiuo, qui ab extranea perſona eſt
adoptatus, qui adoptiuus extraneus, ante Iu-
ſtinianum, Ciuili iure, in cauſa ſucceſſionis
ab inteſtato, incognitus fuit. dicta l. cum in
adoptiuis. §. ſed ne articulum adoptionis in
extraneam perſonam factæ, ſine lege relin-
quamus, &c.

Qua conſtitutione, † quæ edita eſt Lam- 14
padio & Oreſte Coſſul. anno Imperij quarto:
anno Chriſti D. XXX. & emendato Codici,
poſt euulgatos Pandectas inſerta, ſancit, cùm
filiusfamilias à patre naturali, extraneæ per-
ſonæ in adoptionem datur, vt loquitur
Iuſtinianus §. ſed hodie. Inſtitution. de ado-
ptionibus. vel cùm ad extraneum patrem
filius per adoptionem transfertur. dicta l.
cùm in adoptiuis. §. omnia igitur. C. de
adoptionibus. iura patris naturalis minimè
diſſoluuntur, dicto §. ſed hodie. & vt alibi
inquit: Quando parens naturalis filium
ſuum adoptandum alij dederit, integra o-
mnia † iura ita ſeruari, atque ſi in pote- 15
ſtate patris naturalis manſiſſent, nec peni-
tus adoptio fuiſſet ſubſecuta, §. hoc ſo-
lito

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

lito more. Inſtit.de hæredit. quæ ab inteſtato
deferuntur. & iterum alibi: Manent Integra
iura,ſiue ad inofficioſi querelam, ſiue ad alias
omnes ſucceſſiones, ſiue ab inteſtato, ſiue ex
teſtamento, quæ liberis deferuntur, vt ipſe
poſſit prodeſſe patri naturali,& ab eo natura-
lia debita ſuſcipere.d.l.cum in adoptiuis.§ o-
mnia igitur.

Quantum autem ad extraneum adoptiuũ
patrem, quem iure ſanguinis non attingit,at-
tinet, à filio adoptiuo nihil in patrem adop-
tiuum tranſit,nec in poteſtate eius eſt,ab inte-
ſtato quoque ſoli patri adoptiuo extraneo
ſuccedit, cæteris ex familia minimè: & ideò
ſancimus,inquit Iuſtinianus, etſi habeat hu-
iuſmodi filius, (intellige ab extraneo patre
adoptatus) iura integra naturæ, ſcilicet, quo-
ad patrem naturalem: attamen ſi inteſtatus
pater extraneus adoptiuus deceſſerit, habere
etiam ſui hæredis ius, ad eius tantummodò
ſucceſſionem, vt non etiam legitima iura ad
familiam extranei patris habeat: nec ipſa, ad
eum communionem aliquam habeat, ſed
quaſi extraneus, ita ad illam familiam ha-
beatur, dicta l.cum in adoptiuis § neque, cir-
ca finem.& Inſtitut.de hæreditatibus quæ ab
inteſtato deferuntur.§.ſed ea omnia. verſicu.
hoc ſolito. ibi, niſi in hoc tantummodò caſu,
vt poſſit ab inteſtato ad patris adoptiui veni-
re ſucceſſionem. Teſtamento autem facto,ab
adoptiuo patre extraneo, filius ab eo adopta-
tus,& præteritus,neque iure Ciuili, neque iu-
re Prætorio,ex hæreditate patris adoptiui ex-
tranei aliquid perſequi poteſt; neque contra
tabulas bonorum poſſeſſione agnita, neque
inofficioſi querela inſtituta: cùm nec neceſſi-
tas patri adoptiuo extraneo imponatur, vel
hæredem eum inſtituere, vel exhæredem fa-
cere: vtpotè, nullo vinculo naturali copula-
tum.dicto §. ſed ea omnia verſicu. teſtamen-
to autem. & iterum in Conſtitutione dictæ
l.cùm in adoptiuis. §. ſed ne articulum ado-
ptionis, inquit, in extraneam perſonam fa-
ctæ,ſine lege relinquamus, licentiam damus
16 tali adoptiuo patri,† id eſt,extraneo, ſi volue-
rit, nihil ei teſtamento ſuo relinquere:
ſed quidquid ei reliquerit, hoc liberalita-
tis ſit, & non legitimo vinculo adſtri-
ctum,&c.

Quemadmodum quoque Iuſtinianus cir-
ca adoptiuos extraneos induxit, quod eiuſ-
modi filius,non adoptiuo extraneo patri ad-
17 quirat,ſed † naturali, vſque ad modum vſus-
fructus, & permaneat in ſacris patris natura-
lis, quaſi imaginaria quadam & noua affe-
ctione ei adquiſita, non priſtina cognationis
deminutione introducta. dicta l. cùm opor-
tet, §. ſed ne articulum. verſicul. cum e-
nim.

Ex quibus hactenus adductis conſtat, à Iu-
ſtiniano circa adoptiuos filios ab extraneo
patre,† nouiter id inductum, vt adoptiuo pa- 18
tri extraneo tantummodò ſuccedant, cæteris
verò ex familia non: quod item eiuſmodi fi-
lij,teſtamento præteriti, nec querelam inoffi-
cioſi inſtituere: nec bonorum poſſeſſionem
contra tabulas agnoſcere poſſint: Denique
quod eiuſmodi filij, nihil patri adoptiuo ex-
traneo,ſed naturali, quoad vſumfructum ad-
quirant. Quæ omnia ſingulari & peculiari ra-
tione ſuſtinentur, vtpotè, cùm hi patri adop-
tiuo extraneo, nullo vinculo naturæ, vt Iuſti-
nianus loquitur,copulentur: & hæc adoptio
non ius ſanguinis, ſed agnationis, vt Paulus
inquit,afferat. l.qui in adoptionem. ff. de ſta-
tu hominum.ac eiuſmodi adoptiui filij, qua-
ſi extranei ad illam familiam habeantur. d. l.
cùm in adoptiuis. §.neque. circa finem. Vn-
de id quod contra rationem iuris receptum
eſt, † non eſt producendum ad conſequenti- 19
as,Paulo auctore. l. quod verò. ff. de legib. &
repetitur,l.quod verò.183. (aliàs eſt l.quod cõ-
tra.141.) ff.de regul.iuris. & ibi Decius. Ac vt
Iulianus ait, in iis quæ contra rationem iuris
conſtituta ſunt, non poſſumus ſequi regu-
lam iuris.l.in his. ff.de legib. eſtque ius ſingu-
lare adoptiui patris extranei, quod contra ra-
tionis tenorem,propter vtilitatem auctorita-
te ſtatuentium introductum eſt. l. Ius ſingu-
lare ff. eodem. nec ad exemplum trahitur,
l. 1. in fine. ff. de Conſtitutionibus Princi-
pum.

Prætetea, prædicta argumentatio † Didaci 20
euertitur,ex eo inſuper,quod à particulari ad
vniuerſale † malè inferatur. Denique non 21
ſubſiſtit: nam apud noſtros recepta eſt argu-
mentatio: à cauſa inteſtati, ad cauſſam re-
ſciſſionis teſtamenti procedere argumen-
tum † negatiuè, non autem affirmatiuè. Ne- 22
gatiuè quidem valet: non ſuccedit ab inteſta-
to: ergo nec contra teſtamentum inſtituere
poteſt querelam inofficioſi teſtamenti, vel
bonorum poſſeſſionem contra tabulas pe-
tere.

Nam vt Vlpianus ſcribit: Si quis ex his
perſonis, quæ ad ſucceſſionem ab Inteſtato
non admittuntur, de inofficioſo egerit (ne-
mo enim eum repellit) & caſu obtinuerit,
non ei proficit victoria: ſed iis qui habent ab
inteſtato ſucceſſionem: nam inteſtatum pa-
trem familias facit. l. poſthumus. §. ſi quis.
ff. de inofficioſo teſtamento. Ita etiam de
bonorum poſſeſſione idem Vlpianus: vt au-
tem admittantur ad bonorum poſſeſſionem,
ex liberis eos eſſe oportet.l.non putauit.8.§.vt
autem.ff.de bon.poſſ. contra tabul. De qua re
paulò poſt.

Affirmatiuè autem prędictum argumentũ
de cauſa inteſtati ad cauſam reſciſſionis te-
ſtamen-

23 ſtamenti,† minimè ſuſtinetur. Nec enim pro
cedit, ſuccedit ab inteſtato: ergo mouere quo-
que poteſt querelam inofficioſi, aut petere bo
norum poſſeſſionem contra teſtamentum.
quia aliquando ſucceditur ab inteſtato: que-
rela tamen inofficioſi, ſicuti etiam bonorum
poſſeſſio contra tabulas, denegatur, vt modo
dictum eſt, de adoptiuo filio ab extraneo pa-
tre: is quidem patri ab adoptiuo extraneo tan
tummodò ſuccedit, ex teſtamento tamen hæ-
reditatem eius, perſequi non poteſt, nec que-
rela, nec bonorum poſſeſſione contra tabul.
d. §. ſed ea omnia. inſtit. de hæredi. quæ ab in-
teſtat. deferun. d. l. cùm in adoptiuis. §. ſed ne
articulum.

Pari ratione refutatur, & eliditur id, quod
24 † de fratribus adducitur. Antiquo enim iure,
in ordine tranſuerſalium ſolis fratribus que-
rela inofficioſi dabatur. Sciendum eſt, inquit
Vlpianus, frequentes eſſe inofficioſi querelas.
Omnibus enim tam parentibus, quàm liberis
de inofficioſo licet diſputare. Cognati e-
25 nim proprij, qui ſunt vltra fratrem,† meliùs
facerent, ſi ſe ſumptibus inanibus non vexa-
rent, cùm obtinere ſpem non habeant. l. 1. ff.
de inofficioſo teſtamen. Quod etiam reſcrip-
ſerunt Carinus & Numerianus PP. fratris vel
ſororis filij, patrui vel auunculi, amitæ etiam
& materteræ, teſtamentum inofficioſum fru-
ſtra dicunt: cùm nemo eorum, qui ex tranſ-
uerſa linea veniunt, exceptis fratre & ſorore,
ad inofficioſi querelam admittatur. l. fratris.
21. C. de inoffic. teſtam.

Quam poteſtatem ſolis fratribus & ſoro-
ribus conceſſam Conſtantinus coarctauit, vt
vterini prorſus non poſſint querelam inſtitu-
26 ere: conſanguinei non aliter,† quàm infami
perſona in hæredem ſcripta. Fratres, inquit,
vel ſorores, vterini ab inofficioſi actione con
tra teſtamentum fratris vel ſororis penitus
arceantur. Conſanguinei autem, durante
agnatione, vel non, contra teſtamentum fra-
tris ſui vel ſororis, de inofficioſo quæſtionem
mouere poſſunt, ſi ſcripti hæredes vel infa-
miæ, vel turpitudinis, vel leuis notæ macula
aſpergantur, &c. l. fratres. 27. C. eodem titulo.
Quæ ſanè coarctatio ratione benigna ſuſtine-
tur: ne, videlicet, querela hæc ad euertenda,
reſcindenda & infirmanda teſtamenta, tam
latè pateret, & euagaretur: ideoque ſolis pa-
rentibus, liberis, & fratribus, hæc permiſſa &
indulta fuit. argumento eius, quod Vlpianus
de legatis præſtandis ſcribit, l. 3. §. 1. ff. de legat.
præſtan. idem dicendum eſt, ad obiectionem
27 de Curiali, quod † de adoptiuo filio ab extra-
neo patre dictum eſt.

Reiecta itaque, ac repudiata domini Dida-
ci, Bologneti, & Cæphali, aliorumque ſenten-
tentia, qua contra teſtamentum ſucceſſio
pro tertio genere, à duobus differente poni-
tur: ac firmiter conſtituto, duo tantùm ſuc-
ceſſionum eſſe genera, nempè ex teſtamento,
& ab inteſtato inquirenda eſt cauſa, quare iu-
ris authores, ſucceſſionem contra teſtamen-
tum,† quandoque ad cauſſam teſtati, quan- 28
doque ad cauſſam inteſtati referant, prout
ſupra oſtenſum eſt? Facilis & expedita eſt
ratio.

Quantum enim ad originem ſucceſſionis
contra teſtamentum attinet, rectè ad cauſam
teſtati refertur: quoad effectum verò, ad cau-
ſam inteſtati commodè quoque pertinet, vt-
potè, reſciſſo & infirmato teſtamento. Quæ
duo, origo nempè, vel cauſſa efficiens, & effe-
ctus minimè pugnant, ſed coniuncta & co-
hærentia, & mutua ſunt. Cauſſæ enim tan-
tùm † arguunt effecta, & ab effectis, ſolæ cau- 29
ſæ arguuntur. & cauſæ ſunt effectorum cauſæ,
Vnde etiam effectus Græcis dicitur αἰτιατὸν,
πρᾶξις, ἔργον, ἐνέργεια, ποίησις, κίνησις, cauſatum, a-
ctio, opus, actus, effectio, generatio, motus. De
quo argumento Euerhard. in Topic. in loco,
ab effectu.

CAPVT XI.

EXPLICATA QVAESTIO EX præcedenti capite promanans.

An emancipatus filius reſciſſo teſtamen-to per bonorum poſſeſsionem contra tabulas, ſuccedat per bonorum poſſeſsionem, Vnde liberi.

SVMMARIA.

1 *Teſtamento per bonorum poſſeſsionem contra tabulas reſciſſo à filio emancipato, an ſuccedatur ex bonorum poſſeſſ. Vnde liberi.*

2 *Bonorum poſſeſſ. contra tabul. non tam reſcindendi ius eſt, quàm etiam ſuccedendi & perſequendi.*

QVæſtio hæc quæ ex ſuperiori capite pro-
manat, diſſentientibus opinionibus tra-
ctata eſt. Quibuſdam exiſtimantibus, reſciſſo
teſtamento per bonorum poſſeſſionem con-
tra tabulas, ſucceſſioni ab inteſtato locum a-
periri per bonorum poſſeſſionem,† Vnde li- 1
beri, quod Cyn. tradidit in l. certum. colum.
final. C. vnde legitimi. Angel. in l. illud. ff. de
adquir. hæred. Caſtr. in l. 1. in princ. C. de inoff.
teſtam. Iaſon & Phil. Decius in rubr. C. vnde
liberi. & nouiſſimè Alcia. li. paradox. 4. ca. 14.
quorum momenta conſiſtunt in l. vnica. §. re
ctè. & § ſi hæres. ff ſi tab. teſtam. nullæ extab.
& in l. fin. ff. de lib. & poſth. & in l. vt liberis. C.
de collat. & in glo. ſub rub. C. vnde liberi.

Diuerſum ab aliis traditur: nempè bono-
rum poſſeſſionē non tam reſcindendi ius eſſe
quàm etiā † ſuccedendi ex teſtamēto, & perſe 2
quendi

quendi.d.l.vnica.§.ita autem.ff.ſi tabulæ teſta
menti nullæ extabunt.l.filiæ dotem.C.de col-
lationib.d.§.ſunt autem. Inſtit. de bonorum
poſſeſſionib. Nec enim bonorum poſſeſſionē
contra tabulas, quæ eſt ſpecies bonorum poſ-
ſeſſionis ex teſtamento concurrere poſſe cum
bonorum poſſeſſione. Vnde liberi. ne teſtati
cauſſa, cum inteſtati cauſſa concurrat, aduer-
ſus regulam, l.Ius noſtrum.ff.de reg.Iur. Quæ
ſententia non ſolum verior, ſed etiam recep-
tior habita eſt.ita Bald. in l. pater filium. col.
5.ff.de inoffic.teſtam.Bartol.in l.3.§. ſi cauſſa
cognita, num.8.ff.de bonorum poſſ.Caſtrenſ.
in l.filio.§.contra tabulas. ff.de inoffi. teſtam.
Ioan.de Imol.in l.ſi filius qui in poteſtate.co-
lum.penult. ff. de liber. & poſthum. Corneus
in l.filiæ dotem, num.fin.Fulgoſ.in d. l.certi.
& ibi Alexan num.13.C.vnde legitimi. Et no-
uiſſimè Emanuel à Coſta in l.Gallus.§.& quid
ſi tantum.nu.137.ff.de lib. & poſth.

CAPVT XII.

Succeſsio ciuilis ab inteſtato, quomodo diſtet ac ſeparetur à ſucceſsione ex teſtamento.

SVMMARIA.

1 *Inteſtati ſucceſsio defertur ex tacita voluntate defuncti.*
2 *Fideicommiſſa ab inteſtato ſuccedentibus iniungi poſſunt.*
3 *Inteſtatò moriens creditur ſponte reliquiſſe hæreditatem venientibus ab inteſtato.*
4 *Præſumitur defunctus voluiſſe diſpoſitionem ſuam eſſe iuri communi conformem.*
5 *Hæredis inſtitutio eſt eſſentiale fundamentum teſtamenti: eaq; expreſſè & palàm fieri debet. num.6.*
7 *Legata & fideicommiſſa certæ perſonæ deſignationem requirunt.*
8 *Tutor incertus teſtamento dari nequit.*
9 *Succeſsio ex teſtamento requirit expreſſam voluntatem teſtatoris.*

DIFFERENTIA I.

QVamuis vtraque ſucceſſio ex iure Gen-
tium originem trahat, & vtraque etiam
formam à iure ciuili habeat: & vtraque hære-
des faciat: attamen in multis ab inuicem diſ-
iunguntur. ſit Itaque prima differentia, Suc-
1 ceſſio ab inteſtato, ex tacita † voluntate defun
cti defertur. Qui enim nō teſtatur, id diſpone-
re atq; ordinare cenſetur, quod de eius ſucceſ-
ſione lex ſtatuit, & diſponit: ac intelligitur vo
luntatem ſuam accommodare legis diſpoſi-
tioni, ſuper ſucceſſione. Ita Paulus: ſed ideò fi-
deicommiſſa dari poſſunt ab inteſtato ſucce-
dentibus: quoniam creditur paterfamilias
ſponte ſua his relinquere hæreditatem.l.con-
ficiuntur. in princi.ff.de iure codicillorum.&
Iulianus: quia paterfamilias, qui teſtamēti fa-
ctionem habet, & codicillos facit perinde ha
beri debet, ac ſi omnes hæredes eius eſſent, ad
quos legitima eius hæreditas, vel bonorum
poſſeſſio peruentura eſſet, l. ſi quis cum teſta-
mentum.ff.eod.tit.& iterum Iulianus: ſicuti
conceditur vnicuique ab eo, ad quem legiti-
ma eius hæreditas, vel bonorum poſſeſſio per
uentura eſt, fideicommiſſum dare, † ita & ab 2
eo ad quem impuberis filij legitima hęreditas
vel bonorum poſſeſſio peruentura eſt, fidei-
commiſſa rectè dabuntur. l. ſi fundum. 92. §.
fin. ff. de legat. 1. & Vlpianus: quia autem is,
qui ab inteſtato poſſidet hæreditatem, conue-
niri poteſt, ſi omittit cauſſam teſtamenti: quę-
ſitum eſt, ſi quaſi ex voluntate teſtatoris, vide-
atur omiſiſſe, an cogatur præſtare. l.6 in prin-
cip.ff ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. & ibidē
in §.planè.ibi, quia hæc fuit teſtatoris volun-
tas, vt daret ei facultatem & ab inteſtato ſuc-
cedēdi.l.2.ibi, titulo largitionis vel etiam in-
teſtati titulo contulerint. C.de bonis matern.
Accurſi.in d.l.conficiuntur. verſic. quoniam
creditur.& in l.1.§.toties.verbo, meruit. & ibi
Bart.& alij.ff.de collationib. Bartol. in l. Gal-
lus.§.& quid ſi tantùm.ff.de libe. & poſthum.
inquiens, qui inteſtatus moritur, ſponte † cre- 3
ditur reliquiſſe hæreditatem venientibus ab
inteſtato.Iaſon in l.ſi Titio.§.ſicubi. nume. 2.
ff.de legatis, lib.2.Bolognetus poſt alios, in l.
hæc verba.num.203.& ſequē. ff.de legat.lib.1.
Hyppol.Riminald.in l.ſi emancipati, num 9.
C.de collationibus.Bald.conſi.119.incip. præ-
ſuppoſito, quod ſtatutum, poſt medium. libr.
4.Corneus conſi.213.num.11. libr.2. inquiens,
ſuccedens ab inteſtato, cenſetur ex defuncti
volūtate ſuccedere, ſi teneat primum locum:
via tamen fictionis.& conſi.260.num.3.lib.4.
Curtius Iun.conſi.4. num.15. & 17. Cæphalus
conſi.28.num.9.libro 1.Portius conſi.55. num.
48.Menoch.conſi.308.num.18.lib.4.& in Tra
ctat.de Adipiſcen.poſſeſſ.remed.4.nume.72.
Tyraquel.de retractu lignagier.§.26 glo.1. nu-
mer.9.& paſſim alij. Quæ res ſumma nititur
ratione, in dubio enim defunctus exiſtima-
tur voluiſſe † diſpoſitionem, vel voluntatem 4
ſuam eſſe conformem iuri communi: argu-
mento eius quod Papinianus reſpondit, l.hæ-
redes mei.57.§.cum ita.ff.ad S. C. Trebellian.
quòd procedit non tantum in ſucceſſione ab
inteſtato, ſed etiam ex teſtamento, & in con-
tractibus.Bartol.in l.vt iuriſiurandi. §. ſi libe-
ri.ff.de oper. libert. cum concordantib. rela-
tis à Roland.conſi.68.num.2.libr.1. & à Tybe-
rio conſ.29.num.9.& 10.lib.1.

Diuerſum eſt in ſucceſſione quæ ex teſta-
mento obuenit. hęc enim ex teſtata ac expreſ-
ſa voluntate teſtatoris proficiſcitur. nam hæ-
redis inſtitutio eſt † fundamentum eſſentiale 5
teſtamenti. Qui teſtatur, inquit Vlpianus, ab
hæredis inſtitutione plerunq; debet initium
facere teſtamenti.l.1. ff.de hæredib. inſtitu. &
Marcel.

Marcellus: non poteſt vitium teſtamentum
valere.quod hæredem non habet. l.3. §. Cal-
phurnius Longinus. in princ.ff. de his quæ in
teſtament. delent. quo etiam pertinet l.inter
cætera.30.ff.de liber.& poſthum.l.ſi nemo. ff.
de teſtamen.tutel. l.eam quam. C. de fideicõ.
miſſ. quæ inſtitutio apertè ac expreſſè, & pa-
6 làm † debet fieri: in teſtamento quidem in
ſcriptis,per ſcripturam.l.iubemus.& in auth.
& non obſeruato. C. de teſtamentis: in teſta-
mento ſine ſcripturis, per nuncupationem,
vel certam demonſtrationem, indubitabili
ſigno, vt Vlpianus ait: Hæres inſtitui, niſi vt
certus demõſtretur, nemo poteſt. l. quotiens.
§ hæres.ff.de hæred.inſtituen. & Modeſtinus:
Quotiens non apparet, quis hæres inſtitutus
ſit,inſtitutio non valet.l.In tempus.62.§.quo-
tiens.ff.eod.titul. l.iubemus. C. de teſtament.
quod non tantùm in inſtitutione, iuris eſt:
7 ſed idem ſtatuitur † in legatis. l.qui plures. 18.
in fin.ibi,legatum habitationis perfectum eſ-
ſe non videtur,non exiſtente,cui datum intel-
ligi poſſit.ff.de vſu & vſufructu leg.& § incer
tis. Inſtitut.de lega.Idemque in fideicommiſ-
ſis Paulus reſpondit: cum nomen fideicom-
miſſarij teſtamento adſcriptum non ſit, nulli
perſonę neq; certæ,neq; incertæ datũ fideicõ-
miſſum videri,indubitatum eſt l.5. ff.de rebus
dubiis. Similiter quoque in teſtamentaria tu-
8 tela: Tutor † incertus teſtamẽto dari non po-
teſt.l.tutor. 20. ff. de teſtamen.tutela. &,ſi duo
ſunt Titij,pater & filius, & datus eſt tutor Ti-
tius, nec apparet de quo ſenſit teſtator, non
ius deficit,ſed probatio, & neuter eſt tutor. l.
duo ſunt Titij.30.ff.eod.titul.Pariter in manu
miſſis teſtamento, cùm ex pluribus eodẽ no-
mine, vnus liber eſſe iuſſus, non appareat, qui
ſit, nullus liber eſt. l.31.ff.de manumiſſ.teſtam.
Ex quibus obuiam eſt, ſucceſſionem ex teſta-
9 mento dependere, ab † expreſſa & manifeſta
voluntate teſtatoris, & ſine hac non ſubſiſte-
re,& nihil actum cenſeri.

CAPVT XIII.

Differentia ſecunda inter ſucceſsionem ab inteſtato,& ex teſtamento.

SVMMARIA.

1 *Succeſsio ab inteſtato ſola lege nititur.*
2 *Inteſtatò ſuccedens titulum à lege habet, non à defunctò.*
3 *Prouiſio hominis, facit ceſſare prouiſionem legis.*
4 *Lex ſupplet defectum diſpoſitionis hominis.*
5 *Teſtamento iure facto ceſſat ſucceſsio ab inteſtato.*

EX præcedẽti differentia oritur alia,nem-
1 pe,quod ſucceſſio ab inteſtato,ſola † lege
nititur, quæ in ſubſidium voluntatis præſum-
ptæ,ac coniecturatæ, ad proximos ordine &
gradu, defuncti hæreditatem transfert. Alte-
ra ex teſtamento, ſuſtinetur ſola voluntatẽ
& arbitrio teſtatoris, modò teſtamentum iu-
ſtum ſit,nec ruptum, nec irritum factum ſit.
toto titu. ff.de iniuſto rupto & irrito facto te-
ſtamento. Inde ſuccedens ab inteſtato, dici-
tur habere † titulum à lege, non autem à de- 2
functo.Bald.in l.ſi emancipati.in 8. oppoſi.C.
de collationib. Alexand.conſi.44.incip.vide-
retur prima facie.in fine. lib.5.Cæphal.conſil.
436.num.118.lib.2.& conſi.408. num.60.eod.
lib.& conſi.725.num.39 lib.5.& inteſtatus mo-
riens non ipſe, ſed lex dicitur diſponere de e-
ius hæreditate.d.l.lege obuenire.130.ff.de ver-
borum ſignificat. & vt Pomponius loquitur,
hæreditas lege redire dicitur. Et puto, inquit,
ſi ipſe quoque prætermiſerit, & quod lege ad
ſe rediret, poſſederit hæreditatem. l.ſi pecuni-
am.3.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.Sic eti-
am Iauolenus poſſidere hæreditatem lege
dicit.l.ſi ab inſtituto.11.ibi, & omiſſa cauſa te-
ſtamenti,hęreditatem poſſideant lege.ff.eod.
titul.& ibi Accurſi.lege, inquit, id eſt,ab inte-
ſtato. Ideoque non cenſetur data hęreditas,
ſed non adempta, quæ ab inteſtato deuolui-
tur.Cumanus in l.conficiuntur. ff. de iure co-
dicil.& in l.1.num.10. ff.de legat.lib.1.

Quantum itaque prouiſio vel diſpoſitio
legis differt à prouiſione hominis, tantum e-
tiam ſucceſſio ab inteſtato,à ſucceſſione ex te-
ſtamento. Et quemadmodum † prouiſio ho- 3
minis,facit ceſſare prouiſionem legis, l.final.
C.de pact.conuent.& ibi gloſa,in verbo, con-
tentam.l.& habet.ff.de precario. l. ſi cauſam.
C.de executione rei iudicatæ l.& ſi ex parte.§.
fin.ff.de bonis libertor.l.ſi vt certo.§.ſi de me.
ff.commodati. l. 1. §. illud eſt ſciendum. ff.de
ſeparationibus.l.penult.ff.de collatio. dotis.
Nam vbi homo deficit in diſponẽdo vel pro-
uidendo, lex † ex præſumpta hominis volun- 4
tate ſupplet.l.3. ff.de vulg. & pupillar.l quam-
uis. 4. l. precibus.8. C. de impube.& aliis ſub-
ſtit.Ita pariter ſucceſſio ab inteſtato ceſſat, ſi
teſtator de rebus ſuis iure † teſtamentum fe- 5
cit.Quamdiu,inquit Vlpianus, poteſt ex teſta-
mento adiri hæreditas, ab inteſtato non de-
fertur. l.quamdiu. 39. ff. de adquirenda hære-
dita. & Paulus: quamdiu poſſit teſtamentum
valere, tamdiù legitimus hæres non admitti-
tur.l.quamdiu.90. ff.dę regul.iur.de qua re in-
frà peculiari & proptio capite.

CAPVT XIV.

Circa hanc ſecundam differentiam, dubitatum eſt: quia ſucceſsio ab inteſtato dicitur legalis alienatio, prout noſtri loquuntur, an prohibitione facta à teſtatore, ne res extra familiã alienetur, comprehendatur ſucceſsio ab inteſtato.

SVMMARIA.

1 *Prohibitione alienationis extra familiam à teſtatore facta, non continetur ſucceſſio ab inteſtato. fallit nu. 7.*
2 *Filius matri ſuccedit, non obſtante prohibitione, ne res familiam exiret.*
3 *extra Familiam alienare prohibitus, non poteſt inſtituere hæredem extraneum.*
4 *ab Inteſtato omnis ſucceſſor, de familia eſſe dicitur.*
5 *Alienationis prohibitio teſtamentaria, vltra quartum gradum non extenditur. fallit, vt num. 6.*
8 *Prohibitio ſtatuti, ne bona immobilia alienentur in forenſes, non excludit ſucceſſionem ab inteſtato, & nu. 13.*
9 *Alienationis prohibitio infert actum inter viuos.*
10 *Qualitas ſine ſubiecto eſſe nequit.*
11 *Vſuſfructus tollitur ſublato corpore, in quo conſiſtit.*
12 *Non entis nulla ſunt qualitates.*
14 *Statuta iuri ciuili contraria ſunt reſtringenda.*
15 *Prohibitio alienationis non impedit hæredis extranei inſtitutionem. Sed contraria ſententia eſt communior & receptior, num. 16.*

IN hac quæſtione, non diſcrepantibus ſen-
tentijs, cōcluſum eſt, prohibitione hac nō
1 contineri † ſucceſſionem ab inteſtato, nec ſuc
cedentem ab inteſtato excludi: ſed admitti
debere, exemplo eius quod Papinianus ſcri-
bit, ſub l. cùm pater 77. §. cum inter. ff. de lega-
tis lib. 2. Cum inter libertos, inquit, ad prædij
legatum liberta quoque fuiſſet admiſſa, quod
patronus petiit, vt de nomine familiæ non
exiret, hæredem libertæ filium, partem prædij
quam mater accepit, retinere viſum eſt. Ex
quo loco patet, quamuis patronus teſtamen-
to facto, & legato prædio libertis & libertæ, pe
tierit ne familiam libertorum & libertæ exi-
2 ret: attamen libertę filium nihilominus † ma
tri ſuæ ſuccedere, non obſtante petitione pa-
troni, ne exiret familiam. Quæ ſententia pla-
cuit Accurſio in l. peto. 69. §. fratre. in verb. ex-
tero. circa finem. verſic. item ad l. quędam. dic
loqui cùm decedit ab inteſtato, ſecus, ſi teſta-
mento facto. ff. de legat. lib. 2. & in l. pater. 38.
§. Iulius Agrippa, in verb. factum ff. de legat.
libr. 3. Bartolus in dicta l. cum pater. §. cum
inter. & ibi Caſtrenſ. in princip. & Imola
in princip. & Cumanus in ſummario. Bartol.
in l. ſi ita quis. 135. §. ea lege. colum. 1. & ibi An-
gel. verſ. & in eadem. & Imola colum. 1. verſi.
in eadem gloſſa, & colum. penultim. ff. de ver
borum obligat. Bald. in l. ea lege. C. de condi-
ctio. ob cauſam. & ibi Angel. colum. 2. Iaſon
in l. filiusfamil. §. diui. num. 101. Loazes num.
96. Crotus num. 72. Ripa num. 96. ff. de legatis
lib. 1. Caſtrenſ. conſi. 447. lib. 1. Butrigar. conſ.
35. verſi. quia tales prohibitiones. Alexan. con-
ſi. 56. num. 4. verſic. quinimò. lib 1. & conſi. 23.
num. 9. lib. 2. & conſi. 59. nu. 1. verſic. & quam-
uis dicatur, libr. 3. Iaſon conſi. 4. lib. 1. & conſ.
120. colum. penultim. verſicul. tertiò, libr. 1. &
conſi. 31. colum. ſecunda. verſicul. 2. libr. 3. So-
cinus ſenior conſi. 292. colum. final. verſi. ſed
reſpondetur ſecundo. Curtius ſenior conſi.
64. colum. 16. verſic. ad tertium principale ob-
iectum. Decius conſi. 182. num. 1. lib. 1. & conſi.
377. colum. final. libr. 3. & conſi 422. colum.
penultim. Carolus Ruinus conſi. 89. colum.
11. libro ſecundo. & conſi. 95. colum. 3. verſicul.
per talem. & conſi. 108. colum. 2. lib. 2. & con-
ſil. 119. colum. 4. & conſi. 134. colum. 3. verſicu.
nec obſtat. eodem lib. 2. & conſi. 28. colum. fi-
nal. libr. 3. & conſi. 23. colum. 3. libr. 5. Corneus
conſi. 223. num. 1. libr. 7. Nouiſſimè Tyberius
Decianus conſi. 3. numer. 133. libro 1. Burſatus
conſi. 64. num. 5. lib. 1. Tyraquel. de retract. lig-
nagier. §. 26. gloſſ. 1. num. 7. Antonius Gabrie-
lius in communibus ſententiis. lib. 4. de fidei-
commiſſis. concluſ. 10. Prohibitus alienare,
an poſſit hæredem inſtituere. num. 27. verſic.
tertius caſus eſt.

Quod eò amplius verſi eſt, licet enim pro-
hibitus alienare extra familiam, † extraneum 3
hęredem inſtituere non poſſit. l. peto. §. fratre.
ff. de lega. 2. cùm aliis copioſè relatis à Tyra-
quello præcitato loco. nume. 5. & à Gabrielio
d. concluſ. 10. num. 2. verſic. ſecundus caſus. at-
tamen prohibitio hæc, non obſtat, ſi is inſti-
tuatur hæres, qui aliàs ab inteſtato ſucceſſurus
erat, Alexander & cæteri, in l. qui Romę § co-
hæredes. ff. de verborum obligatio. Tyraquel-
lus multas authoritates adducens, in præalle-
gato loco, nume. 6. Gabriel. dicta concluſ. 10.
num. 3. Burſatus d. conſi. 64. numer. 6. Cepha-
lus iunior conſi. 730. nume. 37. libro 5. Portius
Imolenſis conſi. 13. numer 33. verſicul. idem ſi
inſtituatur. Cuius rei ratio reddi ſolet, quod
omnis ſucceſſor ab inteſtato, † de familia eſ- 4
ſe dicatur. l. final. C. de verborum & rerum ſi-
gnificatio.

Id verò obſeruandum, eo caſu quo prohi-
bitio alienationis valet, non tamen hanc vl-
tra † quartum gradum à prohibito extendi. §. 5
nos igitur legis & teſtamenti interpretatio-
nem. verſicu. nunc igitur glorioſis. ibi, & iſto-
rum quatuor iam generationes tranſiſſe vi-
dentur. Authen. de reſtitutione fideicommiſ-
ſi, & nomine familię quod vſque ad quartum
gradum locum habet, &c. & ibi poſt Ange-
lum Cuiacius in Paratitlis. Pariſius conſi. 52.
num. 18. vbi malè allegat Authent. de reſtitut.
& ea quæ parit vndecimo menſe. lib. 2. Philip
pus Decius conſi. 481. num. 9. libr. 4. limitans,
niſi per verba vniuerſalia † prohibitio fiat. & 6
conſi 516. nume. 16. libr. 4. limitans, niſi prohi-
bitio facta ſit in perpetuum: tum enim quar-
tum gradum excedit, & in infinitum durat:
Quemadmodum quoque rectè alienat vlti-
mis in familia. Decius conſi. 584. numer. 13.
libr. 4.

Quæ tamen concluſio perpetua & vniuer-
ſalis non eſt: ſi enim alienatio † prohibeatur 7
verbis vniuerſalibus, putà, omnis & quælibet
aliena-

alienatio: vel per iſta verba, quomodocunq;, vel qualitercunque, cenſetur etiam prohibita ſucceſſio ab inteſtato. Larè Socinus conſi. 231. colum. 4. lib. 2. Decius conſi. 529. conſi. 599. nume. 2. & conſi. 660. Pariſius conſi. 22. num. 79. lib. 2. cum aliis relatis à Tyberio Deciano conſi. 3. num. 133. & ſeq. lib. 1.

SECVNDA QVAESTIO PRIORI COHAERENS.

Si iure municipali prohibeatur, nè bona immobilia ciuium alienentur, vel transferantur in forenſes, aut eos, qui alterius iuriſdictionis ſunt, an prohibeatur ſucceſsio ab inteſtato. Puta, ſtatuto quodã prohibita eſt alienatio bonorum immobilium, in forenſem, vel eum, qui non eſt eiuſdem ciuitatis ciuis: quid ſi ciuis illius ciuitatis moriatur ab inteſtato, & fratrem relinquat in alia ciuitate: quæſtionis eſt, an propter alienationem prohibitam, excludatur ſucceſsione ab inteſtato, quæ dicitur alienatio legalis.

QVæſtio hæc vario conflictu tractata eſt: tandem obtinuit, ſucceſſionem ab inte-
8 ſtato, † non compræhendi ſub prohibitione
alienationis, vel tranſlationis bonorum in
forenſes. tum per ea iura, quæ in præcedenti
quæſtione adducta ſunt: nempe l. cùm pater.
§. cum inter. ff. de legatis lib. 3. l. pater. § Iulius
Agrippa. ff. de legar. lib. 2. gloſſa in l. peto. § fra
tre. ff. eodem. tum quoque, quòd prohibitio
9 alienationis videatur inferre actum † inter
viuos. viuens enim propriè transferre & alie-
nare dicitur: non etiam mortuus, cùm natu-
ram ſoluerit, & in rerum natura eſſe non pu-
tetur. idcoque nec qualitas aliqua, quæ ſine
10 ſubiecto eſſe nequit, illi attribui poteſt. Afri-
canus: Nam ſi nominatim fortè Titio domi-
no ſuo mortuo iam dari ſtipulatus eſſet, pro-
culdubio inutiliter eſſet ſtipulatus. l. eius qui.
verſi. quod ſi ſtipulatus. ff. ſi certum pet. idem
ſcribit Papinianus in l. ſi ſeruus communis.
18. § ſeruus capto. ibi, quomodo ſi ſeruus hæ
reditarius defuncto aut etiam hæredi futuro
ſtipulatus eſſet, ff. de ſtipulatio. ſeruorum. Ar-
gumento eſt, quod Celſus de vſufructu ſcri-
bit: Vſusfructus eſt ius in corpore, quo ſubla-
11 to † & ipſum tolli neceſſe eſt. l. 2. ff. de vſufru-
ctu. & Vlpianus: Acceſſiones in eorum perſo-
na propriè locum habent, qui habent propri-
am poſſeſſionem. Cæterùm acceſſio nemini
proficit, niſi ei, qui ipſe poſſedit. l. Pomponi-
us. 3. § final. ff. de adquirend. poſſeſſio. & ibi
Alexand. & Aretinus. Ac vulgatæ ſunt regu-
læ: Qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto. I- 12
tem, qualitates non entium, nullæ ſunt: &
qualitates cauſæ influunt in cauſatum, vulga-
ris iurib. nec defunctus alienat vel transfert,
ſed ius ipſum, quod non debet interpretatio-
ne dura interuerti.

Idque extenditur, etiamſi ſtatuto compræ-
henſum ſit: vt non tantùm inter viuos alie-
nent, ſed nec per vltimam † voluntatem. 13
Nam hac prohibitione, nec ſucceſſio ab inte-
ſtato, tanquam ſeparata, continetur, vt in præ
cedenti quæſtione dictum eſt. Accedit, quòd
eiuſmodi ſtatutum, vtpotè iuri Ciuili contra-
rium, † meritò reſtringendum & coarctan- 14
dum ſit. argument. l. in re mandata. C. man-
dati. l. dudum. C. de contrahend. emptione.
cum ſimilib.

TERTIA QVAESTIO.

Simplici prohibitione facta à ſtatuto, ne ſubditus aliquis bona immobilia alienet in forenſem, an nomine alienationis compræhendatur inſtitutio extranei hæredis, hoc eſt: an prohibitio alienationis impediat extranei hæredis inſtitutionem.

DEciſio huius quæſtionis ſimiliter in con-
trarias ſententias pertracta & deducta
eſt. quibuſdam exiſtimantibus, prohibita alie-
natione, non prohiberi † hæredis extranei 15
inſtitutionem. In quam rem adferuntur pru-
dentum reſponſa: Primò, l. ex hoc edicto. §.
penultim. ff. de alienatione iudicij mutandi
cauſa facta: ſecundò, l. 1. ff. de fundo dotali.
tertiò: l. quædam. ff. de acquirendo rerum do-
minio. quartò, l. pater filium. § fundum. § Iu-
lius Agrippa. § quindecim. ff. de legatis libro
3. quintò, l. Aurelius. § final. ff. de liberat. lega-
ta. ſextò, l. milites § fina. ff. de re militari. l. de-
curio. ff. de decurionib. l. qui ſolidum. § prędi-
um. ff. de legat. 2.

E contrariò, maiòribus & frequentioribus
ſuffragiis exiſtimatum eſt, † prohibita aliena- 16
tione per legem, vel ſtatutum, intelligi prohi-
bitam inſtitutionem hæredis extranei. Quæ
ſententia obtinuit. Bartolus in l. ea lege. C. de
condictione ob cauſam. & alij relati à Ga-
brielio libro 4. titul. de fideicommiſſis, con-
cluſ. 10. numer. 2. arguendo à prohibitione te-
ſtatoris ad prohibitionem legis, ac nouiſſimè
omniumque acutiſſimè in vtramque par-
tem diſputans Fernandus Vaſquius par-
te prima, libro 1. § 10. num. 89. quo
breuitatis cauſa me
remitto.

CAPVT XV.

Tertia differentia ſucceſsionis ab inteſtato, & ex teſtamento.

SVMMARIA.

1 *Succeßio ab inteſtato dicitur legitima: & hæreditas legitima. & quæ ſit ratio, num. 12.*
2 *Legitima hæreditas tantùm proximo defertur.*
3 *Adiens ex teſtamento quod putat valere, non videtur repudiare legitimam hæreditatem.*
4 *Hæreditas priùs ex teſtamento defertur & repudiatur, deinde legitima.*
5 *Filia omittens querelam inoff. vel non obtinens, non concurrit fratri in hæreditate legitima.*
6 *Nepos poſt aui mortem conceptus, neq; legitimam hæreditatem eius, neque bonorum poßeßionem accipere poteſt.*
7 *Portio non adeuntium ab inteſtato, accreſcit adeuntibus.*
8 *Succeßio ab inteſtato dicitur etiam ius legitimum.*
9 *Legitimi hæredes ſunt, qui ab inteſtato ſuccedunt.*
10 *Tempus inſpicitur (quoad ſucceßionem inteſtati) quo teſtamentum deſtituitur, non quo moritur.*
11 *Legitimæ perſonæ dicuntur ſuccedentes ab inteſtato.*

TErtiò differunt, nomine: Succeſſio enim
1 ab inteſtato † dicitur legitima ſucceſſio,
& hæredes ab inteſtato, dicuntur legitimi, ti-
tulo Codicis, de ſuis & legitimis hæredibus.
& titul. de legitimis hæredibus. &, bonorum
poſſeſſione. & titul. C. vnde legitimi, & vnde
cognati. & in Pandectis titul. vnde legitimi,
& vnde cognati. & titul. de ſuis & legitimis.
& in Inſtitutionib. de legitima agnatorum
ſucceſſione. Vlpianus in fragmentis titul. 26.
de legitimis hæredib. & ſpecialiter Vlpianus:
Is qui hæres inſtitutus eſt, vel is cui legitima
hæreditas delata eſt, repudiatione hæredita-
tem amittit, l. is qui hæres. 13. ff. de acquirenda
hæreditate. & l. 14. idem eſt, etiamſi legitima
hæreditas filiis obuenit. ff. eodem. & iterum
Vlpianus: ſi ignorat, ad neutram ei repudia-
tio nocebit, neque ad teſtamentariam, quo-
niam hanc non repudiauit, neque ad legiti-
mam, quoniam ei nondum fuerat delata. l.
nec is. 17. § final. ff. eodem. & iterum Vlpia-
nus: ſed & ſi legitima hæreditas matris filio
delata ſit ex Senatuſconſulto Orphitiano, i-
dem erit probandum. l. 6. § ſed etſi. ff. de acqui
renda hæreditate. & iterum: ſub l. 6. ibi. fra-
trem ſuum ſcripſit hæredem, & codicillos fe-
cit ab inteſtato, petiitque à fratre, vt ſi legiti-
ma hæreditas ad eum pertineret, fideicom-
miſſa præſtaret quibuſdam. ff. ſi quis omiſſa
cauſa teſtamenti. & iterum: qui dum captat
hæreditatem legitimam, vel ex teſtamento
prohibuit teſtamentum introire. l. 1. ff. ſi quis
aliquem teſtari prohibuerit, vel coegerit. &
iterum Vlpianus: legitima hæreditas † tantũ
2 proximo defertur, &c. l. 2. ff. de ſuis & legiti-
mis hæredib. & iterum. Vtique ex lege duode-
cim tabul. ad legitimam hæreditatem is, qui
in vtero fuit, admittitur, ſi fuerit editus, l. 3. &
iterum: Patruum poſſe vtriuſque adire legiti-
mam hæreditatem, conſtat l. 5. ff. de ſuis & le-
gitimis. & iterum: ſed & vulgò quæſiti admit-
tuntur ad matris legitimam hæreditatem. In-
terdum & in ſeruitute quæſito, erit conceden-
da legitima hæreditas. l. 1. ff. ad Senatuſconſ.
Tertyl. multis caſibus reiterans. & iterum l. 2.
ff. eod. ibi, ſed etſi filius vel filia libertini ſint
effecti: mater legitimam hæreditatem vindi-
care non poterit, &c. & ibi. ſed etſi in ſeruitu-
te concepit, & manumiſſa ediderit, ad legiti-
mam eius hæreditatem admittetur, &c. ſic &
in aliis ibidem relatis caſibus. & iterum Vlpia
nus: is autem nec ad legitimam hæreditatem,
quæ ex lege duodecim tabularum defertur,
admittitur. l. 11. ff. de iure patronatus. & ite-
rum: an autem ad legitimam hæreditatem
admitti poſſit hic, qui eſt in poteſtate, tractari
poterit, l. 3. § poſſe. ff. de adſignand. libert. & i-
terum Vlpianus: l. apud Celſum 4. § ſi cum le-
gitima hæreditas ad te pertineret. ff. de doli
mali & metus exceptio. Ita etiam Paulus: ita-
que dici poteſt, eam quæ omiſſa eſt, etiamſi to-
tam hæreditatem ab inteſtato petat, & obti-
neat, ſolam ab inteſtato habituram vniuer-
ſam ſucceſſionem: quemadmodum ſi altera
omiſiſſet legitimam hæreditatem. l. mater. 19.
in princip. & iterum § præterea. ff. de inoffi-
cioſ. teſtament. nec enim quæ ex teſtamento
adiit quod putat valere † repudiare legiti- 3
mam hæreditatem videtur. & alibi iterum: le-
gitimam hæreditatem vindicare non prohi-
betur is, qui cum ignorabat vires teſtamen-
ti, iudicium defuncti ſecutus eſt. l. legitimam.
ff. de petit. hæredit. & iterum: ſi is ad quem le-
gitima hæreditas pertinet, putauerit defun-
ctum ſeruum ſuum eſſe: l. ſi is. 22. in princip.
ff. de adquirenda vel omittenda hæred. & ite-
rum Paulus: in plurium hæredum gradibus
hoc ſeruandum eſt: vt ſi teſtamentum profe-
ratur, prius à ſcriptis incipiatur: deinde tranſi-
tus fiat ad eos, ad quos legitima hæreditas per
tinet: etiamſi idem ſit, ad quem vtroque mo-
do pertineat nam hoc gradatim conſequitur
vt prius ex teſtamento † delatam, deinde legi- 4
timam repudiet, & cet. l. in plurium. ff. eodem
titul. & iterum Paulus reſpondit, nepotem e-
tiam poſt mortem aui conceptum, ſuperſtite
liberto, bonorum poſſeſſionem contra tabu-
las liberti aui petere poſſe, & ad hæredita-
tem eius legitimam admitti: Reſponſum e-
nim Iuliani tantùm ad hæreditatem legiti-
mam, item ad bonorum poſſeſſionem aui pe-
tendam pertinere. l. 47. ff. de bonis libertor.
& iterum Paulus: quamdiu poteſt valere te-
ſtamentum, tamdiu legitimus hæres non ad-
mittitur. l. 90. (aliàs l. quamdiu. 89. ff. de regul.
iuris.

iuris. Ita etiam Pomponius: illud dubitari po-
teſt, an ſi cùm teſtamento hæres inſtitutus eſ-
ſem, ab eo, qui etiamſi inteſtatus deceſſiſſet, le-
gitima eius hæreditas ad me pertineret. An ſi-
mul vtramque hæreditatem repudiare poſ-
ſim, &c. l. 77. ff. de acquiren. vel omittend. hæ-
redit. & iterum Pomponius: hi quorum pa-
rens capite minutus eſt, legitimæ hæreditatis
ius, & in cęteris perſonis, & inter ſe retinent,
& alij aduerſus eos, l. 4. ff. de ſuis & legitimis.
& Papinianus: Filia quę non egit, aut egit &
5 non obtinuit, † in hęreditate legitima fratri
non concurrit. l. filio. 16. in princip. ff. de inoſ-
fic. teſtament. & iterum Papinianus: Mater ſe-
cundis tabulis impuberi filio ſubſtituta, lo-
cum edicto facit: ſi omiſſo teſtamento, legiti-
timam hæreditatē filij poſſideat. l. 27. in prin-
cip. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. Et Mar-
tianus: inſtitutus hæres, & rogatus teſtituere
hæreditatem, ſi omiſſa cauſa teſtamenti, legi-
timam hæreditatem poſſideat, &cæt. l. ſi ſer-
uum. 28 §. 1. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.
& Iulianus: Paterfamilias qui teſtamenti fa-
ctionem habet, & codicillos facit, perinde ha-
beri debet, ac ſi omnes hæredes eius eſſent,
ad quos legitima eius hæreditas, vel bono-
rum poſſeſſio peruentura eſſet, l. 3. in princip.
ff. de iure codicil. & iterum Iulianus: ſi ex duo-
bus fratribus, alter deceſſerit, teſtamento iure
facto: deinde, deliberante hærede, alter quo-
que inteſtato deceſſerit: & ſcriptus hæres omi-
ſerit hæreditatem, patruus legitimam here-
ditatem habebit. l. 4. ff. vnde legitimi. & ite-
rum Iulianus: Qui poſt mortem aui ſui conci-
6 pitur, is † neque legitimam hæreditatem eius,
tanquam ſuus hæres, neque bonorum poſſeſ-
ſionem, tanquam cognatus, accipere poteſt:
l. 6. ff. de ſuis & legitimis hæredib. & iterum
ad ſororem ſolam legitima hæreditas perti-
net: quia certum eſt matrem eo tempore de-
ceſſiſſe, quo legitima hæreditas ad eam non
pertinebat, l. 8. in fin. ff eodem. & Martianus:
ſi ex pluribus legitimis hæredibus quidam o-
miſerint adire hæreditatem, vel morte, vel
7 qua alia ratione, reliquis qui adierint, † accreſ-
cit illorum portio. l. 9. ff. eodem. ſic & alij pru-
dentes alibi.

Quæ legitima hęreditas quandoque etiam
8 ius † legitimum à prudentibus appellatur. ita
Paulus: nec non ab inteſtato habentibus ius
legitimum. l. 6. §. bonorum. ff. de bonor. poſ-
ſeſſio. & Vlpianus: non quærimus, qui præter-
miſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato hæredita-
tem poſſideant, vtrùm iure legitimo poſſide-
ant, an non. l. 1. §. nos quærimus. ff. ſi quis omiſ-
ſa cauſa teſtamenti.

Et Imperator Leo: Quocunque iure inte-
ſtatæ ſucceſſionis, &c. l. vt liberis. C. de colla-
tionib. & Philippus: Eum qui cum teſtamen-
to poſſit obtinere hæreditatem, ab inteſtato
ius ſucceſſionis voluit amplecti. l. 2. C. ſi quis
omiſſa cauſa teſtamenti. & Anaſtaſius: Qua-
tenus ei qui emancipandus, emancipandáue
eſt, minimè legitima iura per emancipatio-
nem extinguantur. l. ſi ab eo. 11. C. de legitim.
hæredib. Ita etiam Imperator l. 2. in princip. i-
bi, probata legitima ſucceſſione. C. de Carbo-
niano edict. & l. vnica. ibi, quotiens deficit o-
mnis parentum liberorúmue ſeu propinquo-
rum legitima vel naturalis ſucceſſio. C. vnde
vir & vxor. & in l. 9. ſi curatoris quondam tui
teſtamento iure facto, vel ab inteſtato legiti-
ma hæreditas delata eſt: hoc caſu ei, qui non
repudiauit hæreditatem, eam licet adire. C.
de iure deliberandi. & Iuſtinianus: deinceps
autem legitimas fœminarum perſonas, ſi iu-
ra conſanguinitatis non poſſident, à ſucceſ-
ſione legitima repelli. l. 14. in princip. & in §.
huiuſmodi. ibi, ſimili modo iura legitimæ
ſucceſſionis ab inteſtato vocari, ſecundùm
gradus ſui prærogatiuam. & ibidem, §. in his.
ibi, in legitimam volumus ſucceſſionem. C.
de legitimis hæredib. & in l. final. §. ſed nec fra-
trem. ibi, vt ſecundo gradu conſtituti & legiti-
ma ſucceſſione digni reperti C. eod. tit. & ite-
rum Iuſtin §. cęterùm. verſ. ideò nos. Inſtit. de
legit. agnat. ſucceſſ.

Ita quoque legitimi † hæredes ſunt, qui ab 9
inteſtato ſuccedunt. Hæres inſtitutus, inquit
Vlpianus, itemque legitimus, ſi quaſi inſtitu-
tus repudiauerit, quaſi legitimus non amit-
tit hæreditatem. Sed ſi quaſi legitimus repu-
diauit: ſi quidem ſcit, ſe hæredem inſtitutum
credendum eſt vtramque repudiaſſe. l. 17. §.
hęres inſtitutus. ff. de acquirenda vel omit-
tenda hęreditat. & iterum Vlpianus: Totiens
igitur edictum prętoris locum habebit: quo-
tiens, aut quaſi hęres legitimus poſſidet, aut
quia bonorum poſſeſſionem accepit ab inte-
ſtato. l. 1. §. non quærimus. verſic. nam nec ex
cauſa. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. & ite-
rum Vlpianus: Legitimis capite deminutis
non datur bonorum poſſeſſio, iure hęredis le-
gitimi. l. 5. ff. vnde cognati. Et Paulus: ſed etſi
hęres inſtitutus omiſerit hęreditatem, erit le-
gitimus hęres. quoniam hęc verba, ſi in-
teſtato moritur, ad id tempus referuntur,
† quo teſtamentum deſtituitur, non quo 10
moritur. l. 9. circa finem. ff. de liberis & po-
ſthum. hęredibus inſtituend. & Papinianus,
ſub l. 40. ibi, quemadmodum legitimis hęre-
dibus auctoritate principali proſpicitur, vin-
culo cautionis. & ibidem: nam & legitimis
hęredibus futuris non alię quàm vtiles actio-
nes pręſtari poſſunt. ff. de vulgari & pupillari
ſubſtitutione. & Iulianus, Planè ſi filium im-
puberem exhęredauerit, fideicommiſſum le-
gitimus hęres prętare cogendus non erit, ni-

ſi Idem & patri hęres fuerit.l.94.in princip.ff. de legat.1.

Sic etiam Imperator Gordianus: Quòd ſi cùm iuris ſui eſſet, ante aditam hæreditatem deceſſit,tuq́ue fratri tuo legitimus hæres extitiſti,&c.l.3. C.de iure deliberandI. Et Seuerus, & Antoninus:ſi fratri tuo legitima hæres eſſe potes,&c. l.1.C.de ſuis & legitim.ſicuti etiam
11 dicuntur legitimæ † perſonæ. l. fin. in princ. ibi, ipſis à legitimis perſonis ſucceditur, ita & ipſæ legitimarum perſonatum amplectantur ſucceſſionem. C. de legitimis hæredibus.

Sic etiam Vlpianus lege ad aliquem redire hæreditatem, pro ſucceſſione ab inteſtato dixit.l.3. verſicu. & quod lege ad ſe rediret. ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. Et Iauolenus: Lege poſſidere hæreditatem, ſi ab inſtituto & ſubſtituto eadem res mihi legata ſit, & omiſſa cauſa teſtamenti hæreditatem poſſideant lege.l.ſi ab eo. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.

Ex quibus omnibus patet, ciuilem ſucceſſionem ab inteſtato, propriè dici legitimam
12 ſucceſſionem.† quod lege duodecim tabular. & Senatuſconſultis, & Principum conſtitutionibus, huic legitimæ ſucceſſioni certa lex, certaq́ue ſuccedendi forma data eſt, & præſcripta. Quemadmodum etiam bonorum poſſeſſiones ſuum habent modum à Prætore inductum.

CAPVT XVI.

Explicatio Antinomię inter Vlpianum in l. lege obuenire. D. de verbor. ſignificat. & Paulum in l. iij. §. de illo. D. pro ſoc.

SVMMARIA.

1 *Lege obuenire hæreditas dicitur etiam ex teſtamento.*
2 *Iuſta hæreditas quæ dicatur. num. 5. & 7.*
3 *L. lege obuenire. ff. de verborum ſignificat. variè intellecta. eiuſdem intellectus communis, numer. 4. alia interpretatio Ruini. num. 8.*
6 *Diſiunctiuæ pars vna ex alia declaratur.*
9 *Verba per prius intelligenda, non per poſterius, & numer. 24.*
10 *Verba ambigua in contractibus interpretanda contra fundantem ſe in eis.*
11 *Diſpoſitiones contrahentium non referuntur ad incognita.*
12 *Iuſtum appellari quaſi debitum.*
13 *Incertitudo vitiat contractum.*
14 *L. 3. §. de illo. ff. pro ſoc. conciliatio cum l. lege obuenire. de verb. ſignifi.*
15 *Poſthuma an comprehendantur nomine filiarum.*
16 *Teſtatoris diſpoſitio, de rigore videtur irrita.*
17 *L. 3. §. de illo ff. pro ſocio, verus ſenſus, iuxta Pinel.*
18 *Legitima hæreditas vbique in iure proponitur vt diuerſa à ſucceſſione ab inteſtato.*
19 *Mens loquentium aptiſſimè colligitur ex veriſimili, & ex vſu iuris.*
20 *Lex poſitiua authoritatem præbet teſtamentarijs ſucceſſionibus.*
21 *Adimere potens, ſi non adimit, dediſſe videtur.*
22 *Veriſimilis contrahentium mens præualet verbis, etiam in ſtrictis.*
23 *Verba aptantur ad communiter accidentia.*
25 *à Caſu vel fortuna deſcendens non verſatur in conſideratione.*
26 *Teſtamentaria ſucceſſio magis onerosa & remuneratoria, quàm lucratiua dici poteſt.*

Circa hanc ſecundam differentiam inſignis tam veterum, quàm recentiorum interpretum orta eſt concertatio, de duobus iuris capitibus, quę inter ſe diſſidere plurimùm ac diſcrepare videntur. Vlpianus inquit, lege obuenire hęreditatem, non impropriè quis
dixerit, etiam eam, † quę ex teſtamento defer 1
tur. quia lege duodecim tabul. teſtamentarię hęreditates confirmantur. l. lege obuenire. 130.ff.de verborum ſignificat. Verba legis 12. tabularum feruntur: VTI LEGASSIT DE SVA RE, ITA IVS ESTO. vel: VTI LEGASSIT SVAE REI, ITA IVS ESTO. l. verbis legis. 120. ff. de verbor. ſignificat. Paulus ex facto conſultus, aliter: de illo, inquit, quęritur: ſi ita ſocietas coita ſit, vt ſi qua iuſta hęreditas alterutri obuenerit, communis ſit: quę ſit iuſta hęreditas? vtrùm
quę iure legitimo obuenit: an etiam quę ex 2
teſtamento? Eſt probabilius eſt, ad legitimam hęreditatem tantùm hoc pertinere. l. 3. §. de illo. ff. pro ſocio Quę duo capita plurimùm inter ſe diſſident: Vlpianus enim teſtamento delatam hęreditatem lege obuenire ait: & ſic legitimę ſucceſſioni teſtamentariam includit. Econtrà Paulus: Legitimam hęreditatem, à teſtamentaria ſeparat, & alienam facit.

In hiſce diuerſis ſententijs conciliandis, plurimum vehementerq́ue laboratum eſt à noſtris, excogitatęq́ue multiplices opiniones. Quidam enim, & inter hos Fulgoſius, verba
Vlpiani in dicta l. lege obuenire, non impro- 3
priè, interpretatur minus propriè. Quàm interpretationem reijcit Alciatus, & maximam prę ſe ferre calumniam dicit. Alij Vlpianum tradere regulam: Paulum verò exceptionem proponere putant. Quæ ſententia exploſa eſt. Tertij, inter quos Albericus & Bartolus in d.l. lege obuenire, diſtinguunt, inter diſpoſitionem legis, & diſpoſitionem hominis. In diſpoſitione legis, de qua loquitur Vlpianus, ſub appellatione legitimæ hæreditatis contineri teſtamentariam. in diſpoſitione autem hominis, vel conuentione: de qua Paulus reſpondit, minimè includi teſtamentariam. Huius rei rationem eam eſſe, quoniam ea quæ ab inteſtato capitur, continenter ex lege capitur: ſed alio caſu non confeſtim ex lege, ſed ex teſtamento debetur, quod tamen ope legis valet.

let. Quam diſſolutionem Alciatus meras nu-
gas eſſe dicit, adductis in eam rem argumen-
tis. Quarti, frequentioribus ſuffragijs arbi-
4 trantur, † Vlpianum loqui, ſecundùm latio-
rem ſignificationem: Paulum verò, in dicto
§.de illo, loqui ſecundùm propriam, & ma-
gis ſtrictam ſignificationem: Accurſius in l.
legitimam 8.ff.de petitione hæredit. ibi, legi-
timam: id eſt, quæ defertur ab inteſtato: quæ
verè dicitur legitima, vt ff.pro ſocio. l. 3. §. de
illo. largè etiam illa, quæ ex teſtamento, vt in-
frà de verbor. ſignificat. l. lege. Quam ſenten-
tiam ſequitur etiam Decius, & Curtius iuni-
or, Cagnolus in l. vnica. C. quando non peten-
tium partes. Bellonus libro 3. ſupputationum
cap. 7. & communem eſſe refert Arius Pinel-
lus in l. 2. num. 5. verſic. crebrius autem intelli-
gunt. C. de bon. matern.

Quinta opinio excogitata eſt à Budæo in
Pandectis in dicta l. 3. ff. pro ſocio, & Alciato
in dicta l. lege obuenire, & libro quarto Para-
doxorum, capite 7. nempè, diſtinguendum
eſſe iuſtam hæreditatem, de qua Paulus, à le-
5 gitima hæreditate. Iuſta enim † hæreditas
dicitur, inquit Budæus, verè & planè hæredi-
tas, quæ iure legitimo obuenit, id eſt, cognati-
onis nomine, ἡ κατ᾽ ἀγχιστείαν κληρονομία Hic eti-
am titulus hæredis planiſſimus eſt, & omni-
bus partibus iuris nixus. ita Budæus Sic etiam
Alciatus libro quarto Paradox. capite 7. Sci-
endum eſt, inquit, iuſtum non ſimpliciter di-
ci, quod à iure prouenit: ſicut quod à lege, le-
gitimum: ſed eò amplius dictio hæc, eam ha-
bet emphaſin, vt illud ſignificet, quod omni
ex parte perfectum eſt, & cui ad rem, de qua a-
gitur nihil, deeſt.

Pro qua ſententia, Alciatus præcitato lo-
co, quaſdam adijcit rationes, tandemque ſub-
ijcit: Paulum Iureconſultum iuſtam hæredi-
tatem definire, quæ ab Inteſtato capitur, quo-
niam ea, non ex lege ſolum, ſed & naturali ra-
tione ex bono & æquo debetur: Meritò igi-
tur iuſtam appellari, id eſt, quam omni iure
præſtari conuenit. Quod in hæreditate non
eſt quæ ex teſtamento debetur, quæ, caſu quo-
dam, & plerumque inter extraneos, defertur.
Legitimam ergò propriè appellari, tam quæ
ab inteſtato, quàm quæ ex teſtamento capi-
tur. Nec obſtant, inquit, ea legis verba: ET
PROBABILIVS EST, AD LEGITI-
MAM HAEREDITATEM TAN-
TVM PERTINERE: Quoniam, quam-
uis ſimpliciter appellatione legitimæ hære-
ditatis vtraque veniat: cùm tamen Iurecon-
ſultus ſuperius locutus ſit de ea, quæ ex teſta-
mento obuenit, & ex altera ſermonis parte o-
ſtenderit ſe non generaliter illud nomen ac-
cipere, ſed ſolùm pro ea, quam iuſtam dixi-
mus, ex Iuriſconſulti mente in vna tantum
ſignificatione capi debet. l. 1. ff. de rebus dub.
Nam & ſolemus dicere vnam partem diſiun-
ctiuæ † ex alia declarari: Item generalia verba 6
ex præcedentibus vel ſequentibus coerceri. l. ſi
ſeruus plurium. ff. de legat. 1.

Quam ſententiam ſecutus eſt Coſtalius, in
dicta l. 3. §. de illo. ff. pro ſocio. inquiens: non i-
deò eam hæreditatem quæ ab inteſtato defer-
tur, iuſtam & legitimam appellari, quod ea
quæ teſtamento datur, non quoque ſit legiti-
ma: manifeſtum eſt enim & hanc legitimam
appellari: cum lex teſtamenta tueatur his ver-
bis: IS VTI LEGASSIT SVAE REI,
ITA IVS ESTO: Sed appellatur iuſta, in-
quit, quaſi † perfecta, & iure ſanguinis, naturæ 7
& ciuilibus præceptis debita. vnde teſtamen-
tum iuſtam ſententiam, quaſi perfectam om-
ni iure dicimus. l. 1. ff. de teſtamen. iuſtos libe-
ros. l. cum quis. C. de naturalib. liber. iuſtum
pactum illud, quod veſtitum appellant, quaſi
omni iure ſubnixum. l. Stichum. l. naturalis.
ff. de ſolutionib. At quæ ex teſtamento defer-
tur hæreditas, non ita multis rebus cumulata
eſt, & perfecta: quanquam non impropriè le-
gitima dici poſſit. ita Coſtalius.

Aliam & ſextam conciliationem attulit 8
Carolus Ruinus † in dicta l. 3. circa finem,
quod in dubio diſpoſitio contrahentium, in
qua ſit facta mentio de legitima hæreditate,
intelligatur de illa, quæ defertur ab inteſta-
to. non quia illa quæ defertur ex teſtamento,
non ſit etiam legitima. eſt etenim. ſed quia il-
la quæ defertur ab inteſtato, defertur à lege
per prius, & ſine hominis facto: ſecùs in teſta-
mentaria, quæ non per prius datur à lege, ſed
eam priùs datam à teſtatore lex confirmat.
vnde mentione facta de legitima hæreditate
in dubio: verba capiuntur primo loco. dicto
§. de illo.

Quæ Ruini ſententia probari poteſt per
tritam vulgatamque regulam, quod verba
per prius † ſunt intelligenda, non etiam per 9
poſterius. Bartol. in l. hoc legatum. ff. de legat.
3. Bald. in l. 1. C. de ſucceſſorio edicto. Iaſon la-
tè in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulgar. &
pupil. ſubſtit.

Septima conciliatio adfertur ab Huberti-
no Zucchardo, in l. final. nume. 150. C. de edi-
cto diui Adrian. tollend. nempè locum Pau-
li in dicto §. de illo, intelligendum eſſe, de cō-
tractibus, & ſpeciale eſſe in contractibus, vt ap-
pellatione legitimæ hæreditatis, intelligatur
hæreditas, quæ ab inteſtato defertur, non eti-
am quæ ex teſtamento. Subijcit rationem:
Quia in contractibus † verba ambigua. inter- 10
pretanda ſunt contra ſundantem ſe in eis.
l. veteribus. ff. de pactis. Atqui appellatio le-
gitimæ hæreditatis ambigua eſt. dicta l.

lege obuenire. ſed iterum ambigi poteſt, quare Paulus magis interpretatus ſit, de hęreditate ab inteſtato, quam de illa quę ex teſtamento obuenit. Reſpondet Hubertinus pro ſuo more: Dicebam, inquit, id ea ratione, quia credibile eſt, quod cum partes ibi conuenerint, communicare hęreditatem, quę ſibi legitimo iure obueniret, rem ipſam diligenter conſiderare voluerint. Vnde faciliùs poſſit palpari & conſiderari ea, quę defertur ab inteſtato, per modum proximum, quàm ea, quę defertur ex teſtamento: quę ab inopinato & extraneo poteſt procedere, probabilius eſt, quod de illa, quàm de iſta intelligatur actum. quia diſpoſitiones contrahentium non ſolēt
11 ad † incognita referri. l. cùm Aquiliana. ff. de tranſactio.

Iterum aliam & octauam adfert diſſolutionem Hippolytus Riminaldus in l. vnica. numer. 29. C. quando non petentium partes. Putat hic totam vim conſiſtere in intellectu verborum: quomodo dicatur iuſta hęreditas alicui obuenire: Iuſtum, ait, apud veteres ap-
12 pellari quandoque, quod † quaſi debitum ſit. ſic Vlpianus: Iuſta mortuo facientem, non poſſe in ius vocari, l. 2. ff. de in ius vocando. Quę ideo iuſta dicebantur, quod ſacrificia quędam iuſtè deberi cenſebantur mortuis, qui viuentes ipſi benè meriti fuiſſent de aliis. inde etiam; iuſta ſoluere. in quam rem multa adduci poſſent, quę omiſit Hippolytus. In propoſito itaque caſu dicit, Paulum proponere caſum ſocietatis ita coitę: ſi qua iuſta hęreditas alterutri obuenerit, communis ſit: de quaſi debita loqui.

Addit rationem. alioquin enim in incerto penitus conuentio collata diceretur, ſicque nulla redderetur: prout regulariter incer-
13 titudo † vitiat contractum. l. ita ſtipulatus 115. & ibi Bartolus, Angelus, Caſtrenſis, Iaſon & omnes ff. de verborum obligationibus. Vnde Paulus, quærens quæ ſit iuſta hæreditas, vtrum, quæ iure legitimo obuenit, an etiam ea, quæ ex teſtamento, dicit: ET PROBABILIVS EST, AD LEGITIMAM HAEREDITATEM tantum hoc pertinere. quoniam illa plerumque, vel à parente, vel à liberto, quaſi debita nobis obuenit, vt idem Paulus dicit in l. & quia plerumque. ff. pro ſocio. l. cum ratio. ff. de bonis damnatorum. Quod non eſt in teſtamentaria, quæ etiam in extraneum penitus ignotum transfertur. l. extraneum. C. de hæredibus inſtituendis.

Nonò: Poſt hoſce omnes, duo acutiſſimi ingenii, & eminentiſſimi viri Hiſpani, Arius Pinellus, & Fernandus Vaſquius, in abſtruſa & difficili hac concertatione ſe exercitarunt, imò ferè ſeſe defatigarunt. Arius quidem Pinellus in dicta l. 2. numer. ſeptimo. C. de bonis maternis. vbi reiectis interpretationibus Alciati, Budæi, & Coſtalii, itemque Hubertini, audacter aſſerit, nullam eſſe contrarietatem † in illis iuribus, Vlpianumque in dicta l. lege obuenire, loqui tantùm de latiore ſignificatione verbi: quaſi inter periLtos ita poſſint accipi verba illa, iuſta vel legitima hæreditas. non verò, vt inde inferatur ad deciſionem cauſarum, de qua agit Paulus, in dicto §. de illo. Exemplo poſthumorum: nam hæ nomine filiarum comprehendun- 14
tur. † l. nomen filiarum. 164. ff. de verborum ſignificationib. cæterùm in deciſione caſus occurrentis in relicto filiabus, poſthumas regulariter non comprehendi, alibi Vlpianus ſcribit. l. qui filiabus. ff. de legatis, libro primo. Quo, inquit Arius, genericè præmiſſo: magis in ſpecie ad ea iura dicendum eſt, verum eſſe, quod magis communiter tradunt gloſſæ & Doctores, ex ſtricta, & magis propria ſignificatione, legitimam vel iuſtam hæreditatem intelligi, quæ à ſola lege ab inteſtato defertur. 15

Latiori autem ſignificatione, & quaſi extenſiuè, legitimam hæreditatem intelligi ex teſtamento: maximè ex ratione Vlpiani, arguentis à confirmatione legis, qua ſignificat ſucceſſionem teſtamentariam non immediatè, nec omninò à lege deſcendere, ſed tantùm ab ea confirmatam fuiſſe, iuxta l. verbis legis, 120. ff. de verbor. ſignificat. Atqui teſtamentariam ſucceſſionem cõfirmatione indiguiſſe, rectè tradit Accurſius in l. illa inſtitutio 32. ff. de hæred. inſtituend.

Quia rigore, diſpoſitio teſtatoris † irrita videbatur 39. Cum diſponendo de bonis conferat voluntatem ad tempus inhabile: nempè, poſt mortem quo iam nullum ius in bonis habere poteſt. De qua re Iaſon & Decius in Rubric. C. qui teſtamenta facere poſſunt. Loriottus de Aditione, axiomate 7. Vigl. us, in §. ſed prædicta. nume. 12. Inſtitu. de teſtament. 16

Subiicit deinde Pinellus, verũ ſenſum vel intellectum, ad locum Pauli ſub d. l. 3. §. de illo. ff. pro ſocio: nempè, † contrahentes noluiſſe, vt omnis hæreditas communis eſſet: ſi enim id voluiſſent, conueniſſent per verba vniuerſalia, omnis, vel quæcunque hæreditas, vel ſaltem per indefinitam: vt hæreditas alterutri obueniens communicetur: contrahendo autem per verba qualificata, IVSTA VEL LEGITIMA HAEREDITAS. planè ſignificabant non omnem hæreditatem communicandam, ſed eam tantùm, cui qualitas illa iuſtæ, vel legitimæ hæredi- 17

hæreditatis congrueret,iuxta regulam vulga-
tam l.cum prætor. ff.de iudicijs. Addit, hunc
intellectum ex communi & frequentiſſimo
iuris vſu corroborari : quo ſæpiſſimè vide-
mus, legitimam hæreditatem accipi tantùm
pro ea, quæ defertur ab inteſtato, & vbique
18 proponi vt diuerſam à † ſucceſſione ex teſta-
mento.ff.& C de ſuis & legit. hæred. ff. & C.
de teſtamen.& legitima tutela.l.illud.76.ff.de
adquirend.hæredit.l.ſi quis ita hæres inſtitua-
tur. ff. de hæredib. inſtituend. l. qui fundum.
86.§.qui filios.ff.ad legem Falcidiam. l. mater
decedens.ff.de inofficioſ.teſtament. l. in are-
nam.C.eodem. Ideoque prudentiſſimè Pau-
lum in §.de illo, ad quæſtionem reſpondiſſe,
ex magis propria ſignificatione verborum,
ex veroſimili mente contrahentium, idem-
que ex vſu iuris : quo inualuit ea verba tãtùm
accipi pro hæreditate ab inteſtato: inde enim
19 apertiſſimè colligi † mentem loquentium. l.
in conuentionib. 219.ff.de verborum ſignific.
l.liberorum.§.quod tamen Caſſius.ff.de lega.
3.ita Arius.

Aliter autem ac nouo intellectu Fernan-
dus Vaſquius rem hanc explicare,ac diſſiden-
tes ſententias coniungere nititur, parte pri-
ma,libr.2.§. 11. num. 42. §. nos autem ſumus
in noua opinione. ait itaque, Vlpianum in d.
l.obuenire, loqui de poteſtate teſtandi vel te-
ſtantium: Paulum loqui de contrahentium
voluntate, Teſtandi autem poteſtatem à lege
20 Ciuili inductam, & quod ex poſitiua † autho-
ritatem, ius, poteſtatemque præbuerit teſta-
mentarijs ſucceſſionibus. Non iniuria itaque
teſtamentariam ſucceſſionem lege obueni-
re : cùm veniat legis permiſſione & conceſ-
ſione expreſſa. Quinimmò, licèt ex tacita per-
miſſione teſtatoris, non etiam expreſſa, ho-
die legitimis hæredibus hæreditas deferri
videatur : adhuc tamen talis hæreditas à te-
ſtatore obuenire dicitur. qui enim poteſt adi-
21 mere,† nec adimit, dediſſe videtur. l. 1.§ pe-
nultim. & §. final. ff. de legat. 3. l. conficiun-
tur.ff.de iure codicillorum. l. non iuſtam. &
ibi gloſſa. C. ad Senatuſconſult. Trebellian.
Verùm Pauli locum, in dicto §.de illo, intelli-
gendum, non de poteſtate agentium, ſed ma-
gis de ipſorum voluntate: qui iuſtæ hæredita-
tis appellatione intelliguntur & exiſtiman-
tur ſenſiſſe de ea, quæ ab inteſtato obuenit,
non quæ ex teſtamento defertur. Idque ex
22 veroſimili † mente & ſententia contrahen-
tium, quæ etiam in contractibus ſtrictis præ-
ualet verbis. l.ita ſtipulatus. verſicul. Sabinus.
ff. de verborum obligationib. deinde verba
23 aptari † ad communiter accidentia. l.nam ad
ea.ff.de legibus. Hæreditates autem extraneo-
rum perpaucæ, rariſſimæque deferuntur. Vn-
de iuſta hæreditas intelligi debet, ſecundùm
frequentiorem vſum, nempe, de ſucceſſione
ab inteſtato. Eoque magis, quòd legitima hæ-
reditas, vel ab inteſtato longè antiquior eſt,
quàm teſtamentaria. Verba autem contra-
hentium non per prius, † non per poſterius intel- 24
ligenda ſunt. l. 1. ff. ſi ager vectigalis. vnde me-
ritò appellatio iuſtæ hæreditatis, legitimæ tã-
quam priori attribuenda, non poſteriori ex
teſtamento. Præterea, quòd à caſu & fortuna
deſcendit, in conſideratione non verſatur. l. 25
ſcimus.§.1.C.de inofficioſ.teſtamento.l.apud
Iulianum. §. idem Iulianus. ff. de legat. 1. At-
qui teſtamentaria ſucceſſio caſu obuenite in-
telligitur, ergo meritò inter contrahentes de
ea cogitatum non videtur.

Denique interpretatio iuſtæ hæreditatis,
de legitima hæreditate, æquior & iuſtior eſt:
Quia enim teſtamentaria ſucceſſio ex noſtra
induſtria, labore, ſolicitudine & meritis erga
teſtatorem obueniſſe, & oneroſa magis, ac re-
muneratoria, † quàm lucratiua dici poſſit, 26
probabilius & veroſimilius eſt, vt in illa con-
uentione non cenſeatur comprehenſa: quæ
palàm erat ad lucratiuas hæreditates perti-
nere.

CAPVT XVII.

Forſteri opinio in hac multiplici ſen-tentiarum diuerſitate.

SVMMARIA.

1 Diſputantis officium quale.
2 L.lege obuenire.ff.de verborum ſign.noua explanatio, & num.20.
3 Lex,pro lege 12.tabul.
4 Lege agere,quid,& num.5.6.& 7.
8 Legis actiones quid ſint.
9 Magiſtratus apud quem legis actio ſit, quis dicatur.
10 Actus legitimi qui ſint.
11 Legitimum quid in iure dicatur.
12 Legitima ætas: legitimum tempus: legitima verba, & cæt.nume.13.
14 Hæreditas legitima quæ dicatur.
15 ab Inteſtato hæreditas propriè legitima eſt : & quare.
16 Propriè,quid dicatur.
17 Adulterium & ſtuprum propriè differunt.
18 Non impropriè,quid ſit.
19 Non propriè,quid dicatur.
21 Dictionum, Propriè, Non impropriè, & Non propriè, diſtinctio.
22 Inteſtatus quis ſit propriè, non impropriè, & non propriè.
23 Lex Iulia & Papia,quando,& à quo lata.
24 Lex Papia & Poppæa, eiuſq; commentatores, & nume.25.

RElatis iis, quæ ab omnib. & ſingulis in an-
cipiti & abſtruſa hac diſputatiõe adferũ-
tur,

tur,cui nos adhærebimus ſententiæ. Acutè e-
1 nim diſputantis † illud eſt : non quid quiſque
dicat: ſed quid cuique dicendum ſit, videre. E-
go quidem, quamuis clariſſimorum horum
virorum authoritati inuitus me interponã:
meam tamen ſententiam addere volui. Puto
itaque duas diuerſi generis quæſtiones propo
ni : prior eſt Vlpiani : An lege obuenire dica-
tur hæreditas ex teſtamento? Reſpondit Vl-
pianus : Lege obuenire hæreditatem non im-
propriè quis dixerit, & eam, quæ ex teſtamen-
to defertur. addit rationem : quia lege duode-
cim tabularum teſtamentariæ hæreditates
confirmantur. dicta l. lege obuenire. 130. de
verb. ſignifi.

2 Status † igitur in eo verſatur : quid ſit lege
obuenire, quod nihil aliud eſt, quàm ex lege
duodecim tabular. hæreditatem ad aliquem
peruenire. Legis enim appellatio hoc caſu ſi-
3 gnificat † legem duodecim tabul. quod ex prę
dicto loco Vlpiani patet: quia lege duodecim
tabularum teſtamentariæ hæreditates confir-
mantur. Quemadmodum in ſimili, lege age-
4 re eſt, quod † lege aliqua inſtitutum eſt, ritè &
ſolenniter agere. Cicero pro Murena: de Gn.
Flauio, qui Appij Claudij librum vulgauit:
poſſet agi lege, nec pauci quondam ſciebant.
Faſtos enim vulgo non habebant. erant in
magna potentia, qui conſulebantur, à quibus
etiam dies tanquam à Chaldæis petebantur.
inuentus eſt ſcriba Gn. Flauius, qui corniculum
oculos confixerit, & ab ipſis cautis Iurecon-
ſultis eorum ſcientiam compilauerit. Itaque
irati illi, quod veriti, ne dierum ratione per-
uulgata, & cognita, ſine ſua opera lege poſſet
agi. verboſa eadem compoſuerunt, vt in om-
nibus rebus intereſſent. & Liuius de eodem
Flauio, libr. 9. Ciuile, inquit, ius poſitum in pe-
netralibus pontificum euulgauit, faſtoſque
circa forum in albo propoſuit, vt quando le-
ge agi poſſet, ſciretur Et iterum Liuius de Cã-
panis loquens: Fuluius acceptas literas, neque
reſolutas, cùm in gremio repoſuiſſet, præco-
ni imperauit, vt lictorem lege agere iuberet,
5 † id eſt, vt ex officio ſuo ageret, & ſententiam
in damnatos exequeretur. Et idem Liuius: Li-
ctor viro forti adde virgas, & in eum primũ
lege age. Inde etiam legibus interrogari, a-
pud eundem Liuium. Ita quoq; Valer. lib. 3. de
ligatis ad palum hoſtibus: literas à patribus cõ
ſcriptis nequicquam ſalutares Capuanis ac-
cepit. in ſiniſtra enim manu, ſicut erant tradi-
tæ repoſuit, ac iuſſo lictore lege agere, id eſt,
vinctos virgis cædere, & deinde ſecuri ferire
tunc demùm aperuit.

6 Sic etiam ciuiliter lege agere dicitur, † qui
actionem ex legum præſcripto intendit, &
exercet. Alter, inquit Cicero, plus lege agen-
do petebat, quàm quantum lex in duodecim
tabul. permiſerat, quod cum impetraſſet, cau-
ſa caderet. ita Cicero libro primo de Orato-
re: Et eodem loco : Cùm egiſſet lege, in hæ e-
ditatem paternam, teſtamento exhæres fili-
us, quæſitum eſt de iure ciuili, poſſetne pater-
norum exhæres filius lege agere, id eſt, actio-
nem & querelam inofficioſi intendere. Et Te
rentius in Phormione : Vna iniuria eſt te-
cum. Demiph. Lege agito ergò, id eſt, ſcribi-
to mihi dicam, ſeu actionem tuam, iure legi-
bus inſtituto, exerce. Et Valerius Maximus li-
bro ſeptimo : Egregia Piſonis præfecti vrbis
conſtitutio. cùm enim ad eum Terentius ex
octo filiis, quos in adoleſcentiam perduxe-
rat, ab vno in adoptionem dato, exhæreda-
tum ſe, querelam detuliſſet: bonorum adole-
ſcentis poſſeſſionem ei dedit, hæredeſque le-
ge agere paſſus non eſt. Lege agere, † dixit, pro 7
bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas pe-
tere: vel ex teſtamento agere. & Ouid. libro 1.
Faſtorum :

Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur:
Faſtus erit, per quem lege licebit agi.

Prætori enim ius dicenti, tria illa verba fari
licebat, Do, Dico, & Addico. Macrobius libr.
1. Saturnalinm, capite 16. Inde legis actiones
† dicuntur formulæ certæ ſolenneſque actio 8
num, à Prudentibns ex legibus duodecim ta-
bul. compoſitæ. Ita Pomponius: deinde ex
his legibus eodem tempore ferè actiones
compoſitæ ſunt, quibus homines inter ſe di-
ſceptarent, quas actiones ne populus prout
vellet, inſtitueret, certas ſolenneſque eſſe vo-
luerunt, & appellabatur hæc pars iuris, legis
actiones, id eſt, legitimæ actiones. l. 2. §. his le-
gibus latis. verſicul. deinde. ff. de origine
iuris.

Poſt haſce formulas ex legibus duodecim
tabularum compoſitas, aliæ à Prudentibus
excogitatæ ſunt : veluti Emancipationis, ab-
dicationis, adoptionis, manumiſſionis per
vindictam, in iure ceſſionis, tutoris in iure da-
tionis, poſtulationis iudicij recuperatorij,
poſtulatio bonorum ex edicto, ſtipulatio-
nes & ſatiſdationes quæ in iure fiunt, & ſi-
miles.

Hinc Magiſtratus apud quem legis actio
eſt, dicitur is, apud † quem eorum aliquid a- 9
gere ius eſt. Exempla in l. 4. ff. de adoptioni-
bus, l. 2. ff. de officio proconſulis. De quibus e-
ruditè Guilielmus Budæus, in l. 2. §. & cum
placuiſſet. ff. de origine iuris. Alciatus in l. pe-
cuniæ, §. actionis. ff. de verborum ſignifica-
tionib. Ioannes Coraſius in l. 4. numer. 5.
ff. de adoptionibus. Hotomannus in Com-
mentariis verborum iuris, in dictione,
lege agere. Iacobus Reuardus in libro de
authoritate prudentum, cap. ſecundo de legis
actio-

10 actionibus. Vnde etiam legitimi actus, ſunt a.
ctus ſolennes certis verborum formulis in.
cluſi: veluti, Papiniano referente, Emancipa
tio, Acceptilatio hæreditatis aditio, ſerui op.
tio, datio tutoris. l. actus legitimi. 77. ff. de re.
gulis iuris. Cuius generis etiam ſunt, cretio, v.
ſurpatio, manus conſertio. Et generaliter id
omne legitimum dicitur in iure noſtro, quod
11 † vel lege duodecim tabular. vel alia lege præ.
ſcriptum inductumque eſt. Sic legitima vxor
dicitur, quæ ritè ex præſcripto legum, in ma.
trimonium venit. l. 4. ff. de ritu nuptiarum. I.
tem legitimæ nuptiæ, quæ ſecundùm Roma.
næ Ciuitatis iura contractæ ſunt. §. 1. Inſtitut.
12 de nuptiis. Sic etiam legitima ætas, † quæ lege
aliqua præſcripta & præſtituta eſt. veluti, nup.
tiarum cauſa in maſculis annus decimusquar
tus. In fœminis verò duodecimus. Item ad res
adminiſtrandas annus vigeſimusquintus. tit.
ff. de minorib. vigintiquinque annis. & C. de
minorib.

Item legitimum & ſtatutum tempus. l. 19.
in princip. ibi, nam poſt annum vigeſimum
quintum habebit legitimum tempus. ff. de mi
norib. vigintiquinque annis. l. 8. ibi, & ideò ſi
poſt legitimum tempus cognouit, ff. de his
qui notantur infamia. & l. 10. ſolet à principe
impetrari, vt intra legitimum tempus mulie
ri nubere liceat. ff. eodem. l. 5. ibi, & legitimo
tempore ſimiliter amitti. ff. de vſufructu. l. 1.
C. ſi minor ſe maiorem dixerit. & aliis infini.
13 tis locis. Item legitima verba, † quæ lege pro
ſolennitate actuum concepta ſunt. Qualia
ſunt formularum: de quibus Briſſonius inte.
grum volumen edidit. Legitimum ſpacium.
l. 13. ff. de ſeruitutib. vrbanorum prædiorum.
Legitima latitudo, legitima quantitas. l. 25. C.
de donatio inter virum & vxorem. l. 34. C. de
donationibus. Legitimæ vſuræ. l. tutor qui re.
pertorium. §. pecunia. §. ſequen. ff. de admini.
ſtrat. tutorum. Legitima tutela, id eſt, lege 12.
tabularum delata. l. 1. & 3. ff. de legitimis tuto.
rib. Sic etiam de aliis pluribus, quæ vel lege 12.
tabul. vel alia lege ſunt ſtatuta, dicuntur legi.
tima.

14 Ita etiam hæreditas dicitur legitima, † quæ
ex lege, vel veteri, purà, lege duodecim tabu.
larum, vel noua, purà Senatuſconſultis & con
ſtitutionibus, vel alia lege defertur. Propriè
quidem illa appellatur legitima, quia directò,
immediatè & continenter ex lege deſcendit:
qualis eſt, quæ ab inteſtato defertur. non im.
propriè quoque, quæ teſtamento obuenit,
quia confirmatur à lege duodecim tabular.
dicta l. lege obuenire. Vnde rectiſſima ſenten.
tia eſt Accurſij, de qua in quarta opinione,
nempe propriè legitimam dici, quæ ab inte.
ſtato defertur: large etiam illam, quæ ex teſta
mento obuenit, lege confirmatur.

Ab inteſtato quidem † legitima dicitur, 15
quia immediatè ex legis præſcripto deſcen.
dit. Ex teſtamento etiam non impropriè
vocatur legitima: immediatè quidem ex ſo
la voluntate teſtatoris promanat: lege tamē
hæc voluntas confirmatur. Nec mutat, quod
Alciatus hanc interpretationem maximam
præ ſe ferre calumniam dicit. Debebat enim
eum, qui præ cęteris latino ſermone imbutus
eſt maximè, non latuiſſe, plurimùm inter ſe
differre vocabula hæc: PROPRIE, NON
IMPROPRIE, ET NON PRO.
PRIE.

Propriè enim id dicitur, † quòd ſecundùm 16
naturam rei dicitur, & quo nihil dici ſigni.
ficantius poteſt. & cùm aliqua res ſpeciali ſi.
bi nomine, & deinde etiam cum aliis com.
muni, appellari poteſt, illud quod peculiarius
ſibi eſt, id eius eſſe proprium. Lex Iulia ſtu
prum & adulterium promiſcuè, & καταχρηστι
κῶς appellat. ſed propriè adulterium † in 17
nuptam committitur, propter partum ex al.
tero conceptum, compoſito nomine. ſtu
prum verò in virginem, viduamúe com.
mittitur. l. 6. ff. ad legem Iuliam de adul.
teriis.

Sic iuriſdictio continet merum & mix.
tum imperium, & iuriſdictionem. ſpeciali ta.
men & propria ſignificatione, eſt iudicis dan
di licentia. l. 3. ff. de iuriſdictio. omnium iudi.
cum. Ita de adoptionis nomine dicendum
eſt, quæ generali notatione, arrogationē quo.
que continet.

NON IMPROPRIE autem res ap.
pellatur, † quæ aliquam habet ſimilitudinem 18
& vicinitatem cum propria nominis ſignifi
catione, nec tamen propria eſt. Sic Vlpia
nus: Si vir aut vxor occiſi eſſe proponantur,
de ſeruis eorum quæſtio habetur. quanquàm
neque viri ſerui, propriè vxoris ſerui dican.
tur, neque vxoris propriè viri. ſed quia com.
mixta familia eſt, & vna domus eſt, ita vindi.
candum atque in propriis ſeruis, ſenatus cen.
ſuit, l. 1. §. ſi vir aut vxor. ff. ad Senatuſconſult.
Syllania.

Porrò, NON PROPRIE id dicitur,
quod † proprietati dictionis illius, cui attri. 19
buitur, contrarium eſt. Ita Iauolenus: Pro.
priè bona dici non poſſunt, quæ plus incom.
modi, quàm commodi habent. l. propriè. 83.
ff. de verborum ſignificationib. Ita etiam VI.
pianus: Alienatum non propriè dicitur,
quod adhuc in dominio venditoris manet:
venditum tamen rectè dicetur. l. 67. ff. eodem
titul.

Sic etiam in præſenti Vlpiani loco: † legi 20
tima hæreditas dicitur propriè ea, quæ ex le.
ge continenter oritur. non impropriè, quæ
ex

ex teſtatoris voluntate oritur, lege tamen 12.
tabul. confirmatur. non propriè autem, quan-
do nec ex lege defertur, nec ex teſtamento ob-
uenit, quod lege non confirmatur, vel iure fa
ctum non eſt, aut deficit. Quæ diſtinctio dicti-
21 onum,† propriè, non impropriè, & non pro-
priè, ex eodem Vlpian. patet. Inteſtati, inquit,
propriè appellantur, qui cum poſſent teſtamē
tum facere, teſtari non ſunt. Sed & is, qui teſta
mentum fecit, ſi eius hæreditas adita non eſt,
vel ruptum, vel irritum eſt teſtamentum, in-
teſtatus non impropriè dicetur deceſſiſſe. Pla-
nè, qui teſtari non potuit, propriè non eſt in-
teſtatus, putà impubes, furioſus, vel cui bonis
interdictum eſt. l. 1. in princ. ff de ſuis & legit.
hæredi. Ex quo vel ſolo Vlpiani loco, palàm
eſt, appellationem propriè, differre ab appel-
latione, non impropriè, nec inter ſe conuen-
ti, propriè & non impropriè. Propriè inteſta-
22 tus eſt,† qui teſtamentum non fecit: non im-
propriè: qui teſtamentum fecit quidem, quod
tamen deinde non ſubſtitit, vel quia hæredi-
tas adita non eſt, vel ruptum & irritum factū
eſt teſtamentum. Non propriè autem, quan-
do is teſtatus eſt, qui teſtari non potuit. Primà
itaque & propria ſignificatione inteſtatus, qui
teſtamentum non fecit: κυρίως· χρηστικῶς autem, &
non impropriè dicitur inteſtatus, deſtituto te
ſtamento.

Porrò id obſeruandum eſt obiter, locum
Vlpiani ſub d. l. obuenire, ſumptum eſſe ex e-
iuſdem libro ſecundo, ad legem Iuliam & Pa
23 piam:† quæ lata eſt anno vrbis DCCLXII.
ſene iam Auguſto, & lata per ſenatum. nomē
datum legi à Coſſul. Papio Murilo, & Q. Pop-
pæo ſecundo. vnde dicta Papia Poppæa. Iſido-
rus lib. 5. Sub Octauiano Cæſare ſuffecti Con-
ſules, Papius & Poppæus, legem tulerunt, quæ
à nominibus eorum Papia Poppæa nomina-
24 tur,† continens primùm præmia pro ſuſcipi-
endis liberis. ita Iſidorus. Appellatur interdū
lex Iulia & Papia: quòd capita legis Iuliæ ſunt
confuſa cùm iſtius, ita vt Papia, quæ plenior
acerbiorque eſt, abſorbuerit & aboleuerit Iu-
liam. Huius autem legis Iuliæ & Papiæ, varia
fuerunt capita, quæ referuntur à Zaſio, Hoto-
manno, Paulo Manutio, in libris de legibus
Romanis, & à Iuſto Lipſio viro doctiſſimo in
Commentariis ad librum tertium Annali-
um Taciti. Ad quam legem Iuliam & Papiam
25 † ſcripſerunt Prudentes: Terentius Clemens
libr. XX. Caius lib. XV. Vlpianus lib. X. Pau-
lus lib. X. Quorum fragmenta quędam in no-
ſtris Pandectis extant, quæ collegit Labittus
in Indice legum, & poſt hunc Lipſius in præ-
citato loco: inter cætera capita & hoc: VTI
COELIBES EX TESTAMENTO NIHIL CA-
PERENT NISI E PROXIME IVNCTORVM
ORBI NON NISI DIMIDIVM. Cuius capi-
tis occaſione incidit fortaſſis dubitatio de ſi-
gnificatione legitimæ hæreditatis: & an, quæ
quæ ex teſtamento obuenit, legitima nomina
ri poſſit. Cui dubitationi reſpondit Vlpianus
in d. l. lege obuenire, qui ſolus locus ex libro
ſecundo ad legem Iuliam & Papiam, adhuc
in Pandectis reſiduus eſt.

CAPVT XVIII.

Explicatur locus Pauli ſub l. 3. §. de illo. ff. pro
ſocio. & oſtenſum Paulum ab Vl-
piano non diſſidere.

Altera difficultas, quæ circa hanc diffe-
rentiam moueri poteſt, oritur ex Pau-
lo: An iuſtæ hæreditatis appellatione,
contineatur ea tantum, quæ iure legi-
timo defertur, an etiam illa,
quæ teſtamento ob-
uenit.

SVMMARIA.

1 *L. 3. §. de illo. ff. pro ſoc. nouè explicata.*
2 *Iuſtum & iniuſtum quid ſit, & num. 8. & 16.*
3 *Manumiſſionis iuſta cauſa.*
4 *Iuſti ſumptus qui dicantur.*
5 *Hæreditas ex teſtamento quare iuſta dici poſſit.*
6 *Verba ſecundùm communem vſum & conſuetudinem potiùs accipienda, quàm ſecundùm originem proprietatis.*
7 *Vſus communis loquendi à peritis petendus eſt, non ab idiotis.*
9 *Iuſta pro ritibus & ceremoniis ſacrorum.*
10 *Iuſto ſacramento contendere quid ſit.*
11 *Sacramentum, & ſacramento contendere vel vincere.*
12 *Iuſtitium vnde dictum, & quandoque pro luctu publico capitur. num. 13.*
14 *Germanico defuncto habiti honores.*
15 *Iuſtus Lipſius laudatur.*
17 *Iuſta ætas quæ dicatur.*
18 *Iuſta hæreditas quæ propriè dicatur.*
19 *Teſtamentum quare appelletur iuſta ſententia.*
20 *Teſtamentum deficientibus ſolemnibus non ſuſtinetur, niſi inter liberos.*
21 *Conciliatio Pauli & Vlpiani.*

AD hanc quæſtionem Paulus reſpondet,
probabilius eſſe ad legitimam hæredita-
tem tantùm pertinere,† l. 3. §. de illo. ff. pro ſo- 1
cio. Non enim ſine ratione in dubium voca-
bitur. nam teſtamentum eſt mentis noſtrę iu-
ſta teſtatio, in id ſolenniter factum, vt poſt
mortem noſtram valeat, inquit Vlpianus tit.
20. in princip. & vt Modeſtinus ait, teſtamen-
tum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia, de
eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit. l.
1. ff. qui teſtam. facere poſſunt.

Præterea iuſtum, quod Græci δίκαιον vocāt,
eſt † quod iuſtitiæ & æquitati congruit, & cō- 2
ſentaneum eſt. Iniuſtum, quod ab ęquo & bo-
no diſſidet, iiſque aduerſatur. Ita Cicero: ſi iu-
ſtitiam ſectamur, iuſti dicimur. quomodo
Ariſt.

Ariſtides vnus omnium inſtiſſimus fuiſſe dicitur. Inde, iuſtum & pium officium. Item, iuſtum, & ius colere. Item: ſi à iuſtitia diſcedimus, iniuſti appellamur, veluti, vir maleficus natura, & iniuſtus. Item alibi: iuſta omnia decora ſunt. Ita noſtri etiam iuris authores, iuſtum dicunt, quod bonis moribus non repugnat, quod ab æquitate non eſt alienum. Inde Martianus ex Chryſippo legem vocat regulam iuſtorum & iniuſtorum, & eorum quæ natura ciuilia ſunt. l. 2. in fine. ff. de legib. ita Iulianus vocat iuſtam cauſam conuentionis. l. 56. ff. de pactis. Et Papinianus ſimiliter iuſtam cauſam conuentionis, l. tale pactum. 40. in princip. ff. eod. Et iterum Papinianus, iuſtam cauſam retinendæ poſſeſſionis habere filiam. l. Pomponius. 35 §. iuſtam. ff. famil. er-
3 ciſcundæ. Et iuſta cauſa manumiſſionis † eſt, ſi periculo vitæ, infamiæve dominum ſeruus liberauerit, l. 9. ff. de manumiſſ. vindicta. Et Paulus, Iuſtiſſimè AEdiles noluerunt hominem ei rei, quæ minoris eſſet, accedere. l. 44. in princip. ff. de ædilitio edicto. Et iterum Paulus: Iuſta enim an iniuſta aduerſus cæteros poſſeſſio ſit, in hoc interdicto nihil refert, l. 2 ff. vti poſſidetis. Et Prætor: Si quis id, quod traditur ex iuſta cauſa, non à domino, & nondum vſucaptum petet, iudicium dabo. l. 1. ff. de Publician. in rem actione. Et Vlpian. in l. 3. in explicatione verborum: ex iuſta cauſa. ff. eod.

Qua quoque ſignificatione: iuſta defenſio. l. miles. 1. §. defuncto. ff. ad legem Iuliam de adulter. Et iuſta exceptio, nec ab æquitate naturali abhorrens. l. Marcellus. 66. ff. de regul. iur. item iuſtum dominium. l. penultim. ff. de Publician. in rem actio. Item iuſta libertas. l. qui pœnæ. ff. de manumiſſionib. iuſtum deſiderium l. iuſtum. C. de edend. iuſta obligatio. l. 1 C. ſi in cauſa iudicati. Item, iuſtus error. l. de ætate. §. qui inſto errore ductus negauerit ſe hæredem, venia dignus eſt. ff. de interrogat. actionib. l. iuſto errore. 44. ff. de vſucap. item iuſtum pretium. l. 1. §. ſed ſi rem. verſic & aliàs videamus. ff. ſi quid in fraudem patroni, item iuſtum precium, iuſtaque æſtimatio. l. ſi res. §. penultim. ff. de iure dotium. l. 3. §. Diui. ff. de iure fiſci. l. 2. C de reſcinden. venditione. Item, iuſtus poſſeſſor. l. ſi quid. 31. § Iuſtus autem poſſeſſor, dubio procul debebit deducere, quod ſibi debetur. ff. de petit. hæreditatis, Item
4 ſumptus iuſti, dicuntur ſumptus, † qui propter onera hæreditatis iuſtè fiunt. l. 6. §. fin. ff. ſi pars hæred pet.

Secundùm hanc igitur ſignificationem hæreditas, quæ ex teſtamento paterno obuenit, etiam iuſta dici poteſt, † quia ex of-
5 ficio pietatis obuenit. Quemadmodum quoque parentes, ſi liberos ſine cauſa exhæredant, vel prætereunt, non ſanæ mentis eſſe putantur: quia non ex officio pietatis teſtantur, ac iniuriam aduerſus liberos ſuos inducunt. l. 2. 3. & 4. ff. de inofficioſo teſtament. Quinimmò, vel inde iuſta dici poteſt, quod nihil magis homini debeatur, quàm vt ſupremæ voluntatis, poſtquam iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium. l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. Ex quo dicendum ſtatuendumque videbatur, iuſtæ hæreditatis appellatione, contineri hæreditatem ex teſtamento. Sed diuerſum placuit Paulo, nempe, ſocietate coita, vt ſi qua iuſta hæreditas alterutri obuenerit, communis ſit, ad legitimam tantùm hæreditatem pertinere. dicta l. 3. §. de illo. ff. pro ſocio. In quam ſententiam Paulus perductus eſt, quòd ex authoritate prudentum, ſecundùm communem vſum, verba potiùs accipi debent, † quàm ſecundùm pro- 6
prietatis originem. Quod & Labeo ante Paulum tradidit: Moribus ciuitatis, & vſu rerum appellationes mutari. l. Labeo. §. 1. ff. de ſupellectili legat. Et Marcellus ex ſententia Alpheni: verba ex conſuetudine quotidiana intelligi. l. vt Alphenus. 87. ff. de verborum ſignificat. Et Vlpianus: ſignificationem verborum ante omnia ex ipſius patris familiâs conſuetudine, deinde regionis, in qua verſatus eſt, & exquirendam ſcribit. l. ſi ſeruus plurium. 50. §. final. & ibi gloſſ. ff. de legat. 1. Quod ab alijs quoque Prudentibus paſſim traditur.

Qui communis vſus loquendi, non † ab i- 7
diotis, ſed peritis petendus eſt, prout poſt veteres tradit Alciatus in l. 4. §. Cato. num. 170. ff. de verbor. obligatio. inquiens, dictio, Propriè, capitur in eum ſignificatum, in quem capitur ex vſu prudentum. Et iterum Alciatus in l. vt Alphenus. 87. num. 4. ff. de verbor. ſignificat. Atqui lege XII. Tabularum, & Prudentum vſurpata dicendi conſuetudine, Iuſtum dicitur, † quod iure legitimo inductum 8
eſt. Ita de diebus iuſtis: AERIS CONFESSEI REBOSQVE IOVRE IOVDICATEIS XXX. DIES IOVSTI SVNTO. Item de iuſtis diebus ſacris, referente Cicerone, libro 2. de legibus. Ex patrijs ritibus optima colunto, præter Deę matris famulos, eoſque iuſtis diebus. Sic ritus certi, ſolenneſque, quibus actus ſacri & prophani peragebantur, dicebantur † iuſta.
Cicero de Aruſpicum reſponſis: Omnia ſolēnia ac iuſta ludorum, omnibus rebus, ſumma cum ceremonia ſunt ſeruata. Et de iuſtis, hoc eſt, de ſacris & ceremonijs, quæ placandis manibus & funeri fiebant, Cicero pro Roſcio Amerino: Hunc miſerum luxu perditum, qui nondum etiam paterno funeri iuſta ſoluiſſet, nudum eijcit domo. Et libro 2. de legibus: ſed videamus Platonem, qui iuſta funerum reijcit ad interpretes religionum. Et iterum 9

Cicero eod libro: Iuſta facta, & corpus quan-
do eſt incenſum, tum ſepulchrum dicitur. Et
iterum eod. libr. Non ſolùm vita cruciati at-
que dedecore, verum etiam ſepultura, & iu-
ſtis exequiatum caruerunt. Et Feſtus libro 11.
Membrum abſcindi mortuo dicebatur, cum
digitus eius decidebatur, ad quod ſeruatum,
iuſta mortuo fierent, reliquo corpore combu
ſto., & paſſim alibi alij. Ac è noſtris Prudenti-
bus, Vlpian. in l. 2. ff. de in ius vocando. Iuſta
mortuo facientem, in ius vocare non opor-
tet. Et iterum in l. 20. ff. de adquir. vel omitten
da hæred. vt putà, patrem ſepeliuit, vel iuſta ei
fecit. Sic etiam dicitur iuſto ſacramento con-
tendere, de quo Cicero libr. 1. de Oratore. Vbi
iuſto ſacramento cõtendere oratori cum Py-
thagoræis non licere, dixit Scæuola. Iuſto au-
10 tem ſacramento contendere † erat, explican-
te Varrone libro 2. de lingua Latina, depoſita
pecunia in æde ſacra litigare vel contendere.
Nam qui petebat, & qui inficiebatur, vtrique
quingentos æris ad Pontificem deponebant,
de alijs item rebus certum numerum aſſium.
qui iudicio autem vicerat, ſuum ſacramentũ
à ſacro auferebat: victus ad ærarium redibat,
id eſt, victus ea pecunia, quã depoſuerat, mul-
ctabatur, in pœnã iniuſtæ litigationis, quę æra
rio cedebat. Sacramentum verò, hæc pecunia
11 dicebatur, à † loco ſacro, vbi ea deponebatur:
Quidam autem re ipſa non deponebant, ſed
ſimpliciter ſpondebant, ex quibus dictum eſt,
ſacramento vel ſponſione contendere: item
ſacramento vel ſponſione vincere, apud Ci-
ceronem in oratione pro Milone, & in ora-
tione pro Domo: Valerius, Maximus libro
ſeptimo, capite 7. & 8. De qua re eleganter Bu-
dæus in l. 2. §. & cum placuiſſet. ff. de origine
Iuris. Alciatus in l. pecuniæ verbum, ff. de ver
borum ſignificat. Couarruuias in c. quamuis.
de pactis, libro ſexto, in prima parte relectio-
12 nis. §. 1. numer. 2. Inde etiam iuſtitium, † quaſi
iuris ſtatio, quando vel propter ſupplicatio-
nem populi, vel propter aliquam imminen-
tem Reipublicæ neceſſitatem, ius non dici-
tur, ſed clauditur forum. Liuius: Iuſtitium
edicit, claudi tabernas tota vrbe iubet: vetat
quenquam priuatum, priuatæ rei quicquam
agere. Et Cicero de Aruſpicum reſponſis:
Quæ ſunt occultiora, quàm eius, qui in con-
cione auſus eſt dicere, Iuſtitium edici oporte-
re: Iuriſdictionem intermitti, claudi ærari-
um, iudicia tolli. Et Gellius libro 20. capite 1.
Velut quoddam iuſtitium, id eſt, iuris inter
eos quaſi interitionem quandam & ceſſatio-
13 nem. Quandoque iuſtitium, † pro luctu pub-
lico, & ſolenni dicitur, vnde & Fronto, in o-
ratione pro Nucerinis ait, denique iuſtitium
plebi indicitur: Et Cornelius Tacitus libro
ſecundo de Germanico: Hos vulgi ſermo-
nes addita mors adeò incendit, vt ante edi-
ctum Magiſtratuum, ante Senatuſconſult.
ſumpto iuſtitio deſererentur fora, clauderen-
tur domus, paſſim ſilentia & gemitus: nihil
compoſitum in oſtentationem. Quo in loco
Tacitus, ſubijcit honores & ritus, in funere
Germanici habitos.

Honores, † inquit, vt quis amore in Ger- 14
manicum aut ingenio va idus, reperti decre-
tique, vt nomen eius ſaliari carmine canere-
tur: Sedes Curules ſacerdotum Auguſtalium
locis, ſuperque eos querceæ coronæ ſtatuerẽ-
tur: ludos Circenſes eburna effigies præiret,
neve quis flamen, aut augur, in locum Germa
nici, niſi gentis Iuliæ crearetur. Arcus additi
Romæ, & apud ripam Rheni, & in monte Sy
riæ Amano, cum inſcriptione rerum geſta-
rum, aut mortem ob Rempublicam obiiſſe.
Sepulchrum Antiochię vbi crematus. Tribu-
nal Epidaphne: quo in loco vitam finierat.
Statuarum, locorumve, in queis coleretur,
haud facilè quis numerum inierit, &cet. De
quo iuſtitio, vel publico luctu Petrus Faber li-
bro ſecundo ſemeſtrium, cap. 10. ac antiquita
tis peritiſſimus, † doctiſſimusque vir, Iuſtus 15
Lipſius, in commentarijs ad librum ſecundũ
Taciti, pag. 126. & 127. vbi plura de iuſtitia & ri
tibus à Tacito relatis.

Qua ſignificatione Iuris noſtri authores v-
ſurpant quoque nomen IVSTI Sic iuſtum 16
matrimonium dicitur, ſi inter eos, qui nupti-
as contrahunt, connubium eſt, & tam maſcu-
lus pubes, quàm fœmina potens ſit, & vtriq;
conſentiant, ſi ſui iuris ſint, aut etiam paren-
tes eorum, ſi in poteſtate ſunt. Connubium
verò eſt vxoris iure ducendæ facultas, & . VL-
pianus in fragmentis, tit. 6. de his qui in pote-
ſtate ſunt. Sic iuſta vxor, id eſt, quæ in manum
viri legitimo & ſolenni modo conuenit. l. ſi
Senatori. 31. ff. de ritu nuptiarum. De quibus
ſolennibus ac ritibus, & modis ducendæ vxo-
ris, præ cæteris Barnabas Briſſon. in erudito li
bro de Ritu nuptiarum. item iuſti liberi, id eſt
legitimi. l. 4. ff. de in ius vocand. Item iuſtus fi-
lius id eſt, legitimus. l. 11. & 13 ff. de ſtatu hom.
l. 2. ff. de adoptionibus. Item iuſtum pactum,
id eſt, legitimum, l. Stichum §. naturalis. ff. de
ſolutionibus. Item iuſta ætas, id eſt, legitima, 17
cui pupillaris opponitur. l. 16. ff. de iure fiſci.
Quandoque pro ea, quam leges in ea cauſa
exquirant: velut, in nuptijs 12. vel 14. anno-
rum, l. quod Seruius. 8. ff. de condict. cauſa da-
ta. Iuſta ſeruitus, id eſt, ſeruitus bona fide vſur-
pata. l. & generaliter. 28. ff. de noxal. action.
Item iuſta ſepultura, id eſt, ſolenniter facta. l.
Diui. 39. ff. de religioſ. & ſumptib. funer. & a-
lijs plurimis locis, quos omnes enumerare, ſu
peruacaneum puto.

Qua igitur ſignificatione Iuris authores, iu-
ſtum dicunt legitimum, quos Græci νόμιμα

appel-

appellant, ſeparantq́ue à dictione τῶ *ſκαι*: eoſ
dem prorſus modo, iuſta hęreditas ea propriè
18 dicitur, quæ iure legitimo, vel vetere, nempe
lege 12. tab. vel nouo, Senatuſcōſultis videli-
cet & cōſtitutionibus obuenit, prout rectiſſi-
mè Paulus reſpondit. Neq; mutat quod Vlpia-
19 nus teſtamentum definit, iuſtam † ſententi-
am: Quia dictio, Iuſta, refertur ad ſententiam
teſtatoris iure factam, hoc eſt, adhibitis ſolen-
nibus legitimis. ſicuti non iure factam, vbi ſo-
lennia iuris defuerunt, l. 1. in princi. ff. de iniu-
ſto rupto, & irrito facto teſtament. Vnde eti-
am Vlpianus definit: Teſtamentum eſt men-
tis noſtræ iuſta conteſtatio, in id ſolenniter
factum, vt poſt mortem noſtram valeat. Vl-
pianus in fragmen. tit. 20. & Papinianus: iniu-
ſtum, vel non iure factum teſtamentum defi-
nit, vbi ſolennia defuerunt. l. 1. ff. de iniuſt. ru-
pto & irrito facto teſtamen. Quantumuis e-
nim ſecundùm officium pietatis fiat teſtamē-
20 tum, attamen ſi ſolennia deſint, † non ſuſti-
netur, nec valet. Nouiſſimo tamen iure, parē-
tes inter liberos, omiſſis ſolennibus & contra
regulas iuris, teſtari poſſunt. l. hac conſultiſſi-
ma §. ex imperfecto. & ibi interpretes. C. de te
ſtamen. De quo teſtamento inter liberos, Fer-
nandus Vaſquius accuratè, lib. 3. §. 21. num. 4.
& ſequentibus. Quod etiam quibuſdam alijs
caſibus fit, quos recenſet Vaſquius in præcita-
to §. 21.

Explicatis itaque & Pauli, & Vlpiani locis,
21 manifeſtum eſt, nullum † eſſe diſſidium inter
vtrumque. Vtpotè cum diuerſæ ab vtroq; ſint
tractatæ quæſtiones, ab Vlpiano quidem, an
legitimæ hæreditatis appellatione continea-
tur teſtamentaria: à Paulo autem, an iuſta hæ-
reditas de teſtamentaria, an verò de legitima
intelligi & accipi debeat. Ex diuerſis itaque &
ſeparatis, malè contrarietas infertur.

CAPVT XIX.

Quarta differentia ſucceſsionis ex teſta-mento, & ab inteſtato: vbi explicatur inſignis Antinomia inter Vlpia-num & Tryphoninum.

SVMMARIA.

1 *Teſtatus & inteſtatus nemo ſimul decedere poteſt. Amplia-tur, num. 5.*
2 *Teſtamentum eſt actus indiuiduus.*
3 *Legatum repudiari vel acquiri pro parte nequit.*
4 *Subſtitutio pupillaris quouſq; ſe extendat.*
6 *Exhæredato impuberi ſubſtitui poteſt.*
7 *L. miles ita. 41. §. exhæredato. ff. de milit. teſtamen. variè explicata.*
8 *Subſtitutio intelligitur de iure vniuerſalis ſucceſsionis.*
9 *Vigly Zuichemi opinio ad d. l. miles. §. exhæredato. quā au-thor approbat. num. 10.*
11 *Duntaxat, dictio eſt taxatiua & excluſiua.*
12 *Dictionum taxatiuarum natura.*
13 *Milites non aliter quàm de ſuis proprijs bonis ſubſtituere poſſunt pupillariter.*
Ratio, num. 15.
15 *Subſtitutio pupillaris à pagano facta, differt à militari.*

VTraque hæc ſucceſſio, tam ex cauſa te-
ſtati, quàm inteſtati, adeò inter ſe pug-
nant, vt coniungi nequeant. Nam nemo po-
teſt pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus de-
cedere. Ius noſtrum non patitur, inquit Pom-
ponius, eundem in paganis † & teſtatò & inte 1
ſtatò deceſſiſſe: earumque rerum naturaliter
inter ſe pugna eſt, vt teſtatus & inteſtatus quis
ſit. l. 7. ff. de reg. iur. & Iuſtinianus: Neq; enim
idē ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus de-
cedere poteſt. § hæreditas. verſic. non autem.
Inſtitut. de hæredib. inſtituen. Ratio euidens
eſt. Teſtamentum enim eſt actus † indiuidu- 2
us, & pro parte valere non poteſt. Quemad-
modum quoque, qui totam hæreditatem ad-
quirere poteſt, is pro parte eam ſcindendo a-
dire non poteſt. Sed & ſi quis ex pluribus par-
tibus in eiuſdem hæreditate inſtitutus ſit, nō
poteſt quaſdam partes repudiare, quaſdam ag
noſcere. l. 1. & 2. ff. de adquir. hæred. Idemq́ue
de legatis ſtatuitur. Legatarius pro parte ad-
quirere, pro † parte repudiare legatum nō po 3
teſt, inquit Pomponius l. 38. ff. de legat. 1. &
Paulus: Neminem eiuſdem rei legatę ſibi par-
tem velle, & partem nolle, verius eſt. l. 4. ff. de
legat. 2.

Quæ ſuperior Pomponij regula, etiam in
ſubſtitutione pupillari obtinet. Non ſolùm
enim hęredibus inſtitutis impuberibus liberis
ita ſubſtituere parentes poſſunt: vt ſi hæredes
parentibus extiterint, & ante pubertatē mor-
tui fuerint, ſit parentibus hæres is, quem parē-
tes voluerint: ſed etiā exhæredatis. & nō tantū
in proprijs parētum bonis: ſed etiam † ſi quid 4
exhæredato pupillo, ex hæreditatibus, legatiſ-
ve, aut donationib. propinquorū & amicorū
adquiſitū fuerit, ſubſtituere poſſunt: ita vt id
omne ad ſubſtitutum pertineat. Quod etiā in
poſthumis obtinet. §. non ſolùm. Inſtit. de pu-
pil. ſubſtit. Quod etiam Vlpianus tradit: nam
ad ſubſtitutos pupillares pertinent, & ſi quæ
poſtea pupillis obuenerint. neque enim ſuis
bonis teſtator ſubſtituit, ſed impuberis cum
& exhæredato ſubſtituere quis poſſit. l. ſed ſi
plures. 10. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulg. & pupil.
Quod etiam reſpondit Iulianus. Licet enim
in pupillari ſubſtitutione duo quodammodo
ſunt teſtamenta, alterum patris, alterum filij,
tanquàm, ſi ipſe filius ſibi hæredem inſtituiſ-
ſet: Aut certè vnum teſtamentum duarum
cauſarum, id eſt, duarum hæreditatum: §. igi-
tur. Inſtitut. eodem titul. Attamen ne impu-
bes teſtamento patris partim teſtatus, quoad
hæreditatem patris, † partim inteſtatus, quo- 5
ad propriam hæreditatem, quam impubes ex

hæreditatibus legatisve, aut donationibus
propinquorum & amicorum aſſecutus eſt,
deceſſiſſe videatur, ſubſtitutio pupillaris ad
eam etiam hæreditatem extenditur & produ
citur. Neque enim ſuis bonis teſtator hoc ca-
ſu ſubſtituit, ſed impuberis, d.l. ſed ſi plures. §.
ad ſubſtitutos Moribus enim inſtitutum eſt,
vt cùm eius ætatis ſint filij, In qua ipſi teſtamẽ
tum facere non poſſunt, parentes eis faciant.
§.1 in fine. Inſt. de pupil. ſubſtit. idq; in conſe-
quentiam patriæ poteſtatis.

Reſponſum Tryphonini explicatum, ſub l. miles ita hæredem. xlj §. exhæredato, ff. de militari teſtamento.

Circa hanc ampliationem, inſignis verſa-
tur difficultas, de ſubſtitutione, quæ ex-
hæredato impuberi eſt facta. Exhæredato im-
6 puberi † ſubſtitutionem pupillarem fieri poſ-
ſe, etiam in ijs bonis, quæ ipſi obuenerunt ali-
unde, quàm à patre, manifeſti iuris eſt. l. 1. ff. de
vulg. & pupil. l. ab exhæredati. 120. In princ. ff.
de legat. 1. l. fin. in princ. ff. de legat. 3. l. qui fun-
dum. §. qui filios ff. ad legem Falcid. l. cum
quidam, C. de legatis. l. non ſolùm. Inſtitu. de
pupil. ſubſtit.

Atqui hiſce aduerſatur Tryphonini reſpõ
ſum, qui filio exhæredato à milite, ſubſtitutũ,
ea tantùm accipere reſpondit, quæ à teſtatore
peruenerunt. Exhæredato miles & emancipa
to filio ſubſtituere poteſt: verùm hoc ius in e-
is exercebitur, quæ ab ipſo, ad eum cui ſubſti-
tuit, peruenerint. non etiam in his, ſi quæ ha-
buerit, vel poſtea adquiſierit. Nam etſi filio
ſuo, viuo adhuc auo, ſubſtituit, pòſt adquiſitã
ei aui hæreditatem, nemo diceret ad ſubſti-
tutum pertinere. l. miles ita hæredem. 41. §. ex-
hæredato. ff. de mil. teſtam.

Pro conciliatione huius Antinomiæ, va-
7 riæ † ſunt ſententiæ. Accurſius, quem multi
ſequuntur, putat id fieri, quia à milite exhære-
datus filius, fuit etiam ſimul emancipatus, cui
in bonis filij emancipati ſubſtituere non lice-
at. quæ ſententia pleriſque meritò non proba-
tur. Alij id peculiare eſſe militi, vt pro parte te
ſtatus, pro parte inteſtatus decedat. Viglio
Zuichemio viro doctiſſimo vtraque opinio
diſplicuit, quod abſurdum ſit, cùm filium ex-
hæredauerit, reſtringere ſubſtitutionem ad ea
quæ ab eo peruenerunt. Quid enim peruenit,
ſi exhæredauit? Neque ſubſtitutionem quo-
que ad legata, vel fideicommiſſa, referri poſ-
8 ſe, cùm ſubſtitutio intelligatur de iis, † quæ
inſtitutionis iure ad eum peruenerint, & ad
ius vniuerſalis ſucceſſionis pertineat. Vnde
ſiue exhæredatum ſuum, ſiue emancipatum
fuiſſe intelligamus, ineptum erit intelligere,
ſubſtitutionem in ijs, quæ à patre milite ad eũ
peruenerunt, factam eſſe.

Putat itaque Viglius, † mendum ſubeſſe, 9
& dictionem (exhæredato) pertinere & refer-
ri debere ad priorem quæſtionem, ſi miles ex-
hæredauerit filium, vel ſciens eum filium ſu-
um eſſe, præterierit, an legatum à ſubſtituto
ei dare poſſit.

Dixi non poſſe, inquit Tryphoninus, licet
ampla legata reliquerit exhæredato. Cui quæ-
ſtioni Tryphoninus aliam ſubijcit: Miles &
emancipato filio ſubſtituere poteſt. Verùm
hoc ius, id eſt, hæc ſubſtitutio in his exercebi-
tur, quæ ab ipſo patre milite, ad filiũ cui ſubſti
tuit, peruenerint. non etiam in his, ſi quæ ha-
buerit filius, vel poſtea adquiſierit. Quæ Inter-
pretatio ex diſpunctione ſumpta, omnem o-
mninò contrarietatem tollit.

Quam ego quoque veriſſimam eſſe puto,
† ex eo magis, quia vt Papinianus ait: Milites 10
ea duntaxat, quæ habent, ſcriptis relinquunt,
l. milites. 12. ff. de teſtamento milit. & vt Vl-
pianus ait: Milites etiam his, qui ſibi hæredes
extiterunt, poſſunt ſubſtituere in his dun-
taxat, quæ ſunt ex teſtamento eorum conſe-
cuti, l. milites. 5. ff. eod. Quæ dictio (duntaxat)
eſt taxatiua, ſeu excluſiua, vt noſtri loquun- 11
tur, quarum natura eſt, vt affirmatiuè poſitæ,
affirment illud, quod ponunt, & excludunt
ſeu negant omne aliud: adeò quod exclu-
dant omnes alias perſonas, & omnes alios
caſus, præter expreſſos. Ac, vt breuius dicatur,
Dictio taxatiua, eſt † excluſiua omnium ca- 12
ſuum, extra orationem, in qua eſt, poſito-
rum. l. ob æs. C. de prædijs minorum. l. 2. C. de
patribus qui filios diſtraxerunt, l. contractus.
ff. de regul. iuris. cum alijs relatis ab Euerhar-
do, in Topicis, à loco, à natura dictionum
taxatiuarum.

Vnde conficitur, milites non poſſe aliter
ſubſtituere, † quàm de ſuis proprijs, non de 13
bonis eius, cui ſubſtituunt. Ideoque, ſi inſtitu-
to filio, ſiue ſuo ſiue emancipato, ei ſubſtitu-
ant, non exercebitur ius ſubſtitutionis niſi in
bonis patris militis, non autem in alijs, quæ
ad filium aliunde ex hæreditatibus, legatis,
donationibus propinquorum vel amicorum
peruenerunt.

Qua in re inſignis verſatur differentia, in-
ter ſubſtitutionem pupillarem à pagano fa-
ctam, † & eam, quam miles fecit. Nam miles 14
pupillariter ſubſtituere, ſolummodò in pro-
prijs ſuis bonis poteſt. Paganus verò in ijs
quoque bonis, quæ filio inſtituto, cui ſubſti-
tutio facta eſt, aliunde obuenerunt? d. §. non
ſolùm. Inſtit. de pupil. ſubſtit.

Ex quo & alia emergit differentia. Pa-
ganus pater filio ſuo impuberi exhæreda-
to, vel præterito, poteſt ſubſtituere: Mi-
les verò non poteſt. Pagani verò ſubſtitu-

tio

tio pupillaris ſuſtinetur, quoad filij exhæredati vel præteriti, propria bona, aliunde adquiſita: Militis ſubſtitutio irrita eſt, quia filium exhæredauit, In bonis filij ſubſtituere non potuit: Vtpote, cùm miles de ſuis tantùm bonis relinquere & ſubſtituere poſſit. d. l. Milites. §. & l. 12. ff. de Milit. teſtament. Sed quæ cauſa ſit, quod Milites in teſtando præ paganis multis beneficijs fruantur. In ſubſtitutione autem
15 pupillari † loco duriore habentur, dubitari poteſt? Forſan, quia ius patriæ poteſtatis, dum in militia verſantur, in pendenti eſt. nam vel morti, vel captiuitati vicini eſſe cenſentur. §. ſi ab hoſtibus captus fuerit. Inſtit. quibus modis patria poteſtas ſoluitur, & ibi gloſſa in verbo, pendet. Atqui liberis ſuis impuberibus, quos in poteſtate habet, ſubſtituere poteſt. §. 1. Inſtitut. de pupillari ſubſtitutione. Sed obijcietur. Miles ſubſtituere poteſt filio emancipato. dicta l. miles ita 41. §. exhæredato. Multò magis fillo, cuius ius pendet. Argumento eius, quod ſcribit Vlpianus, l. lex Cornelia. 28. ff. de vulg. & pupil.

Sed longè alia conditio eſt militis, cuius ius in pendenti eſt, & de quo ſpes eſt cum reuerſurum, quàm alterius, qui apud hoſtes vita functus eſt.

CAPVT XX.

Exceptiones ad ſuperiorem differentiam, de pugna teſtati & inteſtati: nempe, in milite; in pia cauſa; in teſtamento inter liberos: in codicillis non facto teſtamento; in querela inofficioſi.

SVMMARIA.

1 *L. ius noſtrum 7. ff. de regul. iuris. quales habeat exceptiones & num. 3. 5. 9. 11.*
2 *Miles pro parte teſtatus decedere poteſt, & pro parte inteſtatus.*
4 *in Pijs cauſis an ceſſet omnis ciuilis ſolennitas.*
6 *Pater teſtando inter liberos, quando poſſit pro parte inteſtatus decedere.*
7 *Imperfecti teſtamenti voluntas tenet inter ſolos liberos.*
8 *Coniectura pietatis emendanda caſus repentini iniquitas.*
10 *Coniux ſecundas nuptias contrahens quantum poſſit, coniugi relinquere per vltimam voluntatem.*
12 *Codicilli quando ius teſtamenti ſequantur, vel ad teſtamentum facti dicantur.*
Et quid ab inteſtato, num. 13.
14 *Codicilli ab inteſtato vicem teſtamenti exhibent. & ratio, num. 15.*
16 *Codicillis hæreditas dari non poteſt, nec adimi, num. 17.*
18 *Vaſquius taxatur.*

QVantumuis autem pro regula iuris traditur, ius noſtrum non pati, eundem in paganis, & teſtatò, & inteſtatò deceſſiſſe, eârumque rerum naturaliter inter ſe pugnam eſſe, vt teſtâtus quis ſit & inteſtatus. d. l. ius noſtrum. † Attamen in militibus diuerſum eſt. 1
Miles enim pro parte teſtatus poteſt decedere, † & pro parte Inteſtatus. l. ſi miles. 6. l. quærebatur. 19. l. ſi duobus. 27. ff. de teſtamento militis. l. 1. & 2. C. eod titul. §. non autem. Inſtitu. eod. De qua re Decius in d. l. ius noſtrum. num. 6. & ſequen. & præ cæteris de teſtamento militari, Viglius in Inſtitut. titul. eodem. ac copioſiſſimè Vaſquius, parte prima, lib. 3. §. 24. in 29. fallentia. nume. 16. vſque ad finem. vbi inter cætera explicat, an teſtamentum militis querelæ inofficioſi teſtamenti ſubiaceat: item an miles qui exhæredâuit, vel præterijt liberos, cogatur cauſam exhæredationis exprimere. Et VVeſenbecius conſi. 17. per totum. Inter cætera tradens, an priuilegia militaria ad noſtri temporis milites, & ad quos, & quãdo pertineant: & quando dicantur eſſe in expeditione, & actu militari, vt teſtari poſſint. Item bona militis regulati & deferri ſecundùm locum ſui domicilij & originis. 2

Secunda exceptio: A ſuperiori regula etiam eximitur † pia cauſa. Licet enim iure communi quis non poteſt decedere pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus, dicta l. ius noſtrũ. ff. de regul. iuris. cum ſimilibus. attamen intuitu piæ cauſæ, diuerſum traditum eſt. In his enim omnis † Ciuilis ſolennitas ceſſat. Bartol. In l. 1. in ſecunda quæſtione, & colum. antepenultim. C. de ſacroſanct. eccleſ. Decius in dicta l. ius noſtrum. nuruer. 7. per allegata ibidem. Quæ tamen ſententia multis non probatur: imprimis autem Baldo, in dicta l. 1. colum. 1. verſicu. ſuper ſextâ quæſtione. Cùm æquiparatio militaris priuilegij, hoc caſu non reperiatur in iure, & ideo regulæ eſſe ſtãdum. l. omnis definitio ff. de regul. iuris. Ideoque hanc quæſtionem, in dubio relinquit Tyraquellus in tracta. ad piam cauſam. priuileg. 13. Quo in tractatu, multa & varia priuilegia circa teſtamenta & legata ad pias cauſas adducit. & Euerhardus in Topicis in loco, à milite, ad Eccleſiam, vel piam cauſam. 3 4

Tertia exceptio. Ab hac quoque regula excipitur teſtamentum † inter liberos ſine ſolennitatibus factum. In quo pater teſtatus & inteſtatus decedere poteſt. Teſtatus quidem decedit, quoad liberos: inteſtatus † quoad extraneas perſonas, quæ In teſtamento inter liberos miſcentur. Inter omnes duntaxat heredes ſuos, inquit Conſtantinus, & qui ex quolibet venientes gradu, tamen pares videntur eſſe, vel emancipatos, quos prætor ad ſucceſſionem vocat, ſiue cœptum, neque impletum teſtamentum, vel codicillus ſeu epiſtola eſſe memoretur, ſiue quocunque alio modo ſcri- 5 6

 pturæ,

pturæ, quibuſcunque verbis, vel Indiciis inue-
niantur relictæ, iudicio familiæ herciſcundæ.
(licet ab inteſtato ad ſucceſſionem liberi vo-
centur) ſeruato Senatuſconſulti auxilio, de-
functi diſpoſitio cuſtodiatur, etiamſi ſolen-
nitate legum huiuſmodi diſpoſitio fuerit de-
ſtituta. Si verò in huiuſmodi voluntate deſig-
natis liberis, alia ſit mixta perſonæ, certum eſt
eam voluntatem, quantum ad illam dunta-
xat perſonam permixtam, pro nulla haberi. l.
final. C. familiæ herciſcund. Quam Conſtan-
tini ſanctionem Theodoſius & Valentinia-
nus ſub compendio repetijt. Ex imperfecto
autem teſtamento, inquit, voluntatem tene-
7 re † defuncti, niſi inter ſolos liberos à paren-
tibus vtriuſque ſexus habeatur, non volumus.
Si verò in huiuſmodi voluntate liberis alia
ſit extranea mixta perſona, certum eſt, eam
voluntatem defuncti, quantum ad illam dun
taxat permixtam perſonam, pro nullo habe-
ri, ſed liberis accreſcere. l. hac conſultiſſima.
§. ex imperfecto. C. de teſtam.

Qua in re Conſtantinus, & poſt hunc
Theodoſius & Valentinianus, videntur ſecu
ti vel imitati exemplum Seueri & Antoniui
in Reſcripto, quod editum eſt Coſſul. Latera-
no & Rufino, Anno Chriſti 198. ante Conſtã-
tinum annis 134 & ante Theodoſium annis
243. vtpotè, cùm Conſtantini conſtitutio pro-
mulgata ſit Coſſul. Criſpo II. & Conſtantino
II. anno Chriſti 322. Theodoſij autem & Va-
lentiniani Coſſul. Theodoſio XVII. & Feſto,
Anno Chriſti 441. vbi obiter notandum eſt,
l. hac conſultiſſima, ſoli Conſtantino attri-
bui, cum tamen habuerit, tum conſortem im
perij Licinium. Reſcriptum itaque Seueri &
Antonini, ſubiungere placuit, quod contine-
tur ſub l. ſi mater. C. de inofficioſo teſtamen
to. ſi mater filijs duobus hæredibus inſtitutis,
tertio poſt teſtamentum ſuſcepto, commuta-
re idem teſtamentum potuiſſet, ſed hoc face-
re neglexiſſet, meritò vtpotè non iuſtis ratio-
nibus neglectus, de inofficioſo querelam in-
ſtituere poterit. Sed cùm eam in puerperio de
ceſſiſſe proponas, repentini caſus iniquitas,
8 per coniecturam † maternę pietatis emendã-
da eſt. Quare filio tuo, cui nihil præter ma-
ternum fatum imputari poteſt, perinde viri-
lem portionem tribuendam eſſe cenſemus,
ac ſi omnes filios hæredes inſtituiſſet. Sin au-
tem hæredes ſcripti extranei erant, tunc de
inofficioſo actionem inſtituere non prohibe-
tur. Ita Impp. Seuerus & Antoninus. De quo
teſtamento parentum inter liberos infrà in
capite ſequenti latius.

Quarta exceptio, pro parte teſtatus & inte-
9 ſtatus deceditis, † ſimiliter rectè, cui certarum
rerum, de quibus teſtari poſſit, certa in iure
definitio præſcripta eſt. veluti, vt vxor ſecun-
do viro vltra tertiam partem bonorum in
dotem non det, neque ei ex teſtamento plus,
quàm tertiam partem relinquat. Idq́ue ex
Conſtitutione Gratiani, Valentiniani, &
Theodoſij, l. 1. C. de ſecundis nupt. ac ex Con-
ſtitutione Leonis & Anthemij, quæ edita eſt
Anno Chriſti 471. & poſt Gratiani conſtitu-
tionem, annis 88. Qua ſancitum eſt edictali
lege, ne coniux, ſiue pater ſiue mater ſit, † ſi ad 10
ſecunda, vel tertia, aut vlteriora repetita vota
matrimonij migrauerint, poſſit nouercæ, vel
vitrico, teſtamento, vel ſine ſcriptura, vel co-
dicillis, hæreditatis iure, ſiue legati, ſiue fi-
deicommiſſi titulo, plus relinquere, quàm v-
ni ex filijs primi matrimonij, cui minus
reliquerit. l. hac edictali. C. de ſecundis nu-
ptijs.

Quintò: Præter enumeratas exceptiones,
quibus teſtatus & inteſtatus decedere quis po-
teſt: imprimis iure communi, id permiſſum,
conceſſúmue eſt in codicillis, extra teſtamen 11
tũ factis. Nam codicilli, aut teſtamento facto
fiunt, aut ſine teſtamento: ita Paulus: confici-
untur codicilli quatuor modis, aut enim in
futurũ confirmantur, aut in præteritum, aut
per fideicommiſſum teſtamento facto, aut ſi-
ne teſtamento. l. 8. ff. de iure codicillorum. te-
ſtamento facto, codicilli † ius teſtamenti ſe- 12
quuntur. l. ab inteſtato. 16. in fine ibi, teſtamẽ-
to autem facto ius ſequuntur eius. ff. eodem
titul. vel confirmantur teſtamento. quo caſu
codicilli omnes, qui poſt teſtamentum fiunt,
ad teſtamentum facti dicuntur, licet teſta-
mento confirmati non ſint. ita Celſus: Quæ-
ro an codicilli, qui ante hoc teſtamentum
ſcripti ſunt, debeant rati eſſe? Iuuentius Cel-
ſus Plotianæ ſalutem. Hæc verba, ſi quid ad
hoc teſtamentum pertinens, reliquero, vale-
re volo, etiam ea, quæ ante teſtamentum ſcri-
pta ſunt, compræhendere conſtat. l. Plotiana.
18. ff. de iure codicillorum. & hoc caſu pro
parte teſtamenti habentur, inquit Scæuola, l.
quidam referunt. §. 1. ibi, quod codicilli pro
parte teſtamenti habeantur. ff. eodem. & Ca-
ius: ſicut codicilli pars intelliguntur teſta-
menti, ita ſecundæ tabulæ principalium tabu-
larum, partem obtiuere videntur. l. ſicut. ff.
quemadmodum teſtam apet.

Sine teſtamento autem vel ab inteſtato, vt
Paulus † loquitur, Codicilli fiunt, cùm qui 13
inteſtatus moriturus, codicillis, ab hæredibus
ad quos legitima eius hæreditas, vel bono-
rum poſſeſſio peruentura erat, fideicommiſ-
ſum dat. Quæ res ratione non caret. Nam vt
Paulus inquit, ideo fideicommiſſa dari poſ-
ſunt ab Inteſtato ſuccedentibus: quoniam cre
ditur paterfamilias, ſponte ſua his relinque-
re legitimam hæreditatem. dicta l. conficiun-
tur. 8. in principio. ff. de iure codicillorum.
Hinc etiam, vt idem Paulus ait: Ab inteſta-
to, factis codicillis relicta, etiam poſtea natus
inteſta-

inteſtati ſucceſſor debebit. Quicunq; enim ab
inteſtato ſucceſſerit, locum habent codicilli:
nam vnus caſus eſt. nec intereſt quis ſuccedat,
dum ab inteſtato ſuccedat. Subjjcit Paulus: Et
vt manifeſtius dicam: Inteſtato patrefamili-
as mortuo, nihil deſiderant codicilli, ſed vi-
14 cem † teſtamenti exhibent. Teſtamento au-
tem facto ius ſequuntur eius. d. l. ab inteſtato.
ff. de iure codicillorum. & Iulianus: ſi quis cũ
teſtamentum nullum habebat codicillis fi-
deicommiſſa hoc modo dedit, Quiſquis mi-
hi hæres erit, bonorum poſſeſſor, eius fidei-
committo: Fideicommiſſa præſtari debent.
quia paterfamilias, qui teſtamenti factionem
habet, & codicillos facit, perinde haberi de-
15 bet, ac ſi omnes hæredes † eius eſſent, ad quos
legitima eius hæreditas, vel bonorum poſſeſ-
ſio peruentura eſſet. ſed etſi poſt codicillos fa-
ctos natus quis eſſet, proximus agnatus, vel
ſuus hæres, fideicommiſſum præſtare debe-
bit. Intelligitur enim is quoque hæres ſcrip-
tus, & ideò non perinde habendus, ac ſi rupiſ-
ſet hos codicillos. l. 3. ff. de iure codicillorum.
Quò etiam pertinet, quod Vlpianus ſcribit,
in l. quia autem. 6. in princip. ff. ſi quis omiſſa
cauſa teſtamenti. Vtputà, inquit, fratrem ſu-
um ſcripſit hęredem, & codicillos fecit ab in-
teſtato, perijtque à fratre, vt ſi legitima hære-
ditas ad eum pertinuerit, fideicommiſſa præ-
ſtaret quibuſdam. Quo etiam pertinet reſcri-
ptum Diocletia. & Maxim ſub l. 4. C. de iure
codicil.

Ex quibus omnibus euidens eſt, eum qui ſi-
ne teſtamento codicillos facit, & fideicom-
miſſa, vel legata dat, & teſtatò & inteſtatò de-
cedere.

Per manus enim traditum eſſe Papinianus
16 reſpondit, codicillis hæreditatem † dari non
poſſe, & rationem illam habere, ne per codi-
cillos, qui ex teſtamento valerent, ipſum te-
ſtamentum, quod vires per inſtitutionem hę-
redum accipit, confirmari videretur. l. quod.
20. ff. de iure codicillorum. Hinc etiam Iulia-
nus ſcribit: Hæreditas, inquit, teſtamento inu-
tiliter data, non poteſt codicillis, quaſi hære-
ditas confirmari: ſed ex fideicommiſſo peti-
tur. l. 2. §. fin. ff. de iure codicillorum. Per fidei
commiſſum enim hæreditas codicillis po-
teſt relinqui, l. conficiuntur. §. 1. ff. eodem. l. 2.
C. eodem. §. fin. Inſtitut. eodem titul. Hinc
hæreditatem, quæ teſtatò tantùm dari poteſt,
17 neque dari, neque adimi † codicillis poſſe, ma
nifeſtum eſt. l. 2. C. de iure codicillorum. Ac
Conſtantino ſanciente, ſpecialiter codicillis
inſtituendi, ac ſubſtituendi poteſtas, iuris au-
thoritate data non eſt. l. 7. in fine. C. eodem.
De quo poſteriori enunciato, quod hæredi-
tas dari non poſſit codicillis, latiſſimè ex pro-
feſſo rem tractans Fernandus Vaſquius, par-
te prima libr. 3. §. 25. limitatione 30. numer. 9.
circa finem. incipien. ex ſupradictis ergo.
Quo in loco multa Prudentum reſponſa,
multaſque Principum ſanctiones & reſcripta 18
minùs pertinenter allegat, præſertim ſub nu.
1. quod ipſi peculiare eſt, congerere multa mi-
nus ad rem pertinentia: quandoq; prorſus eti-
am contraria allegare.

CAPVT XXI.

Exceptio ſexta, in querela inofficioſi teſtamenti: vbi declaratur differentia inter exhæredationem, & præteritionem: & refutatur error cuiuſdam ſummi viri.

SVMMARIA.

- 1 *Teſtamentum paternum quomodo iure Ciuili vel prætorio reſcindatur.*
- 2 *Querela inofficioſi effectus. & num. 3. finitur quinquennio. num 12.*
- 4 *Teſtamento pro parte reſciſſo, valent pupillares tabulæ, & libertates, num. 5.*
- 6 *Præteritio filijfamil. in teſtamento quid operetur, & numer. 14.*
- 7 *Teſtamentum in quo filiusfamil. præteritus eſt, an ipſo iure non valeat. & quid de iure prætorio, nu 8. & 9.*
- 10 *Querela inofficioſi, & præteritionis filijfamilias differentia.*
- 11 *Ius dicendi teſtamentum nullum, durat 30. annis.*
- 13 *pro Parte teſtatus, & inteſtatus decedit quis, per querelam inoffic. teſtam.*
- 15 *Inofficioſum an ſit inter vitia teſtamenti.*
- 16 *de Præteritione emancipati, & materna, remiſſiuè.*
- 17 *Teſtamentum ex cauſa exhæredationis vel præteritionis, quatenus irritum fiat iure nouiſ.*

SExtò: Pari modo teſtatus & inteſtatus
quis decedit, quotiens teſtamentum in-
officioſi querela (quæ lege Glicia inducta fu-
it) iure Ciuili, pro parte reſcinditur, aut iure
Prætorio, per bonorum poſſeſſionem con-
tra tabulas, aut nouiſſima Conſtitutione Iu-
ſtiniani, ex cauſa exhæredationis, vel præteri-
tionis, irrito facto teſtamento, quantum
ad inſtitutiones: cæteris firmis permanen-
tibus.

Res hæc vt rectè cognoſcatur, liceat mihi 3
extra limites pauliſper egredi: Teſtamentum
† paternum aut iure Ciuili; aut iure Præto- 1
rio reſcinditur. Iure Ciuili, per inofficioſi te-
ſtamenti querelam ex lege Glicia, vt Cu-
iacius putat: Querela autem, vel totum te-
ſtamentum reſcindit: vel pro parte tan-
tùm: ſi per querelam teſtamentum to-
tum reſciſſum eſt; nihil omninò ex teſta-
mento valet. Si ex cauſſa de inofficioſo te-
ſtamento cognouerit iudex, & pronun-
ciauit contra teſtamentum, nec fuerit pro-
uocatum

2 uocatum, † ipſo iure reſciſſum eſt, & ſuus hæ-
res erit, ſecundùm quem iudicatum eſt, & bo-
norum poſſeſſor, ſi hoc ſe contendit: & liber-
tates ipſo iure non valent, nec legata deben-
tur, ſed ſoluta repetuntur, aut ab eo qui ſol-
uit, aut ab eo qui obtinuit & hæc vtili actione
repetuntur. l. Papinianus §. fin. in princ. ff. de
inoffic. teſtamen. Nam & pupillares tabulæ
non ſuſtinentur. d. l. Papinianus. 8. §. ſed nec
impuberis. in fine ff. de inoffic. teſtamen. & tu-
3 telæ † teſtamento eo datæ, concidunt. Ideoq;
propter litem inofficioſi teſtamenti ordinan-
dam, exhæredato filio, cui tutorem pater de-
dit, eundem à Prætore confirmari oportet. E-
uentus etenim iudicatæ rei declarabit, vtrùm
ex teſtamento patris, an ex decreto prætoris
auctoritatem acceperit, inquit Papinianus, l.
iure noſtro § fin. ff. de teſtamentaria tutel. ar-
gum. l. idem fiet. 27. ff. eodem titu. Cum enim
contra teſtamentum, vt inofficioſum iudica-
tur, teſtamenti factionem habuiſſe, defun-
ctus non creditur, inquit Paulus. l. qui repudi-
antis 17. §. fin ff. de inoffic teſtam.

4 Pro parte autem teſtamento reſciſſo, † cõ-
ſeruantur pupillares tabulæ. d §. ſed nec im-
puberis ibi, nec hoc valebit, niſi pro parte pa-
tris reſciſſum ſit. Pro ea quoque parte, qua re-
ſolutum eſt teſtamentum, cum iure inteſtati,
qui obtinuit, ſuccedat, neque legata, neque fi-
deicommiſſa debentur, quamuis libertates &
5 directæ competant, & † fideicommiſſariæ præ-
ſtari debeant. l. cum duobus. C de inofficioſo
teſtamen. Quod etiam Papinianus reſpondit:
Pater filium emancipatum hæredem inſtitu-
it, & filiam exhæredauit, quæ inofficioſi lite
perlata dimidiam hæreditatis abſtulit, inquit
Papinianus: non eſſe fratrem bona propria
conferre cogendum. nam & libertates com-
petere placuit, l 5. ff. de collat. dotis. quo perti-
net l. iudicatæ ff de exceptione rei iudicatæ. l.
duobus in fine. ff. de liber. cauſa l. cum filius.
ff. de lega . & l. lege Falcidia interueniente. 7.
ff. ad leg. Falcid.

De præteritione ambigi poteſt. Si filius fa-
milias neque inſtitutus ſit, neque exhæreda-
6 tus, ſed præteritus: an † idem obtineat, quod
de querela dictum eſt Et expeditum eſt, iure
ciuili teſtamentum, in quo filiusfamilias præ-
teritus eſt, ipſo iure nullius eſſe momenti. l. 1.
ibi, aut nullius eſſe momenti. cum filius, qui
fuit in patris poteſtate, præteritus eſt ff. de in-
iuſto rupto & irrito facto teſtament. Ac Ca-
ius: filio qui in poteſtate eſt præterito, inutile
eſt teſtamentum l inter. 30. ff de liberis & po-
ſthumis & Paulus: nihil valiturum eſt teſta-
mentum l penultim ff. eod & Iuſtinianus: ſi
ſilentio præterierit, inutiliter teſtatur, §. 1. Inſtit.
de exhæredat liber. Modò filiusfamilias di-
cat, id nullum eſſe. gloſſa in l. filio præterito.
verbo, tuebitur. ff. de iniuſto rupto & irrito fa-
cto teſtamento. & in l. is qui in poteſtate. & l.
ſi duo. in princ. ff. de legat. præſtand. & in l. ſci-
mus. in princ. C. de inoffic. teſtament. Quam-
uis non deſint, qui conſtanter aſſeruerint, te-
ſtamentum in quo filiusfamilias præteritus
eſt, † ipſo iure nullius eſſe momenti, abſque 7
eo, quod filius dicat nullum. prout refert, & ſe-
quitur Iaſon in dicta l. final. nume. 25. & 26. &
27. C. de bonorum poſſeſſ. contra tabul. De iu-
re autem prætorio, res in concertationem vo-
catur: quibuſdam exiſtimantibus teſtamen-
tum, in quo filiusfamilias præteritus eſt, iure
etiam prætorio, nullum † eſſe, & bonorum 8
poſſeſſionem contra tabulas, quæ hoc caſu cõ-
tra id teſtamentum datur. l. 1. & toto titul. ff.
de bonorum poſſeſſ. contra tabul. l fin. C. eo-
dem tit. Alij eſſe remedium declaratorium,
non reſciſſorium: cum id quod nullum eſt, re-
ſcindi non poſſit. Prout latè reſoluunt Ca-
ſtrenſis, Alexand. Corneus, Curtius iunior, &
Iaſon in l. fin. num. 28. C. de bonorum poſſeſ.
contra tabul. & Iaſon poſt alios, in l. ſi filius,
qui in poteſtate. ff de liber. & poſthum. hære-
dib. inſtituen. quibus in locis Iaſon pro certa
concluſione tradit, teſtamentum in quo fili-
us in poteſtate eſt præteritus, etiam nullum eſ-
ſe de iure prætorio, & ſic vtroque iure, tam ci-
uili, quàm prætorio. Eamq́ue ait potioribus
votis conſtare ſententiam, quam quoque ſe-
quitur & probat Cumanus, in l. Gallus §. ille
caſus ff. eodem titu. & Emanuel à Coſta in d.
l. Gallus. §. & quid ſi tantum. fol. 113.

A qua tamen opinione multi ſeceſſionem
faciunt, & tradunt: Licet quidem eiuſmodi
teſtamentum præteritione filij in poteſtate
conſtituti, ſit iure ciuili nullum, & inutile, &
nihil valeat, vt iuris authores loquuntur: atta-
men iure prætorio † ſuſtineri, reſcindi autem
per bonorum poſſeſſionem contra tab. quod 9
putant viri alioquin iudicij acumine laudati:
Ludouicus Roman. in d. l. ſi filius qui in po-
teſtate Chriſtophorus de Caſtel. Iacob. de Pu-
teo, in d. l. filio præterito. Ludouic Roman.
& Cato Saccus in d. l. fin. C. de bonorum poſ-
ſeſſ. contra tabul. prout refert Iaſon ibidem
num. 28. in princip. Ac nouiſſime Fernandus
Vaſquius parte 1. libro 2. § 20. num. 140. In cu-
ius rei confirmationem plurima prudentum
reſponſa, Principumq́ue Conſtitutiones, &
reſcripta refert, & audacter & liberè defen-
dit, per præteritionem filijfamil. non deſine-
re valere teſtamentum iure prætorio. deinde,
quod tale teſtamentum reſcindatur per præ-
torem ad petitionem filij præteriti. non ſo-
lùm enim declaratur nullum, ſed reſcindi-
tur. & tertiò, quod ſi filius id teſtamentum ex-
preſſim & nominatim non dicat nullum, nec
petat nullum declarari, tunc id teſtamentum
à prætore conſeruari. In qua tertia illatione
Vaſquius ſibi ipſi contrariũ aſſerit, nempe te-

ſtamen-

ſtamentum prçterlti filijfamil. iure Prætorio ſuſtineri, & à præterito nullum dici, vel vt nullum declaretur, dici poſſe.

Ex quo inſignis emergit differentia, inter querelam Inofficioſi teſtamenti, quæ ex cau-
10 ſa exhæredationis competit, † & præteritionem filijfam. Nam per querelam reſcinditur teſtamentum, quod citra querelam ſuſtinetur: Præteritione filijfamil. teſtamentum ipſo iure nullum eſt, inutile eſt, nihil valet, d. l. 1. ff. de iniuſt. rupt. & irrito facto teſtamen. l. inter. 30. & l. ſequen. ff. de liber. & poſthumis. cum ſimilib. non reſcinditur itaque, ſed nullum declaratur. Quemadmodum & in eo ſeparantur: Filijfam. præteriti habent de iure Ciuili, ius dicendi teſtamẽtum nullum,
11 quod durat † 30. annis: Filijs exhæredatis competit ius querelæ inofficioſi teſtamenti.
12 Quæ querela quinquennio † abſumitur, perimitur, & excluditur, l. ſi quis libertatem. ff. de petit. hæredit. l. ſi quis filium. §. fina. ibi. niſi pater adhuc ſuperſtes, vel repudiauit querelam, vel quinquennio tacuit, ſcilicet, poſt aditam hæreditatem. C. de inoffic. teſtamen. 20. Præterea & quarto: Inofficioſi teſtamenti querela, teſtamentum pro parte reſcindit,
13 & pro parte teſtatus † & pro parte inteſtatus aliquis decedit. Putà: ſi fratre agente querela, hæredes ſcripti diuerſi iuris ſunt, veluti, vnus non capax, quia turpis perſona: alter verò hæres capax, qui inſtitui potuit: ſcribit Vlpianus, quòd ſi fuerit: pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus deceſſiſſe videbitur, l. circa. 24. ff. de inofficioſ. teſtamen. Sic etiam, ſi quis, cum non poſſit de inofficioſo queri, ad querelam admiſſus, pro parte reſcindere teſtamentum tenet, & vnum ſibi hæredem eligat, contra quem inofficioſi querelam inſtituat, dicendum eſt, inquit Vlpianus: quia teſtamentum pro parte valet, & præcedentes cum perſonæ excluſæ ſunt, cum effectu eum querelam inſtituiſſe, l. ſi non mortis. 25. 2. fin. ff. eod.

14 Diuerſum eſt in præteritione † filijfamil. per hanc enim teſtamentum in totum corruit, & nullum eſt, nec pro parte conſeruatur, dictis iuribus.

Conficitur itaq; ex iam relatis, à quodam magni nominis viro, obliuioſa meditatione dici, quod de querela dicitur, idem obtinere in iure eo, quod habet filiusfam. præteritus, vt dicat teſtamentum nullum. In Africani loco ſub l. Ex duobus. 24. §. Etiam ſi contra patris tabulas. ff. de vulga. & pupill. Cùm tamen idem Clariſſ. vir, in l. 1. ff. de iniuſto, rupto & irrito facto teſtam. inter vitia teſta-
15 menti inofficioſum † non connumeret: addita ratione: Vitijs ipſo iure teſtamentum affici, adeò vt nec niſi per abuſionem teſtamentum appellari poſſit, l. 2. §. 1. ff. quemadmodum teſtam. aperian. Cauſa inofficioſi, teſtamentum ipſo iure non afficit, ſed actione reſciſſoria opus eſt. Ergo Cauſa inofficioſi teſtamenti vitium non eſt. Similiter præteritio filij emancipati teſtamentum iure nõ afficit, ſed neceſſaria eſt præterito bonorum poſſeſſio contra tabulas. Proinde teſtamentum inofficioſum, vel in quo emancipatus præteritus eſt, propriè eſt teſtamentum. Ita Clariſſ. ille vir, meus quondam Preceptor.

De præteritione emancipati, † & præteri- 16
tione materna, nimis longè lateque me euagaturum, limitesque inſtitutæ tractationis egreſſurum, & relicturum eſſe, puto, ſi de his in diſceptandi campum deſcendero. Lectorem tamen remitto ad l. fina. & Iaſonem ibidem, à num. 14. vſque ad num. 22. C. de bonorum poſſeſſ. contra tabulas. Denique Iuſtinianeo, ac nouiſſimo & ſupremo iure, quoad cauſam exhæredationis, & præteritionis, & per conſequens querelæ inofficioſi teſtamenti, ac ex præteritionis cauſa iuris dicendi teſtamentum nullum, moderatio iuris Prætorij iterum reuocata eſt, ac repetita, rigorq; iuris Ciuilis emendatus, ſancitumque, vt ex cauſa exhæredationis, vel præteritionis irri-
tum ſit teſtamentum, † quantum ad inſtitu- 17
tiones, cætera namque firma permanere. Authent. ex cauſa. C. de liber. præterit. Quæ deſumpta eſt ex Authen. Vt cùm de appellatione cognoſcitur, &c.

CAPVT XXII.

Explicata & refutata opinio Fernandi Vaſquij, qua adſerit, reſciſſo, eneruatoque teſtamento ex cauſa exhæredationis, vel præteritionis, quoad inſtitutiones, ſucceſsionem redigi ad cauſam inteſtati, nec poſſe dici teſtatorem pro parte teſtatum, pro parte inteſtatum decedere.

SVMMARIA.

1 *Vaſquij laus & reprehenſio. & nu. 10.*

2 *Per Querelam inoff. decedit quis pro parte teſtatus, & inteſtatus. nu. 4. & 5.*

3 *Alimenta inopi pupillo praſtanda, pendente appellatione ſuper inofficioſo.*

6 *Teſtamento iure no. enecuato: liberi velut ab inteſtato æqualiter ſuccedunt: cætera firma manent. nu. 7. & 9.*

8 *Pro parte teſtatus & inteſtatus decedere quis poteſt etiam iure inoff.*

VAſquius vir ſummo ingenio, † ſed qui 1
nimio diſputãdi ſtudio, eòque ſpinoſo, delectatur, exiſtimat regulã iuris, qua traditur ius noſtrũ non pati eundẽ in paganis & teſta-

tò &

tò & inteſtato decedere, non militare in præ-
ſenti caſu. Conſeruatis enim legatis, deſtru-
ctaque inſtitutione, non poſſe dici teſtatorem
pro parte teſtatum, pro parte inteſtatum dece
dere: Immò, in totum inteſtatum decedere:
cùm ſit notiſſimum in iure, quod quamuis in-
teſtatus decedat: Legata tamen à ſucceſſori-
bus legitimis poſſint relinqui. l. conficiuntur.
ff. de iure codicil. l. eam quam. C. de fideicom
miſ. l. 2. C. ad Senatuſc. Trebel. Teſtamentum
autem, non codicillum, demonſtrare inſtitu-
tionem hæredis. l. non codicillum. C. de teſta-
mentis. Sed valdè mirandum eſt, Vaſquium
perductum & delapſum in eam ſententiam,
cum haud dubiè, iura, hac de re, contraria, nõ
latuerint ipſum. Nã Vlp. ſcribit: per inofficio
ſi querelam diuerſi generis hæredibus exiſten
2 tibus, teſtatorem † pro parte teſtatum, pro par
te inteſtatum decedere. l. circa. 24. in fine. de
inoffic. teſtam. Item ſi quis, cùm non poſſit, de
inofficioſo queri, ad querelam admiſſus, pro
parte reſcindere teſtamentum tentet, & vnũ
ſibi hæredem eligat, contra quem inofficioſi
querelam inſtituat, teſtamẽtum pro parte va-
lere, præcedentes eum perſonas excludi, ac
eum cum effectu querelam inſtituiſſe. l. ſi non
mortis. §. fin. ff. de inofficioſ. teſtament. & ite-
rum Vlpianus: Placuit interim propter inopi-
3 am pupilli, alimenta † pro modo facultatum
quæ per inofficioſi teſtamenti accuſationem
pro parte ei vindicabantur, decerni. l. ſi inſti-
tuta. 27. §. de inofficioſo. ff. eodem. & Paulus:
Secundum quod non in totum teſtamentum
4 infirmatur, ſed pro parte † inteſtata efficitur.
l. mater. 19. §. præterea. ff. eod. & iterum: Quia
inquit reſciſſo teſtamento, alter quoque ad
ſucceſſionem ab inteſtato vocatur. l. qui repu-
diantis. 17. ff. eodem. Quemadmodum quo-
que Vlpiano authore, teſtamenti pars agnaſ-
cendo rumpitur: vtpurà, ſi proponas à primo
gradu poſthumum exhæredatum, à ſecundo
præteritum. nam hic primus gradus valet, ſe-
cundus ruptus eſt, l. 3. in fine. ff. de iniuſto ru-
pto & irrito facto teſtamento. Et iterum.
Denique & de libertantibus primo gradu ſcri
ptis hæredibus: qui ſecũdo gradu ſcripti ſunt
hæredes, obtinere hæreditatem non poſſunt.
Gradu enim rupto & infirmato, ampliùs hæ-
reditas inde obtineri non poteſt, l. 4. ff. eod.
Et Impp. Pro ea quoque parte, qua reſolutum
eſt teſtamentum, (cum iure inteſtati, qui ob-
tinuit, ſuccedat:) neque legata neque fidei-
cõmiſſa debentur, l. cũ duob. C. de inoff. teſta.

Ex quibus locis euidenter conſtat, que-
relam inofficioſi teſtamenti pro parte mo
ueri & obtineri: & tùm teſtatorem pro par-
5 te teſtatum, † pro altera autem parte inte-
ſtatum decedere. Quod etiam nouiſſimo
iure patet: ſiue igitur omnes memoratas cau-
ſas, inquit Iuſtinianus, ſiue certas ex his, ſiue
vnam quamlibet parentes in teſtamento ſuo
inſeruerint, & ſcripti hæredes nominatã vel
nominatas cauſas, vel vnam ex his, veram eſ-
ſe monſtrauerint, teſtamentum ſuam habere
firmitatem decernimus: ſi autem hæc obſer-
uata non fuerint, nullum exhæredatis liberis
præiudicium generari, ſed quantum ad inſti-
tutionem hæredum pertinet, teſtamento eua
cuato, † ad parentum hæreditatem liberos 6
tanquàm AB INTESTATO ex æqua parte
peruenire, ne liberi falſis accuſationibus con-
demnentur: vel aliquam circumſcriptionem
in parentũ ſubſtantijs patiantur: ſi verò con-
tigerit, in quibuſdam talibus teſtamentis,
quædam legata, vel fideicommiſſa, aut liber-
tates, aut tutorum dationes relinqui, vel quæ-
libet alia Capitula conceſſa legibus nomina-
ri, ea omnia iubemus adimpleri, & dari il-
lis, quibus fuerint derelicta, & tãquàm in hoc
non reſciſſum, obtineat teſtamentum: Et
hæc quidem de parentum ordinauimus te-
ſtamentis. Expreſſè ac euidenter conſtat,
quantum ad hæredum inſtitutionem perti-
net, teſtamentum euacuari, † & liberos ad 7
parentum hæreditatem, tanquàm ab inteſta-
to, ex æqua parte peruenire: & ſic rem euacu-
ato teſtamento ad cauſam inteſtati redigi:
Quantum ad legata vel fideicommiſſa, aut
libertates, aut Tutorum donationes, vel alia
capitula attinet, teſtamentum obtinere, &
perinde haberi, quaſi non fuerit reſciſſum.
Conficitur itaque manifeſtè, etiam nouiſſi-
mo iure † pro parte reſciſſi teſtamenti, ab in- 8
teſtato: pro parte conſeruati teſtamenti teſta-
tò ſucceſſionem fieri. Quod etiam in Com-
pendio ſub Authentica, Ex cauſa. C. de libe-
ris præteritis exprimitur: Ex cauſa exhæreda-
tionis vel preteritionis, irritum eſt teſtamen-
tum, quantum ad inſtitutiones. Cætera nam-
que † firma permanent, hoc eſt, quantum ad 9
inſtitutiones non valet teſtamentum: ſed res
ad inteſtati cauſam redigitur: Extra inſtitu-
tionem, in ceteris teſtamentum ſuſtinetur, &
firmum eſt.

Neque mutat, quod Vaſquius irrito facto
teſtamẽto quoad inſtitutiones, in ceteris quo-
que quæ firma manent, ſucceſſionem ab in-
teſtato introducere conatur, cùm & ipſi codi
cilli, ſi ſine teſtamẽto fiant, vicem teſtamenti
exhibeant, vt Paulus loquitur, l. ab inteſtato.
ff. de iure codicil. Et ab hæredibus legitimis
præſtandæ ſint, l. cõficiuntur. 8. in prin. ff. eo.
Et ſic is, qui codicillis, ſine teſtamento factis,
legata vel fideicõmiſſa relinquit, pro ea parte
teſtatus decedit: Et quia legitimis præſtanda
hæredibus relinquit, inteſtatus decedit.

Ex quibus apparet, Vaſquium † ſtudio con 10
tradicendi potiùs, quàm ignorantia, quæ in tan
tum tamque præclarum Iuriſconſ. cadere nõ
poteſt: hæc proponere.

CAPVT

CAPVT XXIII.

Succeſsio ex imperfecto teſtamento paterno inter liberos, an teſtamentaria ſit, vel ad inteſtati cauſam pertineat. In qua quæſtione, contra Veteres & Recentiores, oſtenditur verus intellectus, l. filij. & l. fina. C. famil. erciſcun.

SVMMARIA.

1 Ex teſtamento inter liberos imperfecto, an ſuccedatur ab inteſtato. nu. 2. 3. ſed verius eſt, quòd ſit ſucceſsio teſtamentaria. nu 5.
4 Imperfectum teſtamentum pro perfecto haberi non poteſt.
6 L. filij. 16. & l. fin. C. famil. erciſ. explicata. & nu. 8. & 11.
7 Licet, dictio eſt aduerſatiua. & nu. 9.
10 Trebellianum S.C. etiam ad inteſtatos pertinet.
12 Teſtamenta inter liberos quare dicantur imperfecta.
13 Teſtamentorum duo genera: Perfectum & Imperfectum.
14 Parentes optimum conſilium pro liberis capere præſumuntur.
15 Filia à ſucceſsione ab inteſtato per ſtatutum vel iuramentum excluſa, an poſsit ſuccedere ex imperfecto patris teſtamento.

A Noſtris inſuper dubitatum eſt, an teſtamentum inter liberos dicatur propriè
teſtamentum, an verò hoc caſu ſuccedatur
ab inteſtato tantùm. Quæſtio hæc diſparibus votis tractata eſt, in primis verò à Iaſone,
in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de
teſtamentis. Multis placuit, ex minùs ſolen-
1 ni voluntate parentis inter liberos, non niſi
† ab inteſtato ſuccedi: In quam ſententiam
proferri poteſt: Primò reſcriptum Dioclet. &
Maximin. in l. filij. 16. ibi: Sed etſi tam circa teſtamentum, quàm etiam Codicillos, iudicium eius deficiat, verùm quibuſcunque verbis
voluntas eius declarata ſit, licèt ab inteſtato
ei fuerit ſucceſſum, ex Senatuſconſulto retentionis modo ſeruato, familiæ erciſcundæ iudicio aditum iudicem ſequi voluntatem patris oportere, Iuris autoritate ſignificatur. C.
famil. erciſc.

Secundò: Idem ſtatuitur in Conſtantini
ſanctione, quæ confirmat Diocletiani & Maxim. reſcriptum. Siue cœptum, inquit, neque
impletum teſtamentum, vel Codicillus, ſeu
epiſtola parẽtis eſſe memoretur, ſiue quocunque alio modo ſcripturæ quibuſcunque ver-
2 bis vel iudicijs inueniantur relictæ, iudicio familiæ erciſcundæ. (licet † ab inteſtato ad ſucceſſionem liberi vocentur,) ſeruato Senatuſconſulti auxilio, defuncti diſpoſitio cuſtodiatur, etiamſi ſolennitate legum huiuſmodi diſpoſitio fuerit deſtituta &c. l. fina. C. famil. erciſcun.

Quæ Conſtitutio Coſtantini breuiſſimis verbis reperita & relata Theodoſio &
Valentiniano, in dicta l. hac conſultiſſima. ex imperfecto autem teſtamento voluntatem tenere defuncti, niſi inter ſolos liberos
à parentibus vtriuſque ſexus, non volumus,
&c. Quo in loco, teſtamentum inter liberos
non ſolenniter conditum vocatur imperfectum. Idem fit à Iuſtiniano in Nouella 107.
de teſtamentis imperfectis à parentibus in filios factis.

Qua Nouella, Conſtantini, deinde Theodoſij & Valentiniani conſtitutiones declarantur, & quæ vel obſcura eſſe, vel ambigua
poterant, illuſtrantur. Ex quibus PP. ſanctionibus in plano eſt, eiuſmodi parentum imperfectas voluntates, † pro ſucceſſione ab in- 3
teſtato reputari, & haberi: Nam vt Diocletian. & Maxim. reſcribunt: Verùm quibuſcunque verbis voluntas eius declarata ſit, licet
ab inteſtato ei fuerit ſucceſſum, &c. d. l. filij.
Et Conſtantinus: Licet ab inteſtato ad ſucceſſionem liberi vocentur, d. l fina. Imperfectum quoque † pro perfecto iuſtoque te- 4
ſtamento haberi non poteſt, d. l. 1. ff de iniuſto rupto & irrito facto teſtam. Vnde in alteram ſucceſſionis ſpeciem, nempè ab inteſtato, rectè tranſit & transformatur.

Sed rectior & firmior eſt ſententia contraria, nempè quòd ſucceſſio ex imperfecto teſtamento paterno, inter ſolos liberos obueniens, rectè dicatur & ſit † ſucceſſio ex teſta- 5
mento, & habeat effectum teſtamentariæ ſucceſſionis. Quod putault Accurſius in d. l. filij. 16. in verb. ab inteſtato C famil. erciſcun.
Eſtque veritati quàm proximum. Quamuis
enim Iure Ciuili Teſtamentis ſuæ ſint præſcriptæ ſolennitates, ſine quibus non ſubſiſtunt teſtamenta attamen illud Ius Ciuile,
certis caſibus poteſt illas ſolennitates tollere, vel remittere, & aliam formam teſtandi
inducere. Cùm igitur Principum Conſtitutionibus paterna voluntas inter liberos, quibuſcunque verbis declarata ſit, non obſeruatis ſolennitatibus, valeat & conſeruetur:
rectè quoque teſtamentum dicitur, & eſt, omneſque effectus teſtamentariæ ſucceſſionis
habet. Neque obſtant verba reſcripti: † licet 6
eis ab inteſtato fuerit ſucceſſum: & verba Cõſtitutionis, licet ab inteſtato liberi ad ſucceſſionem vocantur. Quia hæc verba ad paternam voluntatem quocunque modo declaratam, minimè referenda ſunt: ſed ſunt aduerſatiuã.

Dictio enim licet, † cui æquipollent, Eti- 7
amſi, Quàmuis, Quanquàm, ſunt coniunctiones aduerſatiuæ. Eſtque verus intellectus illius legis longè alius, & diuerſus ab eo, qui
pro caſu effingitur.

Vera enim facti † ſpecies eſt: Pater teſtamẽto
diuiſio-

diuiſionem hæreditatis inter liberos fecit, &
ab his fideicōmiſſa reliquit: Filij vt fideicom-
miſſa eluderent, teſtamentum inofficioſum,
vel ſaltem ſolēnitatibus deficere, dicunt: Re-
ſcribitur: primò: Filios qui patris teſtamentū
inofficioſum probare non poſſunt, patris te-
ſtamentū reſcindendi nullam habere facul-
tatem. Secundò: etſi quoque circa teſtamen-
tum vel codicillos iudicium patris deficiat,
hoc eſt, ſolennitates deſint, nihilominùs ta-
men quibuſcunq; verbis voluntas eius decla-
rata ſit: licet ab inteſtato ei fuerit ſucceſſum,
id eſt, quāuis ab inteſtato ei fuerit ſucceſſum,
aditum iudicem ſequi voluntatē patris opor-
tere, nempè, vt filij ex voluntate patris fidei-
commiſſa præſtent, ſeruato tamen modo re-
tentionis ex Senatuſconſulto, intellige, Tre-
belliano. Dicta itaque verba, (licet ab inteſta-
to ei fuerit ſucceſſum,) ad præcedentia non
pertinent, ſed ijs aduerſantur, ac rationē con-
tinent, quare ex voluntate patris quibuſcunq;
verbis declarata, & citra omnem ſolennitatē
facta, filij fideicommiſſum præſtare debeant:
9 Quia fideicommiſſa præſtantur, licet, † id eſt,
quamuis, vel etiamſi ab inteſtato ei fuerit ſuc
ceſſum. Eſtque argumentum à minori ad ma
ius: Fideicommiſſa præſtandā ſunt, quæ ab
inteſtato relinquuntur: Magis eſt, vt præſten-
tur, ſi voluntate & iudicio patris quibuſcun-
que verbis relinquantur. Quod autem fidei-
commiſſa, ab inteſtato dari poſſint, & Sena-
tuſconſultum Trebellianum perinde obſer-
netur in illis, ſicuti in his, quæ teſtamen-
to facto relinquuntur, manifeſto iure conti-
netur. Sicuti conceditur, inquit Iulianus vni-
cuique ab eo, ad quem legitima eius hæredi-
tas, vel bonorum poſſeſſio peruentura eſt, fi-
deicommiſſum dare: ita & ab eo, ad quem im
puberis filij legitima hæreditas, vel bonorum
poſſeſſio peruentura eſt, fideicommiſſa rectè
dabuntur, l. 92. § fina. ff. de legat. lib. 1. Verius
eſt, inquit Vlpianus, & eo iure vtimur, vt hoc
10 Senatuſconſultum † ad inteſtatos quoq; per-
tineat, ſiue legitimi, ſiue honorarij ſint ſucceſ
ſores, l. recuſare. 6. meminiſſe. ff. ad S C. Tre-
bellian. Et iterum Vlpianus: Hoc autem Se-
natuſconſultum, locum habet, ſiue ex teſta-
mento quis hæres ſit, ſiue ab inteſtato, roga-
tusque ſit reſtituere hæreditatem, l. 1. § hoc au
tem ff eo Et Impp. Carus Carinus, & Nume-
rianus: ſi per fideicommiſſum hæreditas Rei-
publicæ relicta eſt, ex Trebelliano Senatuſcō-
ſulto (quod ab inteſtato quoque locum ha-
bet) quartæ partis, & fructus eius, vobis reſti-
tutio competit, l. 3. C. ad S. C. Trebellian.
Verba itaque, ex Senatuſconſulto retentio-
11 nis modo ſeruato, † intelligenda ſunt, de
quarta Trebellianica, quam æquo vel æqua-
li iure detrahunt, ſiue teſtamentarij, ſiue le-
gitimi ſint hæredes: Vel ſiue ex teſtamen-
to, ſiue ab inteſtato ſuccedant. per iura iam
allegata.

Eadem eſt interpretatio verborum in ſan-
ctione Conſtantini, C, licet ab Inteſtato libe-
ri ad ſucceſſionem vocantur.) Quæ verba
cum ſuperioribus conueniunt, & eandem
cum illis vim efficaciamque habent.

Neque etiam negotium facit, quod Theo-
doſius & Iuſtinianus teſtamenta parentum
inter liberos quibuſcunque verbis, & indicijs,
& ſine ſolennibus facta, nominent imperfe-
cta. d. § Ex imperfecto. & d. Nouella 107. de
Teſtamentis imperfectis. Appellantur enim
imperfecta, † reſpectu ſolennium in teſta- 12
mentis iure factis requiſitorum: non verò,
quod imperfecta & nullius momenti ſint,
ſed quod ſolennibus teſtamentorum careāt
& deſtituantur: Nihilominùs tamen adhuc
eiuſmodi teſtamenta imperfecta ſub genere
Teſtamenti, tanquàm ſpecies comprehen-
duntur. Duo enim ſumma teſtamentorum
ſunt genera: † Perfectum, & imperfectum. 13
Perfectum, quod iure, id eſt, ſolēniter factum
eſt: Imperfectum, vbi ſolennitates deſunt.
Perfectum, niſi aditione deficiat, vel rumpa-
tur, vel irritetur, iuſtum eſt. Imperfectum re-
gulariter nullius momenti eſt, l. contra ma-
iores 16. C. de inofficioſ. teſtamen. l. 1. § fin. ff.
de teſtamen milit. Ab hoc poſteriori gene-
re excipitur teſtamentum paternum, inter
liberos, quod quibuſcunque verbis vel indi-
cijs, omni ſolennitate neglecta, fieri firmiter
poteſt: idque beneficio Principum, in fauo-
rem parentum, † qui optimum conſilium de 14
liberis ſuis capere intelliguntur.

Ex quibus iam relatis, planum apertum-
que redditur, veterum & recentiorum & in-
ter hos Iaſonis concertationem, à vero ſen-
ſu, & intellectu vtriuſque Conſtitutionis, eſ-
ſe alieniſſimam, eoſque in aëre pugnare.

Diſputatio autem hæc vtilitate non caret:
Vulgata enim & noſtris moribus vſurpata
quæſtio eſt. ſi filiæ iure municipali, vel pro-
pria renunciatione iurata, à ſucceſſione ab
inteſtato excludantur: † an à patre facto te- 15
ſtamento imperfecto inter liberos, in quo fœ
minæ, vnà cum maſculis vocentur, fœmi-
næ admittantur? Si enim eiuſmodi teſtamen
tum imperfectum ad cauſam inteſtati perti-
net, fœminas arceri in promptu eſt: ſin verò
vicem teſtamenti iuſti obtinet, ſimiliter ex-
peditum eſt, ad hæreditatem paternam ex vo
luntate & iudicio patris, vnà cum maſculis
eas eſſe admittendas. Quæ poſterior ſenten-
tia omnibus probatur Alexan. & alij, ac no-
uiſſimè Iaſon, in d. l. hac conſultiſſima §. ex
imperfecto. C. de Teſtamentis.

CAPVT

CAPVT XXIIII.

Hiſtoria iuris de teſtamento imperfecto, inter liberos, vbi oſtenditur in quibus à teſtamento perfecto diſcedat, & oſtenduntur iuris antiqui, in teſtamentis perfectis ſolennitates: ac in primis de verbis ciuilibus, & directis: denique mutatio iuris, circa teſtamenta paterna.

SVMMARIA.

1 *Teſtamentum aliud perfectum aliud imperfectum.*
2 *Imperfectum teſtamentum quod.*
3 *Teſtamentum prius quatenus per poſterius rumpatur.*
4 *Pœna adſcribentis in teſtamento ſibi quando locum habeat. Item*
Teſtamentum non iure factum an teſtamentum ibidem.
5 *Ex teſtamenti iure imperfecti nullus effectus.*
6 *Teſtamentorum formis antiquitùs obſeruatis, abrogatis, noua à prætore introducta.*
7 *Ciuilia verba quæ dicantur. Græcè fideicommiſſum relictũ valet, legatum non item.*
9 *Vlpian. forma inſtitutionis hæredis examinatur.*
9 *Verba directa & ciuilia inſtitutionis imperatiua ſunt.*
10 *Verba fideicommiſſi relicti precatiua ſunt.*
11 *Inſtitutionis per verba directa & ciuilia exempla.*
12 *Inſtitutionis per verba imperatiua exempla remiſſiuè.*
13 *Inſtitutionis poſthumorum liberorum formula et exẽpla. nu. 14. 15.*
16 *Subſtitutio verbis ciuilib. & legitimis fit.*
17 *Subſtitutionis vulgaris & pupillaris exempla.*
18 *Legata ciuilib. & directis verbis tantùm relinquuntur.*
19 *Legata quatuor modis relinquuntur ibiq; ſingularum ſpecierum exempla. nu. 30. 21. 22. 23.*
24 *Fideicommiſſi relinquendi verba quæ ſint.*
25 *Verba ciuilia ſolemnia non requirit patris teſtamentum, aliaq; ſolennia iure veteri requiſita abolita. nu. 34.*
26 *Abolitio ſolemnitatis ciuilis in teſtamento patris vtrum ante tempora Diocl. & Maxim. Impp fuerit.*
27 *Teſtamenta indifferenter verba ciuilia certaſq; verborum formulas iuris nouiſſ. non requirere.*
28 *Hæredes palàm nominare pater in ſuo teſtamento hodiè nõ tenetur.*
29 *Patris diuiſio bonorum in teſtamento valet inter liberos.*
30 *Militis teſtamentum ſola voluntas perficit.*
31 *Nutu fideicommiſſum relinquitur.*
32 *Teſtamentum patris inter liberos etiam ſolennitate verborum deſtitutum valet.*
33 *Perſona extranea mixta liberis in teſtamento patris imperfecto quoad ſe facit teſtamentum patris nullum. nu. 35.*
36 *Teſtamentum patris inter liberos imperfectum quoad liberos tantùm valet.*
Teſtamentum patris inter liberos ſi ſcribat manu propria ſubſcriptionem teſtium non requirit.

ETSI hoc caput Iuris ab inſtituta tractatione alienum eſſe videtur: Attamen, quia præcedenti capiti cohęret. Et ab ijs, qui de Teſtamentis ſcripſerunt, neglectum eſt, paucas pagellas huic rei dare placuit.
1 Teſtamentum † aut perfectum eſt, aut imperfectum. Perfectum, quod iure, vel ritè abſolutum eſt.

Imperfectum † quod non iure perfectum 2
eſt: Ita de vtroq; genere Vlpianus. Teſtamen-
tum autẽ illud propriè dicitur, quod iure per-
fectum eſt: Sed abuſiuè teſtamenra ea quoque
appellamus, quæ falſa ſunt, vel iniuſta, vel ir-
rita. Itemq; imperfecta ſolemus dicere teſta-
menta, l. 2. §. teſtamẽtum. ff quemadmodum
teſtamenta aperiantur. Sic de falſo teſtamen-
to etiã Paulus: Sicuti falſum eſt teſtamẽtum,
quod teſtamentum non eſt, l. Paulus. 221. ff. de
verb. ſign. Et iterum Vlpianus. Tunc † autem 3
prius teſtamentum rumpitur, cùm poſterius
ritè perfectum eſt. Niſi fortè poſterius vel iu-
re militari ſit factũ, vel in eo ſcriptus eſt, qui
ab inteſtato venire poteſt: Tunc enim & po-
ſteriore non perfecto, ſuperiùs rumpitur, l. 2.
ff. de iniuſto rupto & irrito facto teſtamento.
Et iterum Vlpianus de vtroque genere teſta-
menti: quoad interdictum de tabulis exhiben
dis. Itaque, inquit, dicendum eſt, ad omnem
omninò ſcripturam teſtamenti, ſiue perfe-
ctam, ſiue imperfectam, interdum hoc perti-
nere, l. 1. §. ſiue ſupremæ tabulæ ſint, ff. de tab.
exhiben. Qua in re Africanus ab Vlpiano di-
ſcedit, Africanus inquir, ſi † quis legatum ſibi 4
aſſcripſerit, tenetur pœna legis Cornelię, quã-
uis inurile legatũ ſit. Nam & eum teneri con-
ſtat, qui eo teſtamento quod poſteà ruptũ eſt,
vel etiam quod initio nõ iure fieret, legatum
ſibi aſſcripſerit. Hoc tamen tunc verum, cùm
perfectum teſtamentum erit. Cęterùm ſi non
ſignatum fuerit, magis eſt, vt Senatuſconſul-
to locus nõ ſit: ſicuti nec interdictũ de tab. ex-
hibendis. Peius enim oportet aliquod eſſe te-
ſtamentum, vel non iure factum, vt Senatuſ.
conſulto locus ſit. Nam & falſum teſtamen-
tum id demùm rectè dicitur, quod ſi adulteri-
num non eſſet, verum teſtamentum rectè di-
ceretur. Similiter & nõ iure factum teſtamen
tum id appellatur, in quò ſi omnia ritè facta
eſſent, iure factum diceretur. ita Africanus, l.
ſi quis. 6. ff. ad leg. Corn. de falſis. In quã Afri-
cani ſentẽtiam inclinare videtur, Paulus. Te-
ſtamẽtum quod nullo iure valet, impunè ſup
primitur. Nihil eſt enim, quod ex eo, aut peta-
tur, aut cõſiſtere poſſit, l. ſi quis. 38. §. teſtamen-
tum. ff. de pœnis. De qua ἀντινομία inter Vlpia-
num & Africanum. Accurſ. in l. 1. §. ſiue ſupre
mæ. ff. de tab. exhib. & in d. l. ſi quis legatum,
& ibi Cuiacius. Teſtamentum † itaque ritè & 5
iure perfectum, ſolummodò valet. Nam im-
perfectum teſtamentum ſine dubio nullũ eſt,
inquit Iuſtinia. §. ex eo autem ſolo. Inſti. quib.
mod. teſtamenta infirmentur. Et Paulus: Ex
ea ſcriptura, quæ ad teſtamentum faciendum
parabatur, ſi nullo iure teſtamẽtum perfectũ
eſſet, nec ea quæ fideicõmiſſorũ verba habẽt,
peti poſſe, l. 29. ff. qui teſtamẽta facere poſſunt.
Sicuti etiam idem Paulus ſcribit. Ex imperfe-
cto teſtamento legata vel fideicõmiſſa Impe-

ratorem vindicare,inuerecundum eſt. Decet
etenim tantæ maieſtati eas ſeruare leges, qui.
bus ipſe ſolutus eſſe videtur,l. ex imperfecto.
23.ff.de lega.3.Quod etiam Alexan.reſcripſit:
Ex imperfecto teſtamento nec Imperatorem
hæreditatem vindicare poſſe, ſæpè conſtitu-
tum eſt,l.3.C.de teſtam. Aliud imperfecti te.
ſtamenti exemplum refert Iauolenus: Si quis
cùm teſtamentum faceret, hæredibus primis
nuncupatis,priuſquàm ſecundos exprimeret
hęredes,obmutuiſſet, magis cœpiſſe eũ teſta-
mentũ facere,quã feciſſe,l.ſi quis.25.ff.eo.tit.

6 Antiquis † igitur teſtamentorũ generibus,
quæ vel Calatis comitijs,vel in procinctu,vel
per æs & librã fiebant,deſuetudine abrogatis,
vſuq́; abſorptis,& introducta ex edicto Præto
ris,forma faciendorum teſtamẽtorum: cum
quo deinde iure prętorio, ius Ciuile iungi cœ
pit,(de quibus A.Gellius lib.15.cap.27. Vlp in
fragmentis tit.20. Iuſtin.in tit.de teſtamen.in
prin. & ibi Viglius ac eruditiſſimè Briſonius.
de formulis.lib.7.in prin.fol 652.) Prima qui.
dẽ ſolennitas teſtamentorũ in certis Ciuilib.
& directis verbis,tam in inſtitutionibus quàm
ſubſtitutionibus, itemq́; legatis conſiſtebat.

7 Verba † autẽ Ciuilia dicuntur, quæ ius Ciuile
pſcripſit:quę etiã legitima & directa vocãtur.
Quæ quidẽ verba latinè tantũ concipi neceſſe
ętat, legatũ enim græcè ſcriptũ non valebat.
Græcè fideicõmiſſum ſcriptum valet. Vlp.in
fragmentis.§. Item Gręcè.Initio itaq; quantũ
ad inſtitutiones hæredũ attinet, refert Vlpia.
verba directa.tit.21.Hęres rectè inſtitui poteſt
his verbis: Titius hæres eſto: Titius hæres ſit,
Titium hæredem eſſe iubeo: Illa autem inſti-
tutio: Hæredem inſtituo,hæredem facio,ple-
riſque improbata eſt.

8 Quare † autẽ poſteriora inſtitutionis verba
pleriſq; improbentur,Cuiacius dubitat.Verũ,
quia ſola lex hęredẽ inſtituit,hęredẽ facit? An
quia hæc verba pleriſq; videntur nõ eſſe dire.
cta:Vtraq; probabilis eſt. Prior quidẽ:Licet e-
nim inſtitutio hęredis ab ipſo teſtatore pro-
priè proficiſcatur,attamẽ quia lex 12.tab.con
firmat teſtamẽta, & ius Ciuile formã his dat,
teſtator hæredẽ non inſtituit,hæredem nõ fa-
cit,ſed lex poſterior: Quia hæc verba pleriſq;
videntur nõ eſſe directa:magis eſt probabilis.
9 Directa enim †& ciuilia verba ſunt imperati-
ua:ſic idẽ Vlp.ti.24.Legatũ eſt,quod legis mo
do.i.imperatiuè teſtamẽto relinquitur. Nam
10 † ea q̃ precatiuo modo relinquuntur,fideicõ.
miſſa vocãtur.Et iterum Vlp.Fideicõmiſſum
eſt,quod nõ ciuilib.verbis,ſed precatiuè relin
quitur.Nec ex rigore iuris ciuilis proficiſcitur
ſed ex volũtate datur reliquentis. Quibus po.
ſterioribus Vlpiani verbis vtraq; ratio ſuſtine.
tur:Sed poſteriorẽ rationẽ corroborant Con
ſtãtini verba,in c.quoniã.15.ibi.Verũ imperati
uis & directis verbis fiat,aut inflexis.C.de teſt.

Exempla†inſtitutionis per verba directa & 11
ciuilia,plurima extant.ff.in tit.de hæred.inſt.
Vl in l.1.Lucius Titius mihi hæres eſto:itẽ ex
ſententia diui Pii. Ille ex tota parte.Itẽ:Ille ex
tota,nec adiecisſet,hæres eſto. Et iterum Vlp.
ex ſententia Celſi,in l.2.ff.eo.Ex qua parte me
Titius hæredẽ ſcripſit, Seius hæres eſto. Et ex
ſententia Marcelli. Ex his partibus,ex quibus
teſtamento matris ſcripti fuiſſent, hæredes
ſunto.Et Iterum Vlpian.ſub l 6 vter ex fratri.
bus meis Titio & Mæuio, Seiam vxorem du.
xerit,ex quadrante hęres eſto.Item:Vter ex ſu
pradictis fratribus meis Seiam vxorem duxe-
rit,hæres eſto,& paſſim alibi.

Sic † inſtitutione ſub imperatiuo, Hæres 12
eſto. Pompon.l.21.l.29.l 67.l.68.Celſus l.24.l.
67 Gaius l.33.l.56.l.88.Iulianus l.37.l.40. Alfe.
nus l.45. Africanus l.47. Martianus l.48.l.51.
Modeſtinus l 62. Proculus l.69. Paulus l.71.l.
81.§.fin.l.92.Papinianus l 77. Scæuola l.87.ff.
de hęredib.inſtituendis,& paſſim alibi. Et de
verbis. Hæredes ſunto Iulianus l.37 §.hæc
verba.Alfenus l.44.Africanus l 45 §.quidam
teſtamento.§.fina.Marcellus l.57.Pompon.l.
66 ff.eod.tit.

Et † de formula,vel verbis directis inſtitu- 13
endi poſthumos liberos.Iulianus:Si filius mi
hi natus erit, ex beſſe Hæres eſto: Ex reliqua
parte vxor mea hæres eſto. Si verò filia mihi
nata fuerit ex triẽte hæres eſto ex reliqua par-
te vxor mea hęres eſto,l.13.ff.de liberis & poſt
hum. & in l. ſi is qui ducenta.§ fina.ff.de re-
bus dubiis.

Et † Africanus: Titia filia mea hæres eſto: 14
Si quis mihi liberorum me viuo, mortuo ve
naſcetur, tunc qui virilis ſexus vnus pluresve
naſcentur, ex parte dimidia & quarta. Et qui
fœminini ſexus,vna pluresve natæ erunt, ex
parte quarta hæres ſit, l. ſi ita ſcriptum fuerit.
47.ff.de hæredib.inſtit.

Et†Pompo Siue viuo me,ſiue me mortuo 15
natus erit, hęres eſto, l commodiſſimè.10.ff.
de liberis & poſth.Et Paulus:Clemens patro-
nus teſtamẽto cauerat,vt ſibi filius natus fuiſ.
ſet,hæres eſſet. Si duo filij, ex ęquis partibus
hæredes eſſent:ſi duæ filiæ ſimiliter:ſi filius &
filia,filio duas partes, filio tertiam dederat,l.
81.ff.de hæredib.inſtituend.

Ita etiam de verbis ciuilibus:Hæredes ſun-
to.Iulianus l.37.§.hęc verba.ff.eo.tit.Alfenus
l.44.Africanus l.47.§.quidam teſtamento.&
§ fi.& Marcellus l.57. Et Pompon.l.66 ff.de
hęredib.inſtituendis.

Et de Nepotum poſthumorum inſtitutio.
ne, extat Galli Aquilij formula, de qua in l.
Gallus.ff.de liberis & poſthum.

Ita † quoque ſubſtitutiones, verbis legiti-
mis & ciuilibus fiebant. Sic Caius lib. poſte.
riore,cap.4. Subſtitutio eſt,quæ poſt inſtitu.
tionem à teſtatore fieri ſolet, id eſt, ſecundi 16
hęredis

17 hæredis appellatio: Et † duæ ſunt, quarũ vna vulgaris dicitur, alia pupillaris. Vulgatis dicitur illa hæres mihi eſto, ſiue hoc filio, ſiue extraneo. Quòd ſi hæreditatem meam adire no lueris, illum ſubſtituo, ad quẽ hæreditas mea debeat pertinere: Pupillaris ſubſtitutio filijs tãtummodò impuberibus dari poteſt, quæ ita fit, ille filius meus, ſi intra pubertatem deceſſerit, illum ei ſubſtituo. ita Gaius. Vtriuſq; ſubſtitutionis exempla plurima extãt. in tit. ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut. Modeſtinus. Hæredis ſubſtitutio aut duplex eſt, aut ſimplex: Simplex eſt. veluti, Lucius Titius hæres eſto: Si Lucius hæres nõ erit, tunc Seius hęres mihi eſto: ſi hæres nõ erit, ſiue hæres erit, & intra pubertatem deceſſerit, tunc Gaius Seius, mihi hæres eſto, l. 1. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit.

Et iterum Modeſtinus: Quiſquis mihi hæres erit, idem filio impuberi hærs eſto, l. 3.

Vlpianus in l. 8. *Si filius meus intra pubertatem deceſſerit, Seius hæres eſto*: & §. Hæc verba. Quiſquis mihi hæres erit, idem impuberi filio hæres eſto.

Et iterum Vlpianus in l. 21. *Si filius meus intra decimum annum deceſſerit, Seius hæres eſto.*

Et Papinianus: Eoſque inuicem ſubſtituo, l. 23. & l. 41.

Et Iulianus: Quiſquis mihi ex ſuprà ſcriptis hæres erit, idem hæres filio eſto, l. 31.

Marcianus: *Si* ille hæres non erit, ille hæres eſto, l. 26.

Paulus: *Si* filius meus intra annum decimum deceſſerit, Titius ei hæres eſto: Si poſt decimum, intra quartum decimum, Mæuius hæres eſto, l. 38. ff. de vulgari & pupillari ſubſtitutione.

18 Pariter † legata quoque Ciuilibus tantùm vel directis, vel imperatiuis verbis latinis, dari & relinqui poterant, ita Vlpian. tit. 24. Legatum eſt, quod legis modo, id eſt, imperatiuè relinquitur. Nam ea quæ pręcatiuo modo relinquuntur, fideicommiſſa vocantur.

19 Legamus † autem quatuor modis. per vindicationem, per damnationem, ſinendi modo, per præceptionem: Per vindicationẽ, his verbis legamus: Do, lego, capito, ſumito, ſiue habeto: Per damnationem his verbis: Hęres meus damnas eſto dare, dato, facito, hęredem meum dare iubeo. Sinendi modo ita, hæres meus damnas eſto ſinere Lucium Titium ſumere illam rem: ſibi habere: Per præſcriptionem ſic. Lucius Titius illam rem præcipito. Sic etiam Caius, lib. 2. tit. 5 Legatorum genera ſunt quatuor, Vendicationis, Damnationis, ſinendi modo & præceptionis.

20 Vendicationis † legatum eſt, inquit. ſi teſtator ſic locutus fuerit, illum ſeruũ tibi do. aut lego, vel illam rem tibi præſume, habe, vindica, &c. Per damnationem iſto ordine legatũ dimittitur, vt teſtator in teſtamento ſcribat. Tu hęres meus illi hoc da, aut illud illi ab hærede meo dari iubeo. Sinendi modo hæc legati verba ſunt: Iſte hæres meus rem illã permitte præſumere, & eam ſibi habere. Quorũ legatorum exempla paſſim & diſperſim extant: De vindicationis legato.

21 Iulianus † Stichum Semptonio do, lego: ſi Sempronius Stichum intra annũ non manumiſerit, eundẽ Titium Sticho, do, lego. Item: Titio fundum do, lego, ſi hæredi meo decem dederit. Itẽ his verbis: Lucio & Titio, eorumve, cui fundum do, lego, l. ſi fundum. 81. ff. de leg. 1. Et iterũ, Titio & Męuio, ſingulos ſeruos do, lego, l. huiuſmodi. 84. §. quibus ita. ff. eod.

Et Pomp. Titiæ textores meos omnes, prætetquàm quos hoc teſtamento alij legaui, lego, l. 36. in prin. ff. de leg. Et Caius. Seio ſeruos decem do, l. 65. ff. eod. Et iterum Caius: Titio vſumfructum fundi do, lego, l. 8. ff. de annuis legatis & paſſim alibi.

22 De legato † per damnationem: Ita Vlp. *Si* quis hæredes inſtituerit, & ita legauerit: Quiſquis mihi Gallicanarum reiũ hæres erit, damnas eſto tot dare, l. 4. §. fi. ff. de leg. lib. 1. Et iterum Vlpia. Quas pecunias legaui, quibus dies appoſitus nõ eſt, annua, bima, trima die, hęres meus dare dãnas eſto, l. legata inutiliter, 19. ff. eo. Et iterũ Vlp. Si ita ſit adſcriptũ, ſi cui legauero bis, ſemel hæres ei dato, l. ſi ita. 14 ff. eo.

Iulianus. Quæ Lucius Titius mihi debet, ea hæres meus Cornelio dare damnas eſto, l. legatum. 105. ff. de lega. lib. 1. Et iterum Iulianus: Quiſquis mihi hæres erit, damnas eſto Titio dare centum. Item: Quiſquis mihi hæres erit, damnas eſto hæredi Attio decem dare. Item: Quiſquis mihi hæres erit, damnas eſto hęredi meo decem dare, l. 104. ff. de legat. lib. 1. Et iterum in repetendis legatis hæc verba quæ adijci ſolent. Item dare damnas eſto, l. 63. ff. de legat. lib 3. Et iterũ Iulianus: Stichum qui meus erit cùm moriat, hęres meus dato, l. 6. ff. de legat. lib. 1. Et iterum. Huiuſmodi legatum ſi Titius hæredi meo cauerit, cẽtum Mæuio ſe daturum: & hæres meus Titio cẽtum dato, l. 84. ff. eo. Et iterum Iulianus: Stichus ſi decem Titio dederit, vel Capitolium aſcenderit, liber eſto, l. quęſitum eſt. 91. §. 1. ff. eo. Et iterum. Mulos duos, qui mei erunt, cùm moriar, *Seio* hęres dato, l. 62. ff. de legat. lib. 3.

Pomponius: Si ita ſcriptum ſit, Lucius Titius hæres meus decem *Seio* dato, l. ſi ex toto, 8. §. ſi ita. ff. de legat. 1. Et iterum: Ex vino, quod in fundo meo natum eſt, tãtum dato, l. quod in rerum natura. 24. ff. eo. Iterũ: Hæres meus à ſolo Lucio Titio ne petito, l. 8. §. tale legatũ. ff. de liberatione legata.

Paulus: Si ita legetur, hæres dare, damnas eſto, ſi in Capitolium aſcenderit, l. 3. ff. de legat. 2. Et iterum. Quia duobus hæres dare

damnatur, l.7.ff.eod. Et iterum Paulus: Srichum quem debet hęres meus damnas eſto non petere.

Alſenus: Si in teſtamento ſcriptum eſſet, Hęres meus aureos centum Licinio damnas eſto, l.106.ff.de legatis.

Modeſtinus: Hęres meus damnas eſto liberare illũ, l.cùm ita.19.ff.de liberatione legata.

23 SINENDI † modo. Ita Marcellus: Damnas eſto hæres meus, Titiũ ſinere in illa domo habitare, quoad viuet, l. damnas. 15.ff.de vſufr.leg.

CELSVS. Duos ſeparatim vti frui ſinere damnatus hęres communiter vti frui paſſus eſt l.duos 14 ff.de vſu, & vſufr.legato & paſſim alij inibi.

24 Fideicommiſſa † quoq; licet non ciuilibus verbis, nec imperatiuis, ſed precatiuis relinquũtur: Verba tamen fideicommiſſorum, in vſu ferè ſunt hęc, inquit Vlp. Fideicommitto, peto, volo dari. & ſimilia. tit. 25. in prin. Et iterum Vlpian. Cupio des, opto des, credo te daturum fideicommiſſum, l.etiam. 115.ff.de lega lib.1. item reſtituas, reddas, l. Lucius. 123. ff.eod. & alijs locis.

Prima mutatio iuris Ciuilis, quoad teſtamentum paternum, & obſeruationem, verborum ſolennium vel ciuilium.

HActenùs oſtenſum eſt primam ſolennitatem, teſtamentorum faciendorum, fuiſſe in verbis ciuilibus, & directis quibus ſolis Inſtitutiones fieri, legata dari, & relinqui poterant. Nunc videndum, an hęc verborum ciuilium ſolennis forma, in teſtamentis parentum obſeruari debeat.

25 Expediti † itaque planiq; iuris eſt, hanc ciuilium verborũ obſeruationem, in teſtamento patris, neceſſariam nõ eſſe: quod reſcripto Diocletiani & Maximiniani cõſtat, apertũq; habetur. Filij patris teſtamentum reſcindẽdi, ſi hoc inofficioſum probare non poſſunt, nullam habeant facultatem. Sed etſi tam circa teſtamentum, quàm codicillos iudiciũ eius deficiat. Verùm quibuſcunque verbis voluntas eius declarata ſit: (licet ab inteſtato ei fuerit ſucceſſum) ex Senatuſconſ. retentionis modo ſeruato, familię erciſcũdæ iudicio aditum iudicem, ſequi volũtatem patris oportere, iuris authoritate ſignificatur, l. filij. 16. C. familiæ erciſcundæ.

Ex quo reſcripto manifeſtum eſt, filios, ſi tam circa teſtamentum, quàm codicillos iudicium patris deficiat: Quia videlicet ciuilib⁹ verbis non ſit teſtatus, & exinde, teſtamẽtum, ritè & iure nõ factum, pro imperfecto habeatur, & nullum ſit, vt ſuprà dictum eſt. Attamen quibuſcunque verbis, voluntas eius declarata ſit iudicẽ patris voluntatẽ ſequi oportere. Tẽpore igitur Diocletiani & Maximini hæc ciuilium verborum obſeruatio in teſtamento paterno, fuit ſublata.

An verò † ante Diocletiani & Maximin. an ab ipſis nouo iure inductum ſit, dubitari poteſt. Ego quidem ab ipſis nouo iure inductũ fuiſſe puto. Perducor verbis finalibus: Iuris autoritate ſignificatur, quaſi dicant: ipſos hoc iuris autoritate ſignificare: ita, vt hoc contra ius ciuile ſeruari, & autoritatem iuris habere debeat: Haud dubiè imitati & ſecuti militare teſtamentũ. Miles, inquit Paulus, ſi teſtamentum imperfectũ relinquat, ſcriptura quæ profertur, perfecti teſtamẽti poteſtatem obtinet. Nam militis teſtamentum ſola perficitur voluntate. l.35. ff.de teſtam milit. Ac vt alibi reſpondit: Militibus quoquo modo velint, & quoquo modo poſſint, teſtamentum facere, conceſſum eſſe, l.Lucius 40.ff eo tit. 26

Quam † verborum ciuilium & directorũ, in teſtamento patris abrogationem, ab Imp. Dioclet. & Maxim. inductam, Conſtantinus deinde ad omnes vltimas voluntates produxit & dilatauit, ac ſanctione ad populum edita, conſtituit. In inſtitutione hęredis non eſſe neceſſariam verborum obſeruationem, Quoniam, inquit, indignum eſt ob inanem obſeruationem, irritas fieri tabulas, & iudicia mortuorum, placuit ademptis his, quorũ imaginarius vſus eſt, inſtitutiõi hęredis verborum non eſſe neceſſariã obſeruantiam, vtrùm imperatiuis & directis verbis, fiat, aut inflexis. Nec enim intereſt ſi dicatur, (hęredẽ facio vel inſtituo,) vel volo, vel mando, vel cupio, vel eſto, vel erit: ſed quibuſlibet confecta ſententijs, vel In quolibet loquendi genere, formata inſtitutio valeat, ſi modò per eã liquebit voluntatis intẽtio. Nec neceſſaria ſunt momenta verborum, quę fortè ſeminecis & balbutiẽs lingua profudit: Et in poſtremis ergo iudicijs ordinandis, amota erit ſolẽnium verborum neceſſitas, vt qui facultates proprias cupiunt ordinare, In quacunq; inſtrumenti materia, cõſcribere, & quibuſcunq; verbis vti, liberam habeant facultatem. 5 Dat. Kalen. Febr. Serdicæ: Cõſtantio A. & Conſtante. A CC Conss. l.quoniam. 15. de teſtam. Quæ Conſtitutio incidit in annum Chriſti 340. 27

Cuius Conſtitutionis etiã meminit Euſeb. lib.4. vitę ipſius ca.26 Verba Euſebij è Græco verſa ſunt: Prętereà cũ veteribus legibus cautum eſſet, vt qui ex vita excederent, ipſo extremo ferè ſpiritu, certis & cõceptis verbis teſtamenta cõponerent. Atq; adeò leges ipſæ, quibus ea ſentẽtiarum formulis, quibusq; verbis ſciberentur definirent: eaq; res non minimæ eſſet fraudi, teſtatorẽ iam morientium voluntati: Prudenter hæc animo cõplectens Imperator, legẽ ipſam abrogauit: ſtatuitq; vt mo-

riens

riens nudis verbis, & fortuita oratiõe, voluntatem ſuam teſtaretur, & quouis ſcripto ſententiam ſua n ederet: aut ſi mallet, ſine ſcripto teſtaretur, adhibitis ad eam rem idoneis teſtibus, quique fidem ſine ſallacia ſeruare poſſent. Verba Græca ſunt:

παλαιοὶ μὲν νόμοι δὴ ἀπ' αὐτῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς ἐκφω-βολογεῖσθαι ῥημάτων λέξει τὰς σφραγιζομένας διαθήκας, πρόσωπα δεῖν ὡς καὶ ποιεῖσθαι τρόπους ἐπιλέγεσθαι ἄριστον. καὶ πολλὰ ἐκ τούτων ἐκαινουργεῖτο, ἐπὶ περιγραφῇ τῆς τῶν καταλειπομένων προαιρέσεως. Ἀδριανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ τούτων μάλιστα τὸν νόμον, ψιλοῖς ῥημασίοις, καὶ ταῖς τυχούσαις φωναῖς, τὴν πλείστην τῶν δύο ταχεῖα γνώμην διακεῖσθαι τρίτας, κατὰ τὸ τυχὸν γράμματα τὴν αὐτοδοξίαν εἶναι δεῖσθαι.

28 Secundum † ius ſingulare, circa teſtamentum patris ſimiliter Diocle. & Maxim. authores habet: Iure ciuili hæredes palã ita vt exaudiri poſſint, nuncupandi ſunt: licebit ergo teſtanti, vel nuncupare hæredes, vel ſcribere: Exaudiri quidem non ab omnibus, ſed à ſeptem teſtibus inquit Vlpianus, l. hæredes palã. 24. ff. qui teſtamenta facere poſſunt. Hæres enim inſtitui, niſi vt certus demonſtretur, nemo poteſt, l. quotiens. 9 § hæres. ff. de hæredibus inſtituendis: Ac vt Modeſtinus ait: Quotiens non apparet, quis hæres inſtitutus ſit, inſtitutio non valet, l. in tẽpus 62. §. fi. ff. eo. ti.

29 Diocletianus † & Maximinianus itaq; alio ſingulari reſcripto, quod ſubſcriptione, Coſſ. caret, confirmant patris diuiſionem, cogitatione futuræ ſucceſſionis à patre inter liberos factam, qualicunq; iudicio. Verba Reſcripti ſunt: Si cogitatione futuræ ſucceſſionis, officium arbitri diuidendæ hæreditatis præueniendo pater cõmunis iudicio ſuo, qualicunq; indicio ſuam declarauerit voluntatem, inter eos qui ei ſucceſſerunt, exemplo Falcidiæ retentionis habita ratione, familiæ diuidendæ cauſa datus arbiter, prouiſill præterea portione eorũ, quæ nulli generaliter vel ſpecialiter adſignauit, facta diuiſione, in adiudicãdo patris ſequetur voluntatem C. fam. ercifc.

Ex quo reſcripto euidẽter apparet, patrem poſſe ſuam voluntatem qualicunq; indicio declarare, nec opus eſſe, vt palàm verbis, vel ſcriptura voluntatem ſuam explicet. Quemadmodum itaq; in ſuperiore reſcripto ſub l. filij. 36. patri indulget teſtamentum vel codicillos facere, quibuſcunq; verbis, eumq; à verborum ciuilium & directorum obſeruatione liberum reddit, immunemq; facit. Ita hoc reſcripto aliam quoq; iuris formam de nuncupatione vel ſcriptura abrogat, & patri permittit voluntatem ſuam qualicunque indicio, ſignificare ac oſtendere.

Quo in Reſcripto Impp. ſimiliter imitati ſunt ius teſtamẽti militaris. Miles, inquit Paulus, Si teſtamentum imperfectum relinquat: ſcriptura quæ profertur, perfecti teſtamẽti poteſtatem obtinet. Nam † militis teſtamentum 30 ſola perficitur voluntate, l. miles. 35. ff. de teſtamento militis. Et iterum Paulus, ex facto conſultus: Lucius Titius miles notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis, dictauit, & antequàm liberis perſcriberetur, vita defunctus eſt. Quæro, an hæc dictatio valere poſſit? Reſpõdi: Militibus, quoquo modo velint, & quo quo modo poſſunt, teſtamentum facere conceſſum eſſe: Ita tamen, vt hoc ita ſubſecutum eſſe legitimis probationibus oſtendatur, l. Lucius. 40. ff. eod. tit. 21

Præterea, Iidem Impp abſq; dubio reſpexerunt ad licentiã relinquendi fideicõmiſſa. Nã † vt idem Paulus ait: Nutu etiã relinquitur fideicommiſſum, dummodò & is nutu relinquat, qui & loqui poteſt, niſi ſuperueniẽs morbus ei impedimento ſit. l. nutu. 21. ff. de lega. & fideicõmiſſ. Ac vt Papinia reſpondit. Etenim in cauſa fideicõmiſſi, vtcunq; precaria voluntas quæreretur, coniectura potuit admitti, l. cũ proponebatur. ff. de legatis & fideicõmiſſis. 2. Et Vlpian. in fragmentis. tit. 25. Etiam nutu relinquere fideicommiſſum, in vſu receptum eſt. Quod etiam Dioclet. & Maximin. reſcripſerunt: Et in epiſtola vel libello, vel ſine ſcriptura, imò etiam nutu fideicommiſſum relinqui poſſe, adhibitis teſtibus, nulla dubitatio eſt, l. 22. C de fideicommiſſ. 31

Si igitur à quolibet fideicommiſſum, nutu relinqui poteſt, & in fideicommiſſis, vtcunq; precaria voluntas inſpicitur, magis id dicendum eſt. in volũtate patris inter liberos: cùm pater optimum ſemper capere cõſilium pro liberis exiſtimetur.

Tertium ius circa teſtamenta parentum inter liberos, conſiſtit in Conſtitutione Imperatoris Conſtantini, l. fi. C. famil. ercifcũd. Qua ſanctione Diocletiani & Maximiniani reſcriptum, de quibuſcunq; verbis, aut qualicunq; indicio confirmat. Addit † iidem reſcriptis, duo: Primum etiamſi ſolennitate legum, huiuſmodi diſpoſitio fuerit deſtituta, nihilominùs tamen hanc valere. Alterum: ſi in huiuſmodi volũtate deſignatis liberis, alia ſit mixta perſona, eam voluntatem, quãtum ad illam duntaxat perſonam permixtam pro nulla haberi, inter liberos in cæteris ſubſiſtere, l. fin. C famil. hercifc Cuius verba ſunt: 32

Inter omnes duntaxat hæredes ſuos, qui ex quolibet venientes gradu, tamen pares videntur eſſe, vel emancipatos, quos Prætor ad ſucceſſionẽ vocat, ſiue cœptũ neq; impletum. Teſtamentum, vel codicillus, ſeu epiſtola parentis eſſe memoretur, ſiue quocunq; alio modo ſcripturæ, quibuſcunq; verbis, vel indicijs, inueniantur, relictæ iudicio familiæ hercifcundæ, & licet ab inteſtato ad ſucceſſionẽ liberi vocentur: ſeruato Senatuſcõſulti auxilio defuncti diſpoſitio cuſtodiatur, etiamſi ſolennitate legũ huiuſmodi diſpoſitio fuerit deſtituta:

 tuta:

33 tura Si † verò in huiuſmodi voluntate, deſig.
natis liberis alia ſit mixta perſona, certum eſt
eam voluntatem, quantum ad illā duntaxat
pſonam permixtā pro nulla haberi. Dat Ro
mę Kal. Criſpo II. & Cōſtantino Cæſ. II. Coſſ.

34 Apertum † itaq; manifeſtumq́; redditur, te-
ſtamentum patris inter liberos imperfectum,
hoc eſt, ſine ſolēnitate legum factū, ex prædi.
cta conſtitutione, autoritatē ſuā habere, & va
lere. Licet enim reſcripta Diocler. & Maxim.
abrogarint ciuilia verba, licentiamq́; indulſe.
rint patri, qualicunq; indicio teſtari, & volun
tatē ſuam declarare. Attamē, quia adhuc præ-
ter hæredis inſtitutionē, aliæ legū ſolēnitates
ad teſtamentorū perfectionē requirūtur, nem
pè, vt vno contextu actionis nullo actu inter-
medio intermixto teſtamentū fiat, l. hæredes
palàm ff. qui teſtamenta facere poſſunt, l. hac
cōſultiſſima. §. ſed licet alio tēpore dictatū, l.
cùm antiquitas. C. de teſta. Item de ſcribendo
teſtamento, qua lingua, an notis, de ordine in
ſcribēdo. Quando inſtitutio, ſubſtitutio & le-
gata ſcribenda ſint, l. 1. ff de hæredib. inſtit. l.
hac conſultiſſima, l. dictantib. l. ambiguitates.
C. de teſtam. Item de teſtibus, de horum qua-
litate, & numero. Harum ſolennitatum om-
nium obſeruationem in teſtamentis parentū
inter liberos antiquauit Conſtantinus.

35 Quantum † verò ad alterum caput attinet,
ſi liberis ſit extranea perſona intermixta,
quod quantum ad illā duntaxat perſonā per-
mixtam, pro nulla debeat haberi, introductū
id eſt, exemplo edicti Prætorij de legatis præ-
ſtandis. Quo edicto, Prætor naturalem æquita
tem ſecutus, propoſuit, vt qui iudicium patris
reſcindunt per contra tabulas bonorum poſ.
ſeſſionē, ex iudicio tamen eius, quibuſdā per-
ſonis legata & fideicōmiſſa præſtarēt, hoc eſt,
liberis & parentibus, vxori, nuruiq́; dotis no.
mine legatū, l. 1. ff. de legatis præſtandis. Si ve-
rò legata fuerint relicta liberis & extraneis,
inquit Vlpian. Licet vtrorumq́; præſtatio legi
Falcidiæ locū faceret, legataq́; liberorum re-
cideret: Tamen nunc ob hoc, quod extraneis
nō præſtantur, legata liberorū augentur: Sub-
ijcit Vlpia. Si legatis onerata ſit portio, tam li.
berorū, parentumve, quàm extraneorum: id
quod extraneis nō prętatur, liberis, parenti.
busq́; profuturū, nō dubitamus, d. l. 5. § ſi lega-
ta fuerint, & §. fi. ff. eo. Quod edictū etiā Iuſti-
nia. videtur imitatus, in l. fi. C. cōmunia vtriuſ
36 que iudicij. Quemadmodum † itaq; reſciſſo
teſtamento, per cōtra tabulas bonorū poſſeſ-
ſionem, ſi legata præſtanda ſint liberis, paren-
tibusq́;, vxori, nuruiq́;, & extraneis perſonis,
ex edicto prętoris, legata ſolis liberis, parenti-
busq́; præſtātur, intermixtis perſonis & extra-
neis non prętantur. Ita exemplo huius edicti
idē in teſtamētis imperfectis parentū inter li-
beros, à Conſtantino inductū eſt, vt teſtamen
ta imperfecta duntaxat, quoad liberos valeāt,
quoad verò intermixtas medias perſonas at-
tinet, pro nullis habeantur.

Quam Imp. Conſtantini conſtitutionē, re-
nouarunt, & confirmārunt Impp. Theodoſ.
& Valētinianus: Ex imperfecto aūt teſtamen-
to, voluntatē defuncti tenere, niſi inter ſolos
liberos à parētibus vtriuſq; ſexus habeatur nō
volumus. Si verò in huiuſmodi voluntate, li
beris alia ſit extranea mixta perſona, certū eſt
eam voluntatem defuncti, quantum ad illā
duntaxat permixtam perſonam pro nullo ha
beri: ſed liberis acceſcere, l. hac conſultiſſi-
ma. § ex imperfecto. C. de teſtam.

Quartum † & poſtremum ius conſiſtit in 37
nouiſſimo iure Iuſtiniani, ſub Nouel. 107. vel
Authentico. de teſtamentis imperfectis à pa-
rentibus in filios factis: & de diuiſione rerum
à filijs coram parente, & de eius facultatib. fa-
cta & ſubſcripta. Qua conſtitutione Iuſtinia-
nus, quaſi vltimam lineam admouens, pater-
noque indicio circa liberos frenum laxans,
Conſtitutionem Tehcodoſij & Valentiniani
de Teſtamentis per ſcripturam confectis, mi-
tiganit in parentum teſtamentis. Lege enim
Theodoſij & Valentin. licebat ijs, qui nullum
ſcire volebant ea, quæ in teſtamento ſcripta
erant teſtamētum per ſcripturam conficere,
idq́; hac forma, vt ſcripturam conſignatam,
vel ligatam, vel tātùm clauſam, inuolutamq́;:
Vel ipſius teſtatoris, vel cuiuſlibet alterius ma
nu conſcriptam proferrent, eamq́; rogatis te.
ſtibus ſeptem numero, ciuibus Romanis pu.
beribus, omnibus ſimul ſignādam & ſubſcri.
bendam offerrent. Dum tamen teſtibus præ.
ſentibus, ſuum eſſe teſtamentum dixerit: ei-
q́ue ipſe coram teſtibus ſua manu, in reliqua
parte teſtamenti ſubſcripſerit.

Quo facto, teſtes vno, eodemq́; die ac tem.
pore ſubſcribere & cōſignare debere. Et tum
valere teſtamentum, nec infirmari, quòd
teſtes neſciant, quæ in eo ſcripta ſunt teſta-
mento. Quòd ſi literas teſtator ignoret, vel
ſubſcribere nequeat, octauum ſcriptorem ad.
hibendum eſſe, non ſubſcriptum autem à te.
ſtibus, ac non ſignatum, teſtamentum pro in.
fecto haberi, l. hac conſultiſſima. 21. C. de te.
ſtamentis.

Iuſtinianus itaq; ſolennitatem hanc, circa
teſtes adhibendos, & ſubſcriptiones eorun-
dem, parētibus remiſit, ac conſtituit, ſine ſub-
ſcriptione parentum teſtamenta in ſcriptura
valere, modò parēs literas edoctus manu pro.
pria, non ſignis, ſed literarum conſequentia
declaret & tempus, & liberorū nomina, item
& vnciarum numerum, ſeu ſigna rerum ſpe.
cialium, in quo & alijs legari, & fideicommit
ti, & libertas relinqui poteſt, d. Nouella. de te-
ſtamentis imperfectis, §. Nos igitur om-
nia. Cuius Conſtitutionis diffuſæ compen.
dium

dinm refertur in authent. quod ſine ſubſcriptione. C de teſtament. Addidit Iuſtinianus, quod ab alijs circa teſtamenta parentum neglectum erat, de informatione vel renouatione teſtamenti paterni: illud ita infirmari, ſi parens, ſeptem teſtibus adhibitis, declaret ſe nolle tale teſtamētum valere, & aliam diſponat voluntatem vel in teſtamento perfecto, vel in non ſcripta perfecta voluntate, dicta Nouella 107. §. ſiquidem & compendioſè. in Authen. hoc inter liberos. C. de teſtamen. Et tantùm de hiſtoria teſtamenti paterni inter liberos.

CAPVT XXV.

Poſtrema exceptio ad dictam regulam iuris, quod iura non patiantur aliquem pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum decedere, verſatur circa bona in diuerſis territorijs ſita.

SVMMARIA.

1 *Teſtamentum in vno territorio conditum, an ad aliud extendatur, remiſſiuè.*
2 *Statutum excluſiuum fœminarum à ſucceſſione an extra territorium ſtatuti porrigatur remiſſiuè.*
3 *Statutum deferens hæreditatem alteri coniugum ſine liberis ſuperſtiti, an extra locum ſtatuti obtineat, remiſſiuè.*
4 *Municipale ius deferens ſuperſtiti marito lucrum dotis, an extra municipium extendatur, remiſſiuè.*
5 *Primogenituræ ius in ſucceſſionibus prouinciale, vtrùm ad bona vltra prouinciam extendatur, remiſſiuè.*
6 *Mulier [illegible] bita ſine mariti conſenſu contrahere, an extra territorium prohibentis contrahere ſimpliciter poſſit, remiſſiuè.*

1 QVæſtionis fuit, † ſi quis in diuerſis territorijs bona habeat, & ſecundùm vnius territorij conſuetudinem teſtetur, quæ forma teſtandi contra regulas iuris eſt, an obtineat teſtamentum, quoad bona ſita in alio externo territorio?

Exceptio hæc conſtans & perpetua non eſt, ſed contrarijs ſententijs acriter, & ſubtiliter in diſputationem vocatur. Quibuſdam magna cōtentione pugnantibus, teſtamentū vltra territorium, in quo conditum eſt, non producere vim & effectum, ad bona ſub ſeparato, & diuerſo territorio ſita: alijs contra reluctantibus, hæredem in eiuſmodi teſtamento inſtitutum, non tantùm in ijs bonis, quæ territorio conſuetudinis, vel iuris municipalis ſubijciuntur, ſed etiam in alijs, in extero territorio ſitis, rectè inſtitutum cenſeri. Quarum contrariarum opinionum Authores referuntur à Porrto libro 5. Communium opinionum, concluſ. 26. à Baptiſta Villalobos in verbo, teſtamentum, verſicu. 57. ab Antonio Gabrielio in communibus concluſionibus, libro 4. de teſtamen. concluſ. 4. Denique Cameræ Imperialis obſeruationem tradit Gaillius libro 2. Practicarum Obſeruationum, obſeruat. 123. Sed poſterior ſententia nempè, teſtamentum iuxta conſuetudinem loci factū, ſortiri effectum etiam quoad bona extra territorium ſita, maioribus votis, & validiorib. argumentis obtinuit, vtrinque.

ALIA QVAESTIO.

Præcedenti † diſputationi cohæret, ac vicina eſt hæc: An ſtatuta Italiæ, quibus fœminæ extantibus maſculis à ſucceſſione excluduntur ad bona forenſia extendantur. De qua re Georgius Natta, in tractatu excluſiuo fœminarum, quæſt. 9. Ioannes Campeglus in d. tractat. de ſtatuto excluſiuo fœminarum, quæſt. 49. Portius libro quinto communium opin. concluſ. 29. 2

ALIA QVAESTIO.

Quo etiam pertinet alia & ſimilis quæſtio: Stante † ſtatuto, quòd defuncti coniugis hæreditas, non extantibus liberis, neque pactis dotalibus in contrarium confectis, ſuperſtiti ab inteſtato deferatur, excluſis defuncti coniugis fratribus, ſororibus, & alijs ex latere proximioribus cognatis, an ad bona extra territorium ſtatuentium porrigatur? de quo ſtatuto Gaill. lib. 2. obſeruat. 12. 3

ALIA QVAESTIO.

Item † exiſtente iure municipali, quod vir ſuperſtes bona ſibi in dotem data, lucretur, an ad bona extra territorium ſita extendatur. Purpurata in l cunctos populos, num. 130. C. de ſumma Trin. Rolan. à Valle in tract. de lucro dotis, quæſt. 20. num. 116. 4

ALIA QVAESTIO.

Eiuſdē generis eſt: in † ſucceſſione primogeniti ſunt bona non tantùm in ea prouincia vbi Primogenitura viget, verum etiam in alijs locis, vbi ius Romanum obſeruatur, & in vſu eſt, ſuccedet ne primogenitus in his quoque? latè diſputat Tyraquellus in tract. de iure primogenitorum, quæſt. 26. quo me breuitatis cauſa remitto. 5

ALIA QVAESTIO.

Et iterum ponè iure municipali, vel ſtatuto alicuius loci prohiberi, mulier contrahere ſine† conſenſu mariti. Quid ſi alibi, vbi per miſſum eſt mulieribus, non requiſito conſenſu mariti contrahere, ineat contractum, an ſuſtinebitur? idem Tyraq. in legib. connub. gloſ. 8. quæſt. 26. num. 216. 6

In quibus omnibus variæ ac diſſidentes noſtrorum ſententiæ: quibuſdam affirmantibus, alijs negantibus, prout nos copioſè in ſingula ri li-

ti libro, de Succeſſione ſtatuaria, diſſidium hoc tractabimus. Id hoc loco coronidis vice addimus, eſſe & alios caſus, quibus quis teſtatus & inteſtatus decedit. de quibus Hieronymus Cagnolus in d.l. ius noſtrum. & Socin. in fallent. regula 400. à quorum enumeratione abſtineo, ne extra metas nimiũ egredi videar.

CAPVT XXVI.

Quarta principalis differentia ſucceſsionis ex teſtamento, & ab inteſtato.

SVMMARIA.

1 *Inteſtati ſucceſsio ceſſat, quoad teſtamentum exiſtit.*
2 *Teſtamentariæ ſucceſsionis ſpe durante, non vindicantur rectè inteſtatò bona.*
3 *Tutela teſtamentaria excludit legitimam.*

1 QVamdiu † poteſt ex teſtamento adiri hæreditas, ab inteſtato non defertur, inquit Vlpianus l. 39. ff. de adquir. hæredit. Et Paulus: Quamdiu poſſit valere teſtamentum, tamdiu legitimus hęres non admittitur. l. 89. ff. de reg. iuris. Ideoq́ue hæres inſtitutus, itemq́ue legitimus, ſi quaſi inſtitutus repudiauerit, quaſi legitimus non amittit hæreditatem, ſed ſi quaſi legitimus repudiauit, ſiquidem ſcit ſe hæredẽ inſtitutum, credendum eſt vtrumque repudiaſſe: ſi ignorat, ad neutram ei repudiatio nocebit: neque ad teſtamentariam, quoniã hanc non repudiauit, neque ad legitimam, quoniam nondum fuerit ei delata. l. nec is 17. § fin. ff. de adquirenda hæred. quam facti ſpeciem paulò aliter proponit Pomponius, Vlpianũ ſecutus, in l. illud. 77. ff. eod. tit. Et iterum Paulus: in plurium hæredum gradibus, hoc ſeruandum eſt, vt ſi teſtamentum proferatur, prius à ſcriptis incipiatur: deinde tranſitus fiat ad eos, ad quos legitima hæreditas pertinet: etiamſi idem ſit, ad quem vtroque modo pertineat: nam hoc gradatim conſequitur vt prius ex teſtamento delatam, deinde legitimam repudiet, idem iuris eſt in bonorum poſſeſſione: vt prius ſcriptus repellat bonorum poſſeſſionem. Deinde is, qui ab inteſtato petere poteſt l. in pluriũ. 70. ff. de adq. vel omittẽ. hæ-
2 red. Ac, † vt Impp. reſcribunt, Teſtamentariæ ſucceſſionis ſpe durante, inteſtato bona defuncti non rectè vindicantur, l. antequam. C. communia de ſucceſſionibus. Quo etiam pertinet, quòd Vlpianus de edicto prætoris refert, poſteaquam prætor locutus eſt de bonorum poſſeſſione, eius, qui teſtatus eſt, tranſitũ fecit ad inteſtatos: eum ordinẽ ſecutus, quem & lex 12. tab. ſecuta eſt: fuit enim ordinarium ante de iudicijs teſtantium, deinde de ſucceſſione ab inteſtato ſic loqui, l. 1. in prin. ff. ſi tab. teſtam. nullæ extab. Idemq́ue ſeruatur, in bonorum poſſeſſione: nam bonorum poſſeſſio poteſt peti ab inteſtato, ſi certum ſit, tabulas non extare ſeptem teſtium ſignis ſignatas. l. 2.
3 ff. vnde liberi. Quod † etiam in tutelis iure cõprehenſum eſt, quamdiu enim teſtamentaria tutela ſperatur, legitima ceſſat, l. ſi quis ſub conditione. 11. ff. de teſtam. tutela. Vnde etiã querela inofficioſi teſtamenti à pupillo mora, tutor teſtamentarius à prætore confirmatur, quàm legitimus datur. l. iure noſtro ſuccurſum §. fin. & l. ſeq. ff. eod. tit. de qua differentia in lib. 3. de ſucceſſ. ab inteſtato.

CAPVT XXVII.

Quinta principalis differentia ſucceſsionis ex teſtamento, & ab inteſtato.

SVMMARIA.

1 *Collatio bonorum fit à ſuccedentibus ab inteſtato liberis tantum iure veteri.*
2 *Emancipati ab inteſtato ſuccedentes conferunt.*
3 *Ex teſtamento ſuccedentes liberi non conferunt, niſi pater hoc mandarit.*
4 *Differentia ſucceſsionis ex teſtamento, & ab inteſtato quoad collationes, hodie ſublata.*

VEteri iure † collatio bonorum ſolummodò locum habet in ſucceſſione ab inteſtato, diuerſum eſt in ſucceſſione ex teſtamento. Sic in ſucceſſione ab inteſtato. de filia conferente dotem aduentitiam & profectitiam, Gordianus: filiæ dotem in medium ita demum conferre coguntur, ſi vel ab inteſtato ſuccedant, vel contra tabulas petant. nec dubium eſt profectitiam, ſeu aduentitiam dotem, à patre datam, vel conſtitutam, fratribus, qui in poteſtate fuerunt, conferendam eſſe. l. 4. verbo. ita demum, C. de collationib. Et Alexander: ſi pater inteſtatus deceſſerit, relictis duobus filijs & filia, cuius nomine dotẽ promiſerat, portiones hæreditatis æquę ſunt, & dos nihilominus cõferenda eſt. l. a. C. eod. 1
Ita etiã † de emancipatis: emancipati enim fratribus ſuis in poteſtate patris mortis tempore exiſtentibus (ſi nullum teſtamentum relictum eſt, vel nouiſſimum iudicium cõmunis patris) ab inteſtato ad ſucceſſionem paternam venientes, ex forma edicti perpetui ad collationem coguntur. l. ſi emancipati. 9. C. eod. 2
Ex teſtamento autem, veteri iure non aliter conferunt, quàm ſi, vt conferrent, ſpecialiter pater deſignauerit. Nam vt Philippus Imp. reſcripſit. filiam teſtamento patris inſtitutã hæredem, fratribus iiſdemq́; cohæredibus, dotẽ conferre non oportere, niſi pater hoc ipſum ſpecialiter deſignauerit, explorati iuris eſt. l. ſi filiam. 7. C. de collat. Quod longè ante de emãcipatis ab Alexandro reſcriptũ eſt. Emancipatos, videlicet liberos, teſtamento hæredes ſcriptos, & ex eo ſucceſſionẽ obtinẽtes à patre donata fratrib. cõferre non oportere, ſi pater, vt hoc fiat, ſupremo iudicio nõ cauit. l. 1. C. eod. titu. Quod ſi pater vt conferrent, teſtamento non deſignauerit, vel cauerit, non coguntur conferre: ita Iuſtinianus l. fin. in prin. Inueniantur autem alij liberi, eius res à paterna 3
ſubſtan-

ſubſtantia lucrati, vel per ante nuptias donationem, vel dotes, vel militiæ cauſa, quas (vtpote teſtamento exiſtente) uon coguntur cōferre. C. communia vtriuſq; iudicii.

4 Quæ differentia iuris veteris in collatione bonorum facienda, à Iuſtiniano ſublata eſt, ſancitumque, ſiue quiſpiam inteſtatus moriatur, ſiue teſtatus, omninò eſſe faciendas collationes, & exinde æquabilitatem: niſi expreſſim deſignauerit ipſe, ſe velle non fieri collationem. in authen. de trienre & ſemiſſe, ca. 7. § illud quoque benè. Cuius conſtitutionis verba in compendium redacta ſunt, ſub authen. ex teſtamento. C. de collat.

Nouiſſimo itaque iure Authenticorum, ſuccedentes ex teſtamento, & ab inteſtato, cōferunt, filia dotem profectitiam & aduentitiam: Emancipati à patre data, niſi pater, ne conferrent, deſignauerit: De qua differentia, & alijs ad collationem ſpectantibus, nominatim in tractatu de collationibus dicemus.

CAPVT XXVIII

Sexta principalis differentia ſucceſsionis ab inteſtato, & ex teſtamento.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio ab inteſtato, ad quo. pertineat.*

1 SVcceſſio ab † inteſtato pertinet ad hæredes ſanguinis, vel naturales, prout iuris authores loquuntur, aut legitimos, vel adoptiuos. Nec datur in ſucceſſione ab inteſtato extraneus. Diuerſū eſt in ſucceſſione ex teſtamento, nam extraneum etiam, & penitùs ignotum hæredem quis inſtituere poteſt. l. extraneum. 11. & l. 9. C. de heredib. inſtituendis. l. in extraneos C. de donationib. cum ſimilib. relatis infrà, parte 2. lib. 1. ſub diuiſione hæredum, vbi pariter diſcrimen hęredum ſuorum teſtamento inſtitutorum & extraneorum adferetur.

CAPVT XXIX.

Septima differentia.

SVMMARIA.

1 *Succedentes ab inteſtato ſemper ſiunt heredes.*
2 *Heredes ſoli ex teſtamento ſunt inſtituti vel ſubſtituti.*

1 SVccedentes ab † inteſtato ſemper efficiuntur hæredes, tit. ff. de ſuis & legitimis heredibus. & tit. C. de legit. hæredib. cum alijs ſuprà, in differentia nominis relatis.

2 Ex † teſtamēto autem ſoli inſtituti vel ſubſtituti, appellantur hæredes, tit. ff de liberis & poſthumis hæredibus inſtituendis. Item ff. de vulgar & pupillari ſubſtitutio. & tit. C. de hæredibus inſtituen. & tit. C. de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus. & C. de impuberum & alijs ſubſtitut. Alij autem quibus extra inſtitutionem vel ſubſtitutionem, aliquid relinquitur, legatarij, item fideicommiſſarij ſi hæreditas vniuerſa, reſtituenda eſt ex fideicōmiſſo, vniuerſales: ſin quota, ſucceſſores ſingulares vocantur, tit ff. de legatis & fideicommiſſis. t. 2. 3. & ſequentibus alijs.

CAPVT XXX.

Octaua differentia ſucceſsionis ex teſtamento; & ab inteſtato.

SVMMARIA.

1 *Mortis tempus inſpicitur in ſucceſſione ab inteſtato, in teſtamento ſecus.*
2 *Proximus aliquando ſit, qui tempore mortis teſtatoris proximus non erat.*
3 *Proximus eſt, qui cum repudiatur hereditas primus eſt.*
4 *Tempus mortis inſpicitur in teſtamento valido.*
5 *Teſtamenti deſin. t. o.*
6 *Diſpoſitio omnis trahitur ad tempus effectus.*
7 *Voluntas extrema ambulatoria eſt ad mortem.*
8 *Verba præſentis & præteriti temporis trahuntur ad futurū in teſtamentis.*
9 *Tempus intermedium in extraneo inſtituto extra conſiderationem eſt.*

OCtauò diſſident † hęc duo ſucceſſionum genera in eo quoque, quod in ſucceſſione ab inteſtato, inſpicitur tempus quo mortuus eſt is, cuius de hæreditate quæritur. Diuerſum eſt in cauſa teſtati, quando deſtituitur teſtamentum, tum enim inſpicitur tempus, quando certum eſt, nullum ex teſtamento extiturum hæredem. Proximus autem, ſiquidem nullo teſtamento facto, quiſquam deceſſerit. Per hoc tempus requiritur, quo mortuus eſt is, de cuius hæreditate quæritur. quod ſi facto teſtamento quiſquam deceſſerit, per hoc tempus requiritur, quo certum cœperit nullum ex teſtamento hæredem inſtitutum. Tunc enim propriè quiſque inteſtatus deceſſiſſe intelligitur, quod quidem longo aliquando tempore declaratur: In † quo ſpacio temporis ſæpè accidit, vt proximiore mortuo, proximus eſſe incipiat, qui moriente teſtatore, non erat proximus, §. proximus. Inſtit. de legitima agnatorum ſucceſſione. Cuius diſcriminis quantum ad cauſam teſtamenti deſtituti attinet, exempla à iuris authoribus adferuntur. 1 2

Ita Paulus: ſed etſi hæres inſtitutus omiſerit hæreditatem, erit legitimus hæres, quoniam hęc verba (ſi inteſtato moritur) ad id tempus referuntur, quo teſtamentum deſtituitur, non quo moritur. l. ſi quis poſthumos. 9. § ſi filiam exhæredauero verſic. ſed & ſi hæres inſtitutus, ff. de lib. & poſthu hęred inſt.

Ita etiam Vlpianus: Planè, ſi fortè inſtitutus omiſerit hęreditarem, hunc ano ſuo futurum heredē, ab inteſtato non dubitatur. vtrūque proprijs rationibus: nam agnaſcendo quidem is rumpit, quē nemo præcedebat mortis tempo-

tempore: ab inteſtato verò is ſuccedit, antequam alij non eſt delata hæreditas. l. ſi quis filio. 6. §. planè. ff. de iniuſto rupto, & irrito facto teſtamen.

3 Et iterum † Vlpianus de cauſa teſtati loquens, proximum non eum quærimus, qui tunc fuit cum moreretur paterfam. ſed eum qui tunc fuit, cum inteſtatum deceſſiſſe certũ eſt: ſecundùm quæ, etſi ſuus erat, qui præcedebat, vel conſanguineus, ſi nemo eorum, cum repudiatur hæreditas, viuit, proximum eum accipimus, qui tunc, cùm repudiatur hæreditas, primus eſt. l. 2. §. proximum. ff. de ſuis & legitimis hæredib. Cuius rei duo inſignia exempla adfert Vlpianus in l. 1. §. ſciendum. ff. eod. tit. ſi paterfamil. facto teſtamento deceſſerit, exhæredato filio, mox deliberante hęrede inſtituto, filius deceſſit. Poſtea deinde repudiauit hæres inſtitutus, poterit enim nepos ſuus hæres eſſe: vt & Marcellus lib. decimo ſcripſit. Quoniam nec delata eſt filio hæreditas, idem erit dicendum: Etſi filius ex aſſe ſub conditione, quæ fuit in arbitrio ipſius, vel nepos ſub omni conditione inſtitutus, non impleta conditione deceſſerit. Nam dicendum erit, ſuos poſſe ſuccedere. d. l. 1. §. ſciendum. ff. de ſuis & legitimis. Et Papinianus: Scripto hęrede deliberante, filius exhæredatus mortem obijt, atque ita ſcriptus hęres omiſit hęreditatem. Nepos ex illo filio ſuſceptus auo ſuus hæres erit: neque pater videbitur obſtitiſſe, cuius poſt mortem legitima defertur hæreditas, & c. l. ſcripto hærede 6. ff. vnde liberi. Ac tandem Iuſtinianus: cùm autem quæritur, an quis ſuus hæres exiſtere poſſit, eo tempore quærendum eſt, quo certum eſt aliquem ſine teſtamento deceſſiſſe, quod accidit & deſtituto teſtamento. Hac ratione ſi filius exhæredatus fuerit, & extraneus hæres inſtitutus. Et filio mortuo poſtea certum fuerit hæredem inſtitutum ex teſtamento, non fieri hæredem, aut quia noluit eſſe hæres, aut quia non potuit, nepos auo ſuo hæres exiſtit: quia quo tempore certum eſt, inteſtatum deceſſiſſe patremfamiliâs, ſolus inuenitur Nepos, & hoc certum eſt, §. cum autem. Inſtitu. de hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. Teſtamento autem † non deſtituto, ſed in ſua fir-
4 mitate manente, inſpicitur, vel requiritur tempus mortis. Hoc enim tempore confirmatur, vireſque ac validitatem aſſumit.

5 Ideò † Vlpianus definit teſtamentum, vt ſit mentis noſtræ iuſta conteſtatio, in id ſolenniter factum, vt poſt mortem noſtram valeat. titul 20. in fragmentis. Et Modeſtinus, vt ſit voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit. l. 1. ff. qui teſtamenta facere poſſunt. Ideoque dicitur ſuprema voluntas. l. cum hic ſtatus. 32. §. ait oratio. ibi, aduerſus voluntatem ſupremam eius. ff. de donationibus inter virum & vxorem. dicta l. 1. C. de ſumma Trinitate & fide Catholica. De qua re Iaſon in Rubric. C. qui teſtamenta facere poſſunt, & inter conſulentes nouiſſimos præ cæteris Cæphalus conſil. 4. num. 13. & ſequent. Crauetta conſi. 167. nume. 7. Socin. Iunior conſi. 130. numer. 15. libro ſecundo. Burſatrus conſi. 30. per l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. ff. de legat. 1. l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. l. ſi iam facta. ff. de condit. & demonſtrat. l. Titia. ff. de furtis. Menochius conſi. 97. num. 21. libro primo, & conſi. 106. num. 5. & conſi. 330. Cæphalus Iunior latiſſimè conſi. 773. num. 12. & ſequent. libro ſeptimo, ibidem num. 17. rationes adducens, quia ante teſtatoris obitum, teſtamentum eſt in
ſuſpenſo, quoad effectum. Item, quod † om- 6
nis diſpoſitio trahatur ad illud tempus, in quod confertur effectus. l. quod ſponſæ. C. de donationibus ante nuptias. Item quod ſemper ſpectetur tempus vltimæ perfectionis actus. per notata Bartoli in l. ſi cui. §. final. ff. de legat. 1. Alexand. conſi. 61. numer. 146. 147. libro 5.

Denique ambulatoria † eſt voluntas homi 7
nis vſque ad extremum vitæ exitum, quod non obtineret, ſi teſtamentum effectum ſuum ſortiretur tempore quo conditur, quia quod ſemel placuiſſet, amplius diſplicere nõ poſſet, c. quod ſemel. de regul. iur. libr. 6. cum ſimilibus.

Hinc & hoc † enunciatum promanat, ver- 8
ba præteriti & præſentis temporis in teſtamẽtis prolata, trahi in futurum, & ſic ad tempus mortis. l. placet. ff. de liber. & poſthumis. l. talis, in princ. & §. fin. & l. ſequen. ff. de legat. 1. l. cum fideicommiſſum ff. de legat. 2. l. fin. §. final. ff. de liberatione legata. l. cum certus. ff. de tritico, vino, & oleo legatis. l. tutoribus. ff. de teſtamentaria tutela. Bartol. per textum. l. ſolennis ff. de condit. & demonſtrat. Bald. in l. fin. colum. 4. circa finem. C. de codicillis. Carolus Ruinus conſi. 20. num. 9. lib. 2. Menoch. d. conſi. 97. num. 23. vſque ad num. 29. Cæphal. conſi. 773. num. 53. lib. 5.

RESTRICTIO.

Quæ quidem ſuperiora ſunt vera in ſuis
hæredibus. Nam in extraneis † hæredibus, il- 9
la obſeruantur, vt Florentinus ait. Primò vt ſit, cum eis teſtamenti factio, ſiue ipſi hæredes inſtituuntur, ſiue hi, qui in poteſtate eorum ſunt. Et id duobus temporibus inſpicitur, teſtamenti facti, vt conſtiterit, inſtitutio: & mortis teſtatoris, vt effectum habeat. Hoc amplius, & cum adibit hæreditatem, eſſe debet cum eo teſtamenti factio, ſiue purè, ſiue ſub conditione hæres inſtitutus ſit: nam ius hæredis eo vel maximè tempore inſpiciẽdum eſt, quo adquirit hæreditatem: medio autem tem-

pore

pote inter factum teſtamentum, & mortem teſtatoris, vel conditionem inſtitutionis exiſtentem, mutatio iuris hæredi nō nocet, quia vt dixi tria tantùm tempora inſpicimus, ita Florent. l. 49 ff. de hæred. inſt.

Qui locus Florentini relatus eſt à Triboniano, in Inſtitutiones. §. in extraneis titul. de hæredum qualitate & differentia. Quam poſteriorem partem Florentini de medio tempore Vlpianus per exempla explicat: ſolemus dicere media tempora non nocere: vtputà, ciuis Romanus hæres ſcriptus, viuo teſtatore factus eſt peregrinus, mox ad ciuitatem Romanam peruenit, media tempora non nocent. Seruus alienus ſub conditione hæres ſcriptus traditus eſt, ſeruo hæreditario mox vſucaptus ab extraneo. Non eſt vitiata inſtitutio. l. ſed ſi in conditione. §. ſolemus. ff. eod. tit. Item ſeruus cum libertate hæres inſtitutus, ſi ſit alienatus, iuberi adire ab eo poteſt, cui alienatus eſt: ſed ſi redemptus ſit, inſtitutio valet, & neceſſarius hæres erit. l. quotiens. 9. §. ſeruus. ff. eod.

Quam facti ſpeciem idem Vlpianus apertius proponit, ſeruum meum hæredem inſtitutum cum libertate, ſi viuus, vendidero ei, cū quo teſtamenti factio non eſt, poſteaque eum redemero, ex teſtamento mihi hæres eſſe poterit, nec medium tempus, quo apud eum fuit, vitiauit inſtitutionem quia vetum eſt vtro que tempore, tam teſtamenti faciendi, quàm mortis tempore meum fuiſſe: Vnde ſi apud eum remanſerit, vitiatur inſtitutio, vel ſi cum eo teſtamenti factio eſt, iuſſu eius adeundo adquiret hæreditatem. l. ſeruum meum. 50. ff. eo. tit. de hæred. inſtit.

CAPVT XXXI.

Nona differentia ſucceſsionis ex teſtamento, & ab inteſtato.

SVMMARIVM.

1 *In ſucceſsione ex teſtamento varia conſiderantur.*

1 IN ſucceſſione † ex teſtamento inſpicitur, an teſtamentum valeat: quod fit, ſi is qui fecerit teſtamentum, habuerit teſtamenti factionem, deinde ſi habuerit, an ſecundùm regulas iuris Ciuilis teſtatus ſit: l. ſi quamuis. 4. ff. qui teſtamenta facere poſſunt. Item, an nullius momenti, ſi non ruptum, ſi non irritum nec falſum ſit. l. 1. ff. de iniuſto rupto, & irrito facto teſtamento. Item, an perfectum, ſi non falſum ſit. l. 2. §. teſtamentum, ff. quemad. teſta men aperian. l. ſi quis. ff. ad legem Cornel. de falſis, cum ſimil.

In ſucceſſione ab inteſtato inſpicitur ſola proximitas ordinum & graduum, excepto tamen iure repræſentationis, de quo infrà latè.

CAPVT XXXII.

Decima differentia ſucceſsionis ex teſtamento, & ab inteſtato.

SVMMARIA.

1 *Quartæ detractio in teſtamento ſolùm locum habet.*
2 *Quarta Trebellianica ad exemplum Falcidiæ introducta.*
3 *Quarta liberorum, hodie legitima, quæ ſit.*

IN ſucceſſione † ab inteſtató, nulli quartæ partis detractioni locus eſt, ſed detractio Quartarum in ſola ſucceſſione ex teſtamento locum habet, quarum Quarta legis Falcidiæ, quam hæredes beneficio legis Falcidiæ, retinent ex legatis, ſi fortè ampliùs dodrante in iis conſumptum eſt à teſtatore. l. 1. & paſſim ff. & C. ad leg. Falcid. 1

Item, † Quarta Trebellianica: quæ Quarta, ad exemplum Falcidiæ inducta eſt in fideicommiſſis: Primò quidem ex Senatúſconſulto Pegaſiano, cui Trebellianum ſucceſſit, in quod Iuſtinianus, quicquid Senatuſconſultó Pegaſiano cautum erat, trāſtulit. de qua Quarta Trebelliana. titul. ff. & C. ad Senatuſconſ. Trebellian. Et Inſtit. de S. C. Trebelliano. De quibus duabus Quartis, nempè Falcidiæ, & Trebellianicæ: repertentes in l. Quartam, & ibi præ cæteris Ioannes Bologñetus. ff. ad legem Falcidiam. 2

Item Quarta liberorum, † quę legitima dicitur, l. Papinianus 8 §. ſi quis. & l. ſi non mortis. ff. de inoffic. teſtamen quam Quartam Iuſtinianus pro numero liberorum ad trientem & ſemiſſem redegit Nouel. 18 vel authentic. de triente & ſemiſſe, quæ redacta eſt in compendium ſub authent. nouiſſima, C. de inoffi. teſtamento. 3

CAPVT XXXIII.

Vndecima differentia ſucceſsionis ex teſtamento, & ab inteſtato.

SVMMARIA.

1 *Edictum D. Hadriani in ſucceſsione ex teſtamento obtinet, non ab inteſtato.*
2 *Edicti D. Hadriani ratio.*
3 *Edictum D. Hadriani, an indubitato hærede ab inteſtato obtineat.*
4 *Officio iudicis quandoque obtinetur, quod ſtricto iure.*
5 *Lucrum non debet expectare petitor ex aliena iactura.*
6 *Officio iudicis obtinetur, quod iure municipali denegatur.*

COnſtitutio † Iuſtiniani de hærede inſtituto in teſtamento, neq; cancellato, neque abolito, neq; ex quacunq; ſui forme parte vitiato, in poſſeſſionē mittēdo, ſub l. ſi. C. de edi. 1

Dini

Diui Adriani tollend. locum habet in ſucceſſione ex teſtamento.

Diuerſum eſt in ſucceſſione ab inteſtato. Hoc enim beneficium ab inteſtato ſuccedentibus non competit, quæ ſententia communiter approbata eſt. Bald. in l.1. in princ. ff. de petit. hæredit. Et iterum in l.fin. in 3. quæſtio. & ibi Alexan. num. 22. Iaſon num. 23. circa finem. Decius num. 39 Zuchardus num 354. Achylles Perſonalis num. 4. C. de edicto Diui Adriani tollend. Franciſc. Ripa in Rubric. ff. quorum bonorum, num. 2. Papienſis, in forma libelli, quo petitur hæreditas ex teſtamento, in verb. coram vobis. num. 2. Maranta de ordine iudiciorum, in 4. parte. in 7. diſtinct. num. 12. Menoch. in tract. adipiſcendæ poſſeſſionis, remed. 4. Socin. Iunior conſ. 75. num. 2. lib. 1. Gozadinus conſi. 50. nume. 25. Rolandus conſi. 1. num. 3. adducens Barbat. conſi. 65. colum. 7. lib. 2. Guid. Papæ conſi. 85. Brun. conſi. 18. colum. 4. lib. 1. Crauetta conſi. 173. num. 10. lib. 1. Burſatus conſi. 89. numer. 12. & ſequent. lib. 1.

2 Quibus in locis huius differentiæ rationes & momenta adferuntur, quæ in eo ferè conſiſtunt, quod oſtenſo exhibitove teſtamento, non cancellato, non abolito, nec in aliqua parte formæ ſuæ viciato, ſtatim notorium ac manifeſtum eſſe incipiat, ſcriptum in eo teſtamento hæredem, eſſe indubitatum hæredem. Non autem æquè notorium apparere, & iudici obuiam eſſe, an ab inteſtato ſuccedens ſit proximus hæres, ſed hæc ratio valdè imbecilla & fragilis exiſtit.

3 Quid enim, † ſi filius, cui quęſtio ſtatus moueri non poteſt, & iudici certò conſtat, filium eſſe, & patris hæreditatem ad eum pertinere: nonne & tunc propter notorium, æquè immittendus erit? Hoc ſanè caſu, nec ex conſtitutione Iuſtiniani in poſſeſſionem mitti debere, pleriſque placuit: cùm hæc Conſtitutio hæredi teſtamentario proſpiciat, non etiam ab inteſtato: Fuerunt tamen, qui filio, vel aliàs indubitàto hæredi ab inteſtato implorationē officij iudicis, pro immiſſione in poſſeſſionē conceſſerint. Bald. in tit. de cõtrouerſia inter maſculum & fœminam. & in titu. de beneficio fratris, & qualiter frater. & ibi Præpoſitus, & alij. Campegius conſi. 2. inter conſilia Bruni. Socinus Iunior conſi. 75. num. 17. lib. 1. Pariſius conſi. 22. num. 67. lib. 1. Roland. à Valle, d. conſi. 1. num. 59. lib. 1. Maranta de ordine iudiciorum, in 4. parte. diſtinct. 7. nume. 13. Quæ
4 traditio ſuſtinetur ratione, † cùm deficiente actione, nihilominus paratum ſit, & implorari poſſit officium iudicis. l. ſi me & Titium, in fine. ff. ſi certum petat. & argumento l. planè.
5 38. in princip. Non † enim debet petitor ex aliena iactura lucrum facere, & idipſum officio iudicis continebitur, &c. ff. de petit. hæreditatis. & in l. hæreditas 50. in fin. ff. eod. l. ibi, Quamuis enim ſtricto iure nulla teneantur actione hæredes, ad monumentum faciendũ. Tamen Principali vel Pontificiali authoritate compelluntur ad obſequium ſupremæ voluntatis, & in l. final. in fin. ibi, etſi non exciperetur, ſatis per officium iudicis conſuli. ff. de petit. hæredi. Cuius rei apud noſtros plurima feruntur exempla.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, biennio excluditur. l. in contractibus. §. illo. C. de non numerata pecunia. poſt biennium tamen officium iudicis implorari poteſt. Bald. in l. illicitas. in princ. ff. de officio præſidis. Hyppolitus ſingulari 277. per tradita Bartoli in l.1. §. & parui. ff. quod vi aut clàm. Sic in ſimilib.

Quinimò, † pro generali concluſione traditur, iure municipali excludēre omne remedium, non tamen intelligi excluſam implorationem officij ſuperioris. Roman. conſi 325. refert & ſequitur Rolandus conſi. 1. nume. 56. lib. 1. 6

CAPVT XXXIV.

Quamuis cauſa teſtati, & inteſtati plurimum inter ſe diſcrepent, & cauſa teſtati priore loco habeatur: attamen cauſa teſtati ex ſucceſsione ab inteſtato quandoque dependet.

SVMMARIA.

1. *Teſtati cauſa dependet ex cauſa inteſtati.*
2. *Querelam inofficioſi intentans & obtinens, nihil agit ſi ab inteſtato non ſuccedit.*
3. *Neq; contra tab. bonorum poſſ. petit.*
4. *Filia ſtatuto excluſa extantibus maſculis, an præterita rũpat teſtamentum.*
5. *Præteritio eorum quibus legitima non debetur, non rumpit teſtamentum.*
6. *Adoptiuus non habet bon. poſſ. contra tab.*
7. *Excluſus à ſucceſſione ab inteſtato, teſtamentum non impugnat.*
8. *Teſtamentum qui dicere nullum poteſt, & petere contra tab. poſſ. poteſt.*
9. *Legitima ex ſucceſſione ab inteſtato regulatur, & num. 13.*
10. *Statutum excludens matrem à ſucceſſione ab inteſtato, excludit etiam à legitima.*
11. *Renuncians ſucceſſioni, legitima non renunciat.*
12. *Legitima ex ſucceſſione ab inteſtato dependet.*

CAVSA teſtati, † ſecundùm cauſam inte- 1
ſtati regulatur. Primò, † quod hæ perſo- 2
næ, quæ ad ſucceſſionem ab inteſtato non admittuntur, nec de inofficioſo agere poſſunt. Etſi egerint nemine repellente, & caſu obtinuerint, non eis proficit victoria. l. poſthumus, §. ſi quis ex his perſonis. ff. de inofficioſo
teſtamen. Nec cõtra † tabulas bonorum poſ- 3
ſeſſionem rectè petunt. Non enim putauit

Prætor

prætor exhæredatione notatos, & remotos, ad contra tabulas, bonorum poſſeſſionem ad mittendos. Sicuti nec iure Ciuili, teſtamenta parentum turbant, ſi tamen velint querelam inofficioſi inſtituere, eſt in ipſorum arbitrio. l. non putauit. 8. ff. de bonorum poſſeſſionib. contra tab.

De qua re copioſè Baldus, Angelus, & Caſtrenſis in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liberis & poſthumis. & iterum Bald. in l. cùm lege C. de epiſcopis & cleric. & in l. ſi quis filiuni. C. de inofficioſo teſtamen. & in l. lege xii. C. de legitimis hæredib. & in l. ſi defunctus. C. de ſuis & legit. hæredib. Angel. in l. Papinianus. §. vnde ſi quis. §. conditioni. & in l. pater filium. ff. de inofficioſo teſtament. & in l. planè. § ſi coniuncti. ff. de legat. 1. Caſtrenſis in l. Titio centum. 71. §. Titio genero. ff. de conditionib & demonſtr. Bartol. in l. fin. ff. ad S.C. Tertyllianum. Corneus conſi. 57. num. 4. libr. 2. & conſ. 107. Incip in hac conſultatione. nu. 5 & ſeq eod. lib. & conſ. 1 num. 14. lib 3. Ac cõmuniter omnes, tam legendo, quàm conſulendo.

Secundò conſequitur & hoc, † quòd filia
4 iure municipali, extantibus maſculis, excluſa
à ſucceſſione ab inteſtato, & in teſtamento patris prætetita, non rumpit teſtamentum, præſertim ſi inſtituti ſunt heredes, qui aliàs ab inteſtato ſucceſſuri fuiſſent: ſicuti nec petere poteſt bonorum poſſeſſionem contra tabul. Habentur enim loco extraneatum perſonarum: Bart. in l fin. ff. ad S.C. Tertyl. & in l. ſcilendũ. ff. de ſuis & legit. Bald. in l. maximum vitium. num. 22 vbi adductus quibuſdam rationibus, quod filia hoc caſu rumpat teſtamentũ, tandẽ in contrariam diſcedit partem: nempè, quòd filia non poſſit rumpere teſtamentum. Idque
5 ratione legitimæ: nam, inquit, præteritio † eorum, quibus non debetur legitima, non vitiat teſtamentum, ſed huic filiæ non debetur legitima, cùm ſit redacta ad inſtar extranei: & legitima dicatur reſpectu inteſtati: vnde qui nullã partem eſt habiturus ab inteſtato non dicitur ei legitima deberi. l. cum quæritur. C. de inoff. teſtam. ſubijcit, in eam ſententiam, & alias rationes: quod, videlicet, ſtatuto excluſa, nec etiam iure Ciuili, nec Prætorio ſuccedat. l. non eſt ambigendum. 12. §. vbicunq; ff. de bon. poſ.

Prætcrea, filia nupta æquiparatur adoptato
6 ab extraneo. Atqui olim † adoptiuus tanquã
tranſlatus in alienam familiam, non habebat bonorum poſſ. contra tab. l. cum in adoptiuis in princ. C. de adopt. Idem igitur per ſimilitudinem dici poteſt, de filia nupta, quæ à patre in alienam familiam tranſlata eſt, arg. l. fin. C. de lib. exhiben.

Accedit, quòd † priuatus ab actu & potẽtia
7 ſuccedendi ab inteſtato, à teſtamenti etiam
impugnatione arcetur. l. ſi poſt mortem. §. liberi. ff. de bon. poſſeſ. contra tabulas. ita Bald. Quibus addit alias rationes, quas huc referre ſuperuacuũ eſſe puto. Et idem tradit Bal. in l. Gallus § & quid ſi tantũm. ff. de liber. & poſthum. ſequitur Caſtren in d l. Titio centum. §. Titio genero ff. de cond. & demonſt. Alexan. & alij interpretes, excepto Angelo, cuius ſententia improbatur in l. filiæ dotem, & ibi præ cæteris Iaſon num 5. verſi. iſtud inducitur per Angelum. C. de collat.

Hoc in primis † argumento: quod ille, qui 8
de iure Ciuili poteſt teſtamentum dicere nullum, poteſt etiam bonorum poſſeſſionem cõtra tabulas petere. Filia autem ſtatuto excluſa, non poteſt dicere teſtamentum nullum: quia ius dicendi nullum, deducit rem ad cauſam inteſtati: & filia ab inteſtato, vigore ſtatuti ſuccedere non poteſt. Sicuti ergo non cõpetit de iure Ciuili ius rumpendi vel dicendi nullum. Ita nec contra tabulandi: quæ ſententia communiter obtinuit, vt Iaſ in præcitato loco ait, Corn conſi. 107 nu. 7. lib. 2. & paſſim alij, præſertim Angel. & Fulgoſ. in l. Papinianus. §. vnde ſi quis. ff. de inoff. teſtam. Imol. & Alex. in l. planè. §. ſi quis. ff de leg 1.

Tertiò hinc quoq; ſequitur, † matre vel fi- 9
liabus excluſis, nõ deberi his legitimam, cùm legitima ex ſucceſſione ab inteſtato reguletur, Bald. in auth. hoc amplius C. de fideicommiſ. in 38. quæſt. & in l. ſi defunctus. C. de ſuis & legit. Angel. in l. pater filium. ff. de inoff. teſtam. ſic de matre Alex. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſth. Et tale inquit, ſtatutũ matrem excludens, à ſucceſſione intelligitur eã excludere etiã à legitima, quia legitima eſt portio eius, in quo qs eſſet ſucceſſurus ab inteſtato. l. Papinian § quoniã autem quaeſta. C. de inoff. teſtam. l. parentib. C. eod. ergo, ſi ſucceſſio denegatur matri, ſequitur quod ei non competit legitima. Ita reſpondit conſ. 68 incip. circa præmiſſam conſultationem. nu. 6. circa fin. lib. 4. Dec. conſ. 299. nu. 5. ibi: Breuiter concludo ſecundùm magis communem & veriorem opinionem, quod etiã mater excludatur à legitima Quia, inquit, legitima com- 10
mẽſuratur reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato. auth. nouiſſima. C de inof. teſtam. Vnde cum mater à ſucceſſione ab inteſtato excludatur, pariter à petitiõe legitimæ remouetur, in quã rem Decius adducit Angel. conſ. 105. incip ſtatuto cauetur, col. fin. Caſtrenſ. conſ. 108. ſuper eo de quo quæritur, in prin. & conſ. 111. incip. ſuper primo quæſito. & conſ. 121. Incip. ſi dicta Cornelia & conſi. 254. quoniam fundamentum. Cuman. conſ. 123. incip. dominus Antoninus, & conſ. 188. incip. ſpectabilis miles. Corneus conſ. 150. circa præſentem. col. 2. lib. 2. ſic etiam de filiab. ſtatuto excluſis ſi maſculi extent. Dec. conſi. 303. incip. in caſu occurrenti.
nu. 9. lib. 2. Vbi concluſionem tradit, cui † nõ 11

debetur ſucceſſio ab inteſtato, non debetur le
gitima, rationem differentiæ adducens inter
renunciationem factam à filia, quod legitima
hoc caſu non compræhendatur: niſi huic ſpe-
cialiter renunciatum ſit. argum. l. ſi quando.
§. generaliter ff. de inoff. teſtam. & inter exclu
ſionem factam à lege: quia, videlicet, lex ipſa
faciat mulierem inſucceſſibilem, & pro mor-
tua habet, & quod fortior ſit excluſio legis,
quàm hominis. Idem reſpondit Socin iunior
conſ. 89. nu. 24. lib. 4. & conſ 127. nu. 2. eod. lib.
vbi aſſerit hanc eſſe cõmunem. Carolus Rui-
nus conſ. 47. nu. 8. lib. 3. Curt. iun. conſ. 35. col.
10. Cephalus pater conſ. 4. nu. 2. li. 1. conſ. 5 nu.
45. eod. lib. Roland. à Valle conſ. 62. nu. 52. lib.
3. Tyberius Decian. conſ. 46. nu. 6. lib. 3.

12 Poſtrema conſecutio eſt: Legitima ex ſuc-
ceſſione † ab inteſtato dependet, quę legitima
veteri iure, erat quarta pars eius, quod ad filiũ
eſſet peruenturum, ſi inteſtatus paterfamiliâs
deceſſiſſet, l. Papinianus. § ſi quis mortis cau-
ſa. §. quarta autem. ff. de inoff. teſtam. l. parenti
bus. 8. ibi, partis quæ inteſtato defuncto potu-
it ad eum pertinere, quartum ex iudicio parẽ-
tis obtineat. C. eod tit. l. maximum vitium. §.
quod ſi exhæredata fuiſſet, quarta pars omni-
modò totius ſubſtãtiæ ei relinqui debebat. C.
de liberis præteritis, nouiſſima Conſtitutione
Iuſtiniani, ſi quatuor ſunt filij, vel pauciores,
triens, ſi plures ſemis, auth. nouiſſima. C. eod.
tit. & Nouella de triente & ſemiſſe. §. 1.

13 Cui igitur non debetur legitima, † nec etiã
teſtamentum impugnare poteſt, Angel. Pau-
lus de Caſtr. & Imol. in d. l. Gallus. §. quid ſi tã-
tum. Accurſ. in d. l. Papinianus. §. vnde ſi quis.
cum concord. relatis per Angel. conſi. 101 col.
fin. & Cuma. conſ. 35. col. 7. Curt. Sen. conſ. 13.
col. 6. poſt veteres Tiberius conſ. 46. nu. 7. lib. 3.

CAPVT XXXV.

Tertia principalis diuiſio ſucceſſionis.

SVMMARIA.

1 *Succeſſio fit multis modis.*
2 *Hæres vniuerſalis quis.*
3 *Hæres ex aſſe quis.*
4 *Succeſſio ab inteſtato ex partibus quomodo fiat.*
5 *Scripti hæredes ex partibus æqualibus quomodo intelligantur.*
6 *Hæredum institutio ex partibus inæqualibus quomodo fiat.*
7 *Hæredum institutio ex partibus incertis quomodo fiat.*

1 SVcceſſio in ius defuncti, † tam ciuilis & le-
gitima, quàm prætoria & honoraria, tam
ex teſtamento, quàm ab inteſtato, aut vni ſoli
hæredi defertur, aut pluribus: & his, aut ex æ-
quis vel æqualibus, aut inæquis vel inæquali-
bus, ac diſparibus partibus. Ille appellatur hæ-
res vniuerſalis, vel in vniuerſum ius, vel in v-
niuerſa bona, vel ex aſſe hæres: Hi inter ſe co-
hæredes dicuntur, vel ex parte hæredes, & om
nes coniunctim, licet plures ſint, ſimiliter in
vniuerſum ius ſuccedunt, & vnius hæredis lo
cum explent. De † hærede vniuerſali, Pompo. 2
Hæres in omne ius mortui, nõ tantum in ſin-
gularum rerum dominium ſuccedit: cum &
ea, quæ in nominibus ſunt, ad hæredẽ tranſe-
ant, l hæres 37. ff. de adquir. vel omit. hæred.
& Florentinus: hæres quandocunq; adeundo
hæreditatem, iam tunc à morte ſucceſſiſſe de-
functo intelligitur. l. 54. ff. eo. tit. & paſſim ali-
bi: Sic etiam de hærede ex aſſe inſtituto, † quã- 3
do vnus duntaxat hæres nullo dato vel adie-
cto hærede inſtituebatur, Vlp. ſi ex aſſe hæres
deſtinauerit partem habere hæreditatis, vide-
tur in aſſem pro hærede geſſiſſe. l. ſi ex aſſe. 10.
ff. de adq. vel omit hæredit. & Scæuola: Titius
frater meus ex aſſe mihi hæres eſto. l. Lucius.
85. in prin. ff. de hæred. inſtit. & Paulus: quæſitũ
eſt, ſi plus aſſe pater diſtribuiſſet. l. Sabinus. 18.
ff. eod. Et iterum Paulus: Pamphila ſerua mea
ex aſſe mihi hæres eſto. l. Lucius. 40. §. item re-
ſpondit. ff. de teſtam. milit. Quandoq; etiam,
ſine adiectione ex aſſe, veluti Lucius Titius hę
res mihi eſto. l. 1. ff. de hæred inſtit. & ſimilib.
Ex partibus autem, vel portionibus hæredita- 4
rijs, ſucceſſio ab inteſtato defertur, quoties
hæreditas inter hæredes legitimos ſcinditur
& diuiditur, in æquas quidem partes. Si eodẽ
gradu, eodemq; ordine ſunt: inter filios & fi-
lias bona inteſtatorum parentum pro virilib.
portionibus æquo iure diuidi oportere explo
rati iuris eſt. l. 11. C. famil. erciſc. In inæquales
autem partes, ſi in ſtirpes iure repræſentatio-
nis ſuccedunt, prout infrà dicetur, ita pariter
in teſtamento, ſi plures niſi inſtituantur hęre-
des, tum hi quãdoq; ex partibus vel æquis vel
inæqualibus, hæredes ſcribuntur. De † ſcriptis 5
hæredibus ex partibus æquis, ſic Pompon. Ga-
ius & Mæuius æquis ex partibus hæredes ſun-
to. l ſi ita quis. 66. ff. de hæred. inſtit. Celſus: Si
Attius Titium & Mæuium, & Seiũ æquis par-
tibus inſtituit. l. liber homo. 59 §. ſi Attius. ff. de
hæred. inſtit. & Marcellus: Cornelius, & Salu-
ſtius & Varrio, æquis partibus hæredes ſunto,
quos inuicem ſubſtituo. l. Lucius Titius Seio.
53. ff. eo. Et Paulus: Quotcunq; mihi nati erũt,
& Lucius Titius, pro virilib portionibus hæ-
redes mihi ſunto. l. illud. 5. ff. ſi pars hæred. pet.
& Vlpia. Primus, & fratris mei filij, æquè hęre
des ſunto. Nam hæc, inquit, adiectio declarat
omnes ex virilib. partibus inſtitutos l interdũ
13. ff. eod. & Scęuola: Stichus & Pamphilus ſer
ui mei liberi & hęredes æquis partibus ſunto.
l. Lucius. 85. ff. eod. Plures etiam nullis partib.
nominatis inſtitui, ex æquis partibus hęredes
ſunt. §. ſi plures. Inſtit. de hęred. inſtit. & ſimi-
lia exempla in l. Titia, cum. 34. ff. de lega 2. l. cũ
quis. §. Sciam. ff. de leg. 3. l. qui fundum §. filiũ.
l. maritum. ff. ad legem Falcid. Item ſi alius re-
rum prouincialium, alius rerum Italicarum
fuerit

fuerit hæres ſcriptus, officioque iudicis attri-
buentur ſingulis res quæ adſcriptæ ſunt: erunt
tamen hæredes ex æquis partibus, quia nulla
pars adſcripta eſt, l. ex facto. 35. §. cum hæc ita
ſint. ff. de hæredib. inſtit. Iauolenus, Attius fun
di Corneliani hæres eſto, duo Titij illius in ſu-
læ hæredes ſunto. Hic habebunt duo Titij ſe-
miſſem, Attius ſemiſſem. l. Attius. 11. ff. eod.
6 Ita quoque de partibus inæqualibus, Vlpia.
Titius ex parte tertia, deinde aſſe impleto, idē
ex parte ſexta. l. interdum. 13. §. fin. ff. eod & ite
rum Vlpian. in l. quotiens. 9. §. ſi duo. ff. eod.
& iterum Vlpianus in l. Iulianus. 15. ff. eod. &
Iauolenus: Titius ex parte prima, Seius ex par
te ſecunda, Mæuius ex parte tertia, Sulpitius
ex parte quarta hæredes ſunto. l. ſi quis hære-
des. 14. ff. eod.

Sic etiam de beſſe, de triente, ex quadrante,
ex dodrante, ex ſemiſſe: veluti Titius ex ſemiſ
ſe hæres eſto: Seius ex quadrante hæres eſto. l.
liber homo. 59. §. Titius. ff. eo. Cuius inſtitutio
nis ratione partiū aſſis exempla in l. interdū. 13
ff. eo. in l. ſi ita ſcriptum. l. filiusfamil. miles. §.
fin. ff. de lib. & poſth. l. vter. l. qui ex fratrib. ff.
de condi. inſtit. Quemadmodū ſimiliter inſti-
tutiones fiebāt ratione vnciarum, l. ex vncijs.
ff. de hæred. inſt. & paſſim alibi in iure noſtro.
7 Quin etiam † quandoque inſtitutiones fie-
bant ex partibus incertis, veluti ſub verbis: Ex
qua parte, item ex quanta parte. Vlpia. ex qua
parte me Titius hæredem ſcripſit, Seius hęres
eſto. l. 2. ff. de hęredib. inſtituend. & iterum: ſi
quis ita ſcripſerit hæredem. Ex qua parte codi
cillis, Titium hæredem ſcripſero, hęres eſto.
Et Pomponius: Titius & Seius, quanta quiſq;
eorum ex parte me hæredem habuerit ſcrip-
tum, hæres mihi eſto. l. hoc articulo. 29. ff. de
hæredib. inſtituend. Et Paulus: quanta ex par-
te me a Titio hęredem inſtitutum recitaſſem,
ex ea parte Sempronius mihi hæres eſto. l.
Clemens. 81. §. fin. ff. eod. tit. Et iterum Paulus:
qua ex parte Titius me hęredem inſtituit, ex
ea parte Mæuius hęres eſto. l. illæ inſtitutiões.
71. ff. eod. & ſic in alijs locis paſſim.

CAPVT XXXVI.

De aſſe & eius partibus, quoad teſta- mentariam rem.

SVMMARIA.

1 *Aſſis & eius partium doctrinam qui tradiderit.*
2 *Aſſis ſignificatio tam ad monetam, quàm alias res diuiſibi-les pertinet.*
3 *Romani olim graui ære non ſignato vſi.*
4 *AEs primo ſignauit Seruius Tullus.*
5 *As vnde dicatur, & de eius partibus.*
6 *As, pondo, libram, vel libellam, veteres in duodecim vncias diſtribuiſſe.*
7 *Quadrans, Teruncius, Triuncius, tres vncias eſſe.*
8 *Vnciæ partes quæ.*
9 *Aſſis diſtributio non tantum in his quæ pondere, ſed & quæ numero continentur, obſeruatur.*
10 *Aſſis & vnciarum, earumq; partium in iure vſus frequen-tiſſimus.*
11 *Siciliçus quid, & in quo à ſiliqua differat.*
12 *Vſura in partes aſſis iure ciuili diuiditur.*
13 *Centeſima vſura quæ. nu. 15. 16.*
14 *Romani vltra centeſimam vſuram non admittebant niſi in traiectitijs.*
17 *Variarum vſurarum loca ex legibus, earumq; declaratio.*

QVia hæreditas in teſtamento, quandoq;
ex aſſe, quandoque ex partibus aſſis de-
fertur, dicēdum eſt, quid ſit As, & quæ ſint par-
tes aſſis, & harum partium vſus.
De aſſe, eiuſque partibus † eruditus extat 1
commentarius Gulielmi Budæi, & tracta-
runt etiam hanc rem viri excellentiſſimi, An
tonius Auguſtinus libro Emendationum 2.
cap. 8. de aſſis, & vnciæ partibus. & cap. 9. de au
ri, æris, argenti, libra aureo, ſolido, ſiliqua, &
tremiſſe. Et poſt hos, in numiſmatum expli-
catione, Didacus Couarruuias in libro de col
latione veterum numiſmatum, cum his quę
modo explicantur. Et Georgius Agricola de
precio metallorum, & monetis. Stephanus
Forcatulus in Necyomantia Iuris, dialogo 63.
Et nouiſſimè Hotomannus de aureo Iuſtinia
neo, & poſt eum Cuiacius libro 7. obſeruat. 33.
de aſſis, eiuſque ſignificatione. Aſſis † itaque, e- 2
iuſque partium appellatio, pertinet non tan-
tùm ad numiſmata, vel monetas: ſed etiam
ad alias res, quarum diſtributio & diuiſio fit:
veluti, ad hęreditatis, itemque vſurarum & ſi-
milium rerum diuiſionem. Quantum † ad nu 3
miſmata attinet, vt obiter & digreſſiuè id in-
ſeram) Initio vrbis Romanę graui ęre, hoc
eſt, non ſignato, ſed pondere certo appenſo v-
ſos fuiſſe Romanos, author eſt Plinius libro
33. cap 3. Inde etiam libra in imaginarijs emp-
tionibus, veluti in matrimonijs per coempti-
onem, in teſtamento per ęs & libram, in emā
cipationibus poſtea vſi ſunt. Hinc expenſę,
impenſę, & ſimilia verba promanarunt. Ser-
uius † Tullus Romanorum Rex Sextus, pri- 4
mùm Aęs ſignauit, & AEris libram, vel pon-
do As † appellauit. As enim ab ęre dicitur, & 5
erat librę pondus, quod vnum pondus aſſipō-
dium dicebatur: item etiā dupondium à duo-
bus ponderibus, vel duabus libris, vel quod
duos aſſes continebat, As quod libram pende
ret, duodecim continebat vncias. Vncia itaq;
eſt duodecima pars aſſis, & dicta quaſi ab vno.
De his Terentius Varro, Aeris minima pars
ſextula, quod ſexta pars vncię. Semūcia, quod
dimidia pars vncię. S t. valet dimidium: vt in
Selibra, & ſemodio. Vncia, ab vno. Sextans, ab
eo quod ſexta pars aſſis. Vt Quadrans, quod
quarta. Triens, tertia pars. Semis, quod ſemis,
id eſt, dimidium aſſis, vt ſuprà dictum eſt. Sep-
tunx, à ſeptem & vncia concluſum. Reliqua
obſcura quod à deminutione, & ea quę dimi-
nuuntur ita ſunt, vt extremas ſyllabas habe-
ant, vt decem vna dempta vncia Deunx, Dex-

trans, dempto ſextante. Dodrans, dempto
quadrante. Bes, vt olim Des, dempto triente, i-
ta Varro libro 4. de lingua Latina, in fine. Ex
6 quibus † Varronis & aliorum ſcriptorum ver
bis, manifeſtum eſt, AS, vel libram, vel pon-
do, vel libellam in duodecim vncias veteres
diſtribuiſſe. Libra itaque, ſeu As, ſunt vnciæ
duodecim. Deunx, vnciæ vndecim. Dextans,
vnciæ decem. Dodrans, vnciç nouem. Bes, vn
ciç octo. Septunx, vnciæ ſeptem. Semiſſis, ſeu
ſemilibra, vnclę ſex. Quincunx, vnclę quinq;.
Triens, tertia pars libræ, hoc eſt, vnciæ quatu-
7 or. Quadrans, quarta † pars libræ, vel aſſis, vn-
ciæ tres. Vnde Triuncius etiam dicitur à Pli-
nio cap. 3. libro 33. item Teruntius, à M. Var-
rone, id eſt, à tribus vncijs. Et à Cicerone ad
Atticum lib. 5. Vt nullus teruncius inſinuatur
in quenquam. Et lib. 7. Epiſtol. famil. De prę-
da mea teruncium non attigit quiſquam. Et
ad Atticum. Fecit palàm te ex libella, me ex
teruncio, id eſt, te omnium bonorum hæredē
me ex quarta parte.
Sextans, vnciæ duæ.
Vncia 1.
8 Vncia † autem iterum diuiditur in ſemi-
unciam, id eſt, ſemiſſem, vel dimidiam vnci-
am, **ein loth**. in Drachmam, quæ eſt vnciç pars
octaua, **ein quintlin**. in Denarium, qui eſt vn-
ciæ pars ſeptima, id eſt, pondus aurei Rhenen
ſis. in Scrupulum, qui eſt pars tertia drachmę.
9 Quæ diſtributio aſſis, vel libræ, in libris Ro
manorum, & † in iure noſtro obſeruatur, nō
tantum in ijs quę pondere, ſed etiam ſolidis,
quæ numero conſtant. Nam & hereditas di-
ſtribuitur in As, & partes aſſis. Sic Vlpian. Hę-
reditas plerunque diuiditur in duodecim vn-
cias, quę aſſis appellatione cōtinentur, habēt
aūt & hę partes propria nomina ab vncia vſq;
ad aſſem, putà hęc: Seſcunx, ſextās, quadrans,
triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, Bes, Dodrās,
Dextans, deunx, As. l. ſeruum meum. 50. §. fin.
ff. de hęred. inſtit. De quibus etiam Iuſtinia. §.
hęreditas. Inſtit. de hęred. inſtit. Quarum par-
10 tium † appellatione, in Inſtitutionibus hęre-
dum, Iureconſulti frequentiſſimè vtuntur,
quemadmodum in cap. 35. dictum eſt, velnti
de aſſe, l. Lucius. 85. in princ. ff. de hęred. inſtit.
l. item quod Sabinus. 17. l. ſi ex aſſe. 10. ff. de ac-
quit. vel omittend. hęred. l. Lucius. 40. §. idem
reſpondit. ff. de teſtam. milit. Sic etiam de beſ-
ſe, de triente, ex quadrante, ex dodrante, ex ſe-
miſſe. l. ſi paterfam. 40. in fin. l. liber homo. 59.
§. Titius. ff. de hęred. inſtit. l. interdum. 13. ff. eo
dem. l. ſi ita ſcriptum. 13. l. filius à patre. 28. §. fi-
na. ff. de liber. & poſthum. l. vter. 23. l. qui ex fra
tribus. 24. ff. de condit. inſtit. Item ratione vn-
ciarum. l. ex vncijs. 87. ff. de hęred. inſtit. Sic et-
iam de ſeſcuncia, id eſt, de vncia ſemis. Nam
eſt quadrantis dimidium, vel vna vncia cum
dimidia. Vlpian. Proinde, inquit, ſi ſint ex duo
bus filijs nepotes, ex vno plures, tres putà, ex v-
no vnus, vnicum ſeſcuncia, vnum ex illis ſe-
miuncia querela excludit, l. Papinianus. §. quo
niam. ff. de inoff. teſtam. & Scæuola in l. liber-
to. 21. §. quidam filium. in fine. ibi, quæſitum
eſt, cum nouerca vniuerſæ hæreditatis habe-
ret dodrantem, ſemunciam, & ſicilicum. ff. de
annu. legat. Eſt autem ſicilicus, quarta vnius 11
vnciæ, vel quadrageſima octaua pars aſſis: dif-
fert ſicilicus à ſiliqua, ſiliqua enim vnciæ 184.
pars eſt. Sicilicus autem quarta pars. Sic quoq;
Paulus de dupondio. Sabinus, inquit, quæſitū
eſt, ſi plus aſſe paterfamilias diſtribuiſſet, & a-
liquem ſine parte feciſſet hæredem, vtrumne
is aſſem habiturus foret, an id duntaxat, quod
ex dupondio deeſſet? l. Sabinus. 18. ff. de hæred.
inſtit. Pari ſimiliter modo, † vſura in aſſis par 12
tes, ciuili iure diuiditur. Sic centeſima vſura,
quæ omnium grauiſſima erat, As dicebatur.
Centeſimæ † verò vſuræ dicebantur, quia ſin- 13
gulis menſibus centeſima pars ſortis impen-
deretur. A mēſtrua enim ſolutione potius ap-
pellatas eſſe centeſimas, credibile eſt, quàm ꝙ
nonnulli putant, quia centum menſibus vſu-
ra ſortem æquaret, & ſic in annis octo & qua-
tuor menſibus. Triphoninus vocat hanc ma-
ximā vſuram. l. qui ſine. ff. de neg. geſt. & Vlp.
grauiſſimam. l. tutor qui repertorium. § idem
ſolent. ff. de adminiſt. tut. Vltrà † quam vete- 14
res Romani nullam tolerabant grauiorē cen-
teſimā, niſi in traiectieijs ex ſtipulatione. Cen
teſima itaq; † vſura eſt, quando in anno duo- 15
deni floreni pro centenis penduntur. Deunx,
quando in anno vndecim pro centenis: & v-
bi vſura æquatur ſorti menſibus 109. $\frac{1}{11}$. & an-
nis nouem. $\frac{1}{11}$. Dodrans vbi ſoluuntur no-
uem in anno, æquatur vſura ſorti menſib. 133.
$\frac{1}{3}$. annis 11. $\frac{1}{9}$. Bes, id eſt, octauo in anno æqua
tur ſorti, menſibus 150. annis 12 $\frac{1}{2}$. Septunx, ſep
tem in anno, æquatur ſorti menſibus 171. $\frac{3}{7}$. an
nis 14. $\frac{2}{7}$ Semis ſex, æquatur ſorti menſib. 200.
annis 16. $\frac{2}{3}$ Quincunx, in anno quinq;, æquatur
ſorti menſibus 240, annis 20. Triens, in anno
quatuor, ęquatur ſorti menſibus 300. annis 25.
Quadrans, in anno tres, æquatur ſorti menſi-
bus 400. annis 33 $\frac{1}{3}$. Sextans, in anno 2. ęquatur
ſorti menſibus 600. annis 50. vncia in anno,
de centum florenis vnus, æquatur ſorti menſi
bus 1200 annis 100.
De hiſce vſuris per partes aſſis, ſcribit Har-
menopulus in epitome lib. 3. Centeſima, † in- 16
quit, vſura eſt, cùm duodecim aurei poſt an-
num ob centenos dantur, propterea, quod ex
centum ſingulis menſibus vnus datur, qui ſi
ad vniuerſa centum reſpexeris, cēteſimus eſt.
Iure igitur cēteſima ea vſura dicitur. Illud de-
inde ſciendum eſt, inquit, quę quadrantes vſu
ræ ſint, ac trientes, quæq; ſemiſſes & beſſes de-
inde ex alio libro addit: Trientes vſuræ ſunt,
cùm in ſingulas libras ſolidi quatuor pręſtan-
tur,

tur,ſemiſſes,cum ſex,qnadrantes,cum tres, at
centeſimæ, cum duodecim in ſingulas libras
præbentnr.Dicet aliquis,qui fieri poteſt,vt cē-
teſima vſura hæc appelletur, cum libra non
centum aureorum,ſed 72? ſcire,inquit, opor-
tet centeſimam ſignificare,cum certa quanti-
tas in duodena diuiditur, & cēteſima dicitur,
quod olim qui centena habebant duodena in
commune ferebant:ſed hæc illi veteres:nos q̄
fieri videmus,ſcripſimus, Ita Harmenop. De
17 quibus † vſurarum ſpeciebus in iure ciuili ſæ-
piſſimè fit mentio. De aſſe vſurarum, vel cen-
teſima, quæ ſumma eſt, & maxima dicitur.l.
qui ſine vſuris.in prin.verſi.ſed quas vſuras.&
ibi,an & maximas vſuras, ff.de neg. geſt. l. tu-
tor qui repertoriū.§.idem ſolent.ff.de adm.tu
tor.l.1.l.nihil intereſt,l fœnerator.ff.de naut.
fœnor.l.oleo.23.C.de vſur.l.1.l.2 l.3. C.de vſu.
rei iud.quibus locis vſuræ centeſimæ permit-
tuntur, quā permiſſionem Iuſtinianus ad cer-
tum modum reducit,l.eos.§.ſuper vſurarum.
C.de vſu. De beſſibus vſuris,cùm debitores ex
centum ſingulis annis octo pēdunt.l. Publia.
§.Titius.ff.depoſiti.d.l.eos.§.1. De ſemiſſe, id
eſt,media centeſima,quando ex centū numis
ſemi ſoluuntur.l.fin.C.de fiſci vſuris.appella-
tur ciuilis & modica à Plin.lib.14.Hiſtor. & à
Iuſtiniano,pro legirima conſtituitur. d.l.eos.
De Quincunce vſura,cum pro centū quini pē
duntur.l.cum quidam. ff.de vſur. l.alimenta.
§.baſilicę,ff.de alim.& cib.lega.De trientibus:
vbi pro cētum quatuor in annos ſingulos nu-
merantur,& ſunt tertia pars centeſimę l.cum
quidam.§.fin.ff.de vſur.d.l.eos.§.1. & appellā-
tur leuiores.l.ſi legatum.ff.de oper.publ.l.3.§.
fin.ff.ad leg.Falcid.De vnciaria vſura,vbi pro
centum vnus florenus pēditur.l.Titius.§.præ-
fectus.ff.de admin.tut. De quibus ſpeciebus v-
ſurarum ſecundùm aſſis partes, Bud.in lib.de
aſſe, Aleiat. lib.3. diſpunct.cap.1.Leonhardus
Portius lib.2.de ſeſtercio.Aegid. Donſanus in
lib. de centeſima vſura. Carolus Molineus in
tract.de vſur.Hotomannus lib.poſter.de vſu-
ris.Antonius Auguſt.lib.2.emend.cap.20.De
qua re in Singulari meo tractatu de vſuris no-
ſtri temporis tam ratione pecuniæ,quàm fru-
mēti: hactenus itaq; limites inſtituti noſtri e-
greſſus, nunc me iterū intra eoſdem recipiā:
& quod ante petij, idem repeto, ne Lector di-
greſſionē hanc moleſtè ferat. Nunc itaq; vidē
dum eſt,quia hæreditas diuiditur in partes,an
in certo corpore,certaq; re ſuccedens, ſucceſ-
ſor vel hęres dici debeat,an legatarius.Et ſi hę
res ſit,an propriè dicatur hæres.

CAPVT XXXIX.

An in certo corpore,certaq; re ſuccedēs ſucceſſor vniuerſalis,vel hæres dici debeat,an legatarius:& ſi hæres ſit, an propriè dicatur hæres.

SVMMARIA.

1 *Succedens in re certa,an pro legatario habendus.*
2 *Legatarij corporum,non iuris ſucceſſores.*
3 *Hæres iuris eſt ſucceſſor.*
4 *Hæres cum defuncto eiuſdem eſt iuris.*
5 *Succedentes in re certa partim legatarium, partim hæredē, qui arbitrari ſint.*
6 *Hæres certæ rei vniuerſalem hæredem quodammodo repræſentat.*
7 *Hæres certæ rei propria autoritate eam apprehendit.*
8 *Legatarius rem legatam propria autoritate non apprehendit,niſi nemo ſit qui eam tradat.*
9 *Hæres certæ rei petit immiſsionem ex edicto D. Hadriani.*
10 *Hæres certæ rei inſtitutus pro vniuerſali eſt,ſi ſolus ſit,item in emphyteuſi,nu. 12.*
11 *Subſtitutus in re certa,fit hæres repudiante hærede vniuerſali.*
13 *Diſtinctio & deciſio præmiſſarum opinionū, & vera quæſtionis per auctorem determinatio.*

VLpiauns libro quarto Diſputationum,
nunc in l.ex facto.35. ff. de hæred. inſtit.
hanc quæſtionem proponit, verbi gratia, po-
ne duos eſſe hęredes inſtitutos, vnum ex fun-
do Corneliano, alrerum ex fundo Liboniа-
no:vel vnum rerum prouincialium, alterum
rerum Iralicarum hæredem ſcriptum.Quam
quoque quæſtionem iurjs noſtri interpretes
proſequuntur, Accurſ.in d.l ex facto.§.erunt.
in verbo, ex æquis partibus. & ibidem Bartol.
Bald.Imola,Ange.Raph.Cuman. & in l.quo-
ties.& ibi Odofred.Cynus,Gulielm.Cun. Bar
tol.Alberic.Bald. Ang. Salicet. Paulus Caſtr.
Raphael Fulgoſ.Franciſc.Aretin.& latè Alex.
Corn.& Iaſ. C. de hæred.inſtituen. text.in l.ſi
quis priore.& ibi Accurſ.in verbo,ex certis.&
ibi Bart.Albe.Caſtr. & latè Alex.ff.ad S.C.Tre
bel.gloſſ.& interpretes in l.cùm à matre. C.de
rei vend.Guliel.Bened.in repet.c. Raynutius.
in verb.in eodem teſtamento relinquens. nu.
255.fol.207.extr. de reſtamentis. Bart & Bald.
in auth.ex cauſa,C.de liber.præterit.Bald.in l.
filium quem.C.famil.erciſc.Ang.Paul.Caſtr.
& Alex.in l.quidam.§.nihil intereſt. ff.de edē
do.Ang.& Imol.in l.filius qui patri. ff.de vul-
gari & pupillar.ſubſtitut.& in l.qui patri. ff.de
acquirend.hæred.Caſtrenſ.in authen.nouiſſi-
ma.colum.1. C.de inoffic. teſtamento. Andr.
Barbat.in l.cum acutiſſimi.num.149. C. de fi-
deicommiſſarijs libertatib. Angel. Areti.in §.
ſed & ſi quis priore.colum.vlt. Inſtitu.quibus
modis teſtamenta infirment.Raph.Comenſ.
conſ.108.incip.teſtator inſtituit.in 1.dub. Ra-
phael Fulgoſ. conſi. 102. incip. præſuppoſito
ſtatuto. Roman. conſi.179.incip.ampliſſime
Doctor. Alex.conſi.58.incip.habita ſuper nar-
ratis.lib.3.Corn.conſ.103.lib.2. & conſ.230. li.
3.& conſ.31.lib.4.Catolus Rnin.conſ.58.libro
3.Marianus Socin.Iun.conſi.45.in 1.dub.lib.1.
& conſi.122.eod.lib. & conſi. 154. libro 2. Ab
hiſce omnibus quæſtio hæc in triplicem opi-
nionem dednćta eſt.

1 Aliqui † in re cetta ſuccedentem, pro lega-
tario habendum, nec hęredis appellatione cō
tineri exiſtimant, inrer quos omnium acerri-
mè, rem eam defendir Nicolaus Bellon. libr.
2 ſupputationum 4. ca. 18. Succeſſor † enim nō
Iuris, ſed corporum eſt, ad exemplum legata-
riorum, qui iuris ſucceſſores non ſunt, l. 9. §. 1.
verb. is autem. ff. de edendo. Quia verò hære-
ditas nomen iuris eſt, l. nihil aliud. 24. ff. de
verbor. ſignificat. & in partes quidem quotas
diuiditur. l. ſeruus §. vltim. ff. de hæred. inſtit.
de quibus Connanus doctiſſimè diſſerit in li-
bro 10. cap 7 & Franciſcus Duarenus lib. 1. ca.
4. de iure accreſcendi. In res tamen particula-
res & ſingulares ſcindi, diuidiq; nequit. Qua-
re eo caſu, quo quis in certam rem vocatur,
putà, in fundum Gallicanum, aur in Italicum
hæredem dici non poſſe: verùm magis ad le-
gatarij naturam accedere, proferri ſanè non
3 abſurdè poterar. Item, † hæredes iuris ſucceſſo
res ſunt. l. quoties. 9. §. hæredes, ff. de hæred. in-
ſtit. d. l. quædam. 9. §. nihil. ff. de edend. Et eiuſ-
dem iuris ſunt cum defuncto. l. hæredem. 59.
ff. de regulis iuris. Ideò, eius perſonam repræ-
4 ſentant, † & vna eademq́ue perſona reputan-
tur, poſſuntq́ue conuenire, & conueniri. d. l.
cùm à matte. C. de rei vendicat. d. l. ſi ſorori.
C. de iure delib. In rem verò certam ſuccedēs,
iuris ſucceſſor non eſt.

5 Aliqui † mixtum quoddam genus conſti-
tuunt, quod partlm naturam hæredū vniuer-
ſalium, partim legatariorum participet, idq;
nuncupatim arbitrati ſunt Bart. Bal. & Imol.
in l. ex facto. 35. ff. de hęred. inſtit. & Bart. Ang.
Salic. Paul. Caſtr. Raph. Fulgoſ. Franciſ. Aret.
Corn. & Iaſ. in d. l. quoties. 9. C. eo. tit. Bald. in
repet. c. ſi pater, & ibi Dominic. de teſtam. li. 6.
Ant. in d. c. Raynntius. Imol. in l. 1. §. ſi ex fun-
do. ff. de hæred. inſtit. Hinc mixtum hoc, ſub
ſimplici in ſtatutis non cōtineri, videri pote-
rat. Bart. in l. certi condictio §. quoniā. ff. ſi cer
tū pet. Bald. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iu.
re. Andr. Tyraq. vir admirandę lectionis, in le
gib. connub. glo. 3. nu. 64.

6 Tertij † hunc hæredē in certa aliqua re ſuc-
cedentem, ad vniuerſalem quā proximè acce-
dere, putāt. Curt. Iun. in cōſ. 62. & Dec. in d. l. fi.
C. de edict. diui Adr. tol. Sicut enim hæres vni
uerſalis, vel ex quota hæreditatis, poteſt pro-
pria authoritate hæreditatē vniuerſalem, vel
pro modo ſuæ quotę adire. l. cū hęredes, in pr.
ff. de acq. poſſ. Cyn. Bart. Ioā. Fab. Bal. Iaſ. Phil.
Dec. in l. vlt. C. de edict. diui Adr. toll. Ang. A-
re. in §. quadrupli. col. 13. Inſt. de actio. Paul. Pa
riſ. multorum authoritates cumulās conſ. 54.
7 lib. 3. & Maria. Socin. conſ. 72. lib. 2. Ita † quoq;
ex re cetra, eiuſdem rei poteſt poſſeſſionē pro-
pria authoritate cōprehendere. Bart. & Imol.
in l. ex facto. 35. ff. de hæred. Inſtit. Paul. Caſtr.
Alex. & Iaſ. in l. quoties. C. eod. Alex. l. filius à
patre. ff. de lib. & poſthum Iaſ. in l. non eſt du-
bium. col. 2. verb. tertiò notabiliter nota C. de
legat. Legatarius † verò legatū propria autho 8
ritate accipere nequit, tit. ff. & C. quor. lega. ni.
ſi nullus ſit, à quo accipiat. l. non eſt dubiū. C.
de legat. l. Titia cum teſtamenro. 34. §. 1. ff de
legat. 2. Bald. in l. extraneum 9. & ibi Salice. &
Iaſ. C. de hæred. inſtir. Deinde † hæres certę rei 9
poteſt petere ſe mitti in poſſeſſionem eius rei,
beneficio l. vltim. C. de edict. diui Adr. tollen.
Quemadmodū hæres vniuerſalis, vel ex quo-
ta hæreditatis. d. l. vlt. & ibi Cyn. Bart Alberi.
Bald. Ioan. Fab. Raph. Fulgoſ. Paul. Caſtr. Fran
ciſc. Curt. iun. & iterū Bart. & Bald. in d. l. ex fa
cto. 35. Guido Papæ deciſ. Delphinatus 362. Ca-
rolus Ruin. conſ. 50. col. 1. lib. 4.

Poſteà dubium non eſt, ſi † ſolus Inſtitutus 10
ſit, pro hærede quin habeatur, ac hæredis no-
men obtineat, perinde ac ſi nullis adiectis par
tibus, hęres eſſet ſcriptus. l. ſi alrer ius. 10. ff. de
hæred. inſti. Et ideò illis detractis, remanet hę
res in ſolidū. l. 1. §. ſi ex fundo. & d. l. quoties. 9.
§. ſi duo, ff. de hęred. inſti. idq́ue ex benignitate
l. cum quidam. 19. ff. de libe. & poſthu. quod &
in ſubſtituto in re certa, reſponſum eſt à Papi-
piniano, l. cohæredi. 41. §. fin. ff. de vulgari &
pupillati. Nam qui certæ rei hæres inſtituitur,
cohærede non dato, bonorum omnium hæ-
reditatem obtinet. Idemq; communi calculo
receptum eſt: ſi hæres † vniuerſalis hęreditatē 11
repudiet, nā & tunc ſubſtitutus in re certa de-
tracta re, habetur pro hærede. Alex. & Iaſ. in d.
l. quoties. Corn. conſ. 31 lib. 4.

Prætereà, † inſtitutus in re certa, contine- 12
tur appellatiōe hæredis, pręſertim in emphy-
teuſi, vel ſeudo accepto pro ſe & ſuis hæredi-
bus: putà, Titius accepit in emphyteuſim ab
eccleſia, pro ſe ſuiſq; hæredibus. Deinde teſta-
mentum cōdidir, filium vnum vniuerſalem
hæredem ſcripſit, alterum in certis rebus inſti
tuit, vterque in re emphyteutica ſucceder. ſe-
cundùm Bart. in l. vt iuriſiurandi. 7. §. ſi liberi.
in 2. quæſt. ff. de oper. libertorum. Alex. conſi.
22. incip. viſo titulo, colum. 2. volum. 5. de qua
quæſtione vide Baldum in l. liberti libertæq;.
col. 6. C. de oper. libert. & in l. 1. in quæſt. 49 ff.
de rerum diuiſionib. & in auth. ſi quas ruinas.
colum. 4. verſ 6. probatur C. de ſacroſanct. ec-
cleſ. Ang. Paul. Caſtrenſ. Alex. Iacob. de S. Ge-
orgio, & Iaſon in l. quædam. §. nihil intereſt.
ff. de eden. Paulus Caſtr. in l. quoties. C de hæ-
red inſtit. & in l. Gallus. §. etiamſi parente. ff.
de lib. & poſthum. Angel. in l. ſi tibi decem. §.
ſi pactus ſum. ff. de pact. Salice. in l. 2. colum. 8.
verſ. ſed iuxta hoc moneo. C. de iure emphyt.
Alex. conſi. 128. incip. conſideratis verbis teſta
menti. col. 1. lib. 2. & conſ. 8. viſis ſubtiliſſimis
dubitationib. col. 1. lib. 3. & d. conſ. 22. lib. 5. Ste-
pha. Bertr. conſ. 276. viſo caſu mihi exhibito.
col. 4. nu. 7. lib. 1. Curt. Iun. in tract. feud. part. 3.
quæſt.

quæſt.5.Ruin.conſ.9.proponitur in themate, colum.5.lib.1.& conſ.102.ſuper fideicom.col. vlt.lib.3.& conſil.109.circa caſum. col.penul. eo.lib. In aperto itaque eſt,in re certa inſtitutum eſſe & dici debere hæredem.

13 Quamuis † autem pro vtraque opinione, multò plura adduci poſſint : rem tamen eam totam ex iuris noſtri authoribus, ipſaq; æquitate dirimendam & conciliandam puto. Licinius l.Conſ.in libro 2.Regularum, nunc in l.ſi quis ita.74.ff. de hæredib. inſtituendis,ait: Si quis hæres ita inſtitutus fuerit,excepto fundo, excepto vſufructu, hæres eſto : perinde erit Iure ciuili, atque ſi ſine ea re hæres inſtitutus eſſet. Idque authoritate Galli Aquilij factum eſt. Gallus enim Aquilius per interpretationem quandam hoc primus induxit, vt inſtitutio in certas res rata eſſet: putà, ſi Seium in fundo Romano, Titium in Capuano hæredes inſtituam. Ductus motusque fuit haud dubiè hac ratione, quod ex ea diuiſione,non obſcura teſtatoris voluntas colligitur,qui hæreditatẽ ijs partibus, quas ſinguli fundorum conſtituebant,diuiſam eſſe voluit:aut ſi vnus hæres eſſet, vt fundi illius appellatione,hæreditas tota contineatur, & is qui ex ſemiſſe ſolus inſtitutus eſt, vt totũ aſſem habeat , & adipiſcatur, id eſt, fundi appellatione , omne id quod in bonis habuit,comprehendiſſe cenſetur. Itaque ſi in alterius atque alterius fundi, pro æquis partibus, qui hæredes inſtituerit, perinde habebitur , quaſi non adiectis partibus, hæredes ſcripti eſſent. Nec enim facilè ex diuerſitate prædiorum portiones inueniuntur. Ergo expeditius eſt,quod Sabinus ſcribit. perinde habẽdum,ac ſi nec fundum,nec partes nominaſſet : imò vt reſpondet Vlpian. in l.quoties.ff eod tit. Si duo ſint inſtituti,vnus ex parte tertia fundi Corneliani,alter ex beſſe eiuſdem fundi, ſecundo repudiante, primus non iure ſubſtitutionis alium trientem conſequetur. Celſus expeditiſſimam Sabini ſententiam ſequitur, vt detracta fundi mentione,quaſi ſine partibus hæredes ſcripti hæreditate potiantur, ſi modò voluntas patrisfamiliâs manifeſtiſſimè non refragatur. Quod doctiſſimus vir Connanus interpretatur , vt primus tertiam partem illius fundi habeat, ſecundus beſſem , reliquæ hæreditatis ſemiſſem quiſque , & tamen æqualiter ſint hæredes:ſed ſecundus iure prælegati habeat duas partes fundi Corneliani , vt notat & ampliſſimè declarat Vlpianus in l.ex facto.25. Cùm quis duos hæredes ſcripſiſſet, vnum rerum prouincialium, Italicarum rerum alterum : dicebam (inquit) receptum eſſe rerum certarum hæredem inſtitui poſſe, nec eſſe inutilem inſtitutionem, ſed ita vt officio iudicis familiæ erciſcundæ cognoſcentis, contineatur,vt nihil ampliùs is,qui ex re inſtitutus eſt, quam rem, ex qua hæres ſcriptus eſt, conſequatur. Ita igitur res accipitur : verbi gratia, pone duos hæredes inſtitutos , vnum ex fundo Corneliano , alterum ex fundo Liboniano, & fundorum alterum quidem facere dodrantem bonorum , alterum quadrantem : Erunt quidem hæredes, ex æquis partibus, quaſi ſine partibus inſtituti: verùm tamen officio iudicis continebitur, & vnicuique eorum fundus qui relictus eſt adiudicabitur,vel attribuetur. Itaque, vt dicit, æs alienum pro hæreditarijs partibus,id eſt,ſemiſſe agnoſcẽt. Si igitur certum eſt , cum qui ex fundo ſolus hæres inſtitutus fuit, hæredem eſſe,& inſtitutionem detracta fundi mentione valere, l.1. §.4.ff.de hæredibus inſtituendis. Ita ſi plures, modò in rem certam ſcripti ſint , hæredes ſunt,dicunturque.

CAPVT XL.

An legata & fideicommiſſa pertineant ad ſucceſsionem vniuerſalem , & pro parte hæreditatis, ac explicatur Definitio Legati.

SVMMARIA.

1 *Legati definitiones variæ I.C.un.5.6.*
2 *Legatum pars hæreditatis non eſt.*
3 *Legatum quare dicatur prælibatio.*
Delibare verbum quid.ibid.
4 *Libare verbum quid ſignificet.*
7 *Legatum an & quatenus donationi aſſimiletur.*
8 *Incorporalia in iure cedi poſſunt.*
9 *Legatum ab hæreditate teſtamento delata diſtare.*

PRO reſolutione huius quæſtionis diſpiciendum eſt primò,quid ſit legatum. Ex-
rant † autem quatuor definitiones. Prima eſt 1
Florentini. Legatum eſt delibatio hæreditatis, qua teſtator ex eo, quod vniuerſum hæredis foret, alicui quid collatum velit, l.legatũ, 116.ff.de legat.1.

Secunda eſt Modeſtini. Legatum eſt quædam donatio teſtamento relicta, l.36.ff.de legatis 2. Tertiam adfert Vlpianus. Legatum eſt, quod legis modo, id eſt, imperatiuè teſtamento relinquitur,tit.24.in princ. Poſtrema eſt Iuſtiniani : Legatum eſt donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præſtanda §.1. Inſt.de legatis.

Ex hiſce † igitur definitionibus apertum, 3
planumque redditur , legatum non eſſe partem hæreditatis. Primò quidem , quia Florentino auctore eſt delibatio hæreditatis, quã delibationem Accurſius interpretatur deminutionem . Alij legunt deliberationem , referente eodem Accurſio , in dicta l. Le-

gatum, 116. verbo delibatio. ſed obtinuit le-
ctio. Delibatio, id eſt, hęreditatis prægustatio.
Hæres enim antequam ius vniuerſum ſibi aſ-
ſerat, cogitur ex vniuerſo pręſtare legatum.
3 Legatarius† itaque quaſi prægustat hæredita-
tem, vel decerpit ex hæreditate: vnde per
metaphoram dicitur prælibatio. Sic etiam
Cicero pro Seſtio. Floſculos orationis alte-
rius delibare & carpere. Et de Inuentione:
Nonne de ſua gloria, cum pari præmio tales
homines affici videant, delibari putent. Et ad
Herennium: Illam nulla voce delibans inſi-
tam virtutem, concidit tacitus. Et de Claris
Oratoribus: Flos delibatus populi. Et de ſe-
nectute: Audiebam Pythagoram &c. nun-
quàm dubitaſſe, quin ex vniuerſa mente di-
4 uina, delibatos animos haberemus. Libare†
quidem, vt obiter referam, propriè eſt leuiter
deguſtare, & quaſi primis labris attingere, di-
ctum, vt quidam putant à labijs, quaſi labia-
riè. Virg.

Purpureoſq; metunt flores, & flumina libant.

Per metaphoram tamen aliquando pro leui-
ter tangere vſurpatur. Virgil.

Oſcula libauit natæ: dehinc talia fatur.

Aliquando pro ſacrificare. Virg.

Et pateras libate Ioui.

Tibullus:

—Quodcunq; mihi pomum nouus educat annus
Libatum agricolæ ponitur ante Deum.

Hinc Libæ dictæ ſunt placētæ ex farre & mel-
le, ſacrificijs Deorum aptæ.

Vergilius:

—Et adorea liba per herbam
Subijciunt epulis.

Hinc etiam libatio, & libamentum, quæ mo-
dò deguſtationem, modò ſacrificium ſignifi-
cant. Et delibo, compoſitum, quod modò ſi-
gnificat deguſto, modò capitur pro eo, quod
eſt aquam ſulco deriuo. Interdum etiam ſa-
crifico. Vnde delibatum dicimus ſacrifica-
tum.

His igitur prælibatis ac præmiſſis, legatum
5 † rectè à Florentino dicitur hæreditatis deli-
batio, qua teſtator ex eo, quod hæredis vni-
uerſum foret, deminuit, decerpit & ſubdu-
cit id quod legat. Si itaque ex hæreditate de-
libatur & decerpitur, quemadmodum æs a-
lienum, quo erat obſtrictus primo loco de-
ducitur, ſanè dici non poteſt, pars vel quota
hæreditatis, vtpote cùm id ex hæreditate præ-
libetur & deducatur, & iure hæreditario non
detur.

6 Deinde: † Legatum eſt donatio teſtamen-
to relicta, d. l. legatum. 36. ff. de legatis 2. & in
Inſtit. de legatis. Sicuti ſimiliter Iuſtinianus
exemplo temporalium donationum & con-
tractuum, legata & fideicommiſſa ad tem-
pus relicta, confirmat. Cùm enim iam con-
ſtitutum ſit, inquit Iuſtinianus. fieri poſſe tem-
porales donationes & contractus, conſe-
quens eſt, etiam legata vel fideicommiſſa,
quæ ad tempus relicta ſunt, ad eandem ſimi-
litudinem confirmari, l fina. C. de legatis. Si 7
† igitur legatum eſt donatio, & donationi,
cæteriſque contractibus aſſimilatur, non po-
teſt dici pars hæreditatis, nec poteſt etiam hę-
reditario iure æſtimari. Donatio enim non
eſt modus transferendi dominij per vniuer-
ſitatem, ſed titulus ſingularis: Sicuti etiam
alij tituli ſingulares: veluti mancipatio, tra-
ditio, vſucapio, in iure ceſſio, adiudicatio.
Quamuis enim illud ipſum ius, quod tranſ-
fertur, ſit quiddam vniuerſale. Veluti ſi hæ-
reditas venditur, titu. C. de hęreditate vendi-
ta: Vel donatur, l. licet. 18. l. fina. & ibi inter-
pretes. C. de pactis. Vel hypothecatur, l. final.
C. quæ res pignori obligari poſſunt. Vel cæ-
ditur, Vlpianus in fragmentis titu. 19 §. In iu- 8
re † cædi res etiam incorporales poſſunt: ve-
lut vſusfructus & hęreditas: & tutela legiti-
ma, & libertas. Attamē hi ipſi tituli non pręſ-
ſtant iura hęredum, ſed ab his ſeparantur, &
diſtant plurimum. 9

Hinc † etiam Tribonianus in ordine titu-
lorum conſtituendo, cùm ipſi de teſtamen-
tis dicendum eſſet, ſcribit in fine tituli, per
quas perſonas nobis adquiritur. Hactenùs
inquit tantiſper admonuiſſe ſufficiat, quem-
admodum ſingulę res nobis adquirantur.

Nam legatorum ius, quo & ipſo iure ſin-
gulæ res nobis relinquuntur, oportuniùs in-
feriore loco referemus. Videamus itaque
nunc, quibus modis per vniuerſitatem nobis
res adquirantur. Si cui ergo hęredes facti ſu-
mus, ſiue cuius bonorum poſſeſſionem pe-
tierimus, vel ſi quem adrogauerimus, vel ſi
cuius bona libertatum conſeruandarum cau-
ſa, nobis addicta fuerint, eius res omnes ad
nos tranſeant, d. §. final. titu. per quas per-
ſonas. Ita ſimiliter in continuatione tituli,
de legatis. Poſt hęc videamus, inquit, de le-
gatis. Quæ pars iuris extra propoſitam qui-
dem materiam vocatur: Nam loquimur de
ijs iuris figuris, quibus per vniuerſitatem res
nobis adquiritur: Sed cùm omninò de Teſta-
mentis, deque hęredibus, qui teſtamento in-
ſtituuntur locuti ſimus, non ſine cauſa ſe-
quenti loco poteſt hęc materia tractari.

Ex quibus duobus poſterioribus Tribo-
niani locis, manifeſtum eſt hęreditatem te-
ſtamento delatam, à legato longiſſimè di-
ſtare, nec partem, vel quotam, vel portio-
nem hęreditatis eſſe. Sicuti in alijs multis hę-
reditas & legatum à ſe inuicem ſeparantur
& diſcernuntur.

CAPVT XLI.

Differentiæ inter hæreditatem & legata: & conſecutiuè inter ſucceſſorem vniuerſalem & legatarium.

SVMMARIA.

1 *Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti.*
2 *Codicillis non datur hæreditas neq; adimitur.*
Niſi per fideicommiſſum.
3 *Codicillis ſit ſtitutio facta inutilis.*
4 *Codicillis, hæreditas inutiliter teſtamento relicta, cõfirmari nequit.*
5 *Codicillis factum fideicommiſſum non valet hæreditate ex teſtamento non adita.*
6 *Legata ab inteſtato codicillis relinqui poſſunt.*
7 *Hæreditas pro parte adiri non poteſt.*
8 *Hæredum vno repudiante cæteris etiam inuitis pars repudiata accreſcit.*
9 *Legatum diuerſarum rerum pro parte repudiari poteſt.*
Secus ſi in nomine collectiuo quid legatum.
10 *Legatum vel fideicommiſſum ſola voluntate adimitur.*
11 *Hæreditas teſtamento data non niſi teſtamento legitimo adimi poterit.*
12 *Legatum videtur ademptum capitali inimicitia interueniente.*
13 *Hæreditas ob interuenientem inimicitiam capitalem non adimitur niſi alio teſtamento legitimo.*
14 *Hæreditas nec per epiſtolam nec per codicillos adimi poteſt.*
In fideicommiſſo ſecus.
15 *Nutu legatum relinqui & adimi poteſt, vti & fideicommiſſum.*
16 *Legatum rei alienæ valet.*
17 *Hæreditate ſeruo proprio in teſtamento relicta libertas data cenſetur.*
Legato ſeruo proprio relicto non cenſetur libertas legata. ibid.
18 *Hæredis pura inſtitutio poſt conditionata, prior valet & manet.*
19 *Legatum ante purè poſt conditionaliter relictum, ſub conditione debetur.*
20 *Conditio inſtitutioni appoſita trahitur ad diem mortis, ſecùs in legato.*
21 *Subſtitutio vulgaris hæredis in vno caſu comprehendit & alium.*
22 *Legatum vel fideicommiſſum ab exhæredati ſubſtituto relinqui non poteſt.*
23 *Legatorum quàm inſtitutorum cauſa potior in caſu exhæredationis vel præteritionis.*
24 *Hæres de hæreditate ſibi relicta diſponens ſola animi deſtinatione adit & tranſmittit.*
25 *Legatarius incapax acceptare cogitur vt reſtituat, in hærede ſecùs.*
26 *Teſtamentum confirmatur aditione hæredis.*
27 *Hæreditas non adita non tranſmittitur.*
28 *Legatum non acceptatum tranſmittitur, & quare in hæreditate ſecùs.*
29 *Seruitus legata etiam ignorante legatario amittitur.*
30 *Falcidia à legatis detrahitur.*
31 *Hæreditatis appellatione neque legata neq; fideicommiſſa continentur.*
32 *Hæres propria authoritate adire hæreditatem poteſt.*
33 *Edictum Diui Hadriani locum habet in hærede, non in legatario.*

PRima differentia ex ipſa rei ſubſtantia
promanat: Hæreditas † enim, vt Iulia- 1
nus definit, nihil aliud eſt, quàm ſucceſſio in
vniuerſum ius, quòd defunctus habuerit tem-
pore mortis, l. hæreditas. 62. ff. de regul. iuris.
Et Caius. Nihil eſt aliud hæreditas, quàm
ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus
habuit, l. nihil eſt aliud. 24. ff. de verborum
ſignifica. Et adquiritur per vniuerſitatem. §.
fina. Inſtit. Per quas perſonas. & ſuprà, ex Vl-
piani & Caij Inſtitutionibus oſtenſum eſt:
Diuerſum eſt in legato. Legatum enim eſt
delibatio, id eſt, diminutio & detractio hæ-
reditatis, exemplo æris alieni. Item, eſt do-
natio à teſtatore facta, & æquiparatur contra-
ctibus.

Secunda differentia: Hęreditas teſtamen-
tò datur, codicillis † non datur. Codicillis e- 2
nim hęreditas neque dari, neque adimi po-
teſt, ne confundantur ius teſtamentorum, &
ius codicillorũ, & ideo nec exhęredatio ſcri-
bi: directò autem hęreditas codicillis neque
dari neque adimi poteſt. Nam per fideicom-
miſſum hęreditas codicillis iure relinquitur.
Nec conditionem hęredi inſtituto codicillis
adijcere, neq; ſubſtituere directò quis poteſt,
§. codicillis. Inſt de codicillis.

Et Philippus Imp. hæreditatem † quidem 3
neque dari neque adimi codicillis poſſe, ma-
nifeſtum eſt, l. 2. C. de codicillis. & Conſtanti-
nus. Specialiter codicillis inſtituendi & ſub-
ſtituendi poteſtas iuris authoritate data non
eſt, l. 7. C. eo.

Quemadmodum † ſimiliter hęreditas te- 4
ſtamento inutiliter data, non poteſt codicil-
lis, quaſi hęreditas confirmari, l. 2. in fine. ff.
de iure codicillorum, l. quidam cùm teſta-
mentum §. ſed cùm veteres. ibi: Ne videa-
tur per codicillos hæreditas confirmari, in
quibus hæreditas dari, ſecundùm veteres re-
gulas non poteſt C. de neceſſarijs ſeruis hæ-
red. inſtit. Ac hæreditas teſtamento data, per
epiſtolam, vel codicillos adimi verbis dire-
ctis non potuit, l. hęreditas. 4. C. de his, quæ
vt indignis.

Denique, † ſi ex teſtamento hęreditas adi- 5
ta non fuiſſet, fideicommiſſum ex codicillis
nullius erit momenti, l. 3 in fi. ff. eo. tit. Cuius
rei rationẽ adfert Papinianus. Quod per ma-
nus, inquit, traditum eſt, codicillis hęredita-
tem dari non poſſe rationem illam habet. Ne
per codicillos, qui ex teſtamento valerent, ip-
ſum teſtamentum, quod vires per inſtitutio-
nem hęredum accipit, confirmari videretur,
l. 10. ff. eo. tit.

Diuerſum † obtinet in legatis. Hæc enim 6
non

non in teſtamento ſolummodò,ſed in Codi-
cillis ab inteſtato rectè relinquũtur. Ab inte-
ſtato,inquit Paulus, factis codicillis relicta e-
tiam poſteà natus inteſtati ſucceſſor debebit.
Quicunq; enim ab inteſtato ſucceſſerit, locũ
habẽt codicilli,l.ab inteſtaro.16.ff.de iure co-
dicillorum, l. ſi quis cum. 3. in princ.ff.eod l.
quia autem.6.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamen-
ti, l. fin.§.Lucius.ff.de legatis.2.l.2.ff.de fidei-
commiſſarijs libertatibus, l.ex parte. 39.§.1.ff.
familię herciſcundæ,l.ex teſtamento.29. Ibi:
ſi non ab inteſtato quoque ſuccedentes roga-
ti probentur.C. de fideicommiſſis, l. fina. in
princ. ſi fideicommiſſum ab inteſtato fuerit
ſorori tuæ relictum, C.quando dies legati ce-
dat,cum concordantibus.

7 Tertiò diſcernuntur. Hæreditas † pro par-
te adquiri nõ poteſt. Qui totam hęreditatem
adquirere poteſt, is pro parte eam ſcindendo
adire non poteſt, ſed etſi quis ex pluribus par-
tibus in eiuſdem hæreditate inſtitutus ſit:
non poteſt quaſdam partes repudiare, quaſ-
dam agnoſcere, l. 1. & 2.ff. de acquirend. hæ-
redita.

Et vt Paulus ait: Si ſolus hęres ex pluri-
bus partibus fuero inſtitutus. Vnam partem
omittere non poſſum. Nec intereſt in quibuſ-
dam habeam ſubſtitutum, nec ne. Idem pu-
to etiamſi alijs mixtis hæredibus ex pluribus
partibus hæres inſtitutus ſim: Quod & hic
adeundo vnam portionem omnes adquiro,
ſi tamen delatæ ſint, l. ſi ſolus. 80.ff.eodem.
Quod etiam Iuſtinianus conſtituit,l.quidam
elogio.§.fina.ibi: Placuit etenim nobis ſiue
in inſtitutione, ſiue in pupillari ſubſtitutio-
ne,vt vel omnia admittantur. vel omnia re-
pudientur.C.de iure deliberandi. Abſurdum
enim eſt, vt Iuſtinianus ait, eiuſdem hæredi-
tatis partem quidem agnoſcere, partem ve-
rò reſpuere, l.vnica.§. in his itaque.C.de ca-
8 ducis tollendis. Ideoque † teſtamento iure
facto,multis inſtitutis hæredibus, & inuicem
ſubſtitutis, adeuntibus, ſuam portionem e-
tiam inuitis, cohæredum repudiantium ac-
creſcit portio, l. teſtamento.6.C. de impube-
rum & alijs ſubſtitutionibus, d.l. vnica.§.his
Itaque, & l.1.C. quando non petentium par-
9 tes. Secùs eſt in legatis. Quotiens † nomi-
natim plures in legato exprimuntur, plura
legata ſunt: Vnum ſperni, alterum peti po-
teſt,l.2.ff.de legat.2. Vnius tamen legati,qua-
le eſt, ſub nomine collectiuo. puta: ſuppel-
lex aut argentum, aut peculium, aut inſtru-
mentum, d.l.2. Neminem ſibi partem velle,
& partem nolle,Verius eſt,l.4.ff eod. Sic grege
legato,non poteſt quædam res ſperni,quę-
dam vendicari: Quia non plura,ſed vnum le-
gatum eſt: Idemque dicendum eſt,peculio le-
gato, aut veſte, aut argento, & ſimilib. l. 6. de
legat.lib.2.

Quartò legata † & fideicõmiſſa adimi poſ- 10
ſunt,nuda voluntate,l.3 §.fi. in prin.ff.de adi-
mendis vel transferendis legatis.

Hæreditas † teſtamento data, non niſi per 11
poſterius teſtamentum ritè perfectum rum-
pitur,l. 2.ff.de Iniuſto rupto & irrito facto te-
ſtamento, l. hac cõſultiſſima.§. ſi quis autem
teſtamento iure perfecto.C. de teſtam.§ ex
eod. Inſtitu. quibus modis teſtamenta infir-
mentur.

Hinc quinta emergit differentia. Legatum
† capitalibus vel grauiſſimis inimicitijs inter- 12
cedentibus, ademptum eſſe videtur, d.l.3.§.fi.
ibi. & ſiquidem capitales.ff. de adimendis le-
gatis, l.ſi inimicitiæ. 9.in prin.ff.de his quæ vt
indignis.

Secùs † eſt in hæreditate, l. ex parte.22.ibi. 13
Hæreditariæ quidem actiones ei non denega-
buntur: ſed legatum ſi petat exceptione doli
mali ſubmouebitur.ff. de adimendis legatis.
Cùm enim inſtitutio hæredis ſit caput teſta-
menti, non poteſt infirmari niſi alijs modis
ſolennibus. Accurſ. in d.l. ex parte.per l.hac
conſultiſſima.§.penul. & l.ſancimus.& l.no-
ſtram.C.de teſtam.

Sextò. Hæreditas † in teſtamento data,per 14
epiſtolam vel codicillos, adimi verbis dire-
ctis non poteſt, l.4.C.de his quibus vt indig-
nis: Secùs in fideicommiſſo, quod & in epi-
ſtola vel libello, imò etiam nutu relinqui &
adimi poteſt, l. & in epiſtola. 22.C. de fidei-
commiſſis.

Septimò: Inde iterum promanat differen-
tia. Legata † nutu relinqui poſſunt,d.l.& in 15
epiſtola. dummodò is nutu relinquat,qui &
loqui poteſt, niſi ſuperueniens morbus ei
impedimento ſit, l. nutu, 21.ff. de legatis
tertio.

Diuerſum in hæreditate, l. iubemus.§. ſi
enim talis eſt.& §.quòd ſi nõ fuerit. & § opor-
tet.C.de teſtam.

Octauò ſeparantur. Legatum † rei alienæ 16
valet, l. vnum ex familia.77.§.ſi rem.ff de le-
gatis.lib. 2.l.non dubium.14.§.fina.ff.de lega-
tis 3.l.cùm alienam.10 C. de legatis.§.non ſo-
lùm.Inſtit.eod.titu. Inſtitutio autem hæredis
in re aliena, nullius momenti eſt, l.fi.in fi.C.
de hæred.Inſtit.

Nonò. Teſtator † inſtituendo ſeruum pro- 17
prium: Videtur ei relinquere libertatem: ſe-
cùs eſt ſi ei legatum relinquat: nec enim li-
bertatem vna reliquiſſe cenſetur, l.penult.in
princip.C. de neceſſarijs ſeruis hæredibus in-
ſtituendis.

Decimò. Inſtitutio † initiò purè facta,de- 18
inde ſub conditione reperita, prior & pura
valet, l. ſi te ſolùm. 27. verſicul. ſed ſi hære-
dem te inſtituero. Et deinde ſub conditio-
ne te eundem inſtituam: nihil valere ſequen-
tem inſtitutionem, Quia ſatis plena prior
fuiſſet.

fuiſſet.ff.de hæredibus inſtituendis.Sic etiam
ſi Titius hæres ſcriptus ſit, & ſi hæres non ſit,
idem hæres eſſe iuſſus ſit, ſubſtitutio nullius
momenti erit, l.fi.§.Titius. verſ. igitur.ſi Ti-
tius.ff.de vulg.& pupil.

19 Aliud obtinet in legato. Nam † quod purè
dare hæres iuſſus eſt, quodve purè legatū eſt:
cùm id ex interuallo, ſub cōditione legatum
eſt: Poſterius valet, l nō ad ea.89.in prin.ff de
cond.& demonſt. Nam in legatis nouiſſima.
in libertatibus leniſſima conditio ſpectanda
eſt, l.quod traditum.87:ff.eo.

20 Vndecimò.Conditio † appoſita Inſtitutio-
ni ſemper trahitur retrò ad tempus mortis
teſtatoris. Nam hæres quandocunque adeun-
do hæreditatem, iam tunc à morte ſucceſſiſſe
defuncto intelligitur, inquit Florentinus, l.
hæres, 54. ff. de acquirenda vel omittenda
hæreditate. Ac, vt Paulus ait, Omnis hæredi-
tas, quamuis poſteà adeatur: tamen cum tem-
pore mortis continuatur, l. omnis, 180.ff. de
regul.iuris.

Secùs in legato. Nam conditio appoſita
in legato, quandocunque eueniat, non trahi-
tur retrò. Serui appellatione, inquit Vlpia-
nus, etiam hi continentur, qui ſub cōditione
legati ſunt: Nam medio tempore hæredis
ſunt, nec quod conditio exiſtens efficit, vt de-
ſinant eſſe hæredis, facit, ne videantur inte-
rim eius eſſe, l. 1.§. ſerui.ff.ad Syllanianum.
Cuius diuerſitatis ratio in eo conſiſtit. Niſi e-
nim in Inſtitutionib. Conditio appoſita tra-
heretur retrò, eueniret vt pro parte quis teſta-
tus, pro parte inteſtatus decederet, quod eſt
contra regulas iuris, l.ius noſtrum.ff.de regu.
iur.Iaſ.in l.ſi pater.C de inſtit.& ſubſtitu. ſub
conditione factis.

Duodecimò. Non minùs quoque diſcer-
nuntur hæreditas & legatum, quoad ſubſti-
21 tutiones. Subſtitutio † vulgaris facta in hæ-
reditate, in vnum caſum, comprehendit eti-
am alios, l.cùm proponas.C.de hæredibus in-
ſtituendis.

Secùs eſt in ſubſtitutione vulgari facta in
legatis. Hæc enim ex ſola voluntate teſtatoris
dependet, l.pater Seuerinam. 101.ff.de condi.
& demonſt.

22 Sic † etiam ſi filio impuberi exhæredato
ſubſtitutus datus ſit, & ab hoc legatum vel fi-
deicommiſſum relictum, ſubſtitutus nullo le
gato, nullove fideicommiſſo prægrauari po-
teſt, nec, ſi ipſam rem, quam pupillo legauit, à
ſubſtituto eius vel legare, vel fideicommitte-
re voluit, l. cùm quidam. 24. in fine.C. de le-
gatis.

Diuerſum eſt, vt Iulianus reſpondit, ſi is
qui duos filios impuberes habeat, alterum
hæredem inſtituit: alterum exhæredauit:
Deinde exhæredatum inſtituto ſubſtituit,
ac poſteà exhæredato, Mæuium, & ab eo le-
gauit, & exhæredatus ſubſtitutus fratri impu-
beri extitit hæres: deinde impubes deceſſit.
Cùm iudicio patris facultates paternæ per
cauſam hæreditariam ex ſubſtitutiōe ad Mæ-
uium perueniant, poteſt dici, legata ab eo re-
licta, præſtanda eſſe: habita ratione legis Fal-
cidiæ, in his bonis quæ tempore mortis reli-
querit, l. qui fundum ſolum, 87. §. qui filios
duos, ff ad legem Falcidiam. Diuerſum ita-
que ius ſtatuitur: in priori caſu ab exhæreda-
to pupillo. Legatum ſolum relictum eſt, le-
gati titulo. In poſteriori ex cauſa hæredi-
taria.

Decimotertiò. Diſtant in eo quoque, quod
† in caſu exhæredationis & præteritionis po- 23
tior cauſa legatorum habetur, quàm inſtitu-
tionis: Ex cauſa exhæredationis vel præteri-
tionis irritum redditur teſtamentum, quan-
tum ad inſtitutiones: cætera, hoc eſt legata &
fideicommiſſa, firma manent, Auth. ex cau-
ſa.C.de liberis præteritis.

Decimoquartò. Sicuti etiam reſpectu a-
ditionis & tranſmiſſionis ſeparantur. Hæ-
res † inſtitutus diſponens de hæreditate ſibi 24
relicta, ex ſola animi deſtinatione hæredita-
tem adire intelligitur, eamque tranſmittit, l.
ſi auia 6.C.de iure deliberandi.

In legato, diuerſum eſt, ſi quis enim rem
ſibi legatam ignorans adhuc legauerit, po-
ſteà cognouerit, & voluerit ad ſe pertinere,
legatum valebit. Quia vbi legatarius non
repudiauit, retrò ipſius fuiſſe videtur res, ex
qua hæreditas adita eſt: ſi verò repudiauerit,
retrò videtur res repudiata fuiſſe hæredis, l.
ſeruū.44.§ ſi quis rem.ff.de legat.1. Quod Iu-
lianus breuius reſpondit ſub l. ſi fundum.81.
§.ſi Titius ff.eo.

Decimoquintò. Incapax † hæres inſtitu- 25
tus, ſi grauatus fuerit reſtituere hæreditatem,
non cogitur adire, l.ſed etſi alio, 9. in fine. &
l.ſequen.ff.ad S.C. Trebellian. Accurſius ex
authoritate Iohannis, in l. tam quam.in ver-
bo coguntur, verſic.Item quæritur ſecundùm
Ioannem &c. verbo econtrà videtur non co-
gi.C.de fideicommiſſ.

Secùs in legato, quod incapaci relictum
eſt, vt alteri id reſtituat. Quantumuis enim
incapax ſit, accepiare tamen legatum cogi-
tur, vt reſtituat, l.legatarius. 27.ff.de excuſa-
tionibus Tutorum, l. cùm ei. 42.ff. de lega-
tis, lib.ſecundo, vbi Accurſius exemplum ad-
ducit.

Decimoquintò. Áditione † hæredis con- 26
firmatur teſtamentum: ſicut, ſi nemo ſubijt
hæreditatem, omnis vis teſtamenti ſolui-
tur, inquit Vlpianus, l. ſi nemo.141.ff.de re-
gul. iuris.

Et Pompon. Si nemo hęreditatem adie-
rit, nihil valet ex his, quæ teſtamento ſcripta
ſunt, l.ſi nemo.9.ff.de teſtamentaria tutela.

Et Vl-

Et Vlpianus in l. ſed etſi plures. 10. §. ſi ex affe.verſic.Nec enim valet filij teſtamentum, niſi patris fuerit adita hæreditas.ff. de vulgari & pupillari,& in l.2.§.quiſquis.verſi.planè. ff.eod.

Et Martianus.Teſtamẽto manumiſſus ita demùm ſit liber,ſi teſtamentum valeat, & ex eo adita ſit hæreditas:Vel ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſideat hæreditatem, l.teſtamento. 23.ff. de manumiſſis teſtamento.

Et Impp.in l.eam quam.C.fideicommiſſis & paſſim alibi Iuris authores.

Diuerſum eſt in legatis. Acceptatio enim legatorum, teſtamentum non confirmat, d. Authen. ex cauſa.C.de liberis præteritis.cum ſimilib.ibidem adductis.

27 Decimoſextò: Similiter † hæreditas niſi fuerit adita,non tranſmittitur,l.vnic.§ in nouiſſimo.ibi: Hæreditatem etenim niſi fuerit adita,tranſmitti,neque veteres concedebant: nec nos patimur: exceptis videlicet liberorũ perſonis.C.de caducis tollendis. de quibus in conſtitutione Theodoſiana ſub lege vnica. C.de his qui ante apertas tabulas. & alijs quibuſdam caſibus in l.quoniam. in l.antiquiotibus.C.de iure deliberandi.

28 Secùs † eſt in legato,quòd antequàm acceptetur,tranſmittitur,d.l.vnica §.1.& ibi gloſ. ſa in verſic. cedere. in fine.C.de caducis tollendis.

Ratio diuerſitatis in eo reſidet. Nam hæreditas antequàm adeatur, in bonis noſtris non eſt,l.precia rerum.63 §.1.verſic. Eſt enim abſurdum.ff ad l.Falcidiam. l.ſi iuſſu.45 In fine.ibi: Quia nullo tempore hæres dominus eius factus eſt.ff. de furtis.

Atqui id quod noſtrum non eſt, nec tranſmitti poteſt. Cùm nemo plus iuris in alium transferre poſſit, quàm ipſe habet, l. nemo plus iuris.ff de reg.iuris. Legatum autem ſtatim adquiritur, antequàm acceptetur: Nam ignorãtibus legatarijs, emolumentum ex teſtamento quæritur, l. cùm pater.77.§ Surdo vel muto.ff.de legatis.libr.2.d.l.ſi fundum 81. §.ſi Titius.ff.de legatis libr.1.l.fina.ibi: Licet ignotans fideicommiſſum.C. quando dies
29 legati cedat. Sicut † etiam ignorans ſeruitutem viæ ſibi legatam eſſe, non vtendo eam amittit: Si per fundum meum viam tibi legauero, & adita mea hæreditate, per conſtitutum tempus ad amittendam ſeruitutem, ignoraueris eam tibi legatam eſſe: amittes viam non vtendo, l. ſi patrem. 19. §. ſi per fundum, ff. Quemadmodum ſeruitutes amittuntur: Quia ea quæ legantur recta via ab eo,qui legauit,ad eum cui legata ſunt tranſeunt, vt Neratius inquit, l.A.Titio 66. in fine.ff.de furtis: ac vt eleganter Papinianus ait. Legatum ita dominium rei legatarij facit, vt hæreditas, hæredis res ſingulas. Quod eò pertinet: vt ſi purè res relicta ſit, legatarius non repudiauerit defuncti voluntatem: recta via dominium quod hæreditatis fuit, ad legatarium tranſeat, nunquàm factum hæredis, l. legatum. 80.ff. de legatis & fideicommiſſis, libr. 2. Quo pertinet d.l.ſeruum filij. & l.ſeruus Titij.ff de legat.lib.1. l. ſed ſi damnum.§ 1.ff.de peculio.

Decimoſeptimò: Non minùs quoque diſcrepant legata ab hæreditate, quoad Falci-
diam. De † legatis enim detrahitur Falci- 30
dia, tit.Cod.& ff. ad legem Falcidiam. Sicuti etiam fideicommiſſa propter Senatuſconſultum Trebellianum, ſecernuntur ab hæreditate,titu.ff.& C.ad Senatuſconſultum Trebellianum.

Quemadmodum ſimiliter de Inſtitutione in rem certam, idem obtinuit. Quotiens enim inter omnes hæredes teſtator ſucceſſionem ſuam diuidit, ac ſingulos certis poſſeſſionibus cum mancipijs, quæ in eiſdem ſunt conſtituta, iubet eſſe contentos, voluntati eius (ſalua. l. Falcidiæ authoritate) obtemperandum eſſe manifeſtum eſt, l.10.C.familiæ herciſcundæ. & ibi. gloſſ. De qua Inſtitutione ad certas res, vel ex certis rebus. Vlpianus in l. ex facto.35.§ Vnde Seio.ff.de hæredib. inſtituendis. & infrà libro ſecundo dicetur.

Decimooctauò: Inſignis eſt differentia,ex reſcripto Diui Antonini, qui conſultus re-
ſcripſit, hæreditatis appellatione, † neque le- 31
gata, neque fideicommiſſa contineri, l.ſi Titius. 96. in fine.ff.de legatis & fideicommiſſis tertio.

Quod etiam reſpondit Vlpianus:Pater rogauit filios, ſi quis ſine liberis decederet, portionem ſuam fratribus reſtitueret: Imperator noſter reſcripſit, Præceptiones quoque fideicommiſſo contineri. Quia non portionem hæreditariam teſtator commemorauit, ſed ſimpliciter portionem: In portionem autem & præceptiones videri cecidiſſe, l. Marcellus.3.§. quidam liberis ſuis.ff ad Senatuſconſ. Trebell. Et iterum Vlpianus. Si legatum ſit hæredi relictum, & rogatus ſit portionem hæreditatis reſtituere, quod à cohærede accepit. Cæterùm quod à ſemetipſo ei relictum eſt, in fideicommiſſum cadit. Et id Diuus Marcus decreuit,l.in fideicommiſſariam hæreditatis, 18.ff. ad Senatuſconſult. Trebelllan.

Decimonono. In eo etiam pugnant: Hæ-
res † poteſt propria authoritate apprehen- 32
dere hæreditatem,in qua inſtitutus eſt.

Diuerſum eſt in legatario: Qui ſi occupat propria authoritate committit, in l.non eſt dubium. C. de legatis. Itemque in Edictum,

ctum, Quorum bonorum.ff.& Cod.quorum bonorum.

De qua re ſingulariter Accurſius io d.l.nō dubium.& ibi Iaſon.C.de legatis. Franciſcus Ripa in c.ſæpè,num.93. extr. de reſtitut. ſpoliat.Menochins remed.5.recuperandæ poſſeſſionis, num. 211. in quæſtione. An conſtitutio Valentiniani Theodoſij, & Arcadij, ſub l.ſi quis in tantam. C.vnde vi, locum habeat, contra legatarium vel fideicommiſſarium, qui res legatas vel fideicommiſſas occupauit?

Denique diſſident qnoque hæredes & legatarij in eo: Nam Conſtitutio Iuſtiniani ſub l. final. C. de edicto Diui Adriani competit hæredibus inſtitutis in teſtamento non cancellato, non viciato, nec ex aliqua formæ ſuæ parte. legatarijs autem minimè, gloſſ.in d.l. final. in prioc. ex parte. & ibi Zuchardus, & cæteri.

CAPVT XLII.

Emptor hæreditatis an debeat haberi pro ſucceſſore vniuerſali, an verò ſit vice hæredis, vel loco ſingularum rerum ſucceſſoris.

SVMMARIA.

1 *Hæreditas vendi & diſtrahi poteſt:*
2 *Quæſtiones in iure variæ circa hære litatem venditam.*
3 *Hæreditas impuberis diuerſa ab hæreditate impuberi ſubſtituentis.*
4 *Emptor hæreditatis loco vniuerſalis hæredis an ſit. nume. 5.6.7.*
5 *Emptor hæreditatis in locum hæredis ſubrogatur.*
7 *Emptor hæreditatis an teneatur creditoribus. & numero 8.*
9 *Hæres adeundo videtur cū creditoribus & legatarijs quaſi contrahere.*
10 *Hæreditate adita nomen hæreditatis intercidit.*
11 *Differentia inter hæredem & emptorem hæreditatis.*
12 *Emptor hæreditatis an fiat hæres vtiliter.*

1 EXpediti iuris eſt, hæreditatem † vendi, & diſtrahi poſſe, de qua hæreditatis emptione, & venditione, extant, quædam prudentum reſponſa, in titu.4. libr.18. Pandectarum. De hæreditate, & actione vendita, & Principum reſcripta. in titu 39.libr.4. Codicis. Cuius formula olim fuit, obſeruante Briſſonio, SI QVA SIT HAEREDITAS: EST TIBI EMPTA. l.nam hoc modo. 11.ff.de hæreditate vel actione vendita.

Item, SI QVID IVRIS ESSET VENDITORIS VENIRE NEC POSTEA QVIDQVAM PRAESTITVM IRI, l.quòd ſi in venditione.ff. eod, titul. Et ſic, VT QVIDQVID IVRIS HABERET VENDITOR, EMPTOR HABERET, l.quòd ſi ſit.13.ff.eod.

Quemadmodum quoque emptæ hæreditatis ſtipulatio, his verbis concipiebatur.

QVANTA PECVNIA AD TE EX HAEREDITATE PERVENERIT, l.cùm ſtipulamur. 97.ff. de verborum ſignificatiooib.

Item. QVANTA PECVNIA AD TE EX HAEREDITATE Titij peruenerit, l. liber homo. § fin.ff. de ſtipulatione ſeruorum. vbi Paulus. Tutores ſeruo auito eius imperauerunt, vt ab eo, cui res aui hæreditatis veodiderunt, ſtipularentur.

QVANTA PECVNIA AD EVM PERVENISSET, Et Iulianus in l. ſi creditor.ff.de peculio. Si creditor, inquit, filij, tui, hæredem te inſtituerit, & tu hæreditatem eius vendideris, illa parte ſtipulationis. QVANTA PECVNIA EX HAEREDITATE AD TE peruenerit, teneberis de peculio. Ita quoque in hæreditatis venditione, quandoque excipiebantur quædam: veluti interdum ſeruus cum peculio, l.11.§.1.§.apud Iulianum.§. ſi venditor.ff. de hæreditate, vel actione vendita.

Adijci quoque ſolebat clauſula inter ementem & vendentem, VT NEQVE AMPLIVS, NEQVE MINVS IVRIS EMPTOR HABEAT. QVAM APVD HAEREDEM FVTVRVM ESSET, l.2.io prioc. ff.eod.titu.

Circa † hanc itaque hæreditatem venditam, varia, multipliceſque apud Iuris authores ortæ ſunt diſputationes: In hæreditate vendita, verùm ea quantitas ſpectetur, quæ fuit mortis tempore, An ea cùm aditur hæreditas, an ea quæ fuit cùm hæreditas venundaretur, d.l.2.§.in hæreditate. 2

Item ſi † impuberi ſit ſubſtitutus is, qui vendidit hæreditatem Teſtatoris, an etiam id, quod ex Impuberis hæreditate, ad eum, qui vendidit hæreditatem teſtatoris peruenit ex empto actioni locum faciat. Et magis eſt ne veniat, quia alia hæreditas, d. l.2.§. in hæreditate. verſic. illud poteſt. Sic & aliæ plurimæ, de quibus d.titu.ff.de hæreditate, & actione vendita. Quo etiam referri reſcripta Principum In titu. Codicis de hæred. vel actione vend. 3

Inter cæteras igitur quæſtiones, & hæc In diſputationem vocata eſt. Emptor hæreditatis an habendus, & æſtimandus ſit pro hærede vniuerſali. Hinc enim iterum infertur ad quæſtionem acutè ſubtiliterque ab interpretibus tractatam. An Ius accreſcendi

tranſeat in emptorem partis hæreditatis, vel in hæredis venditoris perſona potiùs reſideat.

4 Quantum † ergo ad priorem quęſtionem attinet, non ſine grauiſſimis argumentis aſtrui poteſt, emptorem hęreditatis loco vniuerſalis haberi: Et quidquid hęredi vero, vendita hęreditate obuenit in commodum emptoris hęreditatis cedere. Nam vendita, traditaque hęreditate emptor hęreditatis verè, & realiter res hæreditarias habet. Venditor autem habet precium, ſuccedens in locum rei vniuerſalis, qualis eſt hæreditas, l. ſi rem, & precium, ff. de petitione hęreditatis. Vbi Vlpianus ex oratione Diui Adriani refert. quia poteſt exiſtimari in locum hęreditariæ rei venditæ pretium eius ſucceſſiſſe, & quodammodò ipſum hęreditarium factum, d. l. vigeſima, in fine. & ibi gloſſa in verbo, quia poteſt concordantes leges adferens.

5 Deinde † emptor hęreditatis ſubrogatur in locum venditoris hæreditatis, l. 2. §. cùm quis. ff. de hæreditate, vel actione vendita. Vbi Vlpianus. Cùm quis debitori ſuo hæres extiterit, confuſione creditor eſſe deſinit. Sed ſi vendiderit hæreditatem, æquiſſimum videtur emptorem hæreditatis, vicem hæredis obtinere.

Et idcirco tenebitur venditori hæreditatis, ſiue cùm moritur teſtator debuit, quamuis poſt mortem debere deſijt. Adita à venditore hæreditate, ſiue quid in ære debeatur ſiue ſub conditione: & poſteà conditio extitiſſet. ita Vlpianus.

Vnde cenſetur eſſe idemmet hæres, & pro ſucceſſore vniuerſali capi debet, velut in eius locum ſubrogatus ex regula, l. ſi eum. §. Qui iniuriarum ff. ſi quis cautionibus. & ita emptorem hæreditatis appellant ſucceſſorem vniuerſalem, Baldus, Salicetus, & alij in l. ſecunda, C. de hæreditate, vel actione vendita.

6 Cæterùm † non deſunt etiam argumenta quibus contrarium aſſeritur: Nempè emptórem hæreditatis non poſſe haberi, & reputari pro hęrede vniuerſali.

Primò quidem quod Vlpianus ſcribit emptorem hæreditatis vicem hæredis obtinere, vnde ex neceſſaria conſecutione infertur illum verè, & propriè hæredem non eſſe. Quia aliud eſt, eſſe talem, & aliud vice talis haberi, l. mortis. 66. ff. de verbor. ſignificationib. Bartolus in l. ſi maritus. §. legis. ff. ad legem Iuliam, de adulterijs, cum ſimilibus. Ac vulgò dici ſolet: omne ſimile non eſt idem.

7 Deinde † emptorem hęreditatis non eſſe ſucceſſorem vniuerſalem, vel ex eo etiam patet. Quia hæres, vel ſucceſſor vniuerſalis cogitur creditoribus hæreditarijs, ſatisfacere: tam ex legibus 12. tabularum, quàm de iure prætorio. Pacto ſucceſſorum debitoris ex lege duodecim tabularum æs alienum hæreditarium pro portionibus quæſitum, ſingulis ipſo iure diuiſum in ſolidum vnum obligari creditori non poteſt. Quod & in honorario ſuccedentibus, iure locum habet, l. pacto. 26. C. de pactis, l. ea. 6. C. famil. herciſcund. Ea, quæ in nominibus ſunt, non recipiunt diuiſionem cum ipſo iure in portiones hæreditarias, ex lege duodecim tabularum diuiſa ſint, l. fina. ibi quippe cùm euidentiſſimè lex 12. tabularum hæredes huic rei faciat obnoxios. C. de hæreditarijs actionibus, l. 1. ibi cùm ſit explorati iuris hæreditaria onera ad ſcriptos hæredes pro portionibus hæreditatis non pro modo emolumenti pertinere. C. ſi certum petatur.

Atqui plani iuris eſt, hæredem, & non emptorem hęreditatis creditoribus hęreditarijs & legatarijs, ſeu fideicommiſſarijs reſpondere, deinde hęredem cum eo, cui hęreditatem venundedit experiri debere.

Quamuis enim ea lege emerit, vt creditoribus hæreditarijs ſatisfaciat. Excipere tamen actiones hæreditarias inuitus cogi non poteſt, l. 2. C. de hæreditate, vel actione vendita. Vnde ex neceſſaria conſecutione conficitur, emptorem hęreditatis non repręſentare hęredem, vel vniuerſalem ſucceſſorem, vtpote deficiente in emptore hęreditatis, ipſa qualitate veri, & proprij hæredis argumento eius quod ſecundùm naturam eſt, commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda, l. 10. ff. de Regulis, & ibi glo. Decius & Cagnolus.

Confirmat † inſuper hanc ſententiam, 8
quòd ſemel factus hęres, non poteſt facto hominis deſinere eſſe hæres. Sic Caius: Cùm autem ſemel hęres extiterit. Seruus non poteſt adiectus efficere, vt qui ſemel hæres extitit, deſinat hæres eſſe, l. ei qui ſoluendo. 88. in fine. ff. de hæredibus inſtituendis. Et Vlpianus in l. 3. §. qui fideicommiſſam libertatem, verſicu. vt non deſinat hæres eſſe, ſed vt ius in eo mutetur ſucceſſionis. ff. eod. vbi gloſſ. in verſic. non vt deſinat. l. air prætor. 7. §. ſed quod Papinianus. ff. de minorib.

Et Diocletia. & Maximin. Sicuti maior viginti quinque annis antequàm adeat delatam repudians ſucceſſionem, poſt quærere non poteſt. Ita quæſitam renuntiando nihil agit, ſed ius, quod habuit, retinet, l. ſicut maior. C. de repudianda vel abſtinenda hęreditate, de qua te Ferdinandus Vaſquius in 2. parte de ſucceſſionum progreſſu, libr. 3. § 21. num. 66.

Pręterea † hæres adeundo intelligitur cum 9
credi-

creditoribus hæreditariis, & legatariis quaſi contrahere, l. apud Iulianum. ff. ex quibus cauſis In poſſeſſionem eatur, §. Heres quoque, Inſtit. de obligationibus quæ ex quaſi contractu naſcuntur. Roland. à Valle conſil. 8. num. 25. lib. 2. l.

Ex hoc igitur quaſi contractu, quo obligatus eſt hæres creditoribus hæredibus non poteſt ſeſe liberare ex ſolo facto ſuo vendendo hæreditatẽ: videtur enim id fieri in fraudem creditorum.

10 Prædictis † accedit, quod adita hæreditas nomen hæreditatis amittit, & proprium patrimonium heredis adeuntis efficitur, vt infrà dicetur in Effectibus aditæ hereditatis, vnde nec nomen heredis in emptorem hæreditatis transfundi poteſt diſcuſſa, cui adhærebimus emptori ne hæreditatis, quod is vice, & loco heredis ſit, An verò venditori hæreditatis, quod nihilominùs hic verus heres remaneat.

Re itaque benè, & attentè conſiderata, & perpenſa haud grauatim in partes venditoris hæreditaris, quòd is non deſinat hæres eſſe, inclino. Vendita enim hæreditate omnia iura actiua, & paſſiua remanent, penes venditorem, eundemque hæredem nec tranſeunt ipſo iure in emptorem, ſed venditorem manere verum heredem.

11 Nam † quantum diſtat hæreditas ipſa à rebus in hæreditate contentis. cùm hæreditas etiam ſine vllo corpore iuris intellectum habet, l. hæreditas etiam. 50. ff. de petitione hæreditatis cum aliis, de quibus infrà in capite, quid ſit hereditas. Et hæreditatis verbo ius in ipſum ſuccedens contineatur, tantùm etiam diſtat, venditor hæreditatis, & emptor eiuſdem. In illum enim tranſit omne ius quod defunctus habuit, l. Nihil aliud, de verborum ſignificationib. l. Hæreditas. ff. de regulis iuris. In hunc ſolummodò res hæreditariæ, & in hæreditate contentæ. Res quidem hæreditariæ poſt venditionem tranſeunt in emptorem. Et hoc reſpectu dicitur habere vicem hæredis, quoad ipſum ius hæreditatis hoc remanet apud hæredem eundem venditorem.

Neque obſtat quod emptor hæreditatis vicem emolumentumque hæredis habeat, & conſequatur, quia illud verum quoad commoditatem, & emolumentum. Non autem ſecundùm veram hæredis exiſtentiam, veramque hæreditatis qualitatem, quæ in iure repræſentante defunctum conſiſtit. Exemplo vſufructuarii qui licet nequeat vſumfructum alienare, & vſumfructum à ſua perſona ſeparare, l. ſi vſuſfructus. ff. de iure dotium. §. finitur. Inſt. de vſufructu. Attamen fructuum perceptionem, & commoditatem, vel commoditatem iuris vtendi, & fruendi rectè alienare poteſt, d. l. vſusfructus. Ita tamen vt ius vſuſfructus ſemper reſideat in perſona vſuſfructuarii.

Ita quoque hæreditas alienari poteſt, quoad perceptionem, & emolumentum, remanente iure hæreditatis, ſemper apud verum hæredem eundemque venditorem, vicẽ quidem emptore obtinente quoad commoditatem: non tamen quoad iura ſubſtantiamque hæreditatis.

Reſoluta itaque hac quæſtione infertur, & conſequitur emptorem hæreditatis, licet vniuerſum ius emat, nihilominùs tamen eſſe ſue ceſſorem ſingularem.

Secundò † detegitur inde error, ac lapſus illorum qui exiſtimant emptorem hæreditatis, licet nõ ſiat hæres directus, fieri tamen heredem vtiliter, non ſecùs quàm fideicommiſſarius vniuerſalis, l. 1. §. bonorum. ff. ad S. C. Trebellia. 12

Denique decidi etiam poteſt diſputatio copioſa, & paulò abſtruſior, ac in contrarias partes ducta, an in emptorẽ hæreditatis tranſeat ius accreſcendi? quod Bartolus putauit in l. re coniuncti. ff. de legatis 3. per l. ſi totam. ff. de adquirenda, & l. ſi Titio. ff. de vſufructu. cum aliis.

Cui ſententiæ reclamarunt, ab eaque receſſionem fecerunt plerique recentiores in d. l. re coniuncti. Iaſon num 125. Franciſcus Ripa nume. 90. Crotus num. 44. Polytus num. 45. nouiſſimè & explicatiſſimè in vtramque ſententiam argumenta referens. Ioannes Bolognet. à num. 257. vſque ad num. 266. ff. de legatis 3. Iaſon in l vnica. nu. 20. verſic. circa iſtum textum, & eius materiam quæro, an ius accreſcendi tranſeat ad emptorem, qui partem emit hæreditaris &c. Philippus Decius num. 8. verſic. Et ex his Infertur ad quæſtionem, in qua inſiſtunt, moderni hic &c. & Hyppolit. Riminaldus vir acris iudicii nu. 93. verſic. Sed hinc infertur ad quæſtionem, ſuper qua Iaſon inſiſtit vſque ad num. 148. C. quando non petentium partes. præter reperentes Fernandus Vaſquius parte ſecſida de ſucceſſionum progreſſu, lib. 3. §. 21. nume. 65. verſicu. illud autem dubium eſt, an in emptorem hæreditaris, aut alios ſingulares ſucceſſores tranſeat ius accreſcendi. Ac nouiſſimè Cuiacius lib. 12. cap. 13. Obſeruat.

Quibus in locis ab omnibus vnanimi conſenſione traditur ius accreſcendi pertinere ad verum hæredem, eundemque venditorem hæreditatis.

Sequitur ſecunda quæſtio, quæ circa hanc diuiſionem moueri ſolet, de qua in capite ſequenti.

CAPVT XLIII.

Fideicommiſſarius vniuerſalis an hæres vel ſucceſſor vniuerſalis dici poſsit.

SVMMARIA.

1 *Fideicommiſſarius hæres quodammodo vniuerſalis eſt, non propriè.nu.4.*
2 *Bonorum poſſeſſor hæredis loco quandoq; eſt.*
3 *Dictiones quodammodò, haberi loco, vice alicuius, fictionẽ denotant.*
5 *Nepos ad ſucceſsionem aui vel patrui in locum patris iure hæreditario venit non iure fideicommiſſi.*
5 *Iuris vel poſſeſsionis continuatio quæ fit à defuncta in hæredem in fideicommiſſario non obtinet.*
7 *Fideicommiſſarium non liberat à debitis hæreditarijs inuentarij confectio.*
8 *Fideicommiſſarius in caſu pœnali non venit nomine hæredis.*
9 *Statutum ſimpliciter de hærede loquens non comprehendit fideicommiſſarium.*
10 *Subſtituti hæredis appellatio non recipit fideicommiſſarium.*
11 *Statutum quo poſſeſsio defuncti continuatur in hæredem ſine apprehenſione non extenditur ad fideicommiſſarium.*
12 *Fideicommiſſarius non niſi ab hærede ſibi bona reſtituta hæreditatem apprehendere poteſt.*
13 *Etiamſi reſtitutio ipſo iure fiat.nu.13.*
14 *Etiamſi proteſtetur ſe non facere animo inuadendi.*
15 *Hæres quibus caſibus à fideicommiſſario differat.*

1 MVltis prudentum reſponſis conſtat fideicommiſſarium † vniuerſalem quodammodò hæredem eſſe, & hęredis vice fungi: Sic Paulus: Si filio exhæredato, ex Senatuſconſulto Trebelliano hęreditas patris reſtituta ſit, non debebit ei quantũ facere poteſt: ſed in ſolidũ condemnari, quia effectu quodammodò hæres eſt, l.5 §.fi ff quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt. Et Marcellus. Nã & quodammodò in partem hæreditatis Senatus recipi voluit fideicommiſſarium, & haberi hæredis loco, pro qua parte ei reſtituta eſſet hæreditas, l.poſtulante 48.circa fin. verſ.nam & quodãmodò.ff.ad S C. Trebell. Et Valens. Eo enim caſu, legatarij: Superiore hæredis vice fungi eum cui fideicommiſſum relictum eſt, l.ſi hæres ab eo.§.1.in fi.ff.ad S.C.Treb. & Iuſtinianus. Reſtituta autem hæreditate is quidem qui reſtituit nihilominùs hæres permanet. Is verò qui recipit hæreditatem aliquãdo hæres, aliquãdo legatarij loco habetur.§. reſtituta autem Inſt.de fideicom.hæredib.

2 Quo † etiam modo bonorũ poſſeſſor hæredis loco eſſe dicitur. Prætor, inquit Paulus, bonorum poſſeſſorem hæredis loco in omni cauſa haberi, l.117.de reg.iur. & idem hi qui in vniuerſum ius ſuccedunt, habentur loco, l.in pari.170.ff. eo.§. quos autem in fine ibi, ſed cũ eis prætor dat bonorũ poſſeſſionem loco hæredum conſtituuntur, & vocantur bonorum poſſeſſores. Inſtit. de bonor.poſſeſſ. de qua re ſuo loco dicetur.

Dictiones † enim quodãmodò vel haberi loco & vice alicuius denotant improprietatẽ & fictionem, & ſimilitudinem quandam, l.in ſuis.ff.de libe.& poſthu. ibi quaſi olim hi domini eſſent qui etiã viuo patre, quodammodò domini exiſtimãtur, & l ſi me in vacuam, 34.§. 1.in fi.ibi.ſed non puto errantem adquirere. Ergo nec amittet poſſeſſionem qui quodammodò ſub conditione receſſit de poſſeſſione.ff.de adqui.poſſ.& §.ſed ſui quidem hęredes ideo appellantur, quia domeſtici hæredes ſunt, & viuo quoq; patre quodammodò Domini exiſtimantur, Inſti.de hæred.qual.& differentia. Barto.in l.ſi quis pro empt.col.4. verſ.ad hoc reſpondeo, & ibi Iaſ.ff.de vſuca. Bart.in l.2.ff.ad S.C.Maced.& in l.ſi maritus. §.l.Iul.ff ad l.Iul de adult. Bar.Ange.Imol.& recẽtiores in l.patris, & filij.ff.de vulg & pup. 3

Quæ † ſanè ſententia quod licet fideicommiſſarius nõ dicatur propriè, hæres in ſpecie defenditur per Bald. in l.1.col.3. in 5.oppo C. qui admitti ad bono.poſſ poſſint, per d.l ſi filiusfam. Imol.in l.qui liberis §.hęc verb.ff.de vulg.& pupil. Raph Fulgoſ.in l.qui contutorib.col.1.C.de tranſact. Alex. plures citans in l.1.§. de illo.& ibi Socin.ff.ad S.C.Treb. Et in l.ratione.§.id vulgò.col.pen.eod.tit. Alex & Iacob.de S.Georg.in rub.C.de impub. & alijs ſubſt. Iaſ.in rub.ff.de lega.1.& ibi Aymon Crauet.in repet.col.fi.nu.37.Bal.cõſ.70.incip.conceſſio fuit facta lib.2. Ang.conſi.135.Caſt.cõſi. 12.incip.pręſens conſult.lib.2. Dec.conſ 55.incip.Legitimatio infantis, col.fin.Chaſſ.conſ. 67.incip.nobilis, & potens, nu.60. & 61.& ſeq. 4

Ex hac concluſione certa, & indubitata ex neceſſaria conſecutione conſicitur.

Primò † quamuis certi iuris ſit nepotem ſuccedere in locum ſui patris in ſucceſſione aui, vel patrui, l.vt inteſtato.C.de ſuis & legit. & l.poſthumorũ in princ.ff.de iniuſto rupto, & irrito facto teſtamento Auth.ceſſante, Authen.poſt fratres.C de legit.hæred.cum ſimilib. Id tamen intelligitur ſi ſuccedat iure, & titulo hæreditario, non autem quando iure fideicommiſſi ſuccedit Bald. Raph. Corneus in l.cùm ita §.in fideicom.ff.de legat.2. Ang. Aret.in §.cùm filius, col.1.Inſt.de hęredit.quę ab inteſtato deferuntur, copioſè Tiraq.in tracta.de iure primogeniorum quęſt.40. nu.154. & 4.ſequen. 5

Secundò, conficitur inde, ea, † quæ ſpeciali quodam iure, ac priuilegio competũt, veluti beneficium continuationis poſſeſſionis, ius patronatus, & ſimilia iura non tranſire in fideicommiſſarios vniuerſales: ſed remanere apud ipſos directos hæredes. Ita de iure patronatus in libertos, l. ſi patronus à liberto. in princ.& ibi gloſſ.ff.de bon.libertorum, gloſſ. in l.ſciendum.ff.de verbor.ſignific. Refert & 6

ſequi-

ſequitur Iaſon in l.precib.colum.12.verſic.ſecuuda vtilitas.C.de impub.& alijs ſubſtit. Sic etiam de iure ſepulchrorum quòd non tranſeat ad fideicommiſſ. vniuerſales. Paulus reſtituta hæreditate iura ſepulchrorum apud hæredem permanent, l. quia perinde. 42. & ibi Bart.ff.ad S.C.Trebell.Bal.in l.fin.verſic.ſi autem hæreditatem.C.de edicto Diui Adriani tollen.& in l.cùm virū.C.de fideicom. Alex. in l.ſi patroni.in ptinc.ff.ad S.C.Trebel. & in l.centurio.col.9.verſi.1.ff.de vulg.& pupillar. Iaſon in d.l.precibus.

7 Tertiò hæres † confecto inuentatio,nō poteſt conueniri à creditoribus hæreditarijs vltra vires hæreditatis.Fideicommiſſarius autē vt ſe eximat debitis hæreditatis inuentarium non poteſt facere. Quinimò factum ab hærede ipſi fideicommiſſario non prodeſt etiam facta iam reſtitutione. Spec. in titu.de inſtru. editione.d.§.de impugn.col.fin. verſic.quid ſi hæres rogatus Iacob.de Belloviſo. In 8. Hinc nobis. 12. quæſt. in Auth.de hæredib.& Falcidia.Ioan.Fabr.in l.1.in prin.C.de iur.deliber. & §.ſi extraneus,col.1.verſi.ſed quæritur.Inſt. de hæredita.quæ ab inteſtato deferuntur. Cynus & Bal.in l.2.C.ad S.C.Trebell.Bart.in l.1. §.1.ff.de iure deliberādi.Bal.in l.filium,quem. col.1. verſicu. adhuc quæritur.C.fam.erciſ.& in l.fi.§.cùm igitur, col.4.verſ.quæritur an fideicom.C.de iure deliber. & in Auth. Sed cū teſtator, col. 3. verſ. quęritur an fideicom. C. de iur.deliber. & in Auth. Sed cùm teſtator, col.3.verſ. quæro vtrùm inuentarium.C.ad l. Falc.& in l.1. poſt principium.C.de bonis authoritate iudicis poſſidendis in l.ratione.1.§. quod vulgò,col.9.ver.7. quæritur.ff ad l.Falc. cum alijs relatis à Tiraquello in tract.le mort. ſaiſit le viſ.declarat.11.nu.7.& 8.

8 Quartò cōſequitur appellatione † hærēdis in materia pænali fideicommiſſariū non eon tineri, l.ſi antequàm,& l.ſeq.ff ad S.C.Syllan. Aret.& Socin.in l.1.§.de illo,& §.ſi is,qui quadraginta, col.2.ad S C.Treb.Caſt.in l.precib. & ibi Iaſ.colum.13. verſ.7.vtilitas eſt.C.de im pub.& alijs ſubſtit. Quemadmodum nec in alla re, quæ ſtrictam habet, recipitque interpretationem idem Soci. in d.l.ſ.ff.de vulg.& pupil.in l.centurio col.11.ff.eod.titu. Aymon Crauet.in d.Rub.de legat.1.nu.18.

9 Quintò, quemadmodū † nec comprehenditur in ſtatuto ſimpliciter loquente de hærede. Bart.& alij in l.1.§.de illo.ff.ad S.C.Trebell.Dec.conſ.55.Chaſſa.d.conſ.67.& alij plurimi, quæ tamen ſentētia dubijs opinionibus regitur.

10 Sextò, ſicut † etiā appellatio ſubſtituti hæredis ad fideicommiſſarium hæredem non pertinet.Bal.Salic.Caſtr.Cotn.& Dec.in rub. C de impub.& alijs ſubſtit. Quamuis Alexan. quibuſdam rationibus ductus reluctetur. Quibus reſpondet Decius, à quo tamen diſſentit Curtius Iun. Alexandri opinioni adhærēs,de qua Bellonus lib.3.ſuppuiarionum,cap.119.

Septimò, conſequitur in † fideicommiſſarium non tranſire, & continuari poſſeſſionem ſine vlla apprehenſione, ſicut in hæredem conſuetudine Galliæ trāſit,& continuatur prout latè,& multis autoritatibus coaceruatis oſtendit Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le viſ.declarat.11.nu.16.& ſequen. 11

Octauò, vnde etiam, & hoc promanat, quòd † fideicommiſſarius ante reſtitutionem ſibi factam ab hærede,non poteſt propria authoritate poſſeſſionem bonorum accipere,& ſibi ius dicere,l.1.ff. quorum legatorum. Etenim æquiſſimū prætori viſum eſt,vnumquenque non ſibi ipſi ius dicere occupatis legatis, ſed hoc ab hærede petere inquit Vlpia.ibidē. quo etiā pertinet lex reſtituta. 37. l. facta 63 ff. ad S.C.Trebel.§.inſtitura.Inſt.de fideicō.hæreditarib. Argumento eius quod in alijs quoque caſibus iure continetur, l. nullus.C.de ludæis, l.1.C.ne quis in ſua iudicet, l. ſupta.ff.de re iudicata, l. ſi ex ſtipulatione.ff.de adquir. poſſ.l.1. § & parui. ff.quod vi,aut clam.l.pen. ff.pro legato. 12

Etiamſi reſtitutio fiat ipſo iute: Neque enim ideo in fideicommiſſarium transfertur poſſeſſio, gloſſ. in l.fin. in verbo in rem.C.de ſacroſanct.eccleſ.& in l.1.§.ſed & quoties ver bo actiones,ff.ad S.C. Trebell. Et in l. ſancimus.§.cùm autem.C.eod.tit. Alexan. conſil. 81.Dec.conſ.467.incip.benè & conſultè.

Etiamſi proteſtetur ſe nō id facere animo inuadendi. Nam & hoc caſu nondum ab hærede aditam hæreditatem occupans interdicto quorum bonorum tenetur. Poſt aditam verò ſi auſi fuerint,relictam rem inuadere,& eius poſſeſſionem capere amittunt iura ſua. Paulus reſpondit ſi certa portio hæreditatis alicui relicta proponatur, & is res quaſdam hæreditarias furatus ſit,in his rebus,quas ſubtraxit denegari ei petitionem oportere rectè reſpondetur, l. Paulus. 48.ff. ad S C. Trebell. Quod etiam Antoninus reſcripſit, in l. non eſt dubium.C.de legatis, & ibi gloſſ ac Doct. præſertim Barto.Salic.Angel.Caſtr.& Iaſon, de qua re poſt veteres iam citatos Guiliel. Benedictus, in c. Raynutius. in ſecunda parte verb.ſi abſque liberis. Caſtr.conſil.292.incip. circa primum.lib.2. Socin.33.colum.fin.lib.2. Decius conſi.438 ad fin.& conſ.424 num.17. & 18.Corneus conſil.246.col.2.lib.3. Tiraq.In tracta.le mott ſaiſir le viſ. declaratione 11.nu. 7.vſque ad nu.7. Cacberanus deciſ.Pedemontana,33.nu.23.ac nouiſſimè plenariè diſcutiēs. Simon de Preris in tracta. de interpretatione vltimarum voluntatum,lib.5.2.dub.1.à num. 78.vſque ad num.125.

Præter iam relatas conſecutiones, quibus

fidcicommiſſarius loco, & vice hæredis non
habe-ur, ſunt, & alia in quibus à ſe inuicẽ di-
ſcrepant, veluti in beneficio prætoris ſi quis
om'ſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato, vel alio
modo poſſideat hæreditatem, quòd hæredi
denegetur, l.ſi in teſtamento.22.in princ.ff.ſi
quis omiſſa cauſa fideicommiſſario autem
competit, l.antepen.§.inſtitutus.ff.eodem. Et
etiam in alijs rebus quę referuntur ab Accurſ.
in d.l.quia perinde.42. in verb.reſtituta.ff.ad
Senatuſconſ.Trebell.

CAPVT XLIIII.

QVARTA DIVISIO SVCCESSIONIS.

Succeſsio quædam eſt vniuerſalis, quædam ſingularis.

SVMMARIA.

1 *Succeßio vniuerſalis qua, item quis ſucceſſor vniuerſalis.*
2 *Singularis ſucceſſor, quis.*
3 *Singularis ſucceßionis ex teſtamento ſex genera.*
4 *Donatio cauſa mortis iure nouiß.legatis per omnia adæqua-*
tur.
5 *Quæſtiones variæ circa donationem cauſa mortis.*
6 *Succeſſor ex contractu ad transferendum dominium ido-*
neo aßimulatur ſingulari ſucceſſori.

DIuiſio hæc ſucceſſionis, in iure noſtro,
frequens eſt, pręſertim ſub nomine ſuc-
ceſſorum. Quidam enim vniuerſales dicun-
tur, quidam ſingulares.

1 Succeſſio † itaque vniuerſalis, eſt ſucceſſio
hæreditatis, vel bonorum poſſeſſionis. Et ſuc
ceſſor vniuerſalis eſt, qui iure hæredis, vel in
vniuerſum ius defuncti, vel pro parte ſucce-
dit, & hæres dicitur.

2 Succeſſio † autem ſingularis, eſt ſucceſſio
rerum, quæ fit non iure hæreditario, ſed alio
titulo ad transferendum dominium idoneo.
veluti titulo legati, fideicommiſſi, donatio-
nis cauſa mortis, itemque ex contractibus do-
minia rerum transferentibus.

3 Succeſſionis † itaque ſingularis ex vltima
voluntate, ſex reperiuntur genera.

Primum ex cauſa legati, de quibus legatis,
lib.30.lib.31.lib.32. libr.33. & lib.ſeq.ff.& tit.C.
de legatis.

Secundũ genus eſt ex cauſa fideicommiſſi.
Cod.& Inſti.tit.de fideicommiſſ. & tit.Pand.
de legatis & fideicommiſſis, 1.2.3. Quamuis
autem, Vlpiano ſcribente, per omnia exęqua-
ta ſint legata fideicommiſſis. Tamen olim in
pluribus ſeparabantur & diſtabant. De qui-
bus differentijs poſt veteres, Ioan.Bologner.
in l.1.ff.de legatis 1. Et nouiſſimè Feruandus
Vaſquius de ſucceſſionum creatione, tomo 1.
lib.2.§.17.requiſito.28.num.119.vſque ad nu-
merum 121.

Tertiò, ſucceditur ſingulariter donationis
mortis cauſa. de qua in Pandectis lib.39.tit.6.
de mortis cauſa donationib. & capionib. &
C.libr.8.titu.55. de donationib cauſa mortis.
Quæ donatio † cauſa mortis, Nouella Iuſti- 4
niani ſanctione, per omnia legatis aggrega-
tur, nec inſinuatione indiget: modò quinque
teſtib.præſentibus, vel in ſcriptis, vel ſine ſcri-
ptis fiat, l.fin.C.eo.titu. Quamuis de iure Pon-
tificio ſufficiant duo cũ Parochiano, vel loco
huius duo alij teſtes: & ſic quatuor. Soc.conſ.
130.incip.viſa col pen. lib.1. Carolus Ruinus
conſi.51.incip.primo nu.13 lib.1.

De qua † donatione mortis cauſa incidũt 5
quęſtiones Prima Donatio cauſa mortis: qua
lem communionem habeat, & cum contra-
ctibus inter viuos: & cum vltimis voluntati-
bus. 2. Et quod per omnia legatis ferè aggre-
getur: Et eundem ſortiatur effectũ quem ha-
bent vltimæ voluntates. 3.Item in quibus dif-
ferat, & ſeparetur à legatis. 4. Prætereà quæ
neceſſaria ſint ad validitatem donationis cau
ſa mortis. 5. Quæ vis clauſulæ ſi non valet iu-
re teſtamenti, valeat iure codicillorum, do-
nationis cauſa mortis: vẽl alterius cuiuſcun-
que vltimæ voluntatis. 6. Deinde qui ſint ef-
fectus donationis cauſa mortis, & quos effe-
ctus ex teſtamento nanciſcatur. 7. Item de
ſignis, & demonſtrationibus cauſa mortis fa-
ctæ extra teſtamentum. 8. Item donationis
cauſa mortis titulus, qui, & qualis ſit. 9. De-
inde donationes cauſa mortis, quando de-
beant imputari in quartam. Item an in Fal-
cidiam.

Quartò, ſucceditur ſingulari titulo, in eo,
quod capitur conditionis implendæ cauſa:
Nam & hoc quaſi ex vltima voluntate capi
dicitur, l.qui precio.ff.de donationibus cauſa
mortis.

Quintò, in eo precio, quod quis recipit, vt
hæreditatem omittat, vel repudiet, d.l. pre-
tio. & toto titu.ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta-
menti.

Sextò, ex eo, quod capitur ex implemento
modi, l.in ratione.2.§.tametſi.ff.ad legem Fal
cidiam.

Hiſce † ſingularibus Succeſſorib.ex vltima 6
voluntate aſſimilantur, pareſque iudicantur,
etiam hi ſucceſſores, qui ex cõtractu ad domi
num transferendum, idoneo ſuccedunt, l.a-
pud Celſum.§. ſi quis autem.ff. de doli mali
& metus exceptione.

CAPVT XLV.

Quæ ſint differẽtiæ inter ſucceſsionem vniuerſalem, & ſingularem, vel quibus modis ſucceſſor vniuerſalis à ſingulari ſeparetur.

SVMMA-

SVMMARIA.

1 *Hæres vniuerſalis quatenus delicto defuncti grauetur, nume.2.& ſeqq.*
2 *Pœna ad hæredem non tranſit.*
3 *Pœnales actiones in hæredem non dantur.*
4 *Iudicium Maieſt.& Repetundar.exercetur etiam lite non conteſtata contra hæredes. Item in crimine peculatus,& de reſiduis, num.5.*
6 *Muliere de morte viri ſuſpecta decedente, item in hæreſi & apoſtaſia, iudicium pro ademptione bonorum agitur.*
7 *Mala fides defuncti nocet hæredi tam in cõtinuatione quã inchoatione præſcriptionis.*
8 *Bona fides hæredis in præſcriptione non obtinet, ſi de vitio contractus ex inſtrumento in archiuo contento conſtet.*
9 *Vitium perſonale defuncti non nocet ſucceſſori ſingulari. Limitatur tribus caſibus, nu.12.15.16.*
10 *Succeſſor ſingularis ex contractu defuncti ad transferendum dominium vtile non afficitur.*
11 *Dolus venditoris emptori non nocet.*
13 *Legata in re aliena hæres luere debet, aut æſtimationem præſtare.*
14 *Legatarius probare debet, teſtatorem ſciuiſſe rem alienam.*
15 *Succeſſor ſingularis vtens acceßione auctoris, de eius dolo tenetur.*
16 *Dolus venditoris,& dolus emptoris, quatenus noceat.*
17 *Succeſſor ſingularis non vtens acceßione ſui authoris, quomodo & quanto tempore præſcribat.*
18 *Vitium reale impedit præſcriptionem etiam in ſucceſſore, at num.25.*
19 *Interdictũ vnde vi, competit cõtra ſingularem ſucceſſorem.*
20 *Regula, pœnas auctorem non egredi. Item, actiones pœnales non tranſeunt in hæredes.*
21 *Succeſſor ſingularis, quatenus complectatur interdicto vnde vi, num. 22.23.24.*
26 *Pactum ingrediendi propria auctoritate, non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem.*
27 *Locatio & conductio ad ſucceſſorem vniuerſalem tranſeũt.*
28 *Emptor non tenetur ſtare colono.*
29 *Legatarius non tenetur ſtare colono.*
30 *Obligatio perſonalis non ſequitur ſingularem ſucceſſorem.*
31 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius accepioris.*
32 *Succeſſor ſingularis, quibus caſibus colono ſtare debeat. 33. & ſeqq.*
33 *Vxor ſoluto matrimonio tenetur ſtare locationi per maritum factæ.*
34 *Pupillus ſtare debet locationi per tutorem factæ.*
35 *Succeſſor ſingularis tenetur ſtare locationi ad lõgum tẽpus.*
36 *Locator cum obligatione omnium bonorum pro obſeruatione contractus ſucceſſorem etiam ſingularem obligat.*
37 *Emptor fundi eccleſiæ tenetur ſtare colono.*
38 *Succeſſor vniuerſalis ſortitur forũ defuncti, ſi ibi inueniatur.*
39 *Succeſſor ſing. ad tempus, & ad diem certũ conſtitui poteſt.*
40 *Hæreditas ex die vel ad diem, non rectè datur.*
41 *Succeſſor ſingularis ex teſtamento tranſmittit ſibi relictũ ante aditam etiã hæreditatem. Niſi ſit conditionale. ibid.*

HAEC duo genera ſucceſſionum, vel ſucceſſorum in multis à ſe inuicem diſtant.
1 Primò ſucceſſor † vniuerſalis afficitur vitio
perſonali defuncti in cuius locum ſuccedit: ſi
aliquid ad eum peruenit, vel lis cum defuncto
inchoata fuit, cum hæres in ius omne defuncti ſuccedit, ignoratione ſua defuncti vitia nõ excludit, inquit Vlpianus, l. cum hæres. 11. ff. de diuerſis & temporal. præſcript. Et iterum omnes pœnales actiones poſt litem inchoatam, & ad hæredes tranſeunt. l. 26. ff. de obligationibus. Et alibi: Nam eſt conſtitutum, impia lu
cra ab hæredibus quoque extorqueri: licet † e- 2
nim pœna ad hæredem non tranſeat, attamẽ
quod turpiter vel ſcelere quæſitum eſt, vt eſt, & reſcriptum, ad compendium hæredis non debet pertinere. l. quod diximus. 16. § fin. ff. de eo, quod metus cauſa. Et alibi Vlpianus: hanc actionem, & hæredi cæteriſque ſucceſſoribus dari conſtat, ſed in hæredem, vel cæteros hæc actio non dabitur, cùm ſit pœnalis, niſi fortè ex damno locupletior hæres factus ſit. l. Inde Neratius. 23. §. hanc actionem. ff. ad legem Aquiliam. Ac Paulus: pœnalia iudicia ſemel accepta in hæredes tranſmitti poſſunt. l. 124. ff. de regulis iuris Et iterum de facti ſpecie, ſi hæres, ad quem aliquid peruenit, conſumpſerit id, quod peruenit, an deſinat teneri: & an in hæredem hæredis detur, vbi reſpondit: Melius eſt omni modo competere in hæredem hæredis actionem, ſufficit enim ſemel perueniſſe ad proximum hæredem, & quod perpetua actio eſſe cœpit, alioquin dicendum erit, nec ipſum qui conſumpſit, quod ad eum peruenit, teneri l. videamus. 77. ff. de eo quod metus cauſa. Et Pomponius: ſicuti pœna ex delicto defuncti hæres nõ teneri debet, ita nec lucrum facere: ſi quid ex ea re ad eum perueniſſet. l. ſicuti. 38. ff. de regulis iuris. Et Imperatores Diocletianus & Maximianus, poſt litis cõteſtationem eo, qui vim fecit, vel concuſſionem intulit, vel aliquid deliquit defuncto, ſucceſſores eius in ſolidum, in quantum ad eos peruenit, conueniri iuris abſolutiſſimi eſt, ne alieno ſcelere ditentur l. vnica. C. ex delictis defunctorum in quantum hæredes conueniantur.

Quamuis pœnalia ex maleficio, & vbi nihil ex delicto defuncti ad hæredem peruenit, nec vbi lis aduerſus defunctum inchoata eſt, ad hunc non transferantur. In hæredem non ſolent actiones tranſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio, veluti furti, damni, iniuriæ, vi bonorum raptorum, iniuriarum, l. pupillum. § in hæredem. 111 ff. de regulis iuris. & ibi gloſſ. in verbo, in hæredem, & Decius, & cæteri.

Eſt enim certiſſima Iuris Regula, † ex ma- 3
leficijs pœnales actiones in hæredem rei non competere, veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni, iniuriæ, §. non autem, in princip. Inſtitut. de perpetuis, & temporalibus actionib. quod etiam obtinet in publicis delictis. l ex iudiciorum. 20. ff. de accuſationib.

Ex iudiciorum publicorum † admiſſis 4
non aliàs tranſeunt aduerſus hæredes pœnæ omnium bonorum ademptionis: quam ſi lis conteſtata, & condemnatio fuerit ſequuta, excepto Repetundarum; &

maieſtatis iudicio, quæ etiam mortuis reis: cum quibus nihil actum eſt, adhuc exerceri placuit, vt bona eorum fiſco vendicentur, adeò vt Diuus Pius, & Antoninus reſcripſerint, ex quo quis aliquid ex his cauſſis contraxit, nihil ex bonis ſuis alienare, aut manumittere eum poſſe. Ex cæteris verò delictis: pœna incipere ab hærede ita demum poteſt, ſi viuo reo non accuſatio mota eſt, licet non fuerit condemnatio ſequuta. Ita Modeſtinus in dicta l. ex iudiciorum. quod de crimine repetundarum, & maieſtatis excipiatur.

5 Idem ſtatuitur † in crimine peculatus, & de reſiduis, l. final. ff. ad legem Iuliam peculatus, l. in Senatuſconſultum. 15 §. ſi propter. ibi, niſi tale crimen fuit, cuius actio, & aduerſus hæredes durat, veluti maieſtatis, ff. ad S. C. Turpilianum.

6 Item † quando vxor de morte viri ſuſpecta, deceſſit. Nam nō ſequuta cōdemnatione, imminet pœna bonorum ademptionis hæredibus mulieris, l. Lucius. ff. de iure fiſci. Quibus annumerantur crimen hæreſeos, l. 4. C. de hæreticis. Crimen Apoſtaſiæ, l. 2. C. de apoſtatis. crimen deſertæ militiæ, l. 4. C. de re militari. lib. 12.

7 Hinc exploratiſſimi iuris eſt, † malam fidem defuncti nocere ſemper hæredi, adeò vt non poſſit continuare, vel de nouo ex perſona ſua inchoare præſcriptionem, d. l. an vitium. 5. l. cùm hæres. 11. ff. de diuerſis, & temporalibus præſcriptionibus, gloſſ. in l. vitia. in fine. C. de adquirenda hæreditate. & in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de adquirenda poſſeſſione. Quinimmò etiam præſcriptio hæc ex mala fide auctoris, per mille annos apud ſucceſſores duraſſet, Bartolus in l. 2. §. à pupillo. ff. pro emptore. Panormitanus, Felinus, & cæteri in c. de quarta, & in c. ſi diligenti, extr. de præſcriptionibus. Cephalus conſi. 102. nume. 10. & conſi. 40. numer. 15. libro primo. Burſatus conſi. 23. num. 19. vbi regulam conſtituit: Malam fidem in initio præſcriptionis nocere omnibus hæredibus vniuerſalibus in infinitum. Quòd etiam à Pontifice decretum eſt, poſſeſſor inquit, malæ fidei vllo tempore nō præſcribit. De qua re interpretes in dicta l. cum hæres, & in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de adquirenda poſſeſſione. vbi Iaſon nume. 20. Decius in l. quod ipſis. ff. de regulis iuris Pontificij, in dicto c. poſſeſſor, & ibi copioſè Didacus Couatruuias in ſecundæ partis relectione. §. nono, per totum: vbi initio tradit concluſionem: nempè ſucceſſorem vniuerſalem non poſſe rem à defuncto mala fide poſſeſſam, etiam triginta annorum tempore præſcribere, quamuis is bonam fidem habeat, velitque à ſeipſo initium præſcriptionis ſumere: nulla temporis acceſſione vſus.

Quam concluſionem diſputans, exceptiones, vel limitationes addit. Quemadmodum & Balbus in tractatu de præſcriptionibus, in ſecunda parte, ſecundæ partis principalis, in duodecima quæſtione, numer. 10. concludendo firmiter ſtatuit, malam fidem defuncti, nocere indiſtinctè hæredi, quia hæres ſit ſucceſſor vitiorum, quia ſit vna perſona cum defuncto. quia cogatur exonerare conſcientiam defuncti: idque procedere in vtroque foro, tam Ciuili, quàm Pontificio, & in præſcriptione longiſſimi temporis, licet ſucceſſor vniuerſalis ſit, in bona fide, & à ſeipſo velit inchoare præſcriptionem. Quod Panormitanus, & cæteri extendunt ad perpetuam præſcriptionem: quia malæ fidei poſſeſſor nullo vnquam tempore præſcribit: ſicut enim defunctus, qui fuit malæ fidei poſſeſſor, nullo tempore præſcribit: ita nec hæres eius, ita Panormitanus in dicto capitulo, ſi diligenti.

Quòd etiam ſæpius reſponſum eſt, Curtius Iunior conſi. 170. Rolandus à Valle conſi. 23. num. 47. libro tertio. Socinus Iunior conſi. 144. num. 53. libro tertio. Pariſius conſi. 27. numer. 139. & conſi. 29. num. 26. libro 1. Tiberius Decianus communem eſſe aſſerens conſi. 2. num. 197. & 198. libro primo. Quod videlicet mala fides defuncti indiſtinctè noceat hæredi, vel ſi ipſe à ſe incipere, vel etiam, ſi ſimus in præſcriptione longiſſimi temporis.

Quo etiam loco ſubijcit inſignem amplia-
tionem, † quòd hæres defuncti propriam bo- 8
nam fidem allegare non poſſit, ſi defuncti
contractus mala fide initus in archiuo publico inſinuatus ſit, cùm hæredes præſumantur ſcire omnia in inſtrumentis penes ſe exiſtentibus contenta, per tradita Bartoli in l. cum qui. ff. ſi certum petatur, & in l. cum hæres. ff. de liberatione legata. Caſtrenſ. conſi. 10. libro primo. Alexan. conſ. 102. lib. 1. & paſſim conſulentes. Quinimmò mala fides in initio nocet omnibus ſucceſſoribus vniuerſalibus in infinitum. Antonius Gabrielius libro quinto communium opin. titul. de præſcriptio. concluſ. 3. & 5.

Econtra verò ſingularis † ſucceſſor, vitio 9
perſonali auctoris, teſtatoris videlicet, qui tē vitio perſonali legauit, minimè grauatur, vel afficitur: an vitium auctoris vel donatoris, eiusve qui mihi rem legauit, mihi noceat ſi fortè auctor meus iuſtum initium poſſidendi nō habuit: videndum eſt, inquit Vlpian. & puto neque nocere, neque prodeſſe. Nam deniq; & vſucapere poſſum, quod auctor meus vſucapere non potuit. l. an vitium. 5. in princ. ff. de
diuerſis & temporalibus præſcriptio. Quod † 10
etiam in alijs ſucceſſoribus ſingularibus ex cōtractu ad dominium transferendum idoneè obſeruatur. Veluti in emptore, donatario, in eo, qui permutauit: vel in ſolutum accepit:

item

item in ſimilibus, qui vicem emptorum obtinent Sic Vlpianus auctoris dolus, emptori non obiicitur: ſed hoc in emptore ſolo ſeruabimus? Item in eo, qui vel in ſolutū acceperit, Item in ſimilibus, qui vicem emptorum obtinent. l. apud Celſum. §. ſi quis autem, verſicu. auctores. ff. de doli mali, & metus exceptione. Et de emptore proinde inquit, hoc ſufficit, me bonæ fidei emptorem fuiſſe, quamuis non à domino emerim, licet ille callido conſilio vendiderit.

11 Neque enim † dolus venditoris mihi nocebit, addit differentiam in ſuo cenſore vniuerſali. nec proderit ſi dolo careo, cum emptor, cui ſucceſſi dolo feciſſet, l. ſed etſi res. §. prætor ait. ff de Publiciana in rem actione. & Paulus: qui à debitore, cuius bona poſſeſſa non ſunt: ſciens rem emit, item alij bona fide ementi, vendidit, bona fide emptorem, non teneri, quia dolus ei duntaxat nocere debeat, qui eum admiſit. Quemadmodum emptor non tenetur: ſi ab ipſo debitore emerit. l. qui à debitore. 9. ff quæ in fraudem creditorum. Quod etiam reſcripſerunt Imperatores Diocletianus, & Maximianus, ob dolum venditoris non aduerſus eum, in quem emptor dominium tranſtulit, rei vendicatio venditori, ſed contra illum, cum quo contraxerat, in integrum reſtitutio competit. l. dolus. 10. C. de reſcindenda venditione. & Alexander: Dolum auctoris bonæ fidei emptori, non nocere, certi iuris eſt, l. 3. C. de periculo & commodo rei venditæ, cum alijs relatis in dicta l. vitia C. de adquirenda poſſeſſione, & in dicta l. an vitium. ff. de diuerſis, & temporalibus præſcriptionib. Balb. de præſcriptionib. in ſecunda parte, tertiæ partis principalis, quæſt. 12. num. 5.

12 Tribus tamen caſibus ſingularis ſucceſſor ex vitio ſui auctoris afficitur, quoties ſingularis ſucceſſor ex cauſa lucratiua rem vindicat: veluti, inquit Vlpianus, ſi quis ex cauſa legati vindicet, aut ſi cui ex cauſa donationis res præſtita eſt, vindicet, an de dolo exceptionem patiatur ex cauſa eius, in cuius locum ſucceſſerit? Et magis putat Pomponius ſummouendum, & ego puto eos eſſe repellendos, cum lucratiuam cauſam ſint nacti: Aliud enim eſt emere, aliud ex his cauſis ſuccedere. Subiicit Vlpianus regulam generalem: Proinde inquit, ex quacunque alia cauſa, quę propè lucratiuam habet adquiſitionem, quæſiſſe quis videatur, patietur exceptionem doli, ex perſona eius, in cuius locum ſucceſſit. l. apud Celſum. 4. §. ſi quis autem ex cauſa legati, §. auctoris autem dolus, verſicul. proinde, ff. de doli mali, & metus exceptione.

13 Hoc tamen caſu, † quo res aliena à ſciente teſtatore hanc alienam eſſe legata eſt, hæres cogitur redimere eam, & præſtare, vel ſi eam non poteſt redimere æſtimationem eius dare. Idem eſt; ſi rem obligatam creditori aliquis legauerit, neceſſe habet hæres eam luere, ſed ita demùm ſi ſcribat defunctus rem ob
ligatam eſſe. Et his † caſibus tam in re aliena, 14
quàm obligata legata, clari iuris eſt, legatarium probare oportere, ſciuiſſe alienam rem legaſſe defunctum. Non hæredem probare oportere ignoraſſe alienam, quia ſemper neceſſitas probandi incumbit illi, qui agit: ita Iuſtinianus §. non ſolum autem teſtatoris, & duobus §§. ſequentibus. Inſtitut. de legat. l. cum ſeruus legatus. 29 §. fin. in princ. & l. ſequen ff. de legat. 1. l. vnum ex familia. 67. §. ſi rem alienam. ff. de legat. 2. l. cum alienam rem. 10. C. de legat.

Secundò, ſingularis † etiam ſucceſſor vitio 15
perſonali auctoris afficitur, ſi acceſſione auctoris vtitur: de auctoris dolo, inquit Vlpian. exceptio emptori non obiicitur, ſi autē auctoris acceſſiōe vtitur, æquiſſimū viſum eſt, eum qui ex perſona auctoris vtitur acceſſione, pati dolum auctoris d. l. apud Celſum, §. de authoris dolo. ff. de doli mali, & metus exceptione: nam vt idem Vlpianus ait, cùm quis vtitur adminiculo ex perſona auctoris vti debet, cum ſua cauſa, ſuiſque vitijs. l. Pomponius. 3. & 2. ff. de adquirend. poſſeſſ. Quemadmodum quoque is, qui in emptoris locum ſucceſſit, iiſdem defenſionibus, vti poteſt, quibus vēditor eius vti potuiſſet, l. dolia. 16. §. fin. ff. de contrahen. empt.

Tertiò, ſi † ſingularis ſucceſſor ipſe in dolo 16
verſetur, patietur enim de dolo ſuo actionē. Cæterùm ſi ipſe dolo careat, peruenietur ad doli exceptionem, & patietur de dolo ſuo exceptionem, dicta l. apud Celſum. §. auctoris autem dolus, in fine. ff. de doli mali except. de qua re glo. in l. an vitium, in verbo, neque nocere. ff. eod. tit.

QVAESTIO.

Circa ſucceſſorem ſingularem, quæſitum
eſt, an † hic, ſi non vtatur acceſſione ſui au- 17
thoris, nec ipſe ſit in dolo: ſed à ſe ipſo, & in ſua perſona inchoat præſcriptionem, rectè præſcribat. Et veteri iure rectè præſcribere, manifeſtum, expeditumque èſt, cui tamen rei Iuſtinianus certum modum præſcripſit, nempè vt ſingularis ſucceſſor, qui à malęfidei poſſeſſore, bona fide rem emit, aut per donationem accepit aduerſus dominum ſcientē rem ſuam poſſideri, nec conteſtantem emptorem aut donationem accipientem pręſcribat poſt decennij, inter præſentes, & vicennij inter abſentes decurſum. Domino autem vero ignorante, rem ſuam pręſcribat aduerſus hunc triginta annorum ſpacio authentico, vt ſpōſalitia largitas. §. rurſus ſancimus. Quæ Nouellæ

pars

pars redacta eſt in compendium,ſub authent.
malæ fidei poſſeſſor,& ibi Bartol. Baldus, Sa-
licetus,Angelus Peruſinus. C.de pręſcrip.lon-
gi temporis,Bartolus,Alexander,& alij in d.l.
Pomponius.§.1.ff.de adquirenda poſſeſſione.
Iaſon §.ſed iſtæ,num.80.Inſtitut. de actionib.
Angel.in §.furtiuæ.quæſtione 12. eodem titu.
Panotmitan.& Felin in c.ſi diligenti,extr. de
præſcript. Franciſcus Balb. in ſecunda parte,
tertiæ partis principalis,quæſtione 12. num.6.
Didacus Couarruuias in d.c.poſſeſſor malę fi.
dei,de regul.iuris,libro 6.in ſecundę partis re-
lectione. §. 9. num.7. vbi in fine reſpondet ad
Africani locum,ſub l.& generaliter. ff.de no.
xal.actio.

18 In vitijs autem realibus, † qualia ſunt res
furtinæ vi ablatę alteri,& poſſeſſę,item res da.
ta præſidi contra legem Iuliam Repetunda-
rum, de qua re gloſſ. in dicta l. apud Celſum.
§.de Auctoris dolo:verbo, perſonæ,& in l.vi.
tia.verbo,à maioribus, in principio, eodem.
pariq́ue iure vtuntur,vterque enim vitio rea-
li afficitur. vitia poſſeſſionum à maioribus
contracta perdurant, & ſucceſſorem autho-
ris ſui culpa comitatur, l. vitia, C. de adquir.
& retinen. poſſ.

De ſucceſſore autem ſingulari Iuſtinianus
in §. furtiuæ quoque res, & quæ vi poſſeſſæ
ſunt, nec ſi prædicto longo tempore poſſeſſæ
fuerint,vſucapi poſſunt. Nam furtiuarum re.
rum vſucapionem, Lex 12. Tabul. & lex Atti-
lia inhibent vſucapionem vi poſſeſſarum, lex
Iulia & Plautia. Quòd autem dictum eſt fur-
tiuarum,& vi poſſeſſarum vſucapionem per
leges prohibitam eſſe, non eò pertinet, vt ne
ipſe fur, quive per vim poſſidet, vſucapere
poſſit. Nam his alia ratione vſucapio non
competit: quia ſcilicet mala fide poſſident,
ſed nec vllus alius, quamuis ab eis bona fide
emerit, vel ex alia cauſa acceperit,vſucapien.
di ius habet. § furtiuæ. Inſtitut. de vſucapio.
nibus. Franciſc. Balb. in tractatu de præſcrip-
tionib. Ideoq́ue ſucceſſores tam vniuerſales,
quàm particulares,in vitio reali à præſcriptio
ne prorſus repelluntur.Pariſius conſ.23.num.
206.lib.1.

Hinc ſecunda oritur, promanatq́ue diffe-
rentia inter ſucceſſorem vniuerſalem, & ſin-
19 gularem.Contra † ſucceſſorem vniuerſalem,
qui ſpoliatori ſucceſſit,competit interdictum
vnde vi. l. 1. §. final. ff.de vi, & vi armata,vbi
Vlpianus: Exempla huius interdicti, in hære
dem, & bonorum poſſeſſorem, cæterosq́ue
ſucceſſores in factum actio competit in id,
quod ad eos peruenit, & iterum: Hæc actio,
quæ aduerſus hæredem cæterosq́ue ſucceſſo.
res pertinet, perpetuò competit: quia in ea
rei perſecutio continetur,l.idem eſt. 3. §. 1. ff.
eodem Et Paulus: ſi plures hæredes ſunt, v.
nuſquiſque non in amplius, quam ad eum
peruenit, tenetur. Qua de cauſa interdum in
ſolidum tenebitur is, ad quem totum perue-
nerit,quamuis ex parte hæres ſit. l. ſi plures.9.
ff.eod.quo etiam pertinet l. in hæredem. 5. in
princ.ff.de calumniatorib.l quod autem,& l.
ſequen.ff.quod metus cauſa,l.in hæredem.26.
ff.de dolo malo l.ſicuti 38 l.totiens, 44.& ibi
Decius ff.de regul.iuris de qua re poſt veteres
Coraſius in l. naturaliter. §. nihil commune.
ff.de adquiren.poſſeſſ.interpretes in l.4.§.Ca-
ro, & ibi Alciatus num. 92. Hermodettus nu-
me.242.Ripa in c.ſæpè,num 8.extr.de reſtitu.
ſpoliatorum.Maranta de ordine iudiciorum
in 7.diſtinct. num. 28. Afflictus deciſione 118.
Menochius de Recuperanda poſſeſſione, Re-
medio 1.num 157.

Neque negotium faciunt,quod † pœnę ſu- 20
os auctores non debeant egredi, l. ſancimus.
C.de pœnis. Quod etiam hæredes ex delictis
defunctorum non teneantur.l.vnica.C.ex de
lictis defunctorum in quantum hęredes con-
ueniantur. item quod pœnales actiones non
tranſeunt in hæredem,l.pupillum.111.§.in hę-
redem. ff.de regulis, cum alijs ſuprà in prima
differentia adductis: quia hæc eatenus vera
ſunt,quatenus nihil ad eos peruenit,& ſi lis cū
defuncto conteſtata, & inchoata non ſit, d.l.
vnica, ex dictis legib. in prima differentia in
princ. allegatis.

Contrarium eſt in ſucceſſore ſingulari,hic
enim † interdicto,vnde vi,& propter vim ad. 21
miſſam ab eo cui ſucceſſit,conueniri non po-
teſt.Cum à te vi deiectus ſim, ſi Titius eādem
rem poſſidere cœpit, non poſſum cum alio,
quàm tecum interdicto experiri,inquit,l.7.ff.
de vi,& vi armata gloſſa in c.ſæpè,& ibi Ripa
numer.8. Maranta dicta ſeptima diſtinct. nu-
me 28. Menochius d. Remedio primo,num.
150.& ſequent.vbi rationem adfert, & quatu-
or declarationes,vel limitationes ſubiungit.
rationem quidem, quare diuerſum in ſingu-
lari ſucceſſore ſtatuatur,ait eſſe, quia interdi-
ctum vnde vi.perſonale dicitur.l.1. §. penult
ff. de interdictis. Idem dici de actione in fa-
ctum, quæ loco interdicti datur § ſin.Inſtitu.
de interdictis, actiones autem perſonales nō
rem, ſed perſonam ſequuntur. l. actionum
gratia,25.in princip.verſicu. in perſonam.l.a-
ctio in perſonam.28. ff. de obligationibus, &
actionibus. Et aliàs quoque iura perſonalia,
perſonam non egrediuntur, ſed cum ea ex-
tinguuntur,nec ad hæredes tranſeunt, l. in o-
mnibus cauſis. l. priuilegia. ff. de regulis iuris.
c.priuilegium.de regulis libro 6.

Reſtringit autem & coarctat idem Meno-
chius differentiam ſuperiorem.

Primò,† vt non procedat in eo poſſeſſore 22
ſingulari, qui immediatè deiecto poſſeſſore,
ab eo qui vim commiſit, poſſeſſionem adhuc
vacan-

vacantem eſt ingreſſus, in cum enim concedi interdictum vnde vi, cùm immediatè ſit vitioſè ingreſſus poſſeſſionem, l. ſequitur. §. ſi tu, vi me. ff. de vſucap.

Quo etiam pertinet, quod Venuleius ſcribit: aduerſus extraneos vitioſa poſſeſſio prodeſſe ſolet, l. final. ff. de adquirenda poſſeſſione, quemadmodum quoque is, qui à me vi poſſidebat, ſi ab alio vi deijciatur, habet hoc interdictum. l. 1. §. qui à me vi, ff. de vi & vi armata.

23 Secundò, ſi † is, qui vi occupauit fiat non ſoluendo: hoc enim caſu in ſubſidium contra ſingularem ſucceſſorem conceditur interdictum, vnde vi, Accurſius, Bartol. & cæteri in l. cum à re. ff. de vi, & vi armat. Coraſ. in d. §. nihil commune, num. 114. Ripa in d. c. ſæpè, num. 8. argumento eſt, quod Vlpian. de fullone ſcribit, ſi ſoluendo non eſt, actio ad dominum redit. Nam qui non habet quod reddat, eius periculo nihil eſt l. itaq; 12. ff. de furtis. §. item ſi fullo. Inſt. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur: ſoluendo autem eſſe nemo intelligitur, niſi qui ſolidum poteſt ſoluere. l. ſoluẽdo. 114. ff. de verb. ſign.

24 Tertiò, cum duo † ſunt ſpoliati, ſed vnus poſt alterum, licet poſterior ſpoliatus agat cõtra ſpoliatorem, non primus: Attamen ſi primus probet de dominio, præfertur. Bart. in l. fin. num. 13. C vnde vi. Denique quando à ſingulari poſſeſſore reuertitur poſſeſſio ad primum ſpoliatorem. Nam cum primus ſpoliator poſſideat rem denuò tanquam ſingularis poſſeſſor, vtpotè nactus rem, à primo poſſeſſore non ad intereſſe, ſed ad reſtitutionẽ poſſeſſionis conuenitur. Matthæus de Afflictis, in titul. de milite vaſallo, qui contumax eſt, num. 22.

25 Quamuis † autem veteri iure in vitio reali differentia hæc habita, obſeruataque fuerit: attamen à Iuſtiniano prorſus eſſe ſublatam: opinor d. §. furtiuæ, Inſtituris de vſucapionibus, per verba, quod autem dictum eſt: & vi poſſeſſarum rerum vſucapionem per leges prohibitam eſſe, nõ eo pertinet, vt ne ipſe fur: quive per vim poſſidet, vſucapere poſſit: nam his alia ratione vſucapio non competit, quia ſcilicet, mala fide poſſident, ſed nec vllus alius. Quamuis ab eis bona fide emerit, vel ex alia cauſa acceperit, vſucapiendi ius habet: ex quo Iuſtiniani loco apparet nec emptorem, nec vllum alium ex quacunq; cauſa rem poſſideat, & ſic ſingularem ſucceſſorem tutum eſſe, quo minus interdicto vnde vi, conueniri poſſit, loquitur enim expreſsè de reb. furtiuis. & de his, quæ vi poſſeſſæ ſunt.

26 Nota aliud diſcrimen: Pactum † ingrediendi authoritate propria, non tranſit in ſingularem ſucceſſorem. Tyraqu. in tract. conſtituti poſſeſ. parte 1. num. 43. fol. 145.

Tertium diſcrimen conſiſtit in eo, † quòd 27 conductio & locatio, tam ex parte conductoris, quàm locatoris, ad ſucceſſorem vniuerſalem hæredem videlicet tranſit. De conductore Vlpianus: ex conducto actionem etiam ad hæredem tranſire palàm eſt. l. ſed addes. 20. §. ſi quis mulierem. in fin. ff. locati. Et Labeo hæredem coloni, quamuis colonus non eſt, nihilo minus domino poſſidere exiſtimo. l. cum in plures. §. 1. in fin. ff. eod. Et Iuſtinianus: Mortuo conductore intra tempora conductionis hæres eius eodem iure in conductionem ſuccedit. §. fin. Inſtit. de locatione. De conductore & locatore ſimul Gordianus: Viam veritatis ignoras, inquit, in conductionib. non ſuccedere hæredes conductoris exiſtimans: cum ſiue perpetua conductio eſt, etiam ad hæredes tranſmittatur: ſiue temporalis, intra tempora locationis, hæredi quoque onus contractus incumbat. l. 4. C. de locato, & conducto.

Succeſſor † autem ſingularis, regulariter 28 non cogitur ſtare locationi ſui anteceſſoris: Emptorem quidem fundi, inquit Alexander Imper. neceſſe non eſt ſtare colono, cui prior dominus locauit, niſi ea lege emit. l. emptorem 3. in princip. C. de locato. Inde Caius reſpondit, eum qui fundum fruendum, vel habitationem alicui locauit: ſi aliqua ex cauſa fundum, vel ædes vendat, curare debet, vt apud emptorem quoque eadem pactione & colono frui, & inquilino habitare liceat, alioquin prohibitus is, aget cum eo ex conducto, l. ſi merces. 25. §. 1. ff. locati. Idem
de legatario, † qui colonum defuncti expu- 29
lit, Vlpianus reſpondit: Fructus ex fundo purè legato, poſt aditam hæreditatem à legatario perceptos, ad ipſum pertinere, colonum autem cum hærede ex conducto habere actionem, l. nihil proponi. 120. §. final. ff. de legat. 1. Et de eodem legatario Iulianus: Qui fundum in plures annos locauerat, deceſſit, & eum fundum legauit. Caſſius negauit poſſe cogi colonum, vt eum fundum coleret, quia nihil hæredis intereſſet. Quod ſi colonus vellet colere, & ab eo, cui legatus eſſet fundus, prohiberetur cum hærede actionem habere, & hoc detrimentũ ad hæredem pertinere: ſicuti ſi quis rem, quam vendidiſſet, necdum tradidiſſet, alij legaſſet, hæres eius emptori & legatario eſſet obligatus, l. qui fundum. 32. ff. locati, & conducti.

Quę res ratione non caret. Primò quidem
quod obligatio † perſonalis non ſequitur ſin- 30
gularem ſucceſſorem l. 1. §. ſi hęres pręcepto fundo. Neque enim, inquit Vlpianus ęris alieni perſonalis actio ſequitur: ſed eum, cui hęreditas ex Trebel. reſtituta eſt, & idem Vlpia. in l. cogi. 16. §. inde quęritur: verſicu. neque enim recipit fundus, ęris alieni, vel legati minutionem, eodem titul. Ideoque etiam emp-

tor

tor poteſt conductorem propria auctoritate
expellere.d.l.emptorem, & l.qui ſundum.ff.
locati.d.l.nihil proponi.§.fin.cum ſimilibus.
Matth.de Afflict.poſt alios in prçcitatis legib.
in tit.de pace iuramen.firman.num.73.in vſi-
bus feudor.

Altera ratio huius rei conſiſtit in regula,
31 quod reſoluto iure datoris, reſoluatur ius ac-
ceptoris.l.lex vectigali.ff.de pignoribus, cum
concordantibus: vnde reſoluto iure locato-
ris, reſoluitur ius conductoris: vnde Vlpianus
ſcribit, ſi fructuarius locauerit fundum, in
quinquennium non teneri, vt frui prçſtet,
non magis, quam vt inſula exuſta teneretur
locator conductori.l.ſi quis domum.9.§.hic
ſubiungi poteſt, ff.locati & conducti. Multis
tamen caſibus ſucceſſor ſingularis conducti-
onem ab anteceſſore factam obſeruare co-
gitur.

32 Primò quidem, ſi ſucceſſor † ſingularis ali-
quo pacto conſenſit, vt conductor in eadem
conductione maneat, l.emptorem, verſic. ve-
rum ſi.C.de locato, argumen. d. l.ſi merces.§.
1.ibi, curarè debet vt apud emptorem quoque
eadem pactione, & colono frui, & inquilino
inhabitare liceat.ff.eod.tit.

33 Secundò, † in locatione fundi dotalis fa-
cta à marito, vxor enim ſoluto matrimonio
tenetur ſtare locationi.l.diuortio, nunc ſub l.
fructus.7.§.Papinianus autem.ff.ſoluto ma-
trimonio.l.ſi filioſamil.25.§.final.ff.eod titu.
de qua re Barto. in d.§.fina. nume.1. Ioan. de
Imol.num.8.Caſtrenſis num.5.& ibi Raphael
Cuman. & Ludouicus Romanus, Albericus
in d.l.diuortio, num.11.Campeg.in tractat. de
dote, quçſtione 23. Auſrerius deciſ. Tholoſa-
na 420. Carolus Molyneus in conſuetudini-
bus Pariſienſibus, §.30.quçſtione 28. Couar-
ruuias lib. 2.variarum Reſolutionum, cap.15.
num.5.

34 Tertiò, idem † receptum eſt in locatione fa-
cta à tutore.l.ſi tutelç.ff.de adminiſtr. & peri-
culo tutorum.

35 Quartò, † quod etiam obtinet in locatione
ad longum tempus.l.1.§.quod ait prçtor, in
fin.ff.de ſuperficiebus, vbi Vlpianus: & ſanè,
inquit cauſa cognita ei, qui non ad modicum
tempus conduxit ſuperficiem, in rem actio
competet.de quo latiſſimè Tyraquellus de re-
tractu lignagier.§.1.glo.14.nu.79.& ſeq.

36 Quintò, ſi omnia † bona locantis ſint obli
gata, pro obſeruando contractu locationis
Bartol.in l.1.§ quod autem. ff. de ſuperficieb.
& in l.qui ſundum.ff.locati.& in d. l.ſi filioſa-
mil.§.fin. Ac prçter Bartolum, & alios Petrus
Duennas plurimorum auctoritates referens
reg.240.num.7.

37 Sextò, id † etiam procedit in fundo eccle-
ſiç vendito.nam emptor cogitur locationem
obſeruare non obſtante reſcripto Alexandri,
in d.l.emptorem, quemadmodum idem iuris
eſt in fiſco, l.fin.ff.de iure fiſc.

De quibus omnibus, & ſingulis interpre-
tes in d.l.emptorem, in d.l.diuortio, in d.l.ſi fi
lioſamil.§.fin.in primis Bolognetus in in d.l.
filiusfamil.§.Diui.num 215.ff.de legat.1.Gui-
do Papæ deciſ.Delphin.420 Stephan. Auſre-
rius deciſ Tholoſana 420 Socin.fallent.487.
Petrus Duennas regul.240.Franciſcus Turza-
nus in communibus opin.concluſ.48.Caſtel-
lanus Cotta in memorab. verbo, ſucceſſor
ſingularis, Tyraquellus de retractu conuenti-
onali.§.3.num.14.& ſeq. vbi remiſſiuè.Quid
in prælatis? quid in debitoribus ante dationē
in ſolutum, & alijs eius generis, an duret poſt
eorum obitum? Item de domino, cui com-
miſſum eſt feudum, an teneatur obſeruare lo
cationem factam à vaſallo? & de fideicom-
miſſario, & de emptore ſub pacto retrouendē
di. Poſt Tyraquellum rem hanc tractant Ca-
rolus Molyneus in conſuetud. Pariſienſib.§.
30.quæſt.22.Didacus Couarruuias lib.2.varia-
rum Reſolutionum, cap.15. Et de particulari
ſucceſſore fiſci, Arius Pinelius in l.1 in 3.par-
te.num.68. verſicu. inſertur decima ſolida ra-
tio.C.de bonis maternis.Roland.à Valle con
ſi.49.in princ.lib.2.& paſſim alij conſulentes.
Adde Reportata iuris Bernardi Alphani, cū
additamento nouiſſimo ad ſæpe dictam l.em
ptorem.

Quartò ſecernitur vniuerſalis ſucceſſor à
ſingulari, vel particulari. Succeſſor enim vni- 38
uerſalis, vel hæres: abſens ibi defendendus
eſt, vbi defunctus debuit, ſi ibi inueniatur, nul
loque ſuo proprio priuilegio excuſatur, ita
Vlpian.l.19.ff.de iudicijs.ideoque ſi is, qui Ro
mæ iudicium acceperat, deceſſit, hæres eius,
quamuis domicilium trans mare habeat, Ro-
mæ tamen defendi debet, quia ſuccedit in e-
ius locum, à quo hæres relictus eſt, l.ſi is.34.ff.
de iudicijs.non enim, vt Paulus inquit, ex per-
ſona hæredum conditio obligationis immu-
tatur.l.2.§.ex his igitur. ff. de verborum obli-
gat.cum alijs in gloſſa ibidem relatis. Diuer-
ſum eſt in ſucceſſore ſingulari, hic enim fo-
rum ſui auctoris non ſequitur: ſi quis ei, qui
in foro promiſſoris conueniri non poteſt,
venditus, aut potentiori datus ſit, magis eſſe
putat Vlpianus, ſequutus Labeonem, vt non
videatur in eadem cauſa ſiſti. l. 1.verſicu. ita-
que.ff.ſi quis ex noxali cauſa agatur.

Quinta pugna inter vniuerſalem & ſingu- 39
larem in eo conſiſtit, quòd ſucceſſor ſingula-
ris poteſt conſtitui ad diem, vel ad certum tē-
pus: idque nouo iure exemplo temporalium
donationum, & contractuum. Ita de legata-
rio, & fideicommiſſario: Iuſtinianus, cùm e-
nim iam conſtitutum ſit, inquit, fieri poſſe tē-
porales donationes, & contractus: conſequēs
eſt etiam legata, vel fideicommiſſa: quæ ad
tem.

tempus relicta ſunt, ad eandem ſimilitudinem confirmari: poſt completum videlicet tempus: ad hæredem ijſdem legatis vel fideicommiſſis remeantibus, neceſſitatem habente legatario, vel fideicommiſſario, cautionem in perſonam heredis exponere, vt ei poſt tranſactum tempus res, non culpa eius deterior facta, reſtituatur. l. fina C. de legat. Et iterum in Conſtitutione de caducis tollendis. §. cum igitur, in fine, verb. ſimilique modo legatorum purè, vel in diem certam relictorum. Diem à morte teſtatoris cedere, C. de caducis tollendis.

Exemplo autem temporalium contractuum, & donationum id à ſe conſtitutum eſſe ait: nam emptio valet, cum fundus in diem addicitur, veluti ille fundus centum eſto tibi emptus, niſi ſi quis intra Kalen Ianuarias proximas meliorem conditionem fecerit: quo res à domino abeat, ſi enim hoc actum eſt, vt meliore allata conditione, ab emptione diſcedatur, pura eſt emptio, quæ ſub conditione reſoluitur. Quo caſu emptor, cui res in diem addicta eſt, & vſucapere poteſt: & fructus, & acceſſiones lucratur, & periculum ad eum pertinet: ſi res interierit. Diuerſum ſi ſit conditionalis, veluti, vt tum demum perficiatur emptio, niſi melior conditio offeratur. l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. ff. de in diem addictione. Idemque eſt in eo qui ſub lege commiſſoria emit, hoc eſt, vt niſi intra certum diem pretium ſit ſolutum, fundus inemptus fieret. Nam & hoc caſu magis eſt, vt ſub conditione reſolui emptio, quàm ſub conditione contrahi videatur, l. 1. & ſequentib. ff. de lege commiſſoria. Quo etiam pertinet emptio de retrouendendo. l. 2. C. de pactis inter emptorem & venditorem. De donationibus ſimiliter manifeſtiſſimi iuris eſt. Si rerum tuarum proprietatem dono dediſti, ita vt poſt mortem eius, qui accepit, ad te rediret, donatio valet. Cùm etiam ad tempus certum vel incertum, fieri poteſt, lege videlicet quæ ei impoſita eſt, conſeruanda. l. ſecunda. C. de donationibus, quæ ſub modo.

Contrarium in hærede, vel vniuerſali ſucceſſore, iuris authoritate conſtat. Hæreditas
40 † enim, vt Papinianus ait, ex die vel ad diem, non rectè datur, ſed vitio temporis ſublato, manet inſtitutio. l. hæreditas. 34. ff. de hæred. inſtit. & ibi gloſſ. Quo etiam pertinet quod Iuſtinianus ſcribit. §. hæres. Inſtit. eod. titu. & ibi gloſſ. Angel. & alij.

Sextò, in eo quoque diſcrepant, quod ſingu
41 laris † ſucceſſor ex teſtamento, legatarius nēpè & fideicommiſſarius ante aditam hæreditatem ab hærede, tranſmittunt legata & fideicommiſſa ad hæredes & ſucceſſores ſuos. l. vnica § cum igitur, & ibi gloſſ. in verbo, cedere. C. de caducis tollendis. Sic etiam Paulus: Illud aut illud, vtrùm elegerit legatarius, nullo à legatario electo, decedente eo poſt diem legati cedentem, ad hæredem tranſmitti placuit. l. illud. 19. ff. de optione legata. Qua tamē in re, nempe in legato conditionali, ad hæredem non tranſmittatur, diuerſum reſpondit Papinianus. Nam pendente conditione non erit electio. Nec ſi moriatur, ad hæredem tranſiiſſe legatum videbitur, l. cum illud. 25. §. 1. in fin. quando dies legati cedit.

CAPVT XLVI.

Succeſſorum appellatione indefinitè prolata, vniuerſales ve an ſingulares, vel particulares ſucceſſores contineantur.

SVMMARIA.

1. *Succeſſorum appellatione indefinita, an vniuerſales contineantur, nu. 15. & 16.*
2. *Indefinita terminatio vniuerſali ſemper æquiparatur.*
3. *Verba in potentiori ſignificato ſunt accipienda.*
4. *Dictio, Quibuſcunque, omnia complectitur, num. 6.*
5. *Dictio, Quibuſcunque hæredibus, etiam extraneos continet.*
7. *Dictio, quicunque contractus, etiam improprios contractus complectitur.*
8. *Alienatio extra familiam non excludit ſucceſſionem extraneorum ab inteſtato.*
9. *Dictio, qualibet alienatio, etiam continet ſucceſſionem ab inteſtato.*
10. *Verba, omnium, quorumcunque, complectuntur omnia iura, quæ excogitari poſſunt.*
11. *Verbum, ſucceſſoribus quibuſcunque, in feudis etiam extraneos continet.*
12. *Succeſſorum appellatio etiam in beneficijs & priuilegijs cōtinet etiam ſingulares.*
13. *Contractus in dubio plenè interpretandi.*
14. *Teſtamenta plenius interpretanda.*

COmmunis, omniumque conſenſione, recepta eſt ſententia, ſucceſſorum † appel-
latione indefinitè prolata contineri vniuerſales hæredes, non etiam ſingulares. Ita Paulus: Nihil intereſt, ſi ſucceſſores, aut pater, aut dominus argentarij eiuſdem fuerunt profeſſionis: quia cum in locum & ius ſuccedunt, argentarij partibus eius fungi debent. Is autem cui argentarius res ſuas legauit, non videbitur contineri: quia Iuris ſucceſſor his verbis ſignificatur, l. quædam. §. nihil intereſt. ff. de edendo. Et iterum ſciendum eſt, inquit, hæredem etiam per multas ſucceſſiones accipi, l. ſciendum. ff. de verborum ſignificat. Et Vlpianus: cogentur & ſucceſſores argentarij edere rationes. Quod ſi plures ſint hæredes, & vnus habeat ſolus, ad editionem compelletur. l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edendo. & idem Vlpianus: Hæredis appellatione, omnes ſignificari ſucceſſores credendum eſt, etſi verbis non ſint expreſſi, l. hæredis. 170. ff. 1

de verborum ſignificat.& alibi : in omni ſuc-
ceſſione, qui hæres ei extitit, qui Titio hæres
fuit,&c.l.ſi quis filium l.7.§.final.ff.de adqui-
renda hæreditate. Et iterum : quoniam ple-
nius eſt ius ſucceſſionis, quàm emptionis,
l.Pomponius § quæſitum.ff.eodem titul. Sic
quoque Modeſtinus, qui per ſucceſſionem,
quamuis longiſſimam, defuncto hæredes ex-
titerunt, non minus hæredes intelliguntur,
quàm qui principaliter hæredes extiterunt. l.
qui per ſucceſſionem. 154. ff. de regul. iuris,
quo etiã pertinet l.nihil aliud,& l. hæreditas,
nihil aliud. Et ibi Decius,& Cagnola. ff.de re-
gulis iuris.l.3.§.bonorum ff.de bonorum poſ-
ſeſſio.cum ſimilibus in iure locis: De qua re
Baldus,in l emptorem, in verbo, quid ſi in-
ſtrumentum.C.locati.Bartol. Bald. Caſtrenſ.
& Alexander in dicta l. quædam. §. nihil in-
tereſt & ibi Iaſon quatuor limitationes addu-
cens à num 203. vſque ad num. 207. Alexan-
der in l quod dicitur ff de verborum obligat.
& in l.ſtipulatio iſta.§.hi autem & ibi gloſſa,
in verbo,cæterorum ff eodem titul. Canoni-
ſtæ in c quia gloſſ.11. & ibi præ cæteris Panor-
mitanus & Felinus numer. 5. & ibi additio,in
verbo,appellatione,extr.de iudicijs, vbi Felin.
regulam tradit : quod appellatione ſucceſſo-
ris in dubio comprehendatur vniuerſalis, nõ
ſingularis: Ripa in l. dabimusq; 4.§ ſi qs cum
tutor.num 2. & ſequent. ff. de priuilegijs cre-
ditorum & reſponſo .83.nu.17.Curtius conſi.
82 colum.4 & 5. Pariſius conſi.62.num. 5. lib.
3.Iacob.Philippus Portius conſi.81.num. 2. &
paſſim alij.

Præter ſuperiores authoritates, commu-
nis hæc traditio non paruis etiam rationibus
2 ſuſtinetur. Indefinita † etiam determinatio,
vniuerſali ſemper æquiparatur.l. ſub prætex-
tu,& ibi Iaſon num.5.C.de tranſactio.l.ſi plu-
ribus ff.de legat.2.Iaſon in l. ſed etſi. § quæſi-
tum.nu. 33 ff. ſi quis cautionibus, & in l.quod
dicitur,num.8.ff. de verborum obligat. cum
ſimilibus.

3 Deinde verba in † potentiori ſignificatio-
ne ſunt,accipienda l quæritur. ff.de ſtatu ho-
minum.l.1.§ qui in perpetuum. ff. ſi ager ve-
ctigalis,&c. cum alijs concordantibus. Ita le-
ges,ſtatuta,& aliæ diſpoſitiones, de dominio
loquentes de directo, & pleno dominio intel-
liguntur Burſatus conſi.12 nume. 21. & num.
22.vſque ad numerum 29 incluſiuè. Quem-
admodum quoque verba in dubio ſemper
determinantur, & definiuntur ex propria ſi-
gnificatione. Iaſon plenè in l. 1. in 2. lectura,
num 26. ff ad Senatuſconſultum Trebellian.
Ideoque communiter tradi ſolet, quod obli-
gans ſe & ſuos ſucceſſores, obligare in dubio
cenſeatur. Bald. in dicta l.emptorem. C. loca-
ti. Quæ interpretatio quoque, videlicet ap-
pellatio ſucceſſionis indefinitè prolata, ſigni-
ficet, ac importet. Vniuerſalem, vel eam, quæ
Iuris dicitur etiam in infinitum ſucceſſio-
nem : vltrà decimum quoque gradum, & ſic
ſine aliqua præfinitione graduum. dicta l ſci-
endum.ff.de verborum ſignificat.l.in annali-
bus.& ibi omnes.C de legatis. Bartolus, & o-
mnes in l.Gallus §.etiamſi parente. ff. de libe-
ris & poſthumis. Pariſius conſi. 20. numer. 8.
libro primo. Menochius conſi.390.num. 8. li-
bro 4. per tradita Ripæ in l.filiusfamilias. §.
Diui.numer.1.& 2. ff. de legatis 2. Durand. de
cautelis vltim.volunt.libr.8. cautela ſecunda,
num. 2.

EXCEPTIONES, VEL LIMITATIONES.

Quibuſdam tamẽ caſibus ſucceſſorum ap-
pellatione indefinitè prolata, etiã ſingulares
ſucceſſores continentur.

Primò, ſi adiecta ſit dictio vniuerſalis, vel-
uti † Succeſſoribus quibuſcunque, quæ dictio 4
omnia complectitur, & adeò vniuerſalis eſt,
vt ad impropria quoque transferatur, & exté-
datur.l.cum quid ff.ſi certum petatur. l.ſi ſer-
uum.§ ſi prætor. ff. de adquirenda hæredita-
te.Iaſon latiſſimè conſi.55.num.2. & conſi.63.
libro 3.

Vnde pro accepta ſententia ſæpè traditum
reſponſumque eſt, filiam, quæ renuntiauit,
Quibuſcunq; hæreditatibus, excludi ab omni
prorſus ſucceſſione. Ita in ſpecie Roma. cõſi.
22.colum.2.Socinus ſenior conſi.34. nume.5.
& 6 libro quarto.Decius conſi.506.num.3. Pa
riſius conſi.26.num.26.& conſi.69.num.65. li-
bro tertio Menochius conſ.6.num.15.libro 1.
& conſi.197.num.75.lib.2.Grammat. deciſ.57.
numer.32.& deciſi.101.nume.72.Ripa in l.qui
Romæ.§.duo fratres.num.11. ff.de verborum
obligat.

Hinc iterum pro communi † ſententia tra- 5
ditur, in materia ſui natura non tranſitoria
ad hæredes extraneos, ſi tamen diſpoſitio lo-
quatur de hæredibus quibuſcunque etiam ex-
traneos hæredes contineri. Baldus in l.1.in 34.
quæſtione.ff de rerum diuiſione. Alexand. in
l. quædam §.nihil intereſt ff.de edendo. Ro-
manus in l.id tempus §.1 ff. de vſucapionib.
cùm alijs copiosè relatis à Gabrielio, libro ſe-
xto,de verborum ſignificat. concluſi quarta.
Hæredum appellatione propter dictionem,
Quibuſcunque, venit extraneus etiam in ma-
teria † non tranſitoria ad hæredes, & Tyra- 6
quellus de retractu lignagier,§. 1. gloſſa 7. nu-
mer.7. vſque ad numerum 28. vbi in quæſtio-
ne ſi ſtatutum prohibeat, quæcunque bona, ſi-
ue mobilia ſint, ſiue immobilia in extraneos
transferri, concludit de actionibus quoque
actum videri, cùm illa dictio Quibuſcunque,
propter generalitatem ſuam etiam ad caſus
improprios trahatur per tradita Alciati in l.
mouen-

mouentium.ff.de verborum ſignificatio. vbi Alciatus ſcribit,ſub verbo,Quicunque hæres, etiam improprium hæredem comprehendi, ex doctrina Romani in d. l. id tempus. §. 1. ff. de vſucap.

7 Ita pariter † cum de Quibuſcunque contra ctibus loquimur, etiam abuſiui & improprij comprehenduntur. Latè Hyppolitus de Marſilijs multa congerens in l. vnius facinoris. 18. §. cognitorum,in verbo, Quocunq; tempore. ff. de quæſtionib.

8 Ita quoque,ſi † alienatio bonorum extra familiam verbis ſimplicibus ſit prohibita & interdicta, non cenſetur tamen prohibita ſucceſſio ab inteſtato, licèt ſuccedens non ſit de familia. l. cum pater. 16. §. cum inter. ff. de legatis.2.

Si tamen alienatio prohibeatur verbis vniuerſalibus, puta omnis, & † quælibet aliena-
9 tio, vel qualitercunque, cenſetur etiam prohibita ſucceſſio ab inteſtato. Latè Socin. conſi. 29. colum. 4. libro ſecundo. Decius conſi. 660. Eadem ratione reſponſum eſt, verba vniuer-
10 ſalia, † omnium, & quorumcunque, etiamſi ſimpliciter fuerint prolata, complecti omnia iura, quæcunque excogitari poſſunt. Idque auctoritate Prudentum, l. in fideicommiſſ. §. Pollidius. ibi, quidquid ex bonis eius. ff. de vſuris. l. qui ſcit. §. præterea. verbo, à quolibet ſati. ff. eod. l. cum virum. 16 ibi, vbi hæres rogatus fuerit. quidquid ex hæreditate ad eum peruenerit poſt mortem reſtituere, animaduertimus etiam præceptionis compendium, teſtatoris verbis comprehenſum eſſe. C. de fideicommiſſis. ita Tiberius Decianus conſi. 3. num 132. & ſeq. lib. 1.

Quod etiam in feudis obſeruatur: nam feu-
11 dum conceſſum mihi, & meis ſucceſſoribus † quibuſcunque, tranſit ad extraneos quoque hæredes, & legatarios, qui improprij ſunt hæredes, & alias non admitterentur: prout multis accumulatis congeſtiſque in eam rem authoritatibus, ſcribit Tyraquellus in tractatu de retractu lignagier §. 1. gloſſa 7. numer. 20. & ſequent. de qua re infrà in capite, Hæredum appellatione in feudis, qui continentur.

12 Secundò, † ſucceſſorum appellatio côplectitur ſingularem ſucceſſorem in priuilegiis, beneficijs, ac indultis Principum. In his enim fit lattiſſima interpretatio in præiudicium cõcedentium. Beneficium Imperatoris, quod à diuina ſcilicet eius indulgentia proficiſcitur, quam latiſſimè interpretari debemus, inquit Iauolenus, l. 3. ff. de conſtitutionibus. Sic immunitates generaliter tributæ, eo iure, vt ad poſteros tranſmitterentur, in perpetuum ſuccedentibus durant, l. immunitates. 4. ff. de iure immunitatum, & ibi gloſſa in verbo, ſuccedentibus. Generi autem, poſteriſque datæ cuſtoditæ, ad eos, qui ex fœminis nati ſunt, non pertinent, l. 1. ff. eodem.

De interpretatione enim dictorum, factorumve, ſi ambigua, vel dubia ſunt, id communiter tradi ſolet, contractus † plenè eſſe 13
interpretandos, ne propter nimiam ſubtilitatem verborum, voluntates contrahentium impediantur, l. 1. in fine. C. vt actiones, & ab hæredibus, & contra hæredes incipiant, ac iuſtum ſit, voluntates contrahentium magis, quàm verborum conceptionem inſpicere. l. fina. C. quæ res pignori obligari poſſunt. Quo etiam pertinet l. de ſocietate. ff. pro ſocio. l. ſicut. §. ſi debitori. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur. l. penultim. ff. de conſtituta pecunia. l. in ſumma. ff. de re iudicata. l. in conuentionalibus. ff. de verborum obligationibus. l. 3. ff. de liberis præteritis. l. tertia §. conditio. ff. de adimendis legatis, cum ſimilibus.

Teſtamenta † autem plenius interpretanda: In teſtamentis, inquit Paulus, plenius voluntates teſtantium interpretantur. l. 12. ff. de regulis iuris. Et Vlpianus: quoniam plenius eſt ius ſucceſſionis, quam emptionis, l. Pomponius. 13. §. quæſitum. ff. de adquirenda poſſeſſione. Cuius exempla extant in l. ſi cui. §. ſi vinum, ff. de tritico legato. l. qui penu. § final. ff de penu legata, & paſſim alibi, de qua re Decius, & Cagnola in dicta l. in teſtamentis. Beneficia autem Principum pleniſſimè ſunt accipienda, & intelligenda, dicta l. 3. & ibi Coraſius poſt veteres, ff. de conſtitutionib. l. 2. §. meritò. §. ſi quis. ff. an quid in loco publico. c. cum dilecti, extr. de donationib. & ibi interpretes. 14

Tertiò, ex quorundam ſententia, quæ tamen repudiata, ſucceſſorum † appellatione 15
indefinitè prolata, continetur ſingularis ſucceſſor, ſi dictioni ſucceſſorum, addita fuerit dictio, hæredum, veluti, ſi aliquid concedatur alicui pro ſe, & ſucceſſoribus, & hæredibus ſuis: quæ ſententia authorem habuit Alexandrum, prout refert Iaſ. in d. l quædam. §. nihil intereſt, num. 4. per l. fluminum. § adijcitur. ff de damno infecto. Et quod ſucceſſorum, ſuperflua foret, quæ ſuperfluitas in iure noſtro vitari ſolet. l. ſi quando. in princip. ff. de legat.

Sed hæc ſententia voto communi improbatur, ac reijcitur: nam pro certo habetur, & tradi ſolet dictionem, ſucceſſorum, etiam hoc caſu ſingulares continere, & complecti ſucceſſores vniuerſales: Appellatio enim hæredum, denotat hæredes vniuerſales qui ſuccedunt iure Prætorio, l. ſtipulatio iſta. §. 1. ibi, ſed ſi ſe obligat, ne ipſe faciat, quo minus habere liceat: obligatur etiam ne hæres ſuus faciat, vel quis cæterorum ſucceſſorum efficiat, ne habere

 liceat:

liceat: & ibi gloſſa, in verbo, cæterorum, vt iure honorario, & fideicommiſſario. Ita Ioannes de Imola in l. quod dicitur, num. 14. ff. de verborum obligationib. Ripa in l. ex facto. §. final. num. 15. ff. ad Senatuſconſultum Trebellian. & in l. quæſitum. §. ſi quis cum tutor. ff. de priuilegijs creditorum. Salicet. in l. 2. C. de iure emphyteutico. Speculator in tit. de locato. § nunc aliqua. Socin conſi. 275. num. 13. libro ſecundo. Iaſon conſi. 89. colum. 3. verſic. ſextò benè facit, lib. 3. Decius conſi. 171. num. 5. & cõſi. 208. num. 11. & conſi. 258. Ruin. conſi. 161. nume. 9. lib. 1. Syluanus conſi 30. num. 10. Cephalus conſ. 725. num. 19. lib. 5.

Poſtremò, appellatione † ſucceſſorum comprehenditur ſingularis, quoad ius excipiendi. Hoc enim ad ſingularem quoque ſucceſſorem tranſit, l. final. C. de execut. rei iudicatæ, l. etiam, ff. de iureiurando. Iaſon in dicta 16
l. quædam. §. nihil intereſt, numer. 6. Felinus in d. c. quia, circa finem. verſicul. ſecundò limita.

FINIS LIBRI PRIMI.

VALEN-

VALENTINI FORSTERI
IVRECONSVLTI PRAECLARISS.
DE HAEREDITATE, ET HAEREDIBVS, EORVMQVE DIVISIONIBVS AC DIFFERENTIIS,

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

Quid ſit hæreditas.

SVMMARIA.

1 *Hæreditas vnde dicta.*
2 *Hæreditas quid ſit, eiusq́; definitio.*
3 *Hæreditas ex tempore mortis æſtimatur.*
4 *Hæreditas pro domino multoties in iure accipitur.*

HACTENVS dictum eſt de modo adquirendi iuris vniuerſi, quod defunctus habuit, Nunc propius accedēdum eſt, ac tractandum de iure ipſo: quod quidem ius, hæreditatis appellatione denominatur.

1 Hæreditatem, ſicuti etiam hæredem, à verbo hærere deriuari, Grammaticorum traditis expeditum eſt, hærere enim propriè, eſt arctè alicui rei inſidere. Inde hæres, quia qui hæres eſt, hæret, hoc eſt, proximus eſt ei, cuius eſt hæres. Quamuis quidam hæredem dictum putent, quod dominus fiat bonorum, quæ ad eum perueniunt. Hæres enim, vt Sextus Pompeius refert, apud antiquos pro domino ponebatur. Hinc hæreditas quoque: quia ita hęret defuncto, vt perſonam eius in omnibus repræſentet, ac ſuſtineat. Ab hæredum vocabulo defluxerunt, cohæres, exhæres, hæreditarij morbi, hæreditaria vitia, hæreditaria præconia, & ſimilia. Item antiqui Hærem Martiam accepta hæreditate colebant, quæ à nomine appellabatur hæredum: & eſſe vna ex Martis comitibus putabatur, ita Sextus Pompeius libro octauo, & tantùm de definitione nominis.

Quantum verò ad definitionem ipſius rei attinet, definitur hæreditas à Caio: Hæredi-
2 tas, inquit, † nihil aliud eſt, quàm ſucceſſio in
vniuerſum ius, quod defunctus habuit. l. nihil aliud. 24. ff. de verborum ſignificationib. Et Iulianus iiſdem verbis. Hæreditas, inquit, nihil aliud eſt, quam ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti, quod defunctus habuerit tempore mortis. l. hęreditas. 62. ff. de reg. iur. Quæ duo potētiora verba, ab Interprete aliquo adiecta fuiſſe, plerique exiſtimant.

Quia in hæreditate tempus, † quo quis vita 3
functus eſt, cōſideratur: etiāſi antè plus in hęreditate fuiſſe cōſtet. Quod & in detractione quartæ partis ex lege Falcidia obſeruatur. §. quantitas. Inſtitut. de lege Falcidia. Inde Vlpianus ait, hæreditas non hæredis perſonam, ſed defuncti ſuſtinet, vt multis argumentis iuris ciuilis comprobatum eſt. l. hæreditas. 34. ff. de adquirendo rerum dominio. Et alibi ait hæredem eiuſdem poteſtatis, iuriſq́ue eſſe, cuius fuit defunctus. l. hæredem. 59. ff. de regulis iuris.

Et Hermogenianus, † Hæreditas in multis 4
partibus iuris pro domino habetur, adeoq́ue hereditati quoque vt domino per ſeruum adquiritur. l. hæreditas. 61. ff. eodem. quo pertinet quod Vlpianus ſcribit, quotiens ſeruus hę reditarius ſtipulatur, vel per traditionem accipit, ex perſona defuncti vires aſſumit, vt Iuliano placet, l. in eo. 33. §. fin. ff. de adquirendo rerum dominio. Et Pomponius: ſtipulatio tranſit ad hæredem illius, cuius perſonam interim hæreditas ſuſtinet, l. nouatio. 24. ff. de Nouationibus. Et Florentinus, hæreditas perſonæ defuncti vice fungitur, ſicuti municipium, & decurio, & ſocietas. l. mortuo. 22. ff. de fideiuſſoribus. Denique Iuſtinianus: Hæreditas in pleriſque perſonæ defuncti vicem ſuſtinet. Inſtitut. de ſtipulatione ſeruorum, in principio. Et iterum: nondum adita hæreditas, perſonæ vicem ſuſtinet, non hæredis futuri, ſed defuncti. §. ſeruus etiam alienus. Inſtitut. de hæred. inſtit.

CAPVT II.

Hæreditatis appellatione, ius ne ipſum ſuccedens defuncto, & hunc repræſentans contineatur, an rebus ipſis hæreditarijs attribui debeat.

SVMMARIA.

1 *Hæreditas ius ſuccedens eſt.*
2 *Hæreditas res incorporalis.*
3 *Hæreditatis appellatio etiam damnoſam continet.*

 4 He-

4 *Hæreditas,dos,peculium, non vindicantur, quia iuris nomi mina ſunt.num.5.6.7.*
8 *Hæreditatis & contractus differentia.*
9 *Fructus ante aditam hæreditatem, hæreditati acquiruntur.*
10 *Procedi poteſt contra hæreditatem iacentem.*
11 *Hæres ante aditam hæreditatem conueniri non poteſt.*
12 *Hæreditas iacens defunctum, adita hæredem repræſentat.*
13 *Ius capiendi vel exequendi competens contra debitorem, cõtra eius hæredem obtinet.*
14 *Hæres tenetur ad omne æs alienum teſtatoris, & legata per ſolvenda non faciens inuentarium.*
15 *Locatio ad longum tempus à contractu emphyteutico non multum differt.*
16 *Locatio ad longum tempus alienatio dicitur.*
17 *Hæres factum defuncti infringere non poteſt.*
18 *Fraudem defuncti hæres allegans reÿcitur.*
19 *Hæres quatenus defuncti perſonam repræſentet.*
20 *Legatarius in re legata repræſentat teſtatorem.*
21 *Sententia lata contra vnum hæredem, cohæredi non nocet.*
22 *Succeſſor certorum prædiorum, eorum onera ſuſtinet.*
23 *Succeſſores plures vnius prædij ſi ſunt, quatenus opera eo nomine edantur.*
24 *Deciſio ſummaria quæſtionis præmiſſa.*

PLERIQVE cum Bartolo opinati ſunt,
hæreditatem ius ſuccedẽs appellari, quod
poſt mortem defuncti,& ante aditam hęredi-
tatem defuncto ſubrogatur,ac eius perſonam
in omnibus iuribus,quæ habuit, repræſentet,
& quaſi præſentem facit. Bart. & cæteri in l. 1.
ff.de adquir. hæred.
Quæ ſententia manifeſtiſſimo iure com-
probatur:nam,vt Iuſtinianus ait,hæreditas ſi-
ne vllo corpore,iuris intellectum habet,l.hæ-
reditas. 50. ff. de petitione hæreditatis. Et Vl-
1 pianus: hæredes iuris ſucceſſores ſunt, & ſi
plures inſtituantur, diuidi inter eos ius opor-
tet,quod ſi non fiat,omnes æqualiter hæredes
ſunt,l.quotiens.9. §. hæredes. ff.de hæredibus
inſtituendis.Et iterum Vlpianus: nihil inter-
eſt ſi ſucceſſores,aut pater, aut dominus argẽ-
tarij,eiuſdem fuerunt profeſſionis. Quia cum
in locum & ius ſuccedant argentarij, parti-
bus eius fungi debent. Is autem cui argentari-
us rationes ſuas legauit, non videbitur conti-
neri: quia iuris ſucceſſor his verbis ſignifica-
tur,non magis, quam ſi ei viuus eas donaſſet,
l.quædam.9 §.nihil intereſt. ff.de edendo. In-
2 de hæreditas † etiam à rebus corporalibus ſe-
cernitur, & incorporalis eſt:Incorporales au-
tem ſunt,quæ tangi non poſſunt, qualia ſunt
ea,quæ in iure conſiſtunt, ſicut hæreditas, v-
ſus,vſusfructus, & obligationes quoquo mo-
do contractæ. Nec ad rem pertinet, quod in
hæreditate res corporales continentur: nam
& fructus,qui ex fundo percipiuntur, corpo-
rales ſunt: & id, quod ex aliqua obligatione
nobis debetur,plerunque corporale eſt,veluti
fundus, homo, pecunia.

Nam ipſum ius ſucceſſionis, & ipſum ius
vtendi fruendi, & ipſum ius obligationis in-
corporale eſt.l.1. §. incorporales. ff. de rerum
diuiſione. §. incorporales. Inſtitut. de rebus
corporalibus,& incorporalibus.Et Vlpianus:
Hæreditatis autem, bonorumve poſſeſſio, vt
Labeo ſcribit, non vti rerum poſſeſſio ac-
cipienda eſt Eſt enim iuris magis, quàm cor-
poris ſucceſſio: denique etſi nihil corporale
eſt in hæreditate. Attamen rectè eius bono-
rum poſſeſſionem agnitam Labeo ait, l. 3. §.
hęreditatis.ff.de bonorum poſſeſſ.inde etiam
hæreditatis emptor vocatur.l.2.in princ.ff.de
hæred.vend.
Hinc damnoſa quoque hæreditas, & quæ
ſoluendo non eſt,hæreditas eſt, & æri alieno
obligat. l.more noſtræ ciuitatis. §. hæreditas.
ff. de adquirenda hæreditate. Et † hæreditatis 3
appellatio ſine dubio cõtinet etiam damno-
ſam: Iuris enim nomen eſt, ſicuti bonorum
poſſeſſio.l.hæreditatis.119. ff. de verb. ſignific.
hoc eſt, hæreditas nomen eſt iuris, per quod
defuncti perſona repræſentatur. Non autem
nomen eſt facultatum.
Vnde etiam † hæreditas non ſpeciali rei 4
vendicatione, quæ ad corporales res directa
eſt,petitur: ſed vniuerſali, nempè, petitione
hæreditatis Item, ſi pars hæreditatis petatur:
item poſſeſſoria hæreditatis petitione, vel fi-
deicommiſſaria hæreditatis petitione. titul.
ff.de petitione hæreditatis, titul. ſi pars hære-
ditatis petatur. titul. de poſſeſſoria hæredita-
tis petitione.& tit. de fideicommiſſaria hære-
dita.petit.
Quòd † pariter obtinet in dote, l.etiam. ff. 5
de iure dotium. l.promittendo §. ſi à debito-
re. l.debitor mulieris. l.nuptura. l. ſi ſponſali-
bus. ff. eod. titul.l. erit. ff.de fundo dotali.
Idemque † obſeruatur in peculio. l. quæſi- 6
tum,in fine l.peculium, ff.de peculio. cum ſi-
milibus, prout acutè diſputat Ioannes Bolo-
gnerus in Rubrica, ff. ſoluto matrimonio,
numer. 195. Hæreditas † enim,dos,& peculi- 7
um, nomina iuris ſunt, & in vniuerſum
non vendicantur: At quæ facti ſunt, & cor-
porum, vendicantur,l.vendicatio.56. ff. de rei
vendicat.
Quia in re † ſucceſſio à contractu quoq; ſe- 8
paratur: Contractus enim facti ſunt, & rei
dominium citra traditionem non transfe-
runt, l.traditionibus. C. de pactis. Vnde eti-
am fit, quod hæreditati, per ſeruum hæredi-
tarium,vt domino acquiritur,dicta l hæredi-
tas,& l. eius qui in prouincia. 41. ff. ſi certum
petatur. Licet enim hæreditas animum non
habeat.l.1.§.Scæuola.ff.ſi is,qui teſtamento li-
ber eſſe iuſſus erit. fictè tamen cenſetur habe-
re.l.gerit.88.ff.de acquiren. hæred. & loco bo-
næ fidei poſſeſſoris habetur. Philippus Dec.in
l. eius qui in prouincia, §. quod ſtipulatus.
nu. 4.

9 nu.4. ff.ſi certum petatur. Ideo fructus † poſt
mortem defuncti, ante aditam hæreditatem,
hæreditati iacẽti acquiruntur. l. quod ſeruus.
38.de legat.2. & in omnibus quoque caſibus,
in quibus actio contra defunctum intentari,
& conſtitui potuit, ſimilirer in hæreditatem
intentatur. Suſtinet enim hæreditas perſonã
domini.l cùm hæreditas.9.C.depoſiti.l.noua
tio.infi.24.ff.de nouationibus §.1. Inſti.de ſti-
pulatione ſeruorum. §. ſeruus etiam alienus.
Inſtit.de hæredib.inſtituend.

10 Quare, vel ob † contumaciam, vel alia de
cauſa contra hæreditatem lacentem, iure mu
nicipali proceditur, non ſecus, ac contra de-
functum res iudicio peracta, cõfectaque fuiſ-
ſet.Philip.Corn.conſil.302.num.16. volum.3.
quo quidem caſu hæreditati, iacenti curator
bonorum datur.l.1.ff.de curatore bonis dan-
do l ſi quis inſtituatur hæres. §.item ſi condi-
tioni.in verb.per curatores diſtrahi iuſſurum
23.ff de hæred.inſtituendis.l. inter bonorum.
11 48.ff.de adminiſt.tuto. Hi enim † ad quos de-
lata eſt hæreditas, antequam eam adeant, con
ueniri non poſſunt: cum adita demum hære-
ditate, ex quaſi contractu quodam obligen-
tur.l.apud Iulianum 3.in fin.ff.quibus ex cau-
ſis in poſſeſſionem eatur.l.ſi quis abſentis. 5.§.
hæres. ff de actionibus, & obligationibus. l.
quæ legata, 18.ff.de regul.iur. §.hæres.Inſtitut.
de obligat.quæ ex quaſi conrractu naſcuntur.
Quare illi quoq; qui hæreditati iacenti actio-
nem mouent, aut tempus à Iudice intra quod
hæres vel hæreditatem adeat, vel repudiet,
impetrabunt: Accurſ.& Interpretes, in l.quã-
diu.69.ff.de acquirenda hæred.l.4 ff.de bonis
authoritate iudicis poſſidendis: aut curator
bonis vt detur, rogabunt.d.l.1.ff. de curatore
bonis dando. Adita deinde hæreditas, cum
omnibus ſuis cauſis, vitijſque in hæredem de-
noluitur: eum hæres vna, eademque perſona
cum defuncto, & eiuſdem poteſtatis, iuriſque
eſſe cenſeatur.d.l.nouatio.l.hæredem.60. ff.
de regul.iuris.l.ſi mihi, & Titio.55.§.1.ff.de le-
gatis.libr.2.§.1. in Authent. de iureiurando à
moriente præſtito.

12 Nam dum † iacet, perſonam defuncti ſu-
ſtinet, adita verò, & agnita hæreditas hæredẽ
repræſentaſſe, retro à morte defuncti intelli-
gitur. l. hæres quandoq;.54. & ibi Bartol.ff.de
acquirenda hæreditate.

Quare ex delicto defuncti, quatenus ad e-
um peruenit tenetur. Quod enim turpirer,
vel ſcelere quæſitum eſt, ad compendium hæ-
redis non debet pertinere l.quod diximus.16.
inf.l.videamus ſequenti. ff.de eo quod metus
cauſa.Bart.in l.1.num 6.ff.de priuatis delictis.
13 Imò ſi † iure municipali ſancitum ſit, vt vel
debitor capiatur, vel executio contra eum
ſtatim fiat, poterit & hæres eius capi, & cõtra
eum executio inſtitui. Bartol.Ang.& Paul.de
Caſtr. in l.poſtulante.44. in princi. ff.ad S.C.
Trebell.Iaſ.in l.ſi cui legetur.51.§.vlt. in 3.no-
tab.ff.de legat.1.& in conſi.217.colum.2.lib.2.
Alexan.conſil.18.col.vltim. lib.vltim.Alexã.
conſil.188.colum.1.ad ſin.libr.2.Philip.Corn.
conſil.31.num.3.volum.3.Felin.in c.quia 7.ex-
tra, de iudicijs. Nec non quoque hæres tene-
tur ad intereſſe pro delicto defuncti, etiam de
iure Canonico.Bald.in l.1.col.vltim.C.ex de-
lictis defunctorum in quantum hæredes con
ueniantur, & in l.furti actione.C.de furtis, &
ſicut defunctus creditoribus ſuis vltra vires
patrimonij obligatus erat, ita hæres immiſ-
cendo ſe hæreditati, vel adeundo, etſi ſoluen-
do non eſt, obligatur.l.Si te bonis.10. C. de iu
re deliberandi. l.quæ dotis nomine.33.in fin.
ff.ſolut. matrimon. quod Iuſtinianus emen-
dauit: ita † enim obſtringitur, ſi inuentarium 14
non fecit. l. fin.§.etſi præfatum. C.de iure de-
liberandi. Sicuti etiam legatarijs, ad legata in-
tegra præſtanda tenetur, licet vniuerſæ facul-
tates teſtatoris abſumptæ ſint, ſi inuentarium
facere neglexerit. §.ſi verò non fecerit, in Au-
thenti.de hæredibus & Falcidia: quamuis o-
lim de ſuo nihil erogare cogeretur. l. ſi vni-
uerſæ. 15. C. de legatis.l.1.§.penultim.ff.ad Se-
natuſcon.Trebell.locationem etiam à defun
cto factam, ratam habere cogitur, tam vni-
uerſalis ſucceſſor.(l.viam veritatis.10. C.loca
ti.l.ſed addes.19.§.penultim. in fin. l.cum in
plures.60.§.1.in verbo hæredem. ff.locati Ia-
cob. de Rauenna, & Imola in l. qui vniuer-
ſas.30.§.quod per colonum. ff.de acquiren.
poſſeſ.) quam ſingularis, ſi res conducta ſit ad
longum tempus. l.1.§.quod ait. ff.de ſuperfi-
ciebus. l.fructus. §.Papinianus, quem §.vete-
res interpretes citant.l.diuortio.8.& ibi gloſſ.
& interpretes.ff.ſoluto matrimonio.Latè Di
dacus Couarruuias.lib.2.variarum reſolutio-
num. cap.15. Andreas Tyraqnel.de vtroque
retractu.fol.184.num.14. Philip.Corn.conſi.
103.nu.7.col.2.

Locatio † enim ad longum tempus, non 15
videtur à contractu emphyteutico differre.
Philip.Corn.conſi.166.nu.3. in ſecundo volu.
per text.in §.adeo.inſtitu.de locato & condi-
cto. glo.in l.fin in verbo, retrahendam. C.de
locatione prædiorum ciuilium.lib.11. Et † a- 16
lienatio dicitur. Philipp.Corneus conſil.262.
volum.3.per c.fin.extr.de rebus Eccleſiæ non
alienandis. l. 1. §.qui in perpetuum.ff.ſi ager
vectigalis, vel emphyteuticarius petatur. &
d.l.1.ff.de ſuperficiebus. Arius Pinellus in l.1.
in 3.parte, num.63.verba ante aliam. C.de bo-
nis maternis. Et nouiſſimè Fernãdus Vaſqui-
us in tractatu de ſucceſſ.lib.1.§.1.num.77.ver.
deinde eadem gloſſ. Ratio horum omnium
eſt: Quia † hæres factum ſui authoris inuerte- 17
re non poteſt, tum quod eiuſdem poteſtatis;
iuriſque ſit cum defuncto: tum quod æquũ ſit,

ex qua perſona Lucrum, quis capit eius factũ vt præſtet. d.l.hæredem.60.& l.ex qua perſona.192. ff. de regulis iuris gloſſ. & interpretes. in l.fin.§.in computatione. C. de iure deliberandi.& in l.cum à matre.14. C.de rei vendi. c.Epiſcopus qui filios.33.12.quæſt.2.Fulgoſ.in conſil. 77.incip. paterfamiliâs. Anchoranus conſil.26. Hieronym. Gratus reſponſo 3.nu. 39.lib.1.& reſponſo.9.nu.15.eod.lib. Hinc Ludouicus Romanus conſultus,reſpondit: Filios hæredes non poſſe præiudicare diſpoſitioni teſtatoris, etiamſi factum in Initio inualidum fuerit,conſ.18.quo & Hieron. Gratus putat.Reſponſ.25.per totum lib.1.

Hinc in feudis hæreditarijs, cõfecto etiam inuentario, hæredem non poſſe defunctj voluntatem inuertere, plurimi alij quoque reſponderunt. Gratus reſponſo.34.lib.2. Alexã. conſ.19.& 28.lib.5.Curt. Iun. conſil.1.col.3.& conſi.155.& conſi.138.

18 Nam hæres † fraudem ſui authoris producens,& allegans,reijcitur.l.ſi creditoribus.5.& ibi gloſſ. in verbo non debet. C.de ſeruo pignori dato. l. tranſactione finita.30.C.de tranſactionibus.l.filios.4. C. de reuocandis donationibus: Inde ſimiliter cum vna & eadem perſona hæres cum defuncto cenſeatur, teſtis pro defuncti voluntate probanda non admittitur. l. qui in teſtamento. 14. in princi.ff.qui teſtamenta facere poſſunt. §. ſed neque Inſtitut.de teſtamentis.Corraſ.ca.17.lib.5. Miſcel-
19 laneorum iuris ciuilis. Quæ quidem † fictio, qua perſonam defuncti ſuſtinere Intelligitur, in ea ſolum parte,in qua ſuccedit, locum obtinet. Hæres enim perſonam defuncti pro ea tantum parte ſuſtinet, in qua hæres eſt: in cæteris pro extraneo habetur.l.1.C. ſi certum petatur. l. pro hæreditarijs. 2. C.de hæreditarijs actionib.gloſſ.& text.in l.cum à matre. 14. C. de rei vend.gloſſ.in l.2.§.vlti. & ibi Bartol.ff. de Prętorijs ſtipulationibus.Iaſ.in l.ſi ita quis promiſerit.136.§ ea lege.in 4.notab.ff.de verbor.oblig.Lancellotus in l.2.colu.2.C.de impuberum,& alijs ſubſtitutionib. Petr.Anchoran.conſi.25.col.vltim.

20 † Sic legatarius tanquam hæres repræſentat in re legata,teſtatorem. l.id tempus. 14.in fi.ff.de vſurpationibus,& vſucapionibus Bar. In l.huiuſmodi.84.§.ſi ſempronius. num.1.ff. de legatis 1.

21 † Sic ſi duo ſint hæredes, & contra vnum ex ijs actio mota ſit, ſententia lata contra vnum,alteri non nocet: Licet idem decidendi medium contra vtrumq; vſurpari poſſit.l.ſæpe.63.ff.de re iudicata. Innocentius in c.propoſuit. 4.extra de conceſſione præbẽdæ, quia ab alio cauſam non habet: Deinde vnus alium, quo minus cauſam ſuam agat, defendatque,prohibere non poteſt.Bart.in d.l.ſæpe.

22 † Sic is, qui in certa prædia hæreditatis paternæ ſuccedit, munera eius nomine,vt poſſeſſor edit.Res enim quælibet cum ſuo onere transfertur.l.via conſtitui.23 §.ſi fundus.ff.de ſeruitu.Ruſticorum prædiorum.l.ſecundùm naturam.10.ff. de regul.iur. c.cum non ſit.33. extr. de decimis.

Sic † ſi plures filij in eadem prædia ſucceſ-
ſerint,& operæ ſunt diuiſibiles, tunc quiſque 23
pro virili obligatur,& ſua parte edita, amplius non obſtringitur.Ad indiuiſibiles verò ſinguli in ſolidum conueniri poterunt, quas ſi vnus præſtitit, alios liberat,ac legitimam cõpenſationem ab ijs iuris actione petit.l.quoties.23.ff.ad Senatuſconſult.Trebell. l.cum pater.77.§.hæreditatem.in fi. ff. de leg 2.l.hæredes.26.§.contra ſi promiſſor.ff.familiæ herciſcundæ.l.ſi duo.22. ff.depoſiti.

Summatim † itaque hæreditas ius ſucce- 24
dens eſt,quod defunctum ab eius morte, donec adeatur ab hærede,reprçſentat.Quod deinde ius in hæredem vniuerſalem, plenè perfecteque,vel in hæredem ex parte,pro ea portione in qua ſuccedit,cum ſuis vicijs, cauſisq; omnibus tranſit.

CAPVT III.

Alciati opinio diuerſum aſſerentis refutata.

SVMMARIA.

1 *Alciatus Bartoli ſummam impugnat & quibus rationibus. nu.2. 3.*
2 *Hæreditas recipit quotas diuiſibiles. & nu.14.*
3 *Veteres hæreditatem in rebus ipſis intellexiſſe.nu.21.*
4 *Alciati opinio in deſcriptione hæreditatis refutata.*
5 *Hæreditas nomen iuris eſt,acceßio ſic & diminutionem cõtinens.*
6 *Hæreditas etiam ſine corpore eſſe poteſt.*
7 *Hæreditate adita, nomen hæreditatis perit.*
8 *Vniuerſitas aliud ab hominibus in vniuerſitate contentis.*
9 *Argumentum à coniugatis ſæpe fragile.*
10 *Domini varia acceptio.*
11 *Hæres ante aditionem non eſt Dominus.*
12 *Hæres magis dicitur qui perſonam defuncti repræſentat.*
13 *Fiſcus hæreditatem vendicans tamen hæres non eſt.*
15 *Actiones directæ ſunt apud venditorem hæreditatis,vtiles apud emptorem.*
16 *Hæreditatis finitio apud Ciceronem examinatur.*
17 *Verba impropriè dicta ita accipienda vt materiæ ſubiectæ inſeruiant.*
Intellectus l.debitori.C.de pactis.
18 *Bartoli opinio defenditur & declaratur.*
19 *Renuncians bonis & hæreditati defuncti iuri acquirẽdi hæreditatem non cenſetur renunciaſſe.*
20 *Hæreditas quando defuncti perſonam ſuſtineat.*

ALciatus, † inter omnes iuris noſtri In- 1
terpretes,noſtra quidẽ patrumq; memoria,& Doctiſſimus,& Eloquẽtiſſimus, Bartoli interpretationem reijcit, & rebus ipſis in hæreditate

reditate contentis,attribuit. in l.nihil aliud. 24.ff.de verbor.ſignific.

Exiſtimat enim, quotiēs paterfamiliàs moritur, omnia tunc eius bona itemq́ue iura ſine domino remanere, ea ſimul iuncta,& quadam vniuerſitate compræhenſa,id ius conſtituere,quod hæreditas dicitur:Et hoc ius ex rebus conſtitutum, defunctum repræſentare, quod vbi per hęredem aditum,& acquiſitum fuerit, fictione quadam legis, à principio vſque,in eius bonis cenſeri fuiſſe.l.hęres 32.ff.de adquirenda hæredit. idq́ue,vt opinetur,multis ducitur,& promouetur rationibus. Primā quidem ex ipſa nominis vi,& Etymologia repetit, ac deſumit. Nam cum hæres idem ſit quod dominus.§.fin.Inſtit. de hæredum qualitate,& differentia l.1.ff. de ſucceſſorio edict. l.item Mela.§.legis autem Aquiliæ. ff.ad l.Aquiliam.ſequitur,vt hæreditas ſit rerum ipſarum dominium,non ius ſuccedens. Deinde
2 † hæreditas quotas partes recipit, ac in duodecim vncias diuiditur,quæ aſſis nomine cōtinentur.l.ſeruum.§ fin.nunc ſub.l.aſſe. 77.ff. de hæredib. Inſtituendis.cum ſimilibus:Quæ diuiſio rebus quidem competere, iuri quadrare non poteſt. Poſtea Vlpianus bona accipit vniuerſitatis cuiuſq́ue ſucceſſionem,qua ſuccedirur in ius mortui.l.3.§.bonorum. ff.de bonorum poſſeſſ. vnde credendum non eſt, eadem verba hic de iure ſuccedente accipi: alibi de re ipſa intelligi.

3 Poſtremo † ait,Veteres Iureconſultos, hæreditatem in rebus ipſis intellexiſſe. Adducit finitionem, quam Cicero in Topicis refert. Hæreditas eſt pecunia quæ morte alicuius, ad quempiam iure preuenit, nec ea aut teſtamento legata, aut poſſeſſione detenta, confecta eſt.

Vltra Alciatum addo,quod hęreditas dicitur tradi.l.debitori.7.C.de pactis.cum tamen incorporalia non tradantur.l.ſeruus. 43.§.in corporales. ff.de acquirēdo rerum dominio.

4 Quæ † Alciati opinio,& otioſa eſt, & facilè quoque euertitur. Vlpianus enim in l.pecuniæ verbum.178.ff. de verborum ſignificatione.pecuniæ appellationem,qua Cicero in Topicis vſus eſt, ab hæreditate manifeſte diſcernit. Pecuniæ verbum, inquit,non ſolùm numeratam pecuniam,complectitur: verùm etiam omnem omnino pecuniā, hoc eſt omnia corpora. Nam corpora quoque pecuniæ appellatiōe contineri,nemo eſt,qui ignoret.

5 Hæreditas † nomen iuris eſt,quod & acceſſionem,& deceſſionem in ſe recipit. Hæreditas autem vel maximè fructibus augetur.l.pecuniæ verbum.178.ff.de verb. ſign.Et idem in l.3 §.hæreditas.ff.de bonor.poſſeſſionib. Labeonis ſententiam refert. Hæreditatis autem bonorumve poſſeſſio, vt Labeo ſcribit, non vti rerum poſſeſſio,accipienda eſt: Eſt enim Iuris magis, quàm corporis poſſeſſio. Deniq; etſi nihil corporale eſt in hęreditate: Attamē rectè eius bonorum poſſeſſionem agnitā, Labeo ait:& Pomponius ait: hæreditatis appellatio ſine dubio continet & damnoſam hęreditatem:Iuris enim nomen eſt ſicut,& bonorum poſſeſ.l. hæreditas.119.ff de verbor.ſignificat: Et Affricanus in l.quæ dotis.33.ff.ſolut. matrimon. ac omnium apertiſſimè Papinianus. in l. hæreditas.50. ff.de petitione hæreditatis.Hæreditas, † inquit, etiam ſine vllo cor- 6
pore iuris intellectum habet. A corporibus igitur vel rebus hęreditarijs ius hoc, quod incorporale eſt,non conſtituitur.d.l.hęreditas. ff.de regul.iur.& d.l.nihil aliud.24. Si enim hæreditas non ea ſolum quæ damnoſa eſt,dicitur, ſed vbi nullum prorſus corpus in hæreditate eſt, ex corporibus rebuſq́ue hæreditarijs conſtitutum eſſe ius hæreditatis, dici non poteſt. Et licet hæres inſtitutus plurima ſoluat legata,aliaq́ue ex iuris diſpoſitione faciat:propterea tamen inſtitutio non vitiatur. Philip.Corn.conſi.104. volum.2.Cùm hæreditas poſſit etiam eſſe ſine aliquo corpore.Eſt enim hæreditas nomen iuris. d.ll. Deinde † 7
hæreditas adita, hæreditatis nomen exuit, amittitq́ue Accur. in l.1.§.veteres.in verbo.per vnum.ff.de acquirenda poſſeſſ.Barto.in Rub. ff.de acquir. hæredit.per l.ſed ſi plures.10.§ 2. ff.de vulgari & pupillari.l.fin.infin. C.de inoffic.teſtam.cùm tamen res hæreditariæ maneant, Sicut † etiam vniuerſitas quiddam a- 8
liud eſt,ab hominibus,in vniuerſitate contentis.l.in tantum.6.§.vniuerſitatis.ff.de rer. diuiſion.l.ſed ſi hac.10.§.qui manumittitur. ff.de in ius vocando.l. ſicut.7.§.fin. ff.quod cuiuſq́ue vniuerſitatis nomine.vnde Philip.Corn. reſpondit : ſi de iure municipali bonorum mobilium,& Immobilium alienatio interdicta,prohibitaque ſit:matribus familiàs, nihilominus poſſe eas teſtari, & hæredes inſtituere:Ac Alciatus ſe ipſum corrigens: quandoq; exiſtimat hęreditatem nomen ſeruare: etiāſi nihil ſit in hæreditate. Vnde ſi quis nec (alienum, nec ſuum æs habens decedat,)poterit ſe eius hæredē proximus agnatus appellare:quāuis in hęreditate nihil omnino ſit: Nomen enim iuris eſt, per quod perſona defuncti repræſentatur:nō autem facultatum. in d.l.119. Huc etiam pertinet, quod Alexander reſcripſit.l.6.C.de hæreditate vendita.

Ad argumenta autem Alciati non incommodè reſponderi poteſt: ac † initiò negotiū 9
nō facit:quod a coniugatis argumentatur:hæres eſt Dominus:igitur,hęreditas eſt dominium:quia variè coniugata reguntur:neq; eundem finem habent neceſſariò. Cohæredē in fundo dicimus,vbi nō eſt hęreditas,vel cohęreditas.l.ſi Titius 96.ff.de le.3.Et dominus † et- 10
iā is, ꝓpriè dicitur,qui domui pꝛeeſt, & dominus impe,

imperium habet, vt declarat Viglius in tit.de
hæredum qualitate, & differentia, vel qui rei
alicuius proprietatem habet,etiam ſi vſusfru
ctus alterius ſit:Item ſimpliciter dominus di.
citur,qui quoquo tempore vſu cœpit,l.ſi fini.
ta.15.§.Iulianus.ff.de damno infecto.

Quamuis,& veteres honoris cauſa, domi-
num aliquem dicere ſolebant, vt Neſennius
ad Paulum ſcribens, in l.Neſennius. 22.ff. ad
l. Falcidiam. Ex facto, inquit, domine talis
11 ſpecies incidit.Heres † verò antequàm adeat,
dominus non eſt:igitur,nec hæreditas domi-
nium dici poteſt. Poſtquàm enim adita eſt
hæreditas nomen ſuum amittit, & adeuntis
12 dominium eſſe, ac dici incipit. Nec † hæres
ſolùm dicitur qui res hæreditarias habet: ve.
rùm is maximè qui perſonam defuncti ſuſti.
net,& repræſentat:& qui ita copulatur,& iun
gitur, vt ſanguinis neceſſitudinem anteuer.
tat.Corn.conſi.309.nu.12.in 1.vol. Sic filiæ pa
ciſci non poſſumus,hæredi poſſumus,l.ſi tibi
decem millia.ff.de pactis. Nam ſi eum hære-
dem dixeris ad quem bona ex hæreditate
deueniunt, fiſcus damnatorum bona occu-
pās,vel caducas hæreditates vindicans, hæres
13 erit,& legata præſtabit:cùm tamē † nec hæres
ſit,nec dicatur,nec legata preſtet,l.quod Diuo
Marco.50.ff.de manumiſſis reſtā.l. Inter eos.
51.§.fi. & ibi glo.ff.de fideiuſſorib. l.tutoris.2.
C.ad l.Iul.de vi publica: ſed loco tantùm hæ-
redis habetur, & ſucceſſor dicitur. Bartol. in
l.non intelligitur.3.§. cùm ex cauſa,nu.1.ff.de
iure fiſci, per d.l. tutoris. Franc. Ripa in l.ex
facto.17.nu.8.ff.ad S.C.Treb. Bart.& alij in d.
l.inter eos.§.vlt. Bartol.in l.quoties.14.& ibi
quoque Angel.Imol. & Paul.Caſtrenſis.ff.de
nouationibus. Raphael Fulgoſius in l.ſi quis
poſthac.9.C.de bonis damnatorum. Baldus
in l.ſcimus.22.C.de iure deliberandi. Bartol.
Bal. Roma.Alberic.in l.ſi conſtante,25.§.vlt.
ff.ſolut.matri. Iaſ.in l.re coniuncti.77.num.
112.ff.de legatis.lib.3.Alciat.in l.fina.num.27.
ff.ſi certum petatur. per l.non rectè, in princ.
iuncta Authen.ſeq.C.de fideiuſſ. Franc.Dua-
renus præceptor meus,in l.ſi meritò.31.& in l.
ſi in inſulam.42.ff.ſolut.matrimo. Bal.conſi.
284.incip.præmiſſis verbis ſtatuti,lib.1.& con
ſil.448.incip.quęritur in primis.lib.1.& conſ.
204.lib.3.& 359.incip.quemadmodum Impe-
rator,eodem lib.3.Roman.conſ.73.Panorm.
conſ.29.Corn.conſ.190.nu.19.in 1.vol.& cōſi.
278.num.12. vol.4.Chaſſan.in rubr. des con-
fiſcations.fol.94.nu.10.Gulliel.Benedic.in c.
Raynutius,in 1.parte, fol.118.num.302.ext.de
teſtam. Ille enim cui aufertur,hæres eſſe non
deſinit, l.ex facto.43.§. Iulius Longinus.ff.de
vulg.& pupil.& ibi Iaſ.

14 Deinde,licet† hereditas diuidatur per par-
tes quotas,& diuidua ſit,l.1.C.ſi cert.peta. & l.
2.C.de hæreditarijs actionibus.In vnaquaque
tamen parte hæres quis dicitur,& in ea defun
ctum repræſentat,nec diuiditur ſubſtantia iu.
ris uniuerſalis hæreditarij, quod habet mix-
tim ſimul commoda , & in incommoda.

Hinc † falſum eſt,quod Curtius ait,actiones 15
actiuas eſſe poſſe apud vnum , paſſiuas apud
alium, puta, in hæreditate vendita, l. 2.C. de
pactis. Quia tam actiuæ, quàm paſſiuæ dire-
ctæ,ſunt apud hæredem,qui vendit, vtiles ve.
rò tranſeunt in emptorem. Caſtren.in d.l.2.
& in l.1.ff.ad S.C.Trebel.quòd & Accurſ.ſen-
ſit,in l.emptor.5.C. de hæreditate vel actione
vendita.

Neque negotium facit,quod Vlpian bona
accipit, vniuerſitatis cuiuſq; ſucceſſionē: nec
etiam finitio † à Cicerone adducta. Nam ve- 16
teres promiſcuè bonorū appellationem pro
ipſa hęreditate acceperunt : Inde in differen.
ter hæreditatis poſſeſſionem , & bonorū poſ.
ſeſſionem dare dicebant. Plurimum tamen
intereſt, vtrùm hæreditatis, vel bonorū pars,
aut certa res legetur . Hęreditatis enim parte
legata , neq; funeris impenſæ nec; manumiſ.
ſorum pretia deducuntur, l.8.§.fi. ff.de legat.
2. In bonorū verò parte diuerſum receptum
eſt,l.9.ff.eod.

Non obſtat quoq; quod de traditione ad-
duxi, quia Imperator loquutus eſt ibi impro.
priè,tradi,pro remitti:Verba verò impropria 17
ita accipi debent, vt materiæ ſubiectæ Inſer.
uiant,l.inſulam.6.ff.de præſcriptis verbis:vel
dici poteſt , Imperatorem poſuiſſe hæredita.
tem pro rebus hæreditarijs: continēs pro con
tento,l.qui tibi.6 C.de hæreditate, & actione
vendita.

Hęreditatem † itaque cum Bart.& alijs,Ius 18
ſuccedene eſſe dico: hoc eſt, facultatem quan
dam quæ ſe habet ad aditionem hæreditatis,
quemadmodum potentia ad actū , quod poſt
Bart.Bal. etiam ſentit.in l.is poteſt.18.ff.de ac.
quit.hęred. & in l.iam dubitari.86.ff de hære-
dib.inſtituendis.

Nec de iure ſuccedendi accipi debet:ex eo
enim hoc abſurdum cōſequeretur, quòd hæ.
reditas nobis competeret, antequàm compe-
teret:vt interpretes loquuntur,in d.rub.de ac-
qui.hæred.antequàm adita & agnita eſſet.

Agnita enim, & adita, noſtrum eſſe patri-
monium incipit. Et hoc ius ſuccedēdi,vel ab
inteſtato, vel ex teſtamento nobis competit:
Neq; ad actum in adeunda hęreditate tranſ-
ferri debet:quia actus ille non eſt iuris ſolùm,
& animi,ſed & facti,l.pro hærede.20.ff.de ac.
quir.hæred. Et ius illud immiſcendi vel ade-
undi non eſt in bonis, & hæreditate defun.
cti. Defuncto enim non competebat: ſed eſt
ius competens ei, cui delata eſt hæreditas , ad
acquirendam hæreditatem, l.delata.151.ff.de
verborum ſignificationib.

Interpretes in l.precia rerum,63.§. ſed nec
hære-

hæredem.ff.ad l.Falcld.Salie.in l.licet.8.C.de iure deliberandi.

19 Vnde † qui renuntiat bonis, & hæreditati defuncti iuri acquirendi hæreditatem nõ renunciaſſe cẽſetur, glo.in Clemen.vt ij,qui diuinis.§ illi verò, qui dignitates in verb.in eiſdem.de ætate & qualitate,& ordine pręficiendorum. Corn.conſ.239.num.3.vol.4. Verùm hęreditas,vt Raph Fulgo.inquit,eſt ficta quędam perſona defunctũ repræſentans. in rubr. de acquir. hæred. Et vt Pomponius¶. C. loquitur,ius referens,& ſuſtinens perſonam defuncti poſt eius mortem,donec ab hęrede agnoſcatur,& adeatur.

Quod ius ex ciuili maximè efformatum, & ordinatum eſt, d.l.lege obuenire, & l.tutelas.7 ff.de capite minutis, l.1.in fin.C de bon. poſſ.contra tabulas. à iure gentium verò pri-
20 mò natum,& ortum. Suſtinere † autem perſonam defuncti hæreditas tum intelligitur, cùm non repudiatur: ita vt nec agnati,nec cognati adeant:ſi enim repudietur tum hoc ius non hæreditas dicitur:ſed bonorum caducorum, & vacantium nomen adipiſcitur. Bart. in l. fideiuſſor obligari. 17.§.cùm fideiuſſor, num.1.in fin.ff.de fideiuſſorib.text.in l.1.§.an bona. & §.Diuus, & l.non poſſunt.11.ff.de iure fiſci. l. 4 §. eadem.ff.de fideicommiſſarijs libertatibus. Ideo qui tanquàm bona vacantia capit, non dicitur ſuccedere, d.l.4 §.eadem.Barto.in d.l.1.ff.de acquiren.hæred.

21 Quamuis † nõ negem, à veteribus ſcriptoribus hęreditatem pro corporibus in hæreditate contentis , per enallagen quandam & καταχρηστικῶς interdum vſurpatam: veluti expilari hæreditatem, furtum hæreditatis facere. Inde Stoicus ille Seneca, I. conſultos noſtros deridet in lib.6.de beneficijs: Iurecõſultorum inquit,iſtæ ineptiæ ſunt acutæ, quæ hæreditatem negant vſucapi poſſe:ſed ea,quæ in hęreditate ſunt. Ex quo quoque loco manifeſtè apparet iuris authores ſub hæreditatis vocabulo, ius ipſum, non res ſignificaſſe: licèt hæc proprietas à ſcriptoribus ex æquo obſeruata non fuerit.

CAPVT IIII.

Hæreditas quandiu dicatur.

SVMMARIA.

1 *Aditione an nomen hæreditatis euertatur.*
2 *Aditione omnia iura & dominium in hæredem tranſeunt.*
3 *Renuncians hæreditati paternæ fratri ſuccedere non prohibetur etiam in bonis quæ patris fuerunt.*
4 *Fructus rei legatæ ante aditam hæreditatem quæruntur hæreditati,poſt legatario.*
5 *Appellatio hæreditatis an pereat accepta poſſeſſione & corporali apprehenſione.*
6 *Apprehenſione poſſeſſionis quæ facti,non aditione quæ iuris eſt,res hæreditaria eſſe deſinit.*
7 *Hæreditas ſæpè in iure dicitur & ea quæ adita eſt.*
8 *Iuriſconſultorum opiniones in quæſtione vtrùm aditione hæreditatis nomen intereat.*
9 *Filius vtrùm pro hærede vſucapere poßit.*
10 *Iuriſconſultorum opiniones diuerſæ conciliatæ.*
11 *Hæreditas patris ex voto à fratre in fratrem etiam non adita tranſmittitur.*
12 *Libertates confirmantur ſuo hærede inſtituto ante aditionem.*
13 *Accurſij opinio in l.cum miles,ex quib. cauſis maiores impugnata & defenſa.*
14 *Poſſeßio vt acquiratur,animus & corpus requiritur.*
15 *Suitas in ſuo non plus operatur quam aditio in extraneo. & nu.22.*
16 *Fictio in ijs quæ facti ſunt locum non habet.*
17 *Corraſij laus & opinio in quæſtione præſenti.*
18 *Continuatio dominij bonorum à patre in filium qua ratione fiat.*
19 *Poſſeßionem nouam non dicitur filius à morte patris quærere ſed veterem continuare.*
20 *Corporalis apprehenſio ad acquirendam poſſeſſ. in quibus rebus requiratur.*
21 *Poſſeßio ſicut dominium viuo patre quaſi quæſita eſt filio.*
23 *Filius viuo patre in feudum quaſi inueſtitus cenſetur & poſſeßio tranſit.*
24 *Patre mortuo filius poſſeſſor bonorum paternorum dicitur ante apprehenſam poſſeßionem.*
25 *Continuationem poſſeßionis defuncti in hæredem qui & vbi obſeruent,& à quibus impugnetur.nu.26.*
27 *Poßidentes vt ſtatuti continuatam poſſeßionem &c. quibus actionibus experiantur.28.& 29.*
30 *Aditionis hæreditatis declaratio in filio quare aliquando vtilis & neceſſaria.*
31 *Hæres iure municipali ad quid dandum aut faciẽdum obligatus ante aditionem non conuenitur.*
32 *Voluntas hominis verbo & facto manifeſtatur.*
33 *Aditio per quos actus inducatur remiſſiuè.*

COmmunior apud interpretes, & recẽptior opinio eſt,aditione † nomen hęreditatis euerti, id eſt, ius illud defunctũ repræſentans ab hærede aditum, hæreditatis appellatione ampliùs non cõtineri, ſed cum hęredis patrimonio cõiungi, confundi, & cõmiſceri. Accurſ.in l.1.in §.veteres.in glo.magna. circa medium.ff.de acquir. poſſeſſ. & in l.per hæreditarium.18.ff.de acquirendo rerum dominio.In l.hæres per ſeruum.43.ff.de acq hæred. & in l. eius qui in prouincia. 41.in verbo hęreditati.ff.ſi cert. peta. & in l. ſed ſi plures. 30.§. filio impuberi in verbo, habere poſſum. ff.de vulgari & pupillari. Bartol.in l.1. in litera.G.ff.de acquirẽn. hęred. & in d.l.eius qui in prouincia. Iaſ.in d.rub.interpretes in d.l.1.§. veteres ff de acq poſſ.Paul.de Caſt.in l.1.ff.de fideicom.libert. itá quidem vt quotieſcunq; poſt aditionem hæreditas appelletur, impropriè id fiat.Bart.in d.l.1.ff de acq hęred.Iaſ.in d.l.eius.§.quòd ſi ſtipulatus. Philip.Dec.conſ. 69.col.2.incip.viſis duobus: quia † per aditionem dominium: & omnia iura tranſeunt in hęredem,l.cùm hæredes.23. in prin.ff.de acq. poſſ.Quamobrem filia quæ à paterna hęreditate iure municipali excluſa eſt,ſtatim poſt aditam, agnitamque à fratre, hæreditatem, eodemq;

eodemque mortuo, fratri ſuccedere poſſe, nec
excluſam cæteri, crebriùs prudentes conſulti
reſponderunt, & docuerunt. Ange. conſil. 52.
col. 2. & in conſi. 111. Benedict. Capra. in conſ.
12. & conſ. 63. incip. cum viſo, & conſiderato.
Alex. in l. 1. §. veteres. ff. de acq. poſſ. & ibi Iaſ.
latè Philippus Decius in l. quoties duplici iu-
re, 92. nu. 6. ff. de reg. iuris. Bart. in l. fin. in prin.
ff. ad S.C. Tertyl. Socin conſil. 74. incip. ſuper
controuerſia. in vlt. lib. Philip. Corn. in con-
ſil. 305. lib. 4. & Recentes in d. §. veteres. vbi
3 † omnes tradunt, renunciantem ſucceſſioni
patris, non prohiberi fratri ſuccedere in bo-
nis, quæ ex hæreditate paterna poſt aditio-
nem ipſi obuenerunt. Quod & Philip. De-
cius reſpondit. in conſil. 379 col 1. qui hoc lo-
cum habere putat, etiamſi adita non ſit, in d.
l. quoties. in fin. idemq; ante Decium plurimi
alij iuris noſtri interpretes tradiderunt. Ro-
manus conſi 168. Franciſ. de Aretio conſ 161.
in 2. col. & in conſ. ſeq. colum. 5. Iaſ. l. venia in
fin. 2. col. C. de in ius vocando. Alex. in conſ.
29 nu. 2. in 1. vol. Bal. in l. 1. C. de legit. hęredib.
Ludo Roma conſ. 385. Guido Papa, deciſ. 231.
Matth. de Afflict. in conſtitutione Regni Si-
ciliæ: quæ incipit in aliquibus. in 9. quæſt. in 3.
lib. deciſio. Tholoſ. 457. & 458. Quamobrem
4 † etiam crebriùs traditum eſt, poſt aditam hę-
reditatem rerum in hæreditate contentarum
verum dominiũ acquiri: & fructus perceptos,
tum ad legatariũ pertinere. Petr. de Bellapert.
Cyn. Bart. Ang & Salic. in l. in legatis. C. de v-
ſuris & fructib. legatorum. anteà verò hære-
ditati iacenti acquiſitos. Corn. conſ 200. vo-
lu. 4. Quare ſimiliter, ſi teſtator in teſtamen-
to mandauerit hęredi ſcripto, vt intra decem
dies à die mortis teſtatoris, Titio certam pe-
cúnię ſummam ſoluat: decem dies computa-
buntur à die aditæ hæreditatis, aliàs enim tan
quàm hæres non ſoluet. Alex. conſ. 39. nu. 11.
vol. 4. referens Bald in l. 1. in 3. col. in verb. ta-
C. de his, quæ pœnæ nomine relinquuntur.
Petr. de Anchora. & Imol. in c. nos quidem. 3.
5 extr. de teſtam. Sunt † tamen qui exiſtiment,
ſola poſſeſſione, & corporali apprehenſione,
hæreditatis appellationem tolli, aditione ve-
rò, quæ animo fit, non prorſus perimi. Aret.
in rub. ff. de acqui. hæred. Alex. in conſ. 89. nu.
1. incip. viſo puncto lib. 2. & in conſ. 94. incip.
in cauſa, & lite, in 2. col. lib. 2. Anton. de Butr.
in conſ. 63. incip. viſo libello Quia antequàm
quis poſſeſſionem rerum hæreditariarũ con-
ſequitur, petitio hæreditatis ei datur. Acquiſi-
ta poſſeſſione, eademq; denuò amiſſa res ven-
dicationem habet, nec petitio hęreditatis, aut
interdictum quorum bonorum ei competit,
glo. magna. in fi. in c. 1. de confeſſis, lib. 1. Et ſic
6 non † per aditionem: quæ animi eſt, l. gerit.
88. ff de acqui. hæred. verùm per ipſam appre-
henſionem, & poſſeſſionem, quæ facti eſt, res
hæreditariæ eſſe deſinunt, & apprehendentis
patrimonium fieri incipiunt. Sicuti etiam ad
fiſcum omnia bona caduca, & vacantia ipſo
iure pertinẽt, l. 1. §. an bona, & § Diuus. ff de iu
re fiſci. Ante incorporationem tamen, & ap-
prehenſionem eiuſdem iuris cum alijs bonis
incorporatis, non eſſe cenſentur. Bart. in l. in
omnibus. 13. ff. de diuerſis, & temp. præſcripr.
Et plerunque † hæreditas apud iuris authores 7
ea quoque appellatur, quæ adita eſt. Sic quar-
tam legis Falcidiæ ex hæreditate deduci, ait,
Paulus I.C. in l. filiusfamil. 18. ff. ad l. Falcid. Sic
Vlpian. in S.C. Tertyl. hæreditatem ex vi no-
minis dicit, quę adita ſemel fuit: Licet deinde
in integrum hæres reſtituatur, l. 1. ff. ad S. C.
Tertyl. de quo reſponſo, propter ἀντινομίαν, l.
fi. ff. de ſucceſſorio edicto. Alciat. lib. παρέργων
4. cap. 15. Idemque plurimis alijs legibus pro-
batur, quibus hæreditas vendi, reſtitui, cedi,
dicitur, & de adita intelligitur.

Media opinio allata.

Mirum non eſt, hanc quæſtionem, in di-
ſceptationẽ deductam: cùm nec † inter 8
iuris noſtri authores hac in re conueniat. Ia-
uolenus in libr. 1. epiſtolarum, nunc in l. cùm
hæredes. 22. ff. de acquiren. poſſeſſ. ait: cùm hę-
redes inſtituti ſumus adita hęreditate omnia
quidem iura ad nos tranſeunt: poſſeſſio tamẽ
niſi naturaliter comprehenſa ſit, ad nos non
pertinet. Et idem. Iauolenus lib. 4. Epiſtola-
rum, nunc in l. poſſeſſio. 20. ff. de vſurpationi-
bus, & vſucapionibus. Poſſeſſio, inquit, teſta-
toris ita hæredi procedit, ſi medio tempore à
nullo poſſeſſa eſt.

Et Vlpianus nunc in l. Pomponius. 13. ff. de acquir. vel amit. poſſeſſ. Quæſitum eſt, inquit, ſi hæres prius non poſſideat, an teſtatoris poſſeſſio ei accedat. Et quidẽ in emptoribus poſſeſſio interrumpitur, ſed non idẽ in hæredib⁹ plerisq; probant, quoniam plenius eſt ius ſucceſſionis, quã emptiõis: ſed ſubtilius eſt quod in emptore eſt, & in hærede id quoq; probari.

Diuerſum quid Paulus I.C in lib. 12. ad edictum ſcripſit, l. cùm miles. 19 ff. ex quibus cauſis maiores. Quia poſſeſſio, defuncti, inquit, quaſi coniunctim deſcendit ad hæredem, & plerunque nondum adita hæreditate completur. Idem Paulus in lib. 2. ad Sabinum. nũc in l. in ſuis. 11. ff. de liberis & poſthumis: In ſuis, inquit, hæredibus euidẽtiùs apparet continuationem dominij eò rem perducere, vt nulla videatur hæreditas fuiſſe, quaſi olim hi Domini eſſent, qui etiã viuo patre quodammodò domini exiſtimabantur. Vnde etiam filiusfamiliâs appellatur ſicut paterfamilias ſola nota hac adiecta: per quam diſtinguitur Genitor ab eo, qui genitus ſit. Itaque poſt mortem patris non hæreditatem percipere viden-

videntur: ſed magis liberam bonorum admi
niſtrationem conſequitur. Hac ex cauſa licet
illi nõ ſint hæredes inſtituti: Domini tamen
ſunt: Nec obſtat quod liceat eos exhæredare,
quos & occidere licebat.

9 Hinc † filium pro hærede nõ poſſe vſuca-
pere. Seruiũ exiſtimaſſe Iulian. refert. in l. 2. §.
fi. ff. pro hærede. Idq́ue ideo, quia exiſtimabat
Seruius, naturalem poſſeſſionem penes eum
fuiſſe, viuo patre, cui cõſequens eſt, vt filius à
patre hæres inſtitutus, res hęreditarias à patre
ſibi donatas pro parte cohæredum vſucapere
nõ poſſit. Hinc Diocletianus ſimiliter reſcri-
pſit: nihil pro hærede poſſe vſucapi ſuis hære-
dib. exiſtentibus, l. 2. C. de vſucapio. pro hære-
de. & idem ſuum hæredem, omiſſa bonorum
poſſeſſione paternam ſucceſſionem obtinere
potuiſſe certi iuris eſſe reſcripſit, l. 13. C. de iu-
re deliberãdi. Rurſus verò Paul. in lib 15 ad Sa
binũ nũc in l. qui vniuerſas 30 § quod per co-
lonum poſſideo, inquit, hæres meus niſi ipſe
nactus ſit poſſeſſionem, nõ poterit poſſidere.
Retinere enim animo poſſeſſionẽ poſſumus,
adipiſci non poſſumus. ff. de acq. poſſ. Et iterũ
in lib. 32. ad Sabinum in l. nũquàm vſucapio-
ne. 31. ff. de vſurpationib. & vſucapionib. Va-
cuum tempus, inquit, quod ante aditam hæ-
reditatẽ, vel poſt aditam interceſſit, ad vſuca-
pionem hæredi procedit. Et Nerat. lib. 5. regu
larum cœptam, inquit, vſucapionẽ à defun-
cto poſſe, & ante aditam hæreditatẽ impleri,
conſtitutum eſt, l. cœptam. 40 ff. de vſucap.
Propter haſce diſcrepantes opiniones in va-
rias pariter ſententias itum eſt.

Antinomiæ diſſolutio, & Accurſij opi- nio contra alios defenſa.

10 Non † difficulter autem, nec non proba
biliter ex hiſce l C. reſponſis, media o-
pinio fingi, & excogitari põt, vt ex Pauli, Ser-
uijq́; ſententia, in d. l. in ſuis. ff. de libe. & poſt-
hu. & in l. cùm miles ff. ex quib. cauſis maio-
res. & in d. l. 2. §. fin. ff pro hærede, poſſeſſionẽ
cõtinuari ipſo iure in ſuos, & penes eos in vi-
ta patris fuiſſe: ideoq́; qualicunq; inimixtiõe,
vel aditiõe nomẽ hęreditatis euerti dicamus.
Iauolenum verò in l. cauſa hæredes. Vlpia-
num in l. Pomponius, eundemq́; Paulũ alio
loco de hæredibus extraneis ſenſiſſe intelli-
gamus. In quos poſſeſſio non continuatur, &
tum ſecundam opinionem, quæ Alexãdri, &
Aretini eſt, obtinere dicamus. Et certi iuris
eſt, non in eo ſolùm, ſed in plurimis alijs ſuos
extraneis pręferri, & anteponi Clauſis enim
adhuc tabulis & ante aditionẽ, ſui hęreditatẽ
paternam adſequuntur, & ad alios hæredes
tranſmittunt, l. ſi fratris tui. 3 l ſi auia tua. 6. C.
de iure deliber. l. apud hoſtes. 8 C. de ſuis, & le-
gitimis hæredit. l. 1. C. de his quæ ante apertas
tabulas, l. ventre. 83. ff. de acq. hæreditate, cum
ſimilib. Philip. Corn. in conſi. 321. nu. 8. volu. 3.
Et † filius ex patris teſtatoris voto, in fratrem 11
hæreditatem non aditam tranſmittit. Corné.
cõſi. 276. nu. 17. in 3. vol. quod in extraneis nõ
fit, l. vnic. §. in nouiſſimo. C. de caduc. tollen.
l. quoniam ſororem. 17. C. de iure deliber.
Deinde † libertates ſtatim confirmantur: 12
etiamſi ſuus hæres non adeat, vel immiſceat:
in alijs ſecùs, quia libertates non debentur. l. t.
C. de fideicommiſſarijs libertatib. l. ſi nemo.
142. ff. de regu. iur. Similiter quoq; ſubſtitutio
pupillorum conualeſcit, l. ſi teſtamento. 7. C.
de impuber. & alijs ſubſtit. Huius quidem di-
ſtinctionis, † quam nunc tuemur, primus om 13
nium author Accurſi. fuit, in d. l. cùm miles,
per d. l in ſuis & §. ſui. & § neceſſarij. Inſtit. de
hær. qualit. & differ. & in d. l. cùm hæredes.
Cæterùm ab hac diſtinctione, Accurſijq́ue
ſententia omnes ferè receſſerunt, Bart. Bald.
Alberic & quotquot ſcripſerunt ad l. cùm mi
les. & ad l cùm hæredes. & ad l. in ſuis. Alber.
Bald & Salic. in l. vltim. C. de edict. diui Adr.
tollen per l. ſi homo. 35. ff. de vſucap. Ioã. Fab.
in § ſui autem. num. 3. Inſt. de hæred. quali. &
different. Franciſc. Aretin. Alex. Iaſ & omnes
moderni. in l. ſi ſorori. 14. C. de iure delib. Bal.
Barbatius, omnesq́; Recentiores in rub. extr.
de cauſa poſſeſſ & propriet. Chaſſanæus in cõ
ſuetud. Burgundiæ, des ſucceſſions. Benedict.
in c Raynutius. in verbo, mortuo itaque teſta
tore, num. 66. fol. 116. extr. de teſtament. Paul.
Pariſius, conſi. 1. num. 160. lib. 1. Nicolaus Bel-
lonius, cap. 15. libr. ſupputationum 4. Andreas
Tyraquel. in tract. le mort ſaiſit le vif, decla-
rat 3. multorum authoritates referens. Vigli-
us Zuichemus, vir doctiſſimus, in tit. de hære-
dum qualitate. §. ſui. num. 4. Exiſtimant enim
hi omnes, licet hæres habeat proprietatem,
quod tamen in poſſeſſionem mittendus ſit. l.
2 C de edicto diui Adr. tollend. Et quod nul-
la hoc caſu differentia ſit inter ſuum hæredẽ
& extraneum.
Nituntur autem his ferè rationibus. Poſſeſ
ſio vt † acquiratur animus, & corpus requiri- 14
tur. l. . ff. de acquir. poſſeſſ. l licet 4. C. eod. A-
nimus autem, & voluntas defuncti morte fi-
niuntur, l 4. ff. locati. l. ſi ita legatum. 65. §. illi
ſi volet. ff de legat. 1. c. gratioſè, de reſcript. li.
bro 6. Extincto itaque animo, extincta prot-
ſus poſſeſſio cenſeri debet. l furtum. 37. § fun-
di. ff. de vſucapionibus, d l. licet. C. de acquir.
poſſeſſ. Præterea † ſuitas non plus operatur in 15
ſuo quã vera aditio in extraneo. l. ſi is qui pro
emptore. 15 ff. de vſucapionib. Qua igitur ra-
tione poſſeſſio trãsfertur in ſuum hæredem,
eadem in extraneum poſt aditam hæredita-
tem tranſibit. In extraneum autem poſſeſſio
non transfertur ſine corporali apprehenſio-
ne, d. l. cùm hæredes, igitur nec in ſuam. De-
nique † fictio in ijs, quæ facti ſunt, locum non 16

habet. l denique. 19. cum l.ſequ. ff.ex quibus
cauſſis maiores. Filius autem mortuo patre,
per fictionem, & interpretationem quãdam
pnſſidere cenſetur: veram itaque poſſeſſionẽ
vna cum dominio adeptus fuiſſe dici non po
17 teſt. Verum Ioan.Corraſius.† & Politioris di-
ſciplinæ, & iuris peritiſſimus, præ cæteris in
hoc interpretum conflictu, rem hanc, & re-
ctiſſimè, & ſimpliciſſinnè explicat. in Libris
Miſcellaneorum luris ciuilis. libr.6. cap.12. ac
primum intelligit Accurſium, in d.l. in ſuis,
& in d.§.ſed & ſui. non id eloqui, ad quod cre
brò citatur, Mortuo patre continuari poſſeſ-
ſionem in filium: ſed tantum velle, vt quem-
admodum filius viuo patre Dominus quo-
dammodo exiſtimatur, ita, & viuo patre vi-
deatur habere poſſeſſionem: & quidem ta-
lem, quale fuit dominium, quo verius nihil.
l.2 §.fin.ff.pro hærede. Alterum, poſſe credi-
tam Accurſio ſententiam à reliquorum im-
18 pugnationibus defendi. Continuatio † quip-
pe dominij bonorum paternorum in filium
ideò fit, quia filius, viuo etiam patre domi-
nus quodammodo cenſerur. d.l.in ſuis. Quæ
ratio in poſſeſſionem quoque concludit, quã
filij viuo patre pariter habere creduntur. d.l.
2. §. fin. quod etiam Baldus ante Corraſium
exiſtimauit. in l.1.C.de appellationibus.

Ex quo non magno labore obiectis reſpon
deri poteſt. Non enim obſtat, quod de poſſeſ-
ſione, quæ mortuò poſſeſſore extincta eſt: ad-
19 duci ſolet. Nam † filius mortuo patre non
dicitur nouam quærere poſſeſſionem: ſed ve-
terem continuare. d.l.2.§.fin. quia naturalem
etiam poſſeſſionem penes eum fuiſſe, viuo et-
iam patre exiſtimabat ſeruius: Cuius ſenten-
tiam refert, & comprobat Iulianus. vnde glo.
fin. ait, in c.1. de feudi cognitiõe in vſibus feu-
dorum. Filij inquit, patri ſuo ſuccedentes ni-
hil noui acquirere, ſed viuo patre quæſitum
capere dicuntur.

20 Corporalis † enim apprehenſio ad acqui-
rendam poſſeſſionẽ de iure quidem requiri-
tur. l.1. in prin. l.3. ff. de acquir. poſſeſ. l. licet. C.
eod. l. ea, quæ ciuiliter. 53. ff. de acquirendo re-
rum Dominio. Sed in ijs tebus, quæ eodem iu
re primo occupanti adijciuntur. d.l.1. & §. ferè
Inſti. de rerum diuiſ. ita quidem, vt eo tempo
re, & nunc in rebus communibus, quæ in nul-
lius bonus ſunt, ſed primi occupantis, iure na
turali fiunt, neceſſaria ſit vera, & naturalis ap-
prehenſio ipſarummet rerum. Ex eo verò nõ
ſequitur, in rebus iam acquiſitis, actum appre
henſionis ad acquirendam poſſeſſionem ne-
ceſſarium eſſe, & requiri. Cuius etiam rei ex-
empla plurima in lure noſtro reperiuntur. l.
quòd meo. ff. de acq. poſſeſ. l. clauibus. 74. ff. de
contrahẽda emprione. l. quiſquis. 28 C. de do-
nationib. l.1. C. eo. c.2. Extra de conſuetudine.
Actus enim qui in illis legibus probantur, ve-
luti cõſtitutum, traditio clauium, reſeruatio
vſusfructus, ad ipſam apprehẽſionem corpo-
ralem non pertinẽt: cum ſimilibus de quibus
Chaſſaneus in Rubr. 7. §. 1. in conſuetud. Bur-
gũd. Filio † autem dominium viuo patre qua 21
ſi quæſitum eſt: & poſſeſſio quoq; quaſi quæſi-
ta eſt. quæ mortuo patre in eum deinde conti
nuantur, & deriuantur, & propagantur, cor-
porali itaq; apprehenſione noua, nõ indiget.

Neque † negocium facit vllum, quod de 22
ſuitate obijcitur, quæ in ſuo nihil plus iurium
roboriſq́ue habet, quàm aditio in extraneo.
d.l.ſi is, qui pro emptore. Hoc enim verum
eſt reſpectu acquiſitinnis dominij, nõ poſſeſ-
ſionis. Poſſeſſio continuatur in ſuum hęredẽ,
& penes eum fuiſſe viuo patre cenſetur. d.l.cũ
miles. d.l. in ſuls d.l.2.§.fi. & l.2.C. de vſucapio
ne pro hærede. & l. 13. C. de iure deliberandi:
Ad extraneum vero defuncti poſſeſſio non
pertinet, neque penes extraneum antea fuit,
quare in eum neque cõtinuari dici poteſt. Et
huc referenda ſunt reſpõnſa Iauoleni, in l. cũ
hæredes, & in l poſſeſſio. itemq́; Vlpiani, In l.
Pomponius. §. quæſitum.

Quod † in feudis ſimiliter obſeruari vide- 23
mus. Nam filius viuo adhuc patre inueſtitus
eſſe, & poſſidere cenſetur, & ob id in eũ mor-
tuo patre poſſeſſio tranſit, abſque alia appræ-
henſione, & inueſtitura. Bald. in l. cum Anti-
quiorib. nu. 11. C. de iure deliberandi Iaſ. in l.
quoties, 15. nu. 38. C. de rei vend. per text. in c.1.
in fi. de feudi cognitione, quibus ſimiliter ad-
hærent Chaſſaneus in Rubr. 7. §. 1. nu. 6. Tyra-
quel. pro more ſuo plurimos cumulans. in 4.
parte Præfationis. in tractatu. le mort. ſaiſit le
vif. vbi tamen multorum contradicentiũ au-
thoritates referr. & in 4. parte. declarar. 5. nu.
23. & in libro de Primogenitura, quæſtio. 4n.
nu. 99. Eodem item † modo, poſſeſſor appel- 24
latur poſtquam pater vita functus eſt, nondũ
etiam poſſeſſione apprehenſa. Ratione enim
dominij iura poſſeſſoris habet. argumento
eorum, quæ ab Accurſio adferuntur. in l. aſſi-
duis, in verbo poſſidet. C. qui potiores in pi-
gnore hab.

Hinc † multarum nationum moribus ob- 25
ſeruatur, & inductum eſt, vt poſſeſſio defun-
cti, in eius hæredem etiam extraneum abſque
aliquo apprehenſionis actu tranſeat, ad ſi-
militudinem ſui hæredis: nempe, moribus o-
mnium Galliæ populorum, item Mediolanẽ-
ſium, Papienſium, Bonnnienſium, Placenti-
norum, Senenſium, Imolenſium, & Hiſpano
rum. Cuius conſuetudinis meminit Cynus,
in l. ea lege. C. de condictione ob cauſam. Bal.
in l. vltim. C. de manumiſſis teſtamento. In-
terpretes in l. cùm hæredes. ff. de acquirẽ. poſ-
ſeſſ. in l. fi. C. de edicto D. Adria tollendo. Iaſ.
& recentes in l. ſi ſorori. C. de iure deliberãdi
And. Barb. & Bal. in Rub. ext. de cauſa propri-
etatis,

etatis,& poſſeſſionis.& in Rubr. extr. de conſuetud. Guilielmus, Benedictus. in c. Raynutius in verbo mortuo, itaque teſtatore. libr.1. nu.72. extra de teſtamentis. Alex. in conſil.37. lib 1.& in cóſi.72. in 2.vol. Barbat. conſ.58. in 2.lib. Ioan. de Imola. conſil.16. Franciſc. Aret. conſ.159 Ioan Fab. in §.fin. Inſtit. de hæredum qualitate & differentia,& in §.1. Inſtit.i. de interdictis. Guido Papæ, quæſtio.552. & in 2.& 3. colum. Chaſſaneus. Rub 7.§.1. de conſuetud. Burgundiæ. Andreas Tyraquell. qui integrã tractationem de hac cõſuetudine edidit. ſub inſcriptione. le mort ſaiſit le vif. & in libro ſuo: de retractu, lib.1.§.62.nu.31.

26 Quam † tamen conſuetudinem plurimi Iuri aduerſam eſſe exiſtimarunt: Franciſ. Aretin. in l.1. nume.23. de acqui. poſſeſſ & ante A. ret. Bald. in l.1. notab.1. C. communia de legaris Iaſ. in d.l. ſi ſorori And. Tyraqnell. in d tractatu. in tertia declaratione præfationis. Cuius rei contrarium doctiſſimus vir Didacus Couarruuias. in libr. Reſolutionum variarũ. tertio cap. aſſerit ac multis firmiſſimiſque in eam rem adductis rationibus comprobat.

27 Quæ † quidem cónſuetudo hoc habet robur,& haſce vires, vt poſſidentes authoritate huius conſuetudinis, vel Iuris municipalis, abſque actu apprehenſionis, Interdictis ad acquirendam corporalem detentionem, agere poſſint. Quod viſum eſt Baldo, in Antha defuncto. C ad Senatuſconſ. Tertyll. Alexan. in conſi.27. lib.1.& in l.cùm hæredes. ff. de acqu. poſſeſſ. Deci. conſil.84. Chaſſaneus in d. Rub.

28 7. Pariſ. conſ.41. num.8. lib.1. Item † & hic poſſeſſor ſola legis authoritate poterit agere interdicto vti poſſidetis, retinendæ poſſeſſionis cauſa. Ioan Fab. in §.1. Inſtit. de hæredum qualitate,& differentia. & §.1. Inſtit. de Interdict. Guido Papæ in d. quæſt.552. quos refert Chaſſ. in d. Rub.7.§.1.nu.7.

29 Item † & interdicto recuperandæ. Ioann. Fab. in §. ſui autem. Inſtit. de hæredum qualit. & differ.& plærique iam citati: Soci. in l.rem quæ nobis. in 5.quæſt. ff. de acqui. poſſ. Franciſcus Ripa in lib.1. Reſponſorum. cap.1. Tyraquell. de conſtituto. in 2.parte, ampliat. 1.qui hanc opinionem communi calculo ab interpretibus approbari refert. licet aliqui aduerſentur: Bald. in d.anth. defuncto. Panorm. in c.2. de conſuetud. Alex. d.conſ.37. & in conſil. 73. Iaſ. in l. ſi ſorori. C. de Iure deliberandi. Ripa in l.1.num 37.ff de acquir poſſeſ. Alexã. in l.in ſuis. nu.9.ff de lib.& poſth. hær. Quamuis autem ex Pauli I.C. necnon Vlpiani, ac Iauoleni reſponſis facile hæc diſtinctio conquiſitis rationibus ſubtiliter diſputari poterat, vt in filio immixtione, in extraneo poſſeſſione, hęreditatem patrimonij nomen inducere, ac aſſumere dicamus. Magis tamen ego pro inuentute mea diſſerere malui, quam diligẽter, & diu multumq́; agitatas Interpretum opiniónes, vel reuellere, vel de ijs diſputare audacius. Etiamſi autem filius viuo patre paternorũ bonorum quodammodo Dominus eſt, & aditione non indiget: quia ſtatim ipſo iure hęres fit. d.l. in ſuis. ff. de ſuis,& legitimis.

Propter beneficium † tamen abſtinendi, declaratio voluntatis requiritur,& neceſſaria eſt: quæ fit immixtione. l. hæres, quandocunque 54. ff. de acq. hęr. l. omnis hæreditas.138. ff. de regu. iur. quia hæres non poteſt dici ante aditam hæreditatem, propter ius abſtinendi. l. neceſſarijs.57. ff. de acq hęred. Generale enim, & vniuerſale hoc eſt, in diſpoſitionibus, quæ de hæredibus verba faciunt, ita accipi debere vt intelligantur adita hæreditate. Alex. conſ. 1.vol.1 quod Decius multis comprobat in cõſil.35. colum.2.& in l. hæredem. in fin. ff. de regul. iur.& Socin. notabiliter, in conſil.91. incipi. viſa,& diligenter: & in conſ.121. incip. viſa contingentia. 30

Hinc † Iacobinus de S. Georgio, ait: Hæredem qui iure municipali ad faciendũ aliquid dandum ve tenetur, tum demum quando adijt, conueniri poſſe, antequam adeat minimè: etiamſi hæres ſcriptus ſit: & nuncupatus. in l. ſi quis filius. ff de interrogatorijs actionibus: hæreditas itaque cum ius ſit, & in intellectu conſiſtat, qualicunque intellectus declaratione, in ſuo hæreditas eſſe deſinit: & patrimonium ſui hæredis qui illud ius agnoſcit, eſſe incipit. Quia verò in ſolo animo conſiſtit. l. gerit.88. ff. de acqu. hæred. l. ſi Auia C. de iure deliberandi, qui animus cum lateat, per externa, vt manifeſtetur & detegatur, ac declaretur, neceſſe eſt. argu. l. quidam in ſuo.27. ff. de conſtitutionibus inſtitutionum. Accurſ. in l. his qui.12. ff. de tutoribus & curatoribus. 31

Quod † duobus modis contingit verbo nẽpe,& factis. His enim voluntas hominum aperitur,& percipitur. l. repræhendenda.58. C de inſtitutionibus,& ſubſtitutionibus, & ibi per Bald. & Interpretes: Baldus in l. non codicillum.14. col.2. de teſtamentis, & in l. liberti. in fine. C. de operis libertorũ. Spec. in tit. de ſucceſſionibus ab inteſtato. Per quæ † autem verba,& per quos actus aditio inducatur omniũ optimè, & cumulatiſſimè tradit Robertus Marantha, in repet. l.15. poteſt, ff. de acqui. hæred. ad quem lectorem remitto. 32 33

CAPVT V.

Diuiſiones Hæreditatis.

SVMMARIA.

1 *Hereditas delata quæ ſit. nu. 8.9.& 10.*
2 *Hereditas vt delata ſit quæ requirantur.4.6.*
3 *Repudians bona viuentis hereditatem adire vel bonor. poſſeßionem petere non prohibetur.*
4 *Conditio defuncti certa eſſe debet hæredi ex teſtamento.*

5 *Hæres de ſua conditione dubitans, acquirere hæreditatem poteſt.*
6 *Hæreditatem repudians, de ſuo iure certus eſſe debet.*
7 *Hæres certus eſſe debet ſub conditione, an purè inſtitutus an tequam adeat.*
11 *Verbum poteſt, quid importet. num. 13.*
12 *Potentia reducibilis ad actum, parificatur cum actu.*
14 *Teſtamentum quamdiu rumpi poteſt, non cenſetur delata hæreditas.*
15 *Delata non dicitur hæreditas, quæ adiri nequit.*
16 *Hæreditatem adire poteſt, etiamſi conditionem ſub qua inſtitutus eſt, ignoret hæres.*
17 *Filius petere poteſt bonorum poſſeſſionem ſibi debitam, ignorante patre.*
18 *Repudiare bonorum poſſ. filio delatam in eius fraudem patri non licet.*
19 *Hæreditas quæ adiri nondum poteſt, quatenus delata dicatur, num. 20. & ſeq.*
22 *Belloni diſtinctio quatenus hæreditas quæ adiri necdum poteſt, delata dici poſſet, examinatur & euertitur.*
23 *Statutum Lucanum circa hæreditatem delatam, explicatur, nu. 24. & ſeq. & vtrùm ad propriè delatam pertineat, num. 28.*
25 *à Verborum ſignificatione quando recedi poſſit.*
26 *Abſurda interpretatio vitanda.*
27 *Ignoranti petituro bonorum poſſ. tempus non currit.*
28 *Delatæ & non delatæ hæreditatis differentia.*

PRIMA DIVISIO.

QVemadmodum ſucceſſio ciuilis, quædã eſt ab inteſtato, quædam ex teſtamento, ita etiam hæreditas, vel ab inteſtato eſt, & legitima dicitur, vel teſtamentaria.

SECVNDA DIVISIO.

Hæreditas quædam eſt delata, quædam nõ
1 delata. Delatam definit Vlpianus, delata † inquit hæreditas intelligitur, quam quis poſſit adeundo conſequi. l. delata. 151. ff de verbor. ſignificat. Quo etiam modo Vlpianus decretalem bonorum poſſeſſionem delatam dicit, quæ decreta eſt: quia, inquit, nondum delata eſt, niſi cum fuerit decreta, l. 1. §. decretalis. ff. de ſucceſſorio edicto.

2 Delata igitur hæreditas, vt † dici poſſit, requiritur. Primò, defunctum eſſe eum, cuius hæreditas defertur: Nam vt Vlpianus ait, qui hæreditatem adire, vel bonorum poſſeſſionẽ petere volet, certus eſſe debet, defunctum eſſe teſtatorem, l. hæreditatem. 19. ff. de adquirenda hæreditate. Et Pomponius, neminem pro hærede gerere poſſe, viuo eo cuius in bonis gerendum ſit. Labeo ait, l. neminem. 77. ff. eod. titul.

3 Quemadmodum nec † ſuperſtitis bona repudiari poſſunt: qui ſuperſtitis bona repudiat, inquit Hermogenianus, poſt mortem eius adire hæreditatem, item bonorum poſſeſſionem petere non prohibetur. l. qui ſuperſtitis. 94. ff. eod. titul. Quòd etiam obtinet, ſi quis dubitet viuat teſtator nec ne: Repudiando enim nihil agit, inquit Vlpianus, l. is qui. 13. ff. eod. & iterum Vlpianus: hæres inſtitutus, ſi putet teſtatorem viuere, quamuis iam defunctus ſit, adire hæreditatem non poteſt. l. hæres. 12. in princ. ff. eod. tit. quo pertinet l. 33. l. 34. ff. eod.

Secundò, † certus eſſe debet de conditione
teſtatoris in hæreditate ex teſtamento, ſed et- 4
ſi de conditione teſtatoris incertus ſit, paterfamilias, an filiusfamilias ſit, non poterit adire hæreditatem, etſi eius conditionis ſit, in veritate, vt teſtari potuerit, d. l. hæres, in fine. De
ſua † autem, & propria perſona dubitans, pa- 5
terfamilias, an filiusfamilias ſit, poteſt adquirere hæreditatem. l. qui in aliena. 6. §. ſi is, qui putabat, in fin. ff. eod. Cur autem ſi ſuam ignoret conditionem, adire poteſt, ſi teſtatoris, nõ poteſt. Illa ratio eſt, quod qui teſtatoris conditionem ignorat, an valeat teſtamentum, dubitat. Qui de ſua & propria conditione de teſtamento certus eſt, l. ſed etſi, ff. eod.

Tertiò, † debet eſſe certus de ſuo iure, in re- 6
pudiãda hæreditate, vel legato, certus eſſe debet de ſuo iure is, qui repudiat. l. 23. ff. eodem. Nam vt Paulus ait, vt quis pro hærede gerendo obſtringat ſe hæreditati, ſcire debet qua ex cauſa hæreditas ad eum pertineat, veluti agnatus proximus, iuſto teſtamento ſcriptus hæres, antequam tabulæ perferantur, cum exiſtimaret inteſtato patremfamilias mortuum, quamuis omnia pro domino fecerit, hæres tamen non erit: & idem iuris erit, ſi non iuſto teſtamento ſcriptus hæres prolatis tabulis, cũ putaret iuſtum eſſe. Quamuis omnia pro domino adminiſtrauerit, hæreditatem tamen non adquiret, l. ſi is ad quem. 22. ff. eo. ſicut nec is, qui valere teſtamentum, aut falſum eſſe putat, repudiare poteſt, l. nec is. 17. ff. eod. Quemadmodum & ille, qui putat ſe neceſſarium, cũ ſit voluntarius, non poteſt repudiare, & è contrario qui ſe putat neceſſarium, voluntarius exiſtere non poteſt. l. 15. & 16 ff. de adquirenda
hæreditate. Sed etſi ſcit † ſe hæredem inſtitu- 7
tum, ſed vtrùm purè, an ſub conditione, ignoret, non poterit adire hæreditatem, licet purè hæres inſtitutus ſit, vel ſub conditione, & paruerit conditioni. d. l. hæres, in princ.

Econtrariò igitur, non delata hæreditas appellatur, cuius adquiſitio impeditur, vel lege, vel ex cauſa defuncti, vel hæredis, vel denique ipſius hæreditatis: vel breuiter, quam quis neque conſequi poteſt, neque repudiare.

Quænam propriè dicatur delata hæreditas.

In hac quæſtione Decius poſt Alexãdrum 8
delatam hæreditatem propriè tum dici, ſcribit, quando quis remotò quolibet impedimento illam adire, & conſequi poteſt: per dictam l. delata. ff. de verborum ſignificatio. l. is qui hæres. 13. in princ. ff. de adquirenda hæreditate. Is qui hæres inſtitutus eſt, vel is, cui legitima

gitima hæreditas delata eſt, repudiatione hæ-
reditatem amittit: hoc ita verum eſt, ſi in ea
cauſa erat hæreditas, vt & adiri poſſit, inquit
Vlpianus.

9 Quandoque tamen † delatam hæredita-
tem larga interpretatione, & impropriè il-
lam dici, quæ purè defertur, ſed tamen adiri
non poteſt, propter impedimentum, quod
ex perſona hæredis emergit: veluti, quia ig-
norát, quia infans ſit, quia furioſus, prout tra-
dit Bartolus in l. is poteſt. ff. de adquirenda
hæreditate. Ita Decius poſt Alexandrum in l.
nume.1.circa fin. Iaſon num.4. C. qui admitti
ad bon poſſ. poſſunt.

10 Econtrà alij, † reiecto hoc diſcrimine, pu-
tant delatam hæreditatem, illam quoque di-
ci, etiamſi impedimentum adſit, quod hære-
dis perſonam afficiat, quia videlicet, ignorat
hæreditatem ſibi delatam, quia furioſus, quia
infans quia filiusfam. quia pupillus.

Pro priori diſtinctione, & ſententia, mul-
11 ta in eam rem adferri poſſunt. Primò, † ver-
bum poteſt, quo vtitur Vlpianus in l. delata.
relatum ad actum certæ perſonæ, qui actus
commodum continet, ſiue perſona illa ve-
lit agere, ſiue alius velit eam conuenire, re-
quirit potentiam cum actu: ſeu potentiam,
vel facultatem deducendi id ad actum. l. 3. §.
ſi quis acceperit, ff. de ſtatuliberis. Si quis ſic
acceperit libertatem, inquit Vlpianus: CVM
DECEM DARE POTERIT, LIBER
ESTO. Trebatius ait: Licet, habuerit de-
cem, vel idoneus fuerit ad adquirendum, &
conſeruandum peculium, tamen non aliàs
ad libertatem peruenturum, niſi dederit, aut
per eum non ſteterit, quo minus det, quæ ſen-
tentia vera eſt.

Et Proculus, cùm dotem quis ita promi-
ſit, CVM POTVERO, DOTI TIBI
ERVNT CENTVM: exiſtimo ad id,
quod actum eſt, interpretationem redigen-
dam eſſe, ſubijcit: Propius eſt tamen, vt hoc
eum ſenſiſſe exiſtimem, quod deducto ære a-
lieno potero: poteſt etiam illa accipi ſignifi-
catio, cùm ſalua dignitate mea potero. Quæ
Interpretatio eò magis accipienda eſt, ſi ita
promiſſum eſt, cum commodum erit, hoc eſt
cum ſine incommodo meo potero. l. nepos
Proculo.125. ff. de verborum ſignificat. Et Ca-
ius in ſimili: ſi ſtipulatus hoc modo fuero. SI
INTRA BIENNIVM CAPITOLI-
VM NON ASCENDERIT, DARE
NON NISI PRAETERITO BIEN-
NIO RECTE PETAM: nam etſi am-
bigua verba ſunt, ſic tamen exaudiuntur, ſi im
mutabiliter verum fuit, te Capitolium non
aſcendiſſe. l. quidquid aſtringendæ.99.§ final.
ff. de verborum obligationib. Hinc vulgata
12 regula: Potentia quæ eſt reducibilis ad actum
à pari procedit cum ipſo actu, quando appa-
ret reductam eſſe. Et quæ non eſt reducibilis
ad actum, nunquam poteſt vt actus conſide-
rari, l. quæſitum.78 §. illud fortaſſis. ff de lega-
tis lib.3. l.3. §. ſi ſeruus. ff. de acquirenda poſſeſ-
ſione. & ibi Alexand. de Imola, Tiberius De-
cianus conſ.88. num 19. lib.3. conſ 9. numer. 6.
eod lib.

Ex quo conſequens redditur, verbum † poſ- 13
ſit, in delatione hæreditatis, intelligendum
eſſe de potentia actuali, & ſic remoto quoli-
bet impedimento. Quotiens autem ſubeſt im
pedimentum, non propriè delatam dici hære
ditatem, veluti, in filio, infante, ignorante. de
quibus, & alijs Bartol. in dicta l. is poteſt, l.2. in
fine. ff. de acquirenda hæreditate. dum dicit,
quod quis habet potentiam iuris adeundi,
quando hæreditas eſt delata, ſed ſubeſt impe-
dimentum animi, quia furioſus, vel infans,
vel ignorans, vel circa perſonam, quia filius,
aut pupillus. Ex qua Bartoli traditione appa-
ret, poſteriori caſu hæreditatem non propriè
dici delatam, prout etiam ſcribit Bartol. in l.
Lucius, § quæſitum. ff. de lega.3. Alexan. in l t.
num.44. ff. ſi cert. pet.

Quam ſententiam comprobat etiam Vl-
pianus: Hæres inſtitutus, inquit, idemque legi-
timus, ſi quaſi inſtitutus repudiauerit, quaſi le-
gitimus non amittit hæreditatem, ſed ſi quaſi
legitimus repudiauit, ſiquidem ſcit, ſe hære-
dem inſtitutum credendum eſt, vtramque re-
pudiaſſe. Si ignorat, ad neutram ei repudiatio
nocebit, neque ad teſtamentariam, quoniam
hanc non repudiauit: neque ad legitimam,
quoniam ei nondum fuerat delata, l. nec is.17
ff. de acquir. hæred.

Ex quo Vlpiani loco manifeſtum eſt, ſi ig-
norans ſe eſſe teſtamento hæredem inſtitu-
tum, repudiet hæreditatem, hanc non eſſe de-
latam, ergo hæreditas propriè dici non po-
teſt, vbi impedimentum aliquod obſtat, quo
minus hæreditatem adire poſſit.

Quo etiam pertinet, † quod Papinianus re- 14
ſpondit, ventre præterito, ſi filius qui fuit e-
mancipatus, aut exter hæres inſtitutus ſit, quã
diu rumpi teſtamentum poteſt, non defer-
tur ex teſtamento hæreditas, l. ventre præteri-
to.84. ff. de acquirenda vel omittenda hæredi-
tate. Quotiens igitur ſubeſt impedimentum
rumpendi teſtamentum, totiens hæreditas
non dici poteſt fuiſſe delata, aut deferri poſſe,
potuiſſeve.

Hinc Bartolus tradit in dicta l. ventre, † ſi 15
ventre pleno, proximior agnatus vita funga-
tur intra annum pendente dubio, poſthumus
naſcatur an nõ, licet ſciat teſtatorem mortu-
um, attamen ius deliberandi non tranſmittit
ad hæredem, per l. cum in antiquioribus, C. de
iure deliberandi. Hæreditas enim ipſi delata
non eſt, cum delata hæreditas tum dicatur, q̃
ſine obſtaculo, vel impedimento aliquo defer

quædam propriè dicatur delata, quædam abuſiuè, & impropriè, res dubio carere non videtur. In hac itaque quæſtione, vario argumentorum conflictu, pugnatum & diſceptatum eſt, quibuſdam exiſtimantibus delatam hæreditatem illam dicendam, & definiendam eſſe, quæ propriè deferri dicitur, & vbi nullum obſtat impedimentum, quo minus ſtatim morte defuncti hæreditatem adire potuerit. Verba enim in propria ſignificatione accipienda, & interpretanda eſſe. Item, ſi dictio aliqua habeat duo ſignificata, vnum ſtrictum, & aliud latum, in ſtricto tantum debere intelligi.

24 Econtrariò Imola,† & Alexander in d. l. Is poteſt. ff. de acquirend. hæreditate. Decius, Sebaſtianus Sapia, & Zuchardus, in dicta l. 1. C. qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſ. & Alciatus in d. l. delata, num. 3. pro certo tradiderunt, delatam hæreditatem ad impropriam etiam pertinere, & ſic etiam locum habere in eo, qui ignorauit hæreditatem ſibi delatam eſſe, vel cæteris quoque qui propter impedimentum aliquod hæreditatem conſequi non poſſunt, mouentur. Nam verbum, delata, generale eſt, & cõmune, vt modo dictum eſt, prout quoque tradit Bald. in l. potuit. 5. in quæſt. 7. C. de iure deliber.

25 Ergo † comprehenditur in omni caſu ſtatuti etiam correctorij, l. cum lege. 26. & ibi Aretinus, ff. qui teſtamenta facere poſſunt. Non aliter enim à verborum ſignificatione recedi oportet, quàm cum manifeſtum eſt, aliud ſenſiſſe teſtatorem. l. non aliter. 69. ff. de legat. lib. 3. quo pertinet l. pediculus. § Labeo. ff. de auro & argento legat. l. Publius. § 1. ff. de condit. & demonſtrat. cum ſimilibus: quam interpretationẽ in materia licet odioſa, & pœnali, probat Dec. in c. ſedes, colum. 2. extr. de reſcript. & conſ. 128. & conſ. 344.

26 Secundò confirmatur hæc opinio: Abſurda interpretatio † vitanda eſt: atqui abſurdum eſt, quod hoc ſtatutum faueat negligenti, qualis eſt, qui cum poſſit adire, nec adit: fauore autem ſpoliet, indignumque iudicet ignorantem, cui nulla negligentia aſcribi poteſt: cùm iura non ſoleant negligentibus magis, quàm ignorantibus, & iuſtè impeditis ſubuenire. l. pupillus ff. quæ in fraudem creditorum. Ac aliàs quoque ignorantia facti excuſat.

27 Nam ſi † quis neſciat deceſſiſſe eum, cuius bonorum poſſeſſio ei defertur, non cedit ei tempus, l. 1. in princip. ff. de iuris & facti ignorantia. l. bonorum. C. qui admitti ad bonorum poſſeſſ. Item, ſi quis ſciat quidem alij delatam eſſe bonorum poſſeſſionem, neſciat autem ei tempus præteriiſſe bonorum poſſeſſionis, in facto errat. Idem eſt, ſi putet eum bono rum poſſeſſionem accepiſſe, dicta l. 1. § item ſi quis ſciat. ff. de iuris & facti ignorant. Ratione itaque abſurdi vitandi ſit lata interpretatio, & extenſio, licet in correctoria materia verſetur. Imola, in l ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. ro matrimonio. Iaſon in authent. quas actiones. num. 24. in quinta limitat C. de ſacroſan. eccleſijs quem refert & ſequitur Andreas Gamarus in tractatu de extenſionibus, num. 137. in tertia limitat. Meritò itaque verbum, delata, latiſſimè interpretandum, & intelligendum eſt, quod, videlicet, etiam impropriam delatam hæreditatem, cui impedimẽtum obſtet, quo minus adeatur, comprehendat.

In hac † diuerſitate opinionumque fluctuatione præ cæteris Hyppolitus Riminaldus, rem acutè, ſubtiliterque tractat, ac vtriuſque partis argumenta examinat: Refutanda quidem refutat, veroſimilia autem confirmat, & corroborat magis: tandem denique in ſententiam Matthæſilani, negantis ſtatutum ad impropriè delatam hæreditatem extendi pro ducive poſſe, ſecedit, eamque communem eſſe tradit. In dicta l 1. à num. 47. vſque ad numer. 73. C. qui admitti ad bonor. poſſeſſionem poſſunt. 28

Quæ ſit differentia inter delatam, & non delatam hæreditatem. Quemadmodum differt ius quæſitum, & quærendum: Ius item præſens, & illud quod eſt in incerto, ita etiam delata hæreditas, & non delata, pari modo diſcernuntur. Illa quidem ſtatim apprehendi poteſt, vtpotè ceſſante omni impedimento: hæc non aliter, niſi remoto ſublatoque impedimento, quo impeditur, quo minus hæreditatem adire & conſequi poſſit, vnde & hoc conſequitur, delatam adiri, & tranſmitti, & repudiari poſſe. l. is poteſt. ff. de adquirend. hæredit. non delatam, non prius, quàm obſtaculo dempto. 29

CAPVT VI.

Tertia diuiſio hæreditatis.

SVMMARIA.

1 *Adita hæreditas quæ ſit, quæve dicatur.*
2 *Pro hærede quis gerere dicatur.*
3 *Animus ſolus quandoque, quem hæredem hæreditati obſtringit.*
4 *Adiri hæreditas pro parte non poteſt.*
5 *Adeunti vnam hæreditatis partem, accreſcunt reliquæ etiã inuito.*
6 *Legatum pro parte acceptari, pro parte repudiari non poteſt.*
7 *Hæreditas quandoque ſolo animo aditur.*
8 *Aditio hæreditatis ipſa corporali apprahenſione quandoque fit.*
9 *Adeundi animus quomodo cognoſcatur, remiſsiuè.*
10 *Differentia aditæ & non aditæ hæreditatis.*
11 *Delata hæreditas repudiari poteſt, adita non item.*

HAEreditas quædam eſt adita, quædam
1 non adita. Adita † hæreditas eſt, quàm
delatam iam hæres animo, & mente adqui-
rendi adit, & acceptat: Animo autem & men
2 te adquirendi, ideo: Pro hærede † enim gere-
re, inquit Vlpianus: non tam eſſe facti, quàm
animi. Nam hoc animo eſſe debet, vt velit
eſſe hæres: cæterùm, ſi quid pietatis cauſa fe-
cit, ſi quid cuſtodiæ cauſa fecit, ſi quid non
quaſi hæres egit, ſed quaſi alio iure dominus,
apparet non videri pro hærede geſſiſſe: & id-
eò ſolent teſtari liberi, qui neceſſarij exiſtunt,
non animo ſe gerere, quæ gerunt, ſed aut pie-
tatis, aut cuſtodiæ cauſa, aut pro ſuo: vtpu-
tà, patrem ſepeliuit, vel iuſta ei fecit, ſi animo
hæredis, pro hærede geſſit. Enimuerò, ſi pie-
tatis cauſa hoc fecit, non videtur pro hærede
geſſiſſe: ſeruos hæreditarios pauit, iumenta
hæreditaria, aut pauit, aut diſtraxit. Si hoc vt
hæres geſſit, pro hærede: aut ſi non vt hæres,
ſed vt cuſtodiat, aut putauit ſua. Aut dum
deliberat: quid fecit, conſulens, vt ſaluæ ſint
res hæreditariæ: ſi fortè ei non placuerit pro
hærede gerere, apparet non videri pro hære-
de geſſiſſe. Proinde etſi fundos aut ædes lo-
cauit, vel fulſit, vel ſi quid aliud fecit, non
hoc animo quaſi pro hærede gereret, ſed &
dum ei, qui ſubſtitutus eſt, vel ab inteſtato hæ-
res extiturus eſt, proſpicit, aut res tempore
perituras diſtraxit, in ea cauſa eſt: vt pro hæ-
rede non geſſerit, quia hoc animo fuerit. l.
pro hærede. 20. in princi. ff. de adquirenda hæ-
reditate.

3 Interdum † autem animus ſolus eum hæ-
redem obſtringit hæreditati. vtputà, ſi re non
hæreditaria quaſi hæres vſus ſit. l. ſi quis extra-
neus. 21. ff. eod.

4 Totam † verò hæreditatem adire debet:
quia hæreditas pro parte adiri, prò parte re-
pudiari nequit: qui totam hæreditatem ad-
quirere poteſt, is pro parte eam ſcindendo a-
dire non poteſt, inquit Paulus. l. 1. ff. eodem.
Et ſi quis ex pluribus partibus in eiuſdem hæ-
reditate inſtitutus ſit, non poteſt quaſdam
partes repudiare, quaſdam agnoſcere. l. 2. ff.
eodem.

Ideoque ex aſſe hæres inſtitutus, ſi deſtina-
uerit partem habere hæreditatis, videtur in
aſſem pro hærede geſſiſſe. l. ſi ex aſſe. 10. ff. eo-
dem. l. ſi ſolus. ff. eodem. Adeundo enim † v-
5 nam hæreditatis partem, accreſcunt inuito
quoque hæredi reliquæ portiones. Qui ſe-
mel aliqua ex parte hæres extiterit, is defici-
entium partes etiam inuitus excipit, id eſt, ta-
citè ei deficientium partes etiam inuito ac-
creſcunt. l. qui ex duabus §. final. ff. de adqui-
renda hæreditate. Si ſolus hæres ex pluribus
partibus fuero inſtitutus, vnam partem omit-
tere non poſſum. l. ſi ſolus. 70. in principio. ff.
eodem. quo pertinet l. 1. C. quando non peten-
tium partes. l. 3. §. 1. ff. de bonorum poſſeſſio-
nib. Iaſon latè in dicta l. 2. ff. de adquirenda hæ-
reditate. l. teſtamento. C. de impuberum & a-
lijs ſubſtitutionib. l. quidam eulogio. C. de iu-
re deliberandi. l. ſed ſi plures §. filio ff. de vul-
ga. & pupil ſubſtit.

Quod † etiam legato eſt commune cum 6
hæreditate: nam nec legatum poteſt pro par
te acceptari, & pro parte repudiari. l. legatari-
us. 38. ff. de legat. 1. & vt Paulus ait, neminem e-
iuſdem rei legatæ ſibi partem velle, & partem
nolle, verius eſt. l. neminem. 4. l. grege. ff de
legat. 2. Agnoſcendo enim vnam legati par-
tem, totum adquirit, l. cui res. ff. de legat. libro
ſecundo.

Aditur autem, & acceptatur hæreditas, quã 7
doque ſolo animo. Nam, vt Paulus ait, gerit
pro hærede, qui animo agnoſcit ſucceſſio-
nem, licèt nihil attingat hæreditarium, vn-
de etſi demum pignori datam ſicut hæredita-
riam retinuit, cuius poſſeſſio qualiſqualis fuit
in hæreditate, pro hærede gerere videtur I-
demque eſt, & ſi alienam rem vt hæreditari-
am poſſediſſet, l. gerit 88. ff. de acquirenda hæ-
ditate. Et Impp. Diocletianus. & Maximin a.
Si auia tua patrem tuum ex, duabus vncijs
ſcripſit hæredem, ſola animi deſtinatione, pa
ter tuus hæres fieri poterat. l. ſi auia. 6. C. de iu-
re deliberandi. Quandoque appræhenſione i 8
pſa corporali fit aditio. dicta l. pro hærede, in
princip. verb. nam non tam facti eſt, quàm a-
nimi, ff. de adquirenda hæreditate. l. 1. C. de re-
pudianda.

Quibus autem modis † animus adeundi, 9
vel deſtinatio animi cognoſcatur, latiſſimè
Maranta in l. is poteſt. ff. de adquirenda hære-
ditate. Et nos in tractatu de Aditione hæredi-
tatis.

Differt autem delata & adita hæreditas.
Primò, † quia delata hæreditas dicitur ante 10
voluntatem adquirendi, vel adeundi l. dela-
ta, ff de verborum ſignificationib. vbi Vlpia-
nus delatam definit, quam quis poteſt adeun-
do conſequi. Et ſic ante voluntatem adqui-
rendi delata appellatur: Adita autem hære-
ditas non ante dicitur, quam adquiſita eſt
vel animo, vel facto, dicta l. pro hærede. dicta
l. gerit.

Secundò, delata † hæreditas repudiari po- 11
teſt. toto titul. C. de repudianda hæreditate. l.
legatum, ff. de legat. 1. Adita hæreditas repu-
diari non poteſt. l. 1. §. decretalis ff. de ſucceſ-
ſorio edicto. l. Titia. 34. §. Lucia Titia ff de le-
gat. 2. Cuiacius ἀντινομίαις, l. legatum, & deinde
§. Lucia, diſtinctione hac conciliians lib. 3. Ob-
ſeruat. cap. 11.

CAPVT

CAPVT VII.

Quarta diuiſio hæreditatis quæ propriè pertinet ad non aditam hæreditatem.

SVMMARIA.

1 *Repudiata quæ dicatur hæreditas.*
2 *Delata hæreditas quatenus repudiari poſſet.*
3 *Repudiatio hæreditatis requirit certam animi deſtinationem.*
4 *Iacens hæreditas quæ dicatur.*
5 *Iacere multis modis dicitur, nu. 6. 7. 8. 9. & 10.*
9 *Hæres inſtitutus adire non poteſt, niſi ſciat ſe purè aut ſub conditione inſtitutum.*
10 *Hæreditas deliberans, quæ propriè dicatur.*
11 *Hæreditatem damnoſam nemo compellitur adire.*
12 *Deliberandi tempus olim erat in arbitrio ius dicentis.*
13 *Deliberandi tempus iure nouiſs. certum hodie eſt.*

1 HAEreditas aut repudiatur & omittitur,
aut iacet. Repudiatur hæreditas, quæ de-
lata non acceptatur, vel, quam delatam hæres
certa animi deſtinatione, facto vel verbis de-
clarata, non vult adquirere.
2 Delatam † quidem ideò dico repudiari.
Nam is qui hæres inſtitutus eſt, vel is cui legi
tima hæreditas delata eſt, repudiatione hære-
ditatem amittit. Hoc ita verum eſt, ſi in ea
cauſa erat hæreditas, vt & adiri poſſit. l. is qui
hæres. 13. in princ. ff. de adquirenda hæredita-
te. Quò pertinent ea quæ ſuprà de hæreditate
delata diximus.
3 Certa animi † deſtinatione. Quemadmo-
dum enim in delata hæreditate, certus eſſe de-
bet de morte teſtatòris, de ſua perſona, deque
ſuo iure, & ſua cauſa. Ita etiam certa eſſe de-
bet animi deſtinatio repudiandi hæredita-
tem, ſicuti etiam adeundi, l. gerit. 88. ff. de ad-
quirend. hæreditate. l. ſi ania. 6. C. de iure deli-
berandi.
Verbis vel facto. Hiſce enim duobus ani-
mus declaratur, & oſtenditur: verbis quidem
expreſsè patefieri dicitur, facto autem tacitè.
De qua re Bart. & cæteri, inprimis autem Ma-
ranta in repet. l. is poteſt. ff. de adquiren. hære-
dit. & nos plenè in tractatu de adeunda & re-
pudianda hæreditate.
Quæ dicatur iacens hæreditas? Iacens † hæ-
4 reditas dicitur, quæ nec adita, nec repudiata
eſt, ſed in ſpe, ac pendenti hæret. vel, hæredi-
tas iacens dicitur, quando dominium rerum
hæreditariarum nondum eſt alicui verè &
realiter adquiſitum, ſed in pendenti adhuc
5 hæret. Iacere † autem poteſt multis modis di-
ci: Quandoque propter abſentiam eius, qui
vel teſtamento hæres ſcriptus, vel aliàs legiti-
mus eſt hæres, hæreditas vel bonorum poſſeſ-
ſio iacet, l. ſeruus bonorum. 7. in princip. ver-
ſicul. nam & abſenti, & non petenti dari bon.
poſſeſſio poteſt. ff. de bonorum poſſeſſ. l. cùm
quidam legationis. 30. in princ. ff. de adquiren
da hæreditate.
Quandoque † quia is, cui quærenda eſt hæ- 6
reditas, errat & dubitat de ſua perſona. veluti,
ſi putet ſe filiumfamilias l. qui in aliena. 6. §.
ſi is, qui putabat, ff. eodem. item ſi dubitet, v-
trùm filiusfamilias, an paterfamilias morte
teſtatoris factus ſit, dicto § ſi is, qui putabat,
in fine. l. ſed etſi de ſua. 34. in princ. ff. eodem.
vel ſi putet ſe pupillum cum pubes ſit, l. 96. ff.
eodem. Item ſi filiusfamilias ſit, & ſine iuſſu
patris adierit. l. 6. in princip. l. 25. §. iuſſum. l.
26. l. 30 in princ. l. 35. § final. l. 36. l. 47 l 48. l 50.
l. 51. §. filiusfamil. l. 52. In princ l 61. in fin. l. 63. l.
66. l. 67. l. 73. §. qui bona l. 91. l. 92. ff. de adquiren
da hæreditate.
Quandoque, ſi † de perſona teſtatoris du- 7
bitatur. veluti, ſi hæres de conditione teſtato-
ris incertus ſit, paterfamilias, an filiusfami-
lias ſit, non poterit adire hæreditatem, etſi e-
ius conditionis ſit: in veritate, vt poſſit adire.
l. hæres. 32. in fine. ff. eodem. Qui enim condi-
tionem teſtatoris ignorat, an valeat teſta-
mentum, dubitat. l. ſed etſi. 34. in principio:
Item, ſi incertus ſit hæres, an teſtator de-
functus ſit, l. qui hæreditatem. 19. ff. eo-
dem. vel, ſi hæres putet teſtatorem viuere,
quamuis iam defunctus ſit, l. hæres. 32. ff.
eodem.
Quandoque ex cauſa ipſa, † ex qua hæredi- 8
tas competit. veluti, ſi incertus ſit de ſuo iu-
re, nam vt quis pro hærede gerendo obſtrin-
gat ſe hæreditati, ſcire debet qua ex cauſa
hæreditas ad eum pertineat. veluti, agnatus
proximus iuſto teſtamento ſcriptus hæres, an
tequam tabulæ proferantur, cùm exiſtimaret
in teſtamento patremfamilias mortuum.
Quamuis omnia pro domino fecerit hæres
non erit.
Et idem iuris erit, ſi non iuſto teſtamento
ſcriptus hæres prolatis tabulis, cùm putaret
iuſtum eſſe, quamuis omnia pro domino ad-
miniſtrauerit, hæreditatem tamen non ad-
quiret. l. ſi is, ad quem. 22. ff. eodem. quod eti-
am in repudianda hæreditate, vel legato, in-
quit Pomponius, certus eſſe debet de ſuo iure
is, qui repudiat. l. 23. ff. eod.
Item, † ſi ſcit ſe hæredem inſtitutũ, verùm 9
purè, an ſub conditione ignoret, non poterit
adire hæreditatem, licèt purè hæres inſtitu-
tus ſit, vel ſub conditione, & paruerit con-
ditioni. l. 32. in princip. verſicul. ſed etſi, ff eo-
dem. & l. ſed etſi. 34. §. finali, ff. eodem.
Item, ſi de re in qua parte hæres ſit, dubi-
tet. l. vigeſimaptima. §. final. ff. eodem. Sic
etiam in alijs ſimilibus exemplis, in quibus hę
res non poteſt adire hæreditatem. Ante-
quam

quam enim fiat aditio & appræhenſio rerum
hæreditariatum, ſemper iacet, & in penden-
ti eſt.
10 Deniquè,† hæreditas etiam iacere dicitur,
quotiens hæres dubitat, hæreditas ſoluendo
ne ſit, an non? & deliberat vtrùm eam adqui-
rete, an verò ab hac ſe abſtinere, illamque re-
pudiare velit. Hoc tamen caſu hæreditas non
11 Iacens, ſed delibetans propriè dicitur. Nec † e-
nim emete, nec donatam aſſequi, nec dam-
noſam quiſquam hereditatem adire compel-
litut. l. 16. C. de iure deliberandi. l. certum eſt.
§. C. vnde legitimi. Et Vlpianus de bonorum
poſſeſſ. Inuito nemini bonorum poſſeſſio ad-
quiritur. l. 3. §. inuito. & ibi gloſſ. ff. de bonor.
poſſeſſionib.
Quantò autem tempore, vel quamdiu deli
berare poſſit, non eadem ſemper temporis cō
12 ſtans definitio extitit. Antiquitus † enim id
Prætoris arbitrio committebatur. l 1. §. ait præ
tor, inquit Vlpianus: Si tempus ad deliberan-
dum petet, dabo: cùm dicit tempus, nec adij-
cit diem, ſine dubio oſtendit eſſe in ius dicen-
tis poteſtate, quem diem præſtituat, ff. de iure
deliberandi: modo tamen in extraneo hære-
de deliberante nō excederet cētum dies, in aſ-
cēdentibus verò, & deſcendentibus ſpatium
vnius anni. Itaque, inquit Paulus, pauciores
centum dierum nō ſunt dandi. l. 2. ff. eodem.
l. 1 §. ſi intra centeſimum. § largius tempus pa
rentibus liberiſque petendæ bonorum poſſeſ-
ſionis tribuitur in honorem ſanguinis, vide-
licet, quia artandi non erant, qui penè ad pro-
pria veniunt, ideoque placuit eis præſtitui an-
num ſcilicet, ita moderatè, vt neque ipſi vrge-
rentur ad bonorum poſſeſſionis petitionem,
neque bona diu iacerent, ff. de ſucceſſorio
edicto.
13 Noua Conſtitutione Iuſtiniani, † tempus
deliberandi, quoad effectum tranſmiſſionis,
conſtat anno, l. cum in antiquioribus. C. de
iure deliberandi, qui annus etiam præſtitutus
eſt, quotiens petitur à principe tempus delibe
randi, ſi à iudice petatur, nouem menſes præ-
finiti ſunt, l final. §. & hæc quidem. ff. de iure
deliberandi. De qua re infrà in loco de iure
deliberandi.

CAPVT VIII.

An in ſuis hæredibus iaceat hæ-reditas.

SVMMARIA.

1 *Iacens hæreditas non eſt, vbi ſuus eſt hæres. nu. 6.*
2 *Dominij continuatio à patre in filium vis & effectus.*
3 *Suus hæres aditione non eget, & fiunt hæredes ſui etiam ignorantes.*
4 *Sui hæredes quare dicti.*
5 *Filius pro hærede vſucapere nequit.*

COmmuni, † receptaque ſententia tra- 1
ctum eſt, quotiens ſuus hæres adeſt, hære-
ditatem nunquam iacere. Exiſtentia enim
ſui hæredis inducit continuationem domi-
nij. Quæ ſententia manifeſto iure ſuſtinetur:
nam, † vt Paulus Iureconſultus ſcribit in ſuis 2
hæredibus, euidentius apparet continuationē
dominij eò rem perducere, vt nulla videatur
hæreditas fuiſſe, quaſi olim hi domini eſſent,
qui etiam viuo patre quodammodò domini
exiſtimabantur: vnde etiam filiusfamilias ap
pellatur, ſicut paterfamilias, ſola nota hæc ad-
iecta, per quam diſtinguitur genitor ab eo qui
genitus ſit: Itaque poſt mortem patris non hæ
reditatem percipere videntur: ſed magis li-
beram bonorum adminiſtrationem conſe-
quuntur.
Hac ex cauſa, licet illi non ſint hære-
des inſtituti, domini tamen ſunt, nec obſtat,
quod liceat eos exhæredare, quos & occidere
licebat, l. ſæpè citata, l. in ſuis. 11 ff. de liber. &
poſthumis hæredibus inſtituendis. Et Caius:
in † ſuis hæredibus aditio non eſt neceſſaria, 3
quia ſtatim ipſo iure hæredes exiſtunt. l. in ſu-
is. 14. ff. de ſuis & legitimis. Ideoque ſui hære-
des fiunt, etiam ignorantes, & licet furioſi
ſint, poſſunt hæredes exiſtere, quia quibus ex
cauſis ignorantibus nobis adquiritur, ex his
cauſis, & furioſis adquiri poteſt. Et ſtatim à
morte parentis quaſi cōtinuatur dominium,
& ideo nec tutoris auctoritate opus eſt pupil-
lis: cum etiam ignorantibus adquiratur ſuis
hæredibus hæreditas, nec curatoris conſenſu
adquiritur furioſo, ſed ipſo iure. Ita Iuſtinia-
nus. §. ſui autem. Inſtit. de hæred. quæ ab Inte-
ſtato deferuntur.
Nam vt idem ait, Sui † quidem hæredes 4
ideò appellantur, quia domeſtici hæredes
ſunt, & viuo quoque patre quodammodo do
mini exiſtimantur: vnde etiamſi quis inte-
ſtatus moriatur, prima cauſa eſt in ſucceſ-
ſione liberorum. §. ſui autem. verſicul. ſed ſui
quidem. Inſtitut. de hæredum qualitate, &
& differentia.
Hinc filium † pro hærede non poſſe vſu- 5
capere, Seruium exiſtimaſſe, Iulianus refert,
l. 2. §. final. ff. pro hærede, idque ideò, quia exi-
ſtimabat Seruius: naturalem poſſeſſionem
penes eum fuiſſe viuo patre, cui conſequens
eſt, vt filius à patre hæres inſtitutus, res hæ-
reditarias à patre ſibi donatas pro parte co-
hæredum vſucapere non poſſit: hinc Imper.
Diocletianus ſimiliter reſcripſit, nihil pro
hærede poſſe vſucapi, ſuis hæredibus exi-
ſtentibus, l. 2. C. de vſucapio. pro hærede. Et i-
dem Diocletianus: Suum hæredem omiſſa
bonorum poſſeſſione, paternam ſucceſſionē
obtinere potuiſſe, certi iuris eſſe reſcripſit, l 13.
C. de iure deliber.

Quibus

Quibus authoritatibus permoti interpre-
6 tes: vel Prudentes noſtri, conſtanter tradide-
runt. In ſuis non poſſe dari iacentem hæredi-
tatem, & vbi eſt ſuus, nunquam iacere hære-
ditatem, ita Accurſius in l. cùm hæreditas. 9.
in verbo, ſucceſſeritis, & ibi in additio. C. de.
poſiti, & ibi Cynus & Bald. in hoc caſu, nec
curatorem bonis dandum eſſe, nec etiam pro
ceſſum contra iacentem hæreditatem inſtitui
poſſe, & inſtitutum nullius momenti eſſe, aſſe
rit: cum exiſtentia ſui hæredis inducat conti-
nuationẽ dominij ſine aliquo medio. Sequi-
tur Iaſon. in rubr. ff. de adquirend. hæred. nu.
me. 7. & 8. & in l. in ſuis. num. 10. ff. de liber. &
poſthumis hæredib. inſtituend. Carolus Rui-
nus conſ. 65. num. 4. lib. 4.

CAPVT IX.

Effectus hæreditatis iacentis.

SVMMARIA.

1. *Hæreditas iacens repræſentat perſonam defuncti.*
2. *Hæreditas non hæredis, ſed defuncti perſonam ſuſtinet.*
3. *Hæreditas pro domino eſt.*
4. *Seruus hæreditarius hæreditati acquirit vti domino.*
5. *Seruo ante aditam hæreditatem rectè legatur.*
6. *Actio ante aditionem, hæreditati quæritur.*
7. *Interdicta hæreditati nondum aditæ dantur.*
8. *Iacenti hæreditati actio intenditur.*
   Curator hæreditati datur. ibid.
9. *Curatores bonorum, qui & quomodo conſtituantur, quodve eorum officium, & ad quid teneantur, remiſſiuè.*
10. *Creditores in poſſeſſionem mitti poſſunt aduerſus iacentem hæreditatem ex primo decreto.*
11. *Miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto in hæreditatem non datis etiam curatoribus decerni poteſt.*
12. *Iacenti hæreditati, omnia quæ defuncto aut domino, competunt.*
13. *Iacens hæreditas in pœnam incidere poteſt, & quatenus, nume. 14. & 15.*

1 PRimus effectus eſt, iacens † hæreditas re-
præſentat & ſuſtinet perſonam defuncti.
Hæreditas enim nihil aliud eſt, quàm ſucceſ-
ſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit,
l. nihil aliud. 24. ff. de verborum ſignificat. l.
2 hæreditas. 62. ff. de regul. iuris. Et † hæreditas
non hæredis perſonam, ſed defuncti ſuſtinet,
l. hæreditas. 34. ff. de adquirendo rerum domi-
nio. Et perſonę defuncti vice fungitur. l. mor.
tuo 22. ff. de fideiuſſoribus. Ac vt Iauolenus
ait, Hæres, & hæreditas, tametſi duas appella-
tiones recipiant, vnius tamen perſonæ vice
3 fungitur. l. 22. ff. de vſucapionib. Ac † hæredi.
tas in multis partibus iuris pro domino ha.
betur, l. hæreditas. 61. ff. eodem titul. Et perſo-
nam domini ſuſtinet, l cum hæreditas. 9. C.
depoſiti. Denique, vt Iuſtinianus ait, hæredi.
tas in plerisque perſonæ defuncti vicem ſuſti.
net, §. 1. Inſtitutio. de ſtipulatione ſeruorum.

Et alibi: nondum enim adita hæreditas per-
ſonæ vicem ſuſtinet, non hæredis futuri,
ſed defuncti. §. ſeruus etiam alienus, verſi.
cul. nondum. Inſtitutio. de hæredibus inſti-
tuendis.

Ex primo effectu, multi alij promanant, nẽ
pè Secundò, quòd † hæreditati quoque vt do- 4
mino per ſeruum hæreditarium adquiritur.
d. l. hæreditas in multis. 61. ff. de adquirend. re-
rum dominio.

Tertiò, ideoque quod ſeruus hæreditarius
ante aditam hæreditatem ſtipulatur, adqui-
rit hæreditati, ac per hoc etiam hæredi poſtea
facto adquiritur. Inſtitut. de ſtipul. ſeruorum,
in princ.

Quartò, quemadmodum † quoque ſeruo 5
ante aditam hæreditatem rectè legatur ex ſen
tentia Marcelli, Scæuolæ, Vlpiani: ſi quidem
adeatur hæreditas, omnia vt in hæreditario
ſeruo: ſi verò adita non ſit, vt in proprio pa-
tris, ſunt ſpectanda. l. in eo. 33. ff. de adquiren.
do rerum dominio. l. filiusfamilias. 14. §. le-
gatum. ff. de caſtrenſi peculio. Extat elegans
locus Caij: Si eo hærede inſtituto, qui vel ni-
hil, vel non totum capere poteſt, ſeruo hære-
ditario legatum fuerit, tractantibus nobis de
capacitate videndum eſt, vtrùm hæredis an
defuncti perſona, an neutrius ſpectari de-
beat.

Et poſt multas varietates placet, vt (quia
nullus eſt dominus in cuius perſona de capa.
citate quæri poſſit) ſine vllo impedimento
adquiratur legatum hæreditati. Atque ob id
omnino ad eum pertineat, quicunque poſt-
ea hæres extiterit, ſecundùm quod accipere
poteſt. Reliqua autem pars ad eos qui iure vo
cantur, venit. l. ſi mihi & Titio. 55. §. 1. ff. de le-
gatis 2.

Quintò, ita † quoque ante aditam hæredi- 6
tatem actio hæreditati quæritur, quæ deinde
per hæreditatem quæſita, hæredi adquiritur,
quotiens funeri teſtatoris, vel cadaueri fit
iniuria, ſiquidem poſt aditam hæreditatem
fiat, dicendum eſt, hæredi quodammodò
factam: ſemper enim hæredis intereſt, de.
functi exiſtimationem purgare: quotiens
autem ante aditam hæreditatem magis hæ.
reditati. Et ſic hæredi per hæreditatem ad.
quiri: denique Iulianus ſcribit: Si corpus te.
ſtatoris ante aditam hæreditatem deten.
tum eſt, adquiri hæreditati actiones, dubi
um non eſſe: idemque putat, etſi ante adi.
tam hæreditatem ſeruo hæreditario facta
fuerit. Nam per hæreditatem actio hære.
di acquiritur, &cet. l. 1. §. quotiens. ff. de iu
dicijs.

Quod † idem Vlpianus etiam de inter. 7
dicto, quod vi aut clam ſcribit, quæſitum
eſt, ſi cum prædium interim nullius eſſet,
aliquid

aliquid vi, aut clam factum ſit, an poſtea do-
minio ad aliquem deuoluto, interdicto locus
ſit, vtputà, hęreditas iacebat, poſteà adiji hęre-
ditatem Titius, an ei interdictum competat?
Et eſt, inquit Vlpianus, ſæpiſſimè relatum, hę-
redi competere hoc interdictum eius nomi-
ne, quod ante hæreditatem factum ſit, nec re-
ferre Labeo ait, quod non ſcierit, qui hæredes
futuri eſſent. Hoc enim poſſe quem cauſari e-
tiam poſt aditam hæreditatem.

Ne illud quidem Labeo obſtare ait, quod
eo tempore nemo dominus fuerit. Nam & ſe-
pulchri nemo dominus fuit. Et tamen ſiquid
in eo fiat, experiri poſſum quod vi, aut clam.
Accedit his, quod hæreditas domini locum
obtinet. l. denique. 13 §. quæſitum eſt. ff. quod
quod vi aut clam. Et ſic de alijs actionibus, &
interdictis paſſim.

8 *Sicuti etiam* † econtrariò, hæreditati iacē-
ti rectè actio mouetur, quo caſu curator, vel
plures curatores, conſtituuntur: Ita Paulus, ſi
quis ſub conditione hæres inſtitutus eſt, cogē-
dus eſt conditioni parere, ſi poteſt, aut ſi re-
ſponderit ſe non aditurum, etiamſi conditio
extiterit, vendenda erunt bona, quod ſi nihil
facere poteſt, curator bonis conſtituendus e-
rit: aut bona vendenda. *Sed* ſi graue æs alie-
num ſit, quod ex pœna creſcat, per curato-
rem ſoluendum eſt æs alienum: ſicuti, cùm
venter in poſſeſſione ſit, aut pupillus hæres tu
torem non habeat, decerni ſolet. l. 1. ff. de cu-
ratore bonis dando. Et Vlpianus, ſi diu incer-
tum ſit, ex teſtamento hæres extiturus nec
ne ſit, cauſa cognita permitti oportebit bona
rei ſeruandæ cauſa poſſideri: & ſi ita res vrge-
at, vel conditio, bonum etiam hoc erit conce
dendum, vt curator conſtituatur. l. 8. ff. quibus
ex cauſis in poſſeſſionem eatur. Paulo aliter, ſi
quis purè inſtitutus ſit, vel ab inteſtato ſucce-
dat, differatque adire hæreditatem, ac delibe-
ret. Hoc enim caſu curator, vel conſtituitur,
eſtque à Iuſtiniano præfixum trium menſium
ſpacium, ex quo ei cognitum fuerit, ſcrip-
tum ſe eſſe, vel vocatum hæredem, vt vel ad-
eat, vel ſe immiſceat, aut reſpuat, vel abſtine-
at: ſiue hæreditas ex teſtamento, ſiue ab inte-
ſtato ſit delata, ſiue ex aſſe, ſiue ex parte. l. fina.
§. cum igitur hæreditas. C. de iure deliberand.
De qua re Bartol. in l. ſi diui. 8. ff. ex quibus cau
ſis in poſſeſſionem eatur, & in l. ſi bona. C. de
bonis authoritate iudicis poſſidendis, & in l.
ſi conſtante. §. ſi ab exhæredato. ff. ſolut. ma-
trimonio. Bald. Alexand. Iaſon in rubr. C. de
ſucceſſorio edicto. Bald. Alexand. & Iaſon, in
d. l. final. §. cum igitur. C. de iure deliberandi.
Franciſcus Marcus in deciſionibus Delphin.
quæſt. 27. Menochius de Arbitrarijs Iudicum
ſententijs, lib. 2. Centur. 2. caſu 150. vbi tres ca-
ſus diſtinguit in dādis curatoribus bonorum.
Nam dantur curatores aut bonis defuncti,
aut bonis viuentis, aut abſentis, aut denique
vagabundi. Quis autem curatores conſtitue-
re † poſſit, qui etiam curatores, & quomodo 9
conſtitui debeant, & quid ipſorum muneri
incumbat, denique quomodo agere, & conue
niri poſſint, tradit Vlpianus in l. 2. ff. de cura-
tore bonis dando. & nouiſſimè quoad præſen
tem fori ſtatum, Menochius d. caſu 150. num.
27. vſque ad fin. & Gaillius obſeruat. 130. lib. 2.
& nos ſuo loco copiosè.

Sextò, non tantùm aduerſus iacentem hæ-
reditatem † actio moueri & intentari poteſt, 10
ſed etiam poſſunt creditores mitti in poſſeſ-
ſionem ex primo decreto. Ita, ſi alter ex hære-
dibus intra tempora ſibi præſtita deliberet a-
dire hæreditatem, alter verò neget ſe aditu-
rum, placuit creditores interim in poſſeſſio-
nem mittendos cuſtodiæ cauſa, donec appa-
reat is, qui deliberat, vtrùm agnoſcat partem
ſuam, an non agnoſcat, l. 9. ff quibus ex cauſis
in poſſeſſionem eatur. Quo pertinet l. ſi filius-
familias. 11. l. 12. ff. eodem. Hoc tandem caſu,
creditores miſſi in poſſeſſionem rei ſeruandæ
cauſa, dominium ex ea cauſa minimè adipiſ-
ci poſſunt. l. 8. C. de bonis auctor. iudic. poſſid.
& l 6. C. eo.

Quæ interpoſitio decreti primi fieri poteſt
† abſque curatoribus bonorum Diuerſum eſt 11
in miſſione ex ſecundo decreto. Hæc enim ali
ter fieri non poteſt, niſi dato curatore bonis.
Etiam eo caſu, vbi hæres non poteſt parere
conditioni, quam in ſua poteſtate non habet,
veluti, inſtitutione collata in alterius factum,
aut in quendam caſum, ſi ille, putà conſul fa-
ctus fuerit. Tunc poſtulantibus creditoribus
conſtituet Prætor, niſi intra certum tempus
hæreditas obtigerit, aditaque fuerit, ſe bona
defuncti à creditoribus poſſideri, & interim,
quæ vrgebunt, per curatores diſtrahi iuſſurū,
l. ſi quis inſtituatur. 23. ff. de hæredibus inſtitu-
endis. Quo pertinet l. 1. l. 2. ff. de curatore bo-
nis dando. l. Inter bonorum. ff. de adminiſtr.
tutor. l. ſi ſeruus, ff. de bonis auctoritate iudi-
cis poſſid. l. ſcimus. § fin. ff. de inoffic. teſtam.
De qua re Bartol. in l. ſi bona. C. de bonis au-
ctoritate iudicis poſſiden Bal. in rub ff. de ſuc-
ceſſorio edict. Angel. & Imol. in l. ad diem. ff.
de verborum obligat. Bald. in l. cum debito-
ris. C. de iudicijs. Alexand. conſi. 5. lib. 5. Fran-
ciſc. Marcus deciſ. 111. num. 1. & deciſ. 27. Hęre-
ditati † iacenti, omnia ea competunt, quæ de- 12
functo, vel domino competierunt. d. l. hæredi
tas. ff. de acquirenda hæreditate. l. hæreditas.
ff. de verbor. ſignific. l. nihil aliud. ff. de regul.
iur. cum alijs ſuprà relatis.

Septimò, hæreditas † iacens incidit in pœ- 13
nam conuentionalem. Ad diem ſub pœna,
pecunia promiſſa, & ante diem mortuo pro-
miſſore, committetur pœna, licet non ſit hæ-
reditas eius adita. l. ad diem. 77. ff. de verbor.
obli-

obligat. Franciſcus Marcus in deciſ. Delphin. quæſt. 31. quod etiam procedit in pœna legati, l. debitor. 13. in fine. ibi, ne pœna traiectitiæ pecuniæ augeretur, aut ex compromiſſo committeretur, ff. de neg. geſt.

Quod verum eſt, quando pœna committitur ex lapſu diei appoſiti ad ſoluendum: diuerſum ſi interpellatio hominis requiratur: nam hoc caſu contra hæreditatem iacentem non committitur pœna: quia hæreditas iacẽs non poteſt interpellari, nec in mora conſtitui, ſicuti nec infans, nec furioſus. l. is cui. 5. §. ceſſatum. ibi, certè ſi iacuerit hereditas aliquo tempore, hoc tempus de medio trahendum eſt, ff. vt in poſſeſſ. legatorum, vel fideicõmiſſorum nomine. & ibi glo. in verbo, hæreditas.

14 Sicuti etiam † pœna aduerſus hęreditatẽ non committitur, quando ſubeſt iuſta cauſa, vel alia neceſſaria cauſa, l. ſciendum. 21. & duabus ſeqq. ff. de vſur. Iaſon & cæteri in d. l. ad diem.

15 Quemadmodum ſimiliter † ſi certum ſit, hæreditatem necdum aditam fuiſſe, nec ſatiſdatio, nec poſſeſſio locum habet, hoc eſt, cautio legatorum nomine, & miſſio in poſſeſſionẽ, hæreditate iacente fieri non poſſunt, l. 2. ff. vt in poſſeſſionem legatorum, & fideicommiſſorum conſeruandorum cauſa eſſe liceat.

CAPVT X.

Dubitatum, quæſitumque eſt, iacente hæreditate præſcriptio inchoari necne poſsit.

SVMMARIA.

1 Iacens hæreditas præſcriptionem inchoare nequit.
2 Præſcriptio à defuncto inchoata iacente hæreditate impleri poteſt, & nu. 6.
3 Vſucapio ſine poſſeſsione contingere non poteſt.
4 Poſſeſsio hæredis quoad vſucapionem complendam, continuatur cùm poſſeſſ. defuncti.
5 Aditione omnia tranſeunt in hæredem, quæ in hæreditate inueniuntur.

1 NOn immeritò dubitatum eſt, cùm enim hæreditas iacens repræſentet, & ſuſtineat perſonam defuncti, per iura ſuperius abundè adducta. Dominus autem præſcriptionem inchoare potuit: ergo etiam hæreditas quæ in domini defuncti perſonam, & locum, ac ius ſucceſſit. Sed maiore ratione obtinuit cõtrarium, nempè, iacente hæreditate, præſcriptionis initium fieri non poſſe: cœptam † autem à domino, currere: ita Neratius, cœptam vſucapionem à defuncto poſſe & ante aditam hęreditatem impleri, conſtitutum eſt. l. cœptũ. 40. ff. de vſucap. Sic etiam Papinian. poſt mortem domini ſeruus hæreditarius peculij nomine tem cæpit tenere, vſucapionis primordium erit tempus aditæ hæreditatis. Quemadmodum enim vſucapietur, quod antè defunctus non poſſederat. l. fin. §. fin. ff. eod. titul. Et

2

Paulus: vacuum tempus, quod ante aditã hæreditatem, vel poſt aditam interceſſit, ad vſucapionem hæredi procedit. l. nunquam. 31. §. vacuum. ff. eod. tit. cum ſimilibus relatis in iã adductis reſponſis. Neque † mutat quod ſine 3
poſſeſſione vſucapio contingere non poteſt. l. ſine poſſeſſione 25. ff. de vſuca. poſſeſſionem verò hæreditas non habet, quæ facti eſt, & animi, ſed nec hæredis eſt poſſeſſio, antequã poſſideat: quia hęreditas in eum id tantum tranſfundit, quod eſt hæreditatis, non autem fuit poſſeſſio hæreditatis. Ita Scæuola, referẽte Vlpiano in l. 1. §. Scæuola ait. ff. ſi is, qui teſtamẽto liber eſſe iuſſus fuerit. Quia reſponderi poteſt, licèt hæreditas iacens non poſſideat, attamen fictione iuris fingitur habere qualemcũque poſſeſſionem. Nam & gerit pro hærede, qui animo agnoſcit ſucceſſionem, licet nihil attingat hęreditarium: ac poſſeſſio qualiſqualis, vt Paulus loquitur, fuit in hæreditate. l. gerit. 88. ff. de acquir hæred. Ac † quoad vſucapi- 4
onem implendam, continuatur poſſeſſio hæredis cum poſſeſſione defuncti. d. l. nunquam. §. vacuum. vbi Paulus: Vacuum, inquit tẽpus, quod ante aditam hæreditatem, vel poſt aditam interceſſit, ad vſucapionem hęredi procedit, ff. de vſucap. & l. Pomponius. 13. §. quæſitũ. ff. de acquirend. poſſeſſ. Iaſ. in l. eius qui in prouincia. col. 2. ff. ſi cert. petat. & in l. ſi is qui pro emptore. num. 9. & 56. & 83. & 166. ff. de vſurpationib. & vſucapionib. Franciſ. Balb. in tract. præſcriptionum, in ſecunda parte, tertiæ partis principalis, in tertio & quarto principali requiſito, nume. 2. & ſeq. Tyraquel. in tract. le mort ſaiſit le vif. in præfatione declaratione 3. num. 4. Sebaſtianus Sapia, in tract. de miſſione in poſſeſſionem, vel in repet. l. fin. C. de edicto diui Adr. rollend. num. 24. vſque ad nu. 31. Franciſc. Marcus in deciſ. Delphin. quæſt. 31. vbi quærit, an iacente hæreditate pœna conuẽtionalis ob temporis lapſum committatur. Roland. à Valle conſi. 46. num. 27. lib. 2. Hæreditas, inquit iacens quæ non dicitur poſſidere. d. l. 1. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit. complertamen vſucapionem cęptam, d. l. cæptam. d. l. nunquam. §. vacuam. ff. de vſucapio. & ratio eſt, quia per † aditionem 5
tranſeunt omnia in hæredem quæ reperiuntur in hæreditate. Nam, vt Celſus ait, omnia ferè iura hæredum perinde habentur, ac ſi cõtinuò poſt tempus mortis hęredes extitiſſent. l. omnia. 153. ff. de regul. iur. ſed in hæreditate datur qualiſqualis poſſeſſio. d. l. gerit. ff. de acquir. hæred. Et ideò quantum ad præſcribendum, etiam in hæredem continuatur effectus poſſeſſionis. ita Sapia in d. l. fin. num. 27. C. de edict. diui Adr. toll. Quemadmodum vice verſa † contra iacentem hæreditatem præſcrip- 6
tio continuatur. Alex. conſ. 36. lib. 2. Socin. Senenſ. conſ. 60. in fin. lib. 1. Balb. in tract. præſc.

in prima parte, ſextæ partis principalis, caſu 25. verſ. ſecundò fallit. Menochius in 13. Remedio recup. poſſeſſ. num. 44.

CAPVT XI.

Quinta diuiſio hæreditatis.

SVMMARIA.

1. *Hæreditatum deficientium tria genera.*
2. *Teſtamentum pro non ſcripto eſt, cum legatarius tempore legati facti in humanis non eſt.*
3. *Scripto legatario apud hoſtes exiſtente & moriente, teſtamentum pro non ſcripto eſt.*
4. *Damnato in metallum ſi quid extra alimenta legatum, cēſeri facit teſtamentum pro non ſcripto.*
5. *Adſcribens ſibi legatum aut hæreditatem, pro non ſcripto haberi facit.*
6. *Scripta in teſtamento obſcurè vt intelligi nequeant, pro non ſcripto ſunt.*
7. *Relictum quod in rerum natura non eſt, item res legatarij relicta pro non ſcriptis ſunt.*
8. *Legatario ante teſtatorem defuncto, legatum in cauſa caduci eſt.*
9. *Caduci cauſa ad renunciationem hæreditatis extendi.*
10. *Conditione deficiente, relictum quaſi caducum fieri.*
11. *Legata res ſi pereat, pro caduco eſſe legatum.*
12. *Caduci appellatio multiplex. nu. 13. 14.*
15. *Lex Papia & Poppæa à quibus lata, & quæ præcipua eius capita, nu. 16. 17. & 19.*
16. *Legis Papiæ & Poppææ caput primum.*
17. *Aditio hodie à morte teſtatoris permiſſa.*
18. *Dies fideicommiſsi & legatorum hodie à morte teſtatoris cedit.*
19. *Teſtamento relicta ſi caduca fiant, non fiſco, ſed hæredi hodie manent.*
20. *Fiſci ius ex lege Papia & Senatusconſultis olim competens, per Iuſtinianum abrogatum. & num. 21.*
22. *Caducorum ius propriè in quibus caſibus à Iuſtiniano inductum.*
23. *Vlpiani locus in fragmentis reſtitutus.*
24. *Caduca bona hodie cenſentur, quæ ex aliqua cauſa fiſco debentur.*
25. *Vacans hæreditas quæ ſit. num. 26. & 27.*

HAEreditas quædam eſt caduca, quædam
vacàns, de caduca prius. Tria ſunt gene-
1 ra deficientium † vltimarum voluntatum:
Primum pro nō ſcripto dicitur, alterum quaſi caducum, tertium caducum.

2 Pro non † ſcripto habetur, & deficit vltima voluntas. Primò, ſi eo tempore, quo alicui legatum adſcribebatur, in rebus humanis is non erat, pro non ſcripto hoc habetur.

3 Secundò, ſi in hoſtium † poteſtate erat, quo tempore teſtamētum fiebat, neq; ab hoſtibus redijt, pro non ſcripto erit, l. 4. ff. de his, quæ pro non ſcript. habentur. Si ei qui in hoſtium poteſtate eſt, legatum fuerit, & is apud hoſtes deceſſerit, nullius momenti legatum erit, quā uis poſtliminio confirmari poteſt. l. ſi ſeruo meo Stichus. 101 §. 1. ff. de leg. 1. l. vnica. § & cū triplici. vbi Iuſtinianus iterum inquit, quæ vel his relinquebantur, qui in rerū natura tunc temporis cum condebtāur vltima elogia, non fuerant: fortè hoc ignorantibus teſtatoribus, & ea pro non ſcriptis eſſe leges exiſtimabant, C. de caduc. tollend.

Tertiò, ſi † in metallum damnato, quid ex- 4
tra cauſam alimentorum relictum fuerit, vel poſt teſtamētum factum hæres inſtitutus, vel legatarius in metallum damnatus ſit, pro nō ſcripto eſt: item, ſi ſeruo alieno quid legatum fuerit, & poſteà à teſtatore redemptus ſit, legatum extinguitur. Nam quæ in eā cauſam peruenerunt, inquit Martianus, à qua incipere nō poterāt, pro non ſcriptis habentur. l. ſi in metallum. 3. ff de his quæ pro non ſcriptis habentur.

Quartò, † ſi quis hæreditatem vel legatum 5
ſibi adſcripſerit, pro non ſcriptis hab. & incidit adſcribens in leg. Cornel. de falſis. l. 1. ff. de his, quæ pro non ſcriptis habentur. l. 3. l. 4. l. 5. C. de his qui ſibi adſcribunt in teſtamento. l. 6. vbi Africanus ff. ad leg. Cornel. de falſ.

Quintò, quæ in teſtamento † ſcripta ſunt, 6
nec intelliguntur quid ſignificent, ea perinde ſunt, ac ſi ſcripta nō eſſent: reliqua autem per ſeipſa valent, l. 2. ff. de his quæ pro non ſcriptis habentur.

Sextò, quando † relinquitur aliquid quod 7
in rerum natura non eſt, argumen. l. ſi homo mortuus. 69. ff. de verbor. obligat. Deniq; quā do relinquitur alicui ſua res. l. proprias. 13. C. de legat.

Quaſi caduca, vel in cauſa caduci dicitur
hæreditas multis quoque modis. Primò, ſi † vi- 8
uo teſtatore is, qui aliquid ex teſtamento habuit, poſt teſtamentum ab hac luce ſubtrahebatur. l. vnica § ea etenim. verſ. ſi vel viuo. C. de caducis tollend. Ineſt enim relictæ hæreditati, vel legato tacita conditio, ſi hæreditas fuerit delata. l. delata. ff. de verb. ſignif. cum alijs ſuprà relatis. Deferri autem non poteſt, niſi poſt mortem teſtatoris, l. is qui hæres. 13. §. ſi quis dubitet. l. hæres. 32. in princ. l. hæreditatē. 19. ff. de acquir. hæred. l. neminem. 27. l. qui ſuperſtitis. 94. ff. eod. titu. Vnde conſequens fit, inſtitutionem vel legatum defeciſſe, & in cau
ſam caduci cecidiſſe, † quod poſteà ad renun- 9
ciationem hæreditatis omnium aſſenſu trāſlatum eſt. Interpretes in l. fin. C. de pact. & in l. pactū dotali. C. de collat. & in d. l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hæred.

Secundò, ipſum † quoque relictum expira- 10
bat fortè quadam conditione, ſub qua relictū erat, deficiente: quod veteres appellabant in cauſa caduci. d. l. vnica. §. ea etenim, verſic. vel ipſum relictum.

Tertiò, † ſi ante mortem teſtatoris pereat 11
res relicta, argumen. l. ſi homo mortuus. 69. l. ſi ex legati cauſa. 33. ff. de verbor. obligar.

Poſtremum genus deficientium vltimarum voluntatum verſatur in caducis. Caduci

† ap-

12 † appellatio, vt ab etymologia ordiar, multipliciter accipitur. Nam Cicerone, aliiſque Latini ſermonis authoribus, dicuntur caduca, & infirma, caduca & mortalia. Item res caducæ & fragiles. Breuia item fugacia, & caduca, itē caduca & incerta In iure noſtro paulò aliter, quotiens vel de caduca poſſeſſione, cuius etiā Cicero mentionem facit in lib. 3. de oratore, vel de caducis hæreditatibus, vel de dote caduca, iuris noſtri auctores loquuntur, vt in l. ſi quis officinm. 38. §. veterem. l. dote. 61. ff. de ritu nuptiarum.

13 Quantum itaque ad caduca relicta attinet, Vlpianus in fragmētis, tit. 17. de caducis. rem hanc ſic explicat: quod quis ſibi teſtamento relictum ita, vt iure ciuili teſtamento capere poſſit, aliqua ex cauſa non cæperit, caducum appellatur: veluti cecidit ab eo, verbi gratia, ſi cælibi, vel latino Iuniano legatum fuerit, nec intra dies centum, vel cælebs legi paruerit, vel latinus ius Quiritium conſecutus ſit, aut ſi ex parte hæres ſcriptus, vel legatarius ante apertas tabulas deceſſerit, vel peræger factus ſit.

14 Pleniſſimè verò Iuſtinianus caduci † cauſam à nomine & ortu deducens, & caducorū materiam emendans, peculiari conſtitutione rem poſteritati tradit. Nomen quidem & materiam caducorum ex bellis ortam, & auctam ciuilibus ſcribit, deinde legem Papiam, ius antiquum quod ante eam in omnibus ſimpliciter verſabatur, emendaſſe: hanc legem ab anterioribus principibus iterum emendatam, & à prudentiſſimis viris aduerſus eandem, varias vias, per quas caducum non fieret, excogitatas fuiſſe, ac à teſtamentorum conditoribus ad cohibenda caduca, ſubſtitutiones introductas, omnes vias recludentes, quas lex Papia poſuit in caducis.

15 Quæ verò † fuerint legis Papiæ Poppeæ, (quæ lata eſt à M. Poppio, & Q. Poppeo Conſulibus, auctore diuo Auguſto) de caducis capita, nec à Zaſio, nec Hotomanno, nec à Manutio traditur. In conſtitutione diui Iuſtiniani, tria caducorum feruntur capita, quæ à Iuſtiniano partim confirmantur, partim reformantur, partim tolluntur & abolentur.

16 Primum caput legis Papiæ erat, vt ſi decederet hæres ante apertas teſtamenti tabulas, legatum fieret caducum, nec poſſet adire quis ante apertas tabulas, exceptis ſolis parentibus & liberis, ſi ſcripti fuerant hęredes, de quo capite Vlpianus in fragmentis, titul. 18. qui habeant ius antiquum in caducis Vbi inquit Vlpianus: Liberis, & parentibus teſtamentum vſque ad tertium gradum lex Papia ius antiquum dedit, vt hæredibus illis inſtitutis, quod quis ex eo teſtamento non capit, ad hos pertineat, aut totum, aut ex parte, prout pertinere poſſit.

Hoc caput Iuſtinianus in parentibus, & liberis, ſi ſcripti ſint hæredes, confirmat & ius antiquum conſeruat Deinde hoc quod parētibus per legem Papiam licebat ad omnes, ſine differentia, perſonas produxit, & dilatauit. Ne omnibus indifferenter hæredibus ſcriptis ante apertas tabulas morientibus, legatum fieret caducum. d. l. vnic. in princ. §. & cum lex Papia ius antiquum.

Secundum † caput legis Papiæ, & Senatuſ- 17
conſultorum: quę circa eam introducta ſunt, fuit, vt ab apertura tabularum hæreditas adiri poſſet, & tranſmitti, & exinde dies legatorum, & fideicommiſſorum quoque cęderent, & quod in medio, hoc eſt, à tempore mortis teſtatoris vſq; ad aperturam tabularum deficeret, hoc caducum fieret.

Quod legis Papiæ caput, ſicuti etiam Senatuſconſulta circa eam legem introducta Iuſtinianus confirmauit, & emendauit, ac ius antiquum ante legem Papiam renouauit: nempè, omnes habere licentiam à morte teſtatoris adire hæreditatem. Nam lege Papia, & Senatuſconſultis id à tempore apertarum
tabularum ſolummodò licebat. Deinde † le- 18
gatorum vel fideicommiſſorum purè, vel in diem certam relictorum, diem ſimili modo à morte teſtatoris cedere, d. l. vnica §. cum igitur materiam, & exordium, quemadmodum igitur à morte teſtatoris licet cuique hęreditatem adire: ita quoque à morte teſtatoris cedit dies legatorum, & fideicommiſſorum purè, aut ad diem certum relictorum.

Tertinm caput † legis Papiæ Poppeæ fuit: 19
de relictis deficientibus fiſco vendicandis. Primò ordine, vt ea, quæ pro non ſcriptis haberentur, à fiſco peti poſſent.

Quod caput legis Papiæ ſimiliter Iuſtinianus euacuauit, ac antiquum ius, quod per legem Papiam erat abrogatum, iterum intactum, atque illibatum præcepit in omne æuum cuſtodiri. In primo enim ordine, vbi pro non ſcriptis efficiebantur ea, quæ perſonis iam ante teſtamentum mortuis teſtator donaſſet, ſtatutum fuerat antiquitus, vt ea omnia bona manerent apud eos, à quibus fuerant derelicta, niſi vacuatis, hoc eſt, deficientibus, vel extinctis ante mortem teſtatoris ſubſtitutus ſuppoſitus, vel coniunctus fuerat aggregatus: tunc enim non deficiebant, ſed ad illos perueniebant, nullo grauamine, niſi perrarò, in hoc pro non ſcripto ſuperueniente: Quod, inquit Iuſtinianus, & noſtra maieſtas, quaſi antiquæ beneuolentiæ conſentaneum, & neutrali ratione ſubnixum, intactum atque illibatum præcipit cuſtodiri in omne æuum valiturum, dicta l. vnica, §. in primo itaque ordine. Abrogata itaque circa ea, quæ pro non ſcriptis habebantur, olim lege Papia, & antiquo iure iterum reducto, ac re-

uocato, relictum pro non ſcripto, non fiſco, vt per lcgem Papiam, ſed ei à quo relictum erat, vt iure antiquo debetur, ſine omni grauamine: niſi is, aut ſubſtitutum, aut coniunctum habeat. Ideoque quæ pro non ſcriptis habentur, & nouo, & antiquo iure remanrnt apud hæredem ſine onere, nec fiſco, vt lege Papia, vindicantur.

In ſecundo genete, vel ordine deficiētium
20 vltimarum † voluntatum, quæ in cauſa caduci fieri contingebant, vel eriam propriè caduca fiebant, & veteri iure, & lege Papia fiſco vindicabātur, quemadmodum teſtatur S. C. ex oratione diui Traiani propoſitum, Coss. Quinto Iulio Balbo, & Publio Iuuentio Celſo, & Titio Aufidio, & Oeno Srueriano: cuius verba ſunt, CVM ANTEQVAM PARTES CADVCAE EX BONIS RVSTICI FISCO PETERENTVR: HI QVI SE HAEREDES ESSE EXISTIMABANT, hæreditatem diſtraxerint, placere, redactæ ex prrcio rerum venditarum pecuniæ vſuras non eſſr exigendas, &c. Subijcitur autrm in eodem Senatuſconſulto: Prtitā autem fiſco hæreditatem, ex eo tempore exiſtimandum eſſe, quo primùm ſciret quiſque eam à ſe peti. Vbi Vlp. Air inquit Senatus, cùm antequam partes caducæ à fiſco peterentur, hoc euenerat, vt partes caducæ fiſco peterentur, ſed etſi ex aſſe fiat, Senatuſconſultum locum habebit. Idem & ſi vacantia bona fiſco vendicentur: vel ſi ex alia quacunq; cauſa bona ad eum peruenerinr, Senatuſc. hoc, locum habebit. Et ſi ciuitati petetur, &c. Et iterū Vlpian. in explicatione verborum Senatuſc. (petitam autem fiſco hæreditatem) id eſt, ex quo quiś primum ſciret eā à ſe peti: nam vbi ſcit, incipit eſſe malæfidrį poſſeſſor, &r. l. item veniunt. 20. §. præter hær. §. ait Senatus. §. petitā autem: ff. de petit. hæred.

Iuſtinianus itaque hiſce duobus quoq; caſi
21 bus, ius antiquum ſimul cum lege Papia abrogauit, & quaſi caduca, & propriè caduca non fiſco vindicari, quod iure veteri, & lege Papia introductum erat, ſed perſonis, quibus pro nō ſcripto debetur, cum onere accreſcere debere, ſanciuit. Sancimus, inquit, ea quæ ita euenerunt, ſimili quidem modo manere apud eos, à quibus ſunt derelicta, hæredes fortè, vel legatarios, vel alios qui fideicommiſſo grauari poſſunt, niſi & in hunc caſum vel ſubſtitutus vel coniunctus eos antecedat: quo ad onus autem, & grauamen, ait: ſed omnes perſonas quibus lucrum per hunc ordinem defertur, eas eriam grauamen quod ab initio fuerat cōplexum, omnimodò ſentire, ſiue in dando ſit conſtitutum, ſiue in quibuſdam faciendis, vel in modo, vel cōditionis implēdæ gratia, vel alia quacunque cauſa excogitatum. Neque enim ferendus eſt is, qui luctum quidem amplectitur, onus autem annexum ei contemnit.

Quantum † verò ad propriè caduca attinet 22
Iuſtinianus in hoc etiam genere induxit. Primò clauſis tabulis, vel ante aperturam tabularum, & ſtatim à die mortis teſtatoris hæredes exiſtere, ſiue ex parte ſint, ſiue aſſe inſtituti. Secundò, diem quoque legarorum, & fidéicommiſſorum à morte defuncti cedere. Tertiò, hęreditatem non aditam, non tranſmitti, quod nec veteri iure conredebatur. Exceptis tamen libetorum petſonis, de quibus Theodoſiana lex, quæ extat in tit. C. de his qui ante apert. tabul. hæreditatem tranſmittunt. Quartò, relicta, ſi medio tempore, hoc eſt, à die mortis teſtatoris, & antequam hæreditas adeatur, deficiant, & raduca efficiantur, quod fiebat, ſi is qui teſtamento lucrum capiebat, decedat, vel conditio, ſub qua illi aliquid relictum eſt, deficiat, non tranſmitti, ſrd apud eos debere manere, à quibus relictum eſt, vel à quo debet pręſtari, niſi adſit ſubſtitutus, vel coniunctus hærrs, aut legatarius. Quintò, modum addidit, pro qua parte id quod defectum eſt, hoc eſt, drficit, & caducum factum eſt, manere debear apud eos à quibus eſt relictum, id eſt, apud hęredes. qui relictum præſtare debuiſſent legatario, vel fideicommiſſario. Nempè, ſiquidem ad hæredes lucrum, intellige, quod relictum eſt legatario, ſi deficiat, perueniat, vt pro parte hæreditaria diſtribuatur: cùm relictum, ſi nō drfeciſſet, pro ijſdem partibus præſtandum fuiſſet, niſi nominatim ab vno, vel à quibuſdā furrit derelictum, tūc enim quemadmodum ſolus, vel ſoli præſtabunt, etiam lucrum ſentient: legata autem defrcta, & caduca reddita, vel quæ ruanuerunt, remaneant apud cæteros legatarios, vel fideicommiſſarios pro virili, d. l. vnica. §. ſed vt manifeſtetur. Sextò, quia res cum ſuo onere tranſeunt, Iuſtinianus Vlpianum ſecutus, certā formam præſcripſit, quomodo luctum, vel defectum, aut caducum debeat tranſire cum ſuo onere, & grauamine, ſiue grauamen hoc conſiſtat in dando, ſiue in faciendo. d. l. vnica. §. ne autem hoc. Cùm Vlpianus quidem rem hanc valde generaliter propoſuerat: Caduca, inquit Vlpianus, cum ſuo onere fiunt: ideoque libertares, & legata, & fideicommiſſa ab eo data ex cuius perſona hæreditas caduca facta eſt, ſalua ſuut, ſcilicet, & legata, & fideicommiſſa cum ſuo onere finnt caduca. titul. 17. §. final. in Fragmentis.

Denique his ita definitis, ad coniunctos, de quibus in præcedrntibus capitibus mentionem fecit, tranſit, & coniunctioni pariter certam iuris formam dat. Ex hac itaque Conſtitutione Iuſtiniani patet, quæ pro non ſcriptis habeantur, cauſam item caduci, & caduca non amplius fiſco vindicari, quod & lege Papia, &

pia, & Senatuſcōſultis cōcedebatur, ſed apud eos à quibus aliquid relictum erat præſtandum, remanere. Caduca quidem, & in cauſa caduci, cum onere, quæ pro non ſcriptis habentur, nouo & antiquo iure cum onere. Vnde & hoc promanat: quia & ſubſtituti, & coniuncti in locum deficientium perſonarum ſubrogantur, hodie veterem illam obſeruationem eorum quæ pro non ſcriptis habentur, vel in cauſa caduci, vel propriè caduca ſint, euaneſcere, nec ferre hęreditatem, vel aliud relictum, caduca dici poſſe.

23 Id verò notandum † in fragmentis Vlpiani, in titul. de caducis, locum tranſpoſitum eſſe, verba ſunt: Hodie ex Conſtitutione Imper. Antonini omnia caduca fiſco vendicantur, ſed ſeruato iure antiquo liberis & parentibus: atqui ſuprà euidēter oſtenſum eſt, ea, quæ pro non ſcriptis habentur, ex lege Papia quaſi caduca, & caduca partim lege Papia, partim antiquo iure fiſco vendicari.

Non igitur ad Antoninum referri poteſt, cum lex Papia ſub Auguſto lata ſit: qui longiſſimè Antoninum anteceſſerit. Rectè igitur clariſſimus vir Cuiacius reſtituenda eſſe putat in hunc modum: Omnia caduca fiſco vindicantur, ſed ſeruato iure antiquo liberis & parentibus. Hodie ex Conſtitutione Antonini caduca cum ſuo onere fiunt: cuius conſtitutionis fit mentio in l. licet Imperator noſter. 74. ff. de leg. 1. l. 4. C. ad Trebel.

Id autem obſeruandum, † caduca bona ge-
24 neraliter accipi pro ijs bonis, quæ ex aliqua cauſa in fiſcum cadunt: ſic Caius, cùm fiſco caduca bona defuncti addicuntur propter inultam mortem, in eum legatorum actio datur, & c. l. cum fiſco. 9. ff. de S.C. Syllanian. Et Marcellus ſub l. 3. ibi, & bona eius vt caduca à fiſco vindicarentur. ff. de his quæ in teſta. delent. & paſſim alibi.

25 Quid ſit vacans hæreditas: quidam † exiſtimarunt bona caduca & vacantia, hæreditatem item caducam & vacantem eadem ſignificatione dici, & accipi: ſed ſuprà oſtēſum eſt, caduci appellationem propriè pertinere ad ea quæ in teſtamentis ſcribuntur, ad hæreditates nempè, & legata: quorum quædam pro non ſcriptis ſunt, quædam in cauſa caduci, quædam caduca.

Pro non ſcriptis ſunt, quę in ipſo initio deficiunt, vtputà, quę incapacibus relinquuntur, quæ ei, qui in rebus humanis non eſt, adſcribuntur, quæ quis ſibi in teſtamento adſcribit, quæ captatoria ſunt, quæ non intelliguntur. In cauſa caduci ſunt, quæ paulo pòſt teſtamentum ſuperſtite adhuc teſtatore deficiunt, vtputà, ſi legatarius viuo teſtatore decedat, aut conditione excludatur. Caduca ſunt, quæ mortuo teſtatore deficiunt: cuius ſex caſus eruditè collegit Cuiacius in Paratitulis Codicis, titul. de caducis tollendis.

Atqui longè aliter bona vacare dicuntur, 26
nec † enim ex teſtamento vacare dicitur hæreditas, vel legatum, cùm directo hoc caſu, fiant caduca. Quoad hęreditatem autem ab inteſtato tum vacant, quotiens in cauſa inteſtati nemo eſt qui ſuccedat. Sic Vlpian. ad S.C. Tertyl. videndum eſt, matre prohibita ius ſuum vindicare, vtrùm cæteros admittamus atque ſi mater non eſſet, an ipſam hæredem dicamus fieri, vel aliud nomen ſucceſſionis inducere. Subijcit Vlpianus reſcriptum Antonini, matre remota, eos admitti qui venirent, ſi mater non fuiſſet: ergo & adgnati cæteriq́ue ſuccedent, aut ſi nemo ſit, bona vacant. l. 2. in fin. ff. ad S.C. Tertyll. Sic etiam Diocle. & Maximin. Scire debet grauitas tua, inteſtatorum res, qui ſine legitimo hærede deceſſerint, fiſci noſtri rationibus vindicandas. l. 1. C. de bonis vacantibus. lib. 10. Et Impp. Honorius, Theodoſius, & Conſtant. vacantia mortuorum bona tunc ad fiſcum iubemus transferri, ſi nullum ex qualibet ſanguinis linea, vel iuris titulo legitimum reliquerit inteſtatus hæredem, l. vacantia. C. eod.

Propriè † itaque hæreditas vacans ea dici- 27
tur, vbi nullus hæres ſanguinis, nec etiam iuris, qualis eſt adoptiuus, item vir & vxor extant. Ne igitur hoc caſu hæreditas pro derelicta habeatur, fiſco defertur, cum onere tamē, præter cauſam inteſtati, multis alijs modis bona etiam vacare dicuntur, de quibus Calliſtratus in l. 1. ff. de iure fiſci, & in d. tit. de bonis vacantibus, lib. 1. & nos infrà dicemus in capite, de ſucceſſione fiſci.

CAPVT XII.
Sexta diuiſio.

SVMMARIA.

1 *Hæreditas aut lucratiua, aut damnoſa eſt.*
2 *Lucratiua hæreditas quæ dicatur.*
3 *Damnoſa hæreditas quæ ſit.*
4 *Hæreditas in dubio lucroſa præſumitur.*
5 *Hæres adiens hæreditatem damnoſam ſine inuentario tenetur creditoribus in totum.*
6 *Hæres tenetur legatarijs extra vires hæreditarias, in quantum facere poteſt.*
7 *Hæreditas damnoſa euertit legata & fideicommiſſa.*
8 *Beneficium repudiandi & abſtinendi propter damnoſas hæreditates inductum.*
9 *Hæreditas opulenta, item locuples, quæ ſit.*

HAEreditas quædam eſt lucratiua, vt A- 1
fricanus loquitur. l. ſi ſeruus legatus. 108. §. ſi Stichum. ibi, ſiquidem non ex lucratiua cauſa. ff. de legat. 1. aut lucroſa, Caio ſic eam vocante, l. ſi quis. 17. in princ. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. l. obligari. 9 §. 2. ff. de auctoritate tutor. Hæreditatem, inquit, adire pupillus ſine tutoris auctoritate non poteſt, quamuis lucroſa ſit.

Quædam eſt damnoſa, vt Caius loquitur, l. neceſſarijs. 57. ff. de adquirend. vel omitten. hæred. Sed tamen, inquit, vt puberibus minoribus 25. annis, ſi temerè damnoſam hæreditatem appetierint, ex generali edicto: quod eſt de minoribus 25. annis, ſuccurrit: cùm etſi extranei damnoſam hæreditatem adierint, etiam ex ea parte edicti, in integrum eos reſti-
2 tuat. Lucratiua, † aut lucroſa hæreditas eſt, vbi vel nullum æs alienum adeſt, vel ſi hæreditas ære alieno eſt grauata, poſt exolutionem tamen æris alieni ex hæreditate lucrum ad hęredem redundat. Hæc lucratiua hæreditas ab Africano deſcribitur, vt ſit quæ ſoluendo eſt, & quæ idonea eſt, vt adeatur. l. eum qui duobus. 51. §. filiusfamilias. ff. de adquirend. vel o-
3 mittend. hæreditate. Econtrariò † itaque damnoſa hæreditas eſt, quæ nec ſoluendo, nec etiam idonea eſt, vt adeatur, hanc tamen ſi hęres adeat, olim in ſolidum tenebatur: nouiſſimo iure adiens cum inuentario, eximitur damno. §. ſi verò. Authent. de hæredibus, & Falcidia.

4 Id verò obſeruãdum, † in dubio lucroſam ſemper præſumi & intelligi hęreditatẽ eſſe, id eſt, præſumi hæreditatem æri alieno exoluendo ſufficere, etiamſi in inuentario ſint deſcripta debita. Vnde Impp. Theod. & Valent. generaliter etiam lucratiuas res eas appellari, & deſcriptionis grauamine excipi conſtituunt, quę hæreditatis, legati, fideicõmiſſi iure, mortis cauſa donationis, vel cuiuſlibet poſtremæ voluntatis arbitrio, ad quempiam delabũtur. Inter viuos etiam donatio ſimplici liberalitate confecta, lucratiuæ merebitur, & nomen & ſarcinam l. vnica § lucratiuas. C de imponenda lucratiua deſcript. lib. 10. Et vt Paulus ait: ſi hæres inſtitutus eam hæreditatem, quæ ſoluendo non eſt, vendiderit, vix quidem poterit perſuaderi, non fuiſſe eam hæreditatem ſoluendo, quæ emptorem inuenerit. l. ſi hæres. 3. in princ. ff. ad legem Falcid. ſicuti etiam Iauolenus ſoluendo hæreditatem ait eſſe, vt quæ inuenit hæredem. d. l. libertus qui ſoluendo. Idque ex generali præſumptione quod nemo intelligitur ſuum iactare. Brunus conſ. 15. num. 7. Burſanis conſ. 101. num. 11 lib. 1. Hypp. Riminald. in l. 1. num. 27. C. qui admitti ad bonor. poſſ. poſſint.

Addunt ex interpretibus quidam, vt hæreditas quædam ſit locuples, quædam opulenta, quædam nec lucratiua, nec oneroſa ſed hę diſtinctiones ſuperuacuæ ſunt. Effectus huius diſtinctionis non exigui ſunt: qui enim hæreditatem lucroſam adit, is in lucro verſatur, qui damnoſam, periculo & damno ſe exponit Ille beneficio inuentarij non indiget. Hic autem, niſi ſub inuentario adeat, multis ſe ſub
5 ijcit incommodis. Nam hæres, † qui damnoſam hæreditatem, & quæ ſoluendo non eſt, adit, nec inuentarium conficit, tenetur creditoribus etiã vltra vires hæreditatis. Quod obtinet non ſolùm nouiſſimo iure. l. fin. 9. cum igitur. §. ſin verò poſtquam. C. de iure deliber. vbi Iuſtinianus: cùm igitur hæreditas, inquit, ad quendã ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato ſit delata, ſiue ex aſſe, ſiue ex parte, ſi quidẽ recta via adire maluerit hæreditatem, & ſpe certiſſima hoc fecerit, vel ſeſe immiſcuerit vt non poſtea eam repudiet, nullo indiget inuentario. Cùm omnibus creditoribus ſuppoſitus ſit, vtpotè, hæreditate ei ex ſua voluntate infixa.

Sed etiam antiquo iure, nam vt Africanus ait, qui damnoſam hæreditatem adijt, nihilominus ſtipulãtibus tenebitur. Adeundo enim hæreditatem debitricis intelligeretur ſe compenſaſſe: nec ad rem pertinere, quod ſoluendo non eſſet hæreditas, quando cæteris etiam creditoribus teneatur. l. quæ dotis. 33. ff. ſoluto
matrimo. Quemadmodum † quoque hæres, 6
qui damnoſam hæreditatem abſque inuentario adit, legatarijs etiam vltrà vires hæreditatis, non quidem in ſolidum, ſed inquantum ſatiſfacere poteſt, tenetur. l. in ratione. 11. §. quod vulgò. ibi, quid ergo ſi non ſufficiat pupilli hæreditas legatis, cũ patris ſuffeciſſet? De ſuo quadrante nimirum dabit ſubſtitutus, quẽ pater legauit de ſuo. ff. ad leg. Falci. Ita etiam Vlpian. ſub l. 1. §. ſi is qui quadringenta ff. ad S. C. Trebel. vera eſt enim Iuliani ſententia, inquit Vlpian. ne damnum fideicommiſſarius ſentiat vltrà, quam ad eum ex hęreditate quid peruenit. Neminem enim oportere plus legati nomine præſtare, quã ad eum ex hæreditate peruenit, quamuis Falcidia eſſet. Quod etiã Conſtitutione Iuſtiniani compræhenſum eſt, in Authen. de hæredib. & Falcidia. §. hinc nobis. col. 4 verſ. ſi verò non fuerit inuentarium, ſecundùm hanc figuram ſicut prędiximus, non retinebit Falcidiã, ſed complebit legatarios & fideicõmiſſarios, licet puræ ſubſtãtiæ morientis tranſcendat legatorũ datio. Quo etiã pertinent alij effectus, de quibus ſuo loco in c. de adeunda hæred. cum beneficio inuentarij.

Secundò, † hæreditas damnoſa, & quæ ſol- 7
uendo non eſt, vel quãdo deducto ære alieno, nihil ſupereſt, euertit legata & fideicommiſſa. Si vniuerſæ facultates, quas pater veſter reliquit, inquiunt Impp. Dioclet. & Maxim. debito fiſcali, aut priuato abſumũtur, nihil ex his quæ teſtamento eius adſcripta ſunt, valere poteſt. l. ſi vniuerſæ 15. C. de legat. quod etiam alibi ab ijſdem reſcriptum eſt: ſucceſſores legata vel fideicommiſſa, ſi æs alienum hæreditarium defuncti ſubſtantiæ fines occupauerit, legis Falcidiæ iuſſio peti. Item Trebelliani Senatusconſulti præceptum exigi nõ concedit. l. ſucceſſores. 16. C. ad legem Falcidiam. cum ſimilibus.

Tertiò,

8 Tertiò, † damnoſæ hæreditatis cauſa, in-
ductum eſt beneficium repudiandi, & abſti-
nendi, de quo in tit.ff.de acquirēda vel omit-
tenda hæredit. vt infrà dicetur.

9 Id † verò obſeruandum eſt, quòd lucroſa
hæreditas diſtingui ſolet in hæreditatem opu
lentam, & locupletem. Illam definiunt, vbi
nulla ſunt prorſus debita, l.1.in fi. verbo miſ-
cendo ſe opulentæ hæreditati, ff.de offic.Pro-
curatoris. Locupletem autem, vbi debita qui-
dem adſunt, ſed tamen hæreditas ſoluendo
eſt, vel vt Accurſius loquitur, opulēta quæ af-
fert opes ſine vexatione, ſed locuples, quæ
etiam vexationem habet. Ita Accurſ. in l. ſi
quis mihi.25.§. ſeruus municipum. in verbo,
hereditatem. ff.de adquir. vel omitt. hæred. &
ibi. Bal. Ange. Caſtrenſ. & Iaſ. nu.8. & in l.non
amplius.§. cùm bonorum, nu.9.ff.de legat.1.
Et poſt hos Georg. Natta in tract. Quod ſtan-
tibus maſculis, num.140.

CAPVT XIII.
Septima Diuiſio.

SVMMARIA.

1 *Hæreditas alia in re alia in ſpe.*
2 *Hæreditas in ſpe quando in bonis noſtris. & nu.9.*
3 *Hæreditas in bonis noſtris an dicatur ante aditionem. nu. 5 & 9.*
4 *Locupletem quem dici ante adquiſitionem præpoſterum.*
6 *Spes dubij euentus in commercio noſtro eſt.*
7 *Furtiuæ rei inſtitutio quando valeat.*
8 *Spes dubij euentus emi poteſt.*
10 *Seruus aditionem etiam inuito domino recuſare poteſt.*

1 HAEreditas † quædam eſt in re, quædam
in ſpe: in re, puta, quæ delata eſt: In ſpe
2 veluti, quæ delata non eſt. Dubitandum † eſt,
an hereditas in ſpe ſit, in bonis noſtris: In qua
queſtione in diuerſas ſententias itum eſt. Bar-
tol. Bald Caſtren. in quorum ſententiam ple-
riq; ſecedunt, conſtanter tradiderunt: Quòd
hæreditas, & bonorum poſſeſſio priuſquàm
adeatur, & agnoſcatur, non ſint in bonis no-
ſtris, & quòd hæres antequàm adeat nullum
ius habeat in bonis: vel ad bona defuncti,
quòd ſit ineſſe formatum, ſed habere ſolum-
modò ius adeundi, quod eſt ius adquirendi:
3 nō autem ius adquiſitum, ideoq; † antequàm
hæres adeat, non dicitur hæreditas in bonis
eius, vnde etiam hæreditatē in ſpe non tranſ-
mitti: cùm id, quod in bonis noſtris non eſt,
tranſmitti nequeat, l.nemo plus iuris.ff.de re-
gulis iuris, cum ſimilib. Ita Bart. in l. poſt man
cipationem. ff.de liberatione legata. Bald. in
l. 2. ad finem. C.de iuris, & facti ignorantia.
Caſtr. in l.ſi maiet. C.de impub. & alijs ſubſti.

Pro qua ſententia firmanda, ſtabiliendaq;
adducunt locum Pauli I.C. qui ait ſeruo hæ-
rede inſtituto: adquiri nobis cùm adierit. Eſ-
4 ſe † autem præpoſterum ante nos locupletes
dici, quàm adquiſierimus, l. præter rerum, 63.
§.1.ff.ad legem Falcidiam. Quo etiam perti-
net reſcriptum Antonini, in quo hæreditatē
in ſpe vocat ius adeundæ hæreditatis, & hoc
ius cū ſua cauſa quæri, l.2.C. de impuberum,
& alijs ſubſtitutionib.

Vnde etiam Vlpianus hanc ſpem præma-
turam vocat, l.1.§. ſi impubere. in fin. ff.de col
lationib. & alibi improbum eſſe exiſtimat eū
qui ſollicitus eſt, de viui hæreditate, l.2.§.in-
terdum. ff. de vulgari, & pupillari. Quò etiam
petinet, l.poſt emancipationē. §.1.ff. de liber.
leg. l.2.§.1.ff.de hæreditate, vel actione vendi-
ta, Barto. in l.is poteſt. ff.de acq. hæred. Iaſ. in l.
ſeruum filij, nu.14.15.ff. de leg.1.l.fina.C.de pa-
ctis, cum ſimilib.

Sed non † obſtante hac traditione à multis 5
in contrariam ſententiam ſeceſſum eſt: nem
pè hæreditatem in ſpe, eſſe in bonis noſtris e-
tiam reſpectu æſtimationis ante aditionē no-
ſtram: idq; authoritate Vlpiani qui Iulianum
ſequitur: ſi enim inſtitutus fuero ſub conditi-
one: ſi Stichū manumiſero: & Stichus ſit oc-
ciſus poſt mortem teſtatoris, In æſtimationē,
etiā hæreditatis precium me cōſecuturū, l.in-
de Neratius. 23.§.idē Iulianus. ff.ad leg. Aquil.

Ex quo loco apparet, dictam hæreditatem
in ſpe fuiſſe in bonis inſtituti, etiam reſpectu
æſtimationis. Quæ opinio eò veriſimilior vi-
detur, quòd ſpes † dubij, etiam euentus, vel iu- 6
ris aliquando extituri in commercio noſtro
eſt. Ita Vlpia. hoc modo venditionem admit
ti ſcribit, ſi quaſi hæreditas ſit tibi empta, &
quaſi ſpes hæreditatis. Ipſum enim incertum
venire, vt in reti, l. nā hoc modo. 11.ff.de hæ-
reditate, vel actione vendita.

Sic † rei furtiuæ ſi recuperabitur valet inſti 7
tutio, l. ſi qui ita ſunt, §.1. in fin. ff.de conditio-
nib. Inſtitutionum, ſicuti etiam in tempus ca-
piendæ hæreditatis rectè quis inſtituitur hæ-
res, l.62.ff. eod. tit.

Quomodo † etiam iactus retis, l.ſi iactum 8
retis. ff.de actionibus empti: Item fructus, &
partus futuri, item alea, captus piſcium, vel a-
uium, vel miſſilium rectè emuntur. Emptio
enim inquit Pompo. contrahitur, etiam ſi ni-
hil inciderit, quia ſpei emptio eſt, l.nec emp-
tio. ff.de contrah. empt. Vnde quoq; ſpes futu
ræ actionis donatione rectè transferiur, l.ſpē.
C.de donationib. ſicuti etiam ſpes, & res futu
ræ in ſtipulationem rectè deducuntur. l.inter-
dum. l.ſi rem meam. ff.de verb. oblig. §.ex con
ditionali. Inſtit. eod. Cui & id conſequens eſt:
quod remittens ſpem dubij euētus circa lucrū
& damnū, neminem lædere exiſtimetur, l.ſi
pater puellæ.12.C.de inoff. teſtam.

Neque obſtat, dictus locus Pauli, ſub l.pre-
tia rerum.63.§.1.ff.ad legem Falcidiam. Nam
† quandoq; finis, & euētus alicuius ſpei depen
det ex alterius poteſtate, & tunc ſpes nō repu-

tatut in bonis noſtris, veluti in d.loco Pauli: Seruo enim hærede inſtituto: priuſquàm adeat,dominus ſpem iuſtam non habet in il-
10 lis bonis nec locupletior dicitur: Quoniam † aditio ſerui non dependet à voluntate domini,cùm ſeruus quantumuis dominus velit,& iubeat,poſſit recuſare, l.3.in fin. ibi. quamuis iubente domino.C. de hæredibus inſtituendis. Quandoq; autem ſpes eſt talis,quod eius euentus in noſtra voluntate conſiſtit, & tunc ſpes hęc non aliter,ac ſi ipſa re frueremur,intelligitur: cùm ſi velimus ſpes ad exitum, & euentum deduci poſſit: Idq́ue authoritate Iuliani & Vlpiani, ſub l. inde Neratius 23.§. Idē Iulianus.ff. ad legem Aquiliam. De qua re Hyppolitus in l. emancipata, nume.35.C. qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt. Alciat.lib. παραδόξων 4.cap.5. Ex qua manifeſtum eſt, hæreditatem delatam, nondum tamen aditam in bonis noſtris eſſe. Cùm penes hæredem ſit, ac ex voluntate eius dependeat hæreditatem adire, vel non adire.

CAPVT XIIII.

Quæ ſit differentia inter hæreditatem, & bona,vel res.

SVMMARIA.

1 *Bonorum appellatio latiſſima.*
2 *Bonorum appellatione continentur iura & actiones.*
3 *Bonorum appellatio non continet hæreditatem.*
4 *Hæreditatis & bonorum appellationis præcipua differētia. nu.5.6.7.& ſeq.*
8 *Diſpoſitio de bonis tantùm continēt ea quæ tempore diſpoſitionis extant.*
9 *Hæreditas augmentum & diminutionem comprehendit.*
10 *Hæreditas inter viuos nec dari nec adimi poteſt.*
11 *Donari omnia bona poſſunt.*
12 *Succeſſor bonorum non tenetur vltra vires bonorum.*

1 BOnorum † appellatio latiſſimè patet,eſtq́ue appellatio bonorum, aut naturalis, aut ciuilis, vt Vlpianus ait. Ciuiliter quidem in bonis noſtris computari ſciendum eſt, nō ſolùm quæ dominij noſtri ſunt: ſed etſi bona fide à nobis poſſideantur, vel ſuperficiaria ſint.

Aequè bonis adnumerabitur etiam,ſi quid eſt in actionibus, petitionibus, perſecutionibus,nam hæc omnia in bonis eſſe videntur,l. bonorum appellatio,49.ff.de verbor. ſignificationib. & ibi Accurſius, & Alciatus, & in l. princeps bona.22.ff.eo.tit.

2 Adeoq́ue † diffuſè ſignificationem ſuam extendit, vt non ſolùm bonorum appellatione contineantur corporalia,mobilia, & immobilia, ſed etiam iura, & actiones, gloſſ. in d. l. Princeps bona, pluribus authoritatibus hanc rem comprobans Tyraquellus in l. ſi vnquàm.C.de reuocand.don. verbo BONA, nume.8.per l.nomen.C.quæ res pignori obligati poſſint, per d. l. bonorum. in fine, & l. Princeps ibi obligationes, per l.ſi legatus.§.ſi quis bona.ff.ad Senatuſconſultum Trebellia. & l.1.§.vtrùm autem.verſic.quòd ſi noluit.ff. ſi quid in fraudem patroni, l.fina ff.de vſu,& vſufructu legato, l. vſufructu.ff.ad legem Falcidiam, l.ſi conſtante.§ final.ff.ſoluto matrimonio, l.ſubſtitutio.ff.de acquirend. rerum dominio, l.1.C.de vſufructu, pro qua ſententia idem Tyraquellus plurimorum authoritates accumulat, poſt Tyraquellum Arius Pinellus in Rubric.C. de bonis maternis in prima parte per totum. Quo in loco vndecim concluſiones adducit, quibus declarat,quando actiones, & iura, appellatione bonorum contineantur, vel etiam excludantur, & excipiantur.

Attamen † Id expeditum, planumq́ue eſt, bonorum appellatione non contineri, nec comprehendi hæreditatem: ſed hæc duo plurimùm inter ſe diſtare, ac diſcrepare. 3

Primò, † quidem in eo quod hæreditas nomen iuris eſt, & vniuerſale ius, quod defunctus habuit, complectitur, l.hæreditas.ff. de adquirenda hæreditate, l. nihil aliud. ff. de regulis.cum ſimilibus infrà dicendis. 4

Bonorum autem appellatio, nomen iuris non eſt, quia propriè denotat bona corporalia,mobilia,& immobilia,licet ad iura,actiones, nempè & obligationes etiam extendatur, quæ tamen iura tertiam,& peculiarem ſpeciem cōnſtituunt, prout tradit Tyraquel. in d. l. ſi vnquàm, verbo BONA.C.de reuocandis donationibus, & Arius Pinellus in d. Rubrica. C. de bonis maternis. Nec etiam bona mobilia, & immobilia, & deinde iura, hoc eſt,actiones, vel perſecutiones, obligationes, aut nomina vniuerſitatem iuris inſunt.

Secundò,†Hermogenianus,manifeſtè hæreditatem à bonis ſeparat. Proinde inquit, qui hęreditatem rogatur reſtituere,iſdemùm compellitur reſtituere, ſed & ſi quis bona rogatus ſit reſtituere: vel familiam, vel pecuniam rogetur, vel vniuerſam rem meam, vel omnia ſua cogi poterit, l. nam quod. 14 §.final.cum duabus ſequen. in princ.ff.ad Senatuſconſultum Trebell. 5

Et Vlpianus: Hoc idem etſi patrimonium fuerit rogatus, & ſi facultates, & ſi ſenſum meum, & ſi fortunas meas, & ſi ſubſtantiam meam, & ſi peculium meum, teſtator dixerit, &c. cogendus erit: De ſucceſſione enim & hic cogauit: Nec ignoro in quibuſdam ex his Martianum dubitare, & dicere voluntatis eſſe quæſtionem, vtrùm de pecunia tantùm, an de ſucceſſione teſtator ſenſerit. In ambiguo tamē magis de ſucceſſione ſenſum dico:

dico, ne intercidat fideicommiſſum.

Sed etſi quis ita rogauerit: Quidquid ad te ex hæreditate boniſve meis peruenerit, rogo reſtituas cogi poterit adire, & reſtituere hæreditatem, ex Trebelliano Senatuſconſulto. Quanquàm PERVENIRE propriè dicatur, quod deductis oneribus ad aliquem peruenit.

Et generaliter autem ita demùm dici poteſt, ita demùm, quem non poſſe cogi adire, & reſtituere hæreditatem, ſi de re, vel quantitate fuerit rogatus. Cæterùm ſi de vniuerſitate teſtatorem ſenſiſſe appareat, nulla quæſtio eſt, quin ſiue ſuſpectum dicat, cogi poſſit, ſiue ſponte adijt ex Trebelliano transfeant actiones. Ita Vlpianus in l. cogi, 16. in principio. ff. ad Senatuſconſultum Trebellianum. Ex quo capite inter bona, & hæreditatem manifeſtæ differentiæ ſtatuuntur.

6 Prima, † ſi bona, ſi patrimonium, ſi perſonas, ſi ſubſtantiam, ſi peculium rogatus quis ſit reſtituere, voluntatis eſſe quæſtionem, vtrùm de pecunia tantùm, an de ſucceſſione teſtator ſenſerit.

In ambiguo tamen magis de ſucceſſione ſenſum eſſe, ne intercidat fideicommiſſum. Extra fauorem itaque conſeruandi fideicommiſſi de ſucceſſione minimè teſtatorem ſenſiſſe, dicendum eſt.

7 Secunda † in facti ſpecie, ſi quis ita rogauerit, quidquid ad te ex hæreditate, boniſve meis, peruenerit, rogo reſtituas, iterum traditur differentia. Generaliter ita demùm, quem non poſſe cogi adire, & reſtituere hæreditatem, ſi de re, vel quantitate fuerit rogatus. Cæterùm ſi de vniuerſitate ſenſiſſe teſtatorem appareat nullam quæſtionem eſſe, quin ſiue ſuſpectum dicat, cogi poſſit. &c.

Ecce iterum, & hoc caſu voluntatis eſſe quæſtionem de hæreditate te, & vniuerſitate: an de bonis, tanquàm re certa, & quantitate teſtator ſenſerit.

8 Tertium † diſcrimen inter hæreditatem, & bona in eo pariter verſatur, quod diſpoſitio de bonis refertur ſolummodò ad ea bona, quæ extant tempore factæ diſpoſitionis, & non ad futura, & deinde acquiſita pertinet, præſertim quando agitur de graui præiudicio, argumento à contrario ſenſu eius, quod Iuſtinianus conſtituit appellatione rerum, vel bonorum non obligatione, vel hypotheca deductorum contineri præſentia, & futura, l. fin. C quæ res pignori obligari poſſit. Bal. 112. nu. 4. lib. 1.

9 Diuerſum † eſt in hæreditate, quia hæc cùm ſit quiddam vniuerſale recipit augmentum, & diminutionem, vſq; ad tempus mortis, l. nihil aliud. ff. de verbor. ſignificationib. l. hæreditas. nihil aliud. ff. de regulis iuris, l. final. & ibi omnes. C. de edicto Diui Adriani tollendo. Ideoque comprehenduntur omnia bona, tam quæ tunc habebat, quàm quæ ſuperuenerant. Baldus conſil. 196. incip. ſuper eo, quod quæritur lib. 4. Crauetta conſil. 139. nume. 6 libr. 1. & conſideratur poſt mortem defuncti. Interpretes in rubr. ff. de adquirend. hæredit. Pariſius conſil. 69 numer. 83. lib. 3. Tyberius Decianus conſil. 7. nume. 129. lib. 1.

Quattò † pugnant, hæreditas inter viuos nec dari, nec adimi poteſt. l. pactum. 15. l. licet. 18. l. final. C. de pactis. l. hæreditas. C. de pactis conuentis, l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obligationib. cum ſimilibus. Pariſius conſi. 24. nu. 19. lib. 1. & conſ. 1. num. 109. lib. 3. 10

Bona † autem omnia donari poſſunt, l. ſi vnquàm. C. de reuocandis donationibus, ibi bona omnia ſua, & ibi Tiraquellus. Sic etiam valet promiſſio, vel pactum de donandis omnibus bonis ſuis. Quod pactum de donando, id eſt, donandi propoſitum continet donationem. Et hoc propoſitum promiſſum nihil aliud videtur, quàm ipſa donatio. Vnde quoque talis promiſſio erit efficax ad agendum, l. ſi quis argentum §. ſin autem hoc minimè verſiculo Et neceſſitatem habeat donator omnimodò, vel res, vel partem ſubſtantiæ, quam nominauerit, vel totam ſubſtantiam tradere. C. de donationib. & ibi Odofredus. Bartol. Bald. Angel. Azo in Rubrica ibidem. Bartol. in l. iuris gentium, in fine principij, & ibidem Fortunius Garzia ff. de pactis. Ioan. Fabri, & Chriſtophor. Portius in §. perficiuntur, Inſtit. de donatio. Fernand. Loazes in l. filiusfamilias. §. Diui. de legatis lib. 1. 11

Socinus Senenſis conſil. 102. col. 3. verſic. poſtremo, lib. 1. Ripa conſi. 145. communem eſſe aſſerens. Menochius nouiſſimè conſi. 92. nu. 27. & ſeq. lib. 3.

Diuerſum eſt in donatione, vel promiſſione donationis hæreditatis.

Quintò † diſſident, & in eo quoque, quòd ſucceſſor bonorum licet ad æs alienum obſtringatur: non tamen tenetur vltra vires bonorum, licèt inuentarium non fecerit: ſecùs in ſucceſſore hæreditatis. Barto. conſil. 157. incip. ſuper his, quæ ſuprà dicta ſunt, col. 2. Crauet. d. conſi. 139. nu. 5. 12

Denique † ſeparantur, & differunt tanquàm continens, & contentum. Hæreditas quidem continet tam bona mobilia, & immobilia, quàm etiam iura, & actiones. Vnde hæreditas eſt continens, bona ſunt contenta in hæreditate, & longiſſimè diſtant, c. 1. ext. de his, quæ fiunt, à maiori parte, c. 1. extr. de conſtitutionibus. 13

Sicuti etiam manifeſta, & cõſpicua eſt differentia inter agentem, & patientem: inter actio-

actionem, & paſſionem, l. Vrauius. §. cum domino. ff. de fideiuſſorib. l. qui debitorem. ff. de ſolutionibus cum ſimilibus.

CAPVT XV.

De hæredibus, eorumq́ue multiplici diſcrimine.

SVMMARIA.

1 *Hæres quid ſit.*
2 *Hæres vnde deriuetur.*
3 *Hæredium quid ſit.*
4 *Hæres quis ſit.*

HVc vſque dictum eſt de modo acquirendi per ſucceſſionem defuncti ius vniuerſum: Et in quotuplici differẽtia verſetur ſucceſſio: Secundò de ipſo iure vniuerſo, quod defunctus habuit, nempè de hæreditate: Et in quod genera hæc rurſus diſtinguatur: Nũc de perſonis quæ in vniuerſum ius defuncti ſuccedunt, & hæredes dicuntur: ſimiliter dicẽdum eſt.

QVID SIT HAERES.

1 HAeres, † quaſi herus dicitur, veteres enim hæredem dominum appellabãt autore Feſto: Quod etiam iuris noſtri autoribus vſitatum eſt. Ita Vlpianus: Legis autem Aquiliæ actio hero competit, hoc eſt domino, l. item Mela. 11 §. legis. ff. ad legẽ Aquil. Et Pompo ob id, quod antequàm hæreditatẽ adires, damnum admiſſum in res hæreditatias eſt legis Aquiliæ actionem habes: quod poſt mortem eius cui hæres ſis, accidere dominũ enim lex Aquilia appellat, l. ob id. 43. in prin. ff. eod. tit. Et Martianus his verbis: TITIVS HAEREDITATIS MEAE DOMINVS ESTO, rectè inſtitutio fit, l. his verbis, 48. ff. de hær. inſt.

2 Quidam † hæredem ab hærendo deducunt, quod in hero breuis ſyllaba ſit, in hęrede producta. Et tunc hæres quaſi herus dicitur qui proximus eſt ei, cuius eſt hæres, quem Græci κληρόνομο. vocant: Alij ab ære, vt qui ęris, id eſt, pecuniæ ſucceſſor ſit. Sic Cicero in Topic. definit: Hęreditatem eſſe pecuniam defuncti. Et

3 Varro hæredium † vocat agrum duorum iugerum, quę iugera à Romulo primùm diuiſa fuerunt viritim: & quod hæredem ſequerentur hæredium appellata ſunt. Plinius quoque refert nuſquàm in 12. tabulis nominari villã ſemper in ea ſignificatione hortum: in horti verò hęredium Columella quatuor iugerum auctum hærediolum dixit. Et Feſtus hærediũ appellaſſe antiquos paruũ prædium, & hærẽ Martiani accepta hæreditate coluiſſe refert.

Quemadmodum itaque hæreditas nihil aliud eſt, quàm ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti, l. nihil aliud. ff. de verbor. ſignifi. l. hæreditas. ff. de regulis.

Ita † quoque hæres ſucceſſor eſt in vniuer- 4
ſum ius, quod defunctus hab[illegible]r, vel vt Bartolus, & Iaſon definiunt in l. Gal[illegible]us. §. etiam ſi patente Hæres eſt dominus poſt mortem alicuius ſubrogatus in vniuerſo iure, quod habebat defunctus.

CAPVT XVI.

Prima diuiſio.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio ex teſtamento excludit ſucceſſionem ab inteſtato.*

HAEredes aut ex teſtamento ſuccedunt, 1
aut ab inteſtato, illi teſtamentarij, hi legitimi appellantur. De teſtamentarijs primo loco dicendum, argumento eius quod Vlpianus ſcribit. Quamdiu ex teſtamento poteſt aditi hæreditas ab inteſtato non defertur, l. quamdiù. 39. ff. de acquir. hæredit. Et alibi poſteà, quam prætor locutus eſt de bonorũ poſſeſſione eius, qui teſtatus eſt trãſitum fecit ad inteſtatos: eum ordinem ſequutus, quem & lex 12. tab. ſequuta eſt: Fuit enim ordinarium ante de iudicijs teſtantium Deinde ſic de ſucceſſione ab inteſtato loqui, l. 1. ff. ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt: Et Paulus quamdiù poſſit valere teſtamentum: tamdiù legitimus hæres non admittitur, l. quamdiù. 90. de regulis iuris cum alijs ſupra allatis.

CAPVT XVII.

Subdiuiſiones hæredum teſtamentariorum.

SVMMARIA.

1 *Hæredes teſtamentarij aut inſtituti, aut ſubſtituti.*
2 *Hæredes quis tot facere poteſt quot velit.*

Prima diuiſio teſtamentariorum hæredum.

HAEredes † ex teſtamẽto aut inſtituti di- 1
cuntur aut ſubſtituti. Inſtituti dicuntur primo gradu: ſubſtituti, ſecundo vel tertio. Ita Modeſtinus in l. 1. ff. de vulga. & pupillari. Illi primi hæredes vocabantur, l. denique. 4. ff. de iniuſto, rupto, & irrito facto teſtamẽto, l. quamdiù ff. de acq hæredit. l. ſeruo alieno. §. 1 ff. de legat. lib. 1. l. vlti. ff. de fideicommiſſarijs libertatibus, l. idem eſt. §. ſi. ff. de teſtamento militari. Hi, id eſt, ſubſtituti, ſecundi hæredes appellabantur uel ſecundo ſcripti gradu. d. l. denique. in prin. l. ſecundo loco ſcripti. l. qui poſthumos. ff. de Senatuſconſ. Syllaniano: aut ſi tertio gradu ſcripti eſſent: tertij hæ-
redes dicebãtur. Sic de cæteris: Licitum † enim 2
erat teſtatori tot facere hæredes, quot volebat. Poteſt quis, inquit Martianus in teſtamento plures gradus hæredum facere, purà,

SI

SI ILLE HAERES NON ERIT, ILLE HAERES ESTO, & deinceps plures, vt nouiſſimo loco in ſubſidium vel ſeruum neceſſarium hæredem inſtituat. l. poteſt. ff. de vulgari & pupillar. Et Paulus in l. in plurium. 70. ff. de adquir. hæred. & in l. ſi plures. 98. ff. de legat. 3. Et Marcellus in l. ſi plures. 10. ff. de iure deliberan. & idem Marcellus in l. Lucius Titius, Seio. Marcellus reſpondit in obſcuro eſſe. Cornelium, & Saluſtium, & Varronem primo an ſecundo, vel tertio gradu hæredes inſtituere voluerit, ff. de hæredib. inſtit. & Iulianus in l. quidam teſtamento, ff. de vulg. & pupillari.

CAPVT XVIII.

Secunda ſubdiuiſio hæredum teſtamentariorum.

SVMMARIA.

1 *Neceſſarius hæres eſt ſeruus cum libertate inſtitutus.*
2 *Lex Aelia Sentia quo tempore lata, & num. 4.*
3 *Legis Aeliæ Sentia introducta ratio.*
4 *Lege Aelia Sentia, vnus tantum ſeruorum hæres eſſe poteſt.*
5 *Neceſſariorum & ſuorum hæredum diſcrimen ſolis Romanis notum.*
6 *Sui vocis, varia acceptio.*
7 *Suus hæres quis ſit, num. 25. & 54.*
8 *Domeſtici hæredes qui ſint.*
9 *Dominij origo & progreſſus.*
10 *Filius quodammodo dominus bonorum patris eo viuo habetur.*
11 *Poſſeſſio patris & filij quaſi vna ex vno in alterum cõtinuatur, & num. 13.*
12 *Intellectus Connani ad l. cum hæredes. ff. de acq. poſſ.*
14 *Filius portio paterni corporis eſt.*
15 *Primogeniti præmortui filius præfertur ſecundogenito ſuperſtiti.*
16 *Poſſeſſum à patre, etiam à filio poßideri, & contrà.*
17 *Filius patre defuncto nouam hæreditatem acquirere non dicitur.*
18 *Regis filius viuo patre, Rex dicitur.*
19 *Hæreditatis obuentio, dicitur titulus lucratiuus.*
20 *Statutum in acquiſitis gabellam exigens, ceſſat in hæreditate quæſita ſuis.*
21 *Vaſallus dominum contra ſeipſum, neque contra filium iuuare tenetur.*
22 *Induſtria perſonæ vbi electa, pater per filium rectè adminiſtrat.*
23 *Alienatio prohibita, excludit filium.*
24 *Suitatis definitiones variæ.*
26 *Sui hæredes communiter ex concubina nati non ſunt.*
27 *Poſthumus an fratri ſuo, hæres ſuus eſſe poßit.*
28 *Poſthumus quibus caſibus pro nato habeatur, & quibus non, num. 29.*
30 *Patricius ſuus eſt, licet in poteſtate non ſit.*
31 *Cardinales Epiſcopi, qualiter liberati patria poteſtate dicantur.*
32 *Adoptiui an ſui cenſeantur. & num. 34.*
33 *Suum eſſe, & iura ſuitatis habere, diuerſa.*
35 *Filius fratri pupillariter ſubſtitutus, eidem ſuus & neceſſarius hæres eſt.*
36 *Suus vt quis ſit, eſſe debet tempore mortis in defuncti poteſtate.*
37 *Patria poteſtas fundamentum ſuitatis eſt.*
38 *Suus vt quis dicatur, primum locum habere debet in ſucceſſione. & num. 47.*
39 *Nepos exhæredati filij, auo ſuus & neceſſarius eſt hæres.*
40 *Exhæredatus an pro mortuo ſit ratione iuris ſuitatis, & nume. 41.*
42 *Dominij directi & vtilis diſtinctio per Aretin. tradita reijcitur.*
43 *Nepos licet in patris inteſtati recidat poteſtatem, tamen ſuus & neceſſarius.*
44 *Nepos in cauſa inteſtati ſuus ſit quandoque, licet primum locum non obtineat.*
45 *Nepos niſi tempore mortis aui conceptus ſuus non ſit hæres.*
46 *Nepos auo poſthumus eidem ex perſona patris ſuccedit.*
48 *Sui & neceſſarij hæredes quare dicantur.*
49 *Patris hæreditas iacuiſſe non dicitur, ſed ipſo momento filium accepiſſe.*
50 *Lex Papyria de nexis, quando & quare lata. num. 51.*
52 *Beneficium abſtinendi ſuis hæredibus à prætore datum.*
53 *Abſtinendi beneficium, ius ſuitatis non tollit.*
55 *Extranei hæredes qui ſint.*
56 *Extraneus in materia ſucceßionis quis ſit, vbi & Caij I. C. definitio examinatur. & nu. ſeqq.*
57 *Extranei ſuis opponuntur.*

HAEredes aut ſunt neceſſarij, aut ſui: & neceſſarij, aut extranei: Neceſſarium definit † Iuſtinian. vt ſit ſeruus hæres inſtitutus, 1
ideoque ſic appellatus, quia ſiue velit, ſiue nolit: omninò poſt mortem teſtatoris protinus liber, & neceſſarius hæres fit: neceſſarij igitur ſunt ſerui, cum libertate inſtituti. Primò cum libertate inſtitutum eſſe oportet, deinde vno eodemque tempore libertas ei deferri debet, & hæreditas. l. 3. l. 21. ff. de hæredib. inſtituend. Nam antequam libertatem aſſequutus, neceſſarius non eſt.

Quòd quidem inſtituẽdi beneficium † legẽ 2
Aelia Sentia inductum fuit, idque Sexto Aelio Catulo. L. Sentio Saturnino Coss. Auguſti tempotibus, vt rectè colligit Zaſius anno Vrbis 755. quamuis aliqui exiſtiment ante Auguſtum latam eſſe: cùm Cicero l. Aeliæ Sentiæ mentionem faciat, inter cætera cum leg. 12. tabul. ſerui non inſtituerentur lege Aelia Sentia in dominorum honorem, quorum bona proſcripta erãt, & venire debebant, id permiſſum & indultum eſt: quãta verò fuerit ignominia vendi vel poſſideri bona ex edicto recitat Cicero in orat. pro Quintio.

Nam † cuius bona ex edicto poſſidentur, 3
Inquit, huius omnis fama, & exiſtimatio cum bonis ſimul poſſidetur, de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certè tacitè obſcureq; conceditur, qui qua lege, & conditione pereat, pronuncient de quo homine præconis vox prædicat, & precium conficit, huic acerbiſſimum viuo, viuentique funus ducitur, (ſi funus id habendum ſit) quo non amici conueniunt ad exequias cohoneſtãdas, ſed bonorum emptores, vt carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas, & diſtra-

& diſtrahendas, cùm itaque nemo hæredita-
tem dãnoſam, & quæ ſoluendo non erat adi-
re cogi poſſet à viris clariſſimis, ſcilicet Aelio
Sentio, Saturnino inductum fuit: vt ſeruus
hæres cum libertate inſtitueretur, à quo nihil
amplius exigebatur: quam vt nomen ſuum
pro defuncti exiſtimatione formaque conſer
uanda, & tuenda opponeret, bonorumq; pro-
ſcriptio & venditio ita fieret, vt bona non te-
ſtatoris fuiſſe, ſed hæredis neceſſarij diceren-
tur: hoc eſt non domini, verùm ſerui nomen
per præcones proponebatur, ac eo modo ſer-
ui ignominiam, & infamiam dominorum in
ſe deriuabant, & ſuſtinebant, quod apertè cõ-
tendit Caius lib. 2. tit. 3. Inſt. Nam qui credito-
ribus, inquit, tenentur obnoxij, & putant ſe
non tantùm in ſubſtantia, quantum in debi-
tis relinquere: ipſi ſeruos ſuos manumittunt,
& hæredes neceſſarios faciunt: quo magis hæ-
res quam dominus infamiam incurrat, cum
res eius, id eſt hæreditas domini pro debitis
venditur: & creditoribus datur. Hinc Vlpia-
nus ait, & quia hoc defunctorum intereſt, vt
habeant ſucceſſores, intereſt, & viuentium ne
præcipitentur, & l. 6. ff. de interrogatorijs a-
ctionibus.

4 Primùm † itaque vt dixi, l. Aelia Sentia, cir
ca annum Chriſti V. inductum fuit, ſerui vt
inſtituerentur, additum verò ne plures, quam
vnum neceſſarium hæredem facere liceret, l.
qui ſoluendo. 42. ff. de hæredibus inſtituend.
Lex enim Aelia Sentia ita demum ei, qui in
fraudem creditorum hæres inſtitutus, conſer
uat libertatem, ſi nemo alius ex teſtamento
hæres eſſe poteſt. l. 57. ff. eod. Præterea, ſi is qui
ſoluendo non erat primo loco ſeruum, & al-
terum ſeruum ſecundo loco hæredes ſcrip-
ſit, ſolus is qui primo loco ſcriptus eſt, hæredi-
tatem capit. Nam lege Aelia Sentia ita caue-
tur, vt ſi duo pluresve in eadem cauſa hære-
des ſcripti ſint, vt quiſque primus ſcriptus ſit,
hæres ſit, l. 60. ff. eod. Hæc verò hæredum ne-
ceſſariorum obſeruatio in Germania abolita
prorſus cum ſit, & exteræ aliæ quoque natio-
nes Romano iuri ſubiectæ raro ſeruos in vſu
habeant, longiorem interpretationem omit-
to, qui tamen antiquitatis ſtudio delectantur,
videre poterunt Conſtantium Landum lib. 1.
enarrationum, cap. 19.

Sui & neceſſarij hæredes qui ſint, refert Al-
ciatus lib. 4. de verborum ſignificatione, Poli-
tianum à Socino interrogatum, quid eſſet ſu-
us, obmutuiſſe: quod ſanè mirandum non eſt.
5 Solis † enim Romanis, hoc diſcrimen neceſ-
ſariorum, & ſuorum cognitum eſt, neque niſi
ab his, qui in Romanæ iuriſprudentiæ libris
verſati ſunt, explicari poteſt. De huius verò
6 vocis † ſignificatione multa à pleriſque anno
tata ſunt. Suus interdum proprium ſignificat.
Plinius libro 10. cap. 3. de Aquilis loquens: Ha-
liceti inquit, ſuum genus non habent: ſed ex
diuerſo aquilarum coitu naſcuntur: id quod
ex ijs natum eſt, in oſſifragis genus habet. Et
Virgilius in 6. Aeneid.

Quiſque ſuos patimur manes.

Idem Plinius libro 11. Vox inquit, in homine
magnam vultus partem habet: agnoſcimus
eam priuſquam cernamus, non aliter quam
oculis, totidemque habent eæ, quot in rerum
natura mortales, & ſua cuique ſicut facies.
Et lib. 15. ſuus quidem oliuæ ſuccus, eſt oleum.
Secundùm hanc ſignificationem non ineptè
ſuitas à Iuriſconſult. recentioribus dicitur: de
qua Laurentius Valla in libr. de reciprocatio-
ne ſui. idque ex communi nunc eruditorum
loquendi conſuetudine.

Suus † itaque hæres dicitur, quaſi naturalis, 7
proprius, & domeſticus, ad paternam hæredi-
tatem per naturam, & ipſo parentum voto
vocatus, l. nam etſi. 15. ff. de inoffic. teſtamen. l.
ſcripto. 6. in fine. ff. vnde liberi. non ſui ipſius
hæres, vt quidam exiſtimarunt. Quemadmo-
dum rectè docet Coraſius libro Epiſtolicarũ
quæſtionum primo. Suos autem definit Iuſti-
nianus duobus in locis, in tit. de hæred. quali-
tate & differentia. Sui autem & neceſſarij hæ-
redes ſunt, inquit, veluti filius, filia, nepos, ne-
ptisve ex filio, & deinceps cæteri liberi, qui
modo in poteſtate morientis fuerint, & in ti-
tul. de hæredib. quæ ab inteſtato deferuntur.
Sui autem hæredes exiſtimantur, qui in pote-
ſtate morientis fuerint, &c. Sed ſui † quidem 8
hæredes ideò appellantur, quia domeſtici hæ-
redes ſunt, & viuo quoque patre quodammo-
do domini exiſtimantur. Domeſticos vocat,
quaſi proprios, quod Græcis ſignificantius οἰ-
κεῖοι eſt, ſed & domini, & domeſtici nomina
videntur eſſe coniugata, & à domo deriuari.
Primus enim † dominatus patris fuit in filios 9
& domi tantùm concludebatur. Tandem à fi-
lijs tranſlatum eſt dominium in ſeruos iure
gentium per ſeruitutem, cum habendi libido
creſceret, & dominatus nouus cupiditate exo
riretur. Vnde deinde factum eſt, vt boni Prin-
cipes appellationẽ domini, vt inuidiæ, & pro-
bri plenam exoſam habuerint: quemadmo-
dum Suetonius de Auguſto teſtatur.

Eſt igitur hoc nomen † à patria poteſtate 10
deductum, cuius ratione pater & filius vna ea
demque perſona eſſe cenſetur, vt quicquid fi-
lius acquirit, omne id ipſa naturæ ratione, &
voto filio debeatur, ſic vt viuo patre dominus
quodammodo bonorum exiſtimetur filius:
& dominium non nouum obuenire, ſed ve-
tus in eum continuari, transfundi, & deriuari
dicatur. d. l. in ſuis, in verb. domini tamen ſũt.
adeò, quod hæreditas patris exiſtimetur nun-
quam iacuiſſe, nec tempus dari poſſit, in quo
dominium rerum nõ fuerit apud veram per-
ſonam. Viuente enim patre fuit apud eum ve

rè, &

rè,& apud filium fictè,mortuo patrę illud do
minium fictum efficitur, verùm immediatè,
nec dari poteſt medium tempus inter mortē
patris, & hanc adquiſitionem. l. Iulianus no-
ſter.86.ff.de condit.& demonſtrationib.& l.ſi
poſt mortem.68.ff.de legat. 1. Caſtrenſ. Alex.
Iaſ & alij in d.l.in ſuis. Corn. conſ. 7. num. 2.
volum. 2.

Ita quidem vt eum iuris ciuilis opinione fi
lius in bonis patris viuentis pro domino ha-
11 beatur,ſic & † poſſeſſor eſſe exiſtimetur,quem
admodum ſuprà traditum eſt. Nam etſi poſ.
ſeſſio facti eſt,habet plurimum iuris,& ratio.
nem dominij ferè ſemper,cauſamque eius ſe-
quitur. Prætereà ille, quem habet cum patre
communem rerum vſus conſtituit filium In
quaſi poſſeſſione,& tali quidem: quale eſt do-
minium,quod habere fingitur.

12 Hinc rectè † doctiſſimus vir Connanus La
beonis reſponſum in l.cum hæredes.22. ff.de
adquir.hæred. non arbitratur intelligendum
eſſe de ſuis hæredibus, qui non adire, ſed ag-
noſcere hæreditatem, & hæreditati ſe immi-
ſcere dicuntur. Et hinc pendere putat ratio-
nem eius,quod reſcripſerunt Diocletianus &
Maximin.Impp.l.2.C.de vſucapione pro hæ
rede.Nihil pro hærede poſſe vſucapi ſuis hæ.
13 redibus exiſtentibus,magis obtinuit: hoc † e.
enim ideo eſt,quod mortuo patre ad eos rerū
hæreditariarum dominium poſſeſſioq; tranſ.
fundantur.Et quamuis poſſeſſionem non cō-
prehenderint:poſſidere tamen intelliguntur.
Mortuo enim patre, ſuus ſtatim dominium
conſequitur, & dominium in eum tranſir ip-
ſo facto ex iure ſuitatis, & ita quidem tranſit,
vt hæres ſtatim fiat,etiamſi ignorans, etiamſi
furioſus ſit. Ex quibus enim cauſis ignoranti-
bus acquiritur,ex his:& iiſdem furioſis acqui-
ri poteſt:vſque adeo, vt quemadmodum adi-
tio hæreditatis, aut corporalis appræhenſio,
vt ſuprà dictum eſt in hęredibus extraneis,do
minium in eos transfert.d.l.cum hęredes tan
tundem,& plus ius ſuitatis ſuis hæredibus prę
ſtet, cum ipſo iure ſine aliquo actu quocunq;
facti miniſterio ceſſante, fiant hæredes.Filius
14 enim † portio paterni corporis eſt. l.cum ſci.
mus.21.C.de agricol & cenſit.lib. 11. Etenim
idcircò filios,filiasve concipimus, atque edi.
mus,vt ex prole eorum, earumve diuturnita
tis nobis memoriam in æuum relinquamus,
l liberorum.220.ff.de verbor. ſignificat. Imò
patres plus calamitate filiorum afficiuntur,&
commouentur, quàm proprijs miſerijs & ad-
uerſitatibus.l.iſti quidem.in fin ff de eo,quod
metus cauſa,argum.l.ſi pupillorum.7. §.ſi pa-
ter.ff.de rebus eorum qui ſub tutela. §.fin. In-
ſtit.de noxal.actio.

15 Hinc videmus † in primogenitorum iure:
nepotem ex filio primogenito, præferri pa-
truo ſuo, quia nepos cenſetur primogenitus:
cum ſit ſubſtantia patris ſui mortui, vt elegan
ter poſt longam diſputationem decidit Bald.
in l.cùm in antiquioribus.C.de iure deliberā-
di.Panormitan in c.licet, de voto & voti re-
demptione,& conſ.3 colum.4. in 2. parte, &
latè Tyraquellus in tract. primogenitorum,
fol. 279. Quod ſimiliter in feudo tranſuer-
ſali ſtatuitur. Franciſc. Aretinus conſ. 164.
Ad prædicta facit quod deciditur in l. cum le.
gitimæ.19.ff de ſtatu hom. & in l.1.in l.aſſum-
ptio.6.ff.ad municipalem, & de incolis. Hinc
Baldus ſcribit, hoc † quod à filio poſſidetur e. 16
tiam à patre poſſideri, & è contra, ſucceſſio.
nes enim ſunt viciſſitudinatiæ,in l.2. ff.de ſu.
is & legit.Hinc idem ait: libram, & æſtimum
patris prodeſſe filio,in l.prætor.§.ſed & filius,
ff.de eden.& in l.1 §.domini.ff.ad S. C. Sylle-
ian.per gloſſ.in d.l.2.de quo per Angel. in l.fi.
nal.C. de impuberum & alijs ſubſtitutionib.
Etiamſi plures ſint, ſingulis tamen in ſolidū
viuente patre deberi,in c.quæ in eccleſiarum,
in fin.extr.de conſtit.

Vnde † etiam filius viuo patre filiusfami. 17
lias appellatur,ſola hac nota adiecta, per quā
diſtinguitur à genitore,ille qui genitus eſt: ita
vt poſt mortem patris nouam hæreditatem
percipere non videatur:ſed magis ſimplicem
& nudam bonorum adminiſtrationem con-
ſequi:quinimò dicit Accurſi.vbi eſt ſuus, hæ-
reditas non iacet:cum eo viuēte filius ſit iam
quaſi dominus,in l.cum hæreditas.9.C.depo-
ſiti.ideoque † viuente patre, filius regis, Rex 18
appellatur, licet gubernacula regni non tene-
at.c fin.24.quæſt. 1. Guilielmus Benedictus in
c.Raynutius,in verbo,in eodem teſtamento,
in 18.limitatione, latè Tyraquel. in tract. pri-
mogenitorum.

Ex quibus † omnibus, & hoc conſequitur: 19
quamuis hæreditas titulo lucratiuo dicatur
obuenire,gloſſ.in l.ſi duo.38.ff. de acquir. hæ.
red.l.1.in verbo,lucratiuas.C.de imponenda
lucratiua deſcriptione, libr.10.etiamſi debita
contineat.l hæreditas ff.de regul.iuris.l.nihil
aliud ff.de verborum ſignifica. attamen in fi-
lio,& cæteris ſuis hæredibus id lucro non tri.
buitur. Nam dominium rerum paternarum
ex ipſa natura, ratione,& parentum voto, in
eos quaſi antea quæſitum continuatur, l.cum
ratio.7. in princ. ff. de bonis damnatorum. l.
ſcripto ff.vnde liberi. Ex quo Panormitanus,
cæterique Canonum interpretes decidunt,
quod filius de paterna hæreditate,quæ ſibi ob.
uenit,tanquam de lucro,cum nihil de alio lu-
cretur, non teneatur ſoluere decimam Eccle.
ſiæ,in c.paſtoralis,extr.de decim.

Pariter colligunt,† quod ſi iure municipali 20
de adquiſitis gabella dabatur, ad eā ſoluendā
extraneos ſolummodò hæredes obligatos eſ.
ſe,ſuos verò minimè,per d.l.1.C.de imponen
da lucratiua deſcriptio. Similiter ſi iure mu.

nicipali ſtatutum ſit vt de hæreditate certa pecuniæ ſumma ſoluatur filij pro paterna hæreditate aliquid ſoluere nõ tenebuntur: cùm reſpectu ipſorum propriè non dicatur hæreditas, quia in ſuis locum nõ habet titulus pro hærede, l. nihil. C de vſucapionib. pro hærede Chriſtoph. Porc. in §. 1. col. 5. Inſt. de hæredum qualitate & differentia.

21 Hinc † & illud eſt., quod vaſallus non obſtringitur iuuare dominum contra ſe ipſum. Cyn. in l. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. Pariter non tenebitur eum iuuare cõtra proprium filium. Bald. in c. 1. de noua forma inueſtit. & in l. 1. 2. 3. quæſt. ff. de rerum diuiſione, & in l. vnica. §. ne autem. C. de cadncis tollendis. Ideo Conſultus Marianus Socin. reſpondit, quod is, qui filium obſidem dedit de carcere non dicatur relaxatus, conſil. 53.

22 Hinc † etiam iure receptum eſt: vt patet in eo actu in quo electa eſt induſtria perſonę per filium rectè eum adminiſtret. Ludouic. Roman. in l. 1. ff. in ius vocati vt eant. cum ſimilibus quę traduntur à feudorum interpretibus.

23 Hinc † ſimiliter euenit: vt is, cui alienatio rerum interdicta, prohibitaque eſt: in filium rem transferre, & alienare queat. Bald. in l. ea lege. C. de condict. ob cauſam, per gloſſ. in l. ſi ita quis. §. ea lege ff. de verbor. obligat. argumento eius quod Batto. dicit in l. inficiando. ff. de furtis. Inde quoque à iuris noſtri authoribus ſui hæredes non dicuntur adire hæreditatem paternam, ſed illi ſe immiſcere: nec eam repudiare: ſed abſtinere, gloſſ. in rubric. C. de repudiand. vel abſtinend. hæredit. Quæ etiam ratio fuit: quare pater filium vel inſtituere cogitur: vel ſine cauſa exhæredare nequit.

24 Ob † id itaque ſuitatem definit Alciatus lib. παρέργων 5. cap. 19. vt ſit hæredum qualitas, qui hæredes primùm in paterna poteſtate locum tenent: continuationem dominij: neceſſitatemque ſucceſſionis ipſo iure inducens. Idemque Paulo diuerſis verbis tradit Corraſius lib. 3. Miſcellaneorum iuris ciuilis, cap. 16. nu. 6. Et Hyppolytus Riminald. ac longè ante Alciatum eodem verò modo Angelus de Periclis, vt ſit ius quoddam intellectuale, & directum propter patriam poteſtatẽ, & quandam domeſticitatem dominij bonorum aſcendentium continuationem ad ſucceſſores proximos poſt mortem immediatè adducẽs: quam definitionem ſequitur Dec. in d. l. qui ſe patris, & Nicolaus Bellon. in lib. ſupputationum iuris, 1. cap. 3. Vaconius à Vacuna lib. 3. declaratione 114.

25 Sui † igitur hæredes, liberi propriè ſunt, qui in poteſtate morientis fuerunt, & quos mortis illius tẽpore nemo proximiore gradu anteceſſit. Contius in lib. de hæreditatib. primò requiritur, vt ſint liberi legitimi, ſiue adoptiui, l. 1. §. ſuos. ff. de ſuis & legit. hæred. Deinde vt ſint in poteſtate defuncti, eo tempore quo defunctus moriebatur: quam poteſtatem in eos ſolùm liberos, ciues Romani habebant qui ex iuſtis legitimiſq; nuptijs procreati erãt.

Ex † concubina enim, vel ea quæ non ſta vxor 26
non erat progeniti, ſicut non erant in patria poteſtate, ita nec hæredes ſui erant, niſi certis modis nempè per Curię dationem dotalium inſtrumentorum confectionem itemq; Principis reſcriptum, & dulciſſimam filij appellationem in poteſtatẽ redacti eſſent, §. aliquando. Inſt. de nupt. §. 1. Inſti. de hæred. quæ ab inteſt. deferuntur Nouella 89. & Nouel. 117.

Ex eo † dubitari poterat poſthumus, nec nõ
monachus, & filius pupillariter ſubſtitutus, 27
an fratri ſuo impuberi hæredes ſui dici poſſint? Et de poſthumo quidem ideo: nam antequàm naſcitur, nõ poteſt dici in poteſtate morientis fuiſſe, l. fin ff. de collatione bonorum, ergo nec ſuus. Nam & filius, qui in hoſtium poteſtate deceſſit inuitus hæreditati obligatur, quamuis ſuus hęres dici non poſſit, qui in poteſtate morientis non fuit, vt inquit Iulianus in l. lege Cornelia. 12 ff. de teſtam. & Iuſtinia. in §. emancipati. Inſt. de hæred quæ ab inteſt. defer. Receptum † tamen eſt ex Paulo l. C.
reſponſo vt is, qui in vtero eſt, perinde ac ſi in 28
reb. humanis eſſet, cuſtodiatur, quoties de cõmodis illius partus quæritur, l. qui in vtero. 7. ff. de ſtatu hom. hoc eſt, poſthumus in commodum ſuum pro iam nato habetur: ideoq; poteſt inſtitui: & legata ſi naſcitur percipere. §. poſthumo. Inſti. de legat. Item poteſt ei ſubſtitui pupillariter, l. 2. in princ. in verbo poſthumis. ff. de vulgari & pupil. ſubſtit. & ibi Iaſ. in 4. notab. Item mitti in poſſeſſionem, l. 1. §. toties. ff. de ventre in poſſeſſionem mittẽdo.
In † alterius verò commodum minimè pro 29
nato cenſetur, d. l. qui in vtero. in fi. ideo interim non rumpit teſtamentum, quia ſua non intereſt: nec enim petit hæreditatem, l. antiqui. 31. ff. ſi pars hæreditatis petatur, nec interim ſuus dicitur, l. poſthumo. C. de bonorum poſſeſſ. contra tab. Nam ſi nõ naſcatur, nihil eſt, l. qui mortui. 128. ff. de verb. ſign. Naſcendo verò ſuus efficitur, & fictiõe quadam ſuus fuiſſe intelligitur: ſuitas enim reſpicit ſucceſſionem quam demùm poſtquàm in lucem editus eſt & non ante conſequitur, l. 3. ff. de lib. & poſthu. hæred. inſtit. l. 3. ff. de Iniuſto, rupto, & irrito facto teſtamento. Tum enim teſtamentum rumpit: cùm petit collationẽ, & hæreditatem d. iuribus. Ang. de Periclis in d. l. in
ſuis, nu. 17. quibus † addi poteſt tertium exem 30
plum in patritio qui ſuus eſt, & non in poteſtate, l. fi. C. de Coſſ. lib. 12. §. filiusfamilias. Inſt. quib. modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. Et ibi Sylueſter Aldobrand. Iaſ. in d. l. qui ſe patris, & ibi latè Gozadinus poſt Andr. Barbat. in

in tracta.de præſtat.Cardln.quæſtio.1.colum. penult.

31 Idem † de Cardinalibus tradit quos liberari à patria poteſtate dicit: ſi ea res commodo emolumentoq́; ipſis ſit. Et de Epiſcopo Bart. in Litem in poteſtate.3.in fi.ff.de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris vbi ait: Si iure municipali filij qui poteſtatem patriam egreſſi ſunt, hæreditate paterna pellantur clerici eo iure comprehenſi non ſunt, Bartolum ſequuntur Gulielmus de Cuneo, & Bald. ibi Alex. in l.ſub conditione, 20.nu.2.ff.de lib.& poſth. Tiraq. in tract.de nobilitate,cap.6.nu.49. & in tract. le mort ſaiſit le viſ.in 7.parte,declaratione 1. Quantum enim ad ea attinet quæ vtilitati, emolumentoq́; ipſis ſunt, ſui permanent: ideo ex iure ſuitatis tranſmittunt hæreditatem. Ang.in § emancipati,Inſtir.de hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur.

32 Nec † non idem quoque de adoptatis. Quidam exiſtimant Bald. in d. l. cùm in adoptiuis. Ange.de Periglis in d.l.in ſuis.& Bellonus in lib. ſupputationum. Quorum tamen opinio à multis meritò reprobatur, cùm propriè ſuus non ſit, nec dici mereatur licet ad ſucceſſionem, vt Iuſtinianus loquitur ſui hæredis ius habeat.

Non enim conſequitur: ſuccedit, ergo eſt ſuus. Nam emancipatus etiam ad ſimilitudinem ſuorum ſuccedit, l.meminimus.15.C.de legitimis hæredibus: & tamen non eſt ſuus, l. Gallus.29 §.& quid ſit tantùm.ff.de liberis, & poſthumis.

33 Et diuerſa † quoque ſunt eſſe ſuum, & iura ſuitatis habere. Bald. in l.lege 12.tab.14.in fin. C.de legitimis hæredibus. Aliud eſt, inquit, eſſe agnatum, & aliud iura agnatorum habere. Gozadin.in d.l. qui ſe patris, colum.4. & ibidem Fabian.de Eugubio, num. 10. quos ſequitur Tiraqu.in l. ſi vnquam.in verbo ſuſceperit liberos, nu.8.C.de reuocandis donatio-

34 nibus. Propriè † enim ſui non ſunt, quia impunè prætereuntur, & præteriti nec rumpunt nec reſcindunt: ſeu per querelam ſeu per contratab. bonorum poſſeſſionem, d l. cùm in adoptiuis. Neque conuertitur vt Bellonus exiſtimat. Habet iura ſuitatis adoptatus, igitur eſt ſuus, quia in ſolo ſucceſſionis ab inteſtato caſu, iura ſuitatis adſequitur, in cæteris pro extraneo habetur, ſicut in ſimili probatur. Dicimus Principem legibus ſolutum eſſe & eundem Auguſtæ eadem priuilegia tribuiſſe. Non tamen ſequitur Auguſtam legibus ſolutam eſſe, l.princeps.31.ff.de legibus.

35 Præterea † filius pupillariter fratris ſubſtitutus in fratris quidem poteſtate non eſt: ſuus tamen, & neceſſarius hæres fratri ſuo impuberi eſt, l.ſed ſi plures. 10.§. quos poſſum.ff.de vulg. & pupill.l. Iuliànus.42.aliàs ſi pupillus, §.1. ibi ſine dubio neceſſarius exiſtet.ff.de acquir.hæreditate.

Vltra † hos igitur iam enumeratos caſus inprimis neceſſarium eſt: ſuus vt exiſtimetur ne patriam egreſſus ſit, tempore mortis defuncti poteſtatem.§. ſui. Inſtit. de hæredum qualitate, & differentia: quo in loco dicitur, vt quis ſuus ſit: duo requiri, & in patria poteſtate, vt ſit: & primum locum vt obtineat, argum.l.fina.cum glo.in verbo auctoritas.ff.de diuort.l potuit.5.C.de iure deliberandi.§.cæteri.Inſt.de hæred.qualit.& differ.& l.1.§.ſi filius.ff.de ſuis & legitimis. 36

Baſis † itaque ac fundamentum eius iuris, quod ſuos facit, eſt patria poteſtas, quemadmodum Cumanus declarat in d.l. Cornelia, & poſt Cumanum Aretinus: quibus ibidem aſſentitur doctiſſimus vir Aemilius Ferretus Cornei aliorumq́; contradicentium opinionem refellens, ac confutans. 37

Tertiò, † vt liberi ius ſuitatis, vel ſuorum hæredum conſequantur, requiritur primum locum vt obtineant, hoc eſt, vt nemo eos in gradu præcedat, d §. ſui. l. 1 §.ſciendum.ff.de ſuis, & legitimis hæredibus, quod indubitatum eſt, quoties tractatur de ſucceſſione inteſtati, vel ex teſtamento contra voluntatem defuncti teſtatoris. In † ea verò ſucceſſione, quę ex teſtamento ſecundùm voluntatem teſtatoris obuenit, & defertur nepos ex filio exhæredato hæres inſtitutus, licet primum locum non obtineat nihilominùs auo ſuus, & neceſſarius ſit. Ioan.Fab.in d.§.ſui.per l.qui aliena, 6.§.interdum. vbi Bartol. in 3.oppoſitione rationem aſſignat.ff. de liberis & poſthumis. Alexand.Iaſ.Cuman. & Caſtr.in l.ſi quis poſthumos, 9.§. ff. de liberis, & poſthumis hæredib. 38 39

Rationem † quidam reddunt, quod per exhæredationem ius ſuitatis tollatur, cùm pro mortuo reputetur exhæredatus Ioan.Maria. Riminal.in d.l. qui ſe partis, per l.1.§.ſi pater. ff.de coniungendis cum emancipato liberis, & Bartol. in l.1.§. ſciendum.ff. de ſuis & legitimis. Quæ ratio à Decio, & recentioribus reijcitur, cùm ſuitas non tollatur, ſed ſuſpendatur, & filius nihilominùs remaneat ſuus, ſi enim per exhæredationem eſſe ſuus deſinit nepos in eius locum ſtatim ſuccedet, & ordinario iure ſuus efficitur, licèt inſtitutus non ſit. Nam ſuus quis eſſe ceſſat ſi magna vel minori capitis diminutione exierit patria poteſtate, l.1.§.filius.ff.de ſuis, & legitimis hæredibus, cui opinioni aſſentitur Vaconius à Vacuna. Licèt enim per exhæredationem ſit aliquo modo in ſuſpenſo ſuitas: non tamen ſtatim filius deſinit eſſe ſuus hæres: ſed demùm cùm bona ſibi auferuntur per aditionem inſtituti. Cùm enim tunc inſtitutus dominus fiat, & quidem directus, neceſſario ſequitur 40

 filium

filium definere eſſe ſuum hæredem: quia duo
in ſolidum domini eſſe nequeant, l. ſi vt cer-
tò. 5. §. ſi duobus vehiculum. ff. commodati. §.
interdum. Inſtit. de hæreditatibus quæ ab in-
teſtato deferuntur. Vaconius lib. 3. cap. 112. ſic
rei perduellionis, cuius memoria damnata
eſt: licèt filium ſuum hæredem habeat, bona
à fiſco auferuntur, & ita ſuus eſſe deſinit, d. §.
interdum. Quemadmodum quoque domus,
quamuis tota ſit concuſſa tormentis, ante-
quàm paries, tectumque non ruperit domus
eſſe non deſinit: ſed eo momento, quó paries
ſeu tectum corruit, eodem domus eſſe ceſſat:
ita etiam ſuitas licèt per exhæredationem ſit
aliquo modo ſuſpenſa, non tamen ſtatim fi-
lius deſinit eſſe ſuus hæres, ſed eo momento
quo bona ab eo auferuntur.

41 Ex † qua ratione negotium non facit,
quod alibi traditur exhęredatum patrem pro
mortuo haberi: quia id verum eſt in exhære-
datione valida, & adita hæreditate, aliàs ſe-
cùs, l. ſi patronus. 12. §. ex teſtamenro. ff. de bo-
nis liberrorũ. l. filium. 20. §. ſed cùm exhære-
datio. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab.

42 Hinc † Aretinus ait, filium nepotemque
ſuos quidem hæredes eſſe, ſed non in eadem
ſpecie ſuitatis. Filius enim ſuus directè do-
minus eſt, nepos verò vtiliter: quæ duo ſunt
inuicem compatibilia, l. ait prætor. 7. §. ſed
quod Papinianus. ff. de minorib. quæ ſanè
Angel. declaratio ocioſa eſt. Nam ſi totas
Pandectas diligenter euoluas dominij tamen
hanc diſtinctionem, minimè reperies: verùm
à Gloſſographis effictam, inuentamque co-
gnoſces.

Duplex tantùm apud Iuriſconſ. dominij
diſtinctio reperitur: Ciuile quod ex iure Qui-
ritum, & naturale quod in bonis, & bonita-
rium dicebatur, quia verò ius quoddam eſt,
quod dominio, quam proximè accedit: qua-
le eſt exempli cauſa ius emphyteuticum pro-
pter quod datur actio in rem vtilis, ſicut dire-
cta, ob verum dominium competit. §. nam-
que. Inſtit. de actionibus, l. 1. ff. ſi ager vectiga-
lis, vel emphyteut. l. 1. ff. de ſuperficiebus, &
quod nonnunquàm ſimpliciter dominium
per abuſionem appellatur, l. poſſeſſores. 12. C.
de fund. patrimonialib. lib. 11.

Ideo ne vnius, atque eiuſdem rei duo in
ſolidum domini eſſe dicantur contra ratio-
nem iuris, d. l. ſi vt certò. §. ſi duobus. ff. com-
modati. duplex conſtituerunt dominium,
quorum directum ab actione directa, quę pro
eo datur, alterum vtile, pro quo videlicet vti-
lis actio competit, appellarunt: notatur in l. ſi
quis vi. 17. §. differentia. ff. de acquirenda poſ-
ſeſſione.

43 Licèt igitur nepos † mortuo auo reinci-
dat in poteſtatem ſui patris, & ſic adire hære-
ditatem ſine iuſſu patris, in cuius poteſtate
eſt, non poſſit, l. ſi quis mihi bona. 25. §. iuſ-
ſum. ff. de acquiren. hæred.

Tamen talis nepos ab auo hæres inſtitutus
filio eodemque patre exhæredato abſque ſui
patris iuſſu efficitur auo ſuus hæres, & neceſ-
ſarius, & vnà patrem hęredem, & quidem ne-
ceſſariũ facit, d. l. qui in aliena. 6. §. interdum.
ff. de acquir. hæred.

Deinde † in ſucceſſione inteſtati, ſimiliter 44
nepos ſuus hæres efficitur: etiamſi primum
locum non habeat tempore nempe deſtituti
teſtamẽti, l. ſi quis filio exhæredato, 6. in prin-
cip. ff. de iniuſto rupto, &c. & ibi notatur ab
interpretibus. Philippus Decius in d. l. qui ſe
patris, & text. in §. cùm autem. Inſtit. de hæ-
red. quæ ab inteſtato defer. & text. in l. ſi quis
poſthumos, 9. §. 1. ff. de libe. & poſthum. hære-
dibus. Hæc verba inquit Paulus Iureconſ. ſi
inteſtatus moritur, ad id tempus referuntur,
quo teſtamentum deſtituitur, non quo mo-
ritur, quod quidem tum maximè procedit,
quando quis facit teſtamentum, quod poſteà
deſtituitur, ſicque quando res ad cauſam in-
teſtati redigitur: ſecùs ſi nullo condito teſta-
mento quis deceſſerit. Nam requiritur, vt
quis ſit proximus tempore mortis ſi vult eſſe
ſuus. §. ita demùm. Inſtitut. de hæredit. quæ ab
inteſtato deferuntur, & §. proximus. Inſtit. de
legitima agnatorum ſucceſſione. Bartol. in d.
l. ſi quis poſthumos. §. 1. & Iaſ. in l. qui ſe pa-
tris, nume. 5.

Deinde, † & hic caſus, quo nepos auo ſuus 45
hæres fit, locum habet, requiritur etiam ne-
pos viuo auo conceptus vt ſit, licèt poſt eius
mortem in lucem prodierit, quia conceptus,
quodammodò in rerum natura eſſe exiſtima-
tur, l. 7. ff. de ſuis, & legitimis hæredibus: ſecùs
ſi conceptus ſit poſt mortem aui: Tum enim
mortuo patre ſuo, deſertoque teſtamento
ſuus hæres auo non exiſtit: quia nullum co-
gnationis ius cum eo habuit, cùm in rerum
natura non fuerit, d. §. cùm autem, d. l. ſi quis
filio exhæredato. verſic. ſed hæc ita. & l. Titi-
us. 6. cum ſeq. ff. de ſuis, & legitimis, l. Paulus.
47. §. Paulus. ff. de bonis libertorum, ſicuti ne-
que ſtatutis eiuſmodi nepotes continentur.
Si enim filij, nepoteſque ob crimen paren-
tum ciuitate iure municipali eijciendi, pel-
lendive ſint, hi qui mortuo auo cõcepti ſunt,
eo iure non continentur, nec concluduntur.
argumen. l. ſecundùm naturam. ff. de regulis
iur. Iaſ. in addit. ad Chriſtophorum Porcum
in §. cùm filius. colum. 1. ad finem. Inſtitut.
de hæredita. quæ ab inteſtat. defer. & infrà
latè.

Hoc † verò quod de nepote poſt mortem 46
aui nato dictum eſt, eum videlicet auo ſuc-
cedere non poſſe intelligi debet de propria
nepotis perſona, l. 1. §. ſi quis proximior. ff.
vnde

vnde eoguati. Nam ex perſona patris ſui,cui
delata eſt hæreditas ſuccedit. Tum enim iu-
re tranſmiſſionis ad ſucceſſionem aui voca-
tur ex beneficio Theodoſij & Valentiniani,
ſub l. vnica C. de his, qui ante apertas tabu-
las Cynus,& Bartol.in d.l.vnica, Dynus in l.
Gallus. in fin.ff.de liberis,& poſthumis. Cy-
nus in d.l. qui ſe patris.C.vnde liberi, & in l.
ſi quis filium, 34.C. de inofficioſo teſtamen-
to. Bartol. in d.l. ſi quis filio exhæredato. in
princip.ff.de iniuſto rupto. Angel. in §. poſt-
humorum,num.1.in fin. Inſtit.de exhæreda-
tione liberorum.

47 Generaliter † itaque notandum eſt, hoc
quod dicitur, vt quis ſuus ſit, neminem eum
gradu pręcedere debere intelligendum,& ac-
cipiendum eſſe in ſuo ab inteſtato succeden-
te,l.1.§.ſciendum.ff.de ſuis,& legitimis, d.l.ſi
quis filio exhæredato ff.de iniuſto rupto,d.§.
cùm autem. Inſtitut.de hæredit.ab inteſtato,
vel in eo, qui præteritus rumpit teſtamen-
tum, & contra voluntatem ſuccedit, l.ſi quis
poſthumos,9 §.1.ff.de libe.& poſthumis. Se-
cùs in ſucceſſione ex teſtamento, & ſecun-
dùm voluntatem teſtatoris: tum enim ne-
pos inſtitutus exhæredato filio, licet pater
eum gradu antecedat, ſuus eſt, d.l.qui in alie-
na.6.§.interdum.ff.de acquir.hæreditate.

48 Dicuntur † prætereà ſui,& neceſſarij hære-
des ideo quoque,quia omninò ſiue velint, ſi-
ue nolint, tam ab Inteſtato, quàm ex teſta-
mento, ex l.duodecim tabul.hæredes fiunt.§.
neceſſarij Inſtit.de hæredum qualitate & dif-
ferentia, idque iure ciuili. Nam ſuus qui vel
agnouit, vel legis authoritate hæreditatem
adeptus eſt, velit, nolit: hæres olim erat, nec
hæreditatem repudiare poterat.

49 Mortuo † enim patre filius, vel nepos ſuus
hæres continuatione quadam dominus fie-
bat, & poſſeſſor rerum paternarum, vt hære-
ditas nunquàm iacuiſſe putaretur, ſed eodem
temporis momento, & pater eam reliquiſſe,
& filius accepiſſe, aut potiùs habuiſſe exiſti-
maretur.

Quare etiamſi ſine omni voluntatis ſuæ
declaratione vita functus ſit: hæreditatem ta-
men ad legitimos ſuos ſucceſſores tranſmit-
tebat, perinde, ac ſi ſpontè iam eam agnouiſ-
ſet: cùm extranei hæreditatem, niſi aditam
non tranſmittant, l.ſi fratris.3.C.de iure deli-
berandi. Et hi ſui hæredes cogebantur etiam
de ſuo alienum æs patris in ſolidum diſſol-
uere: ac quemadmodum omne id patris e-
rat: quod viuente eo, quærebant: ita mortuo
etiam quærebant, id eſt, nihil ſuum, nihilque
proprium habebant, donec creditoribus pa-
ternis ſatisfactum eſſet.

50 Hinc † lex Papyria de nexis Introducta fuit.
Anno vrbis 422. Ex iure duodecim Tabula-
rum conſtitutum fuit, vt debitores qui ſol-
uendo non eſſent, creditori ſe nexum dare
cogerentur: vt miſer ſcilicet debitor, quod in
ære non haberet, lueret in corpore. Erat au-
tem nexorum miſerrima conditio, cùm ad
omnes iniurias, contumeliasque creditorum
expoſiti eſſent, & catenis conſtricti multis la-
boribus quaſi ſerui attererentur.

Hoc † igitur ius ad extremum ob L. Papyrij 51
fœneratoris ſingularem libidinem, ac crude-
litatem eſſe deſijt. Is cùm C. Publium ætate,
formaque præſtantem adoleſcentem: qui ſe
ei ob æs alienum paternum nexum dederat,
de turpiſſimo obſequio appellare auſus fuiſ-
ſet: atq; adoleſcens ingenuitatis magis, quàm
præſentis fortunæ memor impudicum, at-
que inceſtum ſermonem non ſolùm animo,
ſed ne auribus quidem reciperet, indignatus
fœnerator tergum iuuenis verberibus lacera-
uit. Quæ indignitas cùm in populum vocife-
rante adoleſcente emanaſſet ingens concur-
ſus factus eſt. Ibi ob repentinum tumultum:
Conuocato Senatu negotium Coss. L. Papy-
rio, & C. Petilio datum eſt, vt legem ad popu-
lum ferrent: NE QVIS, niſi qui noxam me-
ruiſſet donec pœnam lueret in compedibus,
aut neruo teneretur: pecuniæ debitæ bona
debitoris non corpus obnoxium eſſet. Ita ne-
xi ſoluti, cautumq; in poſterum ne necteren-
tur author Liuius lib.8.

Prætoris † itaque æquitate in hac filiorum, 52
ſuorumque hæredum iniqua conditione in-
troductum ac conceſſum fuit beneficium ab-
ſtinendi, quo Prætor ſuis hæredibus permiſit
abſtinere ab ea hæreditate, quæ filijs damno-
ſa futura erat, & nocua, d.§. neceſſarij, & l. ne-
ceſſarijs.57.ff.de acquiren.hæreditate: etiamſi
verò abſtineant: † non inde tamen ſui hære- 53
des eſſe deſinunt. Abſtinendi enim benefi-
cium neceſſitatem tantummodò remouet.
Alexan.in l.ſi filius qui patri, 12.ff.de vulgari,
& pupillari. Et ſui eſſe intelliguntur in his,
quæ commodo ipſis, ac emolumento eſſe poſ-
ſunt. Eugubinus, Riminaldus, Decius, & alij
Moderni in d.l. qui ſe patris.C. vnde liberi.
per glo.in l.1.§.qui ſunt in poteſtate.ff.ſi quis
omiſſa cauſa teſtamenti.

Sui † igitur hæredes, (definiente Vlpiano 54
in epitome, Inſtit. tit. 22. Qui hæredes inſtitui
poſſint) ſunt liberi, quos in poteſtate habe-
mus tam naturales, quàm adoptiui. Item v-
xor quæ in manu eſt filij: quem in poteſtate
habemus. Poſthumi quoque liberi, id eſt, qui
in vtero ſunt: vt tamen in poteſtate noſtrà fu-
turi ſint: ſuorum hæredum numero ſunt.

HAEREDES EXTRANEI QVI DICANTVR.

CAEteri, † inquit Iuſtinianus, qui teſtato- 1
ris iuri ſubiecti non ſunt, extranei hære-

 des

des appellantur: itaque liberi quoque noſtri qui in poteſtate noſtra non ſuut hæredes à nobis inſtituti, extranei hęredes nobis videntur, §. cæteri. Inſtitu. de hæred. qualit. & differ. & in l. vnica. §. extraneum. C. de rei vxor. actione.

56 Extraneum † autem intelligimus omnem citra parentem per virilem ſexum aſcendentem, & in poteſtate dotatam perſonam non habentem. Extraneus igitur defuncto ille eſt, qui poteſtate eius exemptus eſt. Caius verò Iureconſultus in libr. 2. ſuarum Inſtitutionum aliter definit. Extranei ſunt, inquit, qui nullo propinquitatis gradu teſtatori iunguntur: ſed ijs quos pro arbitrio ſuo ſcribit hæredes. Melius igitur Tribonianus extraneos definiuit, quàm Caius.

57 Extranei † enim ſuis opponuntur. Quare in eo differunt, quod extranei nullius poteſtati ſubditi, ſubiectique ſunt: Sui verò ad patriam poteſtatem alligati, & obſtricti tempore mortis defuncti, vt ſint, neceſſariò requiritur. Quamuis nec abſurdè nec inuſitatè dici poſſit, Caium non vulgari, & communi modo propinquitatis nomine conſanguinitatem: ſed primum gradum comprehendere voluiſſe. Quare ne hoc in dubium veniret, ſubiecit: ſed ijs, quos pro arbitrio ſuo ſcribit hæredes: id eſt, quoſcunque pro arbitrio ſuo poteſt hæredes ſcribere, aut non ſcribere: ſuos enim inſtituere, aut exhæredare neceſſe habet.

58 Breuiter † igitur extranei omnes illi dicuntur, qui nec neceſſatij, nec ſui, & neceſſarij ſunt: id eſt, qui nec ſeruitutem ſeruierunt, nec poteſtati defuncti mortis tēpore ſubditi fuerunt. Licet enim emancipari, filij ſint, & conſanguinei: patriam tamen poteſtatem ante mortem defuncti: quia egreſſi ſunt pro extraneis habentur. Idem ſi eſſent in poteſtate patria, ſed paternæ renunciaſſent hæreditati. Guilielmus Benedictus in c. Raynutius. in verbo habens duas filias, extra de reſtam.

Non enim tunc hæredes ſui dicuntur, ſed voluntatij, vt Barto. in d. l. 1. § ſciendum. ff. de ſuis, & legitimis hæred. Voluntarij autem ideo vocantur, quia liberum ipſis ab initio fuit hęreditatem vel adire, vel repudiare, l. nec emere, 16. C. de iure deliberandi.

59 Quæſitum † iam eſt ab interpretibus, ſi vel voluntate teſtatoris expreſſum, vel lege municipali prohibitum, vel inter liberos conuentum ſit, ne fundus, putà Seianus in extraneum alienetur, extraneus quis tum dici puretur.

Quæſtio hæc, quia ex ſimili mentis coniectura dependet ex coniecturis quoq; indicanda eſt, & dirimenda. Quoties enim ambigua aliqua vox incidit ex voluntatis coniecturis dirimere eam, & cōciliare oportet: Variè autem extraneus accipitur: interdum reſpectu eius qui in poteſtate eſt, interdum reſpectu filij, interdum reſpectu, vel agnati, vel propinqui. Crebriùs verò exiſtimatum eſt, de eo intelligi oportere qui in eadem nō eſt familia. Ange. & Ioan. Fab. & Viglius in d. §. cæteri. Inſtit. de hæred. qualit. & differ.

CAPVT XVIIII.

Tertia Diuiſio antiqui iuris, nunc verò conſtitutionibus Impp. abrogata.

SVMMARIA.

1 *Cum cretione inſtitutus hæres quis ſit.*
2 *Cretio duplex.*
3 *Cretio vulgaris, item continua quæ.*
4 *Cretio ſimplex ſeu perfecta quæ ſit.*
5 *Cretionis effectus qui.*
6 *Cretionum vis hodiè antiquatur.*

EXtraneus hæres aut eſt, cum cretione hęres inſtitutus, aut ſine cretione. De his
ſic Vlpianus infrà titu. 22. Cretio † autem eſt
certorum dierum ſpacium, quod datur inſti- 1
tuto hæredi ad deliberādum, vtrùm expediat
ei adire hæreditatem, nec ne. Velut Titius hęres eſto, cernitoque in diebus centum proximis, quibus ſcieris, poteriſque: niſi ita creueris exhæres eſto.

Cernere eſt verba cretionis dicere, ad hunc modum. CVM ME MEVIVS hæredem inſtituerit, eam hęreditatē adeo, CERNOQVE. Iſidor. lib. 5. Etymolog. cap. 24. definit cretionem. Cretio, inquit, eſt certus dierum numerus, in quo inſtitutus hæres, aut adit hæreditatem, aut finito tempore cretionis excluditur, nec liberum eſt ei vltra hæreditatis ius capiendæ.

QVOT.VPLEX SIT CRETIO.

PRIMA DIVISIO.

Cretio † aut vulgaris dicitur aut continua: 2
Vulgaris, in qua adijciuntur hæc verba: QVIBVS SCIERIS POTERISQVE. Continua, in qua non adijciuntur.

DIFFERENTIA.

Ei † qui vulgarem cretionem habet dies illi 3
dati computantur, quib. ſcit ſe hæredem inſtitutum eſſe, & potuit cernere: Ei verò qui continuam habet cretionem, etiam illi dies computantur, quibus ignorauit ſe hæredem inſtitutū, aut ſciuit quidē, ſed non potuit cernere.

SECVNDA DIVISIO.

Cretio aut perfecta, † & ſimplex eſt, aut im 4
perfecta Simplex: veluti Titius hęres eſto, cernitoq; in diebus proximis cētum: quibus ſcieris, poteriſque: Niſi ita creueris exhæres eſto. Tunc Mæuius hæres eſto, cernitoque in dieb. & reliqua ſimiliter, & deinceps ſubſtitui poteſt. Si ſub imperfectā cretionē hęres inſtitutus ſit, id eſt, nō adiectis his verbis: Si nō creueris, exhęres eſto: ſed ſi ita, ſi nō creueris, tūc

Mæuius

Mæuius bæres eſto: cernendo quidem ſuperior inferiorem excludit: non cernendo autem excluditur.

EFFECTVS.

5 Extraneus hæres † ſiquidem cum cretione ſit hæres inſtitutus, cernendo fit hæres, ſi ſine cretione pro hæredegerendo. Pro hęrede geris, qui rebus hæreditarijs tanquam dominus vtitur: velut qui actionem rerum hæreditariarum facit, aut ſeruis hęreditarijs cibaria mandat. Secundò, ſine cretione hæres inſtitutus ſi conſtituerit nolle ſe hæredem eſſe, ſtatim excluditur ab hæreditate, & amplius eam adire non poteſt.

Cùm cretione verò hæres inſtitutus: ſicut cernendo fit hæres, ita non aliter excluditur: quam ſi intra diem cretionis non creuerit: ideoque etiamſi conſtituerit, nolle ſe hæredem eſſe. Tamen ſi ſuperſunt dies cretionis pœnitentia actus, cernendo hæres fieri poteſt. De hac cretione Cicero ad Atticum lib. 11. epiſtola 2 Galeonis hæreditatem creui. Duco enim cretionem fuiſſe ſimplicem, quoniam ad me nulla miſſa eſt, & lib. 13. Ex eo coguoui cretionem Cluuij (ô Veſtorium negligentem) liberam teſtibus præſentibus ſexaginta duobus metuebam enim ne ille arceſſendus eſſet. Ex quo loco Ciceronis conſtat, cretione n etiam coram teſtibus fieri ſolitam: quod ex Varrone conſtat lib. 5. de lingua Latina. Itaque inquit, in cretione adhiberi iubent teſtes.

6 Hæc quidem cretio à † Conſtantino ſublata eſt in maternis bonis. l. 1. C. Theod. de bonis materni. & matern. gen. cret ſubl. Deinde ab Arcadio, Honorio, & Theodoſio, Anno. Chriſti 409. & iterum à Theodoſio, & Valentiniano anno Chriſti 428. penitus antiquata, & abrogata: prioris Conſtitutionis verba ſũt: Cretionem ſcrupuloſam ſolennitatem hac lege penitus amputari decernimus, l. cretionem. C. de iure deliberandl. Poſterior Conſtitutio extat in Codlce Theodoſiano l. vnica. C. de cretione & bonorum poſſeſſione, cuius verba ſunt: Patrem aliqua ex parte minorem eſſe matribus non ſinemus. Nam cum etiam infantis filij morientis mater bonorum ſolatia conſequatur, cur de ætate eius pater graues patiatur tendiculas, non videmus. Et cum legitima ſucceſſio non modo in matre, verum etiam in ſucceſſoribus longius conſtitutis nõ bonorũ poſſeſſionis petitionem, nõ cretionis ſolẽnitatem cogitur cuſtodire qualicunque cõtenta aditæ, vel adeundæ hæreditatis indicio: quanto magis pater talibus eſt vinculis exuendus? atque ideo hac ordinatione ſancimus, vt pater etiam infantis filij ſucceſſionem, ſiue matre eius moriente adeundæ hęreditatis vel petendæ bonorum poſſeſſionis fuerit executus officium, ſiue iſta neglexerit morienti filio, infanti in qualibet ætate ſine ambiguitate ſuccedat, Dat. VIII. Id. Nouembr. Rauennæ D.D.N.N. Theodoſio XII. & Valentiniano II. AA. Coſs.

CAPVT XX.

Quarta diuiſio hæredum Teſtamentariorum.

SVMMARIA.

1 *Vniuerſales hæredes qui ſint.*
2 *Singulares hæredes qui.*
3 *Inſtituti hæredes ſine partium expreſſione in partes æquales veniunt.*

HAEredes inſtituti, aut ſunt vniuerſales, vel ex aſſe, aut ex parte. Vniuerſales † di- 1
cuntur qui vel ſoli inſtituti ſunt hæredes, vel cohæredem quidem habent, qui tamen hæreditatem omittit. Singulares, † qui in ſingula- 2
rem aliquam rem, vel partem ſcribuntur, illi ex aſſe inſtituti dicebantur, hi ex partibus. Ex aſſe, veluti, Lucius Titius ex aſſe mihi hæres eſto. l. Lucius Titius qui. ff. de hæred. inſtitu. l. Lucius Titius. §. vltim. ff. de teſtamen. militar. Martial. lib. 3. Epigr. 10.

Idem te moriens hæredem ex aſſe reliquit.

Et libro 7.

Hæredem Fabius Labienum ex aſſe reliquit.

Ex partibus verò vel æquis, vel inæqualibus, hæredes ſcribebantur: Ex æquis partibus, veluti in l. Clemens. ff. de hæredib. inſtituen. l. Lucius Titius Seio. l. Lucius Titius qui fratrem. l. ſi quis ita hęredes. l. interdum. ff. eod. tit. l qui fundum §. qui filium. l. maritum. ff ad leg Falcid. l. Titia cum. ff. de legat. 11. l. cum quis §. Sciam. ff. de legat. 3. Quandoque & ita plures hęredes ſcribebantur pro virilibus portionibus. l. illud. §. 1. ff. ſi pars hæreditatis pet.

Quandoque nullis partibus nominatis hę-
redes † ſcribebantur, quo caſu ex æquis parti- 3
bus hæredes erant. §. ſi plures. Inſtitut. de hæredib. Inſtituend. l. hæres. ff. de hæred. inſtituendis. l. ex facto l quotiens. 9. §. hæredes. vbi Vlpianus: Hæredes iuris ſucceſſores ſunt, & ſi plures Inſtituantur, diuidi inter eos à teſtatore ius oportet. Quod ſi non fiat, omnes æqualiter hæredes ſunt, ff. eodem. Ex inæqualibus verò partibus: puta, Lucius Titius ex duabus vncijs: Caius Atteius ex parte vna, Mæuius ex parte vna, Seius ex partibus duabus mihi hæredes ſunto. Ita Africanus in l. ſi ita ſcriptũ. §. fin. ff de hæredib. inſtit. & Iauolenus in l. ſi quis hæredes. 14. ff. eod. Si quis hæredes ita inſtituit: Titius ex parte prima, Seius ex parte ſecunda, Meuius ex parte tertia, Sulpitius ex parte quarta hæredes ſunto. Et Vlpianus in l. Iulianus. ff. eod. Et Caius l. ſi quis ita ſcripſerit. ff. eodem.

Interdum tamen ex inæqualibus partibus hæredes ſcribebantur ratione partium Aſſis,

hoc modo: ex Beſſe, ex Triente, ex Quadrante, ex Dodrante, l. liber homo §. Titius. l. ex vncijs. l. ſi quis hæredem. ff. de hæredib. inſtituend. l. ſi ita ſcriptum. & l. filiusfamilias miles. §. vltim. ff. de liberis & poſthum. l. vtet. l. qui ex fratribus, ff. de conditionibus inſtitutionum.

Quandoque ex parte incerta, videlicet, ſi quis ſcripſerit hæredem ex parte reliqua, vt in l. ſi ita ſcriptum. ff. de liberis & poſthum. hæred. inſtituendis. Si filius mihi natus fuerit, ex Beſſe hæres eſto, ex reliqua parte vxor mea, hæres eſto: ſi verò filia mihi nata fuerit, ex triente hæres eſto, ex reliqua parte vxor eſto. Et Celſus in l. liber homo. §. ſi ita. ff. de hæredib. inſtituend. Et Vlpianus in l. item quod §. ſed ſi ex aſſe. ff. eod. Et Hermogenianus in dicta l. vncijs. ff. eod. Et Papinianus in l. qui non militabat. §. vltim. ff. eodem. Et Scæuola in l. Sextiam. ff. de legat. 3. cum ſimilibus paſſim in iure obuijs. Ad hanc diuiſionem pertinet & hæc: Hæredes aut purè inſtituuntur, aut ſub conditione, ad diem certum, & incertum, & ex die.

CAPVT XXI.

Quinta diuiſio hæredum ex teſtamento.

SVMMARIA.

1 *Vulgaris hæres quis.*
2 *Fiduciarius hæres quis dicatur.*
4 *Fideicommiſſa hodie ex neceſſitate à D. Auguſto retracta.*
4 *Fideicommiſſorum relinquendorum origo.*
5 *Trebellianum & Pegaſianum Senatuſconſulta, quibus conſulib. facta.*
6 *Hæreditas ab inteſtato delata, legitima dicitur.*
7 *Legitimi hæredes qui ab inteſtato ſuccedunt.*
8 *Legitima hæreditas quo ordine & modo olim deferebatur.*

1 HAEres aut vulgaris eſt, aut fiduciarius, vel fideicommiſſarius. Vulgaris, † qui hæres effectu inſtitutus eſt: vulgarē dico, qua ratione ſubſtitutio dicitur vulgaris, hoc eſt in vulgarem caſum facta, vt Modeſtinus interpretatur. l. 4. §. 1. ff. de vulgari & pupil. Quo etiam intellectu actiones vulgares appellantur, vſitatæ, & ordinariæ ac directæ actiones, l. quidam. 46. in fin. ibi, ſed nec filio vulgarem competituram, verùm vtilem. ff. de hæredib. inſti. l. 1. in prin. ibi, & vulgaribus actionibus. ff. de præſcript. verb. Et vulgare pactum. l. 30. ff. de pact. dotal. Item vulgaris cautio legatorum. l. 113. §. ijdem Principes. ff de leg. 1. Vulgaris formula. l. 40. ff. de furtis. Vulgaris exceptio rei iudicatæ. l. 3. ff. de popularib. actionib. Et ſimiles res, quæ vſitatæ ſunt, & communes.

2 Fiduciarius † autem hæres, cuius fideicommiſſum eſt, vt hæreditatem vel totam, vel partem alteri reſtituat. l. Seius Saturninus. 46. in princ. ibi, teſtamento fiduciarium reliquit hæredem. ff. ad S.C. Trebel. vnde etiam commiſſaria hæreditas, quàm alii reſtituere hæres rogatus eſt. Et fideicommiſſarius is, cui ea hæreditas reſtituitur, qui & Trebellianeus dicitur. l. 15. §. 1. ff. vt legat. vel fideicom. nom. caue.

Fiduciarius autem † appellatur, quia eius fidei committitur, vt reſtituat hæreditatem, olim quidem ex ſola eius fide pendebat reſtituere hæreditatem: deinde tamē ne perfidiæ locus fieret, D. Auguſtus ad neceſſitatē iuris fideicommiſſa retraxit. §. 1. Inſtitu. de fideicom miſſis hæreditarib. Qua etymologia etiam fiduciaria hæreditas dicitur. l. certi condictio. ff. ſi cert. pet. 3

Fiduciarius pater, de quo Caius lib. 1. Inſtitut. cap. 6. Quibus modis filij exeunt de poteſtate patris. Fiduciarij tutores. l. 4. ff. de legitimis tutorib. Et Inſtitut. de fiduciaria tutela. Et Vlpianus in fragmentis, titul. 11. qui liberum caput mancipatum ſibi vel à parente, vel à coemptore manumiſit per ſimilitudinem patroni tutor efficitur, qui fiduciarius tutor appellatur. Item fiduciaria emancipatio, l. final. C. de emancipatio. libertorum. l. 2. §. obijcitur. verſicul. ſed neque autem, ibi fiduciam contraxerunt. ff. ad Trebellian. itemque poſſeſſio fiduciaria, hoc eſt, quaſi depoſitaria & fiduciaria venditio: denique fiducia pro pignore dicitur, l. cum ſortes. §. penultim. ff. de pignorat. act & Paul. li. 1. ſententiarum, tit. 9. & lib. 2. tit. 13. & lib. 3. tit. 8.

Quæ verò † fuerit cauſa & origo fideicommiſſorum relinquendorum, deinde à quo authoritatem aſſumpſerint: quare fiduciarij hæredis cauſa inductum fuerit S. C. Trebell. ſub Nerone: itemque ſub Veſpaſiano Senatuſconſultum Pegaſianum, ex veterum monumentis explicat Tribonianus in Inſtitut. tit. 25. §. is qui rogatus eſt, & §. ſeq. Et Iulius Paulus libr. ſentent. 4. cap. 3. ac nouiſſimè Hotomannus in lib. de verborum, & rerum ſignificationib. ſub c. de Senatu, & Senatuſconſultis inſignib. ac extat in iure noſtro titulus 1. libr. 36. Pandectarum ad Senatuſconſultum Trebel. & in C. tit. 48. lib. 6. 4

Vnde, & † quarta Trebellianica, de qua præ ceteris interpretibus copioſè Ioannes Bolognetus in rubr. ff. ad legem Falcid num. 22. & ſequent. Id verò notandum eſt, nomina Coſs. ſub quibus factum eſt S. C. Trebellian. Quorum mentionem facit Vlpianus, ac ſimul Senatuſconſulti verba refert, nempè Anneo Seneca, & Trebellio Maximo Coſs. non extare in Faſtis conſularibus à Contio Codici ſubiectis: ſed referuntur in Faſtis Capitolin. & vetuſtis marmorib. ab Onuphrio tranſcriptis. 5
IMP. NERO CLAVDIVS D. CLAVDI F. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. POT. VII. IX. COS. IV. PP. IMP. III.

P. MA-

P. MARIVS CELSVS. L. ASINIVS C. F. C. N. GALLVS.
EX K. IVL. L. ANNAEVS L. F. SENECA. II. TREBELLIVS MAXIMVS.

Quod verò ad Pagaſianum Senatuſconſultum attinet, quod Tribonianus refert eſſe factum temporib. Veſpaſiani, Pegaſio & Puſione Coſs. horum nomina nec in vulgaribus, nec in Capitolinis Faſtis reperiuntur. Hucuſque de teſtamentarijs hæredibus, eorumque ſpeciebus dictum eſt, nunc ad aliud, nempè legitimorum, ſummum hæredum genus me conuertam.

De ſecundo hæredum genere: nempè de legitimis hæredibus, vel ab inteſtato. Quemad-
6 modum † hęreditas quæ ab inteſtato defertur dicitur legitima, vt ſuprà abundè oſtenſum eſt. l. 13. in princ. verb. vel is cui legitima hæreditas delata eſt. l. 14. Idem eſt inquit Paulus: etiamſi legitima hæreditas filijs obuenit. Et iterum Paulus: ſi is, ad quem legitima hæreditas pertinet, putauerit defunctum ſeruum eſſe, & quaſi peculium eius nactus ſit, placet non obligari eum hæreditati. l. 22. ff. de adquirenda hæredit. Et iterum Paulus: In plurimis hæredum gradibus hoc ſeruandum eſt, vt ſi teſtamentum proferatur, prius à ſcriptis incipiatur, deinde tranſitus fiat ad eos, ad quos legitima hæreditas pertinet. l. 70. ff. eod. Et Pomponius, illud dubitari poteſt, an ſi cum teſtamento hęres inſtitutus eſſem: ab eo, qui etiamſi inteſtatus deceſſiſſet, legitima hæreditas eius ad me pertineret, ac ſimul vtramque hæreditatē repudiare poſſim, l. 77. ff. eod. Et iterum Pompon. Hi quorum parens capite minutus eſt, legitimæ hæreditatis ius, & in ceteris præſens, & inter ſe retinent, & alij aduerſus eos. l. 4. ff. de ſuis & legitimis. Et Vlpianus: Legitima hæreditas tantum proximo defertur. l. 2. §. legitima. ff. de ſuis & legit. & l. 5. ibi, patruum poſſe vtriuſque adire legitimam hæreditatem. ff. eod. Et Iulianus, l. Titius 6. Qui poſt mortem aui ſui concipitur, is neque legitimam hæreditatem eius, tanquam ſuus hæres, neque bonorum poſſeſſionem tanquam cognatus accipere poteſt, ff. eod. tit. Et iterum Iulianus, ſi quis prægnantem vxorem reliquiſſet, & matrem, & ſororem: ſi viua vxore mater mortua fuiſſet, deinde vxor mortuum peperiſſet: ad ſororem ſolam legitima hæreditas pertinet l. 8. ff. eod. & paſſim alibi.

7 Ita etiam legitimi hęredes † propriè illi dicuntur, qui ab inteſtato ſuccedunt, tit. Pandectarum: de ſuis & legitimis hæredib. & tit. C. de legitimis hæredib. & in Inſtitu. de legitima agnatorum ſucceſſione, & titu. Pandect. & C. vnde legitimi & Vlpian. in fragmen. tit. 26. de legit. hæred §. ad fœminas. & 2. §. ſeq. l. hæres inſtitutus. ff. de ſuis & legit. l. nec is. 17. §. hæres inſtitutus, idemque legitimus, ſi quaſi inſtitutus repudiauerit, quaſi legitimus non amittit hæreditatem. ff. de adquirend. vel omittenda hæred. Et Vlpian. in l. cum quidam. 30. §. quod dicitur. ibi, & in eo ventre idem accipias: qui legitimum vel conſanguineum pariturus eſt. ff. eod. Et Pomponius: Legitimis capite diminutis non datur bonorum poſſeſſio, iure hæredis legitimi. l. 5. ff. vnde cognati Et Iulianus, legitimum hæredem, ſi capite diminutus eſſet, ab hac bonorum poſſeſſione ſubmoueri palam eſt. l. 1. ff. vnde legitimi. Et Vlpianus: ſi repudiauerint ſui ab inteſtato bonorum poſſeſſionem, adhuc dicemus eos obſtare legitimis, hoc eſt his, quib. legitima potuit deferri hæreditas, ſubijcit.

Hæc autem bonorum poſſeſſio omnē vocat, qui ab inteſtato potuit eſſe hæres: ſiue lex 12. Tab. eum legitimum hæredem faciat, ſiue alia lex, Senatusve conſultum. Denique mater, quæ ex Senatuſconſulto venit Tertylliano, item qui ex Orficiano, ad legitimam hæreditatem admittuntur, hanc bonorum poſſeſſionem petere poſſunt, l. 2. in prin. & in fin. ff. vnde legitimi. Et Martianus: ſi ex plurib. legitimis hæredib. quidam omiſerint adire hæreditatem, &c. l. 9. ff. de ſuis & legit. hæred.

Quo † autem modo, quove ordine legiti- 8
ma hæreditas olim ante principum conſtitutiones deferebatur, & obueniret, tradit præ ceteris Vlpia. in Inſtit. tit. 26. de legitimis hæredib. & in l. 1. l. 2. l. 3. ff. de ſuis & legit. De quibus ſingulis ſuo loco, & ordine dicemus: ſicuti quoque Prætor in bonorum poſſeſſione ſucceſſionem ab inteſtato, in plures partes diuiſit: fecit enim gradus varios: primum liberorum, ſecundum legitimorum, tertium cognatorum: deinde viri & vxoris, l. 1. in princ. ff. ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt. De quibus ſeparatim in titulis lib. 38. Pandect. vnde liberi, vnde legitimi, & vnde agnati, vnde cognati, vnde vir & vxor.

CAPVT XXII.

Diuiſiones communes vtriſque hæredibus.

SVMMARIA.

1 *Sanguinis appellatio pro conſanguinitate, & iure conſanguinitatis in iure eſt.*
2 *Sanguinis hæredes ſunt, qui cognati vel agnati exiſtunt.*
3 *Hæredes hæreditatis, ſunt extranei extra conſanguinitatem.*

Haeredes tam teſtamentarij, quàm ab inteſtato ſunt, aut ſanguinis, aut hæredita-
tis. Diuiſio hęc vt intelligatur, vſitata eſt, † ſan- 1
guinis in iure noſtro appellatio, quæ pro conſanguinitate, vel iure conſanguinitatis accipitur: ſic Cicero libr. 2. de Inuentione: pietatem quæ erga patriam, aut parentes, aut alios ſanguine coniunctos officiū conſeruare monet. Et pro Roſcio Amerino: Magnam vim, magnam

magnam neceſſitatem, magnam religionem poſſidet, paternus, maternusque ſanguis, & Quint. lib. 8. cap. 3. vt medici abalienare inorbis membra præcidunt, ita turpes ac pernitioſos, etiamſi nobis ſanguine cohæreant, amputandos: & Vergil.

Troiano à ſanguine duci
Italiam regeret: genus alto à ſanguine Teucri
Proderet. Ac totum ſub leges mitteret orbem.

Et lib. 2.

Hortamur fari, quo ſanguine cretus.
Quidve ferat memoret, quæ ſit fiducia capto.

Hinc Pomponius ait: Iura ſanguinis, nullo iure ciuili dirimi poſſunt. l. 8. ff. de reg. iu. Et Paulus: Adoptio non ius ſanguinis, ſed ius agnationis affert. l. qui in adoptionem. 23. ff. de adoptio. Et Vlpian. Si minor annis viginti manumittit, huiuſmodi ſolent cauſæ manumiſſionis recipi, ſi filius, filia ve, frater, ſororve naturalis ſit, vel ſi ſanguine eum contingit: habetur enim ratio cognationis, l. 11. & 12. ff. de manumiſſ. vindict. Et iterum Vlpian. Largius tẽpus parentibus, liberiſque petendæ bonorum poſſeſſionis tribuitur in honorem ſanguinis, quia arctandi nõ erant, qui penè ad bona propria veniunt, l. 1. § largius. ff. de ſucceſſ. edicto. Sic quoq; Caius ait: Proconſulem naturali æquitate motum omnibus cognatis permittere bonorum poſſeſſionem, quos ſanguinis ratio vocat ad hæreditatem, licet iure ciuili deficiant. l. 2 ff. vnde cognati. Inde etiam conſanguinei, & ius conſanguinitatis. l. 5. ff. vnde legitimi. l. ſi ſpurius. 4 ff. vnde cognati.

2 Hæredes † itaque ſanguinis dicuntur, qui cognati ſunt, ſiue conſanguinei, vel adgnati,
3 ſiue cognati ſint. Hæredes † verò hæreditatis, vel bonorum, ſunt extranei, vel teſtamento inſtituti vel ab inteſtato, citra cognationẽ naturalem, vel ciuilem, vel vtranque coniunctã, ſuccedentes: cuius generis ſunt. Patronus in bonis liberti: Fiſcus, & ſimiles hæredes anomali. de quibus ſuo loco.

CAPVT XXIII.

Quæſtionis eſt, an appellatio hæredum in dubio reſtringatur & coarctetur ad hæredes ſanguinis, an ad extraneos quoq; pertineat.

SVMMARIA.

1 *Hæredis appellatio ad omnes ſucceſſores pertinet.*
2 *Hæredum appellatio ad ſolos ſanguinis hæredes quando reſtringatur, nu. 14. 24. 25. & 26.*
3 *Feudum conceſſum alicui & ſuis hæredibus, ad maſculos ſãguinis extendi.*
4 *Emphyteuſis accepta pro ſe, deſcendentibus & hæredib. ad ſanguinis hæredes pertinere.*
5 *Emphyteuſin eccleſiaſticam alicui & hæredibus conceſſam, extraneos non admittere. Limita, vt n. 12. & 13.*
6 *Emphyteuſin eccleſiaſticam vltra tertiam generationem nõ extendi, & nu. 7.*
8 *Caſus à lege homine & commiſſus, pro omiſſo cenſetur, relatiuè.*
9 *Vſusfructu hæredi, alij fundo legato, cum hærede vſumfructum extingui.*
10 *Intellectus § licentiam. Nouel. de alienat. & emphyt.*
11 *Dictionis perpetuo intellectus.*
14 *Dictio ſuos hæredes, an excludat extraneos. nu. 16. & 17.*
15 *Generali verbo adiunctum ſpeciale, reſtringitur ad ſpeciem.*
17 *Dictio, ſuos, comprehendit ſanguine nobis iunctos.*
18 *Dictio maſculorum, adiecta vocabulo hæredis, extraneos excludit.*
19 *Qualitas maſculinitatis diſpoſitioni adiecta cenſetur fauore familiæ adiecta.*
Idem in teſtamentis. 22.
20 *Extenſio fit in correctorijs, cum fauore familiæ conſeruandæ ſubeſt.*
21 *Statutum excluſiuum fœminarum, includit nepotes ex filio.*
23 *Maſculorum dictio geminata, coniecturam facit conſeruandæ familiæ.*
24 *Dictio legitimi adiecta hæredi, excludit extraneos.*
25 *Hæredis Hæredumve appellatio denotat cõtinuationem deſcendentium in infinitum.*
26 *Conditio ſi ſine hærede, continet hæredes ſanguinis tantùm.*
27 *Dictio, ſuis hæredibus, in contractu inter viuos, intelligitur de liberis ſeu hæredibus primum locum tenentibus.*

QVæſtio hęc varijs diſtinctionibus implicatur, & obſcuratur. Eſt enim vna ex ijs, quæ in ſtatu coniecturali verſantur, & vbi ex coniecturis & argumentis mens & voluntas diſponentium elicienda ac colligenda eſt. Eoque magis. Nam vt Vlpia. ait: hæredis † appel- 1
latio non ſolùm ad proximum hæredem, ſed & ad vlteriores hæredes refertur. Nam & hæredis hæres, & deinceps, hæredis appellatione cõtinentur. l. hæredis appellatio. 65. ff. de verb. ſign. Et iterum Vlpia. Hęredis appellatione omnes ſignificari ſucceſſores credendũ eſt, etſi verbis non ſint expreſſi. l. hęredis appellatiõe. ff. eod. tit. Et Paulus: ſciendum eſt hæredem etiam per multas ſucceſſiones accipi. l. 70. ff. eo. cum ſimil. Sed tamen ſemotis hiſce, ratio docet, appellationem hæredum generalem certis quibuſdam caſibus ad ſolos ſanguinis hæredes reſtringi & coarctari oportere.

Primò † quidem ex materia ipſius rei, ſuper 2
qua diſponitur Quotiens, videlicet, res ex ſua ſubſtantia & natura non tranſit ad extraneum, ſed ad ſolum hæredem ſanguinis Vulgatum eſt enim axioma noſtrorum, quãdo verbum hæres profertur in materia, quæ ſui natura non eſt tranſmiſſibilis, vel tranſitoria, niſi ad hæredes ſanguinis, tum appellatione hæredum extranei minimè compræhenduntur, gloſſ. Bartol. Bald Caſtrenſis, Aretin. Socinus, in l. Gallus. § etiamſi parente, & ibi Iaſon nume. 16. ff. de liberis & poſthum. Canoniſtæ in in c in præſentia, extr. de probat. & nouiſſimè Gabrielius in communibus opinionib. lib. 6. concluſ. 2. Hęredis appellatione venit tam ſuus, quàm extraneus, in 2. limit. num. 7. Porrius in commun. opin. lib. 4. concl. 40. in 2. limita.

Cuius

3 Cuius generis eſt, primò feudum.† Hoc enim
conceſſum alicui & hæredibus ſuis, ad hære-
des ſanguinis maſculos, tam deſcendentes
quàm agnatos, excluſis fęminis, ſolummodò
pertinet. tit. de his qui feudum dare poſſunt,
tit. de alienatione feudi. tit. de gradib. ſucce-
dendi in feudo. tit. de duob fratribus à capita-
neo inueſtitis. tit. de lege Corradi. De qua re
nos in tract. de ſucceſſione feudi, & nouiſſi-
mè Gabrielius d. lib. 6 concluſ. a. num. 7.
4 Secundò eiuſdem † generis eſt emphyteu-
ſis. Hæc enim accepta pro ſe, deſcendentibus,
& hæredibus, ad ſolos hæredes ſanguinis per-
tinet, nec ad extraneos tranſit. Bartolus in l.
vt iuriſiurandi. ff. de operis libertorum. Bald.
in l. 1. num. 5. C. de iure emphyt. Imola in c. po
tuit, colum. penultim. extr. de locato. Pariſius
conſ. 48. num. 10. libro 4. communem eſſe re-
ferens Berous conſi. 95. numer. 3 lib. 1. vt conſi.
73. num. 7. libro 1. Burſatus in conſi. Aurelius
Corbulus in tractatu de iure Emphyteutico,
cap. 7. num. 5.
5 Quod in † emphyteuſi Eccleſiaſtica, com-
muni ſuffragio receptaque ſententia obtinu-
it. Eccleſiaſtica namque emphyteuſis pro ſti-
pulante, & hæredibus conceſſa extraneorum
hæredum ſucceſſionem non admittit. Quin-
6 immò † ad tertiam ſanguinis generationem
ſolummodò producitur. Ex Conſtitutione
Iuſtiniani. authen. de non alienandis, aut per-
mutandis reb. Eccleſiaſticis. § emphyteuſin
autem, inquit, ſiue in ſanctiſſima maiore Ec-
cleſia, ſiue in omnibus reliquis adorandis fie-
ri ſinimus, & in accipientis perſona, & in duo
bus eiuſdem perſonæ hæredibus deinceps fili-
is tantum ſolis maſculis, aut fœminis, aut ne-
potibus vtriuſque naturæ, aut vxore, & viro,
& hoc videlicet de vxore, & viro expreſſim
nominetur. Alioquin non tranſire ad aliquē
alterum hæredem, ſed vſque ad ſolam vitam
percipientium, ſtandum, niſi filios aut nepo-
tes habuerint.

Vnde pro certo, & conſtanti axiomate tra
ditur, emphyteuſin Eccleſiaſticam receptam
pro ſe & hęredibus, ſiue cum ſolennitate, ſiue
ſine ſolennitate, nunquam tranſire ad extra-
neos hæredes, ſed ad filios, & nepotes recipiē-
tis tantum.

Accurſius, Bartol. Pontanus, Angelus, Ale-
xander, & cæteri in l. etiam. ff. ſoluto matri-
monio. Alexander in l. ſi patroni, colum. fi-
nali, ff. ad Trebellianum. Imola in l. ex facto.
§. fin. l. ff. ad Senatuſconſultum Trebellian.
Bartolus in l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff. de iureiu-
rand. & in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberti. ff. de iu-
reiurand. & in l. Gallus. §. quidem rectè. ff. de
liberis & poſthumis. & in l. quod dicitur. ff.
de verborum obligationib. & idem Bartolus
in l. ſecunda, C. de ſuis & legitimis, & in l. aſ-
ſiduis. C. qui potiores in pignore habeantur.
Baldus in l. cum virum, C. de fideicommiſſ.
libert. & in l. vſufructu, ff. ſoluto matrimo-
nio.

Canoniſtæ, in c. in præſentia. & ibi Panor-
mitan. nume. 29. Felin. num. 27. Aretinus nu-
me. 56. Decius num. 44. & 48. Berous num. 359.
extr. de probationib. veteres, & recentiores in
c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, extr. de conſtitutio-
nibus. Speculator in titul. de locato. §. num a-
liqua. verſ. neque. Iaſon in d. l. Gallus. §. etiam
ſi ponente. num. 25. Calderin. in conſ. 6. tit. de
locato. Fulgoſ. conſ. 9 Cuman. conſ. 12. incip.
emphyteuta. Anchoran conſi. 134. in princip.
Alexander conſ. 89. num. 1. lib. 4. Pariſi. conſi.
97. num. 8. lib. 2. Carolus Ruinus conſi. 117. nu-
me. 1. & conſi. 158. num. 3. & 4. & conſi. 164. nu-
me. 6. 8. 9. 11. & per totum, & conſi. 163. num. 2.
lib. 1. & conſi. 109. num. 30. lib. 3. & conſi. 68. nu-
me. 10. & conſ. 23. num. 34. lib. 5. Curtius iun.
conſi. 130. num. 2. & 3. Gratus infinita adducēs,
conſ. 55 num. 7. & 8. libro 1. & conſi. 128. nume.
1. lib. 2. Socinus iun. conſi. 71. num. 31. libro 1.
Corneus conſi. 181 colum. 2. libr. 2. Riminald.
conſ. 245. num. 13. libro 2. & conſi. 437. num. 4.
libro 3. Decius conſ. 171. colum. 1. libro 1. Ce-
phalus conſ. 699. num. 4. lib. 5. Iacobus Porrius
conſi. 141. in prima concluſione. Burſatus cō-
ſi. 48. nu. 22. lib. 1. Rolandus à Valle conſi. 96.
num 4. lib 1.

Poſt conſulentes, & Doctores idem Dida-
cus Couarruuias variarum Reſolutionum li-
bro 2. cap. 17. num 5. in ſecunda concluſ. tradi
dit Titius in verbo, emphyteuta, incip. regula
eſt, tenentem communem opinionem, em-
phyteuſin conceſſam ſimpliciter pro ſe, & hæ
redibus, ab eccleſia, non porrigi ad hæredes
extraneos. Et Zoares in theſauro receptarum
ſententiarum, num. 50. & 51. Villalobos in cō-
munibus opinionibus, in litera E. nume. 57. &
58. Iulius Clarus in receptis ſententijs. §. em-
phyteuſis. Laurentius Kirchouius in commu-
nibus opinionibus, Centur. 2. concluſ. 4. & ſe-
quen. & concluſ. 41. Michael Graſſus commu.
opin. lib. 1. cap. 18.

Poſt cōmuniſtas nouiſſimè Simon de Pre-
tis, de interpretatione vltimarum voluntatū,
lib. 3. ſolutione 2. nu. 7. verſ. nam ſi concedens
eſt Eccleſia emphyteuſis ab ea recepta non
tranſit ad extraneos. Et poſt Simonem Aure-
lius Corbulus in tract. de iure emphyteut cap.
7. num. 5.

Quæ ſententia inſigni † ratione ſuſtinetur; 7
cum contractus emphyteuticus ſtricti iuris
ſit, & idcirco, quod omiſſum eſt verbis, ani-
mo quoque prætermiſſum cenſetur, l. quid-
quid adſtringendæ, ff. de verborum obligatio-
nib. cum ſimilibus. De quibus Tyraquellus
in tractatu de Primogenitura, quæſtione 40.
numero 194. vbi vniuerſalem tradit regu-
lam.

8 Caſus omiſſus † ſiue à lege, ſiue à canone, ſi-
ue à ſtatuto, vel conſuetudine, ſiue à teſtatore,
ſiue à contrahentibus, ſiue à Principe, ſiue à iu
dice, aut alio ſuperiore aliquid decernente, ſi-
ue ab arbitro, vel arbitrante, ſiue ab impetran
te, ſiue ab appellante, ſiue à dante procurato-
rem, ſiue ab actore, pro omiſſo habetur, aut ho
ritatibus ab eodem Tyraquello ibid. relatis,
quare cùm verbum, hæredibus, pro deſcen-
dentibus ſanguinis capi poſſit, & etiam pro
extraneis, ambigua hæc verborum conceptio
in Eccleſiæ fauorem regulæ ipſi imminentis,
interpretari debet, vt extraneos hæredes non
compræhendat, præſertim verò quod alias a-
pud Eccleſiam prorſus inutile remaneret do-
minium, & nunquam ad Eccleſiam reuerte-
retur.

9 Quòd etiam in † vſuſfructu improbauit an-
tiquitas, & Iuſtinianus rationabile exiſtima-
uit, nempè ſundo legato, ſaluo hæredi vſufru-
ctu, legatum firmum eſſe, & talem vſumfru-
ctum vnà cum hærede finiri: & illo morien-
te, vel alijs legitimis modis eum amittente,
expirare, l. antiquitas 14. C. de vſufruct. & ha-
bitatione. Idque magis obtinet fauore Eccle-
ſiæ, argumen. l. ſunt perſonæ, ff. de religioſis,
& ſumptibus funer. notatur in authent. ſimi-
liter, C ad legem Falcidiam. bona enim ipſius
Dei, & pauperum eſſe exiſtimantur, l. fin. ibi,
vt inter diuinum, & ibi Bald nume. 3. C. de ſa-
croſanct. eccleſijs. c. fin. 16. quæſt. 1. c. ſimiliter,
c. conuenior, c. videntes. 23. quæſt. 8. c. aurum.
c. gloria. 12. quæſt. 2.

10 Neque facit negotium huic axiomati: Au-
then. de alienat. & emphyteuſi. §. licentiam.
quod Iuſtinianus alibi ſancit, res Eccleſię poſ-
ſe dari in emphyteuſim perpetuam. Id enim,
vt Didacus ait, intelligitur iuxta formam iꝰ.
11 emphyteuſim. † vt perpetua intelligatur ad
tertiam vſq; generationem, prout etiam Go-
zadinus conciliat.

Quam interpretationem dictionis, perpe-
tui, etiam iuxta formam iuris ciuilis de præ-
ſcriptione triginta & quadraginta annorum,
ſequitur Tyraquel in tract. de retractu ligna-
gier. §. 1. gloſſ. 10. num. 34. & in l. ſi vnquam, in
verbo, reuertatur, num. 30, C. de reuocand. do
natio. Ad quam tamen concluſionem excep-
tiones quædam & reſtrictiones adferri ſolẽt,
nempè niſi præcedente tractatu, & accedente
capitali conſenſu, & cæteris ſolennitatibus in
bonorum Eccleſiæ diſtractione requiſitis ad-
hibitis. Eccleſiaſtica emphyteuſis in perpetu-
um concedatur, & ea conditione, vt ad extra-
neos hæredes tranſeat. Si enim hoc caſu alie-
nationi ſubiacet, non mirum, ſi poſſit in em-
phyteuſim concedi, cum ſpes reſidua ſit, vtile
dominium cum directo dominio poſſe con-
ſolidari, & iterum congregari.

12 Deinde † niſi conceſſa, dataque ſit Titio, &
hæredibus quibuſcunque Iaſon poſt veteres
in d. l. Gallus. §. etiamſi parente, num. 17. verſi.
limita niſi adijceretur, ac nouiſſimè plurimo-
rum authoritates cumulans Antonius Ga-
brielius lib. 6. de verborum obligat. concluſ.
4. Hæredum appellatione propter dictionem
quibuſcunque, venit extraneus etiam in mate
ria non tranſitoria ad hæredes.

Prætereà, † niſi conceſſio facta ſit Titio, & 13
hæredibus, & quibus dederit. De quibus & ſi-
milibus interpretes, & conſulentes, ac Cano-
niſtæ in locis ſuprà allegatis. Et præter addu-
ctos nouiſſimè Portius in communib. opin. li
bro 2. concluſ. 41. concordantes per aliquot
paginas adducens.

Secundò, † hæredum appellatio ad ſolos 14
hæredes ſanguinis reſtringitur, ex mente, &
voluntate diſponentium, vel contrahentium
deſumpta. veluti ſi appellationi hæredis, vel
hęredum, adiecta ſit dictio, ſuorum. putà, teſta
tor inſtituto hæredi, ſubſtituit ſuos hæredes.
Hæc ſanè dictio, ſuos, ad hæredes ſanguinis
pertinet, extraneoſque excludit. Bald in titul.
de natura ſucceſſionis in feudo, vbi mouet
hanc quæſtionem Generale enim verbum, ſi 15
aliqua diſpoſitione adiectum, & coniunctum
ſpeciei, ſeu alicui verbo ſpeciali, reſtringitur
ad ſpeciem à ſua generali ſignificatione, l. fin.
ff. de tritico, vino, & oleo legat. l. herus vrba-
nus. l. cum quæreretur. §. 1. ff. de legat. 3. Ita pro-
pter verbum, ſuos, videntur ſui tantùm ſub-
ſtituti, & non extranei. per dictionem, ſuos, hę
redum appellatio, quæ generalis eſt. l ſciendũ.
l. hæredis appellatione. l. ex illa parte. ff. de ver-
borum ſignific. Sic etiam Speculator in titu-
lo de teſtamentis §. in primis. verſi. fin. ſcribit
quod nomen hęredis poſitum in ſubſtitutio-
ne per vltimam voluntatem, non ſignificet
alios quam deſcendentes, ſecus in contracti-
bus, ſequitur Guido Papæ quæſt. 306. incip. Ge-
nerale.

A qua tamen ſententia plurimi receſſerũt, 16
& dictionem, ſuos, in materia tranſmiſſibili
comprehendere extraneos quoque putarunt,
quemadmodum pro regula tradit Iaſon poſt
veteres in dicta l Gallus § etiamſi parente, nu
me. 12. Inquiens regulariter appellatione ſuo-
rum hæredum veniunt etiam quilibet extra-
nei hæredes.

Quod procedit etiamſi dictio, ſuis, vel tuis,
vel veſtris, proferatur ſimpliciter abſque di-
ctione hæredibus, vt quia donatur, vel conce-
ditur Titio, & ſuis, vel vendo, & dono tibi, &
tuis. Regulariter enim intelligitur de hæredi-
bus & etiam extraneis, ſubijcit idem Iaſon
quinque limitationes, vt ibi per eum à num. 13
vſque ad num. 25. Quod ante Iaſonem pluri-
mi magni nominis, magnæque authoritatis
viri tradiderunt, quos longa ſerie enumerat
Iacobus Philippus Portius in communib. opi
nionibus,

nionibus lib.4.concluſ.40.ampliatione 1.quę tranſcripta eſt ex Gabrielio lib.6.de verbor.ſignif.concluſ.2.num.2.

17 Quamuis † autem magno applauſu ſententia hæc à multis pro recepta habeatur. Exiſtimauerim tamen plurimum illos hallucinatos, lapſoſque fuiſſe. Nam recepti iuris eſt ſuos dici, qui ſunt cognatione nobis iuncti. Sic Gordianus, non prohibentur milites accuſationem, quæ publici iudicij inſtar obtineat, intendere, ſi ſuam, ſuorumque iniuriam exequantur. Ideoq; conſobrini tui necem defendere tibi permittimus. l. nô prohibentur.8.C. de his qui accuſare non poſſunt. Et Impp. Diocletianus & Maximinianus. De crimine quod publicorum fuerit iudiciorum, mulieri accuſare non permittitur, niſi certis ex cauſis, id eſt, niſi ſuam ſuorumque perſequatur iniuriam, ſecundùm antiqui iuris ſtatuta tantum, de quibus ſpecialiter ei conceſſum eſt, non exacta ſubſcriptione. l.12. C.eodem. Et Valentinianus, & Valens, & Gratianus: Neganda eſt accuſatis, qui non ſuas ſuorumq; iniurias exequuntur, licentia criminandi, in pari vel minori crimine.l.19.C.eod.

Et iterum Diocletianus & Maximinianus: Si fœmina ſuam ſuorumque iniuriam exequatur, cum ipſa, pacto contra veritum deſtitiſſe profiteatur, in Senatuſconſulti Turpiliani pœnam eam incidiſſe, certi iuris eſt. l. 5. C. ad S.C.Turpil.

Non enim eſt permiſſum mulieri, Pomponius ad Sabinum ſcribit, publico iudicio, quẽquam reum facere, niſi ſcilicet parentum, liberorumque, & patroni & patronæ, & eorum filij filiæve nepotis neptiſve mortem exequatur. l.1. ff.de accuſationib. quo etiam pertinet Papiniani locus certis ex cauſis conceſſa eſt mulieribus publica accuſatio: veluti, ſi mortem exequantur eorum, earumve, in quos ex lege teſtimoniorum publicorum inuitæ non non dicunt.l. 2. ff. de accuſationibus. Lege enim Iulia iudiciorum publicorum cauetur, ne inuito denuncietur, vt teſtimonium litis dicat aduerſus ſocerum, generum, vitricum, priuignum, ſobrinum, ſobrinam, ſobrino; ſobrina ve natam, &c. Ita Paulus ſub. l. 4. ff. de teſtibus.

Quo etiam ſenſu accipitur dictio, tua, vel tuorum. Gordianus: Si crimen ad tuam, tuorumque iniuriam pertinens exæquaris, ſolennibus te inſcriptionibus adſtringe, &c. l. 10. C. de his qui accuſare non poſſunt. Sic etiam Vlpianus interpretatur ſuos ſeruos, & ſuas ancillas, cum iure ancillæ ſiue ſerui in teſtamento ſcribuntur, hi deſignati videntur, quos paterfamilias ſeruorum ſuorum numero habuit.

Et idem Vlpianus: ſeruos autem ſuos, vel ancillas accipimus, qui ſunt pleno iure teſtantis, inter quos fructuarij non continebuntur, ſed qui bona fide teſtatori ſeruiunt. Suorum appellatione magis eſt, vt contineantur, ſi modo ſuorum appellatione eos, quos ſuorum numero habuit, noluit contineri. l. 71. & 73. ff. de legatis 3. Et Pomponius: ſi quis ſeruos ſuos legauit, communes quoque continentur, & in quibus vſusfructus alienus ſit, l. 74.ff.eod.

Et generaliter Paulus, eadem in omnibus rebus, quas ſuas quis legauerit, dicenda ſunt, l.72.ff.eodem. Præſertim verò, cum ſui hæredes dicantur liberi in poteſtate poſiti, ſuos hęredes, inquit Vlpianus, accipere debemus, filios, filias, ſiue naturales, ſiue adoptiuos. l. 1. §. ſuos. ff. de ſuis & legitimis hæredib. Et Calliſtratus liberorum appellatione: nepotes, & pronepotes, cæterique qui ex his deſcendunt, continentur: hos enim omnes ſuorum appellatione, lex duodecim Tabularum compræhendit. Et Caius libro ſecundo Inſtitutionum, titul.8. Sui hæredes ſunt filius, filia. Nepos, vel neptis, pronepos, proneptis. Ex nepote, & omnes per virilem ſexum deſcendentes, de quo in titul. ff. & C. de ſuis & legitimis hæredib.

Ad hanc itaque ſignificationem, dictio ſuorum, quantum fieri poteſt, maximè applicari & referri debet. Nempè ad hæredes ſanguinis, qui & familiæ hæredes, & domeſtici hæredes quandoque appellantur. Ex quibus prudentum reſponſis, & Principum reſcriptis manifeſtum eſt. Dictionem, ſuorum, tam in legatis, quàm in contractibus ad ſanguinis hæredes ſolummodò pertinere, excluſis prorſus, repudiatiſque extraneis hæredibus.

Huc etiam pertinet, ſi dictioni, hæredum, 18
appoſita addiraq; ſit qualitas maſculinitatis: veluti, concedo tibi, & tuis hæredibus maſculis. Item lego, do tibi, & tuis hæredibus maſculis. Dictio enim maſculorum, adiecta dictioni, hæredum, de proximo deſcendente intelligitur, non de extraneis. Bartol. Bald. Caſtrenſ. Alexander, Aretinus, Socinus etiam In d. §. etiãſi viuente parente, & ibi Iaſon num.22. verſicul. vltrà Bartolum fallit. Simon de Prætis dicto libro tertio, ſolutione quinta, nume.11. referens conſilia Alexandri, Decij, Ruini, Crauettæ, Nattæ.

Cuius rei ratio in parato eſt, † quotiens e- 19
nim qualitas maſculinitatis in diſpoſitionibus adijcitur, tum ex tacita mente colligitur, hanc qualitatem ideo appoſitam, vt bona conſeruentur in familia, & conſequenter, vt dignitas & authoritas familiæ maneat, & retineatur ſalua, & ſarta argumento, l. vnica. C. de in ius vocando. l. maximum vitium. C. de liberis præteritis. l. pronunciatio. ff. de verborum ſignificationib. cum concordantibus re-

latis per Socinum conſi. 97. numer. 11. libro
quarto. Decius conſi.15.incip.& pro temp.co.
lum.3.& conſi.270.colum.penultim. & conſ.
318.quæ ratio tacita habetur pro expreſſa, glo.
& interpretes, in l. quamuis. C. de fideicom.
miſſis.

20 Vnde † etiam in materia correctoria fieri
extenſionem de perſona in perſonam com.
muniter obtinuit. Bald. & Salice. in dictà l.ve-
nia. Iaſon poſt veteres in l.2.§.1.colum.2.ff.de
in ius vocand. Caſtrenſ. conſ. 40. incip. præ-
ſens ſtatus,& conſi.262.incip.dico, quod Epi.
ſcopus, lib 6. Decius conſi.253.colum. final. &
conſ.372.ad finem col.

21 Argumento eius, † quod de ſtatuto exclu.
dēte fœminas exiſtētib. maſculis tradi ſolet:
licèt enim eiuſmodi ſtatutum corrigat, emen
detque ius commune, d.l.maximum vitium.
Nihilominus tamen extenditur ad nepotes,
quia ſtatutum excludens fœminas, habet hāc
vnicam rationem, ſcilicet propter conſeruā.
das familias, cùm hæ non minus per nepotes,
quàm filios conſeruentur, & in priſtino ſtatu
retineantur.

22 Si itaque id verum eſt in ſtatutis, quæ aliàs
& ſua natura ſtrictè interpretanda ſunt: vulga
tis iuribus magis eſt, vt id dicamus in teſtamē.
tis, l. in teſtamentis. ff. de teſtam. De qua re co
pioſè Tiberius Decianus multos allegans cō-
ſi.33.num.88.lib.1. Ideoque maſculinitatis qua
litas, à teſtatore nominata, in poſitis in con-
ditione, operatur, vt omnes cenſeantur voca-
ti. Decius in l.1.in vltim. notabili, num. 16. C.
de pact.& conſ.270.colum.penultim. num.3.
& conſ.318.& conſi.516.num.11.& conſi.546.in
fine.& conſi.546.num.2.vbi dicit hanc conie-
cturam procedere, etiamſi talis qualitas maſ-
culinitatis non foret expreſſa per teſtatorem,
ſed tacitè ex coniecturis collecta. Idem Deci-
us conſi.574.num.6.& conſ.578.num.11.& cō.
ſi.87 vbi ait in ſpecie ita fuiſſe iudicatum, &
in idem Curtius in l.1.num.14.C.de pact. Ale-
xand. Rubeus conſi.28.num.6.& conſ.120. nu
me.3.& conſ.143.num.7. Gozadinus conſ.64.
num.7.& conſ.87.nume.15. Crauetta conſi.13.
num.2.& conſi.62.num.15.& conſ.116. Gratus
conſi.48.num.16.& 17.lib.1.& conſ.31.num.18.
& conſ.89.in prin.

23 In primis verò id obtinet, † ſi dictio maſcu
lorum inueniatur geminata. Idem Gratus cō-
ſi.101.num.20.& conſi.fin.num.48.lib. 2. Ca-
rolus Ruin. conſil.141.nu.5.& 110.num.15. lib.
2. Alciatus conſi. 485. num. 6. Socinus iunior
conſi.65.num.64.& conſi.111.num.29.lib. j. &
conſi.141.num.11.& ſeq. & conſi. 151.num.12.
lib.2.& conſi.146.num.37.lib. 3. Alban. conſi.
86.num.11. & conſi.87.nume. 11. Patiſius con.
ſil 37.nume.31.& conſil.41.nume.68. & conſi.
71.& conſi.57.num.18.& conſi.63.num. 29. lib.
2.& conſ.5.colum.penult.lib.3.& Boer. deciſ.
155.num.25.& 29. Guido Papæ quæſt. 184. com-
munem teſtatur Cephalus conſ.251. & nouiſ-
ſimè Iacob. Philip. Portius conſi 46.nume. 15.
pro & contra rem hanc diſputans, & magis
communem eſſe aſſerens Burſatus conſi.j.nu.
36 & num.38.lib.j. Tiberius Decianus reſpon.
ſo 33.num.88.& reſp.4j.num.27.libr. j. & reſp.
88.num.60.lib.2. Brunus in tract. quod ſtantib.
maſculis artic.princ.13.nume. 27. Quæ conie-
ctura conſeruationis familiarum per maſcu.
los non tantùm in teſtamentis, ſed etiam in
contractibus obtinet. Decius d. conſ.578.nu.
me.xj.in fine.per notata Bartol.in l.2.§.viden
dum.ff.ad S C.Tertyl.

Tertiò † idem traditum, reſponſumque ex. 24
tat, ſi appellationi hæredum adijciatur dictio
legitimorum: legitimi enim hæredes propriè
dicuntur illi, qui ab inteſtato ſuccedunt, titul.
Pandect. de ſuis & legitimis hæredib. & ibi. l.
2.§.legitima hæreditas,& l.3.§.libertum. in fi-
ne ibi, ad legitimam hæreditatem. l.4.in prin
cip.ibi, legitimæ hæreditatis ius. l.5. In fin. ibi,
adire legitimam hæreditatem. l.9. in princ. ſi
ex pluribus legitimis hæredibus, & l. 10. & 11.
& tit. Cod. de ſuis & legitim. liberis. & Vlpia.
nus in fragmentis, tit. de legitimis hæredibus.
& infinitis alijs, prout ſuprà in capite, Legiti.
ma hæreditas quæ propriè dicatur, latè dedu.
ctum eſt. Simon de Prætis multos citans in d.
tract. de interpretatione vltimarum volunta.
tum, libro 3. ſolut.5.num. 12. & Iacobus Porti.
us in communib. opinio. lib.4. concluſ.40. in
3. limitat. in fine. & Gabriel. dicto libro ſexto,
concluſ.2.

Quartò, † hæredis hæredumve appellatio- 25
nem ſolis hæredibus ſanguinis conuenire,
nec extraneos contineri, ex interpretatione
verborum, hæredum in hæredem communi
ſuffragio ſtatuitur: nam hæc verba denotant
continuationem quandam de deſcendente,
in deſcendentem in infinitum. Ruinus conſi.
clj.colum.4.num.7.lib.2. Socinus conſ.57. co-
lum.3.libro 3. quæ ſententia veriſſima eſt, ſi in
diſpoſitione aliqua facta fuerit mentio deſcē-
dentium, vel prohibitiò ſit, ne alienarentur
bona, vel ſimilis coniectura adſit, prout latiſ-
ſimè,& multis argumentis comprobat Deci-
us conſi.38.num.5. verſicu. ſed tamen his non
obſtātibus, lib.1. Simon de Prætis in præcitata
ſolut.5.num. 16. lib. 3. de interpretatione vlti-
marum voluntatum.

Quintò † continetur appellatione heredis 26
ſolus ſanguinis hæres, in conditione: ſi quis
deceſſerit ſine hærede. Nam nemo ſine hære-
de moritur, ideoque conditio hæc ſine hære-
de intelligitur, ſine liberis, aliàs enim nun-
quam fieret locus fideicommiſſo, & ſic fru.
ſtratoria eſſet voluntas teſtatoris, l. ex facto.§.
final. ff. ad Senatuſconſultum Trebellian. &
ibi gloſſ.& Doct.& in l. Gallus.§.etiamſi parē-
te, ff.

te,ff de liber & poſthumis. Pauormitan. in c. in præſentia,num.25. Decius num.48. extr.de probationib. Caſtrenſ.conſ.453.lib.2.Cuman. conſi.125.in princ. Corneus conſ.272. libro 4. Pariſius conſ.89. colum. 2. libro 2. Quemadmodum ſimiliter idem conſtituitur de conditione: ſi deceſſerit ſine hæredibus, & ſucceſſoribus, vel ſine hæredibus quibuſcunque. Quãtumuis enim hæc verba generalia ſint, attamen ne conditio videatur fruſtrà adiecta, & & aliquando locus fieri poſſit, vel ſubſtitutioni, vel fideicommiſſo, interpretatio facienda eſt de liberis, gloſſ. & Doct. in d.l.ex facto.§.final.& in d.l.Gallus.§.etiamſi Generalitas enim vt euitetur abſurdum, reſtringenda & coarctanda eſt ad caſum, quo conditio euenire, & exiſtere poteſt. Quo etiam pertinet ſi prohibitio facta ſit, ne hæredes bona extra familiã alienent. Hac enim prohibitione comprchẽduntur tantum hæredes ſanguinis: nec enim extranei familiæ nomine continentur, l.pronunciatio, ff. de verborum ſignifica. nec euincere alienata poſſunt, l. vendicantem. ff. de euictionib. & nomen hæredis in prærogatiua poſitum intelligitur de hærede ſanguinis: Ita ex facto reſpondit Bald.conſ.283. incip. verba teſtamenti. lib.2 Socin.conſ.57.colum.3.lib.3. & conſ.149.colum.8.lib.2. Decius conſ.38. colum.5. Aymon conſ.131.num 9. Berous conſi. 110.num.46.& ſeq.lib.2. Prætis d.libro 3.ſolut. 5.num.32.

27 Quando verba, † hæredibus ſuis, referuntur ad tempus vitæ illius, cui ſit conceſſio: putà, quia alicui & ſuis hęredibus in eius vita, vel quouſque vixerit, cum enim viuus non poſſit habere hæredem, & viuentis nulla ſit hæreditas, verba hæc intelliguntur de filijs, & liberis tenentibus primum locum, qui viuo patre dicuntur ſui hæredes. Ita poſt veteres Iaſon in d l.Gallus.§ etiamſi.nu.13.verſi. fallit primò. ff.de liberis & poſthum. Antonius Gabrielius d.lib.6.de verb.ſignif.concluſ 2.num 6. verſi. primò limita. Et Portius trãſeribens concluſ. 40.lib.4. Simon de Prætis plurimos aggregãs in tract.de interpretatione vltimarum voluntatum lib.3 ſolut.5.num.4.

CAPVT XXIV.

Poſſeſsio bonorum quid ſit.

SVMMARIA.

1 *Bonorum poſſeßio quid.*
2 *Dictio, ius, in definitione bonorum poſſeßionis, quid denotet.*
3 *Decij opinio quæ.*
4 *Barbatij diuerſa ſententia.*
5 *Zuchardi opinio, quid ius denotet in definitione bonorum poſſeſſ.*
6 *Hyppol.Riminal. ſententia contra recentiores.*
7 *Accurſij opinio ab authore defenſa, ſuper ſignificatu verbi, iuris, in definitione bon.poſſ poſiti.*
8 *Succeßio bonorum poſt mortem, duplici via quæritur.*
9 *Prætores multa contra & præter rigorem iuris ciuilis introduxerunt.*
10 *Bonorum poſſeßio, vti & hæreditas, vniuerſitatem iuris importat.*
11 *Bonorum poſſeßio, à poſſeßione rerum diſtat.*

SVprà admonui, vniuerſalem ſucceſſionẽ aut de iure Ciuili deferri, & hæreditatem appellari, aut de iure prætorio, & bonorum poſſeſſionem dici. Quia igitur hæreditatis definitionem tractauimus, pauca quædam de bonorum poſſeſſione dicemus, poſtulanteq́ id rei ſuſceptæ tractandæq́; ordine.

Bonorum † itaque poſſeſſionem rectè definiri, ait Vlpian. vt ſit ius perſequendi retinendiq́; patrimonij, ſiue rei, quæ cuiuſcunq; cum moritur, fuit. l.3.§.bonorum poſſeſſio. ff. de bonor. poſſeſſ. Vocabulum † iuris in hac definitione, multiplici ſubtiliq́; diſputatiõi cauſam præbuit, intelligendumne ſit de iure quo proſequimur patrimonium, an propter quod per ſequimur. Accurſius in Rubric. C.qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſint, & d.l.3.§. bonorum autem, exiſtimat ius eſſe propter quod proſequimur & retinemus patrimonium: bonorum verò poſſeſſoriam hæreditatis petitionem ius eſſe, quo perſequimur, & retinemus patrimonium, veluti in ſimili dominium eſt ius, propter quod proſequor tẽ meam, quia poſſideo domum quæ mea eſt, domi nium quod habeo in domo illa, eſt ius propter quod proſequor rem meam Sed rei vendi catio quæ ex hoc dominio oritur, eſt ius, quo perſequor. Quam quidem Accurſij opinionẽ plerique interpretum ſequuntur. 1 2

Ab hac tamen communi opinione Decius ſeceſſionẽ facit, † exiſtimat enim ius eſſe, quo perſequimur. Adducit huius ſuæ opinionis fundamenta plurima in Rubr. C.qui admitti ad bon.poſſeſſ. poſſunt. nu.xi. in ; lectura, quę à Ioan.Marian. Riminaldo tranſcripſit in d.rubri.C.qui admitti. quam Decij diſputationem eruditè & ingenioſè refellit Hypp. Riminal. ibidem num.185 vſque ad num.199. breuitatis cauſa lectorem eò remitto. 3

Vtraque † hac opinione repudiata, putat Andr. Barbat. erraſſe interpretes vnà cum Vlpiano, quod bonorum poſſeſſio ſit ius, verius enim eſſe, ſi bonorum poſſeſſio iuris beneficium dicatur, per text. in l.nulla. ff. de legib. vbi ius rigor appellatur: benignitas autem, beneficium iuris, & text. in l. vnica, C.quando nõ petentium partes. Definit itaque vt ſit beneficiũ ſuccedendi in vniuerſum ius quod defunctus habuit à prætore inuentum in d.rub. C.qui admitti ad bon.poſſ. poſſint, num.36. 4

Quartam opinionem † adfert Hubertinus Zuchardus ibidem nu.55 & ait, bonorum poſſeſſionem dicere tantum eſt, quantum dicere poſſeſſionem hęreditatis: quia in hoc loco bo- 5

na capiũtur pro ſucceſſione in vniuerſum ius
defuncti d.l 3 § bonorum, & iſta ſucceſſio eſt
hæreditas,l.nihil.24 ff.de verb. ſign. Ideoque
cum bonorum poſſeſſio,ſit poſſeſſio hęredita
tis, & hæreditas ſit ſucceſſio in vniuerſum ius
defuncti.d.l.nihil alind,ſequi putat: quod bo.
norũ poſſeſſio ſit ius perſequendi,retinendiq́;
patrimonij. Quæ verba compendioſè,inquit,
important, quod bonorũ poſſeſſio ſit ius per.
ſequendi & poſſidendi hæreditatem,ſiue ſuc-
ceſſionem vniuerſalem defuncti, latè decla-
rat num.56.& ſeq.

6 Omnium † horum opinionibus repudia-
tis,Hyppol.Riminal.amplectitur Dyni & AL.
berici ſententiam, (quos, inquit, aut alij non
viderunt,aut videre noluerunt) nempè quod
bonorum poſſeſſio ſit ius perſequendi,retinẽ-
diq́ue patrimonii,hoc eſt,quia bonorum poſ-
ſeſſione mihi conceſſa, datur mihi ius perſe-
quendi contra detentores rerum hęreditaria-
rum,pariq́; modo,ſi poſſideo res hęreditarias
& moleſtor ab alio pro rebus, quas poſſideo,
datur mihi ius retentionis, per exceptionem
bonorũ poſſeſſionis agnitæ.l.inuitus.198. ver-
ſic.cui damus. ff.de regul. iur. vnde bonorum
poſſeſſio eſt facultas tam perſequendi patri-
monij contra poſſeſſores, quã retinendi caſu,
quo poſſideatur.Hyppol.igitur, licet Decij o-
pinionem refutare conetur, in eandem tamẽ
inclinare non obſcurè colligitur, cũ dicat eſſe
facultatẽ ius perſequendi: hoc eſt ius quo pro.
ſequimur,quo agimus contra poſſeſſores.

Accurſij opinio contra alios defenſa.

7 Ego in hac opinionum diuerſitate † nõ re-
cedendum puto ab Accurſij ſententia. Dico i-
gitur bonorum poſſeſſionem ius eſſe à præto-
re datum,quo in vniuerſum ius ſucceditur,&
acquiritur quaſi bonorum dominium,& vti.
lis in rem actio,vti in iure ciuili verum domi.
nium & directa actio.

8 Hæc definitio vt intelligatur,pauca pręmit
tenda ſunt. Duæ ſunt viæ per quas vniuerſalis
bonorum ſucceſſio poſt alicuius obitũ adqui.
ritur: vna de iure ciuili,per aditionem hæredi
tatis, altera de iure prætorio per bonorũ poſ-
ſeſſionem,vel aditionem bonorum poſſeſſio
nis. Ea,quæ de iure ciuili eſt, ad hunc modum
ſe habet. Lex 12. tab. ius quoddam vniuerſale
introduxit,quod defunctum repræſentat, Ita
quidem,vt omnia iura tam actiua, quàm paſ-
ſiua,& vniuerſale dominium totius patrimo
nij defuncti includeretur, ſicut erat antea pe.
nes perſonam defuncti,dum viueret: & illud
ius appellauit hæreditatem,cuius definitio re
citatur à Iuriſconſult.in l.nihil aliud.24.ff.de
verb.ſignificat.& in l.hæreditas.63.ff.de regul.
iuris. poſtquam igitur hæres hæreditatem ac.
quiſiuit per aditionem, per conſequentiam,
acquiſita ſimul ei omnia iura cenſentur.

Altera via † ſuccedendi in vniuerſum ius 9
defuncti, eſt prætoria. cùm enim prætoribus
Romanis iuris dicendi poteſtas conceſſa eſ-
ſet interpretãdi,ſupplendi, vel corrigendi ius
ciuile,l.ius autem.7.§.ius prętoriũ.ff.de iuſt &
iur. In hac materia ſucceſſionis, quemadmo-
dum in plerisque alijs iuris partibus multa in-
troduxerunt contra & præter tenorem,vel ri-
gorem iuris ciuilis per edicta quæ in albo pro-
ponebant.l.2.§.eodem tempore.ff.de orig.iu-
ris. Quæ igitur lex 12.tabul. multas perſonas à
ſucceſſione repellebat,quas tamen admitten-
das prætor eſſe cenſuit ob æquitatem,ideò cõ-
tra rigorem legis 12. tabul.talibus perſonis lo-
cum fecit. Quemadmodum verò lex 12.tabul.
ius defunctum repræſentans hæreditatem vo
cat,ita prætor beneficium hoc bonorum poſ-
ſeſſionem appellauit,& † quemadmodum hę 10
reditas,vniuerſum ius defuncti eſt: ita bono-
rum poſſeſſio, etiam vniuerſitatem iuris im-
portat,& omnia iura tam actiua, quàm paſſi.
ua complectitur,d.§.bonorum poſſeſſio ſicut
hæreditas. l.hæreditatis appellatio. 119. ff. de
verbor.& tér.ſignif.l.2. & 3. ff. de bonor. poſſ.
Quo etiam modo I. C. expreſſè comparat hæ.
reditatem,& bonorum poſſeſſionem: ideoq́;
† huiuſmodi poſſeſſionem differre ais, à poſ- 11
ſeſſione bonorum, quia bonorum poſſeſſio
magis iuris eſt, poſſeſsio rerum facti.l.1. §.adi.
piſcimur.l.poſſeſsio.49.§.1. ff.de acqu.poſſeſſ.
quamuis aliquando poſſeſsio, quæ corporis
eſt,etiam bonorum poſſeſsio,quæ propriè iu-
ris eſt,appelletur.l.ſi minor.61.ff.de acquir hę
red.l.cum proponas.9 C. de bonis authorita-
te iudic.poſſid. Et ſimiliter quoque bonorum
poſſeſsio iuris,ſimpliciter poſſeſsio dicitur, l.
ſed cum patrono.6.ff.de bonor.poſſeſſ. l pro.
pter.21.§.1.ff.ad S. C.Syllelan. Prætereà appel-
latur poſſeſsio bonorum,l.cognitio.4.§. 1 ff.
de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio. Bre
uiter nunc ſubijciam diuiſiones bonorum
poſſeſsionis,vt cum ea multiplex ſit, & varia;
intelligi poſsit,ac cognoſci, quæ ad inſtitutũ
noſtrum,vel ad ſucceſsionis ab inteſtato tra-
ctationem pertineant.

CAPVT XXV.

SVMMARIA.

1 *Bonorum poſſeßionis diuiſio ex cauſa materiali quæ ſit.*
2 *Edictalis bonorum poſſeßio quæ.*
3 *Decretalis quæ ſit bonorum poſſeßio.*
4 *Edictum prætoris mortuis aliud, viuis aliud.*
5 *Edictalis & decretalis bon poſſeßionis differentia.*

I. DIVISIO.

PRIMA diuiſio,† ex cauſa materiali bo. 1
norum poſſeſsionis traditur ab Vlpiano
in titul. 28. de poſſeſsionibus dandis. Bono.
rum poſſeſsio,inquit,aut cum re datur, aut ſi.
ne re.

ne re. Cum re, ſi is, qui accepit cum effectu bona retineat. Sine re, quando alius iure ciuili euincere hæreditatem poſſit, veluti ſi ſuus hæres inteſtato ſit, bonorum poſſeſſio ſine re eſt, cum ſuus hæres euincere hæreditatem iure legitimo poſſit.

II. DIVISIO.

Bonorum poſſeſſio alia eſt Edictalis, alia
2 eſt Decretalis. Edictalem † vulgus Interpretum definit, quam quis conſequitur ex edicto prætoris mortui abſque eo, quod petatur à iudice, hoc eſt, edictalis defertur edicto, neque deſiderat prætoris decretum. Decretalem
3 illam † eſſe dicunt, quæ olim concedebatur per prętorem viuum, & hodie ſimpliciter coram eo agnoſcitur, hoc eſt, quæ defertur decreto, non edicto. Hanc diuiſionem ponit Accurſius in l.1. verbo, tranſacto tempore, circa medium C. qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt. & in l. final. §. ſin autem. verb. ex decreto. C. de curatore furioſi, & in l. 1. §. decretalis. ff. de ſucceſſorio edicto, & Inſtitut. de bonorum poſſeſſion. §. final. Et ſequuntur Accurſi in d. locis alij interpretes.

Solet autem hæc diuiſio probari ex l. 3. §. proinde. ff. de bon. poſſeſſ. ex verb. habebit municipium bonorum poſſeſſionem prætoris edicto, putant inde municipium ante peritionem habere bonorum poſſeſſiōem ex edicto prætoris, & ſic aliam, quam decretalem. Deinde confirmant hanc diuiſionem ex lib. Vlpiani 49. ad edictum, nunc ſub l. 1. §. decretalis, ff. de ſucceſſorio edict. Ait ibi Vlpianus: Decretalis bonorum poſſeſſio an repudiari poſſit, videamus. Et quidem diebus finiri poteſt, ſed repudiari eam non poſſe, verius eſt: quia nondum delata eſt, niſi cum fuerit decreta. Rurſum poſteaquam decreta eſt, ſera repudiatio eſt, quia quod acquiſitum eſt, repudiari non poteſt. Aperrè inde colligi putant, edictalem poſſe repudiari, decretalem non. Ex hac igitur diuerſitate aliam eſſe decretalem, aliā edictalem, colligunt.

4 Prætereà † aliud eſt edictum prętoris mortui, aliud decretum prætoris viui. Si enim is, cui renuntiatum erit ex operis noui nuntiatione ſatis dederit, repromiſeritve: aut per eū non ſit, quo minus boni viri arbitratu ſatiſdet, repromittatve perinde eſt, ac ſi operis noui nuntiatio omiſſa eſſet: habet autem hoc remedium vtilitatem, nam remittit vexationē ad prætorem veniendi, & deſiderandi vt miſſa fieret nunciatio. Ita idem Vlpianus lib. quadrageſimo ſecundo ad edictum, nunc ſub l. de pupillo. 5. §. ſi is. ff. de operis noui nunc. varias inſuper differentias inter edictalem, ac decretalem excogitarunt.

Edictalis enim ordinaria eſt vt tradunt, decretalis ordinaria non eſt. Id enim ordinariū eſt, quod ex ipſo edicto manat, vel lege. l. 3. §. vltim. ff. de Carboniano edicto. l. filium. 5. §. ſi quis 9. ff. de legat. præſtand.

II. Edictalis datur de plano, decretalis pro tribunali ſedente prætore.

III. Edictalis datur quocunq; die, & quocū que loco: decretalis datur die ſucceſſionum. l. 2. §. dies. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſeruetur.

IV. Edictalis poteſt repudiari, decretalis non poteſt. Antequam enim decernatur, non poteſt repudiari, quia nondum eſt delata: poſteaquam decreta eſt, quia acquiſita eſt, repudiari nequit. d. §. decretalis.

V. Edictalis non finitur tempore: decretalis finitur. Edicta enim perpetua ſunt, prętoris officium annale.

Faciunt inſuper decretalem duplicem: vnā quæ datur cauſa cognita, hoc eſt, pro tribunali, & vtraque parte præſente: alteram, quæ datur cauſa comprobata apud acta in concilio, & interpoſito decreto: pro exemplo afferunt l. ex duobus. 14. §. filius. ff. de bonorum poſſeſ. contra tabulas.

Quamuis autem hæc omnia communi interpretum aſſenſu recepta, & confirmata ſint, non obſcuris tamen argumentis, neque friuolis, hæc ipſa Accurſij ac aliorum quorundam interpretum diſtinctio impugnari poteſt, & conuelli.

CAPVT XXVI.

Communis opinio, qua adſeritur, duplicem eſſe bonorum poſſeſsionem, Edictalem, & Decretalem, refutata.

SVMMARIA.

1 *Bonorum poſſeßio vna, contra communem.*
2 *Hæreditas de iure ciuili, & bonorum poſſeßio de iure prætorio v[illegible]ificantur.*
3 *Hæreditas delata & adita vna eſt.*
4 *Hæres ſemel qui eſt, amplius eſſe non poteſt hæres.*
5 *Edictalem & decretalem bonorum poſſeßionem re non differre.*
6 *Intellectus §. proinde l. 3. ff. de bon. poſſ.*
7 *Intellectus §. decretalis. l. 1. ff. de ſucceſſ. edict.*
8 *Prætoris mortui & viui edicta, quatenus differant.*
9 *Bonorum poſſeßionis ordinaria & extraordinaria differentia, remißiuè.*

VNam † eſſe bonorum poſſeſſionem, licet ex diuerſis capitibus oriatur, eam quę antequam à prætore viuo decernatur, & illam quæ poſteà decreta eſt, probatur: Primò, Vlpianus generaliter, & vnam bonorum poſſeſſionem definit, quam dicit ius eſſe perſequendi, retinendiqne patrimonij, ſiue rei quæ cuiuſque cum moritur, fuerit. Hæc autem definitio Edictali, quam interpretes aiunt eſſe ius petendi decretalem, minimè conuenit. Edicta- 1

 lis igi-

emendat,l.2.§.1.& fin.ff.ad legem Rhodiam, de iactu. Deniq; quod dixit Papinianus corrigendi. Imperator ait impugnandi.in tit.de bonor.poſſeſſ.

2 Vetus † autē ius, hic Intelligitur ius 12.tab.
quod quidem ius vetuſtius eſt iure Prætorio.
Aliquādo tamen ius Prætorium vocatur antiquum ius,l.1.C.vnde vir,& vxor. Denique
vetus ius dicitur, reſpectu recentioris, vnde
ius, quo vtebantur Romani exactis ſtatim
Regibus, ante ſuſceptum Decemuirale ius
vetus dici poteſt. Nam falſum eſt,quod noſtri Interpretes tradunt, Ius 12.tab. fuiſſe primum ius, quo vſi fuerunt Romani, vt apparet ex §.diſponere,Auth.de nuptijs,l.1.& 2.C.
3 de vetere iure enucleando. Cùm † itaque ius
bonorum poſſeſſionis introductum ſit triplici ex cauſa, de prima videamus, nempè de emendatione,quę fit circa ſucceſſionem teſtatorum,& inteſtatorum. Circa ſucceſſionem
inteſtatorum Prætor emendauit ius ciuile,
concedēdo bonorum poſſeſſionem, vt quinque ſubiectis exemplis apparebit.

4 Primum † eſt,in §.admonendi.Inſt.de hæred.quæ ab inteſtat.defer. vbi adoptiuo filio, exiſtenti in familia adoptiua, cuius interim pater qui dederat eũ in adoptionem mortuus eſt,datur à Prætore poſſeſſio bonorum, vnde cognati: vt ipſe ſuccedat patri naturali deficientibus ſcilicet liberis,& alijs agnatis.

5 Secundum † exemplum eſt in ſucceſſione filiorum & matris. Nam neque mater filio, neque filius matri ſuccedebat de iure ciuili. Prætor ergo hoc emendauit. Eos enim ad alterutrius ſucceſſionem per poſſeſſionem,vnde cognati.vocat,in princ. Inſti. de Senatuſc. Tertyl.

6 Tertium † exemplum ēſt in §.cæterum.de legit.agnat.ſucceſſ. vbi agnata mulier de iure ciuili non veniebat ad ſucceſſionem agnati, niſi ſoror eſſet. Hoc emendauit Prætor.Conceſſit enim tali agnatę mulieri bonorum poſſeſſionem: vnde cognati, & in ordine tertio ſuccedere permiſit.

7 Quartum † exemplum eſt, in §. placebat. Inſt.de legit.agnat.ſucceſ.vbi de gradu,in gradum ſucceſſionē non nouerat ius ciuile.Itaq; eueniebat, vt ſi mortuus is eſſet, qui diuerſo gradu agnatos haberet,isq;,qui in priore gradu eſſet,repudiaſſet hæreditatem,alter qui in ſequenti gradu erat,nō poterat hæreditatem, vt agnatus nanciſci. Hoc Prætor emendauit. Huic enim bonorum poſſeſſionem,vnde cognati,conceſſit.

8 Quintum † veteri,& antiquo iure emancipati, extranei prorſus erant patri,totique familiæ: idque in ſucceſſione tam ab inteſtato, quàm ex teſtam.§.emancipati.Inſtitu.de hæredit quæ ab inteſtato deferuntur. Nam nec inſtituendi eos, nec exhæredandi neceſſitas parentibus incumbebat.§. emancipatos. Inſtit. de exhæredatione liberorum. Quamuis iura ſanguinis retinerent. Ea enim quæ naturalia ſunt,ciuili iure tolli non poſſunt,l iura ſanguinis.ff.de regul.iuris,l.ius agnationis.ff. de pactis.

Prætor † itaque ipſos vocat ad ſucceſſionē 9
per bonorum poſſeſſionem, vnde liberi, qua in re impugnat prorſus ius ciuile. Nam priuat eos qui à iure ciuili vocantur, vel parte hæreditatis, veluti cùm alij ſui hæredes ſunt, vel tota hæreditate, cum videlicet deficientibus ſuis ſequuntur agnati, quibus poſt ſuos ius ciuile defert hæreditatem, Inſtit.de legit. agnatorũ ſucceſſione. Impugnat itaque Prætor ius ciuile:nam reſcindit capitis diminutionem, per quam ab hæreditate paterna emancipatus, à iure ciuili excludebatur,l.3.ff. de bonorum poſſeſſ contra tabul.l. ſed cum patrono.§. bonorum.ff.de bonorum poſſeſſ.

CAPVT XXVIII.

Emendatio Prætoris ad ius ciuile in cauſa teſtati:& ſimplex explanatio difficillimæ legis Gallus. ff. de liberis, & poſthumis hæred.inſtit.reiectis aliorum interpretum obſcuris diſputationibus.

SVMMARIA.

1 Poſthumus alienus iure ciuili inſtitui non poteſt,& nu.17.
2 Inſtitui nemo poteſt niſi qui certus eſt.
3 Incerta perſona teſtatori quæ dicatur.
4 Incertitudo in poſthumis neceſſariò ſuis ceſſat.
5 Nepos poſthumus viuo patre an rumpat teſtamentum aui.
6 Galli Aquilij formula de nepote poſthumo inſtituendo &c.
7 Gallus Aquilius nouum ius non introduxit, ſed formulam.
8 Velleia legis duo capita.& nu.14.
9 Velleiæ legis caput alterum.
10 Accreſcendi ius quod filia,nepoti,cæteriſq; virilis ſexus competebat, quale.
11 Agnatione nepotum quomodo & quatenus teſtamentum infirmetur.
12 Intellectus.§. ille caſus.in verſ.poſteriore.l. Gallus.de libe. & poſthum.
13 Ratio dubitandi & decidendi,ad §. fina.l.28.de libe. & poſthum
15 Poſthumus alienus quis.
16 Poſthumo alieno inſtituto prætor dat bonorum poſſeſsionem ſecundum tab.
18 Poſthumus ſuus inſtitui poteſt.
19 Fideicommiſſum relinqui poteſt quibus legari non poteſt.
20 Poſthumus alienus incerta licet perſonæ ſimilis, incerta perſona non eſt.
21 Fideicommiſſa potiùs, quàm legata, quare ſuſtineantur.
22 Intellectus,l.pen.de leg.1.
23 Intellectus.§ poſthumus.Inſt.de legat.
24 Emancipati habent beneficio prætoris poſſeſsionem bonor. contra tabul.patris.

25 Emancipati quomodo & pro qua parte ſuccedant contra teſtamentum patru.
26 Intellectus.§.vbicunq́,l.12.de bonor.poſſ.
27 Prætor aliquando & quibus caſibus ius ciuile confirmet.

PRætor quoque circa ſucceſſionem eorũ qui teſtati ſunt: Bonorum poſſeſſionem tribuendo ius ciuile emendat. Huius exem-
1 plum ponit Imperator in poſthumo † alieno qui hæres inſtitus iure ciuili, adire non poterat hæreditatem. In eo ergo in quo ius ciuile deficiebat poſthumo alieno Prætor illud ſuppleuit, dum poſthumum alienum adiuuat, ac ei dat bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabul. Breuiter hoc loco de poſthumorum inſtitutione dicam.

2 Sciendũ † eſt igitur, inſtitui non poſſe, niſi eum qui certus demonſtratur, l.quoties.9 §. ſi quis nomen, ff. de hæredib. inſtit. Nam incertis perſonis legatum, vel fideicommiſſum relinqui non poteſt.§. incertis. Inſtit.de legatis.

3 Incerta † verò perſona eſt quam incerta opiniõe teſtator animo ſuo ſubiecit, & de qua rogatus nihil certi potuit dicere, d.§.incertis. & ibi Theophilus. Quæ ratio videtur obſtare inſtitutioni omnis poſthumi, etiam eius omninò teſtatori ſuus hæres futurus eſt: qualis eſt filius poſthumus, aut nepos poſthumus ex filio defuncto. Neque enim de ea perſona rogatus teſtator certi quicquã dicere poteſt, cùm incertum ſit ſæpè, plenus an vacuus venter ſit. Et vt certum ſit ventrem eſſe plenum, dubium eſt mas, an fœmina, vnus an plures naſcantur, l.antiqui.3.ff.ſi pars hæreditatis petatur.l.vtrum.8.ff.de reb.dub.Item incertum eſt, an cum ſpiritu, an ſine ſpiritu in hanc lucem prodeat, l.quod dicitur. 12.ff.de libe. & poſthum.

4 Summa † tamen ratione, in poſthumis neceſſariò ſuis, hæc incertitudinis cauſa locum non obtinuit. Nam cùm poſthumus, quem natum nemo in poteſtate præcedebat, teſtamentum parentis rumperet iniquum profectò fuit, ſi ipſe inſtitui non poſſet, & teſtatori parenti imputandum foret, cur inteſtatus nõ decederet: contra l.poſthumus.6.ff.de inofficioſo teſtamento. Placuit ergo non ſolùm inſtitui poſſe, ſed quòd deberet expreſſe exhæredari, l. placet.4.ff. de liberis, & poſthumis.§.poſthumi. Inſtit. de exhæredatione liberorum.

5 Quæ † tamẽ ratio ceſſare videbatur in poſthumo nepote, quẽ pater filius teſtatoris præcedebat. Cùm enim talis poſthumus nepos, auo neceſſariò ſuus non eſſet, ſed tantùm eſſe poſſet: nulla eũ neceſſitas, vrgere videbatur, aut enim huius nepotis pater viuo auo decedebat, aut mortuo. Si viuo auo decedebat, poterat ſibi proſpicere Auus, ne huius natiuitate teſtamentum rumperetur: tunc enim indubiè eum inſtituere poteſt: Si poſt mortem aui moriatur filius, iſte nepos poſthumus non rumpet cùm nunquàm ſuus eſſe potuerit: quia tempore mortis aui, huius nepotis poſthumi pater in priori gradu erat, & cõſequenter ſuus.§.ſui. Inſtit. de hæredum qualitate, & differentia. Attamen cùm multæ cauſæ ſubſint: quibus quis non poſſit, & velit teſtari: eueniebat vt teſtamẽtum illud in quo nepos iſte poſthumus omiſſus erat, ipſius natiuitate rumperetur.

Gallus † ergo Aquilius per ſuam formu- 6
lam huic cauſæ proſpexit, nam docuit, qua ratione nepotes poſthumi, viuo etiam filio inſtitui poſſint, nempè vt inſtituerentur eo caſu, quo viuo teſtatore filius decederet, illique intra decem mẽſes proximos à morte filij, & poſt mortem ipſius teſtatoris naſcerentur, l. Gallus.ff.de lib.& poſth.hæred. Circa hãc autem Galli formulam duo notanda ſunt, vnũ
Gallum † Aquiliũ nihil noui conſtituiſſe: ſed 7
tantum ius iam cõſtitutum in vſum eduxiſſe. Licebat enim in eum caſum nepotes poſthumos inſtituere, cũ ſui eo caſu eſſent, vnde Scæuola ait, Gallus nepotes poſthumos ſic inſtitui poſſe ait. Quæ verba oſtendũt, ius nõ conſtitutum ſed formulã ſolùm datam. Alterum eſt, quod Galli formula concepta eſt de illo nepote poſthumo ſolùm, qui poſt mortẽ aui teſtatoris naſceretur, qui verè poſthumus eſt, tanquàm poſt humationẽ natus, l.poſthumi. 3.& ibi glo.ff.de iniuſto rupto.

Galli † cõſilium ſecuta eſt prouiſio Vellei, 8
cuius lex duo continet capita: vnum reſpicit eos, qui tempore teſtamenti nondũ nati, poſteà in vita teſtatoris, ſui naſcebãtur. Hi igitur licet inſtituti eſſent, rumpebãt teſtamentum. Nam poſthumi appellatio, ei, qui in vita naſcitur, propriè nõ conuenit. Et ratio, quæ induxit, vt poſthumi, qui poſt mortẽ ſuus naſcebatur, inſtitutio valeret, ceſſabat. Nam poterat teſtator teſtamentũ mutare, & omnem incertitudinem tollere, & eũ rurſus inſtituere, qui ſibi viuo ſuus natus fuiſſet, vt iã nihil de poſthumi inſtitutione agendũ foret. Prouidit ergo lege ſua Velleius. Voluit enim viuis nobis natos, ſimiliter non rumpere teſtamentum, ſi inſtituti eſſent, d.l.Gallus.§.nunc.de lege.l. poſthumus.12.ff. de iniuſto rupto. Atque illud eſt quod dicitur in §.ille caſus, d.l. Gallus. Denique & ſuperiori capite, vt liceat inſtituere nondum natos, qui cùm naſcuntur, ſui erunt, permittit. Nam permiſſum ante non videbatur, cùm ante l. Velleiã illi inſtituti rumperent. Si enim permiſſum fuiſſet, rupturæ pœnam teſtator pati nõ debebat, quod enim lege permittente fit, pœnam non meretur, l.Gracchus.C. ad l. Iuli. de adulterijs. Cæterùm hoc primum caput, l. Velleiæ duo nonotat: vnum, vt inſtitutio vtilis ſit eius,

quem

quem nemo præcedit. Alterum, vt eius, quem a [illegible] tempore teſtamenti præcedit, inſtitutio [illegible] va'eat, ſi ſuus in vita naſcatur, eo ſciliceti qui præcedebat, defuncto. atque illud eſt quod ait Scæuola in d. §. nunc de lege. verſic. quid ergo, vt non ſolùm illum primo capite notauerit, ſi nepos eo tempore inſtituatur, quo filius non ſit, verùm etiam ſi viuo patre inſtituatur. Supple, nam expungenda eſt dictio, naſcatur.

9 Secundum † caput, L. Velleię nullo modo ad poſthumos, vel poſt mortē, vel in vita teſtatoris, poſt teſtamentum natos pertinet, ſed alios qui loco poſthumorum habentur.

Cùm enim teſtator aliquis filium, & ex eo nepotem natum habens, teſtamentū feciſſet, huncq; nepotē præterijſſet, eueniebat vt filio de medio ſublato, nepos iſte ſuccederet, & ſuccedēdo, quaſi ſuus agnaſceretur auo. Quare quemadmodum agnatiōe ſui poſthumi teſtamētum rumpitur, item quaſi agnatione huius qui loco poſthumi eſt. Vnde Velleius altero legis ſuę capite prouidit, vt iſte inſtitutus, vel nominatim exhæredatus nō rumpat, §. poſthumorum. Inſtit. de exhæred. liberor. l. poſthumorum. 13. ff. de iniuſto rupto.

10 Circa hoc † ſecundum legis Velleiæ caput duplex emergit difficultas. Vna quia non videtur, quod neceſſarium fuerit legis Velleiæ remedium: ſiquidē filia, nepotes, & deinceps cæteri virilis ſexus omiſſi in teſtamentō, non infirmabant teſtamentū, ſed ius accreſcendi, id eſt, ius auferendæ partis à ſcriptis hæredibus habebant. Inſti. de exhæredat. liberorum. in prin. l. Gallus. §. in omnibus ff. de liberis, & poſthumis. Quale autem eſſet illud ius accreſcendi declarat Theophilus in eodem titulo de exhæredatione liberorum. Si enim ſui erant ſcripti hæredes in teſtamento, filię, nepotes, & ceteri auferebant tantū virilem: ſi extranei, auferebant dimidiā hæreditatis partē.

11 Hæc † igitur difficultas, vt tollatur, reſpondendum eſt, eos nepotes teſtamentum aui infirmare, & rumpere, qui poſt teſtamentū ſuccedendo in locum patris ſui, quaſi agnaſcantur. De his igitur ſemper reperies loqui omnes textus, qui loquuntur de infirmatione teſtamēti, per quaſi agnationem horum nepotum. Vnde prouiſio legis neceſſariā fuit in hoc caſu, ne illi inſtituti, vel nominatim exhæredati, rumperent teſtamentum, atque illud eſt, quod ait, l. C. in d. §. nepotes. Nepotes, & deinceps ceteri liberi qui ex lege Velleia inſtituti, id eſt, ſecundūm prouiſionē legis Velleiæ, non rumpunt teſtamentum, prouidet enim lex, ne illi, ſuccedentes rumperent, ſi inſtituti fuiſſent.

12 Quid nam † ergo eſt, quod ait Scæuola in d. §. ille caſus. verſ. poſteriore capite. Non permittit inſtitui, ſed vetat rūpi. Hoc certè ideo dictum, quia nulla lex improbabat inſtitutionem illius, qui natus erat tempore teſtamēti, vnde pmitti nihil neceſſe erat, quod licebat: Sed quia ſucceſſio ſacebat, vt al'a perſona videretur. & non ea, quæ fuerat inſtituta, ideoq; opus fuit iſtud prohibere. Meritò igitur ait: Nō permittit inſtitui, ſed tum pi vetat. Ex quo nota legem Velleiam non induxiſſe, vt nepotes in locum patrum ſuccedentes nō rumperent, vt exiſtimauit Perottus, nam ante legem Velleiam rumpebant. Hoc autem illa lex ſolùm induxit, vt inſtituti nō rumperent. item notandum eſt, quod nepotes, & deinceps ex virili ſexu deſcendentes, ad Iuſtiniani vſque tempora non infirmabant teſtamentum de iure ciuili, ſi in primo gradu exiſtentes præteriti fuiſſent, l. maximum vitium C. de liberis. vel exhæredatis, in §. ſed hæc quidē vetuſtas, Inſt. de exhæred. liber.

Alia † difficultas eſt, vtrùm ante legē Velleiā nepos inſtitutus poſt teſtamētum ſuccedens in locum patris rumperet. Et quamuis Interpretes omnes taceāt: tamē Iureconſulti apertè loquuntur, & docent eum rupiſſe. Et ratio pōtuit eſſe, quia quamuis inſtitutus foret, tamen cùm poſteà ſuccederet, non videbatur idem, qui erat tempore inſtitutionis: tum enim alienus prorſus erat. Nunc verò noua videtur perſona, & vt loquitur Theophilus in §. poſthumorum. de exhæredat. liber. nouus nunc hic ſuus ēſt. Ex quo colligi poteſt ratio dubitationis, & deciſionis, l. filius. 28. §. fin. de lib. & poſth. hæred. inſtit. 13

His † ſucceſſit caſus, cui licet in difficili eſſet, non videbatur ex aliqua iuris parte ſubuentum. Nam ſi filium habebam, & ex eo nepotem nōdum natum inſtituiſſem, huius inſtitutio nullius momenti videbatur, ſi viuo filio meo in vita mea naſcebatur, poſteaque filius decederet me viuo. Nam nullum caput legis Velleiæ hunc nepotem ſpectare videbatur. Non primum quod ſpectat eum qui ſuus in vita poſt teſtamentum naſcitur. Hic autem nepos, non ſuus natus eſt. Viuo enim patre ſuo natus eſt. Secundum autem caput legis Velleiæ, hunc nepotem minùs ſpectare videtur. Illud enim reſpicit eos nepotes, qui tempore teſtamenti inſtituti nati ſunt. Iſtē autem nepos tempore teſtamenti nondum natus erat. Vnde Scæuola per Interrogationem poſteà ſubiungit. Porrò procedere debet, vt vtiliter inſtitutus ſit: quod id eſt quæres, nullo iure potuit fieri, ſcilicet, qui nondum natus erat. Tamen hanc ſpeciem decidit Iulianus, inducens, id eſt, accommodans in hoc legem Velleiam commiſcendo legis ipſius duo capita. 14

Nam quemadmodū ex primo capite nondū natus ſuus inſtituitur, ex ſecundo ſuccedēs in locū patris, ſi inſtitutus ſit nondū rumpit,

ita nepos hic inſtitutus, nōdum natus, poſteà ſuccedens nō rumpet, §. ille caſus. d. l. Gallus Aquilius. Atq; hæc in ſuis poſthumis, in quibus quamuis incertitudinis cauſa vigeret, tamen cùm neceſſitas adeſſet ne ſcilicet præteriti rumperent, inductum fuit, vt neceſſariò inſtituērentur. Hæc autem neceſſitas in poſthumis alienis non vincebat: præteriti enim non rumpunt. Vnde non mirum eſt, ſi ſolius incertitudinis attenta ratione, iure ciuili in-
15 ſtitui non poſſent. Sed † quis poſthumus alienus dicitur? Ita à Triboniano definitur in §. poſthumo. Inſti. de legat. Poſthumus alienus eſt qui natus inter ſuos hæredes teſtatori futurus non eſt, id eſt, vt interpretatur Theophilus: qui natus, vel qui ſi naſcatur, ſuus teſtatori futurus non eſt. Ex quo infertur, poſthumū nepotem ex filio ſuo qui tempore mortis teſtatoris viuit: item eum, qui naſcitur ex filio emancipato eſſe poſthumum alienum: item eum, qui ex filia naſcitur: nam fœminæ non poſſunt habere niſi poſthumos alienos: ſuos enim hæredes habere nequeunt, l. illud. 4. §. ad teſtamenta. ff. de bonor. poſſ. contra tabul. Ergo poſthumus alienus eſt is, qui natus inter ſuos futurus non eſt.

16 Hi † ergo illiſque ſimiles inſtituti iure ciuili non poterant adire hæreditatem. Prætor tamē illos adiuuat, tribuendo bonorum poſſeſſionem ſecundùm tab. Nam omni poſthumo inſtituto, qui in vtero erat moriente teſtatore, bonor. poſſeſ. ſecundùm tab. concedit, l. verum. 3. ff. de bonor poſſ. ſecundùm tab. Et hoc quando natus eſt, ſi autem nōdum natus ſit: & is eſt, qui ab inteſtato bonorū poſſeſſionem accipere poſſit, mittitur in poſſeſſionem ex clauſula: de ventre in poſſeſſionē mittendo, l. vbicunq; , 7. ff. de ventre in poſſeſſionem mittendo. l. poſthumus. 6. ff. de inoffic. teſtam. Si autem talis non ſit, qui ab inteſtato accipiat bonorū poſſeſſionem, tum demùm venter in poſſeſſionem mittitur, ſi mater aliunde ali non poſſet, l. extraneo. 6. ff. de ventre in poſſeſſionem mittendo.

17 Quod † dictum eſt de iure ciuili efficaciter inſtitui non potuiſſe alienum poſthumum, non caret ſcrupulo. Huic enim tria obſtant. Primò obſtat text in l. quidam relegatus. 6. §. fin. cum duabus ſequentib. legibus. ff. de rebus dub. vbi aliquis tibi, & poſthumo ſuo, vel alieno rogauerat hæreditatem reſtituere, vel ex parte te, & poſthumum hæredem inſtituerat, vel legatum, aut fideicommiſſum dederar, non dubitatur de viribus fideicommiſſi legati, vel inſtitutionis: ſed tātùm dubitatur, quoram partē habiturus is ſit, qui cum poſthumo coniunctus eſt: neque dicere oportet, inſtitutionem de iure prætorio ibi ſuſtineri. Nam inſtitutio refertur ad poſthumum, ſiue ſuum, ſiue alienum.

Poſthumus † autem ſuus, iure ciuili inſtitui poterat: igitur inſtitutiōis verbum ad duo pariter relata, vniformiter in vtroq; operari debet, l. quamuis. 4. C de impuberum. Item de vi legati, in ijs textibus agitur. Legatorum autem conſeruatio non fuit curæ prætoribus, ſed tantùm fideicommiſſorum. §. 1. Inſti. de fideicommiſſariis hæreditatibus. Reſpondendum eſt, quod in quantum l. C coniungit poſthumum alienum cum ſuo, loquitur in hæreditate, quę per fideicommiſſum poſthumo alieno relicta fuit. Fideicommiſſa autem poſthumis alienis relinqui poterāt, vnde text. in §. poſthumo quoque. Inſt. de legatis. fideicommiſſi mentionem non facit, ſed ſolùm legati. quod anteà inutiliter poſthumo alieno relinquebatur. 18

Cæterùm † quòd fideicommiſſum poſſet relinqui quibuſdam, qui legatum capere non poterant, probat text in §. 1 de fideicommiſſ. hæred. Vnde Vlpianus in fragmentis ſuis, in tit. de fideicommiſſis ait: Latinum Iunianum fideicommiſſum poſſe capere, licet legatum capere non poſſet. Hinc fideicommiſſa incertis ſpeciebus valebant. Legata verò reijciebantur. Veluti quando teſtator relinquebat aliquid poſt mortem hæredis, vel poſt mortē legatarij. §. poſt mortem. Inſt. de legat. l. vnic. C. vt actiōes, & ab hæredibus, & contra hæredes incipiāt. Nec obijciat aliquis incertis perſonis legatum, vel fideicommiſſum relinqui non potuiſſe. §. incertis. Inſt. de legat. 19

Dico † poſthumum alienum eſſe ſimilem incertæ perſonæ, non autem omninò incertam perſonam eſſe, quod oſtēdit Imperator, cui nō ſatisfuit incertarum perſonarum meminiſſe: voluit ampliùs nominatim de poſthumis alienis dicere. Et Theophil. hoc diſertè ait, in §. alienus poſthumus. Inſtitu. de legatis. 20

Quare † autem fideicommiſſa potiùs ſuſtineantur, quàm legata, manifeſta ratio eſt: nam in fideicommiſſis ſola relinquentis voluntas ſpectatur, l. pen. ff. de legat. 1. Vnde Vlpia. ait, in d. tit. de fideicommiſſis. Quod fideicōmiſſum eſt, quod non ciuilibus verbis, ſed precatiuè relinquitur: nec ex rigore iuris ciuilis proficiſcitur, ſed ex ſola relinquētis datur voluntate. Hinc ſolo nutu fideicommiſſa relicta valent, l. nutu. 21. ff. de leg 3. Legatum verò ex rigore iuris manat. Vnde Vlpianus ait, in tit. de legatis. Legatum eſſe, quod legis modo, id eſt, imperatiuè in teſtamento relinquitur. Nunc verò peræquata ſunt legata fideicommiſſis, l. 1. ff. de leg. 1. l. 1. & 2. C. communia de legatis. 21

Secundò, † obſtat tex. in d. l. pen. ff. de lega. 1. vbi dicitur, quod obtinuit Galli ſententia, poſthumos alienos nobis legitimos heredes eſſe poſſe. Legitimū aūt hęredē eſſe eū, qui 22

ex

ex teſtamento hæreditatẽ habet, probat text. l.lege obuenire.ff.de verbo. & rerum ſignifi. Reſpondendum eſt, eum textum eſſe intelligendum de poſthumis alienis, qui ab inteſtato fiunt legitimi hæredes. Nam legitima hæreditas proprie ea eſt, quæ ab inteſtato venit, l.3.§.de illo.ff.pro ſocio.l.is,qui hæres inſtitutus.13.ff.de acqui.hæred.

23 Poſtremò † obſtat tex.in §.poſthumus.Inſt. de legat.vbi dicitur,quod poſthumus alienus & anteà inſtitui poterat ex tuitione Prætoris, & nunc poteſt ex cõſtitutione ſcilicet noſtra. Cuius meminerat in § ſed ne cuiuſmodi, eorit.de legat. At quod illa inſtitutio poſthumi alieni, anteà permiſſa intelligi debeat de Inſtitutione iure prætorio. Valida benè declarant verba Theophili, in §. poſthumus alienus de legatis, cùm ait:alienum poſthumum nunc poſſe inſtitui ſine impedimento. Quæ verba ſignificant anteà fuiſſe aliquod impedimentum, quod nõ niſi à ciuili iure promanabat, & conſtitutione Iuſtiniani ſublatum fuit.

24 Secũdò † emendat Prætor ius ciuile in cauſa teſtati: quia emancipatus iure ciuili in hæreditate patris nihil iuris habet, §.emãcipati. Inſt.de hęredit.quæ ab inteſta. vnde eos inſtituere,vel exhęredare non oportet.§.emancipatos.Inſti.de exhęredat.liberorum. Prætor tamen naturali æquitate motus,emancipato pręterito dat bonorum poſſeſſionem contra tab.patris,d.§.emancipatos.Et nõ ſolùm ipſi, ſed etiam illis, qui ex eo nati ſunt, l.non tantùm.3.ff.de bon.poſſeſſ.contra tabulas. Si autem pater inteſtatus moriatur, dat eis bonorum poſſeſſionem. vnde liberi. eoſq; vt ſuos vocat, l.liberi,3.ff.vnde liberi.qua in re impu
25 gnat prorſus ius ciuile.Nam † priuat eos,qui à iure ciuili vocãtur, vel parte hęreditatis:veluti cũ alij ſui hæredes ſunt,vel tota hæreditate: cũ videlicet deficiẽtibus ſuis ſequũtur agnati: quibus poſt ſuos ius ciuile defert hæreditatẽ, Inſtit.de legitima agnatorum ſucceſſione. in princ. Quod euidẽs huius impugnationis argumentum eſt,nam reſcindit capitis diminutionem. per quam ab hæreditate paterna emancipatus à iure ciuili excludebatur, l.ſed cum patrono.6 §.bonorum. verſic.quamuis. ff.de bonorum poſſeſſ.l.3.ff.de bonorum poſſeſſ.contra tabulas.

26 His † tamen omnibus,quæ de emendatione & impugnatione iuris ciuilis diximus,obſtat, tex.in l.non eſt ambigendũ.12.§.vbicunque. ff.de bono.poſſ.vbi dicitur,quod vbicunque lex, vel S.C. vel conſtitutio prohibet aliquem capere hæreditatem,bonorum poſſeſſio ceſſat. Reſpondẽdum eſt,illud debere intelligi,quando propter aliquod commiſſum quis à iure ciuili prohibetur capere hæreditatem: puta is, qui rei capitalis damnatus, neq; reſtitutus eſt. Huic enim Prætor non dat bonorum poſſeſſionem, l. edicto.13.ff.de bono. poſſeſſ.

Quibus cauſis Prætor ius ciuile confirmet.

Prætor † etiam bonorum poſſeſſionem dando, nonnunquàm ius ciuile confirmat, 27
non autem emendat,non impugnat. Huius exemplum duplex ponitur ab Imperatore: vnum in ſucceſſione teſtati.

Qui enim inſtitutus eſt hæres,in teſtamento rectè, & ſolenniter facto, poteſt petere bonorum poſſeſſionem,ſecundùm tab.à Pręto re,per quã idem conſequitur inſtitutus,quod fuiſſet aſſecutus per aditionem ex teſtamento rectè facto. Vbi enim inutilis eſt inſtitutio: Prætor non dat bonorum poſſeſſionem contra tabulas,l.ſi demùm 6.ff.de bonorum poſſeſſ.ſecundùm tabul. Alterum exemplum eſt in ſucceſſione inteſtati. Suus enim poteſt de iure ciuili immiſcere ſe hæreditati paternæ: eundem tamen effectum obtinet à Prætore impetrata bonorum poſſeſſio. vnde liberi. Item agnatus proximus poteſt adire hæreditatem ſibi delatã iure ciuili:idem tamen conſequetur petita bonorum poſſeſſione. vnde legitim. tot.tit.ff. vnde legitimi. Ex his omnibus colligi poteſt, vnam bonorum poſſeſſionem eſſe neceſſariam: nempè eam, quam concedendo Prætor vel emendat, vel impugnat ius ciuile. Alterum vtilem tantùm,nempè eam, quam tribuit Prætor cauſa confirmandi iuris ciuilis: cùm citra Prætoris beneficium ex iure ciuili hæreditatem conſequi poſſimus.

CAPVT XXIX.

Bonorum poſſeſſores hæredes ne ſint, an hæredum loco habeantur, hoc eſt, hæredisne appellatione veniant bonorum poſſeſſores,an verò differant.

SVMMARIA.

1 *Prætor an hæredem facere potuerit.*
2 *Bonorum poſſeſſor & hæres differunt origine, forma, & nomine.*
3 *Intellectus,§.quos ante Inſt.de bonor.poſſ.*
4 *Bonorum poſſeſsio à ſolo Prætore datur.*
5 *Prætor quaſi arbiter legis eſt.*
6 *Diſpoſitio qualibet de hærede loquens bonorum poſſeſsionẽ comprehendit.*
7 *Statutum de hæredẽ loquens ad bonorum poſſeſſorem extenditur.*
8 *Caſus fictus ſi vero adæquetur à lege in ſtatutis à vero ad fictum fit extenſio.*

QVæſtio hæc mirè exercuit doctiſſimorũ
virorũ ingenia. Poſt † veteres Decius, paulò antè noſtra tempora exiſtimauit, Prætorem poteſtatem habuiſſe faciendi hæredem ipſo iure, ſequutus veterum interpretum traditionem, in l.1.§. bonorum.ff. de bonorum poſſeſſ. 1

poſſeſſ. Pro confirmatione adfert, l. in condi-
tionib. 19. §. ſi patronus. ff. de cond. & demon
ſtrat. & l is, qui in poteſtate. 15. §. fi. ff. de legat.
præſtand. Ab hac tamen opinione ſccedit Se-
baſtianus Sapia ſuper Rub. C. qui admitti. Et
latè diſputat Hyppolit. Riminal. In initio vſ.
que ad nu. 37. C. eo. vbi Decij argumēta refutat.
2 Ego † ſimpliciſſimè hac in re, quid mihi vi-
deatur aperiam. Hæres, & bonorum poſſeſſor
forma, origine, ac nomine differunt. Hæres
enim iure ciuili fit: bonorum poſſeſſor iure
prætorio. Deinde forma quoq;, vt paulò poſt
dicetur: effectu tamen conſequendi illud ius,
quod defunctum repræſentat, minimè diſcre
pant. Quemadmodum enim is, qui hęredita-
tem defuncti ex iure ciuili conſequitur hæres
appellatur: ita is, qui beneficio prætoris, cùm
aliàs iure ciuili incognitus eſſet, ad bona de-
functi per bonorum poſſeſſionem vocatur,
Prætoris beneficio ea bona cōſequitur, ac bo-
norum poſſeſſor dicitur, idq; propter emēda-
tionem iuris ciuilis, cuius prætor poteſtatem
habuit, l. ius autem ciuile, 7. §. ius prætorium.
3 ff. de iuſtit. & iure. Non † autem negotium fa-
cit id, quod Iuſtinianus ſcripſit. Quos autem
ſolus vocat Prætor ad hæreditatem, hæredes
quidem ipſo iure non fiunt, nam Prætor hæ-
redem facere non poteſt. Per legem enim tan
tùm, vel ſimilem iuris conſtitutionem, hęre-
des fiunt: veluti per Senatuſconſulta, & con-
ſtitutiones principales. Sed cùm Prætor dat
bonorum poſſeſſionem, loco hæredum con-
ſtituuntur, & vocātur bonorum poſſeſſores,
tit. de bono. poſſ. Inſti. quia Imperator nō ne-
gat bonorum poſſeſſores eſſe hæredes: ſed di-
ſcrimen quoddam & differentiam quandam
facit, ac cōſtituit inter eos hæredes, qui à Præ-
tore vocantur, & hos qui ab ipſa lege hæredū
nomen adepti, adſequutique ſunt. Ait enim:
QVOS AVTEM SOLVS PRAETOR.
Quamobrem ſi concurrant Ius ciuile, & præ-
torium, veluti ſecundùm tabulas bonorum
poſſeſſio, & contra tab. filio in poteſtate præ-
terito, qui bonorū poſſeſſionem petierit, hæ-
res tum erit, l. puberum. 12. vbi Bart. C. de iure
deliberādi, d. l. in cōditionib. 19. §. ſi patronus.
ff. de cond. & demonſt. ſin autem ſolus vocet
Prætor, emancipatos videlicet per bonorum
poſſeſſionem, vnde liberi. §. emācipati autem
liberi. Inſtit de hęredit. quæ ab inteſtat. defer.
Bonorū poſſeſſor vnde liberi dicitur, vel co-
gnatos vocet per eam, quæ vnde cognati ap-
pellantur, l. 1. ff. vnde cognati. Et hos quidem
omnes hæredes fieri. Imperator non negat:
ipſo tamen iure fieri negat. Ex eo enim quod
ſuccedunt in vniuerſum ius, quod defunctus
habuit, hæredes ſunt, l. 3. ff. de bono. poſſeſſ. §.
adhuc in verb. ne quis ſine ſucceſſore more-
retur. Inſt. de bon poſſ. Sic Vlpia. quoque hæ-
redis appellatiòne omnes cōtineri ſucceſſo-
res, etſi verbis non ſint expreſſi, ait, l. hæredis.
170. ff. de verb. ſign. Sic etiam Paulus. I. C. hæ-
reditatis appellatione bonorum quoque poſ
ſeſſionem contineri dicit, l. hæreditatis. 138. ff.
eod. Ipſo autem iure hęredes non fiunt: id eſt,
illi quos, aut lex, aut cōſuetudo facit hæredes,
ſtatim vbi quid pro hærede agunt, hæredis &
nomen, & vim adipiſcuntur. Ideoq; gerere
pro hærede tam animi eſt, quàm facti. l. pro
hærede. 20. ff. de acquir. hęred.

Bonorum verò † poſſeſſio nemini datur, 4
niſi a Prætore, qui ob eandem rem nomina-
tim aditus eſt. Et ita quidem, vt quamuis ho-
diè decretum remotum ſit, teſtatio tamen a-
pud Iudicem requiratur, l. vlti. C. qui admitti
ad bono. poſſeſſ. poſſint. Bonorum igitur poſ-
ſeſſor, hæres quidem eſt Prætoris, verùm non
ipſo iure. Prætor † enim legem nū condebat: 5
ſed quādo lex, vel generaliter loquebatur, vel
aliquid in ſe obſcuritatis habebat, aut ambi-
guitatis, tum Prætor tanquàm arbiter, & mo-
derator, eam vel interpretabatur, vel ad ſimi-
lia negotia accommodabat. Hinc Prætores
tam vrbani, quàm peregrini ſingulis annis e-
dicta proponebant, quæ Dionyſius Halycar-
naſ. iuſſa ſiue vetita Magiſtratuum nominat:
idq; vel adiuuandi, vel ſupplēdi, vel corrigen-
di iuris ciuilis cauſa, l. ius autem ciuile, 7. ff.
de Iuſtit. & iure. Lex verò ipſa aut iubet, aut
vetat, aut punit. Hoc itaq; quod ſequitur. Nā
Prætor hæredem facere non poteſt, per prius
explicandum eſt, ſcilicet ipſo iure. Ipſo e-
nim iure hæres non fit, ſed ex decreto Præto-
ris hæredi ſubrogatur, & hæredis loco habe-
tur, l. 2. ff. de bon. poſſ. d. §. quos autem. in fin.
& in omnibus bonorum poſſeſſores hæredi-
bus exequantur interpretes. ad d. l. 1. §. bonorū.
Quare † qualibet diſpoſitione de hęrede ver- 6
ba faciente bonorum poſſeſſor comprehen-
ditur. Ideoque conditio hæc, putà ſi hęres nō
erit, locum habet in bonorum poſſeſſore, d. l.
in conditionibus, 19 §. ſi patronus. ff. de cond.
& demonſt. Bart. & plerique interpretes, in d.
l. 1. §. bonorum. Item mandatum de hęredita-
te adeūda factum referri poteſt ad bonorum
poſſeſſionē, l. ſi quis mihi bona 25. §. ſed quid
ſi mandauit. ff. de acqui. hęred. licet mandatū
ſtrictè intelligi debeat, l. diligēter. 5 ff. mādati.
Similiter † ſtatutum de hęrede verba faciens, 7
& bonorum poſſeſſorem complectitur Bart.
in l. 3. §. bonorum. ff. de bon. poſſ. Aret. & Soc.
in l. 1. ff. de vulg. & pupill. Philip. Dec. in l. præ-
tor. 118. ff. de reg. iur. Iaſ. in l. nec is. §. hæres in-
ſtitutus. ff. de acq. hæred. And. Barba. in repet.
Rub. C. qui admitti. colum. pen. Alex. & Iaſ.
In l. emancipatus. C. eo. Bart. & Bald. in l. 1. C.
vnde liberi. Iaſ. & Dec. In l. vlt. C. de edē. Ang.
conſi. 136. Carol. Ruin. conſil. 143. lib. 5. Quod
Alciatus Socinum in d. l. 1. ff. de vulgari ſe-
quutus in pœnalibus, odioſiſq; adhuc obſer-
uandum

uandum opinatur, in l. hæreditatis. 138.ff.de
8 verbo.ſign. Quoties † enim caſus fictus vero
æquiparatur à lege, tunc ſtatutum loquens in
caſu vero extenditur ad caſum fictum,etiam
in materia ſtricta,c.cùm dilectus. 14. c.ad au-
dientiam.15.de clericis non reſidentibus. Ex
quo recte Fulgoſius ſcribit: Si quis coram iu-
dice dicat ſe adire hæreditatem, quamuis ſo-
lam bonorum poſſeſſionem petere poſſit, vi-
deri bonorum poſſeſſionem petijſſe, in l.fin.
C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionibus. Ex
quo ſaluari poſſunt libelli, alioquin malè cō-
cepti,de quo ibi latè per Philipp.Decium.

CAPVT XXX.

Quas habeant vtilitates.

SVMMARIA.

1 *Repudians ciuile remedium beneficium Pratoris amplecti poteſt.*
2 *Bonorum poſſeſsio vtile tempus habet nec ignoranti currit.*
3 *Poſſeſsio bonorum authore Pratore accepta iuſtior eſt.*
4 *Filiusfamilias agnoſcere poteſt bonorum poſſeſsionem ignorante patre.*
5 *Bonorum poſſeſsio per procuratorem acquiritur.*
6 *Adiri poteſt hareditas ſolo animo.*
7 *Hareditas ad trigeſimum annum adiri poteſt.*
8 *Bonorum poſſeſsio iura directa non transfert.*
9 *Adeundi hareditatem tempus longiſsimum currit.*
10 *Pupillus ſine tutoris authoritate agnoſcit bonorum poſſeſsionem.*

1 TRes præcipuè habent vtilitates. Is † enim
qui repudiauit ciuile remedium poteſt
amplecti Prætoris beneficium. Quemadmo-
dum ille,qui bonorum poſſeſſionem omiſit,
poteſt adire hæreditatem de iure ciuili, l.ſuū.
13.C.de iure deliberandi. Sicut enim vtile eſt,
plures habere debitores,l.4 § fi.ff.de libera-
tione legata,ita commodum eſt,vt quis ad v-
nam rem plures habeat vias, & actiones, l.cū
filius.76 §.varijs ff.de lega.2. vna enim ſubla-
ta,alia ſupereſt, l. ſi filius.4 ff. de bonis liber-
torum. Niſi hæreditatem repudiet,non ius
ſuccedendi.Barto.in l.nec is.17.§.hæres.ff.de
acq.hæred.

2 Altera † vtilitas eſt,quæ aditio,de iure ciui-
li longiſſimo tempore etiam ignoranti perit,
l.licet.8.& ibi interpretes.C.de iure deliberan
di. Bonorum verò poſſeſſio, cùm vtile tem-
pus habeat,& non continuum, l.2.ff.quis or-
do in bonorum poſſeſſ. ſeruetur, l.quamdiù.
5.C.qui admitti ad bonorum poſſeſſ. poſſint,
nunquàm ignoranti currit:ita quidem vt Iaſ.
affirmet: Si quis ignoret, etiam per mille an-
nos, ſi poſſibile eſſet, à bonorum poſſeſſione
non excluderetur,in Rub.C.qui admitti. Cui
tamen Curtius, & Corn. aduerſantur, exiſti-
mantes bonorum poſſeſſionem longiſſimo
tempore, hoc eſt,30.annis etiam ignorāti pe-
rire. Eo enim tempore omnes actiones peri-
mūtur,l.ſicut.3.l.omnes.4. C. de præſcriptio-
nib.30.vel 40.annorū:quæ opinio verior eſt.

Tertia † vtilitas, quia iuſtior videtur poſ- 3
ſeſſio eius,qui authore Prætore poſſidet, l.iu-
ſtè.11.ff.de acq. poſſeſ.Quod plus eſt,commo-
dior eſt,quia faciliùs probari poſſunt ea, quæ
in iudicio obtenta ſunt, quàm ſi quis ſimpli-
citer ſe hæredem declarauit de iure ciuili. In-
terpretes in l.fin.C.qui admitti. Duarenus in
explicatione Rub.C.qui admitti ad bon.poſ-
ſeſſ.poſſint.

Poſtremò,inquirendæ ſunt differentiæ bo
norum poſſeſſ.& hæreditatis.

I. Filiusfamilias non poteſt adire hæredi- 4
tatem,niſi præcedēte iuſſu patris, l.ſi quis mi-
hi bona.25 §.iuſſum.ff.de acqui.hæred. Igno-
rante patre poteſt agnoſcere bonorum poſ-
ſeſſionem,l.1.C.qui admitti.

II. Differentia. Bonorum † poſſeſſio po- 5
teſt acquiri per procuratorem, l.3. §. acquire-
re.ff.de bono.poſſeſſ.Hæreditas non poteſt a-
diri per procuratorem.l.Pannonius.86.& ibi
glo.& Bar.ff.de acqui.hæred.quod tamen Iaſ.
non probat,in Rub.C.qui admitti.nu.11.

III. Hæreditas † ſolo animo aditur, ſine 6
præſentia iudicis, l.ſi auia.6.C. de iure delibe-
randi,l.pro hærede.20.ff.de acq hæred.In bo-
norum poſſeſſione requiritur decretum iu-
dicis,l.1.C.qui admitti.

IIII. Hæreditas † vſque ad trigeſimum 7
annum adiri poteſt, d.l.licet.8.C.de iure deli-
berādi,ſecùs in poſſeſſione: Liberis enim da-
tur annus cæteris centum dies,l.1.§.largius.ff.
de ſucceſſorio edicto, & Inſt.de bono.poſſeſſ.
§.largius.

V. Hæreditas † transfert iura directa,bo- 8
norum poſſeſſio vtilia.§.quos autem, hoc tit.
l.2.ff.de bono.poſſ.

VI. Tempus † longiſſimum adeundi hæ- 9
reditatem de iure ciuili currit ignoranti, d.l.
licet,& ibi glo.C.de iure deliberādi. Secùs in
bono.poſſeſſ. l. 2. ibi ex quo eum defunctum
ſciſti,l.quamdiù.C.qui admitti ad bonorum
poſſeſſ.poſſint, & l.fi.ff. quis ordo in bonorū
poſſeſſ.ſeruetur.

Poſtremò † ſolus pupillus non poteſt adi- 10
re hæreditatem ſine tutore. Inſt.de authorita
te tutorum. Pupillus verò poteſt agnoſcere
bonorū poſſeſſionem, l.bonorum.7.ibi ſciēs.
hoc competēs iudex.C.qui admitti.interpre-
tes in l.ſi infanti.18.C.de iure deliberandi.

FINIS LIBRI SECVNDI.

VALENTINI FORSTERI

IVRECONSVLTI PRAECLARISS.

DE SVCCESSIONIBVS QVAE AB INTESTATO IVRE CIVILI DEFERVNTVR,

LIBER TERTIVS.

In quo tractantur SVCCESSIONIS AB INTESTATO DIVISIONES.

HActenùs dictũ eſt, quid, & quotuplex ſit ſucceſſio, iterũque quid & in quotuplici differentia, hæreditas, & hæredes ſint, nunc propiùs accedendum eſt ad rem ipſam, & diſpiciendũ, primò quæ ſit ſignificatio INTESTATI: Secundò, quomodo inteſtatus ab inteſtabili ſeparetur & diſcernatur, deinde quis propriè dicatur inteſtatus decedere, & ſucceſſionis ab inteſtato quot ſint ſpecies.

CAPVT I.

Quæ ſit ſignificatio appellationis ab inteſtato.

SVMMARIA.

1 *Teſtor verbum Polyſemon quid ſignificet generaliter.*
2 *Teſtor quandoq; ſpecifice acceptum fidei faciendæ gratia in teſtimonium aduocare eſt.*
3 *Teſtor quandoq; pro teſtimonio.*
4 *Teſtari in iure aliquoties pro proteſtari.*
5 *Teſtatio pro denunciatione præſentibus teſtibus.*
6 *Teſtari in materia teſtamentaria eſt teſtamentum facere.*
7 *Teſtamenti deſcriptio ſeu definitio.*
8 *Seruij Sulpitij & Iuſtiniani definitiones teſtamenti cõtra Gellium & Vallam defenduntur.*
9 *Teſtatus & inteſtatus quis in qua ſignificatione dicatur.*

1 VErbum teſtor polyſemõ eſt, latiſſimamque habet ſignificationem: generaliter enim ſignificat rem facere notam, apertam, vulgatam, & apud omnes cognitam, quod eã quaſi omnes teſtentur, à quo teſtatior & teſtatiſſimè deducuntur. ita Hircius, quo notior, teſtatiorque virtus eſſet.

Cicero ad Atticum: teſtatum eſſe volo, de pace quid ſenſerim: & de diuinatione. clariſſimis monumentis teſtata conſignataq; antiquitas, quem non mouet? & in 4. Verr. vt res quàm maximè clara, atq; teſtata eſſe poſſet, in ius ad Metellum Carpinatium voco. & ibidẽ. quæ cùm ita eſſent, tãta ne amentia præditus, atq; audacia fuiſti, vt in re tam clara, tam teſtata, tabulas publicas corrumpere auderes? et ad Atticum, nihil dixi pro teſtimonio, niſi quod erat notum, atq; teſtatum. Item, teſtata laus, item pro Murena, adijcere rem teſtatã. itẽ, vt quaſi teſtata eſſet pop. Romano noſtra gratia. & In Antonium. laus Bruti, nondum autoritate publica teſtata eſt. itẽ, teſtata ſunt & illuſtria. item, res ita notas, ita teſtatas. itẽ,
res multorũ aulis teſtatior. Specialiter † ſum- 2
ptum quandoque fidei habendæ cauſa, in teſtimonium aduocare ſignificat.

Quomodo dicimus, teſtor Deum. ſic Cicero pro Cecinna, ego homines, deoſq; teſtor. Et pro Cluẽtio. Preces & nefaria vota cognouimus, quibus illa deos immortales de ſuo ſcelere teſtatur. & pro Sylla. vos dij patriæ & penates &c. integro me animo, & libero, P. Syllæ cauſam defendere, implorarem ſenſus veſtros, vniuſcuiuſq; ſentẽtiã in ſuos teſtarer.

Et ad Q. Fratrẽ, teſtor deos, deaſq; immortales, veſtraſq; maximè mentes. Et Philip. 7. monebo, prædicabo, denunciabò, & teſtabor ſemperque deos, hominesque, quid ſentiam. & lib. 2. de finib. ſtuprata per vim Lucretia à Regis filio, teſtata ciues, ſe ipſa interemit.

Interdum † pro teſtificatione, hoc eſt, pro 3
teſtimonio accipitur. Cicero in Saluſtiũ. eſt quędam calumnia, quam vnuſquiſq; veſtrum teſtante animo ſuo fert de eo, qui falſum crimẽ bonis obiectat. & pro Oratore. Sępè enim hoc teſtandũ eſt. & de natura Deorum, lib. 2. vtræq; autem crebræ, multæq; toto corpore intextæ, vim quandam incredibilem artificioſi operis diuinique teſtantur.

In † qua ſignificatione, iterum apud iuris 4
noſtri authores vſurpatur, pro reſeruatione quadam ſui iuris, vel proteſtatiõe. Sic Vlpia. de liberis, qui ſe pro hærede volunt gerere. & ideo, inquit, ſolent teſtari liberi, qui neceſſarij exiſtunt, nõ animo hæredis ſe gerere, quæ gerunt: ſed aut pietatis, aut cuſtodiæ cauſa, aut pro ſuo, l. pro hęrede. 20. in prin. ff. de adq. hęred. teſtari inquit Accurſius, id eſt, proteſtari, pro vt hoc verbo quoq; vtitur Paulus. Quid enim, ſi etiã proteſtata eſt ſe filium ideo alere vt aut ipſum, aut tutores eius cõueniret? l. Neſennius, 34. verſi. quid enim. ff. de nego. geſtis.
Quandoq; † pro denunciatione corã teſti- 5
bus fa-

bus facta accipitur. Paulus in ſponſalibns: nihil inrereſt, vtrùm teſtatio interponatur, an aliquis ſine ſcriptura ſpondeat, l.7.ff.de ſponſalib. Et Paulus: Ita enim abſens defendi non videtur, ſi actor vltrò interpellar, nec quiſquã defenſiõi ſe offerat, eaq; teſtatiõe cõplecti oportet, l. 22.in prin.ff.ex quib.cau.mai.in int. reſti. Et idem. Qui opus nouũ nuntiar, ſi quid operis iam factum erit, in teſtationẽ referre debet, vt appareat quid poſteà factum ſit, l.nõ ſolùm.8. § qui opus.ff.de operis noui nuncia. vbi Accurſ.teſtationem nũtiationem coram teſtibus factam inrerpretatur.

Sic Scęuola teſtatoris dicta in teſtationem redigere dixit, l.39.§.1.ff.de leg.3.& Labeo.prima teſtatione ius legati conſumere, l. apud Aufidium.20.ff.de optione legata.

Et Pompo. Labeo ait, ſi nemo ſit, qui à patre promiſſoris interpellari traiectitiæ pecuniæ poſſit, id ipſum reſtatione cõplecti debere, vt pro petitiõe id cederet, l.2.ff.de nautico fœnore.& Martianus, alioquin ſi honeſtæ vitæ, & ingenuã mulierem in cõcubinatum habere maluerit, ſine teſtatione hoc manifeſtũ faciente non conceditur: ſed neceſſe eſt ei, vel vxorem eam habere, l.3.ff.de concubinis.

Et Vlpia.de turore. nam etſi citrà teſtationem ſcilicet, vndecunq; cognouerit: nulla dubitatio eſt, quin debeat periculũ ad ipſum reſpicere, l.5.§.fi.ff.de adminiſt.& peric.tutot.

Quæ teſtationes ſolennes, in amplectendis hæreditatibus, Conſtantij conſtitutione ſublatæ ſunt, l.fi.C.qui admitti ad bon.poſſeſſ.

6 Deniq; † in re præſenti teſtari, eſt teſtamentum facere. In eo qui teſtatut, inquit Labeo, eius temporis, quo teſtamentũ facit, integritas mentis, non corporis ſanitas exigenda eſt, l.2.ff.qui teſtam.facere poſſunt.

Et Caius, qui in poteſtate parentis eſt, teſtamenti faciendi ius nõ habeto, adeò, vt quãuis pater ei permittat, nihilomagis tamẽ iure teſtari poſſit, l.6.ff.eod.

Er Vlpianus. Obſides teſtati non poſſunt, niſi eis permittatur, l.11.ff.eod.

Et iterum Vlpian. Per contrarium quæri poteſt, an pater eius, qui de caſtrenſi peculio poteſt teſtari, adhiberi ab eo ad teſtamentum teſtis poſſit? l. qui teſtamentum. 20.in prin.ff. eo.& iterum. vno contextu actionis teſtari oporrer. vel vt Pand.Flor.habent, vuo contextu actus, l.21.in fi.ff.eo.

Et iterum. Si ita teſtatus ſit paterfamilias, l. 3.§.ſi ita.ff.de liber.& poſthum.

Et iterum Vlpian. Si miles, qui deſtinanerat cõmuni iure teſtari, antè defecerit, quàm teſtaretur, l.3.ff.de teſtam.milit.

Et idẽ. Qui iure militari teſtatur, etſi ignorauerit prægnantem vxorem, l.7.ff.eod.

Et Tertyll. idẽ eſt, etſi paterfamilias miles de caſtrenſibus rebus duntaxat teſtatus ad rogandum ſe dederit, l.23.ff.eod.

Et iterum Vlpianus. Omnes igitur omninò, qui eius ſunt conditionis, vt iure militari teſtari non poſſint, ſi in hoſtili loco, aliàs hoſticolo deprehendãtur, & illic decedant, quo modo velint, & quomodo poſſint, teſtabuntur, l. vnica.ff.de bon.poſſ.ex teſtam.milit.

Et idem. Ex eo tempore, quis iure militari incipit poſſe teſtari, ex quo in numeros relatus eſt. antè nõ, l.ex eo.42.ff.de teſtam.milit.

Et iterum. Reſcripta Principum oſtendũt, omnes omninò qui eius ſunt gradus, vt iure militari teſtari non poſſint, ſi in hoſtico deprehendantur, & illinc decedant, quomodo velint, & quomodo poſſint teſtari, ſiue pręſes ſit prouinciæ, ſiue quis alius, qui iure militari teſtari non poteſt, l.44.ff.eod.

Et Florentinus. Si ergo miles de cuius bonis apud te quæritur, conuocatis ad hoc hominibus, vt voluntatem ſuam teſtaretur, ita locutus eſt, vt declararet, quem vellet ſibi eſſe hæredem, & cui libertatẽ tribuere, poteſt videri ſine ſcripto hoc modo eſſe teſtatus, & voluntas eius rata habenda eſt, l. Diuus.24.in prin.ff.eod.

Et Paulus. Et ſiquidẽ iure cõmuni teſtatus, l.38.§.miles.ff.eo.& paſſim alibi.

Inde † Vlpianus definit teſtamentum, in 7
Inſt titul.20. teſtamentum eſt mentis noſtræ iuſta conteſtatio, in id ſolennirer factum, vt poſt mortem noſtram valeat, tit.20.de teſtamen. Florentinus, teſtamentum iudiciorum ſuorum teſtationem vocat, l.vnũ teſtamentum, 24.in fi.ff.qui teſtamenta facere poſſunt. Quo etiam modo teſtamenta dicuntur IVDICIA TESTATORVM, l. ſi duo.16. in fi. ff.de legat.præſtan. l.3.in fi.ff.de collat. dotis, l.1.in princ. ibi, ſuprema iudicia ſua.ff.de bonorum poſſeſſ. ex teſtamenro milit.l.5.in fin. ibi: Supremis iudicijs ſuis conceſſum eſt.C.de teſtamento milit.

Interdum etiam poſtremum iudicium dicitur. Auth.hoc ampliùs.C.de fideicommiſſ. l.15.§ fin.C.de teſtam.

Sic etiam Iuſtinianus Seruium Sulpitium ſecutus teſtamẽtum, inquit, ex eo appellatur, quòd teſtatio mentis ſit. Quamuis † autem 8
hæc Serui Sulpitij Iureconſ. definitio à Gellio reprehendatur, quod à mentis conteſtatione componat. quid igitur calciamentum? quid paludamẽtum? quid pauimentũ? quid veſtimentum? quid alia mille, per huiuſcemodi formã producta? etiamne iſta omnia cõpoſita dicemus? ita Gell.lib.6.cap.12. Ob quã quoque cauſam Laurentius Valla lib.6.cap.36 elegantiarũ, Iuſtinianum carpit, quod exploſam etymologiã denuò inculcet: attamen pleriq; interpretes, & inter hos Alciat.lib.2.de verb. ſignifi. & Claudius Cantiuncula in Topic.ac Viglius in titu.de teſtament. ordinand. hanc

notam excuſant, quod Seruius & Iuſtinianus non etymologiam tradere voluerint, ſed tantùm ad ſimilem vocem alludere, quæ etymologia plurimùm ab alluſione differt, prout eruditè explicat Viglius in præcitato loco.

Vnde † Modeſtini definitio pleriſque placuit, teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo quod quis poſt mortem ſuã fieri velit, l.1.ff.qui teſtamenta facere poſſ.

In hac itaque ſignificatione dicitur quoq; quis teſtatus, & inteſtatus mori, & ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccedere.

Ita Papinianus, quia credimus eum legitimum hæredem pro parte eſſe factum, & ideo pars hæreditatis in teſtamento remanſit. nec abſurdum videtur pro parte inteſtatum videri, l.nam etſi.15.in fin.ff.de inoff.teſtam.

Et Vlpianus. quòd ſi fuerit, pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus deceſſiſſe videbitur, l.24, in fi.ff.eo.

Et iterum Vlpianus. in l.3 §. ſi ita teſtatus ſit paterſamiliâs, vt à primo quidem gradu filium præteriret.ff.de liber. & poſthum. hæred.inſti. & in l.2.ibi: vel ab eo ſcriptus eſt, qui ab inteſtato venire poteſt.ff. de iniuſto, rupto & irrito facto teſtàm.

Et idem Vlpianus. Poteſt autem intereſſe, vtrùm ita quis ſcribat. Ex his partibus quas adſcripſi: an adſcripſero, vt ſuperiore modo dicas, nullis adſcriptis partibus, nullam eſſe inſtitutionem: quomodo in illis Marcellus ait, ex his partibus, ex quibus teſtamento matris ſcripti fuiſſent, hæredes ſunto, ſi inteſtata mater deceſſerit, hos non eſſe inſtitutos, l.2. in fin.ff.de hæredib.inſtit.

Et idem. Si miles vnum ex fundo hæredẽ ſcripſerit, creditur quantum ad reſiduum patrimonium inteſtatus deceſſiſſe. Miles enim pro parte teſtatus poteſt decedere, pro parte inteſtatus, l.6.ff.de teſtam.milit.

Et idem de milite. cùm, inquit, & ex parte hæredem inſtituere poſſit, hoc eſt, ex parte teſtatò, & ex parte inteſtatò decedere, l. 19. in prin.ff.eo.

Et iterum. quod dicitur, proximus à ventre poſthumo hæres &c. accipe. proximus à ventre, qui ſuum hæredem pariturus eſt. & non ſolùm ad teſtatos hæc verba, verùm ad inteſtatos quoque pertinent, l.30.§.1.ff.de adquir. & omit.hæred.

Et idem. quia autẽ is, qui ab inteſtato poſſidet hæreditatem, conueniri poteſt, ſi omittit cauſam teſtamenti.& ibi. Si igitur omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato poſſideat hæreditatem, videndum eſt an legatarijs cogatur reſpondere, & §. non ſimpliciter. in fin. quia & omiſit cauſam teſtamenti. & quia ab inteſtato poſſedit, l. 6. in princ.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtam.

Et idem in l.8.& in l.10. §. cum ſubſtitutis. & in l.12.§.fina.ibi. hæredem eius, qui omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſidet hæreditatem, in ſolidum legatorum actione teneri cõnſtat, ff, ſi quis omiſſa cau.teſtam.

Et iterum. qui omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſidet hæreditatem, ſeruos ad libertatem perducere debet, l.29.ff.eo.

Et idem. quod ſi neque ex primo gradu, neque ex ſecundo quiſquam in rebus fuerit humanis, cùm teſtator moritur, tunc ab inteſtato magis bonorum poſſeſſionẽ filio competere, l. ſed etſi.10.§.fi.verſ.non omnia.ff.de legat.præſtan.

Et iterum. filiam quæ ab inteſtato patri hæres ſit, conferre quidem dotem oportet, l. 1.§.filiam.ff.de collat.dotis. idem. vbicunque ab inteſtato admittitur quis, illic & vẽter admittitur, l.7.ff.de ventre in poſſeſſ. mittendo. & idem. proinde ſi quis in opiſtographo teſtatus ſit, hinc peti poteſt bonorum poſſeſſio, l.4.de bon.poſſ.ſecund.tab.

Et idẽ. planè ei, cui ab inteſtato fideicommiſſum relictum eſt, erit præſtandum, quaſi videatur hoc ipſo fraudatus, quod ex teſtamento petita ſit bonorum poſſeſſio, l.5.ff. eod.

Et idem. poſteaquàm prætor locutus eſt de bonorum poſſeſſ. eius, qui teſtatus eſt, tranſitum fecit ad inteſtatos, eum ordinem ſecutus, quem & lex 12.tabularum ſequuta eſt. fuit enim ordinarium antè de iudicijs teſtãrium, dein de ſucceſſione ab inteſtato loqui, l.1.ff.ſi tabulæ teſta.nullæ extab Idem. bonorum poſſeſſio poteſt peti ab inteſtato, ſi certum ſit, tabulas non extare ſeptem teſtium ſignis ſiguatas, l.2.ff.vnde liberi.

Et iterum. Si mater non petierit tutores idoneos filijs ſuis, vel prioribus excuſatis reiectisve, non confeſtim aliorum nomina ediderit: ius non habet vindicãdorum ſibi bonorum inteſtatorum filiorum, l.2.§.ſi mater. ff.ad Tertyl.& alibi ſæpiùs.

Ita etiam Papinianus. Sed ſi vt inteſtatus moreretur, incidit tabulas, & hoc approbauerint hi, qui ab inteſtato venire deſiderant, à ſcriptis auocabitur hæreditas, l.fina ff.de his quæ in teſtam.delentur. & idem. bona militis inteſtati defuncti caſtrenſia, fiſco non vendicantur, l. 2.ff.de veteranorum & milit. ſucceſſione.

Paulus. Cùm in naturalis filij perſona, duplex ſubſtitutio locum habere non poterit, & ideo ad matrem legitimi filij hæreditas ab inteſtato pertinet, l. Lucius. 45.§.1.ff.de vulg. & pupill.

Et iterum. Si filiusſamiliâs, qui in caſtrenſi peculio teſtatus eſt, occiſus ſit, l.8.§.fi.ff.de S. C.Syllan.

Et idẽ. Ab inteſtato factis codicillis, relicta

etiam

etiam poſteà, natus inteſtati ſucceſſor debebit. Cuicunq; enim ab inteſtato ſucceſſerit, locum habent codicilli: nam vnus caſus eſt. & paulò poſt. & vt manifeſtiùs dicam, inteſtatò patrefamiliâs mortuo, nihil deſiderant codicilli, ſed vicem teſtamenti exhibēt: teſtamento autem facto, ius ſequuntur eius, l.16.ff.de iure codicill.

Et idem. Etiamſi ab inteſtato debeatur fideicommiſſum, locum habet hæc ſtipulatio, l.15.in fi.ff.vt legatorum nomine caueatur.

Et idem. Nec non ab inteſtato habentibus ius legitimum, l.6.§.bonorum poſſeſſionis.ff. de bon.poſſ.

Caius. Duo hæredes Inſtituti, ſi ambo omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſideāt. & iterum. Præterea patrono quoq;, qui ex aſſe hæres inſtitutus eſt, ſi ab inteſtato poſſederit hæreditatem, l.18.& 19.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtam.

Pomponius. Si filiusfam. miles non ſit teſtatus, de his, quæ in caſtris adquiſierit, &c. l. fin ff.ad S.C.Tertyl.

Scæuola. Inteſtatæ ſororis hæreditas obuenit duobus fratribus, l fina.ff. pro emptore. & iterum. quia codicillis hæreditas neque dari, neque adimi poteſt: tamen benigna interpretatione placet, vt frater qui ab inteſtato pupillo ſucceſſit, ſubſtitutis fideicommiſſo obligetur, l.Scæuola.76.ff.ad S.C.Treb.

Et idem. Lucius Titius inteſtato moriturus, l.78.in prin.ff.eo.l.inteſtata.ſi.ff.vnde cognati. & paſſim alibi prudentes.

Quemadmodum quoque eadem ſignificatione principes, verbis teſtari, teſtatus, ab inteſtato, vtuntur, l.2.ibi defuncto quidem liberto, patronus inteſtato ſuccedens.C.ſi in fraudem patroni, l.5.ibi. vtrumne ſecundùm tabulas, an ab inteſtato.C.qui admitti ad bon.poſſeſſ.poſſint, l.1. ibi.incertus adhuc, an defunctus inteſtatus deceſſerit.C.de bonor.poſſ.ſecund.tab.l.2.ibi.ex teſtamento, vel ab inteſtato exiſtēte filio, vel nepote ſuo hærede, nemo poteſt ab inteſtato hæres exiſtere.C. vnde liberi, l.3.ibi.poſt auum inteſtatum.C.eo.& l.2. ibi. Velut ex teſtamento adijt hæreditatem, quos inteſtatos deceſſiſſe.C de ſucceſſorio edicto, l.2.ibi, ſi pater inteſtatus deceſſerit, relictis duobus filijs C. de collat.l.3.ibi. nec inteſtato patri ſuccedere filia ea ratione prohibetur, l.4.ibi. filiæ dotem in medium ita demū conferre coguntur, ſi vel ab inteſtato ſuccedant, vel contra tabulas petant.C.eod. & l.5. ibi.inteſtato patre defuncto.l 8.ibi.à patre veſtro inteſtato diem defuncto, & l.9.ibi. ab inteſtato te ad ſucceſſionem paternam venientem, l.16.ibi.inteſtato patri ſuccedērem, l.antepenult. ibi.nam ſi inteſtatus quis.& penult. ibi. quàm in quartam ab inteſtato ſucceſſionis.C.de collationib.l.1.ibi, ſed ab inteſtato ſuccedentes veniunt, l.2.ibi, vt inteſtati defuncti mater, l.6.ibi, & mater quidem inteſtatæ filiæ, ſibi ſucceſſionem defendat, tu autem ex ſubſtitutione ad te pertinere contendas.C. de teſtamen. milit. & l.3. ibi, hæres inſtituta matris teſtamento, ſi ſucceſſionem ex teſtamento omiſiſti, & ab inteſtato bonorum poſſeſſionis ius habere voluiſti. & l.7. ibi. hæredem te factum ex teſtamento, poſt euentum conditionis, inteſtati ſucceſſionem excluſiſſe conſtat.C. de impuberum & alijs ſubſtitutionibus, & l.4.in princip.ibi, cùm ab inteſtato ſimile ius vtrique ſexui ſeruauerint.C.de liberis præteritis. & in l.9.ibi, ſi curatores quondam tui, teſtamento iure facto, vel ab inteſtato legitima delata eſt ſucceſſio.C. de iure deliberand.l.fin.§.fin.ibi, illud quoq; pari ratione ſeruandum eſt, vt teſtator, qui decreuit facere teſtamentum, ſi id implere nequiuerit, inteſtato videatur eſſe defunctus. C.de codicillis.l. 2. ibi, eum, qui cum teſtamento poſſet obtinere hæreditatem, ab inteſtato ius ſucceſſionis voluit amplecti: libertatibus eodem teſtamento datis obeſſe non poſſe, iampridem placuit.C. ſi omiſſa ſit cauſa teſtamēti.l.fina.ibi, ſi omiſſa cauſa teſtamenti ſucceſſerunt ab inteſtato.C.eodem. & l.29.ex teſtamento, quod iure non valet, nec fideicommiſſum quidem ſi non ab inteſtato quoque ſuccedentes, rogati probentur, peti poteſt.C. de fideicommiſſis. & l.fin.ibi, ſi fideicommiſſum ab inteſtato fuerit ſorori ſuæ relictum codicillis, &c.C.quando dies legati cedat, l.2. ibi, auo ſuccedentes ab inteſtato, non pro viribus portionibus ſed ex ſtirpibus ſuccedūt. C.de ſuis & legitimis liberis. & l.3. vt inteſtato defuncti filius ac nepos ex alio, qui mortis eius tempore in rebus humanis non inueniuntur, manentes in ſacris pariter ſuccedant, euidenter lege 12.tabul.cauetur.C.eod. & in l.4. l.5.l 9.§.non ſolùm autem, l.12.ibi, inteſtatus, vel inteſtata.C.eod.titu. & l.5.ibi. Mater quæ defuncto filio, filiæve ſine liberis ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccedit, l.6.ibi, omnē matri ſiue ab inteſtato, ſiue iure ſubſtitutionis, &c.& l.7.ibi, ſi quis, vel ſi qua matre ſuperſtite, & fratre, vel legitimo, vel ſola cognationis iura habēte inteſtatus, vel inteſtata deceſſerit.C.ad Senatuſconſ.Tertyl. l.1.ibi, ſi inteſtatæ mulieri conſanguinei exiſtant, &c. & l. 3. ibi, matri inteſtato defunctæ.C.ad S.C.Orficianum. & l.3. ibi, conſanguinitatis iure, & fœminas ad inteſtatorum ſucceſſionem admitti poſſe, explorati iuris eſt, & l.5. ibi, ad inteſtati ſucceſſionem. & l.9. ibi, in ſucceſſione inteſtatæ ſororis, & l.12. ibi, in omnibus ſucceſſionibus, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato.C.de legitimis hęredibus. ſic & in alijs plurimis reſcriptis & conſtitutionibus.

5 Pari ſignificarione † vtuntur prudentes: ſic Vlpia. ſi quis ob carmen famoſum damnetur Senatuſconſulto expreſſum eſt, vt inteſtabilis ſit, ergo nec teſtamentum facere poterit, nec ad teſtamentum adhiberi. l. is cui. 18. ff. qui teſtam. facere poſſ. & idem Vlpia. ſi quis librum ad infamiam alicuius pertinentem ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret, etiamſi alterius nomine ediderit, vel ſine nomine, vti de ea re agere liceret, etſi condemnatus ſit, qui id fecit, inteſtabilis ex lege eſſe iubetur, l. lex Cornelia. 5. §. penult. ff de iniur. & Caius: cùm lege quis inteſtabilis iubetur eſſe, eò pertinet, ne eius teſtimonium recipiatur. & eò amplius (vt quidã putant) neve ipſi dicatur teſtimonium. l. cum lege. 26 ff. qui teſtamenta facere poſſ. & Arcadius: ob carmen famoſum damnatus, inteſtabilis fit, l ob carmen. 21. ff. de teſtib.

6 Inteſtabilis † itaque is dicitur, qui deteſtabilis eſt, & execrabilis: qua ratione Cicero Verrem vocat deteſtabilem hominem. Item deteſtabile ſcelus. item, nullam eſſe tam deteſtabilem peſtem, quæ non homini ab homine naſcatur. item, nihil tam deteſtabile, tamque peſtiferum eſſe, quàm voluptatem.

Hinc, qui deteſtatione dignus eſt, etiam Inteſtabilis redditur, & à ferendo teſtimonio arcetur, prohibeturque, adeò vt ne ipſi teſtimonium dici & anteſtari poſſit.

CAPVT III.

Inteſtatus quis propriè dicatur.

SVMMARIA.

1 *Inteſtatus quis dicatur, & num. 2.*
3 *Ab inteſtato mori multipliciter dici.*
4 *Vitium pro corruptione rei, variè dici.*
5 *Vitia teſtamentorum quatuor.*
6 *Rumpi quando dicatur teſtamentum.*
7 *Suus hæres quomodo & quando agnaſcatur.*

1 INteſtati, † inquit Vlpianus, propriè appellantur, qui cum poſſent teſtamentum facere, teſtati non ſunt. ſed & is, qui teſtamentum fecit, ſi eius hæreditas adita non eſt, vel ruptũ, vel irritum eſt teſtamentum, inteſtatus nõ improprié dicetur deceſſiſſe.

Planè qui teſtari non potuit, propriè nõ eſt inteſtatus, putà, impubes, furioſus, vel cui bonis interdictum eſt. Sed hos quoque pro inteſtatis accipere debemus: eum quoque qui ab hoſtibus captus eſt: quoniam per legem Corneliam ſucceſſio his defertur, quibus deferretur ſi in ciuitate deceſſiſſet. nam & eius hæreditas fuiſſe creditur, l. 1. ff. de ſuis & legitimis hæredib.

Quæ Vlpiani verba paulò aliter per cõpendium referuntur, in lib. 45. Baſilic. tit. 1. cap. 4. Inteſtati propriè appellãtur, qui cum poſſent teſtamentum facere, teſtati non ſunt, vel non cum effectu teſtati: & quando eſt ruptum, vel irritum teſtamentum: qui autem non poſſunt teſtari, dicuntur quidem inteſtati, ſed nõ propriè, vtpotè, impubes, & furioſus, & prodigus, & qui deceſſit apud hoſtes. Paulus autem, inteſtatus eſt, inquit, non tantùm qui teſtamentũ non fecit, ſed etiam is, cuius ex teſtamento hęreditas adita non eſt, l. inteſtatus. 64. ff. de verbo. ſign. & idem alibi in lib. 7. ſent. ſub tit. de teſtamentorum ſucceſſ. ac extat in lib. de collat. legum Moſaic. tit. 16. de legitima ſucceſſione.

Inteſtati dicuntur, qui † teſtamentum facere non poſſunt, vel ipſi linum, vt inteſtati decederent, abruperunt: vel hi, quorum hæreditas repudiata eſt, cuiuſve conditio defecerit. Imperator Leo, ius inteſtatæ ſucceſſionis deſcribit, vt ſit aut teſtamento penitus non condito, aut ſi factum fuerit, contrà tabulas bonorum poſſeſſione petita, vel inofficioſi querela mota, reſciſſo. l. vt liberis. 17. C. de collationib. Iuſtinianus autem inquit, inteſtatus decedit, qui aut omninò teſtamentũ non fecit, aut nõ iure fecit, aut id quod non fecerat, ruptum irritumve factum eſt: aut ſi ex eo nemo hæres extiterit, §. 1. Inſt. de hæred. quę ab inteſt. defer. 2

Inteſtatus itaq; † vel ab inteſtato mori multipliciter dicitur: à quibusdam quidem quatuor, ab alijs ſeptem, ab alijs nouem modis, quãdoque plures adducuntur rectiſſimè tamen inteſtatus duplici modo dicitur: vno, cũ poteſt facere teſtamentum, nec fecit: altero, ſi teſtamentum quidem fecit, ſed vitioſum. 3

Quemadmodum enim res quãdoq; ſua habent vitia, qua † ratione dicimus vitium pro corruptione rei & deprauatione. Cic. in Top. ſi ædes corruerunt, vitiumve fecerunt, & lib. 2 de diuinat. quod augures iudicaſſent eos vitio creatos eſſe. nam vitium ijs quæ auſpicata sũt, & augurata, opponitur, vt vitio creati magiſtratus ſunt, qui creati ſunt contra auſpicia. & idem: comitiorum ſolum vitium eſt fulmen, quod idem omnibus rebus optimum auſpicium habemus. & idẽ, vitium appellant Stoici in corpore, cum partes corporis inter ſe diſſident, ex quo prauitas membrorum, diſtorſio, deformitas. Quomodo etiam Cic. lib. 2. ad Heren. vitioſarum argumentationum genera duo conſtituit. & apud iuris authores parietes, ędificia, ędes vitium facere dicuntur. l. 30. in prin. ibi, quia ædificia vitium facere diceret. ff. locati. l. 12. in princ. ff de damn. infect. & vitia poſſeſſionum, alia ſunt ex re, alia ex perſona. itẽ, vitioſum initium poſſeſſionis, & vitioſè poſſidere. 4

Ita teſtamẽta, pari ſignificatione, quandoq; habẽt vitia, prout Vlpia. loquitur. l. 1 §. ſiue autem. ibi, vel in quo alio vitio. ff. de tabu. exhib. & Iuſtinianus: rumpitur autem teſtamentum cum in eodem ſtatu manente teſtatore, ipſius teſtamenti vis vitiatur. §. 1. Inſtit. quibus mod.

5 teſtam.infirm. vitia † autem teſtamentorum
quatuor ſunt, vt Papinianus ſcribit, teſtamen-
rum aut non iure factum dicitur, vbi ſolēnia
iuris defuerunt, aut nullius eſſe momēti, cum
filius qui fuit in patris poteſtate præteritus eſt,
aut rumpitur alio teſtamento, ex quo hæres
exiſtere poterit, vel agnatione ſui hęredis, aut
in irritum conſtituitur, non adita hæreditate.
l.1.ff.de iniuſt.rupt.& irrito facto teſtam.

Paulò aliter Vlpia.in fragmen.tit.23. Teſta-
mentum iure factum infirmatur duobus mo-
dis: ſi ruptum aut irritum factum ſit. Rumpi-
6 tur † teſtamentum mutatione, id eſt, ſi poſteà
aliud teſtamentum iure factum ſit. Idem agna
tione, id eſt, ſi ſuus hæres agnaſcatur, qui neq;
hæres inſtitutus, neque vt oportet, exhæreda-
7 tus ſit. Agnaſcitur † ſuus hæres, aut agnaſcen-
do aut adoptando, aut in manum conuenien
do, aut in locum ſui hæredis ſuccedendo, vel
ut nepos mortuo filio, aut emancipato: aut
manumiſſione, id eſt, ſi filius ex prima ſecun-
da ve emancipatione manumiſſus, reuerſus ſit
in patris poteſtatem. Irritum fit teſtamentum
8 † ſi teſtator capite diminutus fuerit, aut ſi iure
facto teſtamento nemo hæres extiterit, ita Vl
pia. Cuiac. Papinianum ſecutus, quatuor vitia
teſtamentorum facit. non iure factū, nullum,
ruptum, irritum. quæ deinde in tria contra-
hit: cùm iniuſti nomine contineatur non iu-
re factum, & nullum, in d.l.1. ff.de iniuſto, rup
to, & irrito facto teſtam.

CAPVT IV.

An pupillus, itemq́ue furioſus, inteſtati dicantur.

SVMMARIA.

1 *Pupillus & furioſus, an inteſtati decedere dicantur.*
2 *Furioſum & pupillum inteſtatum non dici obijſſe, qui affir ment.*
3 *Statuti verba à iure communi diſcrepantia propriè accipi enda.*
4 *Legis verba inſpicienda, neque vltrà ea diſpoſitionem tra hendam.*
5 *Extenſio à caſu ad caſum fit, cum ſubeſt eadem ratio.*
6 *Interpretatio benignior vt accipiatur, iuſtior & tutior in re dubia.*
7 *Statutum prohibens donationem inter coniuges non confirmari morte, in tacita non obtinet.*
8 *Statuta & diſpoſitiones à iure communi diſcrepantia, tacita & præſumpta non includunt.*
9 *Dictum ſimpliciter, eſt ſimpliciter intelligendum.*
10 *Pupillum & furioſum inteſtatum dici deceſſiſſe, qui opinati ſint.*
11 *In Statutis communis vſus loquendi obſeruandus.*
12 *Pupillus phraſi I.C. vſitata inteſtatus dicitur.*
13 *Saliceti & aliorum interpretatio quando pupillus in ſtatutis inteſtatus mori dicatur, reiecta.*
14 *In Statutis & diſpoſitionibus iuris communi detrahentibus, vel addentibus, mens & propoſitum ſtatuentium inſpiciendum.*
15 *Statuta fœminas excludentia cui rationi innitantur.*
16 *Statuta etiam impropriè loquentia, propriè tamen, non ficté accipienda.*
17 *Inteſtatus decedit, cui teſtamenti factio prohibita.*
18 *Voluntas in mente retenta nec prolata nihil operatur.*
19 *Statutum vel lex quod non expreßit, non intelligit.*
20 *Familia in agnatu conſiſtit propriè.*

QVæſitum eſt, & diſputatum acutè, mul-
tumq́ue ab interpretibus, an † pupillus, i- 1
temq; † furioſus inteſtati dicātur, idq; propter
ſtatuta, ſeu iura municipalia. Finge enim ſta-
tuto expreſſum eſſe, bona eius qui ab inteſta-
to decedit, proximorum agnatorum ſunto,
quid ſi nunc pupillus vita functus ſit, an ma-
ter à ſucceſſione auertetur? quæſtio hæc in tri-
plicem opinionem deducta eſt. Aliqui † pupil 2
lum quidem, vel furioſum, ac alios qui teſtari
non poſſunt, inteſtatos non dici, ideoq́ue nec
matrem à ſucceſſione pelli poſſe exiſtimarūt.
Huius opinionis authores ſunt Cynus, & Al-
ber.in l.2.C.qui teſtam.fac.poſſ. Bald.& Salic.
in l.cum in antiquiorib.C.de iure delib. Bald.
in l.ſi is 3.in fin. C. ſi pendente appellat. mors
interuen.& in l.ſi arrogator.ff.de adop. Nico-
laus Neapolitanus in l.impuberem.ff.ad S.C.
Trebel. Angel.in l.in teſtamento militis.6. C.
de teſtam.milit.& in l.2.C.de impuber.& alijs
ſubſtit. Imola in l.centurio. ff.de vulg. & pup.
& in c.cum tibi.extr.de teſtam. Anchor. in c.1.
charta 70.in paruis. extr.de conſtitutionibus.
Ioan. Fab. in §.1. in prin. & ibi Angel. Aretin.
colum.2.& ſequent.& Chriſtophor. Porc. In-
ſtit.de hæred.quæ ab inteſtato deferunt. Ray-
nerius, Cyn. Bald.& Nicolaus de Neapol.in l.
inteſtato parente.6.per eum text.ff.de legit.tu-
torib. Signorol.conſi.6.& conſi.101. Bald. cō-
ſi.12.& conſi.475.lib.3.& conſi.47.lib.4.& con
ſi.61.lib.4. & conſi.83. libr. 5. Raphael Fulgoſ.
conſ.40.& conſi.48.& conſi.165.& conſi. 199.
Alex.conſi.115.libro 2. Decius conſ.466. Mar-
ianus Socin.conſ.23. Et hęc opinio his rationi-
bus ferè confirmari poteſt.

Verba ſtatutorum, quæ à iure communi
diſcrepant, † propriè ſunt accipienda, legumq́ 3
que verbis inprimis eſt inhærendum, l.1.§. ſi
is qui nauem, ff. de exercitor. actio. l.non ali-
ter.69.l.ille aut ille.25.ff.de legat.3. l. ea quæ in
partes.152.§.1 ff.de regul. iuris. l. quod conſti-
tutum.21.ff.de teſtamen. milit. l.ſi ſeruum. 71.
§.non dixit prætor.ff.de adquir.hæred. Bartol.
in l.omnes populi.ff.de iuſtit. & iure. Bald. in
l.1.C de hæred.inſtit.& in l. ita nobis. C. de a-
dulter.& in l.cum ancillis. C. de inceſt. nupt.
& in l.teſtamentum, in fine.C.de teſtam.& in
l.furioſi.C.de nupt.& in c.fin. tit.de alienatio
ne feudi. & in multis conſilijs. late Tyraquel.
in l.ſi vnquam, in verbo, libertis, à num.21.vſ-
que ad num.26. vbi tradit, verbis legis deficien
tibus, deficere ipſam legem. item, verba † legis 4
inſpicienda eſſe, nec vltrà ea diſpoſitionem
illius trahendam. item, verba vbique conſide-
randa in ſtipulationibus, conceſſionibus, con
tracti-

tractibus,ſententijs,priuilegijs,inueſtitura,te-
ſtamentis,compromiſsis,& ſimilibus In hoc
itaque ſtatuto verba ad pupillum (qui impro-
priè inteſtatus dicitur.l.1.ff.de ſuis & leg.hære-
dib.)detorquenda non ſunt.

5 Deinde † extenſio ab vno caſu ad aliũ,tùm
ſolum fit,quando eadem eſt ratio. arg.l.inter
ſtipulantem.83.§.ſacram ff.de verb.oblig.Lõ-
gè autem alia ratio eſt in eo,qui teſtari potuit,
quàm in pupillo , alijſque qui à teſtamenti fa-
ctione arcentur,& pelluntur:quia in illis præ-
ſumptio eſt voluntatis,qua ſe ad ſtatuta accõ-
modant , & ex mente ſtatuti proximos agna-
tos vocãt,matrem verò excludunt:in his nul-
la prorſus . cùm neq; velle, neq; nolle poſſint,
ac rerum ſuarum liberam adminiſtrationem
propter iudicij infirmitatem nullam habeãt.

6 Deinde † in re dubia benigniorẽ interpreta
tionem ſequi,non minus iuſtius, quam tutius
eſt,d.l.ea quæ.152.cum itaque hoc ſtatutum o-
dioſum ſit,l.maximum vitium.4. C. de liber.
præter.Bald.in l.inter filios.11.C.famil.erciſc.
& in l.ſi defunctus 9.verſ.quęro ergo.C.de ſu-
is & legit.lib.& luctnoſam matrem hæredita-
te priuet , Idq; contra iuris ciuilis prouiſionẽ.
auth.ceſſante.C.de legit. hæred. in benignio-
rem partem intelligi debet & accipi,de his nẽ
pè,qui propriè inteſtati decedere dicuntur,ne
que extendẽdum ac transferendũ eſt ad pupil-
los:ex generali regula,quod odia ſint reſtrin-
genda fauores ampliandi,c.odia,de regu. iur.
in 6.quibus in ſtatutis hoc principaliter inſpi-
ci & conſiderari ſolet,quod expreſſum eſt, nõ
quod tacitè colligitur.arg.l.ſi ex pluribus 9.ff.
de ſuis & legit.hæred.l.penult.ff.de iniuſto te
ſtam.Inde expreſſa voluntas plus habet priui-
legij & ponderis , quàm tacita. Socin.conſ.51.
7 col.1.verſic.non obſtat.lib.4. Inde † ſtatutum
prohibens donationem inter virum & vxo-
rem,non confirmati morte (contra Antoni-
ni reſcriptum,in l.1. C. de donat.inter virum
& vxorem) ad tacitam donationem non per-
tinet,Socin.iun.conſ.122.incip.circa primum
colum 5.verſic.nec obſtat. lib. 3. per notata in
l.iurisgentium § quinimò.ff.de pact. & in l.ſi
aliquam rem.28.ff.de acquir.poſſeſſ.Inde quo
que ſi ſtatuto lucrum dotis,aut certę illius par
tis marito deferatur,locum hoc non habet in
dote tacita vel præſumpta.Bal.conſi.33. incip.
quia iſta dos non fuit vera,lib.4. Iaſ. conſi. 50.
8 lib 1. Neque in † ſtatutis ſolùm hoc obſerua-
tur,ſed in omnibus alijs diſpoſitionibus , quæ
diuerſum quid & diſcrepans à iure commu-
ni inferunt. Nam in ijs titulus tacitus & præ-
ſumptus non admittitur. l. ſi quis argentum.
35.C.de donat.Iaſ.in l.iuriſgentium.§.ſed cum
nulla ff.de pactis.Bartol.ibidem in §. quinim
mò.Bartol. & Iaſon in l. ſi tibi decem. ff. eod.
Bald.in l.2.§.appellata.ff.ſi certum petatur.Ty
raquel.in l.ſi vnquam,in verb. donatione lar-
gitus,num.152.C.de reuocand.donat.

Ex quibus facilè colligitur ſtatutum , quod
ab inteſtati filij bonis matrem excludit, & ag-
natos vocat , de pupillo ſimilibusque intelli-
gendum nõ eſſe , cùm pupillus impropriè in-
teſtatus dicatur:ac ex tacita & pręſumpta mẽ-
te ſtatuti,iudicandum non ſit:nam ſtatuta ad
literam(vt ita dicam)intelligi debent, nec in-
terpretatione ad improprietatem detorqueri.
l.1.ff.ſi tabul.teſt.nullæ extab.in verbis,quia ex
coniectura & non propriè ſcriptus videtur.
Ex quo textu enunciatum hoc colligitur , ea
quæ ex coniecturis ſumuntur, vt tacita & pręſ-
ſumpta non intelliguntur.

Deinde,† quod ſimpliciter & abſolutè dici 9
tur,ſimpliciter intelligendum eſt, non ſecun-
dùm quid.l.1.ff.de donat.l.ſi ita quis.51. §. vlt.
& d.l.non aliter 69.ff.de leg.2.l.hoc legatum.
45.ff.de leg.3.l.vlt. C.de his qui veniam ætatis
impetr. ſimpliciter autem pupillus inteſtatus
nõ dicitur,igitur nec κατά τι accipi debet.

Alij contrarium adſerunt,& opinantur,ap 10
pellatione inteſtatorum in ſtatutis,hos quoq;
qui teſtamentum facere non poſſunt , conti-
neri,ſiue pupilli ſint,ſiue furioſi , aut alij quos
inteſtabiles vocamus. Huius opinionis prin-
ceps author eſt,Bart.in l.1.in prin. ff.de ſuis &
legit hęred.Bartol.ſequuntur multi alij,Bald.
ſibi contrarius in auth. præterea , C. vnde vir
& vxor. Caſtr. in l. in ambigua. 19. ff.de legib.
& in l. in teſtamento.6. & ibi Roma. C. de te-
ſtam.milit.Caſtr. Corn. Iacob. de S. Georg.&
Dec.in l.generaliter.C.de inſt. & ſubſt. Caſtr.
In l.2.C.de impub.& alijs ſubſt. & in l.cum in
antiquiorib. C.de iure delib. Alciatus in l. in-
teſtatus.ff.de verb.ſign.Matth.de Afflict. In c.
1.tit.de ſucceſſ.feudi,in vſib.feudor.Georgius
Natta in repet.c.quamuis.col.56.verſicu. circa
quartam,de pact. lib. 6. Anchoranus ſibi con-
trarius in c. cum tibi. & ibi Barbatius , vbi per 11
quindecim columnas diſputat hanc quæſtio-
nem.extr.de teſtam.Felin.in procem.decreta-
lium.Bald.conſ.108.lib 2.& conſ.36.li.4.conſ.
56.& 339 lib.4.Ang.conſ.26.& conſ.99.& con-
ſi.104.Card.Flor.conſ.111.Corn.conſ.75.lib.1.
& conſ.316 eod.Alex.conſ.115. lib. 2. & ibi Ca-
rol.Molyn.& conſ.21 lib.7.Socin.conſ.81.lib.
4.Carol.Ruin.conſ.50.lib.3 Paulus Pariſ.con-
ſi.22.li. 2.vbi latiſſimè diſputat, & conſ.84.eo.

Exiſtimarunt itaq; hi,† in ſtatutis commu- 11
nem loquendi vſum obſeruandũ eſſe.l.vxori.
32.l.liberorum.52.§.quod tamen Caſſius. ff.de
leg.3.l.cum de lanionis.18 §.aſinam. ff.de fun-
do inſtructo legato.l.3.§.vlt.ff.de ſuppel. lega.
Bartol.& alij in l.omnes populi.ff.de iuſtit. &
iur.& in l.talis ſcriptura ff.de legat.1. Iaſ. in l.
ſi auiæ.colum.vlt.C.de ſucceſſor.edict.Barto.
Alex.& omnium latiſſimè Franciſc. Niconit.
nu.196.ff.de noui oper.nunc.Roma.conſ.179.
Alex,conſi.26.nu.41.lib.3. vbi ait , nõ probato
commu-

communi loquendi vſu, verba intelligenda,
ſecundùm legum & iurium ſignificationem.
& addit, teſtamenta, & contractus, ſimilesque
hominū diſpoſitiones vulgari ſermone ſcri-
tas, vel prolatas, iuxta vulgarem ſignificatio-
nem eſſe interpretandas.

Et hanc Bartoli ſententiā ſequuntur, Ang.
in conſ.47.Paul.de Caſtr.in d.l.in ambigua.ff.
de legib.Alciat.in l.inteſtatus.64.ff.de verb.ſi
gnif. ſi itaq; communi loquendi cōſuetudine
pupilli dicantur decedere inteſtati, ſtatutum
ad hæreditatē pupilli pertinebit, ac matrē ex-
cludet. Nec obſtat quod à quibuſdam obijci-
tur, iura municipalia à peritis iuris cōdita eſſe
& ideò cōmunem loquendi vſum non inſpi-
ciendum, quia in ſtatutis inprimis communis
vſus obſeruatur, per ea quæ modò dicta ſunt.

Deinde confirmatur hęc opinio ex eo quo
12 que, quod † pupilli phraſis, l.C.vſitata, inteſta-
ti dicantur, vt in l.credendum eſt.4.ff.qui pet.
tut.& in l.pater filiū.14.ff.ad leg.Falc.& in l.2.
§.impuberem, & in §.ſi mater, ff. ad S.C. Ter-
tyl.& in l.in teſtamento.27.C.de teſtam.l.qui
duos.10.in princ.ff.de reb.dub.l.Lucius.45.ff.
de vulg l.ſciant.10.C.de legit.hæred.l.omnē.
6.C.ad S C.Tertyl.l.2.in prin.C.de impub.&
alijs ſubſt.& in l.poteſt.36.& ibi Alex.Franciſ.
Aret.ff.de vulg.& pup.Præ ceteris autem Tri-
phoninus id comprobat in d.l.credendū. ibi,
ſi verò maritus, & fideicommiſſum à filio re-
liquerit, cui mulier non petijt tutorem: ſi ſine
liberis deceſſerit, vel ſub hac ipſa conditione,
ſi inteſtatus mortuus erit, fideicōmiſſi petitio
quæ ex alieno iudicio deſcendit, nō eſt perem
pta: ſimiliter Vlp.in l.2.§.ſi mater, inquit, non
petierit tutores idoneos filijs ſuis, vel priorib.
excuſaris reiectis ve, non confeſtim aliorū no
mina ediderit, ius nō habet vindicandorū ſibi
bonorum inteſtatorū filiorū.ff.ad SC.Tertyl.

Haſce duas aduerſantes opiniones † conci-
13 liare, ac in vnum reducere conati ſunt Salic.
Fulg.& Corn.in d.l.cum in antiquiorib.C.de
iure delib.& Corn.conſ 336.nu.7.vol.1.Socin.
conſ.35.punctus ſuper quo.lib.3.Iaſ.cōſ.130. in-
cip.prima cōſideratione, col.1.verſ.nec obſtat
li.1.Carol.Rui.conſ.20.lib.2. Idq; ex quadā ſer
monis diſtinctione. Nā ſi dicatur ſtatutó, pro-
ximi agnati, decedentis ab inteſtato hæredes
ſunto, matremq; excludunto: his verbis pupil
los contineri putāt, per l.ſciant.C.de legi.hęr.
l.omnē.C.ad SC.Tertyl. vbi Impp. manifeſtè
impuberes ab inteſtato decedere reſcribūt: ſin
verò ſtatuto contineatur: agnati inteſtato ex-
cluſa matre ſuccedunto: in pupilli hæreditatē
matrem vocari exiſtimant, quia pupillus inte
ſtati appellatione non continetur.

Quæ tamē diſtinctio à vetuſtioribus inter-
pretibus dudū ante Salic.& alios repudiata eſt.
Bart.in l.1.ff.de ſuis & leg.Ang.in l.in teſtam.
militari.C.de teſtam.mil.Bal.in l.ſi is qui.C.ſi
pend.appel.Ang.conſ.99.& conſ.104. Fab. in
§.1.Inſt.de hæred.quę ab inteſt.Card.Flor.cōſ.
xj.Philip.Dec.conſ 306.col.2.nu 25.& ſeq. A-
lex.ſibi contrarius conſ.115.lib.1.

AVTHORIS OPINIO.

In hoc itaque interpretum conflictu à Bar- 14
toli ſententia, aliorumq; qui ei adhærent opi-
nione minimè recedendum puto. Quia in ſta
tutis & iuribus municipalibus, quæ iuri ciuili
vel addunt, vel detrahunt, mens & propoſitū
eorum qui has leges municipales tulerunt, &
acceperunt, inſpici & cogitari debent. Hoc au
tem ſtatutum introductum eſt propter fauo-
rem publicum, nempè propter conſeruationē
familiarum, quæ quidem conſeruatio fit ma-
ximè, ſi ad agnatos tantum bona deferantur.

Hac enim † ratione omnia ſtatuta, q̄ fœmi 15
nas à ſucceſſione arcent & impediunt, nitūtur
ne videlicet familiæ attenuato patrimonio,
& in aliam familiam tranſlato, diminutionē
patiantur. ita Cyn.in l.1.C.ad leg.Iul.de adult.
Bal.& Imol.in l.vlt.ff.de hær.inſt.Albe.in au-
then.itaq;.C.com.de ſucceſſ.ſicuti in maiora-
tu, de iure primog. Patrimonia integra & illę-
ſa penes familias maximo cum reip.commo-
do ſeruantur. Si igitur ius municipale ideò, vt
dictum eſt, induxit, inteſtati pupilli hæredita-
tem matri denegandam eſſe, dubium non eſt.

Deinde † non grauatè in hanc ſententiam 16
inclino hiſce quoq; de cauſis. Nam lex vel ſta-
tutū improprijs verbis vtens, nihilominus ve
rè ac propriè, non fictè & impropriè accipi de
bet. Bart.& alij in l. ſi is qui pro emptore. in 3.
q.prin & Iaſ.ibid.nu.122.ff.de vſuc. Cùm itaq;
impropriè pupillus inteſtatus dicatur, propriè
tamē pro inteſtato, ab ipſo iure municipali ex
prędicta ſtatuti mente habetur. Poſtea à pro ex-
preſſo habetur id, ꝙ partes ſi de eo ſpecialiter
interrogati fuiſſent, veriſimiliter expreſſiſſēt,
aut dixiſſent. l.tale pactū.40.§.fi.& ibi Accurſ.
in fin.ff.de pact.Bart.in l fin.ff de lib.& poſth.
Rom.conſ.185. Ex ipſa aūt ſtatuti mente haud
difficulter cōijci poteſt aut colligi, propter fa-
miliæ augmentum & cōſeruationem, matres
à ſucceſſione repulſas eſſe, niſi forſan is quoq;
locus ob matrum laſciuiam & impudicitiam
infamis haberetur. Quare ſine dubio ſtatutū
ad agnatos inteſtati ſucceſſionē deferēs, pupil-
lum inteſtatorū nomine comprehendiſſe cē-
ſetur, ac facilè Alex.ratio de voluntate pręſū-
pta infringitur. Quia probabilis voluntas cau
ſa nō eſt eiuſmodi delatiōis ab inteſtato ad ag
natos, excluſa matre: ſed ipſa lex municipalis
ipſum ſtatutum, ſecundùm cuius iuſſum veti-
tumque quiſque voluntatem ſuam regere &
moderari præſumitur.

Tertiò, ſine liberis decedere dicitur is, qui
liberos habere non poteſt, ita in ſimili, Inteſta
tus etiā † is decedit, cui teſtamēti factio prohi 17
bita interdictaq; eſt. l.in teſtamento, C.de teſt.
milit.

milit.& ibi Ang. Salic. Alex.& Lancel.Galliaula in l.centurio,nu.68.ff.de vulg.& pupil.latè Hyppolitus Riminal.in l.precib. num.269. C.de impub.& alijs ſubſt.

18 Prętereà † voluntas non prolata,ſed in mēte retenta,nihil ſuaptè natura operari debet,l. quidam filium.ff.de hæred.inſtit.vbi non ſufficit teſtatorem voluiſſe, niſi & ipſe diſponat, vt notat ibi Bald.& Imola, & alij. addit Bald. quod non ſufficiat aliquid eſſe in intentione, niſi ſit in diſpoſitione.Et poſt Bald.dicit Imola,ex hoc limitari omnia iura mundi, quibus cauetur voluntatem teſtatoris eſſe ſeruandā. Alex.in l.ſi quis filium.& ibi Iaſ.col.1.C.de libe.præter.& Iaſ.in l.ſi res obligata.col.6. verſ. ego teneo.ff.de leg.1 Philip.Dec.in l.non omnis.col. 1. ff.ſi cert.pet. & in l. cum quid col.5. eod.tit.& in l.ſemper in ſtipulationib 34.col. 2.ff.de reg.Iur.& conſ.15.col.3.&conſ.63.incip. ſubſtitutio.col.2.verſic & ratio manifeſta eſt. & conſ.89.incip.viſo puncto.col.3.& conſ. 95. ad fi.& conſ.186.incip.quoniam ex facto, col. 1 &conſ.203.in cauſa iſtorū col.2.verſ.ſed his non obſtantib.& conſ.211.incip.ſubtilis eſt caſus.& conſ.218.in caſu ad me trāſmiſſo, & cōſi.248.& conſ.287.& conſ. 290.& conſ.114. & 362.& conſ.369.& conſ 377.& conſ.384 & cōſ. 412.& conſ.477. Huc pertinet l. qui ex liberis. §.vlt.ff.de bon.poſſ.ſecund.tab. & l. iubemus. C.de teſtam.l.Gallus.§.quidem rectè, ff.de lib. & poſth. hæred. Ratio huius rei in promptu eſt,quia mens in corde retenta nihil operatur in actibus humanis, l quicquid aſtringēdę.99. ff.de verb.oblig.l potuit.5.C.de iur.deli. Quia cogitationes hominum in latenti ſunt, neq; conſtant, niſi actu externo declarentur. Ideò quoq; cogitationis pœnā nemo patitur.l.cogitationis 18 ff.de pœn. inde etiam aditio hæreditatis, voluntate tacita,neque declarata,fieri non poteſt,l.gerit.88.& ibi Bart. ff.de acq. hæred nam cogitationes animo incluſę,poſthumo in vtero exiſtenti non abſimiles ſunt, qui niſi naſcatur,& in lucem proferatur,nihil eſt. l.vlt.C.de poſth.hæred.inſt.

19 Taceo quod homines ſæpè hallucinentur & errent in colligenda coniecturata mēte tacita. Cùm itaq; ſtatutum fauorem publicum conſiderauerit,& pupillos qui inteſtati dicuntur,expreſſè non exemerit, dicendū eſt eos in teſtatorum numero comprehendi.Nam † lex vel ſtatutū expreſſiſſet,ſi aliter intellexiſſet,argu.l.Neſennius.32.ff.de excuſ.tut.l.liberto.21. §.largius.ff.de annuis leg.l.1.§.ſin autem ad deficientis.C.de cad.tollen.arg.c.inter corporalia,poſt med.extr.de tranſlat.prelat.& ibi Bal. & c.ad audientiam.extr.de decimis.gl.in c.ad audientiam.in verbo, obuentiones.de eccleſ. ædif.& in c.vlt.in gl.vlt.extr.ne clerici vel monachi.Anch.conſi.120. Imol.in l.cum ex cau- 30.ff.de reiud.& in c.cum contingat.col.4. extr.de iureiur.& conſ. 28. viſo Inſtrumento, circa med. lib.2. Alex.conſ.5. circa primū dubium.lib.3 Barb.in repe.l.cum acutiſſimi,col. pen.C.de fideicommiſſ.Socin.in l.2.ff.de leg. j & conſ.91.incip.licet difficultates,lib.2.& cōſi.5.lib.4.Decius conſ.442.

Poſtremò omnis hæreditas,aut ex teſtamēto,aut ab inteſtato defertur.l.j.ff.de pet. hære. cum ſimilibus,ſed hęreditas à pupillo,cui nullus teſtamento ſubſtitutus eſt,ab inteſtato obuenit,inteſtatum igitur eum dici oportet. De odio quod adductū fuit, facilè reuelli euertiq; poteſt. Nam licet propter matrem odioſa videatur interpretatio,conſiderata tamen & diligenter perpenſa principali ratione ac mēte ſtatuti,quæ fuit conſeruatio familię,fauorem tum continet maximum.arg l.ab omnib.104 circa prin.ff.de leg.j.l.j §.ſi ſeruus. ff.de ventre inſpic.l.ſuper ſtatu.9. C.de quæſt. Familia † enim propriè conſiſtit in agnatis.l.pronunciatio.195.ff.de verb.ſign. Curt. iun. in l.2.ff.de in ius vocan.Rubeus conſ.18 nu.8.Pariſ.conſi.16. col.3.vol.3 Socin.conſ 30.in 3. col. Franciſcus de Curte in conſ.40.in 5.colum.incip.Dominus labia aperiat.Lud.Rom.in conſ.16. incip. viſo themate conſultationis.in 2.col. & in cōſi.32. & Franciſ.Curt.ſen. in conſ.80.in 3.& 4. colum. Barbat. conſ.14.in conſ.4.in 1.vol.qui duplici de cauſa fauorabile eſſe tale ſtatutum dicit, primò, propter ipſam conſuetudinem, qua agnati onera defunctorum ſubeunt:meritò igitur ad eos cōmodum ſpectabit, qui incōmodum & onus ſentiunt.l.ſecundùm naturā 10.ff.de reg.iur.c.qui ſentit onus.de reg.iur. li. 6.l.1.§.fin.ff.de aqua pluu.arc. Deinde propter publicam vtilitatem, quæ cupit ſingulis agnationibus,facultates ſuas conſeruari, vt familiarum ſalua ſit dignitas,ſaluusq́ue & integer honor arg. l. Titia cum teſtamento 34 §.Lucius,ff.de leg.2. quomodo verò hoc ſtatutum intelligendum ſit,tradit Corne.conſ. 134. nu. 3.vol.2. Tyraq.latè in tract.de retractu, fol. 61. Hyppolit.Riminal.in l. qui ſe patris. nu. 410. C.vnde liberi.Chaſſanæus in conſue.Burgun. in rubr.de ſucceſſ.§.12.nu.13. fol. 269. Guiliel. Bened.in c. Raynutius, in verb. duas habens filias.extr.de teſtam.

CAPVT V.

Prima diuiſio ſucceſsionis ab inteſtato.

SVMMARIVM.

1 Inteſtato defertur hæreditas, aut iure Ciuili, aut Prætorio, veteri aut nouo.

AB inteſtato hæreditas defertur, aut iure ciuili,aut prætorio. Iure ciuili aut vetere 1 aut nouo. vetere,è lege 12.tab.l.j.ff.de pet. hęr. nouo iure, ex Senatuſc aut ex conſtitutionib. l.3.ff.eod.titul. Vel vt Vlpianus ait,ſiue lex xij. tab.cum legitimum hæredem faciat, ſiue alia lex,

lex,Senatusve conſultum.l.2. §.hæc autem.ff.
vnde legitimi.& vt alibi ait, vetus ſola hære-
ditas,quæ ex lege 12.tab defertur,capitis minu
tione perimitur.nouæ,vel ex lege,vel ex Sena
tusconſultis delatæ, non perimuntur capitis
deminutione,l.1.§.capitis deminutio. ff. ad S.
C.Tertyl.per prætoris autem beneficium, vi-
delicet per bonorũ poſſeſſionem defertur hę-
reditas.

CAPVT VI.

Succeſsio ab inteſtato, alia eſt linearum, alia graduum, quid ſit cognatio, conſanguinitas, itemq́ue linea.

SVMMARIA.

1 *Succeßio inteſtati alia linearum, alia graduum.*
2 *Cognationis deſcriptio, item quotuplex accipiatur.*
3 *Cognati qui propriè, & iure naturali.*
4 *Agnatos inter & cognatos, quod inter ſpeciem & genus intereſt.*
5 *Agnati qui propriè ſint.*
6 *Conſanguinei qui dicantur.*
7 *Conſanguinitatis generalis acceptio.*
8 *Conſanguinitatis definitio D.Thomæ.*
9 *Conſanguinei propriè ſunt eodem patre tantùm nati.*
10 *Cognationis definitio, eiusq́, partium explicatio, nume. 11. & 12.*
13 *Stemma vnde dicatur, & quid ſit.*
14 *Linea quid, & vnde dicatur.*
15 *Linea in iure quandoque pro funiculo, cui margaritæ inſertæ.*
16 *Linea margaritarum quale ornamenti genus.*
17 *Cleopatra preciosißimorum vnionum duos poſſedit æſtimatos centies ſeſtertium, quorum alterum diſſolutum abſorpſit.*
18 *Linea frequentiori vſu ad cognationem trahitur.*
19 *Gradus cognationum in triplici ſunt differentia.*

1 SVcceſſio ab inteſtato † alia eſt linearum,
vel ſtemmatum, vt Paulus loquitur. l. ſtē-
mata.9.l.iuriſconſult.§.ſunt ex laterib.cogna
ti.ff.de gradib.& adfinib.vel ordinum, vt Ca-
ius vocat,l.1.ff.eod.alia eſt graduum.l.1.3.9. &
10.ff.eod. Præfandum eſt & dicendum, quid
ſit cognatio, vel conſanguinitas, itemq́ue
linea.
2 Cognati ab eo † dicti putantur, inquit Mo-
deſtinus,quod quaſi vnà communiterve nati,
vel ab eodem orti progenitiuè ſunt. Cognati-
onis ſubſtantia biſariã apud Romanos intel-
ligitur.Nam quędam cognationes iure ciuili,
quędam naturali continentur,nonnunquam
vtroque iure concurrente, & naturali & ciui-
li, copulatur cognatio. Et quidem naturalis
cognatio per ſe, ſine ciuili cognatione intelli
gitur,quæ per fœminam deſcendit,quę vulgò
liberos pepererit.Ciuilis autem per ſe (quæ e-
tiam legitima dicitur) ſine iure naturali, cog-
natio conſiſtit per adoptionem. vtroque iure
conſiſtit cognatio, cum iuſtis nuptijs contra-
ctis.copulatur.Sed † naturalis quidem cogna- 3
tio,hoc ipſo nomine appellatur. Ciuilis au-
tem cognatio,licet ipſa quoque per ſe, pleniſ-
ſimè hoc nomine vocetur,propriè tamen ag-
natio vocatur, videlicet quæ per mares con-
tingit,ita Modeſtin in l.non facilè.4 ff.de gra
dib & adfinib.Vlpianus verò ſic: cognati au-
tē appellati ſunt,quaſi ex vno nati : aut vt La-
beo,quaſi commune naſcendi initium habue
rint,ſubijcit : cognationem facit etiam adop-
tio,etenim quibus fiet adgnatus,hic,qui adop
tatus eſt,iiſdem etiam cognatus fiet.l.1.in prin
cip.& §.cognationem ff vnde cognati & Pau
lus,nomen cognationis à Greca voce dictum
videtur, συγγενεῖς enim illi vocant, quos nos
cognatos appellamus. Cognati ſunt, & quos
adgnatos lex duodecim tabul.appellat:ſed hi,
qui per patrem cognati ex eadem familia ſũt.
Qui autem per fœminas coniunguntur, cog-
nati tantum nominantur,proximiores ex ad-
gnatis,ſui dicuntur Inter adgnatos † igitur & 4
cognatos hoc intereſt, quod inter genus &
ſpeciem. Nam qui eſt adgnatus, & cognatus
eſt,non vtique autem qui cognatus eſt, & ad-
gnatus eſt. Alterum enim ciuile, alterum na-
turale nomen eſt.l.iuriſconſ.10. §.1.ff de gra-
dib.& adfinib.quam differentiam inter agna-
tos & cognatos Modeſtin repetit.inter agna-
tos & cognatos hoc intereſt, quod in agnatis,
& cognati continentur, in cognatis non vti-
que & adgnati. verbi gratia:patris frater,id eſt
patruus, & adgnatus eſt & cognatus. matris
autem frater,id eſt, auunculus, cognatus eſt,
adgnatus non eſt,l.inter.5 ff.vnde legitimi. &
Vlpian. Adgnati autem ſunt cognati virilis
ſexus ab eodem orti.l.2.in princip ff.de ſuis &
legit.& alibi.Adgnati ſunt à patre cognati vi-
rilis ſexus per virilem ſexum deſcendentes,e-
iuſdem familiæ:veluti fratres, filij fratris, pa-
trui,patruelis ita Vlpian in fragmentis, tit.11.
§.agnati.& Iuſtinian.ex Vlpian.Sunt † autem 5
agnati,cognati per virilis ſexus cognationem
coniuncti,quaſi à patre cognati:veluti, frater
ex eodem patre natus, fratris filius, nepoſve
ex eo. item patruus, patrui filius, nepoſve ex
eo.Atqui per fœminini ſexus perſonas cogna
tione iunguntur, adgnati non ſunt, ſed aliàs
naturali iure cognati.Itaque amitæ tuæ filius,
non eſt tibi agnatus,ſed cognatus & inuicem
tu illi eodem iure coniungeris: quia qui ex eo
naſcuntur,patris,non matris familiam ſequũ
tur.§.1. Inſtitu de legit.agnat.tut & paulò ali-
ter in tit.de legit adgnat.ſucceſſ § 1. Cognati-
onis autem nomen apud noſtros, in conſan-
guinitatis appellationem tranſijt. Quamuis † 6
enim conſanguinei propriè dicuntur fratres,
eodem patre nati, vt Iuſtin. ait, eodem patre
nati fratres,agnati ſibi ſunt,qui & conſangui-
nei vocantur:nec requiritur, an etiam eandē
matrem habuerint.d.§.1.Inſtit.de legit.agnat.

ſuc-

ſucceſſ. Vlpianus in fragment. titul. 26. Con-
ſanguinitatem ad ſorores quoque patris re-
fert, ſi ſui hæredes non ſunt, ad conſanguine-
os, id eſt, fratres & ſorores ex eodem patre. &
iterum Vlpianus, ſi ſpurius inteſtato deceſſe-
rit, iure conſanguinitatis aut agnationis, hæ-
reditas eius ad nullum pertinet: quia conſan-
guinitatis, itemque adgnationis iura à patre
oriuntur. l. ſi ſpurius. 4. ff. vnde cognati. & in
fragmentis relatis ad leges Moſaicas, titul. 16.
poſt ſuos ab inteſtato legitimi admittuntur,
primùm conſanguinei, ij ſunt fratres & ſoror
qui in eiuſdem poteſtate patris fuerunt, & ſi
ex diuerſis matribus nati ſunt. Conſanguine-
os & adoptio facit, & adrogatio, cauſæ pro-
batio, & in manu conuentio Caſſius conſan-
guineos definit eos, qui ſanguine inter ſe
connexi ſunt, & eſſe conſanguineos, etiamſi
ſuì hæredes non extiterunt patri, vtputà, ex-
hæredatos. Sed etſi pater eorum deportatus
fuerit: nihilominus eos inter ſe eſſe conſan-
guineos, licet patri ſuo hæredes nō extitiſſent.
Et qui nunquam in poteſtate fuerunt, erunt ſi
bi cōſanguinei, vtputà qui poſt captiuitatem
patris naſcuntur, vel poſt mortem. Non ſolū
autem naturales, verum etiam adoptiui quo-
que iura conſanguinitatis habebunt, cum his
qui ſunt in familia, vel in vtero, vel poſt mor-
tem patris nati. l. 1. §. fin. ff. de ſuis & legitimis
hæred.

7 Attamen † conſanguinitatis appellatio ge
neraliter quandoque accipitur à noſtris, pro
omnibus his, qui quoquo modo ſanguine iū-
guntur, vel ex patre, vel ex matre, & quocun-
que gradu & ſexu ſe attingant. ita Alexā. Imp.
ſi inteſtatæ mulieri conſanguinei exiſtant, &
mater, & filia. l. 1. C. ad S.C. Orficia. & iterum:
in ſucceſſione, quæ titulo conſanguinitatis,
vel in bonorum poſſeſſione, quæ proximita-
tis nomine competit, tam fratres, quàm ſoro-
res pari iure eſſe, licet non ex eadem matre ſu-
ſcepti ſunt, ius certum eſt. C. de legit. hæredib.
& l. 3. in princ. conſanguinitatis iure & fœmi-
nas ad inteſtatorum ſucceſſionem admitti
poſſe, explorati iuris eſt. C. eod tit. & paſſim a-
libi: qua etiam ſignificatione vſurpatur à lati-
nis ſcriptoribus, Vergilio, Ouidio, Liuio, Ci-
cerone, & alijs. quo etiā modo ſanguinis no-
men (vnde conſanguinei) tam patri, quàm
matri tribuitur, & ad agnatos & cognatos re-
fertur quemadmodum Tyraquel. vir multi-
plicis lectionis, multis authoritatibus probat.
in tract. de retract lignagier §. 1. verb. lignagi-
er. gloſſ. 9. num. 5. & ſeq. & Didacus Couarruu.
in tit. de ſponſal. in ſecundæ partis relect. cap.
6. §. 6. de conſanguinitate.

8 Conſanguinitas † autem variè definiri cō-
ſueuit. D. Thomas diſt 40. definit, vt ſit vincu
lum perſonarum ab eodem ſtipite deſcenden
tium, carnali propagatione contractum. ab a-
lijs dicitur eſſe attinentia perſonarum ex eo
proueniens, quod vna deſcendit ab altera,
vel ambæ ab eadem. Vtraque definitio no-
tatur. prima enim oſtendit, omnes homines
eſſe cōſanguineos, negat verò Adam & Cain.
cognatos eſſe: altera, Adam & Euam conſan-
guineos fuiſſe probat, ac ſubinde omnes ho-
mines cognatos fore cenſendos: quorum v-
trumque abſonum eſt. Vſitatius deſcribitur,
vt ſit vinculum perſonarum, ab eodem ſtipi-
te propinquo deſcendentium, vel quarum v-
na deſcendit ab alia, carnali propagatione cō
tractum, quam definitionem Didacus tradit,
& per partes explicat.

Sed definitiones hæ vitio carere non vidē-
tur. Diui enim Thomæ definitio deſcenden-
tibus ſolummodò & collateralibus congru-
it, aſcendentibus non. quo etiam duæ ſequen-
tes definitiones laborant vitio: prætereà vin-
culum quod loco generis ponitur alienius eſt
à re definita.

Prætoris itaque edictum, & prudentum, Pa
piniani, Vlpiani, Pauli, Modeſtini, Caij aucto-
ritatem ſequutus, cognationis nomen reti-
neo. Licet enim conſanguinei appellatio,
quandoque generaliter accipitur, propriè ta-
men eos complectitur, † qui eodem patre, etſi 9
diuerſa matre nati ſunt, à qua proprietate nō
eſt recedendum, vtpotè, cum verba in pro-
pria ſignificatione debeant accipi: cum in ver-
bis, inquit Paulus, nulla ambiguitas eſt, non
debet admitti voluntatis quæſtio. l. ille aut il-
le. 25. ff. de legat 3. & Marcellus: non aliter à
ſignificatione verborum recedi oportet, quā
cum manifeſtum eſt, aliud ſenſiſſe teſtatorē. l.
non aliter. 69. ff. eod. tit.

Definio † autem cognationem, vt ſit con- 10
iunctio perſonarum, iure ſanguinis vel agna-
tionis, ex eodem ſtemmate vel ſtirpe proue-
niens. Coniunctionem pro genere conſtituo
auctoritate Iuriſconſultorum. ita Paulus: qui
autem per fœminas coniunguntur, cognati
tantum nominantur. l. Iuriſconſultus. 10. §. 2.
ff. de gradib. & adfinib. & Iuſtinianus: ſunt au-
tem agnati, cognati per virilis ſexus cognatio
nem coniuncti, §. 1. Inſtitut. de legitima agna-
tor. ſucceſſio. quo etiam modo Modeſtinus
definit nuptias coniunctionem maris & fœ-
minæ. l. 1. ff. de ritu nupt. & multis alijs locis.
ſic etiam Cicero lib 5. de finib. tota domus cō-
iugio & ſtirpe coniungitur: ſerpit ſenſim fo-
ras, cognationibus primum, tum adfinitatib.
& in Verrem: Segeſtani, cognatione ſe cum
populo Rom. coniunctos eſſe arbitrantur. &
ibidem, non ſolùm perpetua ſocietate atque
amicitia, verum etiam cognatione alicui con
iunctum eſſe. & de Amicitia: propinquitate &
natura alicui coniunctum eſſe. & de Diuinat.
iungi cognatione naturali cum re aliqua, vbi
cognationem pro conſenſu, vel συμπάθειᾳ po-

11 nit. Perſonarum, † cognatarum nempè, cu-
iuſcunque ſint lineæ, vel gradus. ita Caius: ad-
monendi tamen ſumus, parentum libero-
rumque perſonas ſemper duplari. l. 3. in fine.
ff. de gradibus & adfinib. & Paulus: nam quo-
tiens quæritur, quoto gradu quæque perſona
ſit. d. l. iuriſconſultus §. ſunt & ex lateribus. &
& §. ſecundo gradu duodecim perſonæ con-
tinētur hæ §. tertio gradu perſonę cōtinentur
triginta duæ Sic etiam in ſequentibus gra-
12 dibus, & paſſim in iure. Sanguinis † iure, id
eſt, non amicitiæ, non beneuolentiæ, non ne-
ceſſitudinis, non familiaritatis, alteriusve
coniunctionis, ſed ſanguinis vel agnationis
iure, id eſt, quæ ab eodem ſanguine propaga-
tur, vel eodem ſanguine aliquem contingit.
ita Papinianus: veriſimile non videtur, tam
coniunctum ſanguini, defuncti valetudinem
ignoraſſe, l. 9. in fin. ff. vnde cognati. & Vlpia-
nus: largius tempus parentibus liberiſque pe-
rendæ bonorum poſſeſſionis tribuitur, in ho-
norem ſanguinis videlicet. l. 1. §. largius. ff. de
ſucceſſorio edicto. & iterum in l. 12. ff. de ma-
numiſſ. vindicta. & Caius: hac parte procon-
ſul naturali æquitate motus, omnibus cogna-
tis permittit bonorum poſſeſſionē, quos ſan-
guinis ratio vocat ad hæreditatem, licet iure
ciuili deficiant. l. 2. in princ. ff. vnde cognati.
& iterum: quod plerunque faciunt malignè
circa ſanguinem ſuum inferentes iudicium,
nouercalibus delinimentis, inſtigationibusve
corrupti. l. 4. ff de inoffic. teſtam. ita etiā Pro-
pertius lib. 1. eleg. 5.

Certus eras eheu, quamuis nec ſanguine auito
Nobilis, & quamuis non ita diues eras.

Ouid. lib. 1 amor. eleg. 3.

Si me non veterum commendant magna parentum
Nomina ſi noſtri ſanguinis autor eques.

Inde etiam iura ſanguinis dicuntur. ita Pom-
pon. iura ſanguinis nullo iure ciuili dirimi
poſſunt. l. iura ſanguinis ff. de regul. iur. agna
tionis autem, quia vt Paulus ait, adoptio non
ius ſanguinis, ſed ius agnationis adfert. l. qui
in adoptionem. 23. ff de adop. Ex eodem ſtem
mate. Hac enim dictione Paulus vtitur, l. ſtem
mata. 9. ff. de gradib. & adfin Stemma † quidē
13 propriè coronam ſignificat, quaſi στεφάνωμα:
quoniam verò mos erat antiquiſſimus, vt cla-
ri viri ob res benè geſtas coronarentur, & eæ-
dem ſtatuarum capitibus imponerentur, inua
luit conſuetudo, vt ſtemma aliquando pro
facinore accipiatur, aliquādo pro ipſis maio-
rum imaginibus, quæ poni in atrijs ſolebant.
Martialis:

Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto.

Et Iuuenalis:

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice, longo
Sanguine cenſeri, pictoſq; oſtendere vultus
Maiorum, &c.

Et Perſius ſatyr. 3.

Stemmate quod Thuſco ramum milleſime ducis.

Statius lib. ſyl. 3. ſyl. 3.

Non tibi clara quidem, ſenior placidiſſime gentis
Linea, nec proauis demiſſum ſtemma.

Suetonius: quid in vetere gentilium ſtemma-
te C. Caſſij percuſſoris Cæſaris imagines reti-
nuiſſet? Iuriſconſulti autem ſtemmata vo-
cant, quibus cognationem partiuntur: immò
rectius ſtemma dicitur ſtirps, quaſi origo, ra-
dix, & progreſſio perſonarum eiuſdem gen-
tis. Sic Cicero de Amicit. qui aliquando prop-
ter ignorantiam ſtirpis & generis in famula-
tu fuerunt. & pro Rabirio. qua in familia laus
aliqua fortè floruerit, hanc ferè qui ſunt eius
ſtirpis, cupidiſſimè perſequuntur. item, regi-
am contaminari ſtirpem. item, orti ſtirpe an-
tiquiſſima. item de Claris Oratorib Scipionis
genus ex ipſius ſapientiæ ſtirpe generatum, &
tantum de definitione cognationis, nunc de
linea.

Linea, † vt obiter dicam, propriè pro filo 14
ſumitur, quo opifices vtuntur ad ſignandam
materiam, quoniam ex lino fiat, à gręcis dici-
tur στάθμη: & quoniam ab hac, ſi rubrica, vel a-
lio colore intincta fuerit, figura deſignatur lō
ga, ſine latitudine, & altitudine, ea quoque fi-
gura γραμμή, à latinis linea dicta eſt, item ea
quam non colore, ſed animo Imaginātur geo
metræ. Geometricum enim punctum, quod
in nullas partes diuidi poteſt, lineam efficit, id
eſt, corpus vnius dimenſionis: nam longum
eſt, quod ſine lato, ſine alto, duobus punctis ex
vtraque parte ſolam longitudinem terminā-
tibus continetur. hanc lineam ſi geminamus,
alterū Mathematicum corpus efficitur, quod
duabus dimenſionibus extruitur. longo nem-
pè, latoque, ſed alto caret, punctis autem qua-
tuor continetur, per ſingulas ſcilicet lineas bi-
nis, quod gręci ἐπίπεδον, noſtri planum, ſiue ſu
perficiem vocant: inde etiam phyſicæ doctri-
næ: linea eſt, quæ ſine vlla latitudine currit: i-
tem grauia ferri ſuo deorſum pondere ad li-
neam: item, rectis lineis in cæleſtem locū ſub-
uolant ignea: item architecturam perpendi-
culo & linea diſcere vti. Liceat mihi, quoad li
neam in finibus regūdis, inſignem locum ad-
ſcribere ex Aggeno Vrbico: Loca, inquit, in-
ſolita dicuntur, quæ aut in ſaxoſis, aut ſterili-
bus locis ſunt, aut in paludibus, vbi nulla po-
tuit exerceri cultura quia dum nō eſſet, quod
excoli potuiſſet, nullis neceſſe fuit limitum re
gulis obligari, & proptereà, & ſoluta ſic voca-
ta ſunt: Subijcit, relicta loca ſunt, quæ ſine ini-
quitate locorum adſignari nequierunt, ſiue
ex voluntate conditoris, id eſt, menſoris reli-
cta, limites minimè acceperunt, locaque reli-
cta etiam dicuntur ea, quæ vis aquæ obtinuit,
& loca etiam inſolita vocantur, & iuris ſuc-
ceſſionum eſſe noſcuntur. Et extraclauſa loca
ſunt æquè iuris ſucceſſionum, quæ vltrà limi-
tes, & vltrà finitimam lineam erunt: & finiti-

ma

ma linea,aut menſuralis eſt.aut aliqua obſeruatione vel terminorum ordine ſeruatur: multis enim locis aſſignationi agrorum immunitas ſuperfuit, ſicut in Luſitania finibus anguſtorum,hactenus Aggenus.

Sed ne nimium limites,lineamque limitarem noſtri inſtituti egredi videar,me contra-
15 ham. Linea itaque † à iuris authoribus pro ſuniculo vſurpari ſolet, cui margaritæ inſertæ. ſic Scæuola de linea margaritorum: lineam, inquit, margaritorum triginta quinque legauit, quæ linea apud legatarium fuerat mortis tempore.quæro,an ea linea hæredi reſtitui debeat propter legem Falcidiam? l.26.ff. ad legem Falcidiam. & iterum Scæuola de muliere quæ ſic teſtata eſt: funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi quæcunque ſepulturæ meæ cauſa feram ex ornamentis,lineas duas ex margaritis, & viriolas ex ſmaragdis. l.final. §. final. ff. de auro & argento legat.& Vlpianus: ſi cum maritus vxori margaritas extricatas dediſſet in vſu, eaque inuito vel inſcio viro perforaſſet, vt pertuſis in linea vteretur.l.27. §. ſi cum maritus. ff. ad legem Aquiliam.& iterum Vlpianus: ſi linea margaritarum ſubrepta ſit, dicendus eſt numerus.l.ſi quis vxori.52. §. ſi linea. ff.de furtis. de qua re Budæus in dicta l.27. ff. ad legem Aquiliam. Tyraquel.de retract.§.1.gloſſ 9.verb. lignagier.

16 Id verò obſeruandum hoc loco, † lineam margaritorum eſſe ornamentum, quod mulieres inſerunt collo ex margaritis contextum, Græci τραχηλιαῖον κόσμον interpretantur, conſtat hoc ornamentum ex margaritis, vel vnionibus.vniones enim in margaritis naſcũtur: vnionis nomen maioribus margaritis impoſitum tempore Iugurthini belli, nõnulli prodidere.

17 Duos aũt † cõſtat fuiſſe vniones ob eximiã magnitudinem toto orbe celeberrimos, vtrumque Cleopatra Aegypti regina poſſedit, quæ cum Antonio edixiſſet,vna ſe cœna centies ſeſtertium abſumpturam, idque fieri poſſe nequaquam putaret Antonius,additæ ſunt ſponſiones. Poſtero itaque die magnificam, ſed quotidianam cœnam appoſuit, conſumpturamque ſe in ea cœna confirmauit. Illata ſecunda cœna, detractum alterum vnionem ex auribus,in vaſculum aceti proiecit,ac mox liquefactum abſorbuit: iniecta in alterum manu, nequaquam id paſſus eſt ſponſionis eius iudex, L. Plancus, victumque Antonium pronuntiauit. Dicitur autem margaritum & margarita promiſcuè, eſtque partus conchæ. Plin.lib.9.cap.35.

18 Frequentiore † vſu à Iureconſultis noſtris, trahitur ad cognationem, eiusque ordinem & ſeriem.Sic Paulus, Στέμματα cognationum directò limite in duas lineas ſeparantur, quarum altera ſuperior eſt: altera inferior.l.9. ff. de gradib. & adfinib. & iterum: & ſi ex inferioribus, aut ſuperioribus gradibus eſt, recta linea ſurſum verſum, vel deorſum tendentium, facilè inueniemus gradus, ſi per ſingulos gradus proximum quemque numeramus, l.10. §. ſunt & ex lateribus. ff. eodem titul.

Sic etiam Iuſtinianus maternam lineam vocat,l.ſi quis prioris.8.§.fina.ibi, illius etiam patris,qui in ſua poteſtate talem liberum,vel liberos habens, maternam eis ſubſtantiam, vel ex materna linea ad eos deuolutam, ſeruare compellitur. C. de ſecundis nupr. & Imperatores, Theodoſius, Honorius, & Conſtant. Vacantia mortuorum bona,tunc ad fiſcum iubemus transferri, ſi nullum ex qualibet ſanguinis linea, vel iuris titulo legitimum reliquerit inteſtatus hæredem. l.vacantia.C. de bonis vacantibus, libro decimo. In qua etiam ſignificatione vſurpatur à Poetis:

Non tibi clara quidem, ſenior placidiſſime, gentis
Linea, nec proauus demiſſum ſtemma, ſed ingens.

ita Statius libro Syluar.tertio,ſylu.3. & Plinius libro 35. cap. 2. Stemmata verò lineis diſcernebant ad pictas imagines. Quo etiam modo Romani pontifices eadem dictione vtuntur. Alexander III.in c. veniens. 13. in princip. ibi,cumque publicè fateretur, quod à priori viro cognita eſſet atque iurata, Epiſcopus Soranenſis, cognita quod proxima inter eos eſſet linea conſanguinitatis, ipſos ab inuicem ſeparauit, extr. de ſponſalib. & Cæleſtinus Tertius in cap. 3. in princip. ibi, quæſiuiſti vtrùm is qui à ſtipite per deſcendentem lineam ſexto vel ſeptimo gradu diſtat. & paulo pòſt: quoto gradu quis diſtat à ſtipite, & à quolibet per aliam lineam deſcendentium. extr. de conſanguinitate & affinitate. & Gregorius Nonus, tradens regulam, vir qui à ſtipite quarto gradu, & mulier quæ ex alio latere diſtat, quinto, ſecundùm regulam approbatam, qua dicitur, quoto gradu remotior differt à ſtipite, & à quolibet per aliam lineam deſcendentium ex eodem, licitè poſſunt matrimonialiter copulari, c. final. extr. eodem titul.& paſſim alibi, de qua ſignificatione Tyraquellus de retract. libro primo, §.1. gloſſ.9.in verbo,ou lignagier.& Didacus Couarru.in 4.lib. Decretal.in ſecunda parte,cap. 6.§.de conſanguinitate.

Quæ Pauli diſtinctio cognationis, per lineas hodierno vſu obtinuit. ſed rectius ſanè Caius, has cognationis differentias appellat ordines.

Gradus † cognationis alij ſuperioris ordinis ſunt,alij inferioris,alij ex tranſuerſo, ſiue à latere,fratres, & ſorores, liberique eorum. 19

l.1.in princip.ff.de gradib.& adfinib.quam ordinis appellationem græci interpretes in loco præcitato Pauli retinuerunt, reiecta lineæ dictione, libro 45.Baſilic.titul.3. §. Paulus. ibi, confert noſſe ordinem cognationis & affinitatis,&c. & iterum: quoniam vniuerſa generis ab inteſtato ſucceſſio tribus continetur ordinibus,&c.

Iuſtinianus appellatione gradus, loco lineæ & ordinis vtitur. authentic.de hæredi. ab inteſtat. venientib. in princi. Quia igitur omnis generis ab inteſtato ſucceſſio tribus cognoſcitur gradibus, hoc eſt, aſcendentium,& deſcendentium,& ex latere, quæ in agnatos, cognatosq́ue diuiditur.& in Inſtit. de gradib. cognationum.

CAPVT VII.

In ſucceſsione ab inteſtato quotuplices ſint ordines vel lineæ, tam veteri quàm nouo iure.

SVMMARIA.

1. *Ordo ſucceſſionis tam ex veteri, quàm nouo iure petendus eſt.*
2. *Inteſtati hæreditas lege duodecim tabul. ad agnatos pertinebat.*
3. *Lege 12.tabul.ordo deſcendentium & collateralium tantū in conſideratione.*
4. *Aſcendentium ordo lege duodecim tabul. non conſideratur.*
5. *Fœminæ ad hæreditates legitimas vltrà conſanguineas hæreditates lege Voconia non admittebantur.*
6. *Liberi matribus iure veteri non ſuccedebant.*
7. *Gradus ſucceſſionum ex Iuriſprudentia tres ſunt.*
8. *Succeſsio ab inteſtato nouiſſima Iuſtiniani Cōſtitutione tribus cognoſcitur gradibus.*

QVemadmodum hæreditas deſertur, aut
veteri aut nouo iure, vt in præcedenti
1 capite dictum eſt, † ita etiam ſucceſſionis or-
do ex vetere & nouo iure repetendus eſt. Ve-
2 tere iure, hoc eſt, lege duodecim tabul. † vni-
cus erat ordo, nempè agnatorum, ſicuti au-
thor ad Herennium lib.1. & Cicero de Inuen-
tio. his verbis tradit: ſi paterfamil. inteſtato
moritur, familia, pecuniaq́ue eius agnato-
rum gentiliumq́ue eſto. Inter agnatos au-
tem, proximiores dicuntur, vt Paulus ait, l.iu-
riſconſultus,§.nomen.ibi, proximiores ex a-
gnatis ſui dicuntur. ff. de gradibus & adfinib.
& Pomponius: filius patri agnatus proximus
eſt.l.filius. 12. ff. de ſuis & legitimis hæredib.
vnde apertum redditur, ſuum hæredem pro-
ximo ordine agnatorum contineri, primam-
q́ue in ſucceſſione ſuorum cauſam eſſe. quod
etiam legis duodecim tabular. verbis priſcis
continetur: PATRISFAMILIAS
QVEI ENDO TESTATO MORITOR: QVEIQVE SOVOS HAERES NEC ESCIT, AGNATOS PROXIMOS FAMILIAM PECVNIAMQVE HABETO.

Quæ legis duodecim tabul. verba etiam Vlpianus refert titul. 26. in Inſtitut. ſi inteſtatus moritur, cui nec ſuus extabit hæres, agnatus proximus familiam habeto. quam etiam legem duodecim tabular. interpretatur Paulus in l.ſi quis poſthumos.9 § final. ibi, ſi inteſtato moritur.ff. de liber. & poſthumis hæredib. inſtituen. & Vlpianus in l.pronuntiatio.195.§. familiæ. ibi, agnatus proximus familiam habeto.ff.de verb.ſign.

Lege † itaque duodecim tabul. ſucceſſionis 3
ab inteſtato, duo ordines ſunt. Primus deſcen
dentium, nempè ſuorum hæredum: alter, ſi
ſui hæredes non ſunt, in ordine extranſuer-
ſo, vel collaterali, inter quos primi ſunt con-
ſanguinei, id eſt, fratres & ſorores ex eodem
patre. Nam vt Paulus ait, qui eundem patrem
habent, licet diuerſas matres, etiam adgnati
ſunt, d.l.10.§.nomen. ff. de gradib. & adfinib.
ſi nec hi ſunt, locus fit agnatis proximis, id eſt,
cognatis virilis ſexus per mares deſcenden-
tibus. Quamdiu, inquit Modeſtin. Spes eſt ſu-
um hæredem aliquem defuncto exiſtere. tam
diu conſanguineis locus non eſt, putà, ſi de-
functi filius apud hoſtes ſit.l.inter.5.ff. vnde le-
git.& Vlpianus in fragment. tit. 26. inteſtato-
rum ingenuorum hæreditates pertinent pri-
mum ad ſuos hæredes, id eſt, liberos qui in po
teſtate ſunt, cæterosq́ue qui in liberorum lo-
co ſunt. ſi ſui hæredes non ſunt, ad conſangui
neos, id eſt, fratres & ſorores ex eodem patre
ſi nec hi ſunt, ad reliquos agnatos proximos,
id eſt cognatos virilis ſexus, per mares deſcen
dentes, eiuſdem familiæ. idem ſcribit Iuſti-
nianus §. 1. Inſtitut. de legitima agnatorum
ſucceſſ.

Aſcendentium autem † ordo lege duode- 4
cim tabul. in conſideratione non verſatur,
quia ſuus hæres eſt in poteſtate, & proprium
nihil habet, quidquid enim acquirit, patri quę
rit, adeò, vt ne momento quidem apud eum
ſit, l.placet.79.ff.de acquiren. vel omitten. hæ-
red. Excepto tamen peculio Caſtrenſi, & qua-
ſi, quod lōgo tempore poſt legem duodecim
tabul. ipſis exemplo ſuorum indultum eſt, ti-
tul. ff. & C. de peculio Caſtrenſi, vel quaſi,
quòd verò ad matrem attinet, lege duodecim
tabul. fœminæ ſuos hæredes non habent, ac
iure ciuili, † ſine Voconia lege, ad fœminas 5
vltrà conſanguineorum gradum legitima hę
reditas non pertinet. Vlpianus in Inſtitut. tit.
26.§.ad fœminas. ac vt alibi loquitur, ſcien-
dum fœminis vltrà conſanguineas hæredita-
tes legitimas non deferri. in fragment. ſub col
latione legum Moſaicarum, titul. 16. de legi-
tima ſucceſſ. §. & conſanguineis, quo titulo
verba

verba Pauli referuntur, fœminæ ad hæreditates legitimas, vltrà conſanguineas ſucceſſiones non admittuntur, id quod iure ciuili, Voconia oratione videtur effectum.

6 Quemadmodum † quoque ad liberos matris inteſtatæ hæreditas ex lege duodecim tabul. non pertinebat, quia fœminæ ſuos hæredes non habent: ſed poſteà Imperatorũ Antonini & Commodi oratione in ſenatu recitata id actum eſt, vt ſine in manum conuentione, matrum legitimæ hæreditates ad filios pertineant, excluſis conſanguineis & reliquis agnatis. Vlpianus in Inſtitutionibus, titul. 26. §. penult. & infrà dicetur copioſè.

Hactenus de ordinibus ſucceſſionum ex lege duodecim tabul. nunc quantum ad mediam iuriſprudentiam attinet: diſpiciendum eſt, mediam iuriſprudentiam vocat Iuſtinianus, quæ eſt lege duodecim tabul. iunior: imperiali autem diſpoſitione anterior. §. cæterum. verſic. media autem iuriſprudentia. in
7 ſtitut. de legitima agnat. ſucceſſione. Mediæ † igitur iuriſprudentiæ tres cognationis, & cõſequenter tres ſucceſſionis ab inteſtato lineæ vel ordines, quorum vnus alteri ſemper præfertur, conſtituuntur: ſuperior, inferior, & ex tranſuerſo, ſiue à latere: ſuperioris ordinis ſunt parentes: inferioris, liberi: ex tranſuerſo, ſiue à latere, fratres & ſorores, liberique eorũ. l. 1. in princip. ff. de gradib. & adfin. Paulus ſic: Stemmata cognationum directo limite, in duas lineas ſeparantur: quarum altera ſuperior eſt, altera inferior: ex ſuperiore autem & ſecundo gradu tranſuerſæ lineæ pendent:
8 nouiſſima † autem Iuſtiniani conſtitutione, omnis generis ab inteſtato ſucceſſio, tribus cognoſcitur gradibus: aſcendentium, deſcendentium, & ex latere, quæ in agnatos & cognatos diuiditur, dicta authentic. de hæredibus ab inteſtato venientib. & in Inſtitutionib. de gradib. cognatorum. ſuperior cognatio eſt parentum, inferior liberorum: ex tranſuerſo, fratrum, ſororum, & eorum quæ ex his generantur: & conuenienter patrui, amitæ, auunculi, materteræ. Inter hos ordines primum locum obtinet ſucceſſio deſcendentium ſecundum locum occupat aſcendentium ordo: tertium denique ex tranſuerſo ſiue à latere, vt infrà dicetur.

CAPVT VIII.

Tres ordines ſuccedendi quo modo inter ſe diſtent.

SVMMARIA.

1 *Cognatio inferior & ſuperior à primo gradu incipit, ex tranſuerſo, à ſecundo.*
2 *Deſcendentium prima ſucceſſio eſt, dein aſcendentium.*
3 *Deſcendentium & aſcendentium ſucceſſio in infinitum eſt, & num. 5.*
4 *Parentes poſt tritauum maiores poſt trinepotem inferiores vocantur.*
6 *in Succeſſione collaterali lex 12. tabul. ſolam agnationem reſpicit.*
7 *Succeſſio cognatorum prætoria eſt.*
8 *Succeſſio ex tranſuerſo agnatorum & legitimorum hæredum ad decimum gradum eſt tam iure 12. tab. quàm prætorio.*
9 *Liberi in linea deſcendenti in ſtirpes, à latere verò ſuccedentes in capita iure veteri veniunt.*
10 *Proximior vlteriorem non excludit iure veteri in deſcendẽti linea, ſecus in linea quæ à latere.*
11 *Iure nouo frater fratris filium non excludit, ſed in ſtirpem admittit.*
12 *Repræſentationis ius in linea deſcendenti in infinitum eſt, in tranſuerſali non vltrà fratrum filios.*

INſignem differentiam refert Caius, quod † ſuperior & inferior cognatio à primo in- 1
cipit gradu: ex tranſuerſo verò ſiue à latere, nullus eſt primus gradus: & ideò incipit à ſecundo. itaque in primo gradu cognationis ſuperioris quidem, & inferioris ordinis, cognati poſſunt concurrere: ex tranſuerſo verò nunquam, eo gradu quiſquam concurrere poteſt: àt in ſecundo & tertio, & deinceps in cæteris poſſunt etiam ex tranſuerſo quidem concurrere, & cum ſuperioris ordinis cognatis. l. 1. in princip. ff. de gradib. & adfin. & Iuſtinianus: ſuperior quidem & inferior cognatio, à primo gradu incipit: at ea quę ex tranſuerſo numeratur, à ſecundo. §. 1. Inſtitut. de gradib. cognat.

Ex quo naturaliter emergit ſecundum diſ- 2
crimen: cùm enim ſuperior & inferior ordo incipiat à primo gradu, primam quoque ſucceſſionis cauſam eſſe deſcendentium, ſecundam aſcendentium, & his deficientibus, locũ aperiri ex trãſuerſo cognatis, vtpotè, qui non à primo gradu, ſed ſecundo incipiunt.

Hinc iterum tertium diſcrimen oritur ex tempore. Nam certi iuris eſt, ordinem deſcendentium, itemque aſcendentium, in infinitum extendi ac porrigi nullaque certa graduum definitione circumſcriptum, determinatumque eſſe. ſic de ordine deſcendentium, vel liberorum. Calliſtratus: Liberorum appellatione nepotes & pronepotes, cæterique qui ex his deſcendunt, continentur. Hos enim omnes, liberorum appellatione, lex 12. tabul. compræhendit.

Toties enim leges neceſſarium ducunt in cognationibus ſingulorum nominibus vti, veluti filijs, nepotes, pronepotes, cæterarumve, qui ex his deſcendunt: quoties non omnibus qui poſt eos ſunt præſtitutum voluerint, ſed ſolis his ſuccurrunt, quos nominatim enumerant: at vbi non perſonis certis, non quibuſdam gradibus præſtatur, ſed omnibus qui ex eodem genere orti ſunt, libero.

berorum appellatione compræhenduntur. l.
liberorum.220.in princip. ff.de verborum ſig
nificat.& Iuſtinianus:quoties,inquit,aliquis
vel aliqua, inteſtatus vel inteſtata, mortuus
vel mortua fuerit, nepotibus vel pronepoti-
bus cuiuſcunque ſexus,vel deinde alijs deſcen
dentibus relictis,&c. l. final. C. de ſuis & legi-
timis. & alibi iterum:ſi quis igitur deſcenden
tium fuerit ei,qui inteſtatus moritur, cuiuſli-
bet naturæ aut gradus, ſiue ex maſculorum
genere,ſiue ex fœminarum deſcendens. & ſi-
ue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate ſit, omni-
bus aſcendentibus, & ex latere cognatis præ-
ponatur. authent.de hæredib.ab inteſtato ve-
nientib.§.1.quod etiam de aſcendentibus, vt
in infinitum extēdantur,expeditum eſt. nam,
4 vt Paulus ait, Parentes † quidem vſque ad tri-
tauum apud Romanos proprio vocabulo no
minantur:vlteriores, qui ſpecialenon habēt
nomen:maiores appellantur: item liberi,vſq;
ad trinepotē, vltrà hos poſteriores vocātur.l.
10.§.parētes.ff.de gradib.Quā parentū anguſtā
ſignificationem, Vlpianus notat, ad edictum
Prætoris de in ius vocando.Parentum,inquit
hic vtriuſque ſexus accipe: ſed an in infini-
tum, quæritur? quidam parentem vſque ad
tritauum appellari aiunt. ſuperiores,maiores
dici. hoc veteres exiſtimaſſe Pomponius re-
fert: ſed Gaius, Caſſius, omnes in infinitum
parentes dicit. quod & honeſtius eſt, & meri-
tò obtinuit.l.4.ff.de in ius vocando. ita,etiam
Caius,appellatione parentis, non tantùm pa-
ter,ſed etiam auus & proauus, & deinceps o-
mnes ſuperiores continentur: ſed & mater,
& auia,& proauia,l.appellatione.51. ff.de ver-
borum ſignificat.nam & patris nomine,auus
quoque demonſtrari intelligitur. l. iuſta. 201.
ff. eodem titul. & idem Vlpianus ad edictum
de legatis præſtandis. generaliter autem, in-
quit, parentes & liberos prætor excepit, nec
gradus liberorum parentumve enumeranit,
in infinitum autem ſis præſtabitur. l. 1. §. 1. ff.
de legat. præſtandis. idque eò magis, cùm pa-
rentum appellatio etiam conſanguineos cō-
plectatur,prout multis authoritatibus probat
Tyraquell. de retractu lignagier. §. 1. gloſſ. 8.
verbo, los parents. numer. 1. vnde etiam pa-
rentela id certum eſt, quod appellatio maio-
rum in infinitum extenditur.ita Cicero in Sa
luſtium: Ego meis maioribus virtute mea
præluxi, vt ſi prius noti non fuerint, à me ac-
cipiant initium memoriæ ſuæ. & in Antoni-
um: Lucius Philippus,vir,auo,patre, maiori-
buſque digniſſimus.& in Verrem: patres ma-
ioresque noſtri. & paſſim alibi. ſic etiam po-
ſterorum nomen, ſine determinata præfini-
tione extenditur.Cicero libro tertio de Natu-
ra deorum: Experantur pœnæ, à liberis, à
nepotibus,ac poſteris.quinimò poſteri,& po-
ſteritas intelliguntur de ijs,qui nos in infinitū
ſequuntur. Cicero ad Quintum fratrem: Po-
ſterorum erit verius iudicium, obtrectatione
& maleuolentia liberatum. & Iterum: Poſte-
ris non eſſe tradendas inimicitias. & de po-
ſteritate: Poſteritatis commemoratio ad
ſpem quandam immortalitatis me rapit. &
iterum in ſecunda Philippica: Omnium ſe-
culorum poſteritas, huius rei immemor non
erit. & Cicero ad Atticum libro duodecimo:
Domini innumerabiles fieri poſſunt, in infi-
nita poſteritate.

Quæ ſententia de aſcendentium ordine, 5
quod exemplo deſcendentium in infinitum,
in ſucceſſionibus liberorum debeat extendi,
& natura correlatiuorum conſtat, vt quod in
vno ſtatuitur,in alio etiam obſeruatur. & na-
tura etiam ſucceſſionis, quæ mutua & viciſſi-
tudinaria eſſe debet, infert: ac vt Papinianus
ait, parentes ad bona liberorum ratio com-
miſerationis admittat,liberos, naturæ ſimul,
& parentum commune votum, inquit Papi-
nianus l. ſcripto.6. in fine. ff. vnde liberi. & i-
dem Papinianus: nam etſi parentibus non
debeatur filiorum hæreditas, propter votum
parentum, & naturalem ergà filios charita-
tem,turbato tamen ordine mortalitatis, non
minus parentibus quàm liberis, piè relinqui
debet,l.15.ff de inofficioſo teſtament. ac vt de
dote Pomponius ait, iure ſuccurſum eſt pa-
tri,vt filia amiſſa, ſolatij loco cederet, ſi red-
deretur ei dos, ne & filiæ amiſſæ, & pecuniæ
damnum ſentiret,l.iure ſuccurſum 6 ff.de iu
re dotium. ex quibus patet, & manifeſtum
eſt,ſucceſſionem deſcendentium, & aſcen-
dentium in infinitum produci,dilatari & am
plificari.

Longè † autem aliud in tranſuerſo ordi- 6
ne,& vetere & nouo iure inductum eſt, con-
ſtituto inter agnationem & cognationem di-
ſcrimine.Nam lege duodecim tabula. quoad
ſucceſſionem inteſtati, ſola agnatio inſpici-
tur,vt ſuprà oſtenſum eſt.

Cognatorum † autem ſucceſſio eſt præto- 7
ria ſolummodò:nam,vt Vlpianus ait,hæc bo
norum poſſeſſio,intellige,vnde cognati, nu-
dam habet prætoris indulgentiam. neque ex
iure ciuili originem habet: nam eos inuitat
ad bonorum poſſeſſionem, qui iure ciuili ad
ſucceſſionem admitti non poſſunt, id eſt,
cognatos,l.prima, in principio, ff. vnde co-
gnati.

Præterea † agnationis iure admittitur ad 8
hæreditatem aliquis, etſi decimo quoque
gradu ſit: ſiue de lege duodecim tabularum
quæratur, ſiue de edicto prætorio, quo præ-
tor legitimis hæredibus daturum ſe bono-
rum poſſeſſionem pollicetur. Proximitatis
verò nomine, ijs ſolùm prætor promittit
bono-

bonorum poſſeſſionem, qui vſque ad ſextum gradum cognationis ſunt, & ex ſeptimo à ſobrino, ſobrinaque nato natæve, §.fin. Inſti.de ſucceſſ.cognat. ac vt dilucidiùs loquitur Vlp. hæc bonorum poſſeſſio, quæ ex hac parte edicti datur, cognatorum gradus ſex complectitur, & ex ſeptimo duas perſonas, ſobrino & ſobrina natum & natam, d. l. 1.§. hæc autem.

9 Vltrà † ſuperiores differentias inter ordinem deſcendentium, & ex tranſuerſo, vel à latere ſe attingentium, in eo ſimiliter diſcrepant, quod antiquo iure, ſi ex defuncto ſit filius, & ex altero filio mortuo iam nepos vnus, vel etiam plures, ad omnes hæreditates pertinent, non vt in capita diuidatur, ſed vt in ſtirpes, id eſt, vt filius ſolus mediam partem teneat, & nepotes, quotquot ſunt, alterã dimidiam. æquum eſt enim nepotes patris ſui loco ſuccedere, & eam partem habere, quã pater eorum, ſi viueret, habiturus eſſet. Agnatorum autè hęreditates diuiduntur in capita, veluti ſi ſit fratris filius, & alterius fratris duo plure ve liberi: quotquot ſunt ab vtraq; parte perſonæ, tot fiunt portiones, vt ſinguli ſingulas capiant, idq; vetere iure. Vlp. in fragm. tit. 26.

10 Proinde † ſeparantur in eo quoque, quod in liberorum linea, proximior vlteriorem non excludit. deinde, quod hæreditates pro ſtirpibus diuiduntur, non pro virilibus portionibus, ſecùs eſt in agnatorum ſerie, vbi hæ duæ regulæ non obſeruantur. Nam ſi plures ſint gradus agnatorum, apertè lex 12. tabul. proximum vocat. Itaque ſi, verbi gratia, ſint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus frater potior habetur, § ſi plures. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. Non enim omnibus, vt idem Iuſtinianus ait, ſimul adgnatis dat lex hæreditatem: ſed his qui tunc proximiores gradu ſunt. cùm certum eſſe cœperit aliquem inteſtatum deceſſiſſe. §. 1. verſicul. non tamen. Inſtit. eod. titu. quod poſteriùs per Nouellam Iuſtiniani emendatum eſt. frater enim iam non præfertur, ſed fratrum filij, vnà cum eo in ſtirpem admittũtur, & tantam ex hæreditate percipiunt portionem, quantam eorum parens futurus erat accipere, ſi ſuperſtes fuiſſet. §. ſi igitur defunctus. verſic. ſi autem defuncto. Authen. de hæredibus ab inteſtat. ven. Authent. ceſſante. C. de legit. hæred. poſt fratrum filios vocantur, quicunque ſunt gradu proximiores, vt pares in gradu pariter admittantur. §. ſi verò neque. Authen. de hæredib. ab inteſtat. ven. & Authen. poſt fratres, fratrumque filios. C. de legitimis hæredib.

Poſtremò, in eo quoque potior eſt cauſa deſcendentium, quàm collateralium, quia ius repræſentationis in ordine deſcendentium, producitur, & extenditur in infinitũ. in ordine verò tranſuerſalium, ſolis fratrum filijs, in patrui hæreditate indulgetur, de qua re infra, in peculiari capite de iure repræſentationis.

CAPVT IX.

An nouiſsimo iure cognati exemplo agnatorum, vſque ad decimum gradum ſuccedant.

SVMMARIA.

1 *Agnati ad decimum gradum cognati ad ſeptimum ſuccedunt iure veteri.*

2 *Agnatorum & cognatorum differentia ſublata ſucceßio ſit hodiè in decimum gradum.*

3 *Legata vel fideicommiſſa relicta propinquis, ad decimum gradum extenduntur.*

4 *Comitum & Baronum ſucceßio inter agnatos infinita eſt.*

5 *Bonorum poſſeßio vnde cognati vtrùm ad 10. gradum protendatur, affirmatiuè.*

PRo † expedito habetur apud noſtros, 1
agnatos ad decimum gradum ſuccedere: cognatos vſque ad ſeptimum. §. final. Inſtit. de ſucceſſ. cognat. l. 1. §. hæc autem. ff. vnde cognati. quia verò nouiſſimo iure omnis differẽtia cognationis, & agnationis ſublata eſt, & abrogata. §. nullam verò volumus. Authent. de hæredib. ab inteſtat. venient. in. de quæritur: an hæc exæquatio etiam facta ſit in gradibus ſucceſſionis, ita vt cognati exemplo agnatorum ad decimum vſque gradum ſuccedant?

In hac † quæſtione omnibus placuit, nul- 2
lum iam ſupereſſe diſcrimen, in iure ſuccedendi ab inteſtato, inter agnationem & cognationem. ita Accurſius in Auth. in ſucceſſione. in verbo, ſola naturali cauſa. ibi, item vſque ad quem gradum admittitur cognatus. C. de ſuis & legit. hæred. in l. certum. in gloſſ. fina. C. vnde legitim. & in l. vacantia. C. de bonis vacant. libr. 10. & in l. octaui gradus. ff. vnde cogn. & in §. fina. in gloſſ. fina. ibi. nos omnes vſque ad decimum gradum vocemus, Inſtit. de ſucceſſ. cogn. & in §. hactenùs, in ver. longè. Inſtit. de gradib. cogn. & in §. ſi verò neque fratres, in princip. in verſic. cognatos. ibi. ſed trahe omnes ad decimum, cùm debeas ſucceſſiones dilatare, Authen. de hæred. ab inteſta. ven. Bart. in d. l. certum, nu. 2. ibi. quæritur vſq; ad quem gradum. ver. videlicet, quòd ſuccedant omnes æqualiter vſque ad decimum gradum. & ibid. Bald. nu. 17. ibi. quoad ſecundã quæſtionẽ, quibus dentur bonorum poſſeſſiones. vbi regulam tradit, dic, inquit, liberis in infinitum, id eſt, quàm diù vita ipſorum produci poteſt, vel natura,

vel Dei miraculo: item agnatis vſque ad decimum gradum, & idem hodiè in cognatis. naturalis enim ratio communis eſt Auth. de hæredib. ab inteſt. §. nullam. & arg. l. tutelas. 7. ff. de cap. minutis. & l. hos accuſare. 12. l omnibus. ff. de accuſat. ita Bald. & poſt hunc Alexand. ibidem, nume. 3. ibi. hodiè quia ſunt exæquati, & cognati ſuccedunt vſque ad decimum, per gloſſ. in §. ſi verò neque fratres. Authen. de hæred. ab inteſtat. ven. & gloſſ. in Auth. in ſucceſſione C. de ſuis & legit. Auth. ceſſante, & Auth. ſeq. C. de legit. hæred. Auth. defuncto. C. ad S. C. Tertyl. & in §. fi. Inſtit. de cogn. ſucceſſ. quo in loco Alex. tres fallentias adducit, vnam ex l. ſi quis inceſti C. de inceſt. nupt. alteram, ex l. 2. ff. de veteranor. militum ſucceſſ. tertiam in feudis, in quibus agnati tranſuerſales non admittuntur, vltrà ſeptimum gradum. § hoc autem ſciendum. tit. de prohib. feudi alien. ita Alexand. ac cæteri. & poſt hos Iaſ. ibid. vbi initio tres fallentias ab Alexan. adductas explicat, & tandem loco limitationis ad gloſſ. concluſionem ſubijcit. ibi. quintò principaliter limita, concluſionem gloſſæ non procedere hodiè per iura Authenticorum, per quæ in omnibus cognati & agnati æquiparantur. § nullam verò. Authen. de hæred. ab inteſt. ven. vnde hodiè omnes tam agnati, quàm cognati, vſque ad decimum gradum admittuntur, gloſſ. in §. ſi verò neque fratres, in d. Authent. de hæred. ab inteſtat. ven. gloſſ. in d. Authen. in ſucceſſione. addit ampliationem, quod hoc procedit, etiamſi agnati venirent de iure prætorio, quia etiam tunc vſque ad decimum gradum admitterentur, ita Iaſ. in d. l. certum, nume. 3. verſic. quintò principaliter. C. vnde legit. & idem Iaſon in l. exigendi. 12. verſic. ſeptimò extende. C. de procurat. Bald. & Angel. in l. vacantia. C. de bonis vacant. libr. 10. Azo in ſumma. nume. 7. circa finem. ibi. item dubitari poteſt an ex eo. C. de legit. hæred. Petrus, & Cynus in l. cùm rem alienam. 10. C. de legat. Bald. & Alberic. in l. luriſconſ. §. parentes. ff. de gradib. & affin. & in l. octaui gradus, 9. ff. vnde cogn. Ioan Fabri, & alij. §. final. Inſtit. de cogn. ſucceſſ. & in §. hactenùs. In ver. longè. Inſtit. de gradib. cogn. Bald. conſil. 469. incip. ſtatuto cauetur, quæ bona. in fin. libr. 1. & conſil. 129. incip. factum proponitur in terminis. in vltim. dubio libr. 2. & conſil. 293. incip. primò dicam de bonis, lib 2. & conſil. 330. incip. in hoc concordantibus, libr. 3. Fulgoſ. conſ. 45. incip. quóniã Franciſcus, & paſſim alij.

3 Quod † non tantùm obtinet in ſucceſſione ab inteſtato, ſed etiam ex teſtamẽto, nam legata vel fideicommiſſa relicta propinquis, vel conſanguineis, intelliguntur relicta iis, qui ſunt intra decimum gradum, non de vlterioribus. ita ex facto conſulti reſponderunt. Bar. conſ. 134. lib. 3. Caſt. conſ. 381. incip. notandum eſt ad euidentiam, in fi. lib. 1. Dec. conſ. 321. incip. in cauſa quæ Alexandriæ vertitur, & cõſi. 323. Alc. In l. pronuntiario. in ver. nepotes. & in verb. agnatorũ. ad fi. ff. de verb. ſign. Tyraq. de retr. lignag. §. 1. glo. 9. num. 24. adducit † idem 4
Tyraq. in præcedenti num. exceptionem, vel limitationem in ſucceſſionibus Comitum & Baronum: nam in his ſuccedītur in infinitũ, donec ſint agnati primi ſtipitis, eamque exceptionem pro more ſuo coaceruatis authoritatibus confirmat.

Secunda quæſtio ex priori promanans.

Si cognatus † detrectet adire hæreditatem 5
de iure ciuili. & conſultiùs fore putet petere bonorum poſſeſſionem, an ad decimum vſq; gradum, an verò ſecundùm naturam bonorum poſſeſſionis, ad ſeptimum ſolummodò gradum admittatur?

Quæſtio hæc, Salycetum habet autorem. exiſtimat is, ad ſeptimum ſolummodò gradum, petita bonorũ poſſeſſione, vnde cognati, aditũ ipſi patere, ſibi enim imputet, qui prætoriã viam elegit, arg. l. fin. §. ſi autẽ aliquis C. de iure delib. quæ ſententia Alexãdro diſplicuit, in l. certum, nu. 3. C. vnde legit. idq; propter expreſſa verba Iuſtin. nullam verò volumus eſſe differẽtiam in quacunq; ſucceſſione: ſubijcit paulò poſt: ſed in omnib⁹ ſucceſſionibus agnatorum, cognatorumq; differentiam vacare præcipimus. & iterum. & omnes ſine qualibet huiuſmodi differentia, ſecundũ proprium cognationis gradum, ad cognatorum ſucceſſionẽ ab inteſtato venire præcipimus. §. nullam verò. Auth. de hæred. ab inteſta. ven. Quæ quidẽ verba generalia ſunt, & omnem differentiam veterem tollunt, & abrogant: ſed ſi in ſucceſſione quæ fit de iure prætorio, non admitteretur cognatus, qui eſt vltrà ſeptimum gradum, non eſſet in omni ſucceſſione ab inteſtato ſublata differentia agnationis & cognationis. Ex quo & hoc in conueniens emanaret, quod agnati remotiores ſemper excluderent proximos cognatos, accipientes bonorum poſſeſſionẽ de iure prætorio, vnde eluſoria fieret, ac redderetur cõſtitutio Iuſtiniani, quę omnẽ veterẽ differentiã, inter agnatos & cognatos abrogat. accedit, cũ tam cognati, quàm agnati ad decimũ vſq; gradũ ſuccedant, ergo habent quoq; bonorũ poſſeſſionem vnde legitimi; & conſequẽter ſicuti agnati, l. 2. in fi. & l. ſeq. ff. vnde legit. & cõſecutiuè de iure etiã prætorio, ad decimum vſq; gradum cognationis ſucceſſio patet. Quæ ſanè Alexãdri opinio pletiſq; probatur, nec Iaſoni etiã diſplicuit, in l. certũ, nu. 3. C. vnde legit. in ver. quintò principaliter. ibi. et iſtud procedit, etiamſi adgnati hodiè venirẽt de iure prætorio:

rio: quia tunc etiam vſque ad decimum gradum admitterentur, per text. in d. §. nullam, in ver. in quacunque ſucceſſione. & iterum: dum dicit in omnibus ſucceſſionibus agnatorum cognatorumque differentiam vacare.

CAPVT X.

Sublata omni differentia agnatorum, cognatorumque, an agnati & cognati nouiſsimo iure in infinitum ſuccedant, exemplo deſcendentium & aſcendentium.

SVMMARIA.

1 *Agnatorum & cognatorum ſucceſsio hodie in infinitum.*
2 *Omnis dictio vniuerſalis eſt, nihilq; excludit.*
3 *Gradus certus in tranſuerſali nullus iure nouo conſtitutus.*

PLacentinus † referēte Azone in ſumma. C. de legit. hæred. nu. 8. putauit agnatos, & cognatos, exemplo aſcendētium & deſcendentium in infinitum ſuccedere, rationem, quare id fiat, non addit. Ego Placentino non inuitus, nec difficulter accedo. tum quod pat habcatur ratio numerandi gradus, tam in ordine inferiore & ſuperiore, quàm in tranſuerſo, quemadmodum patet ex Caio, l. 1. & Paulo, l. 9. ff. de grad. & adfinib. & ex Iuſtin tit. de gradib. cognat. In quam ſententiam eò procliuior ſum, quòd agnati iure veteri quoq; in infinitum ſuccedant. agnati, inquit Vlp. ſunt cognati virilis ſexus ab eodem orti. nam poſt ſuos & cōſanguineos, ſtatim mihi proximus, eſt conſanguinei mei filius, & ego ei: patris quoque frater, qui patruus appellatur, deincepſque cæteri, qui ſunt incerti, in infinitum. in Pandectis tamen Florentinis, poſteriora verba ſic leguntur: cæteri ſi qui ſunt, hinc orti in infinitum, l. 2. in princip. ff de ſuis & legit. Deinde, quod Iuſtin. in nouiſſima ſua conſtitutione, quoad collaterales, vel tranſuerſales nullam facit mentionem graduum: ſed generaliter omnes à latere cognatos vocat, ſecundùm vniuſcuiuſque gradus prærogatiuam. §. ſi verò neque fratres, Auth de hæred. ab inteſtat. ven. Quæ † dictio omnis, eſt vniuerſalis,
2 & complectitur omnes in infinitum, cuiuſque naturæ eſt, quod nihil excludit, nam qui omne dicit, nihil excipit, l. teſtatorem. 68. in prin. ibi. prædium Seianum omne, l. à procuratore. C. mādari. prout noſtri multis exēplis, & authoritatibuſque oſtendunt. Barto. in l. generali. §. vxori. ff. de vſufr. legato. Bald. in Auth. omnia priuilegia. C. de epiſ. & cler. Alex. in l. ſi ex toto. 8. col. 2. ff. de legat. lib. 1. & in l. 1. notab. ff. eo. Panorm. in c. fin. ext. ne clerici. Barbat. conſ. 26. col. 3. & 4. lib. 2. Alex. conſ. 30. col. fi. lib. 5. Ruin. conſ. 76. col. 5. & conſ. 61. col. 12. in fi. lib eo. Dec. conſ. 294. & conſ. 294. & cōſ. 358. in fin. & conſ. 666. col. 1. nouiſſimè Natta conſ. 154. lib. 1. Rolan. à Valle, conſ. 87. nu. 8. & ſeq. lib. Tyber. Decian. conſ. 57. nu. 12. & ſeq. lib. 1. & paſſim alibi.

Poſtremò, † nullo iure certus gradus in ſuc 3
ceſſione tranſuerſalium conſtitutus eſt. licet enim Iuſtin. in agnatorū ſucceſſione mentionem faciat decimi gradus: attamen nō determinatiuè, ſed tanquàm poſtremū & ſummū gradum, quo non vlterior eſſe poteſt, ponit. hoc loco, inquit, & illud neceſſariò admonēdi ſumus, adgnationis quidem iure admitti aliquem ad hæreditatem, etſi decimo gradu ſit, &c. quod tamen accidere poteſt, aut nunquā: eſtq; perinde, ac ſi dicat ſuccedere in infinitū. Nō facilè autem, inquit Modeſt. quod ad ius noſtrum attinet, cùm de naturali cognatiōe quæritur, ſeptimū gradum quis excedit, quatenùs vltra eum ferè generatum, rerum natura, cognatorum vitā conſiſtere non patitur, l. 4. in prin. ff. de grad. & adfin. Cùm igitur agnatorum ordo in infinitum producatur: agnati autem & cognati exęquati ſint, ac pari iure in ſucceſſione ab inteſtato fruantur, conficitur neceſſariò tam cognatos, quā agnatos, in infinitum ad ſucceſſionē admitti & vocari: idq; veriſſimum & moribus noſtris receptum eſt.

CAPVT XI.

Subdiuiſio linearum vel ordinum in lineam paternam & maternam.

SVMMARIA.

1 *Linea paterna alia, alia materna.*
2 *Paterna maternaq; lineæ diſtinctionis vtilitates 3. 4. & 5.*
3 *Liberi diuerſorum matrimoniorum habent bona communis parentis.*
4 *Pater in bonis à materna linea venientibus ſolum vſumfructum habet.*
6 *Paterna linea relictum &c. an patrem includat.*
7 *Paterna linea, deficientibus deſcendentibus an tranſuerſales comprehendat.*

LIneæ † vel ordines naturaliter ſubdiuidū- 1
tur in paternam & maternam, l ſi. ibi. ita & de his quę materna linea C. cōmun. de ſucceſſ. l. 1. ibi. à linea materna. & l. 2. in fi. ibi, ſicut in maternis rebus, vel quæ per eādem lineam veniūt, & l. 3. in fi. ibi, quæ ad ipſum ex matre, vel ab eius linea prouenerint. C. de bon. quæ lib. l. quidquid. ibi, quidquid auus, auia, proauus, proauia, ex materna venientes. C. de bon. matern. quandoq; tamen pro linea ponitur, l. eos. 22. ibi, ex materno genere. C. de decur. libr. 10. in l. vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10. de quo paulò poſt.

Paterna linea dicitur, quæ à patre originē habet, ac deſcendit: ſicuti etiam materna, quę à matre proueniat. Hæc † diuiſio magni eſt 2
momēti propter liberos diuerſi matrimonij. Nam primò promanat inde diſtinctio fratrū ſororumve, ex vno eodemq; patre, & vna eademq; matre, natorū natarumve: & eorū qui ex eodē quidē patre, ſed diuerſa matre progeniti

niti ſunt,l.4.C.de bon.quæ lib.qui conſangui
nei dicũtur, l.3.C.de legir. tut. §.1. §.cæterum.
Inſt.de legir.agn.ſucceſſ. Vlpia.in Inſti.tit.26.
itemque eorum earumve,qui quęve vna ma-
tre,diuerſis tamen patribus in lucem prodie.
runt,qui vterini appellãtur. Auth de conſan-
3 guineis & vterinis fratribus. Secundò† ex hac
diuiſiõe paternæ & maternæ lineæ,diſtinctio
bonorum paternorum & maternorum ori-
tur. Liberi enim diuerſorum matrimoniorũ
æqualiter quidem in bonis communis paren
tis ſuccedunt: ſeparatim verò ratione diuer.
ſorum parentum quiſq; ſuo patri, vel matri,
primi vel ſecundi matrimonij ſuccedit. hoc
eſt,conſanguinei fratres conſequuntur bona
paterna,vterini materna. ita etiã inter aſcen.
dentes, ſi auus paternus & maternus concur-
rant,paternus auus ſuccedit in bonis paternis
& maternus in bonis maternis. de qua re in-
frà latiſſimè dicetur:ſicuti etiam in linea col.
laterali,fratres inter ſe ſuccedunt, vt conſan-
guinei habeant paterna bona,vterini mater.
4 na, vt infrà. Tertiò, † ex hac pariter diuiſio-
ne promanat ius liberorum in bonis mater.
nis. Nam ex Conſtantini ſanctione, res quæ
ex matris ſucceſſione, ſiue ex teſtamẽto, ſiue
ab inteſtato fuerint ad filios deuolutæ, ita
ſunt in parentum poteſtate, vt vtendi fruen-
di duntaxat habeãt,in diem vitæ,facultatem,
dominio videlicet earum rerum ad liberos
pertinente,l.1.C.de bonis mater. quod Arca-
dius & Honorius alia conſtitutione, ad om.
nia bona,quę liberis ex genere materno,quo.
cunque titulo obueniunt,produxerũt. Quid-
quid enim auus,auia,proauus,proauia,ex ma
terna linea venientes, nepoti, nepti, prone.
poti, proncpti, teſtamento, fideicommiſſo,
legato, donatione, vel alio quolibet titulo
largitionis, vel etiã inteſtati ſucceſſione con-
tulerint:pater filio, filiæve integra illibataq;
cuſtodiat, vt vendere, donare, relinquere,al.
teri obligare,ſicut nec materna bona nõ poſ.
ſit, vſufructu duntaxat ad eum pertinẽte,&c.
l.2.C.eod.titul quod Theodoſius & Valenti-
nianus, l.1.l.2. itemque Leo & Anthemius,l,
4.& 5.ad lucra nuptialia: & Iuſtinianus ad bo
na liberis vndecunque, extrà tamen ſubſtan-
tiam patris quæſita,extenderunt,& dilatarũt,
l.6.7.8.C.de bon.quæ lib. de quo ſuo loco co.
pioſè tractabitur.
5 Denique † harum linearum, paternæ vi-
delicet & maternæ, in teſtamentis,in contra-
ctibus,cæteriſque viuentium actibus,frequen
tiſſima fit mentio, ita vt paterna linea præ-
feratur maternæ,vel vna alteri, pro libito di.
ſponentium vel contrahentium.

QVAESTIONIS EST CIRCA
HANC SVBDIVISIONEM: ſi pa-
6 ternę † lineæ aliquid, quocunque titulo, ſiue
particulari,ſiue generali,ſiue inter viuos,ſiue
ex teſtamento, ſiue ab homine,ſiue à lege ob.
ueniat,an pater ipſe comprehendatur, an ve.
rò illi qui ab eo originem trahunt? deinde an
paterna linea ad ſolos deſcendentes à patre
per rectam lineam an etiam ad collaterales,
vel ex tranſuerſo pertineat?

Quantum ad primam quæſtionem atti.
net,à vetuſtioribus diſtinguitur linea,vt quæ.
dam dicatur paterna effectiuè,quædam com.
prehenſiuè, vel continentiue: illa eſt,quæ à pa-
tre ſumit initium, & in deſcendentes propá-
gatur: vel quæ à perſona efficiente eam,inci.
pit: hæc,quæ patrem ipſum continet, ac com-
prehendit,ita vt initium non quidem à patre
ſumatur,ſed à ſuperiori;ita vt in patre prima
generatio conſtituatur. In dubio itaque pa.
ternam lineam eſſe interpretandam,& intel-
ligendam de linea paterna effectiua: non eti.
am de comprehenſiua, niſi aliud ex mente a-
gentis,reſtantis,donãtis, aut aliquo pacto di-
ſponentis colligi poſſit. per tradita Ancho-
rani conſil.91. quod relatum eſt inter conſil.
Bald.334.lib.3.quam ſententiam ſequitur Ca.
rolus Ruinus conſil.153.colum.pen.nume.10.
lib.2.Socin.conſil.33.num.12.lib.3.Pariſ.conſ.
74.num.32.lib.3.Didacus Couaru.vtrumque
intellectum aſſumendum eſſe exiſtimans, ſe-
cutus Socinum in l. Gallus.§. nunc de lege.ff.
de libe & poſthum.& Curt.iun.conſi.5.num.
10.ita Didacus in Epitome lib. quarti Decre-
tal.In 2.parte,cap.6.§ 6.nume.5. ac nouiſſimè
Simon de Prætis.de interpret. vlt. volunt.lib.
3.ſolut.11.nu.43.

Secunda † quæſtio, nempè an paterna li. 7
nea nullis deſcendentibus extantibus,dilate.
tur & extendatur, ad tranſuerſales ex paterna
linea, tranſuerſim ducentes originem? Hæc
quæſtio ad mentem & voluntatem teſtantis,
vel donantis reijcitur. Si enim ſcripto com-
prehendantur ex paterna linea deſcendẽtes,
tum appellationem deſcendentium, ad col.
laterales non proferendam, nec producen-
dam eſſe exiſtimatum eſt, idque in primis in
odioſis, & ijs quæ coarctari & conſtringi ſo-
lent.quod reſponderunt Carol. Ruin.conſil.
149.num.6.conſil.205.num.3.lib.2. Dec.conſ.
379. num.4.Cephal.conſil.313.num.59.nu.60.
Socin.iun.conſil.97.nume.65.& ſeq.lib.2. Mi-
tiorem verò interpretationem, & extẽſiuam
faciendam in fauorabilibus,præſertim ſi col-
ligi poſſit, teſtantem vel donantem ſpectaſ.
ſe, ac præ oculis habuiſſe agnationem & fa.
miliæ conſeruationem: cùm hoc caſu etiam
ſtatuta,quæ aliâs ſtrictiſſimè accipi debent,
hanc dilatationem & extenſionem patiun.
tur. Curt.Sen.conſi.52.num.16.& 17. Curt.Iu.
nior conſ.172.in fin.Dec.conſ.227.num 8.&
conſ.371.nu.9.Menoch.conſ.95.nu.91.lib.1.

CAPVT XII.

Subdiuiſio ſecunda lineæ, vel ordinis quædam eſt maſculina, quædam fœminina, & harum differentiæ.

SVMMARIA.

1 *Exhæredari olim aliter filium, aliter filiam oportuiſſe.*
2 *Fœminis inter cæteros exhæredatis aliquid relinquendum.*
3 *Filio in poteſtate præterito inutile erat teſtamentum.*
4 *Præterita filia, teſtamento valido, ius accreſcendi habebat.*
5 *Accreſcendi iuris quo perſonæ, & quo res accreſcunt differentia.*
6 *Filiorum & filiarum cauſa par in teſtamentu iure nouiſſimo.*
7 *Filiorum & filiarum diſcrimen ſtatuentes naturæ accuſatores.*
8 *Iure 12 tab ſui hæredes tam maſculi quàm fœminæ ad hæreditatem vocantur.*
9 *Ius 12. tab poſt ſuos conſanguineos & gentiles vocat.*
10 *Soror in fœmin. ſola cōſanguinea agnata eſt & legitima.*
11 *Cognatio legitima eſt per virilem ſexum coniunctio.*
12 *Fœminarum hæreditates iure veteri æque atq; maſculorū ad agnatos redibant.*
13 *Agnationis ſeu legitimæ ſucceſſionis ius, toti cognationi hodiè tributum.*
14 *Hæreditas matris lege 12. tabul. ad liberos ab inteſtato non pertinebat.*
15 *Orphitianum S.C. per ph ſcribendum.*
16 *Lex Voconia quo tempore lata, & quibus authoribus.*
17 *M. Cato ſuaſor legis Voconiæ quis, & eius magiſtratus, & genus fuerit.*
18 *Lex Voconia quæ, & quid conſtituerit.*
19 *Legis Voconiæ caput primum prædictum.*
20 *Traianus laus, qui & legem Voconiam abrogauit.*

LInea, aut maſculina eſt aut fœminina: illa quæ à maſculis: hæc quæ à fœminis deſcendit. inter hunc ſexum, vetuſtas ex maſculis progenitos plus diligens, varias differentias inter vtrumque ſexum, tam in cauſa te-
1 ſtari, quàm inteſtati conſtituit. In cauſa † quidem teſtati, quod alijs verbis filium, alijs filiā exhæredare oportebat, filium quidem nominatim, filiam inter cæteros. §. emancipatos. verſicul. ſed prætor. Inſtitu. de exhæred. lib. Quemadmodum etiā in poſthumis maſculis & fœminis. Maſculos enim poſthumos, id eſt, filios, & deinceps, placuit non rectè aliter exhæredari, niſi nominatim exhæredarentur, hoc ſcilicet modo: quicunque mihi fi-
2 lius genitus erit, exhæres eſto. Sed † fœminini quidem ſexus perſonę, vel nominatim, vel inter cæteros exhæredari ſolebant: dum tamen, ſi inter cæteros exhæredarentur, aliquid eis legaretur, ne viderentur prætæritæ eſſe per obliuionem, §. poſthumi. in fine. Inſtitut. eod. tit. & Vlpia. in fragm. tit. 22. poſthumus filius nominatim exhæredādus eſt: filia poſthuma, cæteræque poſthumæ fœminæ, vel nominatim, vel inter cæteros: dummodò inter cæteros exhæredatis aliquid legetur. Tertiò,
† filio qui in poteſtate erat, præterito ipſo iu- 3
re inutile erat teſtamentum, l. inter cętera. 30. ff. de lib. & poſth. & l. ſeq. ff. eod. l. ſi quis. in fi. ff. de vulg. & pupill. l. 1. ibi. nullius eſſe momenti, cùm filius, qui in patris ſuit poteſtate, præteritus eſt. ff. de iniuſt. rup. & irr. fact teſtam. l. hac conſultiſſima. §. pen. C. de teſtam. & §. 1. Inſt. quib. mod. teſta. infirm. & §. 1. Inſti. de exhæred. lib. ſicuti prætorio etiam iure, eiuſmodi teſtamētum, in quo filius in poteſtate conſtitutus, præteritus erat, petita bonorum poſſeſſione contra tab. euertebatur, l. ſi duobus. 12. §. ſi prius teſtamentum ff. de bon. poſſ. cont. tab. l. 2. C. eo. § eadem hæc obſeruantur. Inſt. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.

Diuerſum † eſt in filia præterita, præteri- 4
tione enim huius teſtamentum quidem non infirmabatur, ius tamen accreſcendi ad certam portionem dabatur, §. 1. In fin. Inſtitu. de
exhæred. liber. quod † ius accreſcendi diuer- 5
ſum eſt ab alio, quo non petentium partes, petentibus accreſcunt. In hoc enim res accreſcunt, & emolumentum confertur, in altero accreſcunt perſonæ, non ſine damno inſtitutórum. de quo iure, quo perſonæ accreſcunt. Theoph. in d. §. 1. Inſt. de exhęred. lib. ait enim perſonas, quæ accreſcunt extraneis totius hęreditatis ſemiſſem auferre: ſuis verò tres tantùm vncias, id eſt, quantum ab inteſtato erāt habituræ. de qua re etiam Caius in Inſtit. tit. de exhæred. lib. & Paulus libr. 3. ſentent. tit. de teſtam. & Iuſtin. in d. l. maximum vitium. §. filia autem. & ibi Accurſ. C. de lib. præter.

Quæ † vetuſta iura, alia in maſculis, alia 6
in fœmininis, Iuſtinianus abrogauit, ſanciens, quemadmodum in parentum ſucceſſionibus, quæ ab inteſtato deferuntur ęqua lance, & mares, & fœminę vocātur. ita etiam in teſtamentis parem debere eſſe, & filiorum & filiarum cauſam, & ſimilibus verbis exhæredationes nominatim faciendas: & filias contra tabul. bonorum poſſeſſionem habere, qualem filius vel ſuus vel emancipatus haberet, vt ipſa, ſi fuerit præterita, ad inſtar filij emācipati vel ſui, vel teſtamentum ipſo iure euertat, vel per cont. tab. bon. poſſ. habeat. & hæc non ſolùm in filiabus obtinere, ſed etiam in nepotibus, & neptibus, & deinceps. l. maximum vitium. §. ſancimus. C. de lib. præter. §. ſed hæc quidem vetuſtas introducebat. ibi. ideo ſimplex ac ſimile ius, & in filijs, & in filiabus, &c. Inſt. de exhær. lib.

Cuius † emendationis, Iuſtinianus, vtroq; 7
loco inſignem rationem adfert: priore quidē quòd ij, qui tales differentias inducunt, quaſi naturæ accuſatores exiſtunt, cur non totos maſculos generauit, vt vnde generentur, non fiant: Poſteriore autem loco, quia vtraq; perſo-

perſona in hominum procreatione, ſimili
naturæ officio fungitur, & lege 12. tabul. benè
humano generi proſpectum eſt, quæ vnam
conſonantiam, tam in maribus, quàm in fœ-
minis, & in eorum ſucceſſionibus, nec non et
in liberis obſeruandam eſſe exiſtimauit, nul-
lo diſcrimine in ſucceſſionibus habito, cum
natura vtrumque corpus ediderit, vt maneat
ſuis vicibus immortale, & alterũ alterius au-
xilio egeat, & vno ſemoto, & alterũ corrúm-
patur, l. 14. C. de legit. hæred.

8 Quantum † autem ad ſucceſſionem ab in-
teſtato attinet, lege antiqua 12. tab. ſui hære-
des tam maſculi, quàm fœminę, ad ſucceſſio-
nem ab inteſtato vocantur, ſi ſui hæredes nõ
ſunt, ad conſanguineos, id eſt, fratres & ſoro-
res ex eodem patre pertinet. ad fœminas vl-
tra conſanguineorum gradum legitima hæ-
reditas non pertinet itaque ſoror fratri ſoro-
rive legitima hæres ſit. ita Vlpia. in fragm. tit.
26. & iterum in collatione legum Moſaicarũ,
titu. 16. paulò aliter quàm in fragm. inteſtato-
rum gentilitiorum hæreditates pertinent pri-
mùm ad ſuos hæredes, id eſt, liberos qui in
poteſtate ſunt, cæteros que qui liberorum lo-
9 co ſunt. Si † ſui hæredes non ſunt, ad conſan-
guineos, id eſt, fratres & ſorores ex eodem pa
tre. Si nec hi ſunt, ad reliquos agnatos virilis
ſexus per mares deſcendentes eiuſdem fami-
liæ. his enim cautũ eſt hac lege 12. tab. SI IN-
TESTATVS MORITVR, CVIVS HAE-
RES NEC EST, AGNATVS PROXI-
MVS FAMILIAM HABEATVR, Si agna
tus defuncti non ſit. eadem lex 12. tab. gentiles
ad hæreditatem vocat, his verbis. SI AGNA
TVS NEC SIT, GENTILES FAMILIAM
HAERES HANC nec gentilitia iura in vſu
ſunt. ita verbotenus Vlp. & ibidem poſt ſuos
ab inteſtato legitimi admittũtur, primũ con-
ſanguinei, ij ſunt fratres & ſoror, qui in eiuſ-
dem poteſtate patris fuerunt, etſi ex diuerſis
matribus nati ſunt: ſubiungit ibidem ex con-
ſanguineis legitimi vocantur, hi ſunt agnati,
qui nos per patris cognationem contingunt,
virilis ſexus: nam ſciendũ fœminis vltra con
ſanguineas, hæreditates legitimas non defer-
ri. & Paulus lib. 7. ſentent. de teſtamentorum
ſucceſſionib. in d. coll. legum Moſaicarum:
inteſtatorum hæreditas lege 12. tab. primum
ſuis hæredibus, deinde agnatis, & aliquando
quoque gentilibus deſerebatur. Sanè conſan-
guineos lex non adprehenderat, interpreta-
tione prudentiũ, primùm inter agnatos lo-
cum acceperunt ſublũgit. Conſanguinei ſunt
eodẽ patre nati, licet diuerſis matribus, qui in
poteſtate fuerunt mortis tempore. Et ite-
rum. Soror iure conſanguinitatis, tam ad fra-
tris, quàm ſororis hæreditatem admittitur,
conſanguineis non exiſtentibus, agnatis de-
fertur hæreditas, prout quis alterum gradu
præceſſerit: addit Paulus, fœminæ ad hæredi-
tates legitimas, vltra conſanguineas ſucceſ-
ſiones non admittuntur. id quod iure ciuili
Voconia ratione videtur effectum. Sic Pau-
lus in d. coll. legum Moſaicarum, titul. 16. ita
quoque Caius in lib. poſteriore Inſtitut. tit. 8.
Inteſtatorũ hæreditates primùm ad ſuos hæ-
redes pertinẽt, &c. Subijcit idem: ſi defuerint
hæredes ſui, tunc hæreditas defuncti pertinet
ad adgnatos. agnati enim ſunt per virilem
ſexum defuncto propinquitate coniuncti, id
eſt, conſanguinei fratres, hoc eſt, de vno pa-
tre nati. nec diſputari poteſt, ſi de diuerſis ma
tribus naſcantur, qui vno patre geniti ſunt,
&c. addit Caius paulò poſt. In fœminis verò
alia cõditio eſt, quia inter † fœminas ſola tan 10
tùm ſoror conſanguinea, habetur agnata, vt
germano ſuo defuncto ab inteſtato ei agna-
tionis iure ſuccedat. reliquæ fœminę, hoc eſt,
amitæ, id eſt, patris ſoror, vel fratris filia, nec
in capiendis hæreditatibus propinquorum
legitimæ ſunt, nec maſculis propinquis ag-
nationis iure ſuccedunt: ipſarum verò hære-
ditates ad maſculos propinquos agnationis
conditione perueniunt. ita Caius in d. titul. 8.
Qui locus alibi, ſed alijs verbis refertur in col
lat. legum Moſaic. tit. 16. ſub lib. 3. Inſtit. Caij.
Inteſtatorum hæreditates lege 12. tab. primũ
ad ſuos hæredes pertinent. ſui autem, &c. &
de agnatis. ſi nullus ſit ſuorum hæredum, tũc
hæreditas pertinet ex eadem lege 12. tabul. ad
agnatos. Vocantur autem agnati, qui legiti-
ma cognatione iuncti ſunt. Legitima † autem 11
cognatio hæc eſt, quæ per virilis ſexus perſo-
nas cõiungitur: ita qui eodem patre nati ſunt
fratres, agnati ſibi ſunt, qui etiam conſangui-
nei vocantur, nec requiritur an matrem eau-
dem habuerint, &c.

Quod ad fœminas attinet, hoc iure aliud
in ipſarum hæreditatibus capiendis placet, a-
liud in cæterorum ab his capiendis. nam † & 12
fœminarum hęreditates, proinde agnationis
iure redeunt, atque maſculorum. noſtrę verò
hæreditates ad fœminas, vltra cõſanguineo-
rum gradum non pertinent. itaq; ſoror fratri
ſororive legitima hæres eſt: amita verò & fra
tris filia hæres eſſe non poteſt, &c. ita Caius d.
tit. 16. legum Moſaic, Cuius veteris iuris, quod
lege Voconia inductum eſt, etiam Iuſtin. me-
minit, idque poſteà emendauit, ſub l. lege 12.
tabul. 14. C. de legit. hæred. Cui enim, inquit,
ferẽdum eſt, ab inteſtato ſucceſſionibus, ſuas
quidem filias, ad ſimilitudinem maſculæ ſo-
bolis, in parentis vocari ſucceſſionem. & ite-
rum germanas iure conſanguinitatis, eãdem
ſibi vindicare prærogatiuam, deinceps autem
legitimas fœminarum perſonas, ſi iura con-
ſanguinitatis non poſſident, à ſucceſſione le-
gitima repelli, cum maribus eadem ſucceſſio
pateat? quare enim patris ſoror nõ ad ſucceſ-
ſionem

ſionem filij fratris ſui, vnà cum maſculis vocatur, ſed aliud ius in amita, aliud in patruis obſeruatur? vel qua ratiõe fratris filius ad ſucceſſionem patrui vocatur, germana autẽ eius ab eadem ſucceſſione recluditur?

Huiuſmodi itaq; legis antiquæ reuerentiã, & nos anteponi nouitati legi cẽſemus: & ſancimus omnes legitimas pſonas, id eſt, per virilem ſexum deſcendẽtes, ſiue maſculini, ſiue fœminini generis ſint, ſimili modo ad iura legitimæ ſucceſſionis ab inteſtató vocari, ſecundùm gradus ſui prærogatiuam: non ideo excludendas, quia cõſanguinitatis iura ſecundum germanæ obſeruationem non habeant. Cùm enim vnius ſanguinis iura remaneant per virilem ſexum incorrupta: quare naturã offendimus, & legitimo iuri derogamus? cũ & aliam maximam iniuriam res in ſe continer: pleriſque quaſi vulnus inteſtinum incognitùm. Cùm enim & ad ipſarum mulierũ ſucceſſionem maſculi iure agnationis vocantur: quis patiatur earum quidem hęreditatem ad eos legitimo iure deferri, ipſas verò nec inuicem ſibi, nec maſculis eodem iure poſſe ſuccedere, ſed propter hoc ſolũ puniri, quod fœminæ natæ ſunt, & paterno vitio (ſi hoc vitium eſt) prolem innocentem grauari?

In his igitur caſibus legem 12. tab. ſequentes, & nouum ius nouiſſimo iure corrigentes etiam vnum gradum pietatis intuitu, transferri à iure cognationis, in legitimã volumus ſucceſſionem: vt non ſolùm fratris filius & filia (ſecũdum quod iam definiuimus) ad ſucceſſionem patris ſui vocentur, ſed etiam germanæ cõſanguineæ, vel ſororis vterinæ filius & filia ſoli, & non deinceps perſonę vnà cum his ad iura auunculi ſui perueniant: & mortuo eo, qui patruus quidem eſt fratris ſui filijs, auunculus autem ſororis ſuæ ſoboli, ſimili modo ex vtroque latere ſuccedant, tanquàm ſi omnes legitimo iure veniant: ſcilicet vbi frater & ſoror ſuperſtites non ſunt. His etenim perſonis præcedentibus, & hæreditatem admittentibus, cæteri gradus remaneant penitus ſemoti. illo proculdubio obſeruando, vt ſucceſſio nòn in ſtirpes ſed in capita diuidatur, & is gradus in ordinem legitimũ transferatur: cæteris omnibus ſucceſſionibus, ſecundum ius vſque ad præſens tempus obſeruatum, in ſuo ſtatu manentibus. ita Iuſtin. in d.l. lege 12. tabul. quam emendationem promulgauit anno quinto Imperij ſui. & anno Chriſti 531. & triennio poſt, quo inſtitutiones edidit, longè diſucidiùs & apertiùs hiſtoriam emendationis, ex iure prætorio repetens, in tit. de legit. agnat. ſucceſſ. §. cæterum. vbi initio ſummam veteris iuris refert. Cæterùm, inquit, inter maſculos quidem agnationis iure hæreditas, etiamſi longiſſimo gradu ſint, vltrò citroque capitur. Quod ad fœminas verò attinet, ita placebat, vt ipſæ conſanguinitatis iure tantùm capiant hæreditatem, ſi ſorores ſint, vlteriùs non capiant. maſculi autem ad earum hæreditates (etiamſi longiſſimo gradu ſint) admittantur, &c. Secundò loco ſubijcit rationem: quod, inquit, ideo ita conſtitutum erat, quia commodiùs videbatur ita iura conſtitui, vt plerunque hæreditates ad maſculos confluerent. Tertiò addit emendationem antiqui iuris, ex æquitate prætoris inductam, d §. cæterùm. verſic. ſed quia ſanè iniquum erat, in vniuerſum eas quaſi extraneas repelli: prætor eas ad bonorum poſſeſſionem admittit ea parte, qua proximitatis nomine bonorum poſſeſſionem pollicetur: ex qua parte ita ſcilicet admittuntur, ſi neque agnatus vllus, neque proximior cognatus interueniat. quartò ſubiungit, quibus authoribus contra legem 12. tabul. inductum ſit diſcrimen hoc inter maſculos & fœminas: lex enim 12. tabul. nullo modo introduxit: ſed ſimplicitatem legibus amicam amplexa, ſimili modo omnes ſiue maſculos, ſiue fœminas, cuiuſcunque gradus, ad ſimilitudinem ſuorum inuicem ad ſucceſſionem vocabat: media autem iuriſprudentia, quæ erat quidem lege duodecim tabul. iunior, imperiali autem diſpoſitione anterior, ſubtilitate quadam excogitata, præfatam differentiam inducebat, & penitùs eas à ſucceſſione agnatorum repellebat, omni alia ſucceſſione incognitã: donec prætores paulatim aſperitatem iuris ciuilis corrigentes, ſiue quod deerat adimplentes, humano propoſito aliũ ordinem ſuis edictis ediderunt, & cognationis linea, proximitatis nomine introducta, per bonorum poſſeſſionem eos adiuuabant, & pollicebantur his bonorum poſſeſſionem, quæ vnde cognati, appellatur. tandem proponit emendationem veteris iuris, vel legis Voconiæ, eiuſque correctionis cauſas annectit, ſuamque conſtitutionem anteà factam confirmat, d. §. cæterùm. verſicul. nos verò. & §. hoc etiam addendum, d. titu. de legit. agnat. ſucceſſ.

Quia † verò vnus tantummodò gradus, 13
hoc nouo iure transfertur à iure cognationis in legitimam ſucceſſionem, vt nõ ſolùm fratris filius & filia ad ſucceſſionem vocentur: ſed etiam germanæ conſanguineæ, vel ſororis vterinæ filius & filia ſoli, & nõ deinceps perſonæ, vnà cum his ad iura auunculi ſui perueniant, Iuſtinianus nouella ſua conſtitutione, anno imperij ſui 32. anno Chriſti 558. & ſic annis viginti quinque poſt editas inſtitutiones differentiam, quæ in vlterioribus cognatis reſtabat, ſemouit, & toti cognationi iura agnationis vel legitimæ ſucceſſionis communicauit, vt pari nunc iure tam cognati, quàm agnati ſuccedant, omni prorſus

agnationis & cognationis differentia ſubla-
ta: itemque maſculorum & fœminarum, eoſ-
que æqualiter ad hęreditatem vocari, ſiue per
maſculi, ſiue per fœminæ perſonam defun-
cto iunguntur, & in omnibus ſucceſſionibus
agnatorum cognatorumq; differentiam va-
care debere, &c. Auth. de hæredib. ab inteſtat.
ven. § nullam.

14 Neque † diſcrimen inter maſculos & fœ-
minas, quoad collaterales attinet, iure ciuili
inductum ſolummodò eſt: ſed etiam ex lege
12. tab. in aſcendentium perſonis maſculis &
fœminis deſcendit, nam vt Vlpian. ait: ad li-
beros matris inteſtatæ hæreditas ex lege 12.
tabul. non pertinebat, (quia fœminæ ſuos hę-
redes non habent) ſed poſtea Impp. Antoni-
ni & Commodi oratione in ſenatu recitata,
id actum eſt, vt ſiue in manum conuentione
matrum legitimæ hæreditates ad filios per-
tineant, excluſis conſanguineis & reliquis a-
gnatis. ita Vlpia. in fragm cuius orationis ver
ba refert Caius: Sacratiſſimi Principis noſtri
oratione cauetur, vt matris inteſtatæ hæredi
tas ad liberos, tametſi in aliena poteſtate ſint
pertineat, l. ſacratiſſimi. 9 ff. ad Senatuſconſ.
Tertyll. poſt orationem diui Pij, ſecutum eſt
Senatuſconſ. Tertyll. cuius ſummam refert
Vlpia. in fragm. tit. 26. §. fina. inteſtati filij hæ-
reditas ad matrem ex lege 12. tabul. non perti-
net: ſed ſi ius liberorum habeat, ingenua tri-
um, libertina quatuor legitima hæres fit, ex
Senatuſconſ. Tertyll. de quo Senatuſconſul
to ff. & C. & Inſtit. ad S.C. Tertyll. cui Sena-
tuſconſulto per contrarium additum eſt, Se-
natuſconſ. Orfitianum, quo liberi ad bona
matrum inteſtatarum admittuntur, de quo.
ff. C. & Inſti tit. ad Senatuſconſ. Orfitianum,
de quibus Senatuſconſultis, infrà, de ſucceſ-
ſionibus aſcendentium.

15 Id † obiter notandum eſt, Orficianum Se-
natuſconſultum, ſcribi in Cod. & Inſtit. per
f, rectiùs autem ex Vlpian. & faſtis conſulari-
bus per ph, Orphitianum videlicet, ab Or-
phito, & Rufo, Coſs. quorum Coſs. incidit
in annum ſecundum Impp. M. AElij patris,
& Commodi, filij, in annum Chriſti 179.

16 Obſeruandum † inſuper hoc quoque, quia
Paulus iure ciuili, lege Voconia effectum fu-
iſſe dicit. quod fœminæ ad hæreditates legiti-
mas, vltrà conſanguineas ſucceſſiones non
admittantur, eam legem latam eſſe, Coſs.
Q. MARCIO PHILIPPO II. & CN.
SERVILIO COEPIONE. ſecundum fa-
ſtos Capitolinos, anno vrbis. D.XXCV. ſe-
cundùm Contium D.XXCIIII. Tulit au-
tem plebiſcitum hoc. Q. VOCONIVS SA-
XA. TRIB. PLEBIS. ſuaſit eam M. CA-
TO Legis enim ferendæ cognitio in trinun-
dinum proponitur, ſuadere & diſſuadere vo-
lẽtibus: cuius rei inſignia exempla extãt, apud
Liuium & Dionyſium Halycarn M. CATO
itaque hanc legem Voconiam ſua oratione
ſuaſit. Gell. lib. 7. cap. 13. quoniam in M. Cato-
nis oratione, qua Voconiã legem ſuaſit, quæ-
ri ſolet, quid ſit claſſicus.

Fuit † autem M. Cato, qui hanc legem ſua- 17
ſit, M. Portius Cato cenſorius, qui in Tuſcu-
lano natus eſt, anno vrbis 521. anno 10. poſt fi-
nem primi belli Punici. & quæſtor fuit, anno
vrb. 550. Coſs. M Cornelio Cethego, & P. Sem
pronio Tuditano. iuxta faſtos capitolinos, ſed
ſecundùm Contium, Cn. Seruilio Cæpione.
& C Seruilio. Nep anno poſt. Idem M. Cato
prętor factus, anno vrb. 556. Conſul. 559. cũ L.
Valerio Flacco Cẽſor vterq; anno vrbis 570.
in faſtis Capitolinis, ſub inſcriptione: CENS.
L. VALERIVS, P. F. L. N. FLACCVS. M.
PORCIVS, M. F. CATO, anno vrbis 604. re-
liquit filios. M. Porcium Salonium, & M. Por
cium Catonem, qui in bello contrà Perſeum
Philippi filiũ regem Macedoniæ, egregia vir-
tutis opera edidit in Prętura obijt antè patrẽ,
an. vrb. 602. Cato Saloni reliquit filios duos.
Q. Porcium Catonẽ, conſ. anno vrb. 665. quẽ
faſti Capitolini nominant L. Porcium, Mar-
ci filium, M. N. qui in prælio Marſico occiſus
eſt. & M. Porciũ Catonem, cuius Cicero men
tionem facit libr. 3 offic amicus Syllæ, vxorẽ
habuit Liuiã, ex qua procreauit M. Catonem
Vticenſem, qui dictus eſt rigidi ſeruator ho-
nèſti, amicus ſummus Ciceronis & Pompeij,
qui poſt interfectum Pompeium, & victum
Scipionem ac Iubam Vticæ in Africa ſibi ipſi
mortem conſciuit, anno vrbis 708. cuius fi-
lius in Philippenſi prælio cum Bruto perijt,
cum quo deſijt Catonum familia. tantum de
tempore latæ legis Voconiæ, nunc † ad ipſam 18
legem. Florus in Liuij Epitome, lib. 41 Q. Vo-
lumnius Saxa, tribunús pleb. legem tulit, ne
quis hæredem mulierem inſtitueret. Suaſit
legem M. Cato, extat oratio eius. vbi pro Vo-
lumnio legendum eſt. Q. Voconius apud Flo
rum. & Cicero in Verrem. Q. Voconius ſan-
xit, ne quis hæredem virginem, neve mulie-
rem faceret. in quem locum Aſcon Pædia-
nus Voconius legem tulit, ne quis cẽſus, hoc
eſt, pecunioſus, hæredem relinqueret filiam.
& iterum Cice. pro Cornel. Balbo, apud ma-
iores noſtros legem tulit Q. Voconius de mu
lierum hæreditatibus. & iterum Cicero lib. 2.
de finib. memini, inquit, me adeſſe P. Sexti-
lio Ruffo, quum is ad amicos rem ita deſer-
ret, ſe eſſe hæredem Q. Fabio Gallo, cuius
in teſtamento ſcriptum eſſet, ſe eſſe adeò ro-
gatum, vt omnis hæreditas ad filiam perue-
niret. id Sextilius factum negabat. poterat au-
tem impunè. quis enim redargueret? nemo
noſtrum negabat, et atque veriſimilius hunc
mèntiri, cuius intereſſet, quàm illum qui id
ſe rogaſſe ſcripſiſſet, quòd debuiſſet rogare:

addebat, ſe etiam in legem Voconiam iuratum, contrà eam facere non audere: niſi aliter amicis videretur. aderamus nos quidem adoleſcentes, ſed etiam multi ampliſſimi viri, quorum nemo cenſuit plus Fadiæ dandum, quàm poſſet ad eam lege Voconia peruenire. ita Cicero. de qua lege etiam Gellius libr. 20 cap. 1. Quid ſalubrius viſum eſt rogatione illa Stolonis, de iugerum numero præfinito? quid vtilius plebiſcito Voconio, de coercendis mulierum hæreditatibus? vnde patet legem Voconiam de coercendis mulierum hæreditatibus, duobus capitibus conſtare. Vno, ne virgines mulieresve hæredes inſtruātur: altero capite, ne fœminæ vltrà conſanguineas ad legitimas ſucceſſiones admittantur.

19 Quantum † ad primum caput attinet (ne quis cēſus hæredem relinqueret filiam, quod Aſconius ſcribit, & Diuus Auguſtinus libr. 3. de ciuitate Dei, inquiens, lata eſt Voconia, ne quis heredem fœminam faceret, nec vnicam filiam) valdè grauis & dura fuit, & in leges pietatis non parùm Voconia impegit, quantumuis M. Cato eam ſuaſerit, præſertim quia veteri iure ex ſuis hæredibus, filius quidem, neq; hæres inſtitutus, neque nominatim exhæredatus non patitur valere teſtamentum: reliquæ verò perſonæ liberorum, velut filia, nepos, neptis, ſi pręteritę ſint, valeat teſtamentum. ita Vlpia. in fragm. titu. 22. §. ex ſuis hæredibus. & ibidem. filius qui in poteſtate eſt, ſi non inſtituatur hæres, nominatim exhæredari debet: reliqui ſui hæredes vtriuſque ſexus, aut nominatim, aut inter cæteros. de qua re in l. 1. l. inter cætera pen. ff. de libe. & poſthum. §. 1. Inſt. de exhæred. lib.

20 Hanc † itaque Voconiam legem, & cæteras, quæ fiſcum & ærarium locupletabant, diuus Traianus abrogauit, quam rem ad præcipuam eius gloriam refert Plinius in Panegyrico. quæ præcipua tua gloria eſt, inquit, ſæpiùs vincitur fiſcus, cuius mala cauſa nunquàm eſt, niſi ſub bono Principe. Inter cætera autem, quæ in Rempub. contulit Traianus, recenſet, quòd videlicet collationes remiſerit, donatiuum reddiderit, congiarium obtulerit, delatores abegerit, vectigalia temperarit: ſubijcit Plinius. nunquàm Principibus defuerunt, qui fronte graui & triſti ſupercilio, vtilitatibus fiſci contumaciter adeſſent, & erant Principes ipſi ſua ſponte auidi & rapaces, & qui magiſtris non indigerent: plura tamen ſemper à nobis contrà nos didicerunt: ſed ad tuas aures, cùm cæteris omnibus, tum vel maximè auaris adulationibus obſtructus eſt aditus. Silent ergo & quieſcunt. & poſtquàm non eſt, cui ſuadeatur, qui ſuadeant, non ſunt: quo euenit vt tibi cùm plurimum pro tuis, tum pro noſtris moribus debeamus. Locupletabant & fiſcum & ærarium, non tam Voconiæ & Iuliæ leges, quàm maieſtatis ſingulare & vnicum crimen eorum, qui crimine vacarent. huius tu metum penitùs ſuſtuliſti, cōtentus magnitudine, qua nulli magis cauerunt, quàm qui ſibi maieſtatem vendicabant. Reddita eſt amicis fides, liberis pietas, obſequium ſeruis, verentur & parent, & dominos habent hactenus Plinius. & tantùm de diſcrimine ſexus maſculini & fœminini, quoad ſucceſſiones, tam ex cauſa teſtati, quàm inteſtati, & abrogatione legis Voconiæ: nunc ſuccinctim & breuiter axiomata quædam, ad diſtinctionem lineæ maſculinæ & fœmininæ pertinentia, & quorum nunc magnus vſus eſt, ſubijciam.

CAPVT XIII.

Quia iure feudorum, itemq́ue Italiæ & aliorum locorum ſtatutis, quandoque etiam renuntiatione iurata, fœminæ à ſucceſsione ab inteſtato arcentur axiomata generalia.

SVMMARIA.

1 *Iura excludentia fœminas à ſucceßione inteſtati ratione ſuſtinentur.*
2 *Fœminæ in feudo non ſuccedunt, nec earum filij.*
3 *Fœminæ ob quas cauſas à feudi ſucceßione arceantur.*
4 *Fœminæ ab officijs virilibus remouentur.*
5 *Cauſa excluſiua fœminarum iure diuino firmata.*
6 *Coniugia extra familias contrahuntur cognationis dilatandæ gratia.*
7 *Familiarum conſeruatio ornamentum & commodum reipub. eſt.*
8 *Mulier caput & finis familiæ.*
9 *Statuta excluſiua fœminarum ratione familiæ fauorabilia an ſint. & nu. 10.*
11 *Statutum excludens fœminas à ſucceßione inteſtati an ab omni hæreditate ſecludat.*
12 *Legitima filiæ debita in totum tolli nullo iure poteſt.*

IVra † excludentia fœminas à ſucceſſione ab inteſtato, vel prorſus, vel extāribus maſculis, quamuis naturæ aduerſari videantur, multis tamen grauiſſimisq́ue rationibus ſuſtinentur. Naturæ quidem aduerſari ſuprà oſtenſum eſt, ex Iuſtin. in l. maximum vitiū. C. de lib. præter. & in l. lege 12. tab. 14. C. de legit. hæred. §. ſed hæc quidem vetuſtas. Inſtit. de exhær. libe. magnis tamen rationum momentis, iura hæc fœminas excludentia innituntur & confirmantur. Nam primò omnium, iure diuino conſtat, eoq́; inducitur. Numeri 27. acceſſerunt autem filiæ Salphaat &c. ſteteruntq́ue coram Moyſe & Eleazaro ſacerdote, & cūctis principibus populi ad oſtium tabernaculi fœderis; atque dixerunt: pater noſter mortuus eſt in deſerto, nec fuit in 1

 ſedi.

ſeditione quæ concitata eſt cōtrà Dominum ſub Chore, ſed in peccato ſuo mortuus eſt, hic non habuit mares filios. cur tollitur nomen illius de familia ſua, quia non habuit filium? date nobis poſſeſſionem inter cognatos patris noſtri. retulitque Moyſes cauſam illarum ad iudicium domini, qui dixit, iuſtam rem poſtulant filiæ Salphaat, da eis poſſeſſionem inter cognatos patris ſui. & ei in hæreditatem ſuccedant: ad filios autem Iſraël loqueris hæc: homo cùm mortuus fuerit abſque filio, ad filiam eius tranſibit hæreditas: ſi filiam non habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos: quod etſi fratres non fuerint, dabitis hæreditatē fratribus patris eius: ſin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his qui ei proximi ſunt: eritque hoc filijs Iſrael ſanctum lege perpetua, ſicut præcepit Dominus Moyſi. ita lex diuina, ex qua apertum planumque eſt, non humano aliquo commento, ſed lege diuina excluſionem hāc filiarum inductam ſancitamque eſſe.

Quod verò ad rationes humanas attinet, moderandæ ſunt hæ, ac temperandæ ratione iurium, quæ fœminas vel protſus excludunt, vel extantibus maſculis, vel deniq; ſub certo aliquo modo ſucceſſione arcent.

2 Regulariter † quidem, & generaliter in feudis fœminæ à ſucceſſione arcentur, titu. 1. lib. 1. qui feud. dare poſſunt. §. hoc autem notandum eſt. quod licet filiæ, vt maſculi patribus ſuccedant legibus, tamen à ſucceſſione feudi arcētur: ſimiliter & earum filij, niſi ſpecialiter dictum fuerit, vt ad eas pertineat. quo in loco, vt obiter dicam, inſignis etiam error ex vicio diſpunctionis gloſæ cauſam dedit: coniungenda enim ſunt, vt maſculi patribus ſuccedant legibus, nec dictio, legibus, ſequētibus verbis, tamen à ſucceſſione feudi remouentur, addenda, vt vulgò legitur, legibus tamen à ſucceſſione feudi arcentur. & alibi. titu. de ſucceſſ. feudi. & titu. 24. quemadmod. feud. ad fil. pertineat. & libt. 2. tit. 50. in princ. & tit. ſeq. de capitaneo. qui curiam vendidit, &c. cum ſimilibus.

3 Quod † itaque filiæ à ſucceſſione feudi remouentur, euidentes & magnas ex ipſa feudi natura, & ſexus fœminei honeſtate, & imbecillitate vel infirmitate deſumptas habet rationes. Conceditur enim principaliter feudum propter belli munia ſubeunda, & vt vaſallus dominum in prælio periclitātem adiuuet, tit. 24. lib. 2. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. §. item qui dominum ſuum. & eod. lib. tit. 28. hic finitur lex. in princip. ibi. Domino guerram faciente alicui, ſi ſciatur iuſtè, aut cùm dubitatur, vaſallus eum adiuuare tenetur. & eo. lib. tit. 40. §. ſimiliter cum ſimilibus, à quibus belli munijs, ſicuti etiam
4 alijs † virilibus officijs fœminæ arcentur, tum honeſtatis, tum infirmitatis, fragilitatiſq; cauſa. ſic de prohibita fœminis poſtulatione Vlpia. ratio quidem prohibendi eſt, ne cōtrà pudicitiam ſexui congruentem, alienis cauſis ſe immiſceant, ne virilibus officijs fungantur mulieres, l. 1. §. ſecundo loco. ff. de poſtul. qua ratione à procuratione arcentur, excepta cauſa parentum, l. fœminis. 41. ff. de procuratorib. l. alienam, 18. C. eod. & alijs virilibus officijs, l. in multis. 9. & ibi gloſſ. ff. de ſtatu hom. ac vt Vlpian. ait, fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus, vel publicis remotæ ſunt: & ideo nec iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, nec procuratrices exiſtere, l. 2. ff. de regul. iur. & ibi Dec. & Cagnol. quæ cauſa in feudis maximè obtinet, prout noſtri tradunt, in d. titu. 1. qui feud. dare poſſ. vbi Mart. Laud. & Aluarot. & Afflict. nume. 22. Bald. in l. quoties. in penult. colum. C. de ſuis & legit. Iacob. de S. Georgio in verb. & fœminis, nu. 8. Curt. Iun. in parte 3. in princip. nume. 9. verſic. ſeptimò limitate. Zaſius parte 8. de feudi ſucceſſ. num. 36. Lorior. in tit. de his qui feud. dare poſſ. §. & quia. Hanneton. libr. 2. cap. 8. Sonſbec. parte 9. nume. 119. Thom. de Marinis in tracta. de generibus feud. tit. 11. de feudo fœmineo, nume. 4. & nouiſſimè Hartman. Piſtoris. quæſtio. feud 34. nume. 3. Quæ tamen ſuperior iuris feudorum traditio multis caſibus limitatur, & coarctatur, quos referunt iam citati, & inter hos Hartman. Piſt. quorum enumeratio huius loci non eſt.

Pari † modo ſtatuta vel iura municipalia, 5
excludētia fœminas à ſucceſſione, multis firmiſſimis argumentis & rationibus cōfirmantur: in primis verò, quòd pertineant ad cōſeruationem familiarū vel agnationū: quę cauſa etiam authoritatem iuris diuini habet. Nume. 36. Omnes enim viri, inquit Moyſes, ducent vxores de tribu & cognatione ſua, & cunctæ fœminæ de eadem tribu, maritos accipient, vt hæreditas permaneat in familijs, nec ſibi miſceantur tribus, ſed ita maneant, vt à Domino ſeparatæ ſunt.

Etſi † autem inter gentes hæc in eadem fa- 6
milia ineundorum coniugiorum ratio habita non eſt, ſed in hoc potiùs incubuerunt, vt per connubia, affinitateſque contractas, cognationem ſuam, quantū poſſent, dilatarent latiſſimè lōgiſſimeque: attamen in eo etiam cogitationes ſuas defixerunt genti, ſtirpi, & agnationi amplitudo & magnificentia ſua vt maneret, & ne enuptione filiarum, tranſlatis in aliam familiam diuitijs & opibus, familiæ attenuarentur, & tandem vileſcerent paupertate & egeſtate, nam vt Horat. ait lib. 2. Saty. 5.

Et genus & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.

Quæ † conſeruatio familiarum, in reipub. 7
quoque ſplendorem, commodum, & vtilitatem

tatem vergit. nam vt Ariſtot. lib.1.Polit.ſcri-
bit: ciuitas omnis ex familijs conſtat Publicè
autem intereſt vt ordinum dignitas, familia-
rumque, ſalua ſit, inquit Vlpia. l.1.§.quamuis
aliàs.§. denuntiare.ff. de inſpiciendo ventre.
cum ſimilibus. cuius familiæ Vlpian. autho-
re, mulier & caput, & finis eſt, l. pronuntia-
8 tio.in fi.ff.de verbor.ſignifi. Caput † quidem
eſt, quia ab ea incipit cognatio. §.1. Inſtit.de
legit.agnat. ſucceſſ. finis verò, quia in ea deſi-
nit agnatio. dum itaque nubit, in aliam tran-
ſit familiam, & è ſua familia eximitur, hinc
Caius ait: fœminarum liberos in familia ea-
rum non eſſe palàm eſt, quia qui naſcuntur,
patris, non matris familiam ſequuntur, l.fa-
miliæ.196.ff.de verbor. ſignifi. & Celſus. cùm
legitimæ nuptiæ factæ ſunt, patrem liberi ſe-
quuntur, l.19.ff. de ſtatu hom. cum ſimilibus
in gloſſa relatis.

9 Qua † vel ſola ratione, licet expreſſa non
ſit (non enim omnium, vt Iulianus inquit,
quæ à maioribus conſtituta ſunt, ratio reddi
poteſt, l.20 ff.de legib.) interpretes noſtri per-
moti, eiuſmodi ſtatuta excludentia fœminas
propter maſculos eſſe ſimpliciter & indiſtin-
ctè fauorabilia tradunt, prout multis autho-
ritatibus in eã rem congeſtis, probat Brunus
in tract. quod ſtantibus maſculis fœminæ nõ
ſuccedant, artic.3. nu.12. communi omnium
ſententia, rationem in conſeruatione fami-
liæ, & conſequenter in vtilitate reipub. conſi-
ſtere adſerens. & quòd ſtatuta eiuſmodi fa-
uorabilia ſint, in art.4. nume.6. inquiens, ve-
riorem & magis communem eſſe, quòd hoc
ſtatutum ſit indiſtinctè fauorabile, accumu-
latis in eam rẽ interpretibus: idẽ non minore
numero refert Gabrielius, de cauſa horum
ſtatutorum, libr.6. de ſtatutis. concluſ.6. ſub
inſcriptione: ſtatutum excludens fœminas
propter maſculos, ſit ratione conſeruandæ
agnationis.

10 Quamuis † non defuerint, qui odioſa eiuſ-
modi ſtatuta, & naturæ cõtraria eſſe conſtan-
ter docuerint, ſecuti & prætorem in edicto.ff.
vnde cogn. & Iuſtin. in l.maximũ vitium.C.
de liberis præter. & l.lege 12.tabul.C.de legit.
hæred.§.itẽ vetuſtas. Inſti.de hæredit. quæ ab
inteſt. nec etiã deſint, qui diſtinctionem, imò
potiùs commixtionem conficiant, vt ratio-
ne familiæ & reipub fauorabilia ſint, in odiũ
nihilominùs fœminini ſexus redundent, po-
tiorem tamen publicam vtilitatem eſſe. &
quoad maſculorũ perſonas, fauorabile, quo-
ad fœminas odioſum eſſe, cuius ſectæ autho-
res recenſet Brunus artic.4.nu.5.

11 In † eo autem diſputatio non parua hæret,
quàm etiam naturalis æquitas deſiderat, &
poſtulat, an fœminæ ſtatuto à ſucceſſione ab
inteſtato excluſæ prorſus debeant ab omni
hæreditate excluſæ cenſeri & haberi?

Quæ diſputatio vario conflictu agitatur: in
eam enim peruerſitatem res in noſtra iam
iuriſprudentia coniecta eſt & detruſa, vt ni-
hil ferè ſit, quod partium ſtudio & vtilitatis
cauſa, dubium incertumque non reddatur: 1
ſed tamen non citrà rationem quæſtio hæc
in diſputationem vocatur, vtpote cùm par
conditio fœminarum non ſit: alio enim lo-
co habetur filia, alio cæteræ fœminæ ſangui-
ne iunctæ: diuerſa etiam eſt cauſa bonorum,
quorum fœminæ prorſus ſunt incapaces, ab
hæreditate parentum, quæ à feudis & simili-
bus diſtat longiſſimè. A feudis fœminas om-
ninò arceri, nec inde aliquod emolumẽtum
habere, niſi nominatim ijs prouiſum ſit, ma-
nifeſto iure feudorum continetur. Aliud eſt
in hæreditate quæ naturæ inſtinctu, & noui-
ſsimo iure, nulla differentia ſexus habita, tam
maribus, quàm fœminis defertur. In hæredi-
tate itaque non immeritò ambigitur, præſer-
tim in filia, quæ 12. tabul. lege vnà cum filijs
admittitur, d.l.lege duodecim tabularum, C.
de legit hæred.& d.l.maximũm vitium.C.de
lib.prætet.cum ſimil lib an hæc ſimpliciter ab
omni hæreditatis paternæ emolumento, per
ſtatutum excludi & arceri poſſit? Res denuò
in varias ſententias ſciſſa eſt: quibuſdam exi-
ſtimantibus, filiam vſque ad legitimam por-
tionem ſucceſſione priuari poſſe: alijs ſenti-
entibus, etiam qualem qualem reſeruationẽ
ex bonis, puta, dotem, vel aliam quantitatem
ſufficere: Sunt, qui ſimpliciter abſque aliqua
reſeruatione excludi poſſe cenſeant. Quæ po-
ſterior ſententia prorſus fracta & eneruata 12
eſt, vtpote † cùm legitima portio filiæ debi-
ta in totum non tolli, nec alimentis priuari
poſſit, quòd legi diuinæ, & iuri naturali, ac
omni æquitati aduerſatur, contrariumque
eſt, l.necare ff.de libet agnoſcen.l.cùm ratio.
ff.de bon.damnat.l.ſcripto in fin.ff.vnde lib.
Reliquæ duæ ſententiæ, inprimis, an per ſta-
tutum legitima portio minui poſſit, variè tra-
ctantur. quam diſputationem, quæ huius loci
non eſt, relinquo, lectoremq; ad ordinariam
ſedem remitto, in Authent.nouiſſima.C.de
inoffic teſtamen & in c.Raynutius ext.de te-
ſtam. Albert.Brun in d.tracta.quod ſtantibus
maſculis, artic.1.& ſuprà dictum eſt.

CAPVT XIIII.

Linea fœminina ſemel excluſa, an perpetuò maneat excluſa.

SVMMARIA.

1 *Fœmina ſingulari iure ſemel excluſa à ſucceßione perpetuò excluſa cenſetur.*

2 *Extinctum quod ſemel eſt, amplius reuiuiſcere nequit.*

Non entis nullæ ſunt qualitates.

3 *Qualitas ſine ſubiecto eſſe non poteſt.*

4 *Fœmina in feudis ſemel per maſculos excluſa, an perpetuò excluſa. & nu. 6.*

AXIOMA SECVNDVM.

1 LInea † fœminina ſingulari quodam iure à ſucceſſione ab inteſtato ſimpliciter, & hinc omni qualitate, conditione vel temporis præfinitione ſemel excluſa, perpetuò, & omni tempore manet excluſa. Singulari quidem iure, quia iure communi, vetere & nouo, ſexus maſculini & fœminini nulla eſt differentia, vetere è lege duodecim tabularũ, l. lege duodecim tabularum. C. de legitimis hæred. l. maximum vitium. C. de libe. præter. nouo, ex conſtitutione Iuſtin. § nullam. Authen. de hæred. ab inteſtat. ven. Singulari itaque iure diſcrimen vel differentia ſexus, in ſucceſſione ab inteſtato; contrà iuris communis diſpoſitionem inducitur. Sine omni qualitate: Propter ſtatuta, quæ fœminas hæreditate arcent, extantibus maſculis, admittunt in defectum maſculorum, vel maſcula linea deficiente, aut ſub alia conditione & modo, pro ratione ſtatuentium. Ius autem ſingulare fœminas ſimpliciter ſucceſſione ab inteſtato arcens, ſuis regitur cauſis, in primis, ex natura rei, ex ſexus fœminini qualitate & honeſtate, & agnationis conſeruatione petitis: Perpetuò, & omni tempore ma-
2 net excluſa; ideo, quòd † enim ſemel extinctum eſt, ampliùs reuiuiſcere non poteſt, & non entis, nullæ ſunt qualitates, l. eius qui in prouincia. ff. ſi certum peta. l. Celſus, verſicu. quia neque pro legato, neque pro donato, neque pro dote vſucapio valeat, ſi nulla donatio, nulla dos, nullum legatum ſit. ff. de vſucapio. l. emptor. 4. ibi. ſi quæ pars aliena eſſet in eo fundo. ff. pro emptore. l. verum. 6. § fin. ibi. neque enim eius rei, quæ iam nulla ſit, quiſquam ſocius eſt, ff. pro ſocio. c. ad diſſoluendum. de deſponſ. impub. libr. 6. Pariſius conſil. 25. numer. 28. libr. 1. conſil. 3. nume. 5. & conſil. 30. nume. 35. lib. 4. Roland. conſ. 46. nume. 23. lib. 2. & conſ. 8. nume. 19. & conſ. 58. nume. 7. & conſ. 59. nume. 4. libr. 3. quemadmodum etiam nullum quod eſt, nullum producit effectum, l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. nec tractu temporis conualeſcit, l. quæ ab initio inutilis fuit inſtitutio, temporis tractu conualeſcere non poteſt, l. 210 ff. de regulis iuris, l. ſi nulla. C. de acquiren. poſſeſſ. l. vnica. C. de latin. liber. tollenda. Bald. conſ. 336. colum. 1. libr. 4. Tyber. Deci. conſil. 8. nume. 208. lib. 1. & conſil. 55 nume. 9. lib. 2.

3 Sicuti † etiam qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto; & qualitas eius quod non eſt, dari non poteſt, argu. l. adeò. § ſi tota. ff. de acq. rer. do. l. ſi quis cùm totum. §. ſi ancillam. ff. de except. rei indi. l. 4. ff. de locato. cũ ſimilib.

Ex quibus conſequitur, lineam fœmininã ſemel excluſam, ſemper perpetuò manere excluſam, idque communi omnium ſententia. Batt. Bal. & cõmu omnes. in Auth. ſed ſi quis. & in l. in quibus. C. de ſecund. nupt Bal. & alij in c. quinetiã tit. epiſco vel abbat. quod axioma in feudi ſucceſſiõe pro certo indubitatoq; habetur: nempè † fœminã à ſucceſſione feudi 4
ſemel excluſam, per exiſtentiam maſculorũ perpetuò excluſam eſſe. Quæ ſententia adeò pleriſque placuit, vt ſi is qui feudum pro ſe, & heredibus maſculis & fœminis acquiſiuit, vitis exceſſerit, relictis, filio, & filia & deinde etiam filius, qui excluſa filia ſolus ſucceſſit, & ſine liberis vita functus ſit, feudum ad dominum potiùs reuerti, quàm ad filiã acquirentis, eandemque ſororem defuncti deuolui, frequentiori opinione traditum ſit. quod docuerunt And. de Iſern. Bald. Aluarot. Prępoſ. Afflict. in d §. quin etiam. tit. Epiſco. vel Abb. quos ſequũtur recentes, Baro Schenck, & Rauenn. ibid. in tractatib. Curt. Iun. in 5. parte, princ. nu. 52 Zaſ. part. 8. num. 58. Hanner. lib. 2. ca 9. Duarе. cap. 10. nu. 12. Marin. tit. 10. de feudo fœm. num 38. Ferrar. lib. 8 cap. 8. Borcholt cap. 7. nu. 36. Gabriel. lib. 6. de ſtatutis. concl 4. nu. 2. In 1. ampliat. & Gayl. libr. 2. obſer. 148. in prin idem à plurimis reſponſum eſt, quos refert Tyraq. in l. ſi vnquàm. in ver. ſuſceperit liberos. nu. 195. C. de reuoc. donat. & Hartm. in d. quæſt. 36. & Burſat. conſ. 63. nu. 17. & conſ. 131 num 29.

Quæ tamen opinio tanquàm dura, & quę Iuri feudorum minimè congruat, à Martino 5
Laudenſi, et alijs quibuſdam, inprimis autem ab Hart. Piſt. multis argumentis improbatur & reuellitur, in lib. 2. quæſtio. feudal. quæſt. 36. quo lectorem remitto.

CAPVT XV.

Ampliatio ad præcedens axioma.

SVMMARIA.

1 *Fœmina extantibus maſculis excluſa deficientibus maſculis an maneat excluſa nu 2 & 11. & ſeq.*
2 *Fœmina excluſa quoad maſculi extabant, ijs deficientibus ſuccedit. nu. 5.*
4 *Patris hereditas adita, filij non patrio hereditas eſt.*
6 *Ablatiui abſolutè poſiti conditionem inducunt, vbi varia exempla.*
7 *Ablatiuus abſolutus maiorẽ vim qualibet conditione habet.*
8 *Statutum extantibus maſculis excludi fœminas, importare conditionem.*
9 *Dictiones donec, quoad, quamdiu, tempus incertum denotant, & conditionales ſunt.*
10 *Determinatio vna plura determinabilia reſpiciens, æqualiter determinat.*
11 *Fœmina excluſa à ſucceſsione inteſtati patris non excluditur à fratris hereditate.*
12 *Participium extantib. præſentem caſum tantùm reſpicit.*
13 *Statuta ſtrictiſsimè interpretanda maximè quæ iuri cõmuni contraria.*
14 *Verba ex tempore quo effectum conſequuntur intelligenda.*

III. AXIOMA.

1 FOEMINAE ſtatuto, † extantibus maſ-
culis, à ſucceſſione ab inteſtato excluſæ,
extantibus maſculis mortuis, nihilominus fi-
lia fœmina ſemel excluſa, ſemper & perpe-
tuo manet excluſa. ad tempus autem, vel tem-
2 poraliter excluſa, veluti, quouſque, vel donec,
vel quamdiu maſculi ſuperuixerint, aut exti-
terint, excluſæ illis deficientibus fœminæ, ad
ſucceſſionem à qua excluſæ ſunt, admit-
tuntur.

Axioma hoc conſtat duobus membris: pri.
3 us, † quod extantibus maſculis, etiamſi hi de-
ficiant, perpetuò maneant excluſæ, commu-
ni receptaque ſententia obtinuit. ita Barto. in
l. final. §. quando in pendenti. ff. ad Senatuſc.
Tertyllian. Bart. Bald. & cæteri in authen. ſed
etſi quis & in l. in quibus. C. de ſecund. nupt.
& in l. ſi Pontlonilla. C. quando dies lega. ced.
& Feudiſtæ in d §. quinetiam tit. Epiſcop. vel
Abbate Brun. in tract. quod ſtantib. maſcul.
artic. 10. princip. quæſtio. 5. Gabriel. plurimos
adducens in libro 6 concluſ. 4. ſub regula: Sta-
tutum, quod fœmina ſtantibus maſculis non
ſuccedat, operatur, etiamſi poſtmodum maſ-
culi deficiant. & Andreas Gayllius libro ſe-
cundo, obſeruat. 148. num. 4. cum alijs ab his
relatis. Quæ ſanè opinio, iuris authoritate nō
parum firmari videtur.

Legitima enim hæreditas tantùm proxi-
mo defertur, hoc eſt, ei quem nemo antece-
dit. l. 2. §. hæreditas. & § legitima hæreditas. ff.
de ſuis & legit. hæredib. proximus enim eſt,
quem nemo antecedit, ſupremus eſt, quem
nemo ſequitur, l. proximus. 92. ff. de verbor.
obligat. l. proximi. 155. ff. eod. Atqui filia tem-
pore mortis patris, excluditur ab hæreditate
eiuſdem: vnde ſolus filius proximus exiſtit,
4 ac hæres perpetuus efficitur: eademque hære-
ditas patris à filio adita, non amplius patris
hæreditas eſt, ſed filij patrimonium incipit eſ-
ſe, ac vt Vlpian loquitur, iuncta hęreditas cœ-
pit eſſe, l. ſed ſi plures. § filio. ff. de vulg. & pup.
cum ſimilib.

Poſterius axiomatis membrum, quod † vi-
5 delicet fęmina vel filia excluſa temporaliter,
donec, vel quamdiu, vel quouſque maſculi ſu-
perfuerint, deficientibus maſculis ad ſucceſſi-
onem admittatur, conſtanter traditur, ab iiſ-
dem enumeratis authoribus. nempè à Bartol.
in dicta l. fin § quando. ff ad Tertyllian. à Bal-
do & cæteris in l. ſi quis poſthumos. 9. §. ſi quis
filium. ff. de liber. & poſthum. Gabriel. mag-
no numerò referens alios in d. lib. 6. concluſ.
4. num. 9.

Quantumuis autem multitudine & autho
ritate docentium, cōſulentiumque, hęc com-
munis ſententia vicerit, & cathedras ac tribu-
nalia occuparit: attamen ſi rectè perpenda-
tur. & ad normam iuris reuocetur, non pa-
rum in veritatem impingere deprahende-
tur. Pro expedito enim habetur, ablatiuos ab-
ſolutos, † veluti, ſtantibus maſculis, inducere 6
conditionem, vel reſolui in conditionem, ita
Papinianus in l. ſi debitor cuius. 4. §. ſi in ven-
ditione. ibi, niſi ſaluá cauſa pignoris ſui con-
ſenſit, vel venditioni, vel cęteris. ff. quibus mo
dis pign. vel hypothe ſoluitur & Paulus in l.
debitor 59. in princ. ibi, ſi iure dominij id poſ-
ſidere. ff. ad Senatuſconſult. Trebellia. l. 40. ſi
paterfam. ibi, vel mutata conditione. ff. de hę-
redib. inſtituen. l. euictis agris. 18. ff. de vſuris. l.
fideicommiſſa. 11. §. cum eſſet quis rogatus re-
ſtituere certam portionem accepta certa
quantitate. ff de legat 3 l. acceptis 93. ff. ad leg.
Falcidiam. l. ſi hæres 90 in principio. accepta
certa pecunia. ff. eodem. l. 2. § final. ibi, matré
prohibita. ff. ad Tertyllianum, cum ſimilib.
Bartol in l. ab emptione. ff. de pact. Bald. in l.
ſi non cognito. C. ſi contrà ius vel vtilit. pub-
lic. interpretes in rubric. ſolut. matrimon. &
ibi Iaſon num. 2. & paſſim alijs locis. & ibi Al-
ciat. num. 7. & pluribus ſequentib. ita de ver-
bis, probatione non facta, ſeu reo non pro-
bante, vel actore non probante. Bart. in l. 1. nu-
me. 34. ff. de condit. & demonſtrat. Decius in
l. qui accuſare, numer. 21. C. de edendo. Ruin.
conſi. 155. num. 3. & 13. libro quinto. Cacher. de-
ciſ. Pedemont. 145 nume. 6. & 7. ita de verbis,
dante te, quod reſoluātur in conditionem, ſi
dederis. Parili. conſi. 81. num. 7. libro primo. &
de verbis, iuramento corporaliter præſtito,
quod ſimiliter reſoluantur in conditionem.
Pariſi. conſ. 97. num. 87. libro primo. ſic etiam
in ſimilibus verbis, conſi. 9. num. 60. & conſi.
12. & conſi. 22. num. 90. & conſi. 51. numer. 28.
& conſi. 53. num. 6. & conſi. 85. nume. 32. & con-
ſi 91. num. 5. & conſi. 93 nume. 27. lib. 2. & alijs
locis. ita de verbis, liberis ex ſe deſcendenti-
bus, quod conditionem important, Menoch.
conſi. 127. num. 5. libro quarto. & de filiis quod
poſiti ſint in conditione per ablatiuum abſo-
lutum. idem Menochius conſi. 393 nume. 22.
23 24. libro quarto. quod etiam docuit Ro-
man in l. ſi cum dotem. §. ſi mulier, numer. 18.
ff. ſolut. matrimon. Corne. in l. 1. num. 13. C. de
condit. inſertis. Decius conſi. 578 numer. 17.
Socin. iun. conſi. 4. num. 2. libro 1. Pariſ. conſi.
66 nume. 19. libro tertio. Decian. conſi 41. nu-
me. 48. libro 1 & conſ. 44. num. 58. libro tertio.
Cephal. conſi 317 num 35. & conſi. 416. nu. 30.
Cephal. iun. conſ. 165. num. 18.

Quinimò † ablatiuus abſolutus, maiorem 7
vim habet, quàm alia quælibet conditio, cùm
diſpoſitionis vim obtineat. Bartol. in l. fidei-
commiſſa. §. cum eſſet. ff. de legat. 3. & æquè
conditionem ſignificat, ſicuti dictio, ſi, Barto.
In dicta l. 1. quæſtio. 7. ff. de condit. & demon-
ſtrationib. ac magis accedit ad diſpoſitio-

nem,quàm alia quæuis conditio expreſſa. Ca-
ſtrenſ.in l.in ratione. §.penultim. ff. ad legem
Falcidiam.Iaſ.in d.rubric.ſolut.matrimon.in
2.lectur.Ruin.conſi.134.colum.3. & conſ. 141.
lib.3. Alciat.in l.cum quærebatur.ad finem.ff.
de verbor.ſignificat. Tyberius Decian. conſi.
41.num.48.lib.1.& conſi 44. num.58. lib. 3.&
conſecutiuè,eiuſmodi ablatiui abſoluti, ma-
iorem habent vim omni conditione. Porrò
inducunt etiam inferuntque formam. Doct.
in c.de appellat. extr. de appellationib. Bald.
in authent. matri & auiæ. C quando mul. tu-
tel. offic. refert & ſequitur Felinus in c. quo.
ad conſultationem, nume. 12.extr.de ſentent,
& re iudic.Neuizan.conſi.87.nume.5. & 6.ita
de clauſo noſtro præhabito,& interuen. con-
ſenſu. Cacheran.deciſio.165.nume.12. Decius
conſi.11.num.9.Tyberius Decia conſi.73. nu.
27.lib.3.

Sed ne longius immorari videar rei notiſ-
ſimæ, & vt, vnde digreſſus ſum, reuertar, id
8 nullo contradicente certum eſt, in † ſtatutis
exſtantibus maſculis fœminas excludi,ablati-
uos abſolutos importare & inferre conditio-
nem.ita Brun.in tract. quod ſtantibus maſcu-
lis.artic.10.quæſt.5.num.75. & Lantus de Pala-
tijs in tract.quod ſtantibus maſculis. num.182.
nouiſſimè Tyberius Decian.conſi.16.num.34
& 35.lib.1.

His ſic præſtructis, & firmatis, iterum ma-
nifeſtum eſt, eandem eſſe cauſam, eandem-
que rationem temporalis excluſionis fœmi-
9 narum, donec, † vel quoad, vel quamdiu ex-
tent maſculi: Dictiones enim hæ tempus qui-
dem denotant,ſed incertum, & quod in pen-
denti & ſuſpenſo eſt,ſub conditione, ſi nulli
maſculi amplius extent,argument eius,quod
Papinianus ſcribit: ſufficit ad cauſam indebi-
ti,incertum eſſe, temporaria ſit, an perpetua
exceptionis defenſio. nam ſi quis, ne conue-
niatur, donec Titius conſul fiat, paciſcatur,
quia poteſt Titio decedente,perpetua fieri ex-
ceptio,quæ ad tempus eſt, Titio conſulatum
ineunte,&c.l.ſufficit.56. ff. de condictione in-
debit.& Iuſtinianus: ſin autem talis fuerit in-
ſerta conditio,donec in furore filius vel alius
quiſpiam remanſerit, vel in alijs ſimilibus ca-
ſibus,quorum euentus in incerto ſit. l. ambi-
guitatem. §. ſin autem. C. de vſufruct cum ſi-
milib.latè Bartolus in l.1. ff. de conditione &
demonſtratio.& in d.l.ambiguitatem & in l.
centeſimus §.final.ff de verborum obligatio.
& in noſtro caſu in l.fin.§. 1. ff. ad Tertyllian,
& in l.pater Seuerinam. ff. de conditio. & de-
monſtratio.Bald.in l.1.C.de legat.& in l.fina.
C.de contrahend.emptione. Caſtrenſis in di-
cta l.1. C. de legat. Iaſon in dicta l. ſufficit,nu-
me.5. ff. de condictione indebit. vbi regulam
tradit, quod quando iſta dictio, donec, & ſi-
miles,quæ ſunt ſuſpenſiuæ, apponitur ad di-
ſpoſitionis alicuius ſuſpenſionem, ſi ſuſpen-
ſio fit in aliquem euentum incertum, tunc
conditionem importare, prout etiam con-
ſulti reſponderunt. Natta conſi. 459. num. 16.
Burſat. conſi.32.nume. 62. libro primo. Ty-
berius Decianus conſi 73. nume. 33. libro 2. &
conſi 78.num. 6. eod. Deci. conſ.584 num.11.
cum ſimilib.

Atqui expeditum † planumque eſt, quoti- 10
ens vna determinatio reſpicit plura determi-
nabilia, tunc debet æqualiter determinare. l.
iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. l. quamuis.
C. de impube. & alijs ſubſtitut. l.in teſtamen-
to.C.de teſtam.milit cum concordant. & paſ
ſim Doct. item, vbi eadem eſt ratio, etiam i-
dem ius eſſe debet,l.non poſſunt.12.ff.de legi-
tim.l.i iud.ff.ad leg.Aquiliam.l.à Titio.108.ff.
de verb.oblig.

Cùm itaque certum ſit, ablatiuos abſolu-
tos,ſtantibus maſculis, conficere conditionẽ,
& quidem cæteris maiorem: nec minus eti-
am dictiones,donec,quamdiu,quoad condi-
tionales eſſe, conſequitur illius conditionis
vnum eundemque effectum eſſe, & æqualem
determinationem fieri debere:& hinc iterum
conficitur, nullam differentiam inter condi-
tionem,ſtantibus maſculis,& alteram tempo
ralem conſtituendam eſſe.

Quam meam ſententiam, vel inde magis
probatam reddo,quod nullo diſſentiente tra-
ditur, fœminam † ſemel excluſam, amplius 11
non admitti ad ſucceſſionem patris, minimè
tamen eſſe remotam à ſucceſſione fratris, ad
quem patris hæreditas tranſit, ſi ſine liberis
frater moriatur. Roman Alex. Iaſ.& cęteri in
l.1.§ veteres.ff.de acquir. poſſ.ff. vt paulo pòſt
latè dicetur. ex quo non difficulter emergit,
communem ſententiam (quantumuis Gayl-
lius eam approbet, præiudicioque Cameræ
hanc confirmet)inanem λογομαχίαν eſſe, & à
veritate iuris longè remotam: quinimmò,† ſi 12
proprietatem participij,ſtantibus, ſpectemus,
vt ſecundùm regulas Grammaticorum tem
definiamus,de præſentibus & extantibus,maſ
culis, tempore obitus, non de futuris & exti-
turis interpretemur, neceſſe eſt. Statutum
enim conceptum eſt in participio præſenti,
quod extantibus maſculis fœminæ non ſuc-
cedant,extantibus,videlicet tempore mortis,
vt ſi tum extent maſculi, fœminis obſtent, e-
aſque repellant: non etiam ſi tum nulli extent
putà, ſi filius defunctus vxorem pleno vtero
relinquat, & maſculus prodeat, ſane poſthu-
mus hic,ex proprietate ſermonis, non obſta-
bit fœminæ.

Statuta † enim quàm poteſt fieri, ſtrictiſſi- 13
mè ſunt accipienda, & interpretanda. l. 3. §.
hęc verba.ff.de negot.geſt.l.conſtitutionibus.
ff.ad municipalem. l. quod conſtitutum.ff.de
teſtament. militar, & quod ſtatutum non
dicit,

dicit, nec nos dicere debemus, l. ſi verò §. de viro ff. ſolut. matrimon. l. ſi ſeruum. § non dixit prætor. ff. de acquirend. hæreditate. inprimis verò, ſi ſint iuri communi contraria. l. quod verò contrà. ff. de legib. cum vulgat. & paſſim noſtri, tam docendo, quàm conſulendo. vt infrà dicetur.

14 Præterea verba quoque † intelligenda ſunt ſecundùm tempus, ex quo ſuam efficaciam conſequuntur. l. in delictis §. ſi extraneus. ff. de noxalib. cum ſimilib. Brun. in tractat. ſtantib. maſcul. articul. 6. num. 34. quod in ſtatutis excludentibus fœminas, fit tempore quo quis ab inteſtato decedit, ſi tum extent maſculi. argumen eorum quæ Bartol. tradit, in l. liberorum, num. 14. ff. de verbor. ſignific. vbi ſi teſtator grauauerit aliquem, ſi filium, filiamve habuerit, intelligitur, ſi eos non habuerit tempore mortis ſuæ, attendendum itaque tempus mortis: antè enim certi non ſumus, an is, de cuius hæreditate tractatur, ſit habiturus filios necne, vel non fecerit teſtamentum: quod eò magis obtinet, quod fœminæ habeant fundatam intentionem ſuam in iure communi: quo tam maſculi, quàm fœminę ad ſucceſſionem ab inteſtato admittuntur. l. maximum vitium C de liber. præterit. l. lege 12. tabul. C. de legit hæred. §. nullam. authen. de hæredib. ab inteſt. ven.

Hiſce itaque omnibus ſic ſe habentibus, euidenter apparet, conditionem, exſtantibus maſculis, longè fauorabiliorem eſſe fœminis quàm alteram, donec, vel quoad, vel quouſque, vel quamdiu maſculi extabũt. Nam tempore mortis, vel obitus eius, qui ab inteſtato decedit, ſi nulli tum extent maſculi, fœminæ ſtatim ad ſucceſſionem admittuntur. Altera autem non aliter, quàm deficiente prorſus maſculina linea. Inde denuò conficitur, excluſa fœmina extantibus maſculis, ſemper & perpetuò non excludi: ſed deficientibus his ſuccedere.

CAPVT XVI.

Ampliatio ſecunda.

SVMMARIA.

1 *Fœminis excluſis à ſucceſſione, omnes ex iis deſcendentes excluduntur.*
2 *Pœnales actiones lite inchoata tranſeunt ad hæredes.*
3 *Perſona media ſublata ſequens admitti non poteſt.*
4 *Succeſſiones deferuntur gradatim.*
5 *Antecedente deſtructo, ſequitur deſtructio conſequentis.*
6 *Excluſa fœmina filij ex ea quoque arcentur, & num. 11.*
7 *à Statutorum verbis, ſi ſint contra ius commune, non recedendum.*
8 *Maſculi ex fœminis nati, fœminarum iure in materia differenti cenſentur.*
9 *Nepos ex inceſtuoſo ſobole legitima exiſtente, ab auo inſtitui nequit.*
10 *Sexu mutato, non mutatur ratio excluſiua.*
11 *Matre fœmina excluſa tam filij, quàm reliqui deſcendentes ex ea arcentur.*
12 *Filiorum appellatio non complectitur nepotes propriè, ſed interpretatiuè.*
13 *Filio excludente filiam, & nepos ex filio eandem excludet.*
14 *Matre excluſa, omnes aſcendentes per lineam matris excluduntur.*
15 *Sorore excluſa, omnes per eam cognati excluduntur.*
16 *Statutum iuri communi derogare poteſt.*
17 *Filij fœminarum eodem iure quo matres eorũ excludũtur.*
18 *Emphyteuſi Gaio & eius deſcendentibus maſculis conceſſa, excluditur nepos ex filia, niſi &c num. 19.*
20 *Contractus ſtricti iuris ſunt.*
21 *Maſculinum fœmininum non includit, & quibus caſibus.*
21 *Statuto excludente à ſucceſſione fœminas, & filij ex ea excluduntur.*
22 *Subſtituta ſoror, fratribus eiuſq; liberis maſculis, excludit à fratre filiarum filios.*

AXIOMA IV.

EXcluſis fœminis à ſucceſſione ab Inteſtato, excluduntur omnes deſcendentes ab 1
iis, tam maſculi quàm fœminæ. Axioma hoc partim natura ipſa docente, partim iure ſuſtinetur. Natura quidem ipſa docet, eruta radice arborem ſiceſcere: vel exciſa arbore ramos perire: ita quoque perſona à ſucceſſione remota, omnes ſimul ab ea deſcendentes remoueri à ſucceſſione, & pelli, naturæ iudicio conſtat. quemadmodum pariter ceſſante cauſa, ceſſat effectus: ſicuti nec cauſatum plus poteſt habere virium, quam ipſa cauſa: nec in cauſato maior poteſt eſſe virtus, quàm quæ ab influente potentia cauſæ procedit. Iure autem manifeſto nititur, quia, vt Paulus ait, non debeo melioris conditionis eſſe, quàm author meus, à quo ius in me tranſit, l. in his. 125 § fin. ff de regul. iuris. & Vlpianus: quòd ipſis, qui cõtraxerunt, obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit, l. quod ipſis. 185. ff. eodem. & nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet l. nemo. 54. ff. eodem. cum concordantib. relatis in gloſſ. ibidem. Hinc ſucceſſor vniuerſalis, vel hæres, afficitur vitiis defuncti, tam perſonalibus, quàm realibus. cùm hæres in ius defuncti ſuccedit, ignoratione ſua defuncti vitia non excludit, l. cum hæres, ff. de diuerſis & temporal. actio. & iterum: omnes † pœ- 2
nales actiones poſt litem inchoatam & ad hæredes tranſeunt. l. omnes. 26. ff. de obligat. & actionib. quò pertinet l. quod diximus. 6 §. fin. l. videamus. ff. de eo quod metus cauſ. l. inde Neratius 23. §. hanc actionem. ff. ad legem Aquiliam. l. ſicuti. 38. l. pœnalia. 124. ff. de regulis iuris l. vnic C. ne ex delict. defuncti in quant. hæred. conuenien. & de vitiis realibus, cum quis vtitur adminiculo authoris, vti debet cum ſua cauſa, ſuiſque vitiis, l. Pomponius. 13. ff. de acquirenda poſſeſſione. & vitia poſſeſſionum à maioribus contracta perdurant, & ſucceſſorem authoris ſui culpa quoque comitatur, l. vitia. vndecima. C. de

C.de acquit. poſſeſſ. cum alijs relatis à gloſſ. i-
bid. & in d.l quod ipſis.ff.de regul. iuris. & ibi
Decius & Cagnol. & in l. his.125.§. final. ff.
eodem.

Relatis itaque ac repulſis fœminis à ſucceſ
ſione,& vitio hoc affectis, ſucceſſores etiam
repelluntur,eodemque vitio afficiuntur. Ac-
3 cedit hiſce,quod † ſublata media perſona, ſe-
quens non poteſt admitti. l. meminimus. §.
cum igitur.C.de legitimis hęredib. & ſublato
medio extrema non conſiſtunt. argument. l.
tria prędia.31.ibi,& per medium fundum,do-
mino concedente. & ibi, imponi aliter non
potuiſſet, quam vt per medium fundum du-
ceretur. ff.de ſeruitutib. vrbanorum prædior.
l.moris.9 § liberos. ibi, ſi poſteà quam plebe-
ius factus eſt,tunc ſuſcipiat filium, quaſi ple-
beio editus,ita erit plectendus. l.diuo Marco.
ibi, ſi tamen propioris gradus liberos. C. de
quæſtion.& l.nullus 60.ibi,niſi ſpeciali bene-
ficio ſit conceſſum.C.de decurion.libro deci-
mo. de qua re Dyn. in c.indultum. de regul.
iuris.lib.6.

4 Præterea ſucceſſiones † deferuntur grada-
tim. l. 1. §. ſi quis igitur proximus cognatus,
dum hæredes ſcripti deliberant, diem ſuum
obierit, ſequens quaſi proximus admittetur,
hoc eſt, quicunque fuerit tum deprehenſus,
proximum locum obtinere.& §.ſequent.& §.
gradatim.ff.vnde cognati.l.2.in princip. ff.de
ſucceſſ. edicto & ibi gloſſ. vbi igitur initium
gradus non eſt, nec etiam ſucceſſio ſequentiũ
5 eſſe poteſt. Deſtructo † quoque antecedente,
ſequitur deſtructio conſequentis,l.1.§. huius.
ff.de offic.eius,cui mand.eſt iuriſdict.l.& quia
ff.de iuriſdict.omni.iudic. Bald.In l.conuenti
culam.C.de epiſcop. & cler.& in l.1.in 5.oppo
ſi.C.de fideicommiſſ. cum alijs relatis ab Eue-
rardo in Top.loco à deſtruct.antecedentis,ad
deſtruct.conſequentis.

Ex quibus manifeſtum efficitur, fœminis
excluſis à ſucceſſione ab inteſtato,excludi eti
am & arceri omnes ex ea deſcendentes, quod
omnes vnanimiter tam docendo, quàm con.
6 ſulendo pro confeſſo habent. De † maſculis
autem ex fœminis, quæ ſucceſſione arcentur,
natis, non ſine ratione dubitari poterat: vt-
potè,ceſſante & deficiente ratione legis vel iu
ris,re iam ad maſculos reducta. vulgatis iuri-
bus relatis ab Euerard.in Top. loco à ceſſatio-
ne rationis & Tyraquel.in tract ceſſante cau-
ſa,num 222.prohibitionis cauſa ceſſante, ceſ-
ſat prohibitio, & prohibitionis cauſa ceſſan-
te,finitur authoritas ſtatuti.l.vbi lex.24.§.fin.
ff.de vſucapio.l.2.C.qui ad libert.peruen.non
poſſunt.

7 Præterea ſtatuta † ſtrictè ſunt interpretan-
da,& à verbis ſtatutorum non eſt recedendũ,
in primis ſi ſint contrà ius commune, neque
ad caſus non nominatos extenduntur. l. 3. §.
hæc verba.ff.de negotijs geſt. l. conſtitutioni-
bus. ff.ad municip. l. quod conſtitutum ff. de
teſtament. milita. Bartol. in l.omnes populi,
num.65.ff.de iuſtit.& iure.& Iaſon ibi,num.53.
& ſequen.Caccialup.num.129.Crot num.101.
129. 150. & paſſim conſulentes. Atqui ſtatuta
loquuntur de fœminis, ergò ad maſculos pro
duci non debent: cùm fœmininum non com
prehendat maſculinum l. ſi ita ſcriptum. in
princ.ff.de legat.2.l.qui duos.ff.de lega.3. cum
concord. prout eiuſmodi argumenta refert
Deci.conſ.372.num.1.

Sed diuerſum eſt † comprehenſum iure, 8
nempe in materia differenti, hoc eſt, vbi di-
uerſum ius inter mares & fœminas inductũ
eſt: natos ex fœminis maſculos, fœminarum
iure contineri, & cenſeri. ita Vlpianus de im-
munitatibus conceſſis generi poſteriſque,
quorum appellatione ſoli agnati continen-
tur. Perſonis datæ immunitates, hæredibus
non relinquuntur, ſed & generi poſteriſque
datæ cuſtoditæque, ad eos qui ex fœminis na-
ti ſunt, non pertinent l.1.in fine. ff de iure im
munitat.quo etiam pertinet l.quiſquis. 116. ff.
de verborum ſignificationib. l. tale pactum.
§.final. ff.de pact. §. final. Inſtitut. de ſatiſdat.
tutor. & ſpecialiter in caſu ſucceſſionis, re-
ſcripſit Antoninus Imperator: matre remo-
ta eos admitti, qui venirent, ſi mater non fu-
iſſet, ergo & agnati cæterique ſuccedent, aut ſi
nemo ſit, bona vacabunt.l.2.in fin. ff.ad Sena-
tuſconſultum Tertyllianum. ita etiam in a-
lijs.nam vt Papinianus ait, in multis iuris no-
ſtri articulis, deterior eſt conditio fœmina-
rum quàm maſculorum.l 9. ff.de ſtatu homi-
num.de quibus Vlpianus in l.2 ff.de regul.iu-
ris.& ibi gloſſ. Decius,Cagnol.& cæteri. ideo-
que ea quæ intuitu maſculorum, aut familiæ
vel agnationis inducta ſunt, aut ſexui fœmi-
nino minimè congruunt, ad fœminas & de-
ſcendentes ex iiſdem transferri non poſſunt:
vtpotè, quod deſcendentes ex fœminis, care-
ant principio & cauſa producente effectum,
tranſmiſſionem videlicet. Cuius rei inſig-
ne argumentum præſtat, quod Iuſtinianus
conſtituit, auo non incumbere neceſſitatem
inſtituendi nepotem ex filio naturali, vel a-
liquid relinquendi: cum nulla, inquit, le-
gitima conſequentia in his perſonis cuſtodi-
tur, ſed interuentu ſobolis naturalis, nul-
lum ius legitimum ſubeſſe poteſt. l. final. §.
quid enim. C. de naturalib. liberis. ex quo ſi-
militer.

Hinc etiam † frequentius traditum eſt, 9
nepotem legitimum, ex inceſtuoſo patre
natum, non poſſe ab auo hæredem inſti-
tui, ſobole legitima exiſtente, Baldus in l. ſi
quis inceſtum. circa medium, C. de inceſtis
nupt.Odofred.Reinerus,& Cynus in l. final.
C. de naturalib. liberis. Bartol. & Alexander
in l.

in l.Gallus.§.quid ſi is ff.de liber. & poſthum.
Bald.in l.ſi ſeruum.ff.de acquir.hæred.Ludo-
uic.Sardus in tract.de legitima. Bald.conſ.66.
& conſi.146.lib.1.& conſ.406. libr. 3. & conſi.
363.lib.5.Caſtr.conſi.467.lib.2. Alex.conſ.174.
lib.5.conſ.158.lib.7.Corn.conſ.25.lib.2.& conſ.
1.lib.3.Guid.Papæ conſ.94. Dec conſ. 462. nu.
17.per d.l.fin.C.de natural.liber. Et ſic euiden-
ti ratione conſtat, propter intermediam per-
ſonam inhabilem,alias etiam perſonas ex in-
habili deſcendentes,etiamſi maſculi ſint, ex-
cludi. argumento eius quod Paulus ſcribit:
medium prædium quod non ſeruit, in ruſti-
cis prædijs impedire ſeruitutem. l.qui ſella. 7.
§.fin.ff.de ſeruitut.prædior.ruſtic. & ibi gloſſ.
Vnde Caſtren.regulam colligit, quandocun-
que de vno extremo ad aliud fit tranſitus per
medium,ſi illud medium ſit inhabile, tranſi-
tus impeditur. vnde cum mater, à qua filius
formam ſuccedendi ſumit, ſit inhabilis, effi-
citur etiam filius inhabilis. quo etiam perti-
10 net, quod Baldus ſcribit, mutato ſexu,† non
mutari rationem excluſiuam. in l.maximum
vitium.C.de liber.præterit.argumen.l.illam.
C.de collationib.l quæcunque gerimus.11. ff.
de obligationib. & actionib. Communi † ita-
que noſtrorum approbatione traditur gene-
ralis concluſio, excluſis à ſucceſſione fœmi-
nis, excludi ſimiliter maſculos filios ex fœmi
nis deſcendentes. ita Bartol. in l. quod verò,
ff de legib.& in l.Gallus. § nunc de lege. ff. de
liber.& poſthum.& ibi Iaſon. & iterum Bart.
in l.2.§.videndum.ff.ad Senatuſconſult. Ter-
tyl.& in l.liberorum.ff.de verborum ſignific.
Bald.in authen. quas actiones. C. de ſacroſanct.
eccleſ.& in l venia.& ibi Fulgoſi. Alexand. &
recentiores.C.de in ius vocand & in l. maxi-
mum vitium & ibi Salicet.& Caſtren.C.de li-
ber.præter.& in l.fin.eod.& in authen.ceſſan-
te.C.de legit.hæred. & in l.illam. & ibi Caſtr.
C.de collationib.& in l.ſi verò §.de viro.ff.ſo
lut.matr.in l.Gallus § inſtituens ff de libe. &
poſthum.in l.ſed ſi.§.liberos.& ibi Ang. & A-
lex.ff.de in ius vocand.in l.ſi quis filium. l.ſan
cimus.C.de inoffic.teſtam. Alberi.in authen.
itaque.C communia de ſucceſſionib. Cyn.in
l.1.C.quæ ſit longa conſuetudo.& in authen.
poſt fratres.C.de legit. hæredib.Caſtrenſ. in l.
defunctus.C.eod.tit.Iaſon in l.ſi mater tua. ff.
de ſucceſſ.edict.Bald.conſ.2.conſi.69.lib.1. cõ
ſi.171.lib.2 & conſ.292 eod.lib conſi.40.& cõ-
ſi.76.lib.3.Caſtrenſ conſ.7.conſ.169. conſ. 361.
& conſi.421.lib.1.& conſi.91.conſi. 146. conſi.
215.& conſ.441.libro 2 Cuman.conſi.117.Ro-
man.conſi.40.& conſi.129.Alexand. conſ. 75.
lib.1 conſ.43.libro 3.conſi.53.libro quarto con
ſil.56.libr. 5. conſi. 37. libro ſexto. & conſi.188.
eodem lib.Barbat.conſ.47.libr. 3. & conſi. 61.
libro 4.Curtius ſenior conſi. 45. Socin conſi.
3.conſi.51.libro 1.conſ.251.libro 2.conſi. 63. lib.
3.& conſ.73.libro 4. Brunus conſi. 8. Corneus
conſi.21.lib.1.conſi.57.conſi 124. & conſi.146.
libro 2.Decius conſi.399. conſi. 484. & paſſim
alibi.

Ampliationes ad quartum Axioma.

Prima ampliatio. Communis † concluſio 11
non tantum filio, ex filia excluſa locum ha-
bet, quod videlicet hic quoque exemplo ma-
tris excluditur,ſed etiam obtinet in vlteriori-
bus deſcendentibus. nam ſtante ſtatuto,quod
filij maſculi excludant filiam dotatam, nepo-
tes ex filio præmortuo ſimiliter excludent ne-
potes,neptesve ex filia, & ſic de vlterioribus.Ita
Dd.in l.maximum vitium.C.de liber.præter.
Fulg.conſ.78 Panorm.conſi.75.Roman. con-
ſi.129. Dec.conſ.372.

Licet † enim filiorum appellatio, propriè 12
non complectitur nepotes, vt notat Bartolus
in l.liberorum.in princ.ff.de verbor.ſignific.
per l.2.§.non ſolùm.ff.de excuſat.tuto. l. iuſta
interpretatione.201.ff.de verbor. ſignific. ſi e-
nim ex interpretatione filij appellatione con
tinentur nepotes, ergò non ex propria ſignifi-
catione.l.filij appellatione, omnes liberos in-
telligimus,inquit Paulus,ff.eodem tit. intelli-
gimus inquit,id eſt per interpretationem,pro
ut pro communi etiam refert Gabrielius libr.
6.de verborum ſignificat. inf.concluſ.1.num.
3.quod filiorum appellatione nepotes conti-
neantur,per interpretationem, nõ ex propria
verbi ſignificatione.Tyraq.in tract. de primo
genitura,quæſt.40.nu.57.58 & ſeq.atqui ſupra-
dictum eſt, ſtatuta ſtrictiſſimè eſſe interpretan
da, & à proprietate ſermonis non eſſe diſcedē
dum: ſed tamen magis placuit in ſtatutis, fi-
liorum appellatione, nepotes & vlteriores
complecti. nam exiſtente † ſtatuto, quod filij 13
excludant fœminas: item quod filij ex maſ-
culis excludant filias ex fœminis, non modò
filius excludet filiam: ſed etiam nepos ex fi-
lio maſculo excludet filiam ipſam. Bartol. in
d.l liberorum, colum.4 & 5 ff. de verborum
ſignific Bald.in l.2. in fin. & ibi Iaſon colum.
2.Dec.colum.penult C de in ius vocã. & in l.
maximum vitium.& ibi Caſtr.col 4. C.de li-
ber.præter. Fulgoſ.in l de quibus.& ibi Iaſ.co-
lum.4. ff. de legib. Anchoran. in c.canonum
ſtatuta.colum 161.extr.de conſtitut. poſt vete-
res Socin conſi.30.colum. 8. libro primo. Pa-
riſi.conſi.85.colum.6 libro 2. & conſi. 52. col.
4.lib.3 Crauet.conſ.155.colum.2. Gratus conſ.
26 colum.6.& alijs relatis à Gabrielio lib.6.de
verbor.ſignificat.concluſ.1.num.19 vbi num.
20. ampliat. Sicut enim filius & nepos exclu-
dunt filiam, ita etiam excludunt neptem ex
filia.per tradita Bartol. in dicta l. liberorum.
Baldi, & aliorum. in l. maximum vitium.
C.de

C.dè lib.præt.& ſimiliter excluſa filia, exclu.
ditur etiam nepos maſculus ex filia fœmina.
num.22.

Secunda ampliatio, pariter communi opi.
nione regitur: excluſa enim mater per ſtatu-
tum, à ſucceſſione filij, fratre vel agnatis exi-
ſtentibus, auia etiam materna, itemq́ue auus
maternus excluduntur: vel generaliter, exclu-
14 ſa matre, † excluduntur etiam omnes aſcen.
dentes ex matris linea, tam maſculi, quàm fę-
minæ, non ſolùm auia, ſed etiam auus mater-
nus, ita Bartol. in d.l.2. §.videndum. ff. ad Se-
natuſconſultum Tertyll. Bald. in l. illam. in
3.notab. C. de collatio. & in l. Neſennius. ff. de
negot. geſtis. & in d. l.2. §.videndum. Albert.
Brun. in tract. quod ſtantibus maſcul. artic. 6.
in 3.membro. quęſtio. 2. num. 100. ibi, ſecundò
quæro, an ſtatutum excludens vnam perſonã,
videatur excludere omnes aſcendentes ab ea.
& nouiſſimè Gabriel. plures allegans in lib. 6.
in cap. de ſtatutis, concluſ. 7. Statutum exclu-
dens fœminas propter maſculos, an extenda-
tur ad perſonas non ſpecificatas. num. 47. Pa-
normitanus conſi. 75. num. 6. libr. 1. inquiens,
quòd ſi ſtatutum excludit à ſucceſſione filiam
in fauorem maſculi videtur etiam tacitè ex-
cludere neptem. id eſt, filiam filiæ. ſubiungit:
& idem voluit Bartol. in l. 2. verſic. ſed ſi for.
tè, ff. ad Tertyll. vbi dicit, quod ſi in fauorem
agnatorum excluditur mater à ſucceſſione fi.
lij, videtur ſtatutum excludere auum mater-
num, & alios remotiores aſcendentes per li-
neam maternam. ita Panormitanus: idem re.
ſpondit Cornens, ex communi Doct. ſenten-
tia, quòd excluſa matre, excluduntur omnes
coniuncti per lineam maternam, quaſi veni-
ant ex radice infecta, per not. Bald. & Salicet.
& Caſtrenſ. in l. maximum vitium. C. de libe.
præter. ita Corn. conſi. 188. incip. in præſenti,
num. 5. circa medium, lib. 2. & conſi. 92. incip.
videtur. libr. 3. de qua re copioſè Albert. Brun.
contrarias ſententias adferens in d. art. 6. mẽ-
bro 3. quæſt. 2.

Ampliatur, & extenditur tertiò, vt quod de
ordine deſcendentium & aſcendentium obti
nuit, idem etiam in collaterali linea obſerua-
15 tur: nam excluſa ſorore, excluduntur ſimili-
ter omnes per cognationem coniuncti, con.
iunctæve collaterales: ita in caſu ſtatuti, quo
mater excluditur ab agnatis, nepotes ex pa.
truis excludunt auunculos: id eſt, fratres ma-
tris, quantumuis hi proximiores ſint, vtpotè
in tertio gradu exiſtentes. l. iuriſconſult. §. ter-
tio gradu. ff. de gradib. & affinib. l. auunculo.
C. commun. de ſucceſſ. §. tertio gradu. Inſtitu.
de gradib. & antecedant nepotes patruorum,
qui in quinto gradu ſunt. d. l. iuriſconſ. §. quin-
to gradu. & d. tit. Inſtitut. §. quinto gradu. ac
nepotibus proximitatis iure præferuntur. au.
thent. poſt fratres, fratrumq́ue filios. C. de le.
git. hæredib. authen. in ſucceſſione. C. de ſuis
& legit. l. fin. C. vnde legit. Admittuntur ta-
men nepotes patruorum, & excluduntur auũ
culi vigore illius ſtatuti, quod ſtatutum iuri 16
communi derogare poteſt. l. omnes populi.
ff de iuſtitia & iure. l. item eorum, in princ. ff.
quod cuiuſque vniuerſit. nomine. l. prohibe-
re. §. planè ff quod vi aut clam. l. vt gradatim.
§. etſi lege. ff de muner. & honorib. Iaſon poſt
veteres in d. l. omnes prout in caſu auunculo.
rum & excluſorum reſpondit grauiter & cau.
tè Decius conſi. 372. incip. viſis & diligenter.
lib. 3.

Quartò ampliatur præcedens axioma in
feudis, iure enim † feudorum, manifeſto cõ- 17
prehenſum eſt, nec fœminas, nec fœmina-
rum filios maſculos in feudis ſuccedere. de fę
minis extat ritu. de ſucceſſione feudi item tit.
epiſcopum vel abbatem. §. quin etiam. item
tit. an mutus, vel aliàs imperfectus. item tit. de
eo qui ſibi & hæredibus ſuis. de filiis ex fœmi-
nis extat titu. qui feudum dare poſſunt §. hoc
autem notandum eſt. ibi, licet filiæ vt maſcu-
li ſuccedant legibus, tamen à ſucceſſione feu-
di remouentur. ſimiliter & earum filij, niſi
ſpecialiter dictum fuerit, vt ad eas pertineat.
vbi Iacob. de Bellouiſu, Iſernia, Aluarot. Præ-
poſ. Afflict. & poſt hos Iacob. de S. Georgio in
verb. & fœminis. num. 8 Curt. iun. in part 3 in
princ. num 9 Zaſi. in epitom. feud. part 8 de
feudi ſucceſſ. num 36 Loriot. in tit. de his qui
feudum dare poſſ § . & quia. Sonſb. part 9. nu-
me 119. Hanneton. libr. 2 cap. 8 nouiſſimè Io-
an. Thomas de Marinis, in tract. de generibus
feudor. tit. 11. num. 4 & num. 8. & Hartm. Pi-
ſtor. lib. 2. quæſt. feudal quæſtio. 34. in princip.
quibus in locis variæ ab his adferuntur ratio-
nes, tam in fœminis ipſis, quàm ipſarum filijs
maſculis. Quæ quia huius loci non ſunt, inſi-
ſtendum non puto, & copioſè ea deredicam
in repet. titul. de ſucceſſ feudi.

Quintò, ſimiliter extenditur & producitur
axioma præcedens ad emphyteuſin. Conceſ-
ſa † enim emphyteuſi, pro ſe & deſcendenti- 18
bus maſculis, non continetur nepos ex filia.
Specul. in titul. de locato. §. nunc aliqua. verſ.
146. Bald. in authen. ſi quas. num. 8. C. de ſacro
ſanct. eccleſ. & in l. 2. C. de iure emphyt. & ibi
Iaſon num. 167. ibi, vndecimò quærit Bald. v-
bi proponit quæſtionem. Pone, inquit, conceſ
ſa eſt emphyteuſis hoc modo: cõcedo talem
rem in emphyteuſim comitibus, vel nobili.
bus, in cunctam eorum generationem, an in.
cludantur filij filiarum, &c. in qua quæſtione
ait, conſiderandam eſſe mentem contrahen-
tium ex qualitate & vi verborum: item, an ſit
emphyteuſis eccleſiaſtica, an laicorum, vel
principum. Si enim emphyteuſis eccleſiaſtica
conceſſa ſit nobilibus, & generationi eorum,
natos ex fœminis non comprehendi: idq́ue
propter

propter fauorem eccleſiæ. diuerſum in emphyreuſi laicorum. nam horum beneficia latius eſſe interpretanda. ita Iaſ. Paul. Caſtr. in l. ſed ſi hac. §. qui liberos. ff. de in ius voc & in l. Gallus §. nunc de lege. ff. de lib. & poſth. Rub. conſ. 22. incip. quod repetitur. conſ. 128. Tyraquel. in tract. de iure primog. quæſt. 13. nu. 8. ita etiam in emphyteuſi accepta pro ſe & filijs, non comprahenduntur filij fœminarum Feslin. n c cum M. Ferrarienſis, nu. 6. extr. de con ſtit. Quod etiam obrinet in conceſſione emphyteuſis, facta alicui & filijs ſuis, & nepotib. nam hoc quoq; caſu fœminæ earumq; filij minimè intelliguntur comprahenſi. l. veterib. ff. de pact. & ibi Iaſ. num. 2 & in l. ſi quis id quod. nu. 21. ff. de iuriſd. om. iud. & in l. maritus. nu. 4. ff. de procur. & in l. 2. num 193. C. de iure emphyt. & in l. vt liberis, nu. 11. C. de collat. Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus nu. 59. ff. ad Trebel. Zuchard. in l. fin. num. 73. C. de edict. diui Adr. toll. Curt. iun. conſ. 181. num. 2. Dec. conſ. 367. nu. 4. Cephal. conſ. 11. num. 7. & ſeq. lib. 1. & paſſim alij. Iul. Clar. §. emphyteuſis quæſt. 32. Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 18. num. 1. & nouiſſimè plurimorum autoritates adducens Aurel. Corbul. in tract. de iure emphy. ca. 12. nu. 5. vbi

19 decem exceptiones † vel limitationes adducit à num. 7. vſq; ad num. 54. niſi ſolita ſit concedi maſculis & fęminis: niſi fœmina conceſſerit, niſi conſuetudine obſeruetur diuerſum: niſi conceſſio facta ſit pro filijs nepotibus & deſcẽdentibus: item, niſi adiecta ſit dictio, hęredũ, item generationis, niſi conſuetudine loci, filij appellatione, filiæ contineantur. niſi adiecta ſit dictio, liberorum, item dictio vniuerſalis omnis, item vtriuſque ſexus.

Sextò, Idem eſt in omnibus contractibus. in his enim maſculinum nõ continet fœmi-

20 ninum, quia † in contractibus verba propriè & ſtrictè accipi debent. quidquid, inquit Celſ. aſtr ngendæ obligationis cauſa dictum eſt, id niſi palam verbis exprimitur, omiſſum eſſe intelligendum eſt. l. quidquid. 99. ff. de verb. obl. l. veterib. 39. ff. de pact. cum cõcord. de qua re,

21 quod videlicet maſculorum † appellatio non complectatur fœminas, latè Tyraq de retrac. lignag. §. 1. glo. 9. nu. 183. ibi, nec in alijs quoq;, q̃ vt ſtatuta ſunt ſtricti iuris, cuiuſmodi ſunt cõtractus. & nouiſſ poſt Tyraq. Ant. Gabriel. lib. 6. de verb. lign. concl. 6. maſculinum concipit fęmininum, in decima limit. nu. 93. quod etiã obtinet in ſententijs. l Paulus ff. de re iud. l. 1. & ibi gl. C. ſi aduer. rem iud. item in reſcriptis, non in priuilegijs & ſimilib. de quibus Tyraq. in præcitato loco, nu. 184. 185. 186.

Septimò ampliatur in ſtatuto diſponente,

22 † vt mortuo quopiam cũ deſcendentibus maſculis, fœminæ excludantur. nam & hoc caſu appellatione huiuſmodi maſculorum deſcẽdentium, non veniunt deſcendentes maſculi ex filia vel nepte ad excluſionem filiæ: cùm tale ſtatutum videatur factũ conſeruandæ agnationis cauſa. Ant. Rub. conſ. 22. incip. teſtator.

Octauò, cùm † inſtituti ſunt fratres teſtatoris, & ſi deceſſerint ſine liberis maſculis, ſunt ſubſtitutæ filiæ ipſius teſtatoris. nam & hoc caſu filij maſculi ex filiabus fratrum teſtaroris, & ſic nepores ipſorum fratrum ex ſororibus, non faciunt deficere conditionem fideicommiſſi. Bald. conſ. 238. lib. 1. Caſtr. in l. Gallus. §. nunc de lege. & ibi Socin. ff. de libe. & poſthu. Corn. in l. 1. C. de condi. inſert. de qua re latiſſimè Carol. Ruin. conſ. 18. lib. 3. Ex hiſce naſcitur promanatque tritum, omniumq; conſenſione approbatum axioma. 23

CAPVT XVII.

Appellatio maſculorum in materia excludente fœminas à ſucceſsione, intelligitur de maſculis ex linea maſculina deſcendentibus.

SVMMARIA.

1 *Maſculorum in diſpoſitione aut ſtatuto appellatio, non comprehendit maſculos ex fœminis. nu. 4. & 6.*

2 *Nepos ex filia continetur nomine liberorum, ſed non nomine liberorum maſculorum.*

3 *Verba, ſine liberis maſculis, intelliguntur de maſculis ex linea virili.*

5 *Qualitas maſculinitatis cenſetur adiecta in diſpoſitionibus fauore conſeruandæ familia. nu. 9.*

7 *Diſpoſitio excludens filiam ſtante hærede maſculo, de filio intelligitur.*

8 *Subſtitutio facta fœminæ, ſi ſine liberis maſculis, maſculos ex fœmina quando contineat.*

AXIOMA V.

Appellatio maſculorum † in diſpoſitione legis vel hominis excludentis fœminas, vel expreſſim, vel præſumptiuè, ſemper intelligitur de maſculis ex linea maſculina deſcendentibus: non autẽ de maſculis ex fœminina deſcendentibus, etiamſi ſit filia vel neptis mater maſculorum. Axioma hoc ex præcedentibus ampliationibus patet: exempla eius multorum Iureconſultorum traditis ac reſponſis confirmata paſſim & illuſtrata ſunt. ita antiquus interpres Richard. Malumb. in diſputat. ſua, in c. Titius habens duos fratres, quã recitat & refert Ioã. And. in addit. ad Spec. in rub. de teſtam. in pen. col. verſ. ſub hoc tit. generaliter tangam, & in ſpecie tenuit Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua. verſ. 146 & ibi Bald. in addit. in fi. tit. in antepenult. colum. verb. nepos, cuius hæc ſunt verba: nepos ex filia benè continetur appellatione liberorum, ſed non appellatione liberorum maſculorum: vbi aſſignãt rationem: quia, finge quod diſponens haberet filium maſculum & fœminam, certè fęmina excluſa fuiſſet per maſculum, ergo abſurdum eſſet, quòd filius ipſius fœminæ exclu- 1 2

ſæ admitteretur, cum originem duxerit ab ea quæ excludi debebat. idem docuit Bald. in authen. quas ruinas, nu 8. C. de ſacroſ. eccl. & idē Bald. in l. 1. C. de cond. inſert. nu. 2. & ibi Corn. num. 17. vbi reprehendit Paulum aliter ſentiē tem, & refert conſ Salic. & Petr. de Anchor. in quo conſuluerunt, quod ſi teſtator habens filiam, & duos fratres, inſtituit fratres, & ſi deceſſerint ſine liberis maſculis, ſubſtituit filiā fœminam, & alter deceſſit poſteà cum nepote ex filia, alter verò cum nepote ex filio, filia ſubſtituta ſuccedit in portionem eius qui deceſſit cum nepote maſculo ex filia fœmina:
3 quia illa verba, † ſi deceſſerit ſine liberis maſculis, intelliguntur de maſculis ex virili ſexu, & ſic de familia. ita in alio caſu Bald. in l ſed ſi hęc §. liberos. in addi. ff. de in ius voc. & ibi Angel. in fin. vbi formalibus verbis: ſi quis accepit emphyteuſin pro ſe & filijs maſculis, non comprehendentur nepotes ex filia, eodē mo-
4 do, † inquit, ſi fuiſſet facta ſubſtitutio alicui, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, quia non comprehenduntur ipſi nepotes ex filia. vbi etiam Alex. nu. 8. dicēs mirabilem limitationem ad regulam, quod appellatione liberorum cōprehenditur etiam nepos ex filia, quod fallit, niſi addita fuerit qualitas maſculinitatis, quia tūc videtur intellectum de deſcēdentibus maſculis, nō ex fœminis, ſed ex maſculis: & ibi quoque Socin. nu. 21. vbi dicit, quod ſi quis recipit emphyteuſim pro ſe & filijs maſculis, nec dū nō cōprehendūtur filiæ, ſed nec nepotes maſculi ex filia, & hoc inquit verū eſt, nedum in cōtractibus, ſed etiam in diſpoſitione teſtatoris, putà, ſi facta eſt ſubſtitutio ſub cōditione, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, quia non cōprehendentur nepos ex filia, & hanc quoq; opinionem dixit cōmunem & ab ea non recedendū, idem Soci. in d. l gallus. §. nunc de lege. nu. 6.
5 ff. de lib. & poſth. vbi etiam † concluſionē tradit, ſi legatum vel fideicōmiſſum ſit factum alicui, & ſiis deſcendentibus maſculis: vel ſub cōditione, ſi aliquis deceſſerit ſine liberis maſculis, tunc non videtur includi nepos ex filia. quia qualitas maſculinitatis videtur adiecta gratia conſeruandæ familiæ: & ita dicit fuiſſe conſultum per multos ſolennes Doctores totius feræ Italiæ, quos refert & ſequitur etiā Matheſ. ſing. 129. incip nota etiā vnum ſingulare. ita quoq; reſpondit Ant. de Butr. conſ. 9 incip. viſo puncto. in 1. dub. & conſ. 47. vbi dicit, qđ maſculinitatis qualitas adiecta verbis, ſi ſine liberis, facit vt conſeruatio familiæ videatur fuiſſe in conſideratione, & ideò nati ex fœminā non comprehenderentur. idem ſcribit Caſt. in d. l. gallus §. nūc de lege. nu. 6. vbi dicit, quod non tantum nepos maſculus ex filia excludetur, ſtantibus illis verbis, liberis maſculis, ſed etiā pronepotes nati ex ipſo nepote nato ex filio. quod etiam ſcripſerunt pro conſtanti ſententia Aret. Alex. Iaſ. Lancel. Dec Claud. de Seyſel. in d. § nunc de lege. Alex. in l. ex facto. §. ſi nu. 3. ff. ad S. C. Treb. & ibi Ripa nu. 7. Crot. in l. omnes populi. nu. 156. ff. de iuſt. & iur. & in c. 1. col. pen. de reſcript. lib. 6. Bald. in materia ſi deicommiſſi, ſub hac cōnditione, ſi deceſſerit ſine liberis maſculis, conſ. 40. incip. quidā magnus nobilis, lib. 3. & Caſtr. conſ. 401. incip. viſo puncto. col fin. de conceſſione emphyteuſeos pro [illegible] ſi [illegible] is maſculis. & conſ. 190. incip. nouiter. num. 3 lib 2. vbi dicit, hanc † conclu- 6
ſionem procedere iam in vltimis voluntatib. quàm contractibus. idem conſuluit in aſcen. dentibus Socin. conſ. 31. incip. proſequendo, colum. 3 & in materia fideicommiſſi facti ſub conditione, ſi ſine liberis maſculis. conſ 94. incip. pro clariori. num. 3. lib. 4. Dec. conſ. 329. num 5. vbi ſecundùm Ioan. Andr. ad Spec. in rub. de teſtam. col. penul concludit, quod grauatus reſtituere Menio & eius hæredibus maſculis, nō tenetur reſtituere nepotibus ex filia: quia teſtator intellexit de maſculis. & ſicut voluit excludere fœminas, à fortiori voluit excludere extraneos hæredes, & iſta videtur cōmunis opinio, vt patet ex prædictis, & ita etiam tradit Alexan. in conſ. 10. incip. proſpectis verbis. colum 2. lib. 1. Caſtrenſ. conſ 95 incip. proponitur, vbi concludit, † quod ſi filia ex- 7
cluditur ſtante maſculo hærede, de filio intelligitur. ita decidit Stephan. Bertrand conſ 54. incip. dudum. num. 4. lib. 1. & conſ. 245. incip. viſo teſtam. num c. 2 & 3. libro [illegible]. & ſecundùm prædictam communem ſententiam latè conſuluit Ruin. conſ. 18. incip. circa caſum. libro 3. & nouiſſimè Burſat. in caſu ſubſtitutionis, ſi inſtitutus ſine filijs maſculis deceſſerit, quo caſu intelliguntur maſculi per lineam maſculinam deſcendentes, non à filia fœmina: ſicuti enim fœmina eſt excluſa, ita & filius deſcēdens ex radice infecta. per tradita Barr. in l. 2. §. videndum ff. ad Tertyllian. & in l. liberorū. ff. de verb. ſignif. Bald. in l. maximum vitium. C. de lib. præter. Roman. conſ. 40. num. 4. & copioſè conſ. 1. num. 4. Corn. conſ. 234. lib. 4. Iaſ. conſ. 141. lib. 2. Georg. Natta in c quamuis de pact. lib. 6 Gabr. lib. 6. de verb ſign. concl. 1. num. 22 Burſ. conſ. 1. num. 16. & num. 20. lib 1. ſecundùm quam ſententiam dicit fuiſſe iudicatum. Guido Papæ deciſ. Delph. 131. incip. ſed poſito, & conſuluit conſ. 28. incip. conſilium. num. 6. vbi in fortioribus terminis conſuluit, ſcilicet in ſubſtitutione facta nō maſculo, ſed fœminæ, quod cum ſub hac cōdit onc, ſi ſine liberis maſculis, non comprehendātur maſculi nati ex fœmina, multò minus comprehendentur ſi diſpoſitiuè vocati ſunt liberi, ſiue deſcendentes maſculi, quod etiam Papa reperijt conſ. 18 Quæ tamen † opinio de fœminis a te- 8
ſtatore inſtitutis (an tum comprehendantur etiam filij vel nepotes ipſarum) inter dubias, & diſputa-

& diſputationi expoſitas, habita eſt, putà, fœmina inſtituta eſt, & illi facta ſubſtitutio ſub conditione, ſi ſine liberis maſculis deceſſerit, an maſculis ex fœmina deficientibus ſubſtitutioni locus fiat? quod multi putarunt. In feudi quidem conceſſione fœminis facta, vel materno, aut quod à fœmina originem habuit, quod filij harum ſuccedant, opinatione non imbecilla traditum eſt, prout relatis multorũ autoritatibus argumentisque recentiores tradunt Thomas de Marinis in tract. de generibus feud. tit. xj. de feudo fœmineo, num. 15. & Hartm. Piſtor. Ita etiam de emphyteuſi, quæ vel à fœmina fuit conceſſa, vel à fœmina impetrata & adquiſita Aurel. Corbul. in tract. de iure emphyt. cap. 12. in 2 declat. nu 9. per text. in tit. de natura ſucceſſionis feudi. & ibi om-
9 nes. Ratio autem axiomatis noſtri, † quod videlicet in diſpoſitione legis vel hominis excludentis fœminas propter maſculos, appellatione maſculorum ſoli filij maſculorum, non etiam fœminarum comprehenduntur, conſiſtit in conſeruatione familiæ, cuius intuitu eiuſmodi diſpoſitiones excluſiuę fœminarum intelliguntur inductæ. arg. l. 1. §. penul. ff. de ventre inſp. arg. l. pero. §. fin. ff. de legat. 2. Cyn. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. Bald. latè in l. maximum vitium. C. de libe. præter. & in l. 2. C. de in ius voc. & in l. quod verò. ff. de legibus. & in l. fin. ff. de hæred. inſtit. Albe. in auth. itaque. Bart. in l. 2. §. videndum ff. ad S. C. Trebel. Salic. in l. 2. C. de noxal. Caſtr. in l. ſi verò. § de viro. ff. ſo[illegible]atr. Alex. & Iaſ. in l. 2. C. de in ius voc. Ro[illegible] conſ. 16 incip. viſo themate. in 2. col. & conſ. 404. & conſ. 411. Fulg. cõſ. 34. incip. tenor. Caſtr conſ. 341. & conſ. 349. And. Sicul. conſ. 13. incip. circa hanc. lib. 1. Curt. conſi. 80. incip rectè. Socin. conſ. 12. num. 2. in fi. & conſ. 63. num. 22. lib. 3. & conſ. 72. num. 11. lib. 4. Decius conſ. 227. num. 6. & conſ. 270. num. 3. Pariſ conſ. 17. num. 9. & 10. lib. 2. & conſ. 42. nume. 13. & ſeq. Berous conſ. 14. num. 9. lib. 2. Riminald conſ. 24. num. 9 lib. 2. & Hyppol. Riminal. ad Rlm. conſ. 223. num 12. & ſeq. lib. 2. Mazol. conſ. 8. num. 34. Burſat. conſ. 76. nu. 28. lib. 1. Tyraq. de retract. lignag. §. 1. glo 9. nu. 195. & Gabriel in commun. opin. lib. 6 concl. 6. ſtatutum excludens fœminas propter maſculos fit ratione conſeruandæ agnationis, vbi multorum autoritates refert. Atqui indubitatum eſt, quòd mulier, vt Vlp. ait, familiæ ſuæ finis & caput eſt, l. pronunciatio. in fin. ff. de verb. ſign. ſicuti etiam ſimiliter palàm eſt, fœminarum liberos in familia earum non eſſe, quia qui naſcuntur, patris, non matris familiã ſequuntur. l. familię 196. ff. eod. tit. vnde nepos maſculus ex fœmina, non dicitur agnatus auo, nec etiã de familia ipſius, nec etiam de linea maſculina. Accedit quod quotidianis emptionib⁹ filiarum, agnationes familiæq;, gens genuſq;

attenuatis, imò conſumptis opibus vileſcerẽt ac perirent. vnde amplius non poteſt conſiderari maſculinitas, à qua ſemel receſſum fuit. l. cum vxor. C. quando dies legat. cedit. cum ſimil. de quibus per Old. conſ. 11. incip. thema talè eſt. Alex. conſ. 31. incip. ponderaris. in princ. li. 3. Decius conſ. 511. incip. viſo teſtam. nu. 1. & 2. & conſ 636. num. 4. quia conditiõ quę ſemel deficit, nunquam reuiuiſcit, l. ex facto. §. pen. vbi Caſtr. & cæteri. ff. ad Trebel.

CAPVT. XVIII.

Quotiens ius maſculos fœminis anteponit, maſculorum appellatione fœminæ non comprehenduntur.

SVMMARIA.

1 *Maſculinus ſexus continet fœmininum.*
2 *Maſculinum quando fœmininum non contineat, remiſſiuè.*
3 *Maſculorum nomen comprehendit fœmininum, per interpretationem, extenſionem, aut rationis paritatem.*
4 *Verbum porrigi, interpretationem denotat.*
5 *Fœminarum appellatione non contineri maſculos.*
6 *Maſculinum non complectitur fœmininum in materia diſferenti.*
7 *Feudum receptum pro ſe & filijs, filias non includit.*
8 *Emphyteuſis accepta pro ſe, filijs & nepotibus, non complectitur filias.*

AXIOMA VI.

Ex ſuperioribus iterum emergit aliud axioma. Manifeſti quidem iuris eſt, & vulgati, maſculinum continere fœmininum, hoc eſt, maſculorum vel virilis ſexus appellatiõe contineri fœminas, non autem econtrà. attamen quoties vel ius commune vel ſingulare, vel hominis priuati diſpoſitio, diſcrimen inter vtrunq; ſexum inducit, maſculosq; fœminis anteponit, maſculorum appellatione fœminæ non comprehenduntur.

Axioma hoc tribus membris conſtat, primum eſt: maſculinum † vt noſtri loquuntur, 1
continere fœmininum, hoc eſt, maſculorum appellatione fœminas quoq; contineri, ita Iulian. ſemper ſexus maſculinus etiam fœmininum continet. l. qui duos mulos. 62. ff. de leg. 2. & Vlp. de albo prætoris, quod perpetuæ iuriſdictionis cauſa propoſitũ eſt, corrupto, ſerui quoq; & filijfam. verbis edicti continẽtur, & vtrumque ſexum prætor complexus eſt. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. om. iud. & iterũ Vlpia. ſerui appellatio etiam ad ancillam refertur. l. deieſtatio. 40. §. 1. ff. de verb. ſign. & iterũ, liberti appellatione etiam libertam contineri placuit, l. libertũ. 172. ff. eod. tit. & iterũ: pronunciatio ſermonis in ſexu maſculino, ad vtrumq; ſexum plerunq; porrigitur. l. 195. ff. de verb. ſign. & Modeſtin. ſeruis legatis etiã ancillas deberi quidam putant, quaſi commune nomen vtrumq; ſexum contineat. l. inter ſtuprum. 101. §. fin. ff. de verb. ſign quod Modeſti. alibi repetit, ſeruis legatis etiã ancillas quidã

deberi rectè putant, quaſi commune nomen vtrumque ſexum contineat.l.81.ff.de leg. 3. & Paul. pueri appellatione etiam puella ſignificatur.l.illa verba. 163.ff. de verbo. ſign. & Scæuola. an quod hæredes fratribus rogati eſſent reſtituere, etiam ad ſororē pertineret, reſpondit pertinere, niſi aliud ſenſiſſe teſtatorē probetur.l.Lucius.93.§.quęſitum.ff.de leg.3 & iterum Scæuola alibi in facti ſpecie: te rogo fili Septici, ſi intra viceſimum annum ſine liberis morieris, quidquid ex hęreditate mea ad te peruenerit, hoc fratribus tuis reſtituas. quæſitum eſt, Septicio filio defuncto intra viceſimum annum ſine liberis, hoc fideicōmiſſum vtrùm pro portionibus hæreditarijs ad fratrē & ſororem eius pertineat, an verò æqualiter? reſpondit pro parte hæreditaria.l.Lucius. 78. §.Mæuia filium.ff.ad S. C. Treb. Sic etiam Iuſtin. in cauſa adoptionis de filio, quod huius appellatione etiam filiæ contineantur, quę in filio diximus, inquit, in adoptionem à patre dato, hæc & in filia, & in nepote & nepte, & deinceps in perſonis vtriuſque ſexus, in ſacris patris conſtitutis extendimus. l. cum in adoptiuis.§.quæ in filio.C de adopt.& iterum de exhęredatione & pręteritione filiorum, vt eadem iura in filiabus obtineant, inquit, qui enim tales differentias inducunt, quaſi naturę accuſatores exiſtunt, cur non totos maſculos generauit, vt vnde generentur non fiat, l. maximū vitium.C.de lib.pręt.quemadmodū quoq; pronomina maſculini generis complectuntur fœminas. verbum ſi quis, inquit Vlp. tam maſculos, quàm fœminas cōplectitur.l.1. ff.de verb.ſig.& alibi, ait diuus Traianus, quicunq; profeſſus fuerit, quicunque, accipere debemus tam maſculum quàm fœminā.l.ait diuus.16. ff. de iure fiſci. & iterum alibi, ait prætor, ſi quis negotia geſſit, &c. hæc verba, ſi quis ſic ſunt accipienda, ſiue quæ.l.3.in princ. ff. de neg.geſt.& iterum, ait prætor, qui pecuniam debitam conſtituit, qui, ſic accipiendum eſt, quæve. nam & mulieres de conſtituta tenentur, ſi non interceſſerint.l.1.§.1.ff.de conſtitut. pec. quod etiam Paulus ſcripſit, in l. edicto. 13. ibi, idem poſteà edicto ſignificauit, vt quæcunque profeſſa eſſet.ff.eod.tit. ita quoq; de appellatione hominis Caius, hominis appellatiōe tam fęminā, quàm maſculum contineri non dubitatur.l.hominis.152.ff.de verb.ſign.

Quamuis autem hoc axioma vulgatū, maſculinum nempè complecti fœmininum, manifeſto iure comprehenſum ſit, attamen plurimis limitationibus & ampliatiōibus ita auctū eſt, vt ſi diſſentientes opiniones diſcuti debeant & examinari, in commentariū magnū excreſceret, quæ tractatio ab inſtituto noſtro remota eſt, ac aliena, de qua tamē copioſè Decius in l.fœminæ.à nn.95.vſq; ad fin.ff. de reg. iur.Iaſ.in l.ſi quis id quod.nu.1.4.5.10.14. 15. & 22.ff.de iuriſd.om.Iud.& alibi.& poſt hos Soci.cumulatis autoritatib.Tyraq.de retract. lignag §.1.glo.9.num.180.& ſeq Barthol.Socin. reg.255. ac nouiſſimè collectores communiū opinionum. Villalobos concl. 25. in litera M. Port.in commun.opin.lib.2.regul.7.Gabriel. lib.6.de verbor.ſigniſ.concluſ.6.ac nouiſſimè Tyber.Decia.

Id verò † obſeruādum, quotiens maſculorum appellatio fęminas complectitur, id fieri nō ex propria ſignificatione, ſed per interpretationem vel extenſionem, aut rationis paritatē.l.pronunciatio.ibi, porrigitur, ff.de verb. ſig.l.cū in adoptiuis §.quæ in filio, C.de adop. ibi, quę in filio diximus, hæc in filia extēdimus. & l.iubemus, pen.ibi, q̄ ſuper cubicularijs, ſancimus etiā ad cubicularias extēdi decernimus. quæ duo verba, porrigere & extendere, interpretationem inferunt.l.Imperator in fi. ff.de poſtul. ibi, ne cui pœna tēpore determinata, contrà ſententię fidē vlterius porrigatur, & l. fideicōmiſſaria §. fideicommiſſaria. ibi, quā ſententiam iure ſingulari receptam ad cætera fideicommiſſa relicta porrigi non placuit. ff. de fideicommiſſ. libert. & in l. 2. ff.de liberali cauſa, l.impuberi.ff.de adminiſt.tut.de qua re latè Dec.in d.l.fęminæ.ff.de reg.iur.Tyraq.de retract.lignag.§.1.glo.9.num. 181. Gabr. in cōmun.opin.lib.6 de verb.ſign.concl.6. limit. ſ. nu.41.per gl.in l.1.ff.de verb.ſign. 3 4

Secundum membrū præcedentis axiomatis eſt priori contrarium, maſculorū appellatione contineri fęminas, fęminarum † aūt nomine non cōtineri maſculos, ita Modeſt. ancillis verò legatis maſculos non deberi nemo dubitat, ſed pueris legatis etiā puellæ debētur. id nō æquè in puellis pueros cōtineri dicendū eſt. Mulieribus verò legatis etiā virgines debētur, ſicuti viris legatis etiam pueros deberi reſpōdetur, d.l.ſeruis legatis.81.ff.de leg.3. quod etiā in poſteriori caſu Vlp.ſcribit, l. mulieris, 13.ff.de verb.ſig.& Pompo.ad Q Mucium, ſi ita ſcriptū ſit, filiabus meis centū aureos do, an & maſculini generis & fęminini liberis legatū videatur? nam ſi ita ſcriptū eſſet, filijs meis hoſce tutores do, reſponſum eſſet etiā filiabus datos eſſe, quod non eſt ex cōtrario accipiendū, vt filiarum nomine etiā maſculi contineātur: exēplo enim peſſimum eſt, fęminino vocabulo etiam maſculos cōtineri. l.ſi ita ſcriptū.45.in prin.ff.de leg.2. Maior enim, vt Vlpi. ait, dignitas eſt in ſexu virili, l.1.ff.de ſenat. 5

Tertium membrum axiomatis ad propoſitum noſtrum pertinet, nempè quotiens † iure aliquo conſtituitur differentia inter maſculinum & fęmininū ſexum, quo iure maſculi fęminis præferuntur, tum maſculinum non cōplectitur fęmininum: vel vt noſtri loquuntur in materia differenti maſculinum non concipit fęmininum, id eſt, vbi alia iura in maſcu- 6

lis,

lis,alia in fœminis conſtituta ſunt,iura loquē tia de maſculis,non complectuntur fęminas, l.1.in prin.ff.de iur.immun.gl.& omnes in l.1. ff.de verb. ſig. gl.& omnes in l.ſi ita ſcriptum ſit filiabus, ff. de leg.2. plurimorum autoritates cumulans, & plurima exempla adducens Tyraq.iu tract.lignag.§.1 gl.9.nu. 188. Anton. Gabr.lib.6.de verb.ſign.concl.6 in 2.limit.nu me 51.inquiens, quando diuerſa ratio militat in maſculo & diuerſa in fœmina, qa tunc maſculinum nunquam cōprehendit fœmini

7 num.† Hinc feudum receptum pro ſe & filijs ad filias non pertinet,cum iure feudorū fęminæ à ſucceſſione arceantur.tit.de ſucceſſ.feud. §.filia.& ibi interpretes.Caſtr.& Alex.in l.ſed ſi hac.§.liberos.ff.de in ius voc. Iaſ.in d.l.ſi qs id quod.in 1.limit.ff.de iuriſd. om.iud.quia fęminæ non veniunt filiorum appellatione, ex proprietate ſermonis,ſed per extenſionem ac interpretationē,quæ non fit in cōtractib. ſtricti iuris,& imputandū eſt ſtipulatori, qui legē ſibi apertius non dixit,l.quidquid aſtringēdæ, ff.de verb.oblig. Quæ ſententia communē ap

8 probationē habet. Idem † obtinuit in emphyteuſi recepta pro ſe & filijs nepotibus: nam & hæc ſtipulatio non cōprehendit filias & neptes, quia hæ appellatione filiorum ex propria ſignificatione nō continentur,ſed per extēſionem, quæ non fit in contractib. cū qua diſpoſitione iuris cōmunis videntur ſe cōformare contrahentes,& ſecundùm iuris diſpoſitionē illud verbum,pro ſe filijs & nepotibus propriè accepiſſe. verba enim in propria ſignificatiōe accipi debēt.& cū in verbis nulla eſt ambiguitas,non debet admitti voluntatis quęſtio l.ille aut ille.25.ff.de legat. & fid.3 l.Labeo. ff. de ſupel.leg l.pediculis ff.de aur.& arg. leg. l.voluntatis. C.de fideic. ita de emphyteuſi pro ſe & filijs.Iaſ.in l 3.nu.27.ff de leg.1.per not.Bartol.in l.hæredes mei §.cū ita & ibi etiā alij ff. ad Trebel.Galliaula in l.Gallus §.quidam recte.nu.21.ff.de lib.& poſth.Dec.in auth præterea,num.10.C.vnde vir & vxor.de qua relatè Corbulus de iure emphyt c.12.in 2.declar.nu. 9.& multis ſequentibus. Ita etiam multis alijs caſibus,quibus fœminæ à maſculis ſeparātur, in multis enim iuris noſtri articulis deterior eſt cōditio fœminarum, quàm maſculorum, l.9 ff. de ſtatu hom. quos caſus latè enumerat Philip.Dec.in l.2.ff de reg.iur quo Lectorem remitto,ne nimium euagātus fuiſſe videar.

CAPVT XIX.

Feudum conceſſum alicui pro ſe & hæredibus maſculis & fœminis, intelligitur conceſſum ordine ſucceſsiuo.

SVMMARIA.

1 *Feudum conceſſum Titio eius hæredibus maſculis & fœminis,intelligitur ordine ſucceſsiuo conceſſum,num.8.*

2 *Copulatiua,Et,natura eſt æqualiter coniungere.*

3 *Copulatiua,Et, tam in ſtipulatione, quàm inſtitutione & legatis æqualiter coniungit.*

4 *Qualitas adiuncta diſpoſitioni vni,cenſetur in altera ei copulata repetita.*

5 *Copula natura eſt ad vniformem diſpoſitionem reducere copulata.*

6 *Determinatio vna,plura determinabilia reſpiciens,æqualiter determinat.*

7 *Qualitas eadem cenſetur repetita in omnibus eadem oratione contentis.*

8 *Contrahentes videntur ſe conformare iuris communis diſpoſitioni, ſtatuti,vel conſuetudinis.*

9 *Copulatiua poſita inter eas perſonas,vbi cadit affectionis ordo,copulat ordine ſucceſsiuo.*

10 *In Feudi ſucceſsione non patet locus fœminæ, quoad maſculus ex primo inueſtito ſupereſt.*

11 *Maſculus primi acquirentis licet per fœminam deſcendens, excludit à feudo fœminam ſuperiorem,& nu.12.*

13 *Contrahentium mens & intentio præcipuè ſpectanda,n.23*

14 *Feudum acquiſitum ſibi & hæredibus vtriuſque ſexus,tandem non extantibus maſculis,fœminis quæritur.*

15 *Feudum ſibi & hæredibus vtriuſque ſexus quæſitum,mixtum & hæreditarium eſt.*

16 *Feudum acquiſitum pro ſe & hæredibus maſculis ſimul cū fœminis quomodo deuoluatur,nu.28.& ſeq.*

17 *Dictio,cum,poſita inter perſonas inter quas ordo conſideratur,æquali iure an cenſendi.*

18 *Dictio,cum,& Et,idem eſt.*

19 *Dictio,nihil intereſt,vel nec intereſt,eandem naturam, ſignificationem,& vim notat.*

20 *Dictio,nihil,per ſe vniuerſalis eſt negatiua, omnem differētiam tollens.*

21 *Dictio,idem,paritatem & identitatem ſignificat.*

22 *Aequiparatorum idem eſt iudicium.*

23 *Mens & voluntas teſtatoris, in teſtamentis primum locum obtinent.*

24 *In Statutis mens ſtatuentium conſideratur, etiamſi verba videantur reluctari.*

25 *Diſponentium mens prædominatur verbis.*

26 *Verba menti inſeruire debent,& mens vnde colligatur.*

27 *Iura generaliter non in ſingulas perſonas conſtituuntur.*

28 *Fœminæ ſolo beneficio concedentis in feudo procedunt.*

29 *Agnationi ſuæ quilibet magis,quàm fœminis proſpicere velle præſumitur.*

AXIOMA VII.

FEudo † conceſſo alicui pro ſe & hæredib⁹ 1
maſculis & fœminis, intelligitur conceſſum ordine ſucceſſiuo, hoc eſt vt deficientib. vel nullis exiſtentibus maſculis ſuccedant fœminæ,non ſimul cum maſculis.ita de iure feudorum,filia verò,inquit textus, non ſuccedit in feudo, niſi inueſtitura fuerit facta in patre, vt filij & filiæ ſuccedāt in feudum. tunc enim ſuccedit filia,filijs non extantibus, tit. de ſucceſſ feudi.§.filia.& tit. Epiſcopum vel abbatē. §.quinetiam ſi quis eo tenore feudum acceperit,vt eius deſcendentes maſculi & fœminæ illud habere poſſint, relicto maſculo vlterius fœminæ non admittuntur. Cur.in tract.feud. in 3. parte. quæſtio.16.& 17. Zaſi. parte 8.nu.51. Clar.§.feudum. quæſt. 73..Thomas de Marin. titu.11.num.30.& num.41.Pariſi.conſi.12. nume.31.lib.1.Roland.à Valle,conſ. 41. lib. 2. & conſ.59.num.65.lib.3.Socin.iun.conſ.82. nu.9.

lib.2.Berous conſ 95.nu.8.lib.1.& conſ.113.nu.
38.lib 2.Brun.conſ.39.nu.5.& 78.Cacher. deciſ.
23.nu 5.32.& 41.Cephal.conſ.251.num.4.lib.2.
& conſ.172 nu 19.& conſ.305.num 3 & 48.

Quæ iuris feudorum traditio,ciuili iuri nō
parum aduerſari videtur. vocantur enim co-
2 pulatiuè per coniunctionem,Et,cuius † cōiun
ctionis copulatiuæ ea eſt natura , vt æqualiter
coniungat.ita Paul.ſi quis Attio & hæredibus
ſuis vſumfructū legauerit,dimidiā Attius, di-
midiam hæredes eius habebunt. Quod ſi ita
ſcriptū ſit,Attio & Seio cum hæredibus meis,
tres partes fient,& vnam habeant hęredes,ſe-
cundā Attius,tertiam Seius.nec enim intereſt
ita legatur,illi & illi cum Mæuio,an ita, illi &
illi & Mæuio.l.7.ff.de vſufr.accreſc.& Pomp.
Titius hæres eſto,Gaius & Mæui⁹ æquis ex par
tibus hæredes ſunto,quam,Et, ſyllaba cōiun-
ctionem faciat.ſi quis tamē ex his decedat, nō
alteri ſoli pars accreſcit,ſed omnibus cohære
dibus pro partibus hæreditarijs.l.ſi quis.66.ff.
de hæred.inſtit.& iterum Pompon.ſi Titio &
poſthumis legatum ſit, non nato poſthumo
totum Titius vindicabit,&c.l.ſi duobus.§.fin.
ff.de leg.1.& Vlpian.Primus & fratris mei filij
æquè hæredes ſunto. nam hæc adiectio decla-
rat,omnes ex virilibus partibus inſtitutos, vt
& Labeo ſcripſit,qua detracta, ſemiſſem fra-
tris filij,ſemiſſem Primus haberet,l.13.in prin
cip ff.de hæredib.inſtituen. cum ſimilibus re-
3 latis à gloſſ.in verbo totum. Idq́ue non † tan-
tum in inſtitutione hæredum, & legatis obti-
net,ſed etiam in ſtipulatione. Pompon.ſi mi-
hi & Titio,in cuius poteſtate non ſim , ſtipu-
ler decem,non tota decem , ſed ſola quinque
mihi debentur.l.110.ff.de verbor. oblig. item
Vlpian.cùm tabulis eſſet comprehenſum , il-
lum & illum centum aureos ſtipulatos, neq;
adiectum ita,vt duo rei ſtipulandi eſſent, viri-
lem partem ſinguli ſtipulati videbātur.l.reos.
11.§.fin.ff.de duob. reis. idem eſt, ſi plures vna
ſententia cōdemnati ſunt,ſi non ſinguli inſo-
lidū,ſed generaliter,tu & collega tuus, vna &
certa quantitate condēnati eſtis nec additum
eſt,vt ꝙ ab altero ſeruari nō poſſit,id alter ſup
pleret,effectus ſententię pro virilib.portioni-
bus diſcretus eſt.l.1. C. ſi plures vna ſent. quo
etiā pertinet quod Paul.reſpondit l.Paulus.43
ff.de re iud.cum ſimil.de quibus Bald.in l.quo
tiens.nume.11.C de ſuis & legit.per l.interdū.
l.quotiens.§ hæredes.l liber homo. §. Titius.
ff.de hæred.inſtit.§ ſi plures.Inſtit eod. Iaſon
in l Gallus §.quidam rectè.num.15.& ſeq.ff de
lib.& poſth inquiens,propria natura copulę,
& ,eſt æqualiter copulare,ſimul & ſemel voca
re,ac vt alibi ait,copula, Et, huius eſt naturę,ꝙ
attribuit cuilibet vim verbi virilis,in l.ſeruus.
§.ſi ex pluribus.nu 5.& in l. ſi quis ex teſtamen
to.ff.eo.vbi ait,copula inter perſonas habet di
ſtribuere actū cuilibet in viriles,& in l.recon-
iunctis.nu 31.ff.de leg.3.& Dd.paſſim tam docē-
do,quàm conſulendo.

Quemadmodum quoque,† quando duę di- 4
ſpoſitiones iunguntur copulatiuè,qualitas ad
iecta primæ,intelligitur repetita in ſecunda l.
Seiæ §.Gaio Seio ff.de inſtruct.vel inſtrum.le
gat.l.legata ſupellectili.9.ff.de ſupel. leg. cum
ſimil.Aretin conſ.1.num. 12. communem eſ-
ſe referens Iaſ.conſ.fin.colum.1.lib.4. Ruin.
conſ.15.num.8.lib.1.& conſ.64.num.8.lib.2. &
conſ 115.lib.3.Gozad.conſ.82.num.9 Soc.iun.
conſ.71.num.4.lib.1. communem eſſe adſerit
Berous conſ.120.nu.66.Cuius ratio eſt,† quod 5
natura copulæ ſit exæquare omnia copulata,
ac illa ad vniformem diſpoſitionē reducere,
l.quamuis.& ibi Bald.C.de impub. & alijs ſub-
ſtit.l.iam hoc iure,& ibi omnes. ff.de vulg. &
pupil.Ruin.conſ.108.col.pen lib.1.Quæ ſentē-
tia contra iuris feudorū diſpoſitionem ex eo
etiam confirmatur,& corroboratur magis,ꝙ
† determinatio vna ſub eadem oratione plu- 6
ra determinata reſpiciens , debet ea æqualiter
determinare,l.hoc iure.ff.de vulg.& pup. d.l.
quamuis,cum concord. vtrobiq; allatis. Bart.
in l.ſi legaturus §.fin ff.de leg.3.l.fin.C.de ſen.
& interloc.om.iud. † quia qualitas eadem cē- 7
ſetur repetita in omnibus,in eadem oratione
conſiſtentibus. Bart.in d.l.Seiæ,& in l in repe
tendis,ff.de leg.3.& in l.mulieri & Titio. ff.de
condit & demonſtr.Carol.Ruin.conſi.45 nu
me.14.lib.1.& conſ.114.num 5.lib.3 Tybe. De-
cia.reſpon.1.num.232.lib.1.& reſpō 3. num.58.
eod.lib.& reſp.3.num.36 lib.2.

Ex quibus apparet,dictam cōceſſionem fa-
ctam alicui pro ſe & hæredibus maſculis,& fę
minis, contra propriam ſignificationem co-
pulatiuæ particulæ,Et,& naturam determina
tionis intelligi & reſtringi primum ad maſcu
los,& vt fœminæ tum demum,ſi nulli ampli-
us maſculi deſcendentes ſuperſtites ſint ac ex-
tent,ſuccedant.

Sed † longè diuerſa , à compoſitoribus iu- 8
ris feudorum inducta eſt interpretatio , vt nō
pariter & eodem tempore cū maſculis fœmi-
næ ſuccedant,ſed in defectum & non exiſten-
tiam maſculorū,idq́; ob naturam feudi,à quo
fœminæ naturaliter arcentur , vt ſuprà dictū
eſt.vnde ex vtriuſque tam concedentis,quàm
impetrantis voluntate catenus conceſſum in-
telligitur,quatenus nulli amplius extent maſ-
culi. Contrahentes enim videntur ſe confor-
mare cum diſpoſitione iuris communis , vel
ſtatuti,aut conſuetudinis.arg.l.ſi ſtipulatus.4.
§.verum.ibi,quia non eſt veriſimile plus ven-
ditorem promiſiſſe.ff.de vſur.l.damni. § em-
ptor.ibi,ſed nihil proficit,ff de damno infect.
l.cum hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel. Ty
ber.conſ.64.num.5.lib.3.

Prætereà licet natura copulæ ſit cōiungere
copulata:attamen † eiuſdem copulę ſimiliter 9
& hæc

& hæc quoque natura eſt, vt, ſi ponatur inter eas perſonas, inter quas cadit ordo affectiōis, non eodem tempore copulat, coniungitq́ue, ſed ordine ſucceſſiuo, per tradita Bartoli & aliorum, in l. Gallus. §. quidā rectè. ff. de liber. & poſthum. & in l. cùm ita. § in fideicommiſſo. ff. de legat. 2. cum concordantib. in caſu quo teſtator vocat proximiores & eorum filios, quæ copula, Et, intelligitur ordine ſucceſſiuo. Tyber. Dec. conſi. 64. num. 5. libe. 2. & de copula, & conſil. 84. num. 4 lib. 3. Atqui expeditum eſt, fœminas feudi eſſe incapaces, & ex ſpeciali conuentione ſuccedere, vnde non niſi iuſta interpretatione, ſi cum maſculis fœminæ vocentur, intelliguntur tum demum vocatæ, ſi nulli ampliùs maſculi extent: idemq́ue eſt ac ſi expreſſim feudum conceſſum eſſet ſub hoc pacto, vt fœminæ deficientibus demùm maſculis ſuccedant, his verò extantibus non ſuccedant, de quo pacto in titu de eo qui ſibi & hæredibus ſuis maſculis & fœminis inueſtituram accepit, vbi generalem proponit regulam: non † patere lo-

10 cum fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inueſtitus. Quæ regula duabus quæſtionibus, de quibus diſputatum & pronuntiatum eſt inter ſapientes, illuſtratur, primò ſi quis ſibi vel hæredibus ſuis maſculis, vel his deficientibus, fœminis pet beneficium inueſtituram accepit, qui vna tantùm filia ſuperſtite, nullo alio deſcendente relicto deceſſit, quæ ſuperſtes filia marito paternum feudum in dotem dedit, & deceſſit duobus filijs ex matrimonio creatis, quorū vnus duas filias reliquit alter verò vno filio maſculo relicto deceſſit, maſculo quidē totum ſibi vendicante, vtpote quia ſolus eius qui primò inueſtiturā accepit, hæres maſculus fit, fœminis verò totā ſui patris partē defendentibus, quia ex eo nullus extitit maſculus & hoc quidē caſu obtinuit, locum non eſſe fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt, ex eo qui primus de hoc feudo fuerit inueſtitus.

Secunda queſtio eſt. miles paternum ſuum allodium domino in feudum obtulit, & relictis duobus filijs deceſſit, quorum vnus filiam tantùm reliquit ſuperſtitem, alter maſculum, fœmina ne an maſculus feudum recognoſcere debeat? quibuſdā placuit, quod miles non debet feudum ſuum per fœminam recognoſcere, donec ſupereſt maſculus ex eo qui primam inueſtituram fecit.

11 Ex † primæ quidem quæſtionis reſolutione conficitur itetū regula: feudo conceſſo alicui & hæredibus ſuis maſculis, & his deficientibus fœminis, etiamſi initio nulli extēt filij, ſed ad filiam deuoluatur, quæ relictis filio & filia decedat, feudum ad ſolum filium pertinebit, excluſa filia, d. ti. de eo qui ſibi & hæred. ſuis, &c. in prin. cuius rei ratio in eo verſatur quòd feuda non deferantur ex iure ſucceſſionis, ſed ex pacto & prouidentia cōcedentis & primi adquirētis, vel primi inueſtiti ſtipulantis, & ideo ex inueſtitura ſuccedunt, tit de ſuc ceſ. feudi. § filia verò nō ſuccedit in feudo, nſi inueſtitura fuerit facta in patre, vt filij & filiæ ſuccedāt, & tit. de natura ſucceſſionis feudi cum ſimilib. Soci. latè conſ. 84. nu. 14. & 22. lib. 4 Tyber. conſi. 16. num. 21. lib. 1. ac ſufficit, quod ille, qui vult ſuccedere, ſit vnus ex maſculis deſcendentibus à primo adquirente, vt excludat fœminas. ita Aluarot. in d. tit. de eo qui ſibi. & Præpoſ. col. 2. & 3 Afflict. in figuratione caſus. nu 9. & 10. Iacob. in inueſtitura, in verbo fœminis, col. fin. Curt. in 3. parte, quæſt. 28. Zaſ parte 8. nu. 52. atqui ex pacto primi concedentis, & inueſtiti ſtipulantis, feudū ad maſculos pertinet, & his deficientibus ad fœminas, vnde quoties extant maſculi etiam ex filiabus, hi fœminis ſemper præferuntur, neque refert quod feudum in primordio ad filiam fuerit deuolutum, & ſic à fœmina initium ſumpſerit, quia medij ſucceſſores nō poſſunt mutare qualitatē feudi, per tradita Bart. in ritu. de eo qui ſibi vel hæred ſuis, &c. & ibi Matth. de Afflict. nu. 6.

Secundò † conficitur etiam alia regula vel ampliatio: feudo conceſſo pro ſe et maſculis, & his deficientibus pro fœminis, maſculi ex filiabus, etiam ſi gradu remotiores ſint, nihilominùs tamen excludunt filias propinquiores, modò maſculi deſcendant ex communi ſtipite: quippe cùm ex pacto primi ſtipulantis maſculis extantibus, fœminæ ad ſucceſſionē non admittantur, ideoq́ue ſi eo modo inueſtitus, vita fungatur, ſola filia relicta, quæ ex filio nepotem & filiam reliquit, nepos ex filio ſolus ſuccedet, excluſa amita, ſorore defuncti patris. interpret. in d titu. de eo qui ſibi vel hæred. ſuis. & Zaſ. part 8. nume. 52. Tyraquel. de ptimog. quæſt 40. nume. 145. 12

Ita ſimiliter in alio caſu & magis diſputabili. Andr. de Iſern. in d. l. de eo qui ſibi &c. quòd ſcilicet ſi feudum ſit adquiſitum per primum adquirentem, pro ſe & filijs maſculis & deſcendētibus, vel non exiſtentib. maſculis pro fœminis, ſi primus acquirēs decedat ſine maſculis, relicta vnica filia ad quam deuoluitur dictū feudū, quę filia poſteà deceſſit, duab. etiā filiabus ſuperſtitibus, quę cùm non eſſent maſculi, ſucceſſerunt in feudo ęqualiter, quarum vna reliquit maſculū, alia fœminā, concludit quòd maſculus illē excludit conſobrinam, etiā in portione ſororis ſuę matris dictę fœminæ: quinimò excludet ipſam materterā exiſtentē in poſſeſſione dicti feudi. Sic etiā in alia facti ſpecie Bal. reſpondit conſi. 137. incip.

 domi-

dominus Iordanus.& ſeq.conſ.lib.2.cui con-
ſilio ſubſcripſerunt ſedecim Iuriſconſulti, &
Caſpar.Cald. vbi talis erat facti ſpecies. Qui-
dam Iordanus adquiſiuit feudũ pro ſe & hæ-
redib.ſuis maſculis legitimè deſcendentibus,
ita tamen quòd maſculis deficientibus fœmi
næ ſuccedant. Decedit Iordan.relictis tribus
filijs videlicet, A,B,C.vnus, puta, A, deceſſit
abſque prole.itaque B.& C.ſucceſſerunt in to
to feudo, moritur poſteà B. relictis filio D.&
filia E. deceſſit iternm D. filius B. adeò quod
totum feudum deuolutũ eſt ad C. patruum,
tanquàm vnicum maſculũ ſuperſtitem. Mo-
ritur poſtremò C. relictis duabus tantùm fi-
liabus, & vno pronepote maſculo, pura F. ex
nepte ſua E.filia B. fratris ſui: quæritur ibi qs
ſuccedere debeat in feudo, an videlicet filiæ
B,qui vltimus maſculus poſſedit totum feu-
dum,an verò F, maſculus ex E fœmina, quæ
iam & ipſa fuerat excluſa à patruò,& conclu-
dit ibi,hunc maſculum etiam quod ex fœmi-
na ſemel excluſa deſcendat, præferri debe-
re dictis filiabus, etiamſi filiæ C, erant illi vl-
timo loco defuncto proximiores,cùm eſſent
filiæ,quam F,qui erat eius pronepos, refert &
ſequitur Tybet.Decian.conſi.93. nume.8.lib.
2. & repetit conſi.127.nume.6.lib.3.

Ex quo conſequens fit, cũ expreſſa conceſ-
ſione pro ſe & maſculis, & his non exiſtenti-
bus pro fœmimis, non aliter ſuccedant fœ-
minæ, quàm ſi nulli maſculi extent, idem e-
tiam dicendum eſſe in alia conceſſione,facta
pro ſe & hæredib. maſculis & fœminis,nem-
pè,tum demũ fœminas admitti, qnoties nul-
li ſuperſtites ſunt maſcnli, idq́ue propter na-
turam feudi,à quo fœminæ regulariter arcen
tur, niſi expreſſè ex pacto admittantur, d.tit.
de ſucceſſione feudi, §.filia. tum ex præſum-
pta mente & voluntate concedentis, & inue-
13 ſtiti ſtipulantis, quæ † contrahentium mens
inprimis eſt attendenda, l.ita ſtipulatus,1:5.§.
item ſi quis ita ſtipuletur,ibi,ex ſententia con
trahentium, & ibi, idq́ue vtilitatis cauſa re-
ceptum eſt ob defuncti voluntatem.ff.de vet.
obligat. & Papin. in conuentionibus contra-
hentium volũtatem potiùs, quàm verba ſpe-
ctari placuit, l.219.ff.de verbo. ſign. cum alijs
concord.in l.fina.C.qui pot.in pign.hab. latè
Tyber.Decian.conſi.41.nu.99.lib.1. & alij paſ
ſim:idem etiam obtinuit in emphyteuſi.

14 Eiuſdem † generis eſſe exiſtimatur feu-
dum acquiſitum pro ſe & hæredibus ſuis v-
triuſque ſexus:nã & huius conceſſionis hanc
eſſe naturam & qualitatem,vt ordine ſucceſ-
ſiuo videantur vocati,primò maſculi, & his
deficientibus, fœminæ, receptiore ſententia
traditur. Alexand conſil.9.incip ponderatis,
col.2.lib.5. qnem refert & ſequitur Curt. Iun.
part.3.nu.19.verſic. decimoſeptimò ad decla-
rationem, & alij quos refert Burſat.conſi.63.
nu.9.libr.1. quæ tamen Alexandri ſententia à
Decio eſt notata,in conſi.208.nu.4. quem re-
fert & ſequitur Pariſ. conſi 22.incip. illuſtriſ-
ſimã,nu.14.lib.1.& alij relati ab Hartm.Piſto.
lib.2.q.35.nu.16. Sed obtinuit vicitq́; Alexãdri
opinio, prout multorum authoritatibus ad-
ductis probat idem Hartm.Piſt.

Id † verò obſeruandum, feudum eiuſmo- 15
di pro ſe & hæredibus vtriuſq; ſexus eſſe feu-
dum hæreditarium mixtum.Alex.rub.conſi.
18.Syluan.conſi.30.num.11.& 12. Pinell.in l.1.
part.3. nume. 88. C.de bon. matern. Burſat.
conſi.49.nu.41.

De eo feudi † genere dubitatum eſt, ſi quis 16
feudum acquiſiuit pro ſe & hæredibus maſ-
culis,ſimul cum fœminis,an fœminę pariter
cum maſculis ſuccedant, an ordine ſucceſſi-
uo,vt in ſuperioribus. Prior ſententia,nem-
pè fœminas cum maſculis pariter ſuccedere,
placuit Baldo in l.quoties, col.2.C. de ſuis &
legit.hæred. quem ſequitur Iacob.de S.Geor-
gio,in §.fœminis,nu.10. Ioan.Thom.de Ma-
rin.in tract.de generib.feudor.tit.11.de feudo
fœmineo.nu.31.verſi.tertiò quæro Pariſ.cõſi.
12.nu.17.& ſeq.libr.1. quem refert & ſeqnitur
Iul.Clarus § feudum,queſt.73.Roland.à Val-
le,conſi.84 nu 10.lib.4.Crotus conſi.27.nu 3.
Cacher.deciſ.pedem 81.nu.2.& nu.18.Burſat.
conſi 63.nu.10. & nouiſſimè Hartm.Piſt.d.q.
35.nu.28. Poſterior opinio,quòd nempè ſuc-
cedant ordine ſucceſſiuo,probatur Curtio in
d.3.part.num.18.verſi.hanc limitationem du-
pliciter ſublimitare.

Prior † ſentẽtia nititur proprietate dictio- 17
nis,cum: hanc enim poſitam inter perſonas,
inter quas ordo conſiderari ſolet, æqualiter
vocari conſtat,arg.l.ſi mulieri.ff.de vſuſt.ac-
creſc. quod multis alijs iuris capitibus proba-
tur. Attio & Seio cum hæredib. meis tres par-
tes fient, vt vnam habeant hæredes, ſecũdam
Attius,tertiam Seius,l.ſi quis,7.ff.de vſufr ac-
creſc.& ſimilib. Præterea licet dictio,cum,in
propria ſignificatiõe idem denotet quod co-
pula, Et, minimè tamen ſequi, quando co-
pula(Et)ex natura rei contra propriam ſigni-
ficationem in alium ſenſum retorquetur, vt
ordinem ſucceſſiuũ potiùs quàm coniunctio-
nem denotet, quòd in eum ſenſum accipien-
da ſit dictio(cum)nullo neque iure,neque ra-
tione probari.

Ego † quidem in hac diuerſitate exiſtimo 18
nimis audacter hæc à viro iuris peritiſſimo
D.Hartmanno proferri. Illud enim expediti
iuris eſt,nõ intereſſe, vtrùm legetur,illi & illi
cum Mæuio, an ita: illi & illi, & Mæuio, l.ſi
quis,7.ff.de vſufr. accreſc. & Pompon. eſtq́ue
idem ſi ita legetur, Titio & Mæuio, an ita Ti-
tio cũ Mænio, vtrobiq; enim coniunctũ lega-
tum videtur,l. Titiæ,36.§.pen.ff.de legat.1. ita
quoq; Iulian. ſi quis ita leget fundũ Seianum
hæres

hæres meus Attius cum Dione Mæuij ſeruo dato: dubitatur quidem Dioni quoq; fundus legatus ſit, an Dion cum fundo legatus ſit: ſed magis dicendum eſt, nõ ſolùm fundum, ſed etiam ſeruum Dionem eſſe legatũ, l. ſi is. 14. §. 1. ff. de reb. dub. cum concord.

19 Quæ † dictiones (nihil intereſt) vel nec in tereſt, eandem naturam, eãdem ſignificatio. nem, & idem ius ſignificãt, l. quædam. 9. §. nihil intereſt ſi ſucceſſores, aut pater, aut dominus ff. de edeu. ita Vlpia. nihil intereſt vtrùm liberti ui ſint, quibus alimenta relicta ſunt, an ingenui, ſatis locupletes, an minùs, l. cùm hi. 8. § eam tranſactionem. ff. de tranſact. & Modeſtin. nihil intereſt, ſibi relictum legatũ agnouetur, an filio ſeruove relictum cõſecutus ſit l. 12. ff. de Inoffic. teſtam & Caius, nihil autem intereſt, cum ſocietate an ſine ſocietate res communis ſit, l. 2. ff. communi diuidun. & Marcian nihil intereſt, quis filioſfamil. crediderit, vtrùm priuatus an ciuitas, l. 15. ff. ad S.C. Maced. & Papin. nihil intereſt, traiectitia pecunia ſine periculo creditoris accepta ſit, an poſt diem præſtitutum, l. 4. ff. de nautico fœno. & Macer. nihil intereſt adulteram filiam prius pater occiderit, quam non, l. 32. ff ad l. Iul. de adult. & Vlp. nihil intereſt, occidat quis, an cauſam mortis præbeat, l. 15. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & iterum: nihil intereſt, vtrùm ſimul vel ſeparatim habitanerunt, l. 15. ff. act. rer. amot. & Florent. nihil intereſt, quomodo captiuus reuerſus eſt, vtrùm dimiſſus, an vi vel fallacia, l. 26. ff. de capt. & poſtli. reuer. & Paul. nihil intereſt ipſo iure quis actionẽ non habeat, an per exceptionem infirmetur, l. 112. ff. de verb ſign. & infinitis alijs locis.

20 Sicut † etiam dictio (Nihil) per ſe eſt vniuerſalis negatiua, quæ omnia impedimenta & omnem differentiam protſus tollit, l. ſi. ff. de lib. & poſth. l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acquir. poſſeſſ. l. nihil conſenſui tam contrarium, quàm vis atq; metus, l. 116. & l. nihil dolo creditor facit qui ſuum recipit, l. 17. ff. de reg iur. Auth. quib. mo. natural. efficiãt. ſui. §. illud, ibi, nihil differentes & paſſim. Et de edicto, nec intereſt, l. ſi ff. de fideicõ. hæred. pet. ibi, nec intereſt mihi quis rogatus fuerit reſtituere, an ei, cui hætes extitiſſem, & l. 5. ff. ad Velleian. ibi, nec intereſt pecuniã ſoluendi cauſa numeret, an quamlibet ſuam rem in ſolutum det, l. 3. ff. ad leg. Iul. de vi priu. ibi, nec intereſt liberos an ſeruos, & ſuos, an alienos quis ad vim faciendam conuocauerit, & l. 51. ff. ad leg. Falc. ibi, nec intereſt, vtrùm ab initio quaſi inutile fuerit, an ex accidente poſteà in eum caſum peruenerit legatum, vt actio eius denegaretur, de qua re paſſim.

21 Quemadmodum † quoque dictio (idem) qua Pompo. vtitur, paritatem & æqualitatem, ac vt noſtri loquũtur, identitatem ſignificat, de qua vulgata regula, omne idem non eſt ſimile, l idem erit. ff. de ſtatu homi. l. idem eſt, 6. ff de vſufr. accreſc. l. 6. ff. vſufr. quemad. cau. l. 8. ff. ad l. Aquil. idem iuris eſt. ſi medicamen ro perperàm vſus fuerit, & l. 5. ff. de pignorat. act. ibi, idemq; iuris eſt, ſiue omninò fuerint pacti, ſiue in ſumma, & l 12 ff. de compenſat. ibi. idemq; iuris eſt non ſolùm in priuatis, verùm etiam in cauſa fiſci conſtitutum, l. 3. ff. de verb. obl. idemq; iuris eſt, & in illa ſtipulatione, mihi hæredíq; meo habere licere, & l. 15. ff. de lib. & poſth. ibi, idem eſt & ſi ita dixerit, l. 19. ff. de vulg. & pup. idem eſt & ſi poſt mortem legatarij ſeruus ſubſtitutus ſit. & multis alijs locis. Ex quibus omnibus manifeſtũ eſt, inter copulam, &, præpoſitionem, Cum, nihil intereſſe, idemq; eſſe vt prudentes loquuntur, d. l. 7. ff. de vſufr. accreſc l. Titiæ. 36. §. pen. ff. de leg. 1. & l. 14. §. 1. ff. de reb. dub.

Atqui iterum vulgati iuris eſt, æquiparatorum † idem eſſe iudicium, l. ſi eum. §. iniuria. ff. ſi quis caut. l. 1 ff. de leg. lib. 1. l alteri. ff. de adim. legat. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falc. Bald. in l. cùm ex oratione. ff. de excuſat. tut. latè Euerar. in Top. loco ab æquiparatis, Tyber. conſi. 6. num. 27. lib. 1. cum ſimilibus. Vnde conſicitur neceſſitate conſequentiæ, cùm in adquiſitione feudi pro ſe & hæred. maſculis & fœminis copula (Et) ordinem ſucceſſiuum in iure feudorum inducat, vt nullis extantibus maſculis, fœminæ tum demùm ſuccedant, d. tit. de eo qui ſibi & hęred. ſuis. Idem etiam ſtatuendum eſſe in alia cõceſſione, pro ſe & maſculis ſimul cum fœminis. 22

Præterea ſuprà oſtenſum eſt, mẽtem & voluntatem contrahentium principaliter inſpiciendam & attendendam eſſe, d. l. ita ſtipulatus, 115 §. item ſi quis. ff. de verb. oblig. l. in conuentionibus, 219. ff. de verbor. ſignifica. cum concordãtib. Quemadmodum † etiam mens & voluntas in vltimis voluntatibus primum locum obtinet, l. in conditionibus. ff. de condit. & demonſt. etiam coniecturat, l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. l. pen. ff. de leg. 1. l. fideicommiſſa §. item ſi quis. ff. de lega. 3. l. cùm virum. C. de fideicom. cum infinitis concordant. & conſilijs Dd. præſertim apud Tyber. conſ. 31. nu. 43. & 44. lib. 2. 23

Sicuti † ſimiliter in ſtatutis mẽs & ratio ſtatuentium principalirer conſideratur, l. nominis & rei. ff. de verb. ſignifi. etiamſi verba ipſa reluctari videantur. ita de ſtatutis in Barto. l. cõtrà, verſic. ſed quid. ff. de legib. & in l. cùm mulier. ff. ſolut. matrimon. in l. ſeruo. §. ſi teſtator, l. ſin. §. aliud. ff de excuſ. tut. Bal. in l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtit. laſ. in l. iuriſgentium. §. prætor ait, numer. 18. ff. de pact. cum concordant. Tybe. in caſu ſtatuti excludentis fœminas extãtibus maſculis, conſi. 46. nume. 119. lib. 2. & latè conſi. 61. nume. 16 libr. 3 & paſſim 24

25 paſſim alibi conſulentes. Quinimò † in quaͣlibet diſpoſitione, mens diſponentium prædominatur verbis, vt noſtri loquũtur, ita Paulus, non oportere ius ciuile calumniari, neq; verba captari: ſed qua mente quid diceretur, animaduertere conuenire, l. pen. ff. ad exhib. & Modeſtin. ſed etſi maximè verba legis hũc habeant intellectum, tamen mens legiſlatoris aliud vult, l. ſcire §. aliud. ff. de excuſ. tut. quò pertinet, l. credendum. ff. qui petitur. l. 2. §. ſi mater, verſ. quid ſi curatores. ff. ad Tertyl. Quæ concluſio non modò procedit in fauorabilib. & indifferentibus, ſed etiam in odioſis & pœnalibus, l. ſi quis adulterium §. 1. ff ad leg. Iul. de adulter. ibi, ex ſententia legis tenetur, quamuis verbis legis non cõtinetur, l. ſed ſciendum. ff. ad leg Pompon de particid. ibi. ſed & nouercæ & ſponſæ omiſſæ ſunt, ſententia tamen legis continentur, l. Diuus. §. idẽ ſenatus ff. ad leg. Corne de falſ. ibi, diuus Pius reſcripſit ſententiam magis ſequendam eſſe huius Senatuſconſulti, quã reſcriptum, l. impuberem §. qui liberti. ff. cod. tit. ibi, licet non verbis, ſententia tamen ſenatuſ. conſ. tenetur, & in l. 1. §. incidit ff. ad S. C. Turpill. ibi, non ex verbis, ſed ex ſententia, vnde Vlpian. ſcribit, contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet: in fraudem verò, qui ſaluis verbis legis ſententiam eius circumuenit, l. contrà. 29. ff de legib. & ibi gloſſ. quod etiam conſtituerunt Impp. Theodoſ & Valentin. non dubium eſt in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem, l. non dubiũ. 5. C. de legib. de qua re ton ſulentes in infinitis locis.

26 Verba † enim menti inſeruire debent, non mens verbis, l. vnum ex familia §. fina. l cùm proponebatur. ff. de legar. 2. l. cùm de laneonis. §. aſinam. ff de fundo inſtructo, l. 3. C. de lib. præter. cum ſimilib. e humanæ aures, 22. q. 5. c. ſecundò requiris, ext. de appellat. Quæ quidem mens, partim ex qualitate rei deprõmitur, l. ſemper in ſtipulationibus, 34. & ibi gloſſ. circa med. ibi, item actum intelligi etiam tacitè, ratione rei quæ venditur, & ibi Decius. ff. de regul. iur. Alex. conſi. 33 lib. 2. partim quoque ex affectione pariter colligitur mens contrahentium. Calcan. conſ. 22. nume. 2. Pariſ. conſ. 32. num. 31. & clariùs num. 57. & 58. libro 1. Denique ex ratione legis expreſſa, ex qua fit extenſio etiam ad caſus, qui non comprehenduntur ſub verbis. Barto. in l. ſi conſtante, in 9 quæſt. primæ part. ff. ſolut. matrimo. cum cõcord. de quibus per Alex. ibidem, col. 4. verſ. item in quantum, & plura per Felin. in c. quoniam frequenter, extr. vt lite conteſt. Dec. in c. cùm dilecta, in 5. not. ext. de confirm. vtil. vel inutil. Quando enim eſt expreſſa ratio diſpoſitionis, in ea comprehendi intelliguntur omnes caſus, qui ipſi rationi conueniunt: non quidem per modum extenſionis, ſed generis quo comprehenduntur omnes ſpecies.

Iura † enim non in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituuntur, l. 8. ff. de legib. Bal. ibidẽ, & in l de quibus ff. de legib. & in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. Alexan. in l. curatores C. de nego. geſt. & conſi. 75. lib 5. & conſil. 89. incip. primum dubium, colu 3. lib. 6. in terminis ſtatuti excludentis ſorores propter fratres Iaſ conſ. 141 incip. Chriſtophorus libr. 2. Dec. conſ. 3[illegible] incip. in cauſa Ferrariæ, nu. 5 & ſeq. & conſ. 372. incip. viſis diligenter, col. 3 & paſſim alij. 27

His igitur pro maiori propoſitione præmiſſis, ad minorem deuenio. Et primò, quantum ad collectionem vel cõſecutionem maioris propoſitiõis ex qualitate rei attinet, planum & manifeſtum eſt, fœminas à feudo naturaliter arceri, titu. qui feud. dare poſſ. §. hoc autem. & tit de ſucceſſ feud. §. filia vero, & tit. quemadmod. feud ad fil. pertin. tit. de natura ſucceſſ. & tit. de capitaneo qui curiam vendidit §. ſimiliter, & tit de gradib. ſuccedendi in feudo & alijs locis.

Quotiens † autem admittuntur, id ſolùm beneficio concedentis fit, vel vt iuris feudorum verba ſunt, licet filię vt maſculi patribus ſuccedant legibus, tamen à ſucceſſione feudi remouentur, ſimiliter & earum filij: niſi ſpecialiter dictum fuit, vt ad eas pertineat, titu. 1. libr. 1. de his qui feud. dar. poſſ. § hoc autẽ notandum. & titu. 6. cod. lib. epiſcopum vel abbatem §. quin etiam ſi quis eo tenore feudum acceperit, vt eius deſcendentes maſculi & fœminæ illud habere poſſint, & tit. 8 cod. lib 1. de ſucceſſ. feudi §. filia verò nõ ſuccedit in feudo niſi inueſtitura fuerit facta in patre, & titu. 14. lib. . de feudo Marchiæ in fin. ibi, idem dicendum eſt de filiabus, ſi hoc pactum concilier, & ſic per pactum filiæ ſuccedant, & titu. 24. lib. 1 quemadmod. feud. ad fil. pertin. ibi, niſi redemerit, & tit. 18. lib. 2. de duob. fratribus à Capitaneo inueſtitis, ibi, eo videlicet tenore, vt quemadmodum ipſi, vel eorũ hæredes maſculi viuerent, & maſculis deficientibus, fœminæ ſi ſupereſſent, feudum habe- rent, &c. Atqui ſtemm feudorum iure comprehenſum eſt, ſi quis pro ſe & heredibus ſuis maſculis & fœminis inueſtiturã accepit, poſt diſputationem tandem pro maſculo pronuntiatum eſſe, non parere locũ fœminæ in feudi ſucceſſiõe, donec maſculus ſupereſt ex eo qui primus de hoc feudo fuerit Inueſtitus, d. titu. 17. lib. 2 de eo qui ſibi vel hæred. ſuis. Vnde nõ difficulter cõijcimur ad hanc iuris diſpoſitionem, tam concedẽtem dominum quã impetrantem vaſallũ animi ſui cogitationes defixas habuiſſe: etiam hoc caſu, ſi conceſſum ſit feudũ pro ſe ſimul cum maſculis & fœminis, 28

vt non aliter niſi deficientibus maſculis fœminę ſuccederent, vtpote cùm tam concedēs dominus, quàm impetrans, iuris feudorum diſpoſitioni ſe conformare voluerint: dominus quidem, vt maſculos ad ſeruitia ſibi præſtāda obſtrictos haberet, pace, belloque, & fœminæ his deficiētibus admitterentur demū, putà propter ſeruitiū vel amorem patris, vel alia de cauſa, tit. 23. libr. 1. quemad. feud. ad fil. pertin. § ſi autem dominus ei dare voluerit propter ſeruitium & amorem patris: idq; naturali ratione ſuſtinetur: nam nemo ſuum iactare præſumitur, l. cùm de indebito, 25. ibi, qui enim ſoluit, nunquàm ita reſupinus eſt, vt facile ſuas pecunias iactet, & indebitas effundat ff. de probat. cum vulgatis.

29 Ex parte † quoque impetrantis, quoad feudi naturam non minor ſubeſt ratio, quod agnationi ſuę, & maſculis ex ſe deſcendentibus quilibet magis quàm fœminis proſpicere intelligitur, arg. l. peto, 69. §. fratre. ff. de leg. 2. l. pater. 35. § pater filios ff. de leg. 3. cum ſimilib. relatis in gloſſ. ibid. in verbo proponi, cum alijs quæ paſſim ab interpretibus & conſulentibus adferuntur, de ſtatutis excludētibus fœminas, donec maſculi extent.

Cum itaque ex natura feudi, ex affectione ſexus maſculini, denique ex ratione expreſſa ſeruitiorum pręſtandorum cōſtet fœminas ſucceſſiōe feudi arceri, pellique, nec aliter niſi beneficio concedentis, & precibus impetrātis ſuccedere, facilè intelligitur, per conceſſionem factam ſub verbis, maſculis ſimul cum fœminis hanc domini concedentis, & vaſalli impetrantis mentem & voluntatem non euerti: ſed hoc caſu mentem & voluntatem ſuperare & vincere verba, quæ ſemper ſecundùm ſubiectam materiam intelliguntur prolata, etiamſi verba ea duplicem habeant ſignificationem, arg. l. inſulam. ff. de præſcript. verb. l. ſi vno. ff. de locato. l. ſi ſtipulatus. ff de vſuris, gloſſ. in l. eius. ff. de condit. & demonſt. Roman. conſ. 376 nu. 10. Alex. conſ. 22. nu. 5. lib. 1. & latè Euerard. In Topic. loco a ſubiecta materia.

30 Ex † quo manifeſtum eſt, contra naturam feudi, contra interpretationem prudentum, malè conſtitui differentiā inter verba, pro ſe & hæredib. maſculis & fœminis, & deinde, pro ſe & maſculis ſimul cū fœminis, cū eiuſmodi interpretatio aduerſetur Paulo & Pōponio, & alijs iuris authoritatibus, ac ipſius etiam feudi naturæ ac proprietati obſtet. Cùm tamen inueſtituræ verba ita ſemper intelligenda ſint, vt, quoad fieri poteſt, iuris communis regulis, & naturæ feudorum non derogent, l. 2. C. de noxal. act. & c. cùm dilectus. extra, de conſuetu. Quod de feudo accepto pro ſe & hæredibus maſculis & fœminis dictum eſt, idem obtinet in emphyteuſi accepta pro ſe & ſuis filijs maſculis & fœminis, intelligitur enim accepta ordine ſucceſſiuo, ita vt primò maſculi ſuccedant donec extent, & poſteà fœminæ, ita expreſſè Barto in l. iuriſiurandi. §. ſi liberi, nume. 5. ff. de oper. libert. & Bar. conſ. 60. Anch. conſi. 413. Ang conſi. 184. Corn. conſ. 145 col. pen. Imo in c. potuit, nume. 69 extra, de locato. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum, nume. 131. extr. de conſtit. Iaſ. in l. 1. nume. 187. C. de iure emphyt. Brun. in tracta. excludente fœm. in 8. artic. princ. in 22. queſt. num. 104. & nume. 106. refert. & ſequitur Tyber. Dec. conſ. 30. num. 42. lib. 3.

CAPVT XX.

Conceſsio feudi vel emphyteuſis certæ lineæ facta, finita linea finitur conceſſio: & ſimul explicantur coniunctæ quæſtiones, præſertim in cauſa meliorationum.

SVMMARIA.

1 *Conceſſio certa lineæ facta, ea finita interit.*
2 *Frater non ſuccedit fratri in feudo à patre primùm accepto.*
3 *Emphyteuſis certæ lineæ conceſſa ea interempta redit ad dominum.*
4 *Permiſſum ad tempus poſt tempus cenſetur prohibitum.*
5 *Conceſſo feudo aut emphyteuſi ad certas generationes perſona impetrans in numero eſt.*
6 *Meliorationes feudi, linea cui feudum conceſſum extincta hæredum ſunt. & nu. 7.*
8 *Impenſæ vtiles & neceſſariæ in rem alienam bonā fide factæ repetuntur.*
9 *Feudo aperto retentionis ius obtinet ob meliorationes.*
10 *Ob meliorationes quatenus emphyteutæ retentio concedatur.*
11 *Meliorationes quomodo recipiantur.*
12 *Emphyteuſis ad meliorandum data redit cum meliorationibus.*
13 *Meliorationes in feudo fidei commiſſo ſubiecto, reſtituuntur.*
14 *Impenſæ in res dotales factæ reſtituendæ.*
15 *Colonus repetit impenſas & meliorationes.*
16 *Vſufructuarius vltra debitum rei quod impendit, repetit.*
17 *Emptor in caſu euictionis, reluitionis, aut retractus repetit impenſas.*
18 *Prædo quatenus res melior facta impenſas recuperat.*
19 *Impenſæ indifferenter ſiue per alium, ſiue per ſeipſum factæ repetuntur.*
20 *Poſſeſſores tam malæ quàm bonæ fidei, quas & quando impenſas repetant, remiſsiuè.*
21 *Impenſæ neceſſariæ, vtiles & voluptuariæ quæ, remiſsiuè.*
22 *Impenſæ an æſtimandæ tempore reſtitutionis. & nu. 25.*
23 *L. domus. 58. ff de leg. 1. examinatur. nu. 24. 25. & 29.*
26 *Principium cuiuſque rei conſiderandum in quolibet contractu.*
27 *Delicti commiſsi pœna, reluitione ante condemnationem facta, emptori debetur.*
28 *Ad primordium tituli poſterior formatur effectus.*
30 *Impenſæ modicæ quandoq; non reſtituuntur.*
31 *Retentionis ius habet hæres impendentis quoad refundantur.*
32 *Meliorationum nomine quid veniat.*

AXIO.

AXIOMA VIII.

1 COnceſſio feudi vel emphyteuſeos, aut
alterius rei, lineæ certæ facta, linea fini-
ta, finitur conceſſio, & res ad dominum re-
uertitur, excluſis alijs agnatis, cognatisve, ſe-
cundùm conceſſionis modum. In conceſſio-
ne feudi res eſt aperta, tit.8.lib.1.de ſucceſſ.feu
2 di. in fin. In alio † vero feudo, quod habuit
initium tantùm à fratribus, non ſuccedit v-
nus alteri, ſiue vna inueſtitura, ſiue duabus,
niſi hoc fuerit dictum expreſſim, vt alter alte
ri ſuccedat, tit.14.lib.1.de feudo Marchiæ. Si
duo fratres, inquit, tex. ſimul inueſtiti fuerint
de beneficio nouo, & non de paterno, ſi vnus
eorum ſine deſcendentibus maſculini ſexus
mortuus fuerit, dominus ſuccedit, nō frater:
niſi pactum fuerit in inueſtitura, quòd frater
fratri ſuccedat, per pactum enim frater ſucce-
dit, non dominus. & iterum tit.20.lib.1.de be
neficio fratris, & qualiter frater in benefic.
fratris ſuccedat. ſi quis acquiſiuerit beneficiū,
& ſine filio maſculo mortuus fuerit, & fra-
trem reliquerit, frater nō ſuccedat fratri, ſed
dominus habeat, niſi per inueſtituram à do-
mino ordinatum fuerit, vt frater ſuccedat
fratri, ſi mortuus fuerit ſine hærede maſculo,
vel ſuccedat frater fratri morienti ſine filio:
vel niſi beneficium de communibus bonis
fuerit emptum, vel vtriuſque nomine domi-
no ſciente, ſi in ſimul ſteterint, vel in hoſtem
regis acquiſiuerint, & iterum alibi, tit.12.lib.
2.de fratribus de nouo beneficio inueſtitis:
ſi duo fratres de nouo beneficio, & non de
paterno ſimul Inueſtiti fuerint, vno ſine hæ-
rede defuncto, ad alterum non pertinet eius
beneficij portio, niſi facta fuerit eo pacto in-
ueſtitura, de qua re latè feudiſtæ in præcita-
tis locis.

3 Idem † eſt in conceſſione emphyteuſeos,
linea enim finita, emphyteuſis reuertitur ad
eccleſiam, vel dominum: putà, aliquis eſt in-
ueſtitus pro ſe filijs & nepotibus, ſi vel ipſe de-
cedat abſque filijs, vel ſi moriatur relictis fi-
lijs, qui deficiant, nec filios relinquant, res
propter lineam finitam ex pacto iterum de-
uoluitur, & redit ad Eccleſiam, §. emphyteu-
ſin. Authen. de non alienand. vel permutan-
dis rebus Eccleſiaſtic. deficiente enim linea,
deficit conceſſio. & conceſſionis cauſa ceſſan
te, ceſſat & ipſa conceſſio. Matth de Afflict. in
titu. ſi de feudo fuerit controu. inter dom. &
agnat. §. morib. num.3. prout refert Tyraq. in
tract. ceſſante cauſa. verb. cōceſſionis, & con-
ceſſum ad tempus, poſt illud tempus cenſe-
tur eſſe prohibitum, vel vt Barto. ait, permiſ-
4 ſum † ad tempus, poſt tempus videtur prohi-
bitum eſſe, l. ſtatuliberum. 11. §. Stichum. ff. de
legat.2.l. ſi in emptione. 34. §. ſi emptio. ff de
contrah. empt. l. Stichum aut Pamphil. ff. de
ſolut. Caſtrenſ. conſ.68 in princ. libr. 2. Corn.
conſ.76.nu.9.lib.2. Riminal. conſ.124.nu.18.
lib.1. Berous conſ.102.num 24.lib.1. Iul. Clar.
lib.4. ſentent. §. emphyteuſis, quæſt.42. Anto.
Gabriel. libr.3. de iure emphyteu. concluſ.1. &
nouiſſimè Aurel. Corbul. de iure emphyt.
cap.12. in prin. quemadmodum quoque reſo-
luto iure dantis reſoluitur ius accipientis.

Quæſtiones circa hoc axioma.

Primò diſputatum † eſt à noſtris, ſi con- 5
ceſſio in feudum vel emphyteuſin fuerit fa-
cta ad certas generationes, putà ad tertiam,
vel ad certas perſonas, vtpote alicui, filijs &
nepotibus, an perſona illius, cui eſt facta con-
ceſſio, cenſeatur incluſa in prima generatio-
ne, vel an à perſona deſcendentium incipiat
generatio? Quæſtio hæc ex ijs eſt, quæ diſcre-
pantibus ſententijs tractatur, maioribus ta-
men votis obtinuit perſonam illius, cui fa-
cta eſt conceſſio comprehendi in prima ge-
neratione. Bald. in l.2. in princip C. de iure
emphyt. & ibi Salycet. colum. penult Angel.
in §. adeò. Inſtit. de locat. Caſtr. in Authent. ſi
quas ruinas, colum. fina. C. de ſacroſanct. ec-
cleſ. Imol. in l. quod dicitur, col.9 ff de verb.
obliga Corn. conſ.51 num.4. lib.3. & conſ.283.
col.3. lib.4. & nouiſſimè Gabriel. in commu.
opin. libr.3. de iure emphyt. concl.4. contra-
riam ſententiam & ampliationes, ac limita-
tiones referens.

Secunda quæſtio eſt, feudo † per finitam 6
lineam ad dominum deuoluto, ſi à vaſallo,
vel ædificijs, vel cultura agrorum & vinea-
rum, aut ſimilium rerum in meliorem ſtatū
redactum ſit feudum, ad quos pertineat aug-
mentum? vel acceſſio, an ad dominū, an hæ-
redes vaſalli? Quæſtio hæc proponitur iure
feudorum duplici loco, diſpari tamen opini-
one, in tit.8.lib.2. de inueſtitura de re aliena fa
cta. §. econtrariò. Quæſitum fuit, ſi vaſallus
vel precio, vel dolo, vel incuria ſeruitutē rei
beneficiariæ imponi patiatur, & ad dominū
ex qualibet cauſa poſteà beneficium reuerta-
tur, an ex eo domino præiudicium genere-
tur? reſponſum eſt, vt vaſallo quidem, donec
feudum tenet, poſſit obeſſe. domino autem,
etſi per longa tempora perſeuerauerit ſerui-
tus, minimè noceat. Ecōtrariò, inquit textus,
ſi quid feudi à vaſallo additum ſit, quod per
ſe ſubſiſtere poſſit, id eſt vt per ſe cenſeatur, vt
prædium, id non accreſcit feudo. Si verò per
ſe non poſſit ſubſiſtere, vt ſeruitus, plerique
placet, feudo accedere, & ſicut partem diſpo-
nendam eſſe, meliorem namque conditionē
feudi facere poteſt: deteriorem verò ſine do-
mini, vel eorum agnatorum, ad quos venit
per ſucceſſionem, facere non poteſt. alio au-
tem loco, aliter iure feudorū comprehenſum
eſt,

eſt,tit.28.lib.2.hic finitur lex,& incip.conſue-
tud.regni.§.ſi vaſallus in feudo aliquod ædi-
ficium fecerit, vel ipſum ſua pecunia melio-
rauerit,& cõtigerit poſteà, vt vaſallus ſine fi-
lio maſculo decedat, dominus aut patiatur
ædificiũ auferri, aut ſoluat preciũ meliora-
tionis, idẽ dico,ſi precio ſeruiturẽ fundo ac-
quirat, quidam alij dicunt,omninò ad domi
num pertinere.

7 Diuerſitas † hæc ſententiarum apud Iuris
feudorum autores,propagata eſt ad interpre-
tes eiuſdẽ iuris,inque varias ſimiliter opinio-
nes ſciſſa,quam diſputationem,quia inſtitutę
tractationis non eſt,commodiori loco reſer-
uo.Breuiter frequẽtioribus ſuffragijs obtinuit
ſumptus meliorationis per vaſallum in feu-
do factos, poſſe à domino, ad quem feudum
deuolutũ eſt repeti per hæredes vaſalli. Matt.
de Afflict. poſt Andr.de Iſer. & Aluarot.in d.
tit.hic finitur lex. cum multis cõcordant.tra-
ditis per Corn cõſ.147.lib.2. & Brun. cõſ.105.
nu.7.& conſ.106.nu.2.Pariſ.conſ.2.nu.51.cõſ.
4.nu.40.& conſ.22.nu.68.& conſ.21.nu.9.lib.
3.Carol.Ruin conſ.14.nu.1.& conſ 24.nu.11.
& conſ.132.nu.40.lib.1.quæ deciſio duplici ra
tione ſuſtinetur, nam naturæ contrarium eſt
aliquem cum iactura alterius fieri locupletio
rem,l.nam hoc natura.ff de cõd. indeb. cum
concord. vel vt Pompon.ait : natura æquum
eſt, neminem cum alterius detrimento fieri
locupletiorẽ, & vt alibi ait, iure naturæ æquũ
eſt, neminem cum alterius detrimento fieri
locupletiorem,l.iure naturæ.206 ff.de reg.iu-
ris, quam regulam Pontifex ſequitur: locu-
pletari non debet aliquis, cum alterius iniu-
ria vel iactura,c.locupletari.de regul.iur. lib.
6.cum concord. à gloſſ.in præcitatis locis ad-
8 ductis: deinde † ſumptus bona fide vtiles &
neceſſariò in re aliena facti,vel in re ſua, quæ
ad alium tranſitura eſt,repeti poſſunt.ita Pau
lus in l.ſin autem.27.§.in rem petitam. & Cel
ſus in l.in fundo alieno.38. in princ. ff. de rei
vend.l. ſi quis ſciens.verſ.ſanè eum qui bona
fide poſſidens hoc fecerit, per doli mali exce-
ptionem contra vindicantem dominum ſer-
uare ſumptus, iuris authoritate ſignificatum
eſt,C.eod.titu. & l.ſi in area. 16.C. eod. tit.l.ſi
in area.33. in fin.ff.de condict.indeb. l.domi-
nus horreorum.§.1.& l.penult.ff.locati.l.qua
ratione.ff.de acquirend. rerum domin.l.do-
mus,l.ſenatus.§.Marcellus.ff.de legat 1.§.cer-
tè.§.ſi Titius. Inſtit.de rerum diuiſ. gloſſ.in l.
ſi quis rem.ff.de acquirend. poſſeſſ. & in l.co-
lonus.in fine.ff.de vi & vi armat. & in l.ſi ne-
ceſſarius. in prin .ff.de pignor.act.

9 Quod † ius retentionis ob meliorationes
factas in feudis non tantùm obtinet, ſi feu-
dum ad dominum redierit, ſed etiam quan-
do ad agnatos deuoluitur. Brun.d.conſ.105.
& 106.idq; non tantùm iure feudorum in feu
dis ſtatuitur, ſed etiam obtinet in emphyteu-
ticis rebus, l.3.in princ.ibi,minimè licere em-
phyteutæ ſine conſenſu domini melioratio-
nes ſuas alij vẽdere,& §.2. ibi, diſponimus at-
teſtationem domino tranſmitti, & prædice-
re,quantum precium ab alio reuera accipi po
teſt,& §.fi.C.de iure emphy. & ibi Iaſ.nu 8.&
in l. 2.num.27.& ſeq.C.eo.tit. & in Auth. qui
rem.in fi.C.de ſacroſ.eccl.Dd..in l.ſenatus.§.
Marcellus.ff.de leg.1.& recentiores cumulan
tes ad eam rem plurimorum autoritates.Me-
noch.de recuper.poſſ.in remed.15.nu.502.Ca-
rol.Molin in cõſ.Pariſ.glo.5.nu.77. Iul.Clar.
de iure emphyteutico,quæſt.88.

Quantum † tamen ad emphyteutam atti- 10
net, res cum moderatione eſt intelligenda,
nempè, quòd emphyteuta , licet melioratio-
nes eius ſint,non aliter tamen eas alienarẽ po
teſt vel vendere, niſi prius facta denuntiatio-
ne domino directo, d.l.3.C. de iure emphyt.
ibi,minimè licere.de qua re Iaſ.ibid.d.num.8.
Imol.in c.potuit.nu.8.ext.de locato.& nouiſ-
ſimè Corbulus in tract.de iure emphyt.ca.14.
ampl.39. Secundò,niſi emphyteuſis ſit com-
miſſa,vel finita ob commiſſum delictum, pu-
ta propter non ſolutum canonem : quo caſu
omnia emolumenta facta perdit.Bal.in d.l.2.
nu.2.Iaſ.nu.8. Tertiò,niſi pacto eſſet conuen-
tum , vt extincta emphyteuſi , vel tẽpore vel
generatione, melioramenta domini mane-
rent,Iaſ.d.l.2.num.28.ibi,vbi dicit ſe habuiſſe
quæſtionem de facto : cùm quædam Eccleſia
cõceſſiſſet aream in emphyteuſin, eo pacto,
vt fieret ædificium, & quod finita generatio-
ne ædificium vnà cum area ad eccleſiã tran-
ſiret,quòd tale pactum valeat & debeat obſer
uari,per d.l.3.Vnde idem Iaſon tradit genera-
lem regulam:emphyteuta cadens ab emphy-
teuſi, propter canonem non ſolutum perdit
omnia emolumenta quæ fecit : ſecùs tamen
eſt,ſi emphyteuſis ſit finita per generationẽ,
vel per tempus,niſi pactum factũ eſſet in con
trarium,quòd benè valeret,d.l.3.nu.27. ſubij-
cit quæſtiones. Primò † eo caſu, quo emphy- 11
teuta non perdit melioramenta,an dominus
habeat facultatem, vel pati, quod ædificium
factum,ſeu melioramenta tollantur,vel ſol-
uendi omnes expenſas,quas emphyt.fecit.itẽ
emphyteuta an poſſit tollere, vel leuare, du-
rante emphyteuſi melioramẽta quæ fecit,Iaſ.
ibid. nu.38. itẽ, an emphyteuſi finita per tem-
pus, vel generationem, poſſit emphyteuta
petere nedum melioramenta, aut eorũ æſti-
mationem,ſed etiam quoſcunq; ſumptus ne-
ceſſariò factos in re emphyteutica:an emphy
teuta ædificans in ſolo emphyteutico, videa-
tur ædificando donare.quò etiã pertinet quę-
ſtio de ęſtimatione melioramentorũ,an om-
nes impenſas factas in melioratione reſtitue-
re debeat, an verò illas tantũ quas fecit ad re-

parationem vel conſeruationem rei emphy-
ticæ, ob quas res emphyteutica plus valet eo
tempore quando ad dominũ reuertitur: quæ
quæſtio rractatur à Baldo, & Aluar.in §.ſi va-
ſallus,tit.hic finiiur lex, Ruin.conſi.14.nu.4
Roland.à Valle conſ.28. lib.1.& exactè à Me-
noch.d.remed.15.num.557. refereus plurimas
authoritates, & nouiſſimè ab Harr.quæſt.42.
nu.14. quo Lectorem remitto,deniq; de me-
liorationibus reſtiiuendis, adijcit Matth. de
Afflict.hanc limitationem: niſi emphyteuſis
12 † data ſit ad meliorandũ: hoc enim caſu tran
ſire cum principali in dominum directum,
quia data fuit res emphyteutica ad melioran
dum,vt in l.2,C.de lure emphyt. & in Auth.
de non alienan.reb.eccleſ.§.ſcire.& in Auth.
de alien.emph. §.ſi verò, ſecùs ſi data ſit non
ad meliorandum,ita Afflic.in d.§.ſi vaſallus,
num.6.

Tertiò ampliatur concluſio de meliora-
mẽtis factis in feudis etiam ad fideicommiſ-
13 ſa:Licet †enim melioramenta facta in feudo
fideicommiſſo ſubiecto cedant ſolo: attamẽ
reſtitui debent & ſolui à fideicommiſſario, l.
domus,55.cum trib.ſequentib.ff.de leg.1.& ibi
Bar.Bal.& præ cæteris copioſè Iac.Menoch.
d.remed. 15.nu.507. referẽs Carol. Mol. in gl.
5.nu.75.Tyraq.de retr.conuen.§.7.glo 5.nu.4.
& l.ſi vnquam verb. reuertatur, nu. 289.C.de
reuoc.donat.Boer.qnæſt.44. nu.19.Curt.Iun.
conſ.6.in fi.Rol.conſi.28.nu.17.

14 Quartò,idem † eſt in marito,ſi aliquid im
pendit in fundo dotali, nam & hinc vel hæ-
redibus eius impendia ſunt ſoluenda. Planè
ſi nouam villam neceſſariò extruxit,vel vete-
rem totam ſine ſua culpa collapſam reſtitue-
rit,erit eius impenſæ petitio. Simili modo &
ſi paſtina inſtituit, hæ enim impẽſæ,aut in res
neceſſarias,aut inutiles cedunt, pariuntq; ma
rito actionem, l. diuortio nunc ſub l.fructus,
7.§ impendi autem.ff.ſolu.matrim.itemque
ſi ædificium ruens,quod habere mulieri vtile
erat,refecerit: aut ſi olíueta deiecta reſtaura-
uerit: vel ſi ex ſtipulatione damni infecti no
mine,ne committatnr, prę́ſtiterit:vel ſi in va
letudinem ſeruorum impenderit: vel ſi vites
propagauerit, vel arbores curauerit:vel ſemi
naria pro vtilitate agri fecerit, neceſſarias im
pẽſas feciſſe videbitur,l.1.in fin.l.2.l.3.in prin.
ff.de impenſ.in res dot.fact.de quibus impen-
ſis vel meliorationibus, interpret. in d.l. do-
mus, vel nunc,in l.fructus.

15 Quintò ampliatur † in colono,nam colo-
nus, cum lege locationis non eſſet compre-
henſum,vt vineas poneret, nihilominùs in
fundum vineas inſtiuit, & propter earũ fru-
ctus denis ampliùs aureis annuis is ager loca-
ri cępit,quæſtionis fuit, ſi dominus iſtũ colo-
num fundo eiectum, penſionum debitarum
nomine cõueniat, an ſumptus vtiliter factos
in vineis inſtituendis cõputare poſſit.reſpon-
dit Scæuola, vel expenſas conſecuturum, vel
nihil ampliùs præſtaturnm eſſe,l.fi.in prin.ff.
locati.vnde Paulus pro ſentẽtia tradit,in con
ducto fundo, ſi conductor ſua opera aliquid
neceſſariò, vel vtiliter auxerit, vel ædificaue-
rit,vel inſtituerit,cùm id non conueniſſet:ad
recipienda ea quæ impendit ex cõducto cum
domino fundi experiri poteſt, l. dominus
horreorum,§.1.ff eo tit.

Sextò, † idem obſeruatur in vſufructua- 16
rio: cum enim ad quem vſusfructus pertinet
ſarta tecta ſuis ſumptibus præſtare debere,ex-
plorati iuris eſt:Proinde ſi quid vltra quã im-
pendi debeat erogatum potes docere, ſolen-
niter repoſces, inquit Gordianus, l. cum ad
quem,7.C de vſufr.

Septimò, eadem iuris ratio eſt in empto-
re, †à quo res vel euictione,vel iure retractns, 17
vel ex pacto redimendi auocatur: nam huic
ſimiliter impenſæ vel expenſæ, vel, vt vulgò
nominantur, meliorationes.in re empta fa-
ctæ ſolui debent, l intra vtile,39.§.fin.ibi,niſi
ſi maluerit omnes expenſas, quas bona fide
emptor feciſſe ſe approbauerit, ei præſtare.ff.
de minor.l.in fundo,38. vbi Celſus. in fundo
alieno quem imprudens emeras, ſi ædificaſti
aut conſæuiſti, deinde euincitur bonus iudex
variè ex perſonis cauſiſque conſtituet. Finge
& dominnm eadem facturum fuiſſe, reddet
impenſam,vt fundum recipiat, vſque eò dun
taxat,quò precioſior factus eſt,&c.ff.de re vin
dic.l.emptor,65.vbi Bar.Bal.Ang.& alij,ff.eo.
tit.cũ concordantib.iuribus,magno numero
relatis à Tyraq.in d.tract. de retr.cõuent.§ 7.
gl.1.&in l.ſi vnquã,in ver.reuertatnr,nu.235.

Octauò,idem obtinet in prædone†nam & 18
in huius quoque perſona habetur ratio im-
penſarum, ſed earum tantùm, ſi res melior
ſit facta, non enim debet petitor ex aliena ia-
ctura lucrum facere:Qua in re ſeparatur à bo-
næfidei poſſeſſore, qui neceſſarias & vtiles
deducit,licet res nõ extet,in quam fecit. Præ-
do autem neceſſarias tantùm,non etiam vti-
les deducit,vtpote qui ſciens in rem alienam
impendit, l. planè.38.ff. de petit.hæred. nam
vt Caius ſcribit, prædoni probè dicetur non
debuiſſe in alienam rem ſupernacuas impen-
ſas facere:vt tamen poteſtas ei fieret tollen-
dorum eorum, quæ ſine detrimento ipſius
rei tolli poſſunt, l.vtiles.39 ff.eod.titu. quod
etiam Alexan. reſcripſit, malæ fidei poſſeſſo-
res,eius quod in rem alienam impendunt,nõ
eorum negotia gerentes, quorum res eſt,nul-
lam habere repetitionẽ, niſi neceſſarios ſum-
ptus fecerint:ſin autem vtiles, licẽtia eis per-
mittitur ſine læſione prioris ſtatus rei eos au-
ferre,l.domum.5.C.de rei vendicat.de qua re
Menoch.in d.remed.15.nu.514.& 537.

Nonò†ac poſtremò,& generaliter,neq; re- 19
fert

fert ſumptusvel impenſas,vel mel'orationes
aliquis,vel ipſe,vel per alium fecerit. Molin.
d.gl.5.nu.87.per tex.in l.'demq;, in fi. & l.ſeq.
ff.mandati, l. ſed ſi plures §.'n arroga'o.ff.de
vulg.& pup. Menoch alios referēs,remed.15.
num 510.Quò pertinent etiam alij caſus,rela-
ti à Menoch.d.remed.15. à nu.500. vſq; ad nu.
20 557.vbi vndecim caſus adducit.Primò † de eo
qui cum titulo & bona fide ſumptus fecit ne-
ceſſarios: Secundò, de malæ fidei poſſeſſore,
an neceſſarios deducat,nu.514.tertiò,de bonę
fidei poſſeſſore, quoad vtiles impenſas,num.
517. Quartò, de bonæ fidei poſſeſſore quoad
voluptuarias impenſas,num.530. Quintò,in
poſſeſſore malæ fidei, quoad ſumptus neceſ-
ſarios,num 537. Sextò,quoad ſumptus vtiles,
nu.540 Septimò,in poſſeſſore malæfidei quo
ad ſumptus voluptuarios,nu.544.Octauò, in
poſſeſſore bonęfidei à principio,et poſteà ma
læ fidei,nu.546. Nonò,In malæ fidei poſſeſſo.
re ab initio,qni deinde curſu temporis factus
eſt poſſeſſor bonæ fidei,num.547.Decimò,in
poſſeſſore, qui nec malæ, nec bonæ fidei eſt,
ſed dubitat,num.548.Vndecimò,quid in ſolo
detentatore vt in colono,commodatario, &
ſimilib.quoad expenſas neceſſarias, num 550.
Duodecimò,in ijſdem quoad meliorationes
vtiles,nu.554.Decimotertiò,in ijſdem quoad
meliorationes voluptuarias,nu.556.

21 Quæ † autem dicantur impenſæ neceſſa.
riæ,quæ vtiles, quæ voluptuariæ, tradunt Iu-
ris autores. Gaius in l.vtiles,39.ff.de petit.hę-
red. Vlp.in l.5.in fin.in l 7.ff de impenſ.in res
dot.fact.& Paul.in l.6. in l.8.ff.eo.tit. & iterū
in l Inpenſæ, 79.ff. de verb.ſign. &`interpre.
tes.Bar.in l.impenſæ neceſſariæ.ff.de impenſ.
in res dot fact.& in l.pecuniæ.in fi ff.de alim.
& cibar.legat.& In l.impenſæ,&ibi Alciat.&
Brech.ff.de verb.ſign. Petrus Loriot.in l.fru-
ctus,in 4.col.ff de reg.iur.

Incidit quæſtio de æſtimatione meliora.
22 tionum,an ſecundùm † tempus reſtitutionis
rei:an verò ſecundùm illud tempus, in quo
factæ ſint,debeant æſtimari?Placuit,ſecundū
tempus reſtitutionis,prout refert Menoch.in
d.remed.15.nu.557. per reſponſ.Papiniani.do.
mus, inquit, hæreditarias exuſtas & hæredis
nummis extructas, ex cauſa fideicōmiſſi poſt
mortem hæredis reſtituendas,viri boni arbi-
tratu,ſumptuum rationibus deductis, & ædi.
ficiorum ętatibus examinatis,reſpondi,l.do-
mus.58 ff de legat.1. idque propter poſteriora
verba,ædificiorum ætatibus examinatis,quæ
verba de extantibus intelligenda ſunt.

23 Quæſtio † hæc inter alias ambiguas,nō mi.
nima eſt: tum propter varietatem lectionis
in poſterioribus verbis: tum etiam quantum
ad rem ipſam, vel ſubiectam materiā attinet.
Quantum ad verba legis attinet, in Contij e-
ditione,quę Florentinam imitata eſt,legitur,
& ædificiorum ætatibus examinatis: in alijs
codicibus legitur,ædificiorum quantitatibus
æſtimatis. in quibuſdā ædificiorū quātitatib.
extātibus,prout refert idem Menoch.in præ.
citato loco,nume.558. Anton. Auguſt.libr.3.
emendat. cap.1. ſequitur lectionem Pandect.
Florent.nempè,ædificiorum ętatibus exami.
natis.quod etiam facit Cuia.obſer. lib.6.cap.
3.vbi interpretatur dictionem,ætatibus,id eſt
amplitudine & magnitudine. quam Cuiacij
interpretationem notat Bodinus, de repub.
lib.4.cap.2.Ego quidem in hoc conflictu no.
ſtrorum, puto me nō peccare,ſi breuiter me.
am explicem ſententiam.

Id † primò apud me certum habeo, l.dó- 24
mus, & l.ſumptus fuiſſe duo capita, in Papi-
niani libro nono reſponſorum continua:vel
quæ continua oratione cohæſerunt, quæ de.
inde interpoſitis Pauli & Iuliani locis fuerūt
ſeiuncta. In primo quidem capite reſpondit,
domus hæreditarias exuſtas,& hæredis num-
mis extructas,ex cauſa fideicōmiſſi, poſt mor
tem hæredis reſtituendas, viri boni arbitra-
tu, ſumptuum rationibus deductis, & ædifi-
ciorum ætatibus examinatis, & ſic de domo
quæ exuſta eſt, & de nouo extructa: at quid ſi
ſumptus neceſſarij facti ſunt in reficienda
domo, à legatario cui domus eſt legata ſub
conditione. Subijcit itaque Papinianus,ſum-
ptus autem in reficienda domo neceſſarios à
legatario factos, petenti ei legatum,cuius po-
ſtea conditio extitit, non eſſe reputandos
exiſtimaui.Quo in loco Papinianus differen-
tiam cōſtituit inter fideicommiſſarium, qui
hæredi exuſtas domos extruenti,ſumptus vi-
ri boni arbitratu reſtituere debet, & inter le-
gatarium, qui legatam domum ſub conditi.
one reficit, cui ſumptus nō reputantur,ratio,
à Papiniano non adfertur: Accurſ. quidē pu.
tat, quaſi legatarius voluiſſet donare ea occa-
ſione,quia fecerat pendēte cōditione,aliquid
quidē Accurſ dixit. ſed Papin. ex natura con-
ditione enim exiſtente, res ab initio pro pu-
ra habetur, & ſic domum ſuam refeciſſe
videtur: Eſtque longè alia ratio hæredis ex.
uſtas domus extruentis, & legatarij reficien.
tis, nam hæres in domum reſtituendam im-
pendit.legatarius vero in ſpem conſequendę
domus,exiſtente conditione. Sed hæc huius
loci nō ſunt, hoc noſtri inſtituti eſt,meliora-
tiones an reſtitutionis,an factorum ſumptuū
tempore ſint æſtimandæ? quantum igitur ad
verba reſpōſi,in l.domus. attinet,puto dictio
nem, ætatibus, legendam ſtatibus, ita vt pro
diphthongo æ, ſubſtituenda ſit litera,s, quæ
depravatio facilè à ſcriptore committi po.
tuit.Quæ ſanè lectio ſermoni latino maximè
congruit ac conſentanea eſt, nam & ſtatum
totius mundi atque naturę Cicero dicit item
fixus & fundatus Reip.ſtatus : itē ſtatus Reip.

maximè iudicatis rebus continetur:item ſta-
tus vitæ:item, ſtatus temporum: item iis,qui
eodem ſtatu cœli & ſtellarum nati ſunt, eadē
accidere: item,res acerbas ita ferre,vt nihil à
natura diſcedas, inde retinere priſtinū digni-
tatis ſtatum:item declinare,demigrare,diſce-
dere de ſtatu ſuo & in ſimilib.quo etiā nomi-
ne noſtri iuris autores vtuntur, tit.ff.de ſtatu
hom. & ff.de ſtatulibetis, cum legib.ibidem,
& paſſim alibi Altera lectio quidem: ædifici-
orum ætatibus examinatis, ſermoni latino
conuenit æquè: quamuis enim proprietas re-
bus animatis tribuitur: attamē & omnes res,
& arbores, & regna habere ſuas ætatēs latinè
dicimus, quemadmodū vinere arbor, & mo-
ri dicitur:item arbor nouella, arbor vetula.
Sed iſta lectio in refectione ædificiorū ætate
& vetuſtate collapſorum,locum habet:in ex-
tructione autem nouorum,non,præſertim ſi
antiqua ædificia exuſta ſint, verùm hanc meā
lectionē lectori ſincerè dijudicādā relinquo.
25 Portò, †quantum ad ſenſum legis attinet,
communi ſententia regula & concluſio cer-
ta conſtituitur, melioramentorū æſtimatio-
nem faciendam eſſe, ſecundùm tempus reſti-
tionis, nō ſecundùm tēpus,in quo facta ſunt
melioramenta,ita poſt Bar.Ang.Caſtr.nouiſ
ſimè Iaſ.in d.l.domus, nu.4 cōmunē eſſe re-
ferens,& cōſulentes. Ruin.conſ.38 in fi. lib.1.
conſ.117.nu.2 3.lib.3.Curt.Iun.conſ.144.in fi.
Pariſ.cōſ.16.nu.85.lib.2. Rol.d.conſ.28.nu.14.
& cōſi.30.nu.6.plurimos alios citās. Boer. de-
ciſ.44.nu 17.& ſeq.Carol.Mol.in conſ.Pariſ.
tit.1.§.1.gl.5.nu 97.attamen rectè quidem cla.
riſſ.Menoch.ſentit,ex eo Papiniani reſponſo
minimè probari,quòd meliorātiōes æſtiman
dæ ſint, & reputandæ iuxta valorē temporis,
quo reſtitutio fit:non etiam quo impenſæ fa-
ctæ ſunt,in d.remed.15.nu.558.& ſequentib.vn
de multorum relatis ſententijs diſtinctione
rem componere nititur:an is qui fecit melio
rationes,ſit rei dominus, vel directus vel vti-
lis,vel reuocabiliter: an verò ſolus poſſeſſor,
qui fructibus vtitur, in domino putat obſer.
uandā eſſe,l.domos,& melioramentorū ęſti-
mationem viri boni arbitratu faciendā,con.
ſideratis omnibus temporib.hoc eſt,conſide-
rato principio temporis, quo is cępit impen-
dere,& medio tempore & pręſenti.In ſecūdo
caſu,cùm is qui impendit eſt ſolus poſſeſſor,
omnem impenſam deducet ea ratione, quia
nō tenebatur illas aliquo modo ſui cauſa fa-
cere,ſed quod egit, tāquàm negotiorū geſtor
domini egit, ideoq; non mirum ſi omnem
impenſam, vt fecit,detrahit, l.& in totū.ff.de
impenſ in res dotal.fact. Ego quidem in hoc
conflictu,opinionū de tempore ęſtimationis
faciendæ,puto ad tempus quo impenſæ factę
26 ſunt,reſpiciēdum:nam id † in iure noſtro re-
gulare eſt, initium cuiuſq; rei ſpectandū eſſe,
ita de contractib. Vlp. referēs ſententiā Pom-
ponij: Si tibi mandauero,inquit,vt rem ab a-
liquo meo nomine receptam cuſtodias, idq;
feceris,eſſe mandati actionem,qui eſt primus
contractus,l.1.§.idem Pompon.ff.depoſiti &
iterum Vlp.de mandato ex Labeone. Si pro-
curatorem dedero,nec inſtrumēta cauſæ mi-
hi reddat,qua actione teneatur? & Labeo pu-
tat,mandati eum teneri:nec eſſe probabilem
ſententiam exiſtimantium, ex hac cauſa agi
poſſe depoſiti:vniuſcuiuſq; enim contractus
initium ſpectandū eſſe & cauſam, l.ſi procu-
ratorem,8.in prin.ff.mandati quam regulam
Vlp.alibi repetit de ſocietate, ſi filiusfa.ſocie
tatē coierit, deinde emancipatus à patre fue.
rit:apud Iulianum quæritur, an eadem ſocie.
tas duret,an verò alia ſit. Si fortè poſt eman-
cipationem in ſocietatem duratum eſt. Iulia.
nus ſcripſit libro 14. Digeſt.eandem ſocietatē
durare: initium enim in his cōtractibus ſpe-
ctandum eſt,l.ſi id.58.§.ſi filiusfa.ff.pro ſocio.
ita etiam Hermogen.cauſam & originē con-
ſtitutæ pecuniæ nō iudicij poteſtatem præua-
lere,l.qui Id quod,33.in prin.ff.de dona.& Tri
phonin non titulus actionis, ſed debiti cauſa
reſpicienda eſt,l.tutor.69. ver.nam eius ff de
fideiuſſ. & Paul.in ſtipulationibus id tempus
ſpectatur,quo contrahimus,l.ſi filiusfam.78.
ff.de verb.oblig qui locus relatus eſt ad l.quæ
legata,18.ff de reg.iur. Sic etiā reſcriptum eſt,
filiumfa.qui aliquid mercatus erat, licet pre-
cium venditori ſtipulanti eum vſuris ſpon-
deat Senatuſconſulto Macedoniano non iu.
uari:nam in emptione & venditione non eſt
locus ſenatuſconſult. in quo non tam cauſa
oblgationis.quàm titulus actionis cōſideran-
dus, l.3.§.3 ff.ad S.C. Maced. idem de poſſeſ.
ſione reſpondit Vlp.non enim ratio obtinen
dæ poſſeſſionis, ſed origo nanciſcendæ exqui
renda eſt,l.clàm poſſidere,6.in prin.ff.de acq.
poſſ.& de alienationibus prohibitis Papinia.
alienationes enim poſt iudicium acceptum
interdictæ ſunt duntaxat voluntariæ,nō quæ
vetuſtiorem cauſam & originē iuris habent,
l.alienationes.13.ff.fam. herciſ. Quemadmo-
dum quoq; in pręſcriptionibus initij ratio ha
betur,l.vn.§.cùm autem. verſ. hoc tātum ob-
ſeruando,vt in his omnibus caſibus ab initio
eam bona fide capiat,C.de vſufr.transfor &
& Paul. initium vſucapionis intueri debe-
mus,ſicut in emptis rebus placuit, l. ſequitur,
4.§.de illo.in fine, de vſucap. & iterum in l.2.
in princip. Ibi, ſed debet etiam ſubeſſe cauſa
emptionis.ff.pro emptore, de qua re gloſſ in
d.l.vnic.§.cùm autem, verb.ab initio. Sicuti
etiam res, quæ lucratiuæ ſemel nomen, ex-
ordiumque ſortita eſt, licet ab eo qui ſuſce.
perat, ad alterum emptionis, vel cuiuſcun-
que contractus iure migrauerit, cum prædi-
cto deſcriptionis grauamine proculdubiò
transſe-

tranſferetur, d.l.1.§. res verò.C.de impon.lucrat.deſcript.lib.10.pariter in delictis quoque inſpicitur tempus commiſſi delicti, non ſententiæ, ita Vlpian. quotiens de delicto quæritur, placuit non eam pœnam ſubire quem debere, quàm conditio eius admittit, eo tempore quo ſententia de eo fertur: ſed eam cauſam ſuſtinere, quam ſuſtineret, ſi eo tempore eſſet ſententiam paſſus, cùm deliquiſſet, l.1. ff.de pœnis.cum ſimilib. prout latiſſimè proſequitur Tyraquel. in tracta. de retract. conuent.§.5.gloſſ.4.nume.21. vſque ad nume. 29. quo in loco diſputat quæſtionem.

27 Quia † mulctæ & pœnæ, itemque publicationes bonorum, fructus ſunt iuriſdictionis, quid ſi caſtrum cum iuriſdictione venditum ſit ſub pacto redimendi, ac emptore poſſidente, & durante facultate redimẽdi aliquis commiſit delictum, ex quo poſteà reuenditione facta condemnatus eſt, ob id delictum ad certam mulctam pecuniariam, cuius ea erit? emptoris ne, cuius tempore commiſſum eſt delictum, an venditoris vel conſanguinei, qui iam redemit, ante condemnationem, an verò inter ſe partientur? quę res in varias ſententias diſtracta eſt: ſed obtinuit, tempus commiſſi delicti ſpectandum, & ideo ad emptorem pertinere, argumentis in eam ſententiam adductis.

Denique quoad conſiderationem initij,
28 vulgata eſt, tritaque regula, ad primordium † tituli poſteriorem ſemper formari effectum, l.1.C.de impon. lucrat. deſcript.libr.10. cum concord.in gloſſ.in verb primordium. Neque id ſine ratione, quia finis habet neceſſariam conſequẽtiã à ſuo principio, l.3.§ ſcio, ff.de minor. & prima cauſa magis influit in cauſatum, quàm ſecunda, d.l.ſi filiusfamil.ff. de verbo oblig.l.2.§ id quoque.ff.de collat. bo.& l.quæ legata ff.de reg.iur denique, quia à tempore contractus oritur obligatio, l.1.l.2. ff.de obligat. & act. ita etiam in delictis à tempore cõmiſſi delicti orta eſt obligatio ad pœnam, l fin.C de ſent paſſ.l. Imperatores.ff.de iure fiſci.l.aufertur § fiſcus. ff.eod.

29 Quid † igitur obſtat, quò minus idem in impenſis vel meliorationibus factis dicamus, eo caſu quo res redit ad dominũ? nam & valor impenſarum, aut meliorationum decreſcere, vel augeri, quemadmodum ipſæ quoque meliorationes tempore vel negligentia vileſcere & attenuari potuerunt: vnde vtroque caſu obſtat naturalis ratio neminem eſſe alterius iactura locupletari debere, rectè itaq; Papin.reſpondit, in d. l. domos, in arbitratu boni viri verſari: & tãtùm de hac quæſtione.

30 Id † ſubijciendum eſt, quibuſdam caſibus impenſas vel meliorationes nõ retineri poſſe, nec reſtitui debere: nempè quando impenſæ ſunt modicæ, l.omninò.ff.de impenſ.item quæ factæ ſunt gratia colligendorum fructuum, l.diuortio §.impendia.ff.ſolut. matr. & ibi Interpretes. Menoch.d.remed.15.num. 519.poſtremò quando ob culpã à vaſallo commiſſam, ad dominum reuertitur, d.l.2. & ibi omnes.C.de iure emphyt.

Notandum eſt denique, hæredes † va- 31
ſalli vel emphyteutæ, aut illius qui meliorationes fecit, tamdiu feudum, vel emphyteuſin, vel rem melioratam retinere poſſe, donec meliorationes reſtituantur, argum.l.ſi in area.ff.de cõdic.indeb.l.ſi neceſſarias, in prin. ff. de pignor.act.l.ſi quis.& ibi gloſſ ff.de acq. poſſ.l.Paulus.ff de except.doli. Aluaro. Iſern. Afflic.in d.§.ſi vaſallus, titu. hic finitur lex. & incip.conſuet regni. meliorationum autem nomine continetur, ſi ædificium ruens refecerit: ſi olíueta deiecta reſtaurauerit: ſi vites propagauerit, vel arbores curauerit, vel ſeminaria pro vtilitate agri fecerit, l 1.l.3.ff.de impenſ.in res dot.factis, l.vtiles.39.ff.de petit.hered.& ibi glo in verb.nouale. Feudiſtæ in d. §.ſi vaſallus. Rol.conſi.28.lib.1.Neguz.in tracta.de pigno.in 4.memb.5.part.nu.11.

CAPVT XXI.

Deficere linea quando dicatur.

SVMMARIA.

1 *Deficere verbum in iure, & paſſim quid denotet, et nu. ſeq.*
2 *Verborum deficio, prodo, deſero, differentia.*
3 *Deficere dicitur quod fuit, & deſijt eſſe.*
4 *Antinomia inter Paulum & vlpianum, vtrùm deſinere dicatur quod non fuit.*
5 *Subſtitutio pia cauſa facta impuberi, eiusq; heredibus maſculis ſi impubes moriatur ſine prole, ſubſtitutio deficit.*
5 *Linea deſcendens à primo vocato non incipit.*

Nonum Axioma, in quo declaratur vera ſignificatio verbi deficere contra veterum ſententiam, & oſtenditur ἀντινομία inter Paulum & Vlpianum.

DEficere linea dicitur duobus modis: vno & propriè, quando nulli ampliùs in ea linea ſuperſtites ſunt: altero, & impropriè, quando nulli poſt primum, qui in ea linea eſt vocatus, ſunt nati: veluti, ſi linea maſculina vocata eſt, vel qui ſunt de linea maſculina maſculi, & omnes moriãtur: vel ſi primus vocatus, nullis natis maſculis decedat, linea deficere dicitur. Pro declaratiõe huius axiomatis, ſciẽdum † eſt, verbũ deficere apud latinos 1
autores, & in iure noſtro variè vſurpari ſolere, aliquãdo enim ſignificat idẽ quod deſum, & hoc ſolùm ab eo differt, quod deficio exigit accuſatiuum, deſum verò datiuũ. Cicero: quod ea me ſolatia deficiũt, quæ cæteris, quorum mihi exempla propono ſimili in fortuna non defuerunt: item dies me deficeret, & Lucret.lib.3.de natur.rerum, de Senio.

Claudicat ingenium, delirat linguaq́ue, mensq́ue,
Omnia deficiunt, atq́ue vno tempore deſunt.

Et Celſus, nam, cùm deficiant vulgaria & vſitata actionum nomina, præſcriptis verbis agendum eſt, l.2.ff.de præſcript. verb. ab hoc verbo deriuatur defectus, de quo in iure noſtro feruntur vulgata axiomata: defectus formæ inducit defectum conſenſus & voluntatis: item, defectus formæ maior eſt, quàm defectus perſonæ, tam in odioſis, quàm fauorabilibus: item defectus citationis, facit omnem actum iudicis ipſo iure nullum, qui neque per principem, neque ſtatutum ſuppleri poteſt, & ſimilia, aliquando pro deſciſcere, & ad hoſtes transfugere. Cice. deficere ab imperio. & alibi. iam duæ legiones ab eo
2 defecerant. vnde † diſtinguunt Grammatici verba deſero, prodo, deficio, vt dicant deſerere patronum, prodere patrem, deficere ſocium, iuris authores in militibus ſeparant deſertorem, proditorem, & transfugam, l. deſertorē. 3. l.non omnes.5 l.proditores.7.ff. de re milita. & iterum Cicero, intemperantia, quæ eſt à tota mente, & à recta ratione defectio. & iterum: difficile eſt amicitiam manere, ſi à virtute defeceris, aliquando pro eo quod attenuatur & debilitatur. ita Cice. defectio virium. adoleſcentiæ vitijs efficitur ſæpiùs, quàm ſenectutis. & iterum: animantes, cùm calor defecerit, tum interire, & in omni rerum natura id viuere, id vigere quòd caleat. ita etiam Vlpianus deficere facultatibus, dicit, l. ſi extraneus.33.ff. de iure dot. & Calliſtratus, debitores deficere, l. 3. §. multa. ibi, niſi principales debitores defecerint.ff.de iure fiſci. & Papinia. Si cautio medio tempore defecerit, l.Titio 73.ff.de condit.& demonſtr. inde defecta ætas, l. 3. §.ignoſcitur.ff de Senatuſconſulto Syllan. item defecta ſenectus, & defectæ ſenectutis homo, l.arboribus.12 §.de illo.ff. de vſufruct. & paſſim. denique deficere & exiſtere, oppoſita ſunt exiſtere dicitur id, quod eſt. deficere quod non eſt, vel non fuit: idemq́ue ſignificat, quod non exiſtere. ita de conditione. Marcianus ex ſententia Iuliani. Iulianus inutilem eſſe inſtitutionem ſcribit, cùm conditio exiſtere non poſſit, l. ſi Titius.16.ff.de condit. inſtit. & Florent. Si plures inſtitutiones ex eadem parte, ſub diuerſis conditionibus fuerint, conditio quæ prior extiterit, occupabit inſtitutionem, l.17.ff.eodem. & Vlpianus: Si primus adierit cum ſecundo, non extitiſſe conditionem, nequaquàm ambigendum eſt, l. in conditio.19.§.1.& §.fina ibi: Si primus hæres non erit: & ambo hæredes extiterint, legati conditio deficiet: Sed ſi alter hæres extitit, alter hæres non extitit, legatum debebitur. ff. de condition. & demonſtratio. & iterum Vlpianus, de conditione filiæ meæ, cùm nupſerit, &c. Si teſtator de primo nuptiali iugo ſenſit, puto defectam conditionem. Benignè tamen dicendum eſt, nondum impletam conditionem defectam, l. 10. §.1. in fine. ff.eod. & alibi Vlpian. Puto igitur exiſtente quidem conditione primi gradus, poſthumo potiùs locum fore: poſt defectum autem conditionis natus poſthumus, gradum nō rumpit: quia nullus eſt, l. nam etſi, in princip. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſtam. & Africanus. in teſtamento ita erat ſcriptum: Stichus, & Pamphila, liberi ſunto: & ſi in matrimònium coierint, hæres meus his centum dare damnas eſto. Stichus ante apertas tabulas deceſſit. reſpondit, partem Stichi defectam eſſe, ſed & Pamphilam defectam conditione videri, &c. l.31.ff.eod. titu. & Papinianus: nec ſi Titius, qui conditione defectus eſt, legatum repudiet, ea res mulieri proderit, l. mulieri, 74.ff.eod titu. Modeſtin. porrò in defectu conditionis, de ademptione hæreditatis cogitaſſe intelligitur, l.quidam. 27.ff.eod. & Iul. Si ſeparatim totus fundus purè tibi ſub conditione legatus fuerit, & tu deceſſeris, antequàm conditio extiterit, non habebo neceſſitatem implere cōditionem, vtpote cùm (etiamſi conditio defecerit) pars quam vindicaturus eras, mihi accreſcit, l. ſi ſeparatim. 30.ff. de conditio. & demonſtratio. & Paulus: ſed quaſi per heredem ſtet, quominùs pateat, poſſe petere legatum, quaſi extiterit conditio. l. Iulianus. 45 in fin. ff eod. & Gordianus. legatum alij ſub conditione ſic relictum: ſi vxor nuptui ſe poſt mortem mariti non collocauerit, contractis nuptijs, conditione deficit: ideoq́ue peti nequaquàm poteſt, l.1.C. de indict. viduit. de qua conditione in l. cùm tale. 72. §. ſi arbitratu. & l. mulieri. 74. l. auia.77.§. Titio. ff. de conditio. & demonſtrat. & Iuſtinianus in l. vnic. § & cum triplici modo ea quæ in vltimis elogijs relinquuntur, contingebat deficere, &c. & ibi: vel ipſum relictum expirabat, fortè quadam conditione, ſub qua relictum fuerat, deficiente & § ſin autē. verſi. quod ſi. ibi, vel eo ſuperſtite conditio deficeret. & §. ſed vt manifeſtetur, pro qua parte manere oportet hoc, quòd fuerit defectum. C. de caduc. tollen. & paſſim alibi.

Ex quibus locis manifeſtum eſt, deficere idem eſſe, quod non exiſtere, vel conditioni non parere, & defectam conditionem dici, quæ non impleta, vel non expleta eſt, vt loquuntur prudentes, l.4.l.24.l.25.ff. de condit & demonſtrat.

His præmiſſis, orta eſt inter noſtros diſputatio, an deficere dicatur id, quod nunquàm fuit, an ſolùm id quod fuit, & deſijt eſſe. Obtinuit, propriè † id dici deficere, quod fuit, & 3
deſijt eſſe: & ſic ſucceſſionem deficere, quādo omnes

omnes nati viuis exceſſerũt improprie, ſi nul-
li nati fuerunt, vel extiterunt. Accurſ. in l. nõ
poteſt 208. ff. de reg. iur. cui diſputationi locũ
dedit quæſtio in caſu ſubſtitutionis. putà, Ti-
tius ſubſtitutus eſt in caſum, ſi ex inſtituto de-
ficiãt maſculi legitimi. quid ſi nulli nati ſunt,
an videatur eueniſſe caſus ſubſtitutionis? & ſa-
nè non ſine ratione dubitatur. vtpotè † cum
4 Paulus ab Vlp. diſſideat: deſiſſe enim non vi-
detur, quod nec incepit, Inquit Paul. veluti Ti-
rio vſusfructus ſerui, & ſi ad eum pertinere de-
ſiſſet, libertas ſeruo data eſt. Titius viuo teſta-
tore deceſſit, libertas non valet, quia conditio
nec initium accepit. Paul. ergò & ſi viueret Ti-
tius, & capere non poſſet, Idem dicendum eſt.
l. Tirio. 96. ff. de condit. & demonſt. & iterum
Paul. ad legem Iuliam & Papiam: non poteſt
videri deſiſſe habere, qui nunquam habuit. l.
non poteſt. 208. ff. de regul. iur. quo etiam per-
tinent vulgata axiomata: priuatio præſuppo-
nit habitum, l. manumiſſiones. ff. de iuſtit. &
iure. l. decem. ff de verb. ſign. item, quod non
eſt, rumpi non poteſt l. nam etſi §. ſi poſt. ff. de
iniuſt. rupt. & irrit fact. teſtam. l. liberos § fin.
ff. de cap. min. item, qualitas non poteſt eſſe ſi-
ne ſubiecto. l. eius qui in prouincia ff. ſi cert. pe-
tat. l. ſi ſeruum. in fin. ff. de act. empt. de qua re
Cagnol. & Dec. in l. non videtur rem amitte-
re. ff. de reg. iur. E contrà Vlpian. deſinere per-
tinere, vſumfructum accipiemus, etiamſi nec
cœperit pertinere, quamuis legatus ſit: & com-
mittetur nihilominus ſtipulatio, quaſi deſi-
nat pertinere, quod nec cœperit, l. 3. in princ.
ff. vſufruct. quemad. caueat. Qua in re Paul. &
Vlpian. in eadem facti ſpecie, expreſſis verbis
diſſident, & quidem ita diſſident, vt concilia-
tionem tentauerit nemo. Quin & ipſe Paulus
immemor ſui, diuerſum ſcribit, cùm à poſt-
humo ita legetur: ſi hæres erit, & non nato
poſthumo, ſubſtituti adeant, legata eos debe-
re exiſtimandum eſt, quæ ille, ſi viueret, debi-
turus erat, l. ab exhæredati 126 §. fin ff. de leg. 1.
Rectius itaque faciemus, ſi Vlpianum Paulo
præferamus: Paulumque minimè ſibi conſtã-
tem ad mitiorem ſententiam reuocemus, id-
eoque dicamus, etiam hoc caſu ſubſtitutioni
locum fieri, etiamſi nulli nati ſunt maſculi: &
conſequẽter, verbum deficere, pertinere tam
ad caſum mortis vocatorum, quàm ad caſum
non natorum. Sed ex communi quidem om-
nium ſententia, propriè quo ad caſum mor-
tis, impropriè quo ad non natos. ita Dec. in d.
non videtur, num 4. Ruin. conſ. 4. colum. 1. &
2. libr. 3. Pariſ. conſi. 20. num. 21. libro 3. Socin.
conſi. 181. num. 23. 25. libro 2. latè de defectu, vel
vt noſtri loquuntur de deficientia, vel caren-
tia lineæ. Simon de Prætis de interpret. vltim.
volunt. lib. 3. ſolut. 11.

5 Hinc alia † promanat quæſtio circa hoc a-
xioma: Inſtituto hærede, eique ſubſtitutis fi-
lijs maſculis & deſcendentibus in Infinitum,
cum prohibitione alienationis, & onere do-
tandi fœminas. quod ſi linea maſculina finia-
tur, eodem modo fœminas, quæ ſupereſſent,
voluit ali & dotari, & reſiduum ad pias cau-
ſas dari: mortuo inſtituto ante pubertatem,
cùm liberos gignere non potuerit, & ſic linea
maſculina non cœperit, an ſit locus ſucceſſio-
ni ab inteſtato: an verò ſubſtitutionis caſus
in fauorem piæ cauſæ euenerit? Quæſtio hæc
quæ in facto contigit, à duobus ſummis viris
eſt tractata: à Pariſio conſi. 74. lib. 3. ab Alciat.
conſ. 46 lib. 9. Sed re in vtramque partem di-
ligenter, acriterque diſputata, in eo reſident,
mortuo inſtituto ante pubertatẽ, caſum ſub-
ſtitutionis euanuiſſe, & ſucceſſioni ab inteſta-
to locum apertum eſſe. ita vt inſtituti paren-
tes & fratres admittantur, ſecundùm authen.
defuncto C. ad Senatuſconſult. Tertyl. exclu-
ſa pia cauſa vtputà cum dictæ conditiones ad-
impletæ minimè fuerint, ſed defecerint, l.
quin hæredi § fin. l. Mænius. ff. de condit. &
demonſtr. Bartol. & alij in l. Gallus. §. & quid
ſi tantum ff. de liber. & poſthum. teſtator e-
nim differentiam expreſſam conſtituit inter
lineam maſculinam deſcendentem ex Inſti-
tuto, & inter ipſum inſtitutum. nã poſt mor-
tem huius ſubſtituit filios maſculos Ipſius, &
omnes maſculos in infinitum deſcendentes,
per lineam maſculinam, & demum dicta li-
nea finita, vocauit piam cauſam, vnde colli-
gitur teſtatorem vocaſſe inſtitutum, non vt
in lineam conſtitutum, ſed vt ſtipitem à quo
linea maſculina deſcenderet ac deriuaretur.
vnde apparet, piam cauſam ipſi non ſubſtitu-
tam, ſed finita linea maſculina. Cùm igitur di-
cta linea initium non habuit, verè finiri non
potuit. d. l. non poteſt videri. ff. de reg. iur. arg.
l. decem ff. de verb. oblig. & l. nam etſi. § poſt
defectum ff de iniuſt. rupt. & irrit facto teſta-
ment. Vnde conſequitur, quia caſus iſte quo-
ad inſtitutum fuit omiſſus à teſtatore, reman-
ſiſſe eum in diſpoſitione iuris communis. l. ſi
extraneus. ff. de condit. cauſa data. l. commo-
diſſimè, ff. de liber. & poſthum. cum alijs cita-
tis ab interpr. in l. Gallus §. & quid ſi tantum.
ideoque inſtituto mortuo in pupillari ætate,
patrem huius ex diſpoſitione iuris commu-
nis ſuccedere §. ſi igitur. authen. de hæredibus
ab inteſtat. venientib. authen. ceſſante, C. de le-
git hæred. cum alijs, de quibus Pariſi. d. conſi.
74 à num. 7. vſque ad finem. & Alciat. d. conſ.
46. lib. 9.

Ex ſuperioribus † itaque per conſecutio- 6
nem colligitur; primò, lineam deſcenden-
tem incipere non ab ipſo vocato, ſed à primo
eius deſcendente. item, lineam quæ non in-
cepit, non poſſe finem accipere, vt infrà dice-
tur.

CAPVT XXII.

Defecta vel finita linea, an dominus alios agnatos petentes inueſtituram, admittere debeat.

SVMMARIA.

1 *Feudo aperto defectu lineæ vel generationis, dominus alios agnatos remotis extraneis, an admittere debeat, & nu. 3.*
2 *in Emphyteuſi generatione finita, cognatus, ſi extranei, in noua conceſſione præferantur, appellari poterit.*

X. AXIOMA.

1 DEFECTA vel † finita linea, morte, vel generatione, vel alias vi pacti, & re feudali vel emphyteutica ad dominum reuerſa, dominus alios agnatos petentes renouationẽ admittere debet, remotis extraneis etiam inueſtitis. Accurſi. in l. 1. §. permittitur. in verb. impetrabile, id eſt, facilè poteſt impetrari, & debet ei facilè concedi, & eſt ſimile hoc inueſtituræ feudorum: mortuo enim vaſallò, facilè poteſt impetrare hæres maſculus inueſtituram, quia debet ei dari, & debet iurare. ff. de aqua quotid. & æſtiu. & ibi Bart. vbi concludit, quod ſi noua conceſſio denegetur, ad ſuperiorem poſſit appellari, vt cogatur dominus renouare, & idem ſcribit Bartol. in l. 1. ff. de priuileg. credit. & in l. Imperator, in fin. vbi not.
2 quod † quando res reddi debet in cauſam emphyteuticam, quia eſt finita emphyteuſis vſq; ad tertiã generationem, & veniunt extranei, qui rem ſibi dari poſtulant, præferuntur cognati in quarto gradu, & ſi domini id non faciunt, poteſt ab eis ad ſuperiorẽ appellari, & idẽ Bart. in l. ſi mihi & Titio, & ibi latè Alex. column. penult. Aretin. col. 4. ff. de verb. obligat. Roma. in l. 2. in prin. ff. ſolut. matr. & in l. prętor. §. fin. ff. de noui oper. nunc. cum multis alijs relatis ab Ant. Gabrielio lib. 3. concluſ. de iure emphyteutico. concluſ. 1. Emphyteuſi finita per generationem deſcendentes eius cõfirmatiõem petere poſſunt, & nouiſſimè Burſatus ex communi ſententia, conſ. 60. num 26
3 lib. 1. Quam communem † ſententiam in feudo deuoluto ad dominum, improbat multis in eam rem adductis rationib. Hartmannus Piſtoris lib. 2. quæſtionum. parte poſter. quęſt. 44. num. 10. & ſeq.

CAPVT XXIII.

Axiomata generalia de ſignificatione lineæ cognationis in cauſa ſucceſsionis.

SVMMARIA.

1 *Linea cognationis non dicitur à primo acquirente.*
2 *Linea maſculina à filijs, non à patre initium capit.*
3 *Linea quæ non capit, defecta, vel finita dici non poteſt.*
4 *Caſus à teſtatore omiſſus, manet in diſpoſitione iuris communis.*
5 *Linea patru maſculina à filio incipit, fœminina à filia.*
6 *Neptis ex filio, continetur linea maſculina, & eſt agnata.*
7 *Statutum excludens filiam exiſtente filio, non comprehendit neptem ex filio.*
8 *Subſtitutio facta filio, ſi ſine filijs deficit exiſtente filia ex inſtituto.*
9 *Linea cognationis dupliciter accepta.*
10 *Auunculi hæreditati renunciare non videtur, renuncians hæreditati lineæ maternæ.*
11 *Linea propriè dicitur, quæ rectà ſurſum & deorſum tendit.*
12 *Hæreditas auunculi patris vel matris non eſt.*
13 *Linea cognationis continet vtrumque ſexum in ſucceſſione ab inteſtato.*
14 *Maſculinum non concipit fœmininum in materia differenti.*
15 *Linea vnius incluſio, eſt alterius excluſio, & contra.*
16 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
17 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
18 *Diſpoſitio limitata in maſculis, prohibita dicitur in fœminis.*
19 *Nominatio maſculorum facit excludi fœminas.*
20 *Extenſio difficilior de perſona in perſonam, quàm de caſu ad caſum.*
21 *Extenſio de perſona ad perſonam non fit in ſtatutis, neque in correctorijs.*
22 *Extenſio non fit in teſtamentis de perſona in perſonam.*

I. AXIOMA.

COgnationis † linea non dicitur à primo acquirente vel vocato, ſed ab eius deſcendentibus: ideoque ſi nulli deſcendentes ſunt, tunc primus acquirens vel vocatus, nullo modo lineæ appellatione continetur: ſicuti nec punctus, nec vna margarita, vel vna litera, lineam vel geometricam, vel margaritarum, vel literarum conſtituunt: eſtque aliud ſtipes, aliud rami ſtipitis, aliud generans, & aliud generatum: quemadmodum itaque apud Geometras, linea eſt longitudo abſque latitudine, cuius extrema ſunt duo puncta: quo exemplo etiam dicimus lineam margaritarum, quæ cõſtat ex pluribus margaritis, l. fin. in fin. ff. de auro & arg. leg. l. lineam, ff. ad legem Falcidiam. item lineam literarum, quæ conſtat ex pluribus literis, per verba ordine diſpoſitis: ita quoque per metaphoram dicitur linea in conſanguinitate, quæ ab vno ad alios, per quoſdam gradus protenditur. l. iuriſconſultus. §. ſunt & ex lateribus. ff. de gradib. & adfin. inde linea aſcendentium, deſcendentium, & collateralium. Vnde iterum, ſicuti in lineari numero non eſt vnitas tantum, vt inquit Boetius in Arithmetic. capite quinto, ita vbi vnica perſona eſt, non poteſt dici fuiſſe linea, cùm deſit extremitas. 1

Hinc vulgata theorica, † linea maſculina 2
& fœminina, à filijs, non à patre incipit. Carolus Ruinus conſi. 4. nume. 2. libro quarto. neque

neque mutat , negotiumque facit, quod linea
quandoq; accipitur contentiuè, id eſt, vt prin-
cipium quoque lineæ comprehendatur , arg.
l.familiæ.ff.de verb.ſig.quia hoc obtinet,quã-
do linea eſt in eſſe deducta , & principium eſt
generans,& habet generatum, Pariſ.conſ.74.
num. 2.lib.3.

II. AXIOMA.

3 Linea quæ nõ cœpit,nec in eſſe deducta eſt,
non poteſt dici defecta vel finita.d. l. Titio. l.
non poteſt videri,ff.de reg.iur. priuatio enim
præſupponit habitum.l.manumiſſiones.ff.de
iuſt.& iur.l.decem,ff.de verb.oblig. l.nam et-
ſi §.poſt defectum,ff.de iniuſt.rupt.&c.l.ex fa
cto,ff de hered inſtit l Titia,ff.de manum.te-
ſtam.& non entis nullæ ſunt qualitates.l.eius
qui.§.quod ſtipulatus.ff.ſi cert.peta. l.ſi ſeruũ,
§.1.ff.de actio.emp.cum vulgatis.ac eius quod
non eſt,impoſſibile eſt dari partem aut quali-
tatem.l.ſi quis cum totum.§.ſi ancillã.ff.de ex
cept.rei iud eorum etiam quæ non ſunt, nul-
læ ſunt cauſæ,l.adeò §.ſi tota.ff.de acq rer.do.
l.2.ff de vſufr.cum ſimil.& , non entium nul-
la eſt materia vel forma,l.4.ff.locati.Vnde in
cauſa ſucceſſionis ab inteſtato hoc caſu recur
ritur ad diſpoſitionem iuris communis. Ca-
4 ſus † enim à teſtatore omiſſus, remanet in di-
ſpoſitione iuris communis,& ſucceſſione res
deuenit ad cauſam inteſtati. l. ſi extraneus. ff.
de condict cauſa data.l commodiſſimè.ff de
liber.& poſthum.l.ſi cum dotem. ff.ſolut.ma
trimo. cum ſimilib. relatis per interpret. in l.
Gallus.§. & quid ſi tantum,ff.de liber. & poſt-
hum.Dec conſ.15 num.6.Tyber.Decia.conſi.
1.num.18.& nume.354. & quomodo intelliga-
tur,num.145.lib.1.& latè conſ. 2.num.17.lib. 2.
adducens autoritatem Baldi in l. proponeba-
tur,ff.de leg.2.in l.voluntatis.C.de fideic.Ale-
xan.conſ.130.in prin.lib.2.conſ.144.li.6.conſ.
212.col.2.eod.lib Soci.conſ.4.col.3. lib. 4. Iaſ.
conſ.140. col.1. & conſ.143. col.6. lib. 2. idem
Tyber. reſp.9.num.46.& reſp.61.num.6.& ali-
js conſ.Pariſi.conſi.40 num.14.lib.2.

AXIOMA III.

Sicuti linea paterna dicitur,cuius caput eſt
pater , materna autem cuius caput mater eſt.
Didac.in 4.decret. tit.de conſanguinit.num.5
poſt Socin. conſ.33.col. libr.3. Ruin conſ.23.
5 num.6.lib.3. Ita etiam † linea patris maſculi-
na incipit à filio maſculo, fœminæ à filia. Pa-
riſi.conſ.40 nu.43.li.2 Cephal.iun.conſ.664.
nu.24. per lineam maſculinam agnatio con-
ſeruatur:per fœminã finis fit agnationi. mu-
lier familiæ ſuæ & caput & finis eſt,inquit Vl-
pia.l.pronunciatio,in fin.ff.de verb.ſig. & fœ-
minarum liberos in familia earum non eſſe
palàm eſt;quia qui naſcuntur,patris non ma-
tris familiam ſequuntur, l. fœminarum. 197.
ff.de verb ſign §.1.Iuſtit.de legit.agnat.tut. &
paſſim interpretes.

IV. AXIOMA.

Sub † linea maſculina, continetur etiã nep 6
tis ex filio,& dicitur deſcendere ex linea maſ-
culina , & eſt agnata. ita Vlpian. ſi filius ſuus
hæres eſſe deſijt , in eiuſdem partem ſuccedũt
omnes nepotes,neptesve ex eo nati,qui in po
teſtate ſunt,quod naturali æquitate contingit.
l.1.§.ſi filius,ff.de ſuis & legit. & Iuſtinia. poſt
veteris iuris de conſanguinitate emendatio-
nem,ſancimus,inquit , omnes legitimas per-
ſonas,id eſt,per virilem ſexum deſcendentes,
(ſiue maſculini generis,ſiue fœmini ſint)ſimi
li modo ad iura ſucceſſionis legitimæ ab inte
ſtato vocari, ſecundùm ſui gradus prærogati-
uam,§.cæterùm,ff.de legit. agn. ſucceſſ. & idẽ
alibi,l.cum acutiſſimi , in fin. C.de fideicom.
gl.in d.l.Gallus §. nunc de lege Vellea in ver.
nam etſi,in fin.ibi , dic is qui faciet teſtamen-
tum,ita dicat , omnis virilis ſexus, qui ei ſuus
hæres futurus eſt , &c. ſcilicet hæres eſto : &
tunc etiam neptis ex filio videtur inſtituta,cũ
ſit per lineam virilem,ſecùs ſi ex filia, ff.de li-
ber.& poſthum.& ibi colum.2. Socin.num.1.
Iaſon num.9.14.15.19.poſt veteres Caſtr. & re-
centes,in l.voluntas , C.de fideicom. Alexan.
conſ.43.col.verſi ſed præmiſſis non obſtanti-
bus,lib.3.& conſ.53.num.5.libr.6. Socin.conſi.
227.num.5 lib.2.& conſ.81.num 2.& conſ.152.
lib.3.Dec.conſ.379.num.4.Pariſ.conſi.40.nu.
40.lib.2.Cephal ſen. conſ. 413. num.8. & Ce-
phal.iun.conſ.664.num. 23. Hinc † ſtatutum 7
excludens filiam exiſtente filio maſculo,non
excludit neptem ex filio Bald.in l.venia,C.de
in ius voc.Anchoran. in c. canonum ſtatuta,
verſ.his igitur,extr.de conſtitu. Albert.Brun.
in tracta. quod ſtatutis maſculis, artic.6.nu-
me. 142. Ita † quoque ſi teſtator inſtituat fili- 8
um.& ſi ſine filijs decederet, ſubſtituit ipſi ali-
os:filius inſtitutus reliquit filiam , & ſic teſta-
toris neptem ex filio,quæſtionis fuit , an nep-
tis ex filio excludat ſubſtitutos. Quæſtio hæc,
vario conflictu agitata,obtinuit vicitque tan-
dem ſententia,neptem ex filio excludere ſub-
ſtitutos,& ſubſtitutionem deficere, Bald.in l.
cum acutiſſimi,in princi. C. de fideicommiſ-
ſis.Caſtr.in l.filiusfamilias,§. cum quis, ff. de
legat.1.& ibi Cuman conſ.2.& cæteri omnes,
Caſtrenſ.in l.1 C.de condit.Inſert.Imola in l.
hæredes mei,§. cum ita,ff.ad Trebell.Curt.in
l.cum auus,num.8.circa fin.& ibi Socin. ff.de
condit.& demonſtratio.Caccialup.in l.gene-
raliter,§ cum autem,C.de inſtitut.& ſubſtitu.
Alciatus in l.quiſquis,& in l.Herennius, ff.de
verb.ſignific. Zuchard.in l.fin.nume.68. cum
plurib.ſequentib.C.de edict. diui Adr. tollen,
vbi poſt diſputationem exactam concludit,
hunc eſſe cõmunem.Anch.cõſ.120.in fi.Ana.
conſ.

conſ.22.incip.ad approbandam.num.3. & ibi Bolog.in addit.Curt.ſen.conſ.44.num.19.& conſ.63.num.13.Alex.conſ.36.lib.6.Bolog.inter conſilia Alexandri.conſ.53.lib.4.Corn.cõſi.230.num.8.per totum.& conſ.330.incip.quãquam in hac.nu.8.lib.3.Soc.ſen.conſ.55.incip. viſis conſilijs,lib.3 in ſpecie de conditione ſi ſine filijs,conſ.69.incip.viſo reſtam nu 5.eod. lib.& conſ.227.colum.pen.libr.2.Socin.iun. conſ.158.num.47.lib.2.conſ.13.lib.3.Iaſ.conſ. 142.incip.in præſenti conſult.lib.2.Ruin.cõſ. 124.& conſ.142.conſ.143.& conſ.144.lib.2.& conſ.98.& conſ.115.lib 3.Pariſ.conſ.38.incip. in hac.nu.27.lib.2.& conſ.41.incip.Ioannes teſtator.lib.3 & valdè eruditè Cephal.conſ.45 incip magnificus dom.& conſ.86.incip adhuc videtur.lib.1.& nouiſſimè Tyb.Dec.conſ. 1.num.157.verſ.decimoquintò.& nu.158.& 2. ſeq.lib.2.& Ant Gab.de commun.ſent.lib 4. de ſubſtitut.concl.2.num.3.verſ.contrarium. Quamuis non defuerint, qui diuerſum de iure reſponderint,quos idem Gabr.refert num. 1.quas diſpares ſententias per diſtinctiones cõciliare conatur,num.4.& ſeq.& Tybe.Dec.d. conſ.1.nu 22.referens plurimorum conſilia, quibus ſubſtitutioni locum apertum,& neptẽ non admittendam eſſe reſponſum eſt, quorũ conſilia more ſuo acutè & ſubtiliter refutat, num.171.vſq; ad num.244.per colum.22.

V. AXIOMA.

9 Cognationis linea accipitur generaliter & ſpecialiter.Generaliter pro tribus lineis: aſcẽdentium nempè, & deſcendentium, & collateralium.Specialiter & propriè de linea recta ſurſum vel deorſum.l.ſtemmata.9.l.iuriſcon. § ſunt &,ibi, recta linea ſurſum verſum, vel deorſum tendentium.ff.de gradib.& affin. Bald.conſ.321.incip.teſtamento cauetur.lib.1. & conſ.334.incip.in quæſtione quæ vertitur. col.fin.lib.3 Dec.conſ.379.num.5.lib.3.vbi diſ-
10 purat,† an in renunciatione filiæ, quam fecit de bonis paternis,maternis,fraternis & auitis vtriuſq; ſexus, intelligatur renunciaſſe bonis auunculi,quaſi hic ſit de linea materna: & tãdem concludit,quod renunciatio non extendatur ad bona auunculi,licet enim frater fratri collateralis ſit,& ſit de latere patris, non tamen eſt de latere fratris, nec de linea fratris, quia vnuſquiſque ex fratribus propriam lineam facit: ideoque coniuncti nobis ex latere, non ſunt ex noſtra linea,licet ſint ex linea patris vel aui:ideoque auunculus, licet ſit frater matris, attamen non dicitur ex linea materna:licet enim materna duobus modis intelligi poteſt,vno,pro linea in qua eſt mater reſpectu patris vel aui, & iſto modo collaterales dicuntur de eadem linea, & tranſuerſales comprehenduntur. Altero modo de linea quæ ab ipſa matre procedit,& tunc non veniunt collaterales, & ita in dubio in materia ſtricta & odioſa debet fieri interpretatio.vnde cùm renunciatio ſit ſtricti iuris,& in ea non veniant, niſi quæ expreſſa ſunt, etiam interpretatio facienda eſt,vt filia renuncians non excludatur ab hæreditate auunculi. Præterea linea pro-
priè † intelligitur illa, quæ eſt recta ſurſum & 11
deorſum, licet itaque auus & proauus maternus ſint de linea materna.l.2.C.de bonis maternis.deſcendentes tamen ab auo & proauo maternis, non dicuntur de linea materna, & per conſequens hæreditas auunculi non comprehenditur in dicta renunciatio-
ne. Denique quia hæreditas † auunculi 12
non dicitur hæreditas patris, nec matris, nec fratris,nec aui,poſito quoque quod originem habuerit ab auo materno:ſed eius propria hęreditas,vt not.per glo.in l.1.§.veteres.ff.de acquir.poſſ.& in l.per hæreditarium.ff.de acqui. domi.in l.hæres per ſeruum.ff.de acquir.hæred.& in l.eius qui, verb hæreditate.ff.ſi cert. pet.Bartol.in l 3.In prin.ff.de bon.poſſ.poſtea quam enim adita eſt hæreditas, confunditur cum patrimonio hæredis.l.ſed ſi plures.§.ſi filio.ff.de vulg.& pupil.non itaque renunciatio prædicta pertinere poteſt,vel extendi ad hæreditatem auunculi,per tradita Alex.in d.l.1.§. veteres.Caſtr.in l.Paulus.§.1.ff.de acq.hæred. per text.in l.qui filij.ff.de his quibus vt indignis.cum ſimilibus relatis à Decio in d.conſi. in princ.

VJ. AXIOMA.

Linea cognationis,†tam veteri lege,quàm 13
nouo iure complectitur vtrumq; ſexum, tam maſculinum quàm fœmininum in ſucceſſione ab inteſtato.Lege duod.tabul.benè humano generi proſpectum eſt, quæ vnam conſonantiam tam in maribus, quàm in fœminis legitimis,& in eorum ſucceſſionibus,necnon & in liberis obſeruãdam eſſe exiſtimauit, nullo diſcrimine in ſucceſſionibus habito.l.lege duod.tab.l.meminimus C.de legit hæred.§. inteſtatorum.§.ita demum.Inſt de hęred quę ab inteſt.§ cæterùm.verſ.media autem iuriſprudentia,& § ſeq Inſt.de leg.agnat.tut.& in §.ſi quis igitur,in fin.ibi, nulla introducenda differentia,ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint, & ſeu ex maſculorum ſeu ſęminarum prole deſcendant,ſiue ſuę poteſtatis,ſiue ſub poteſtate ſint.auth.de hær.ab inteſt.ven.

Diuerſum eſt,† ſi iure aliquo ſingulari, vel 14
hominis diſpoſitione,ſoli maſculi excluſis ſęminis ad ſucceſſionem vocentur.nam hoc caſu lineæ appellatione fœminæ non continentur. Cõmunis enim eſt cõcluſio & veriſſima, quod,vbi in ſucceſſione nõ eſt paritas in vtroque ſexu, ſed ſumus in materia differenti, in qua differt maſculus à fœmina, nunquã maſculinũ cõcipit fœmininũ,iuxtà l.meminimus.

C.de

C.de lib.præter.Batt.in l.1.ff.de verb.ſig. & in
l.fin.ff.ad Trebel.Bald.conſ.201.num.3. libr.1.
Fulgoſ.conſi.18. Corn. conſi.138. colum.4.&
conſ.156.lib.1.& conſ.275.colnm.3.in fin.lib.4.
Alex.conſ.131.num.5.lib.1.Deci.conſ.15. num.
3.& conſi.270.colum.3.& in l.2.num.9.ff.de re
gul.iur.refert & ſequitur Tyber.Dec.reſp.74.
num.29 & incluſio maſculorum,eſt excluſio
fœminarum. Alex.in l.ſed etſi.§. liberos.nu-
me.8.ff.de in ius vocã. Iaſ.in l. ſi quis id quod.
col.4.verſ.vndecimò limita ff.de iurlſd.om.
iudi. Dec. conſ.155.num.2. & conſ.193.num.1.
Rube.conſ.1.num.12. Gozad.conſ.87.num.16
idem eſt,ſi teſtator ipſe expreſsè fecit differen
tiam inter maſculos & fœminas, quo ſimili-
ter caſu maſculinum non concipit fœmini-
num in ea ſucceſſione,in qua facta eſt differẽ-
tia ſexus per teſtatorem.Socin.conſ.36. in fin.
lib.1.Corn conſ.7.col.4.& conſ.101.3.col.lib.
4.Soci.iun.conſ.138.num.69.lib.2.

VII. AXIOMA.

15 Quemadmodum† incluſio vnius lineę,eſt
excluſio alterius lineæ.ita vice verſa,excluſio
vnius lineæ,eſt incluſio alterius,licèt expreſsè
non dicatur.veluti,ſtatuto contineetur extan.
tibus maſculis,fœminæ nõ ſuccedant:de maſ
culis quidem,an hi ſuccedere debeant, nihil
dicitur:attamen ex interpretatione ad ſucceſ-
ſionem ab inteſtato vocãtur,perinde ac ſi ſta.
tuti verbis concepti eſſent, idq́ue propter re-
gulam, qua incluſio vnius eſt excluſio alteri-
us,& econtrà.ita in ſimili Paul.cùm pretor v-
num ex pluribus iudicare vetat, cæteris id cõ-
mittere videtur l cum prætor.12. ff. de iudic.
& idem Paul.ex eo quod prohibet lex Iulia de
adult. teſtimonium dicere condemnatã mu.
lierem, colligitur etiã mulieres teſtimonij in
iudicio dicẽdi ius habere.l.ex eo.18.ff.de teſti.
ita etiam Vlp.ex Neratio:qui hæc, inquit, ex.
cepit,non poteſt non videri de cæteris rebus,
quæ in ea eſſent,ſenſiſſe.l.quæſitum.12.§.idem
reſpondit ff.de fund. inſtruct. Hinc vulgata à
16 noſtris traditur regula:qui in †vno excipit,in
cæteris videtur regulam firmare, l.cum de la-
nionis.18.§.cui fundum ibi,videri eos ſolos le
gatos eſſe,qui nominati eſſent,ff.eod titul &
Pomp.ibi,ei adſignatis, cui ſpecialiter legata
ſunt,reliquum alteri debetur. vbi tria in eam
rem adducit exempla.l.1.ff.de aur.& arg.lega.
quo pertinet l.etſi ſine.§.ſed quod Papin. & l.
patri in prin.ff.de minor.l.vxorem.41.§.fœli.
ciſſimo,in fin.ibi, niſi hæc quæ ſpecialiter le.
gauit.ff.de leg.3.l. ſi peculium. ff. de manum.
teſtam.l.maritus. C. de procur. l. quamuis C.
de pignor.c.nonne,extr.de præſumpt. c. cum
inhibitio,extr.de clandeſt.deſponſa.in quam
rem facit æquè vulgata & communis regula:
17 Limitata † cauſa,limitatum producit effectũ,
l.ſi vnus.§ ante omnia. ff. de pact. l.ſi domus.
ff.de ſeruit.vrb.l.Lucius. verſ.quare. ff.de ex.
ercit.act.l.procuratoris §.non autem totum.
ff.de tribut.act.l.ſed etſi.ff.ad S.C.Maced.l.ſo
lutum.§.planè.ff.de pig.act.l.ſi pro. §.in rem.
ff de in rem verſo,l.etiam,§.1.ff.ſolut.matr.l.
ita autem,in princ.ff.de adminiſtr.tutor. l. in
agris. ff. de acquir. rerum dom. l. cancellaue.
rat,ff.de his quæ in teſtam. delent. l.cum tale.
§.falſam, ff.de condit. & demonſtr. l. militis
codicillis,§.1.ff.de teſtamẽ.milit. l.ſi mater.§.
eandem.l.cum quæritur,& duab.ſeq.ff.de ex.
cept.rei iud.l.ſemper.§.negotiatores. ff.de iu-
re immun.l.age l.ſi de certa. C.de tranſact. &
de iure pontificio, c. licet. extr de decimis,c.
multa,extr.de voto,c.de cæterò,& c.ca noſci.
tur.extr.de ſent.excommun.cum concordan
tibus relat.in gloſſ.& paſſim interpretes, tam
docendo,quàm conſulendo.

Vnde Guido Papæ, quem omnes ſequun-
tur,pro ſingulari notabili tradit:quod diſpoſi
tio † limitata in maſculis, dicitur prohibita 18
in fœminis:quia quod vni applicatur,in cęte.
ris denegatur,l.quod in rerũ.24.§ ſi quis poſt.
in fin.ibi,magis eſt, vt, quod alij deſtinatum
eſt,ademptum eſſe videatur,ff.de leg.1.l.fidei.
commiſſa.11.§.cum eſſet.ff.de leg.3. Quod nõ
tantum in diſpoſitione legis,& ſtatuti proce.
dit:ſed etiam in diſpoſitione hominis,vel te-
ſtamentis. Quid enim, ſi aliquis in ſuo teſta-
mento inſtituit filium ſuum,& adiecit:& ſi fi
lius meus deceſſerit ſine liberis maſculis, ſub-
ſtituo Sempronium,quęſitum fuit,an hoc ca
ſu liberi maſculi,filij teſtatoris cenſcãtur ſub-
ſtituti in bonis teſtatoris,ſaltem ex tacita mẽ.
te teſtatoris? ad hanc quæſtionem antea non
motam à noſtris,reſpõdet Guido: quod imò
hoc caſu liberi maſculi videantur ſubſtituti
ex tacita mẽte teſtatoris:ſicut videmus,inquit
in ſimili,quod ſi ſtatuto ciuitatis caueatur, vt
extantib.liberis maſculis,fœminæ non ſucce.
dãt,certè hoc caſu liberi maſculi cẽſentur in.
uitati ad hæreditatem paternã:quia illa verba
cõtinent diſpoſitionẽ in perſonã liberorum
maſculorum,vt cenſeantur maſculi inſtituti.
ita dicit & tenet Bart. in l. liberorũ. ibi, pone
exemplũ in themate.ff.de verb.ſig. & pro fun
damento allegat Bar.l.fideicommiſſa, §.cum
eſſet, ff.de leg.3. & faciunt quæ dixi infrà in q.
485.& quæſt.299.l.ratione §.tametſi. ff.ad leg.
Falcid.Nam illa verba ſtatuti, duo habent ca-
pita, vnum incluſiuum maſculorum, aliud
excluſiuum filiarum. Primo enim capite quo
maſculi includuntur, videntur fœminę exclu
ſæ.vt not.in c.Raynald.in gl.ſuper verb maſ.
culis,extr.de teſtam.quia incluſio vnius eſt ex
cluſio alterius.l.quod interim.§.ſi quis poteſt,
ff.de leg.1.allegat Bar.in l. maximum vitium,
in 2.not.C.de lib. præter. qui ibi ſequitur opi.
nionem Bart.Subijcit Guido, id non mirum
eſſe, quia quandoq; verba cõditionalia etiam
indu-

inducunt diſpoſitionem,ex mente legis. l.ſi i-
ta ſtipulatus. ff. de oper. libert. tandem addit
diſtinctionem pro concordia contrariorum,
aut teſtator dicit:ſi hæres meus ſine liberis de-
ceſſerit,& tunc liberi liberorum non veniunt
In diſpoſitionem,ita loquitur prima pars, ſe-
cundùm opinionem gloſſ.& Bart. & ſeq. in l.
Lucius.ff.de hæred. inſtit. aut teſtator adiecit
verbum,maſculis, dicendo : ſi filius meus de-
ceſſerit hæres,ſine liberis maſculis,talem ſub-
ſtituo,& tunc procedit ſecunda pars , quod li-
beri maſculi veniant in diſpoſitionem, ſecun
dùm Bart.& Bald. in locis præalleg. hactenus
Guido in d.deciſ.184. & de priori ſpecie : ſi ſi-
ne liberis deceſſerit,in deciſ. 39. quam Guido-
nis Papæ deciſionem ſequitur Decius in con-
ſi.574.num.8. Didac.Couar.in c.Raynald.nu.
1.extr.de teſtam.

19 Ita quoque,ſi † nominentur maſculi,cen-
ſentur non nominatæ, ſed excluſæ fœminæ:
nam,quòd vni applicatur, cæteris denegatur.
Curt.ſen.cõſi.49.col.6.in fi.Curt.iun.in tract.
feudi 3 part.6 limit.nu.8.propè fin. Pariſ.con-
ſi.72.num.47.lib 4.Ruin conſ.45.num.14.lib.
1.Dec.conſ.155.nume.2. vbi inquit,cùm enim
dictus Gaſpar,vnicam tantum habuerit filiã,
verificata fuit conditio,quod ſine liberis ma-
ſculis decedat:quia ille terminus maſculus ex
cludit fœminam.per conſ.Panorm.36. libr. 1.
vbi inquit,quod nullibi reperitur,quod appel
latione filij maſculi, veniat fœmina. ita Dec.
& latè Riminald conſ.80.num.2.Crauetta in
tract.de antiquit.temp. 1. part. num. 166.cum
alijs ab ijſdem adductis . Cui poſteriori tradi-
tioni , ſi maſculi tantum , nulla fœminarum
facta mentione vel excluſione,vocẽtur, ſimi-
liter robur,firmitudinemque dant,quod per-
ſona non nominata , non ſubintelligitur ex-
trinſecus. l. ſi ita ſtipulatus. 126. §. Chryſogo-
nus.ff.de verb.obliga.vbi Paul.in fin.ibi, raró
autem ineſſe tempus,vel conditionem, ex eo
quod agi apparebit , intelligendum eſt : nun-
quam perſonam niſi expreſſa ſit.cum concor.
in glo.ibid.relatis.Sicuti etiam caſus omiſſus,
habetur pro omiſſo, nec ad eum trahitur ſub-
ſtitutio. ita Pompon. commodiſſimè is , qui
nondum natus eſt , ita hæres inſtituitur , ſiue
viuo me,ſiue me mortuo natus fuerit , hæres
eſto:aut etiam purè, neutrius temporis habi-
ta mẽtione. Si alteruter caſus omiſſus fuerit,
eo caſu , quo omiſſus ſit, natus rumpit teſta-
mentum, l. commodiſſimè 10. ff. de liber. &
poſthum.& ibi glo.in verbo, rumpit. Socinus
ſen.conſ.62.colum.2 & conſ.63 num.7. & cõ-
ſi.104.num.8 lib.3.Socin iun.conſi.176. num.
8.lib.3.Gozadin.conſi 21.num.8.& conſ.59. in
princip. Rub.conſi.28.num.1.& conſi.120.co-
lum.3.Ita etiam perſona non nominata habe
tur pro omiſſa Old.cõnſi.21.Cephal.ſen.con-
ſi.196.num.1.& ad eam perſonam , quæ nõ eſt
expreſſa , minus fit extenſio in ſubſtitutione,
cùm longè † difficilius extenſio fiat de perſo- 20
na in perſonam,quàm de caſu in caſum. l.ſi i-
ta quis. §. ſi quis cum ignoraret. ibi , ſed quia
de ipſa non ſenſiſſet.ff.de teſtam.tut.l.Titius.
ff.de liber & poſthum. l. 1. §.& adeò. ff.de his
quæ in teſtam.delent. argum. l.cum Aquilia-
na.ff.de tranſact.l.fundi. ff.de contrah. empt.
Areti.in l.Gallus. §.& quid ſi tantum. colum.
4.ff.de liber.& poſthum.Dec.In l.illam.nu.11.
C.de collat.& conſ.211.num.5.& conſ.218. nu-
me.9.& conſ.291.colum.penult.in princip. &
conſ.377.num.3.& conſ.394. & conſ. 697. nu-
me.13.Aret.conſ.74.num.3.Iaſ.conſ.128.& cõ-
ſi.220.lib.2.Socin.iun.conſ.176.& conſ.185. li-
bro 2.Celſ.Hugo conſ.20.num. 50. Hierony-
mus Gab.conſ.95.num.12. in fin. & Roland à
Valle conſ.94.num.20.lib.2. Menoch. conſi.
315.num. 6 & ſeq & conſ.326. num. 18. Pariſi.
conſ.63.num.12.& conſ.66.num.5.lib.3. & con
ſi.31.num.9 & 96.num.35. & conſ. 87. nu.12. &
nouiſſimè Tyb.Decian.reſpon.60.num.45.li-
bro 3.vbi regulam tradit: extenſio de perſona
in perſonam , in ſtatuto non admittitur , etiã
ex communi vſu loquendi, vel ex lata ſignifi-
catione vocabuli.& idem Tyb. in reſp.46.nu-
me.21.lib.2.Quæ extenſio de perſona in perſo
nam,etiam in correctorijs non fit. Tyb.conſ.
30.num.2.lib.2.nec in prohibitione alienatio
nis,reſp.10.num.53.lib.3.nec in ſtatuto,reſp.13.
num.29.lib.3.nec in contractibus ex coniectu
rata mente.reſp.21.num.3.lib.2.nec in priuile
gijs.Pariſ.conſ.32.num.26. lib. 2. nec in ſubſti-
tutionibus.Pariſ.conſ.20.num.48.lib.3. nec in
vltimis voluntatibus.Pariſ.conſ.50.num.9.li-
bro 3.Maximè autem † non fit extenſio de per 21
ſona ad perſonam , in ſtatutis excludentibus
fœminas à ſucceſſione.latè Tyber.Decian.re-
ſpon.60.num.42.& ſequ.libr.3. Tyraquel.pro
more ſuo accumulans authoritates,in l.ſi vn-
quam verb.libertas,num.28.& in tract.ceſſan
te cauſa.in limitat.8. Quæ tamen ad vltimam
voluntatem reſtringitur , niſi conſtet ex con-
iecturis,teſtatorem voluiſſe, fieri extẽſionem
de vna perſona ad aliam.Pariſ.conſ.66.& ſeq.
lib.3.Tyber.reſpon.1.num.148. libro 1. vbi in-
quit , extenſio , licet in ſubſtitutione non ad-
mittatur ob dictionem, tunc,ſecùs tamẽ ſi de
contraria teſtantium opinione conſtet, & re-
ſpon.103.num.43.lib.1.vbi ſimiliter inquit,ex-
tenſio de perſona ad perſonam fit in fideicõ-
miſſis,quando talis eſt perſona, de qua ſi teſta
tor interrogatus fuiſſet , idem verò ſimiliter
diſpoſuiſſet . Sed hæc ſententia multis diſpli-
cuit,præſertim Decio conſ.377.num.3. qui ſe-
quitur Aretin.in l.Gallus §.& quid ſi tantum.
colum.3. ff. de liber.& poſthum. vbi regulam
tradit : licet diſpoſitio teſtatoris facta in vno
caſu,porrigatur ad alium caſum , ex tacita &
veriſimili mente teſtatoris. d. l. Titius. §. Lu-
cius.

cius ff.de liber.& poſthu.& l.fin.C.de poſthu-
mis hæred.inſtit. ſecùs ſi extenſio debeat fieri.
de perſona ad perſonam,l.ſi quis ita. §.pen.ff.
teſtam.tur.& gl in d.l.Tirius. & ideò ſubſtitu-
tio facta filio,ſi ſine liberis deceſſerit, nõ por-
rigitur ad nepotes. ita Dec. neque id ſine pro-
babili ratione: cùm facilimè errari poſſit, in
coniecturata mente tacita teſtatoris, propter
nimiam ſubtilitatem, & rectas animi cogita-
tiones,prout multis probat Tyraquel.vir infi
nitæ lectionis, variarumque rerum cognitio-
nis in l.ſi vnquam.§.libertis.num.23. C.de re-
uocan donat Ex quibus omnibus conficitur,
etiamſi maſculi ſolummodò vocentur ad
ſucceſſionem,nulla facta mentione excluſio-
nis fœminarum, ad has minimè poſſe fieri
extenſionem.

CAPVT XXIV.

Enumeratio quarundam appellationum,quæ pro ſubiecta materia ſolam lineam maſculinam inferunt.

SVMMARIA.

1 *Appellatio deſcendentium vtrumque ſexum complectitur iure communi.*
2 *Appellatio deſcendentium in feudis ſolos maſculos comprehendit.*
3 *Appellatio hæredis vtrumque ſexum includit.*
4 *Hæredis appellatio in feudis ſolos maſculos admittit, & nu me.5.*
6 *Hæres feudalis propriè intelligitur filius, & ex eo deſcendẽtes maſculina linea.*
7 *Verba diuerſam habentia ſignificationem accipienda ſecundùm ſubiectam materiam.*
8 *Gens,gentis.familia,ſtirps,domus,propriè ad virilem ſexũ pertinet de iure.*
9 *Gens pro natione accipitur.*
10 *Gentiles,ſcriptores Eccleſiaſtici ethnicos & idololatras accipiunt.;*
11 *Gens propriè,quæ ex multis familijs conficitur.*
12 *Gentiles ſunt eiuſdem nominis.*
13 *Gentilitia monumenta quæ.*
14 *Gentis & gentilium nomina,eorum qui ingenui eiuſdem nominis & familiæ agnati ſunt,intelliguntur.*
15 *Gentilium controuerſias Centumuiri definiebant.*

I. AXIOMA.

1 APpellatio † deſcendentium,itemque hæ-
redum, tam maſculos quàm fœminas
complectitur,iure communi:diuerſum eſt, ſi
ſingulari iure fœminæ à ſucceſſione arcean-
tur. tum enim appellatio deſcendentium &
hæredum ad ſolos maſculos reſtringitur, &
coarctatur.de deſcendentibus, quod vterque
ſexus comprehendatur iure communi, indu-
bitati iuris eſt. Liberorum appellatione, In-
quit Vlpia.nepotes & pronepotes, cæterique
qui ex his deſcendunt, continentur. l. libero-
rum.220 ff.de verb.ſign.l.lege 12.tab §.huiuſ-
modi.ibi,per virilem ſexum deſcendentes,ſi-
ue maſculini, ſiue fœmini generis ſint. C. de
legit.hæred.& l.fin.in prin.ibi,ex legitima ſo-
bole deſcendentem,ſiue maſculinam,ſiue fœ-
mininam.C.eod & l.fin.C.de ſuis & legit.ibi,
quotiens aliquis vel aliqua inteſtatus vel inte-
ſtata,mortuus vel mortua fuerit, nepotib.vel
pronepotibus cuiuſcunq; ſexus, vel deinceps
alijs deſcendentibus derelictis.& §. ſi quis igi-
tur deſcendẽtium fuerit ei qui inteſtatus mo-
ritur,cuiuſlibet naturę aut gradus,ſiue ex ma-
ſculorum genere,ſiue ex fœminarum deſcen-
dens.item ibi,illius filios aut filias, aut alios
deſcendẽtes.item ibi,ſeu ex maſculorum, ſeu
fœminarum prole deſcendant,auth.de here-
dib.ab inteſt.ven cum ſimil.de quibus copio-
ſè lib.3.De iure † tamen feudorum, deſcendẽ- 2
tium appellatione ſoli maſculi veniunt, non
fœminæ.lib.1.tit. 1.qui feud. dare poſſ. §.hoc
quoque ſciendum eſt.in fin. ibi, quod in maſ-
culis deſcendentibus hodie nouo iure vſq; in
infinitum extenditur.& lib.1.tit.14.ibi,ſi verò,
vnus ex his filijs vel nepotibus, ſine deſcendẽ-
tibus maſculini ſexus hæredibus mortuus fue
rit.& ibi, ſi vnus eorum ſine deſcendentibus
maſculini ſexus mortuus fuerit, dominus ſuc
cedit.lib.2.tit.26. ſi de feudo defuncti conten-
tio ſit inter domi & agn.vaſalli.§.licet,verſic.
ſi vaſallus culpam committat, propter quam
feudum amittere debeat, neque filius, neque
eius deſcendentes ad id feudum reuocabun-
tur,ſed agnatus, qui quarto gradu dummodò
ad eos pertineat.& libr 2.tit.11. ibi, filijs enim
exiſtentibus maſculis,vel ex filio nepotib. vel
deinceps,per maſculinum ſexum deſcenden-
tibus,cæteri remouentur agnati.& ibi, nec ad
prolem ab eo deſcendentem.& lib.2.tit.17.in
princ.Ibi,vna tantum filia ſuperſtite, nullo a-
lio deſcendente relicto deceſſit, & paſſim a.
libl.Idem † eſt in nomine hæredis:complecti
tur enim vtrumque ſexum tam maſculinum, 3
quàm fœmininum. nam hæredis appellatio-
ne omnes ſignificari ſucceſſores, credendum
eſt,etſi verbis non ſint expreſſi.inquit Vlpian.
l.hæredis.170. ff. de verbor. ſignif. & iterum:
hæredis appellatio,non ſolùm ad proximum
hæredem, ſed & ad vlteriores hæredes refer-
tur,& hæredis hæres, & deinceps hæredis ap-
pellatione continentur.l. hæredis.65.ff.eod.&
auth.de hæred.ab inteſt. venien. & infinitis a-
lijs locis.Feudorum † tamẽ iure ad ſolos maſ-
culos reſtringitur,lib.1.tit. 1.de his qui feu. da- 4
re poſſ. §.cum verò Corradus. ibi, & vt frater
fratri ſine legitimo hęrede defuncto.& ibi,ſin
autem vnus ex fratribus à domino feudum ac
ceperit,eo defuncto ſine legitimo hærede,fra
ter eius in feudum non ſuccedit.& ibi,ſcilicet
vno defuncto ſine legitimo hærede,alter ſuc-
cedat,hærede verò relicto, alter frater remo-
uebitur.& tit.4.§.fin.ibi, ſine hærede deceſſe-
rit,& tit.5.quib.mod.feud.amit.ibi, ſine hære-
de legitimo deceſſerit, feudum ad dominum

reuertitur, & tit.8, de ſucceſſione feudi. ibi, ſi
moriatur ſine hærede maſculo, nihilominus
reuertitur ad me.& tit.9. qui ſucceſſores tenẽ
tur.ibi,inueſtitor, & inueſtitoris hæredes, te-
neantur inueſtito.& tit.13.de alienat.feudi.§ &
ſi clientulus.ibi,eo mortuo ſine legitimo hæ-
rede maſculo (quod verbum ita intelligendũ
eſt in feudo,id eſt,ſine filio maſculo) reuerti-
tur feudum ad dominum. & tit.14. de feudo
Marchiæ.ibi,ſi verò vnus ex his filijs vel nepo
tibus, ſine deſcendentibus maſculini ſexus hę
redibus mortuus fuerit.& tit. 18. apud quẽ vel
quos.ibi,& ipſe vel hæres eius ſine hærede de-
ceſſerit.& tit. 20.de benefic.fratris.in princ. &
lib.2.tit.11.de ſucceſſione fratrum. ibi,ſi enim
Titij auus de nouo beneficio fuerit inueſtitus
Titio ſine hærede legitimo maſculo deſun-
cto.& tit.17.de eo qui ſibi vel hæredib.ſuis, in
prin.qui ſibi & hæredib.maſculis. & tit. 18. de
duob.fratribus à capitaneo inueſtit.ibi, eo vi-
delicet tenore,vt quamdiu ipſi vel eorum hę-
redes maſculi viuerent.& ibi,ſi tamen is qui fi
liam reliquit, ſine hærede deceſſiſſet. & tit.34.
de lege Corradi.§.ſimiliter.ibi, vt ſi habeat ſi-
bi ſuiſq; hæredibus(quod intelligi debet de ſo
lis maſculis)non debet alij dare, vt habeat ip-
ſe,& ſui hæredes maſculi & fœminæ: ſic eti-
am alibi.

5 Ex quibus locis apertum manifeſtumq; eſt
appellationem hæredis in iure feudorum in-
telligi de maſculis, & propriè de filijs vel de-
ſcendentibus: vnde nullo diſſentiente, ſed cõ-
muni opinione pro certa concluſione tradi-
tur,dictionem,hæres,in materia feudali ſem-
per pro maſculis ſumi:quorum autoritates re
cenſere,& enumerare,puto eſſe ſuperuacane-
um, cum perſpicuo iure res ſit plana. poſt ve-
teres tamen, videre poterit Lector Martinum
Frecciam in lib.3.de differentia inter feuda ex
pacto & prouidentia,& feuda hęreditaria,dif
fer.16.Thom.de Marinis, de generib. & qua-
litat.feud.tit.1.num.35.Paris de Puteo, in tract.
de redintegr.feud.cap.107.num.3.& ſeq Hart-
man.Piſtor lib.2.part.1.quæſt.2.num.33.vſque
ad num.38.Gayl.lib.2. obſeruat.154. nu.7. & 8.
Zaſi.conſi.13.num.25.lib.1.& conſi.1. num. 45.
lib.2. vbi regulam tradit: hæredis nomen in
feudali materia,tantummodò in maſculis ve
rificatur, & hæredum feudalium nomine,
maſculi intelliguntur.

6 Quinimò † quod hæres feudalis, propriè
intelligitur de filijs, & alijs deſcendentibus ex
linea maſculina in infinitum.eſt tit.13.lib. 1. §.
& ſi clientulus.ibi,ſine legitimo hærede maſ-
culo (quod verbum ita intelligendum eſt in
feudo,id eſt, ſine filio maſculo. vbi Iſern. Al-
uar.Afflict.Bald.& de nepotibus & alijs deſcẽ-
dentibus ex linea maſculina.tit. de eo qui ſibi
& hæredib. ſuis. latè Iaſon in l. de quibus. nu-
me.19.& 20.ff.de legib.& in l.2.colum.77. ver
ſic 6.quæro.C.de iure emphyt. Alex.in l.Gal-
lus.§.etiamſi parente.ff.de liber. & poſthu. &
in l.quod dicitur.ff de verb.oblig.Albert.Bru
nus conſ.feud.121.colum.8.verſic. & quod ta-
lia bona.& conſ.114. colum. 2. verſic. quod ſi
dicatur. & conſ.136. colum. 2. vbi generaliter
loquitur cum limitat.

Quod verò appellatio deſcendentiũ, item-
que hæredum diuerſimodè ſumitur,& iure ci
uili vtrumque ſexum : iure autem feudorum
ſolummodò maſculinum complectitur, id
fit ratione diuerſæ materiæ. Verba † enim 7
quæ duplicem habent ſignificationem, debẽt
intelligi ſecundùm ſubiectam materiam , ac
vt Dialectici loquuntur, talia ſunt prædicata,
qualia ſunt ſubiecta.de qua re noſtri. l. inſulã.
ff.de præſcript.verb.l.ſi vnó.ff.locat. l.ſi ſtipu-
latus.ff.de vſuris.l.eas cauſas. 80. ff. de condit.
& demonſtr.c.conſtitutum, extr.de relig. do-
mib.Bald.in l.3.in fin C.de act.empt. Alberic.
in auth.hoc ius.C.de procurat. Iaſ. in l ſi ma-
ter.colum.2.C.de inſtit.& ſubſtit. Roman.cõ-
ſi.376.num.10. Alex.conſi.22.num.5 lib. 1. Ty-
ber.Decian.conſ.108.num.33. lib. 3. & præ cæ-
teris copioſè hunc locum explicans Euerard.
de Midelb. in loco, à ſubiecta materia, vbi
multis exemplis oſtẽdit,ratione ſubiectæ ma-
teriæ etiam in ijs,in quibus ſit ſtricta interpre-
tatio,verba ad improprium ſenſum transfer-
ri.Inter cætera hoc adducit, ſi ſimpliciter fa-
cta ſit inueſtitura feudi hoc tenore, vt filij &
filiæ ſuccedant : hoc caſu tamen non ſucce-
dent filiæ maſculis extantibus,cum hoc ſit de
natura feudi, vt filiæ nõ admittantur extãtib.
maſculis,& ſic ratione ſubiectæ materiæ, ver-
ba dictæ inueſtituræ,capiunt aliam interpreta
tionem,quàm verba prima facie ſonare videã-
tur,in quam rem multas adducit autoritates:
ſicuti etiam in conceſſione alicui,& ſuis hęre
dibus facta:intelligitur enim,inquit,de liberis
ſeu deſcendentibus hæredibus , & non de ex-
traneis hæredibus, quia hoc eſt de natura feu-
di.ergo ſi vaſallus decedat ſine liberis, ſeu de-
ſcendẽtibus hæredibus, relictis agnatis feudũ
ad dominũ reuertitur, iuribus per eum allega
tis,eamque opinionem communem, & men
ti tenendam aſſerit:quæ tamen coarctanda &
reſtringenda ad liberos,& deſcendentes hære
des maſculos,prout ſuprà copioſè per text iu-
ris feudorum oſtenſum eſt.

II. AXIOMA.

Gens,† genus,familia,ſtirps,domus,iure ci 8
uili propriè ad virilem ſexum pertinent,& ad
maſculinam lineam referuntur:de gente pri-
mum.

Gentis † vocabulum quandoque nationẽ 9
denotat. Cicero in Tuſculan. quæſtio. nulla
gens tam fera,nemo omnium tam immanis,
cuius

cuius mentem non imbuerit deorum opinio:& idem de diuinat. libr. 1. Gens nulla eſt, quę non ſignificari futura,& à quibuſdam intelligi, prædiciq́ue poſſe cenſeat. Et Offic. Societas propior eſt eiuſdem gentis, nationis, linguæ, qua maximè homines coniunguntur: ſic gentem Allobrogum, ſic Cilicum gentem: ſic, vbicunque gentium, ita exteras nationes & gentes, & gentes orarum vltimas dixit Cicero,& Virgil. 2. Aeneid.

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.

Iudæi omnes nationes præter ſuam, gentes vel gentiles vocant, Pſalm. 2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania. item, Poſtula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam. & Pſalm. 32. Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum.& iterum: Beata gens,cuius eſt dominus Deus eius, & populus quem elegit in hæreditatem ſibi.

10 Quorum exemplo rerum † ſacrarum ſcriptores, gentes & gentiles, vocant idolorum cultores,& Ethnicos, hoc eſt, quicunque deorum multitudinem ponunt. Diuerſæ enim gentes innumerabilia nomina habuerunt. nec ſolùm ſuperiora illa, quæque fulgore ſuo mundum illuſtrãt, Solem, Lunam, Martem, Mercurium, Iouem, Venerem, Saturnum: ſed inferiorum quoque virtutes, mentem, ſpem, fidem, concordiam, pudicitiam, clemẽtiam, & vt Democrito placuit, pœnam & beneficium. Inferiorum quoque dijs in ſua genera deſcriptis: quin etiam morbis ac peſtibus: vt febri, ac mala fortuna. quarum templa Romæ celeberrima fuere: ideò autem hos gentiles vocant, quia in gentilium, hoc eſt, maiorum ſuorum fide perſtiterunt, nec religionis cultum permutarunt. Paulus ad Roman. cap. 1. & cap. 2. cùm enim gentes, qui legem non habent,&c.& paſſim alij alibi.

11 Quoad propoſitum noſtrum, gens, † autore Feſto, appellatur, quæ ex multis familijs cõficitur.& gentilis dicitur, & eodem genere ortus,& is, qui ſimili nomine appellatur, vt ait Cintius, gentiles mihi ſunt, qui meo nomine appellantur. quam definitionem, Cicero, tanquam nimis ángustam reprehendit Gentiles, inquit ſunt, qui inter ſe eodem nomine ſunt, ne id quidem ſatis eſt. quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit, abeſt etiamnum? qui capite non ſunt diminuti: hoc fortaſſe ſatis eſt, nihil enim video Scæuolam Pontificem ad hanc definitionem addidiſſe, ita Cicero in
12 Topic. vbi Boetius, gentiles ſunt, † inquit, qui eodem nomine inter ſe ſunt, vt Bruti, vt Scipiones, quod ſi ſerui ſunt, nulla gentilitas eſſe poteſt: qui ſi libertinorum nepotes eodem nomine nuncupentur, gentilitas nulla eſt: quoniam ab antiquitate ingenuorum, gentilitas dicitur. quod ſi rurſus in familia gentis ſuæ non manſerint, gentiles tum eſſe non poſſunt, ita Boetius: hinc gentilitas dicta quæ eſt multitudo ipſa, vel familiæ, vel nationis alicuius, & ipſi gentiles. vel gentilitas accipitur pro familia hominum ingenuorum, qui ſunt eiuſdem nominis: ſeruorum autem & libertinorum nulla eſt ingenuitas. Quandoque tamen ſerui, etiam gentilitaris nomine comprehenduntur, quoniam dominorum nomine vocabantur. Plinius libro 33. capite primo. Singuli marcipores, luciporesve dominorum, gentiles omnes, victum in promiſcuo habebant, nec vlla domi cuſtodia à domeſticis opus erat: vel denique & magis propriè gentilitas pro conſanguinitate accipitur. ita Plinius iunior, de viris illuſtribus. Gentilitas eius Manlij cognomine iurauit, ne quis poſteà Capitolinus vocaretur. & in Panegyrico: videlicet, quod manifeſtum erat, quãto cum dolore laturi, ſeu potius, non laturi homines eſſent, diſtringi aliquid, & abradi bonis, quæ ſanguine, gentilitate, ſacrorum denique ſocietate meruiſſent. & Cicero de Oratore, libro primo: in ea fuit oratoribus de tota ſtirpe, ac gentilitatis iure dicendum.

A ſubſtantiuo † gentilitas, promanarunt
iura gentilitia, veluti gentilitiæ hæreditates. 13
Suetonius in Cæſare, cap. primo, quare & ſacerdotio,& vxore,& gentilitijs hæreditatibus mulctatus. item gentilitia monumenta. Suetonius in Nerone, capite 50. quæ gentilitia monumenta, à iuris autoribus, familiaria ſepulchra vocantur. l. familiaria. 5. ff. de religioſ. & ſumptib. funerum. familiaria ſepulchra dicuntur, inquit Gaius, q̃ quis ſibi, familiæq́; ſuæ cõſtituit: hęreditaria aũt, quæ quis ſibi, hęredibuſq́; ſuis conſtituit. ſubijcitur in l. ſequ. ex Vlpian. vel quæ paterfamilias, iure hæreditario acquiſiuit. l 6 ff. eodem. ſic gentilitia funera. Plinius libro 35. capite 2. & gentilitia ſacra, Liuius libro 5. decad. 5. & gentilitia ſacrificia. Cicero de Aruſpic. reſponſ. multi ſunt etiam in hoc ordine, qui ſacrificia gentilitia, illo ipſo in ſacello, ſtatuto loco anniuerſariè factitarint. 14

Gentis igitur, † & gentilium,& gentilitatis nomina, propriè pertinent ad coniunctionem ſanguinis ciuilem, ciuili inſtituto, nempè ad ingenuos, qui eiuſdem ſunt nominis, familiæ, & generis, de quibus lex duodecim Tabular. ſi paterfamilias inteſtatus moritur, familia pecuniaq́ue eius, agnatorum gentiliumq́ue eſto. de qua Cicero libro primo Rethor. ad Herennium: & iterum alia, quæ refertur libro de Inuentione: ſi furioſus exiſtet, agnatorum, gentiliumq́ue in eo, pecuniaq́ue eius, poteſtas eſto.& Iuſtinianus in Inſtitutio.

ſi ad rem iudicandam, verbo ducimur, non
re, familiam intelligamus, quæ conſtat ex ſer-
3 uis pluribus, cùm vnus † homo familia non
ſit: ſed ſi rationem iuris, interdictique vim, &
prætorum voluntatem inſpiciamus, ſi vnus
ſeruus deiecit, tota familia deieciſſe intelligē-
da eſt, cuius edicti Prætorij verba Vlpianus
refert: Vnde tu illum vi deiecisti, aut familia
tua deiecit, de eo quæque tunc ille ibi habuit,
tantummodò intra annum: poſt annum ve-
rò de eo, quod ad eum qui vi deiecit, peruene-
rit, iudicium dabo. l. 1. in princip. ff. de vi & vi
armata. Ita etiam familia accipitur in edicto
prætoris: ſi familia furtum feciſſe dicatur,
quod vtiliſſimum Prætor cenſuit, quo domi-
nis proſpiceret aduerſus maleficia ſeruorum.
l. 1. & toto titul. ff. ſi familia furtum feciſſ. di-
cetur. & aliud edictum de albo corrupto, de
quo Paul. in lib. 3. ad edict. ſub l. ſi familia. 9. ff.
de iuriſdict.
4 Huius ſeruilis † familiæ duo fuerunt gene-
ra, vrbana familia, & ruſtica: de quibus Pom-
ponius in l. vrbana. 166. ff de verborum ſignif.
vbi Alciat. eruditè de ſeruis, vicarijs & alijs.
Abuſiuè etiam in iure noſtro, familiæ no-
men, quoad perſonas, transfertur ad publica-
nos, ad ſeruos publicos. Sic Cicero in oratio.
pro Sylla dixit: gladiatorum familiam. & de
Diuinat. Peripatheticorum familiam. item li
bro 3. de Legib. ab hac familia magis iſta ma-
narunt, Platone principe. & lib. 3. de Oratore:
Familię philoſophorum multę à Socrate per-
ſeminatæ.
5 Neque ſolummodò † familiæ nomen ad
perſonas pertinet, ſed etiam res complecti-
tur. ita in lege duodecim tabul. agnatus proxi-
mus familiam habeto. inde familiæ emptor,
pro emptore hæreditatis, de quo in titul. ff &
C. de hæredit. vel actione vendita. & Vlpian.
in fragment. titul. 20. de teſtamentis. Mutus,
ſurdus, furioſus, pupillus, fœmina, neque fa-
miliæ emptor, neque teſtis, libripensve fieri
poteſt. & ibidem: Mutus, ſurdus, furioſus, I-
temque prodigus, cui lege bonis interdictum
eſt, teſtamentum facere non poſſunt: mutus,
quoniam verba nuncupationis loqui non po
teſt: ſurdus, quoniam verba, familiæ empto-
ris exaudire non poteſt. ita quoque in familiæ
herciſcundæ iudicio. nam per familiæ herciſ-
cundæ actionem, diuiditur hæreditas, ſiue ex
teſtamento, ſiue ab inteſtato, ſiue ex lege duo-
decim tabul. ſiue ex aliqua lege deferatur hæ-
reditas, vel ex Senatuſconſulto, vel etiam cō-
ſtitutione. l. 2. ff. familiæ erciſcund. & toto ti-
tul. ff. & C. familiæ erciſcund. Quas ſignifica-
tiones omnes Vlpianus eleganter declarat in
l. pronunciatio. 195. §. familiæ. ff. de verborum
ſignif. Familiæ, inquit, appellatio, qualiter ac-
cipiatur, videamus. & quidem variè accepta
eſt. nam & in res, & in perſonas deducitur. in
res, vtputà in lege duodecim tabul. his verbis,
agnatus proximus familiam habeto. ad perſo
nas autem refertur familiæ ſignificatio, ita,
cum de patrono & liberto, lex familiæ, ex ea
familia (inquit) in eam familiam. & hic de ſin
gularibus perſonis, legem loqui conſtat. Fami
liæ appellatio refertur & ad corporis cuiuſ-
dam ſignificationem, quod aut iure proprio
ipſorum, aut communi vniuerſæ cognatio-
nis continetur. Iure enim proprio familiam
dicimus, plures perſonas, quæ ſunt ſub vnius
poteſtate, aut natura, aut iure ſubiectæ, vtputà
patremfamilias, matremfamilias, filiumfa-
milias, filiamfamilias, quique deinceps vi-
cem eorum ſequuntur, vtputà, nepotes, & ne-
ptes, & deinceps. Pater autem familias appel-
latur, qui in domo dominium habet, rectèq;
hoc nomine appellatur, quamuis filium non
habeat. non enim ſolam perſonam eius, ſed
& ius demonſtramus. denique, & pupillum
patremfamilias appellamus. &, cum paterfa-
milias moritur, quotquot capita ei ſubiecta
fuerunt, ſingulas familias incipiunt habere.
ſinguli enim patrumfamiliarum nomen ſub-
eunt. Idemque eueniet & in eo, qui emanci-
patus eſt, nam & hic ſui iuris effectus, propri-
am familiam habet. Communi iure famili-
am dicimus omnium adgnatorum, nam etſi
patrefamil. mortuo, ſinguli ſingulas familias
habent: tamen omnes qui ſub vnius poteſtate
fuerunt, rectè eiuſdem familiæ appellabun-
tur, qui ex eadem domo & gēte proditi ſunt.
Seruientium quoque ſolemus appellare fami
lias, vt in edicto Prætoris oſtendimus, ſub tit.
de furtis: vbi prætor loquitur de familia pub-
licanorum, ſed ibi non omnes ſerui, ſed cor-
pus quoddam ſeruorum demonſtratur huius
rei cauſa paratum, hoc eſt, vectigalis cauſa. a-
lia autem parte edicti, omnes ſerui continen-
tur, vt de hominibus coactis, & vi bonorum
raptorum: item, redhibitoria, ſi deterior res
reddatur emptoris opera, aut familiæ eius, &
in interdicto, Vnde vi, familiæ appellatio o-
mnes ſeruos comprehendit, ſed & filij conti-
nentur. item appellatur familia plurium per-
ſonarum, quæ ab eiuſdem vltimi genitoris
ſanguine proficiſcuntur, ſicuti dicimus fami-
liam Iuliam, quaſi à fonte quodam memo-
rię. mulier autem familiæ ſuæ, & caput, & fi-
nis eſt. ita † etiam de ſeruis ſub appellatione 6
familiæ, & inſignis locus apud Columellam,
libro primo, capite 8. cultam veſtitamque fa-
miliam, magis vtiliter, quàm delicatè habe-
at, munitamque diligenter à vento, frigore,
pluuiaque: quæ cuncta prohibentur pellibus
manicatis, centonibus confectis, vel ſagis cu-
cullis, id ſi fiat, nullus dies tam intollerabilis
eſt, quo non ſub diuo moliri aliquid poſſit. &
libro 12. capite primo circa finem. tum ſi quis
ex familia cœperit aduerſa valetudine affici,

Correctio enim legum, non extcd. tur nec dilatatur, gloſſ in Authen. qnas act ones.C.de ſacroſ. eccleſ.

An autem hæc conſtitutio hodierno vſu obſeruetur, in diſceptationem vocatur. Ge-
11 neraliter † obtinuit, ex communi vſu loquendi, & propria ſignificatione familiam denotare agnationem, d l pron intiatio. §. familiæ ff de verbor. ſignific. ita Barto in d.l. fina. nume. 1. C. eod. titu. gloſſ. final. in verb. quoniam, in l peto. 69 § fina. & ibi Bartol. Bald. Caſtrenſ ff. de legat. 2. Iaſ. in d. l. fina C. de verbor. ſignifi nume. 21. vbi ex ſententia Bartoli refert, quod appellatione familiæ non veniunt cognati ſaltem attento communi vſu loquendi, quia cognati non dicuntur de noſtra familia, nec agnatione: vnde dato, ꝙ iſta lex procederet, attenta diſpoſitione iuris, non tamen procederet ex communi vſu loquendi, ſecundum quē verba teſtatoris eſſent colligenda, l librorum. § quod tamen. ff. de legat. 3. ita Iaſ. de qua re cop oſe Tyraq de retractu lignag §. 1. gloſſ 9 nume. 195 ibi. familia autem, agnatio & domus idem ſunt, per gloſſ. Bald. & Caſtr. in d.l. peto §. fi. & glo in l. fina. ff. de cap. deminut. & in l. 1. §. penult. ff. de vent. inſpic.

12 Vnde † etiam nu. 196. ex communi ſententia tradit fœminas ad ius retractus, vigore conſuetudinis non admitti, ſed repelli debere, ac non contineri ſub maſculino, ac tandem ſub nume. 197 Subijcit generalem regulam: quia inquit, illud perpetuum eſt in materia differenti, quæ ſcilicet non æquè conuenit aut congruit fœminis, vt maribus, & in quibus item eſt diuerſa ratio vtriuſque, nunquàm maſculinum concipit fœmininum, etiam in materia quantumlibet fauorabili, ex omnium de hac re ſcribentium ſententia. quinimo etiamſi ſtatuto contineatur, vt maſculinum concipiat fœmininum, ita Tyraquel. & nouiſſimè vir doctiſſimus Simon de Prætis in tract. de interpret. vltim volunt. libr 3. ſolut. 11. nume 25 vbi ſimiliter concluſionem tradit: quod familia vocata in fideicommiſſis per teſtamenta ſignificat agnatio-
13 nem. idemque † eſſe familiam, agnationem, vel domum. idque manifeſtum eſſe reſponſis, & veterum Iuriſconſ. in l. filiusfam. § cùm pater. ff. de legat. libr. 1. l. vnum. in princ. l. peto. § prædium. § fratre. l cùm ita. §. in fideicommiſſo. l. cùm pater § libertis. ff de lega 2. l. pater filium. ff ad l. Aquil. & recentiorum noſtrorum ſcriptis. in quam rem plurimorum authoritates adducit. Idem eſt in alijs cauſis, quæ in fauorem familiæ fiunt, vel conceduntur: ita de conuentione, vel tranſactione, qua familiæ conceditur ius redimendi caſtella ſeu villas, ſoluta æſtimatione, quòd fœminæ non admittantur, grauiter & acutè re-
ſpondit Pariſ. conſ. 33. nu. 44. 45. 46. lib. 1. & in caſu fideicommiſſi. idem Pariſ conſ. 51. nu. 5. & conſi 93. nu. 35. lib. 2. & conſ. 22. nu 62. Quia verò familiæ appellatio latiſſima eſt, & deſcendentes, & aſcendētes, & collaterales complectitur, d. l. pronunciatio § familiæ. ff. de verb.
ſig. attamen † propriè conſideratur illa, quæ 14
deſcēdit ab ipſo teſtatore, & ab eius ſtipite, & nō ab alio tranſuerſali, l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. Bar in d l. peto § fratre. in 1. q. & in l ſi cognatis, col. pen in 1. quæſt. ff. de reb. dub. & ibi interpret. inprimis Soc. nu. 31. Soc. conſ. 40. inter conſilia Curtij Pariſ. conſ. 1. nu 59. & 60. lib. 3. & conſ. 51. nu. 10 14. 18. lib. 2.

Circa familiæ appellationem quæſtiones
duæ mouentur. Prior eſt, vtrùm † familia poſ 15
ſit ſibi peculiares leges, circa ſucceſſiones facere vel condere? Quæſtio hæc vna eſt ex dubijs & ambiguis, & quæ in contrarias ſententias ſciſſa eſt. quibuſdam adſerentibus, eos, qui in eadem ſunt familia, certum modū ſucceſſioni dare & conſtituere: alijs ex iuriſdictione diſtinguentibus, familia ne habeat iuriſdictionem, an hac careat: illam ſucceſſionis modum ſibi conſtituere poſſe, hanc non. Tectior eſt ſententia, familias, quę nulla iuriſdictiōe prædite ſunt, proprias ſucceſſionis leges valituras condere non poſſe: conditas tamen & à principe cōfirmatas, valere. de qua quæſt. nos copioſè in repet. c. quamuis. de pact. lib. 6.

Poſterior quęſtio in eo verſatur: an familię
† appellatione comprehendātur filij natura- 16
les, vel etiā legitimati? Placuit pleriſq; naturales filios non comprehendi, niſi aliud ſit ex cōmuni vſu loquēdi, vel alia cōiectura ex ſtatuto colligatur, vel niſi ſtatutū loquatur per nomina naturæ non iuris. ita Iaſ. in l. fina nu. 13 C. de verbo ſignif multorum authoritates adducens: quia familiæ per legitimos tātùm, non per naturales conſeruantur. Dyn. in l. cùm pater § mater. ff. de lega. 2. Bart. in l. tutelas. in prin ff de cap min. & in l. pronūtiatio. §. familiæ. ff. de verbo. ſignifi.

Ideoque † naturales non poſſunt ferre ar- 17
ma & inſignia familiæ. Bart. in tracta. de inſignib & armis. Bald. & Ange. in l. generaliter. § cùm autem. C. de inſtit. & ſubſti. & in l. ex libera. per illum textum. C de ſuis & legit. hæred. vbi Bald. refert ita fuiſſe determinatum in quæſtione nobilium de Petra mala. idem Bald conſ 318. colum. a lib 4. Alexand. in l. ex facto. § ſi rogatus ff. ad Trebellia. Corn conſ. 169. colum. 2 lib. 3. Socin conſi. 102. col. 4. ver. reſtat igitur. lib. 3.

Quinimò † nec filij naturalium quāquàm 18
ipſi ſint legitimi poſſunt dici de familia. Bal. in d. l. fi C. de verbo. ſignif. nec quidem etiam legitimati per reſcriptum Principis potioribus votis. Alex. conſ. 60. nu. 17. lib. 2. Curt. cōſ. 16 nume. 19. 20. & Deci. conſ. 275. & conſil. 393.

S 4 Tyber.

Tyber Decian. conſ.31. nume.91. & ſeq. lib.1. quamuis minimè ſibi conſtans, diuerſum reſpondcrit, conſ.37.nu.37.eo.lib.

Quorum omnium ratio conſiſtit in conſeruatione familiæ, eiuſdemque dignitate, & amplitudine retinẽda, prout noſtri tradunt, quos magno numero recenſet Tyraq. in d. tract. de retract.lignag.§.1.glo.9.nu.195.& ſeq. Pariſ.conſ.59.nu.25. & conſ.63.nu.25.& conſi. 93.nu.22.lib.2.& conſ.1.num.65 & conſ.18.30. conſ.25.nu.37.lib.3.& conſ 72.nu.23.lib.4. Roland.conſ.56.nu.26.& conſi.58.nu 52. & nu.81. lib.3.Cephal.conſ 706.num 13.lib.5. Menoch. conſ.85. nume.8.lib.1. & conſ.177 nume.16.& conſ.187 num.4 lib.2.& conſ.310.num.37.& conſ.339.nu. 12 13.lib.4. Portius conſ.43.num. 25.& nouiſſimè Tybe. Decian.conſ.1. nu.289. & conſ.6 nu.68.& conſ.31.nu.86.lib.1.& conſ. 46.num.62.lib.2.& conſ.44.nu.11.& conſ.74. nu.21.lib.3 Anton.Gabriel. latiſſimè in commun.opin libr 6.de ſtatutis. concluſ.6. ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, ſit ratione conſeruandæ agnationis. Simon de Prætis in interpreta:.vltim.voluntat. lib 3. ſolutione vndecima.

19 Id † verò notandum obſeruandumque eſt appellationem in diſpoſitionibus & contractib. veluti ſi familiæ aliquid legetur: vel ſi qs ſibi & familiæ aliquid dandũ, præſtandum ve ſtipuletur, intelligi, & accipi de familia, quæ tempore diſpoſitionis, vel contractus extitit: non de illa, quæ auctior, deinde & abundantior reddita & effecta eſt. puta, paterfam. fecit pactum cum piſtore panium publico, quòd ſub certa mercede teneatur pinſere panem pro ſe & familia ſua ſingulis annis tempore huius pacti, duos habuit filios paterfamilias: poſtea nati ſunt plures, an pro eadem mercede pro omnibus pinſere teneatur. Conceſſa eſt alicui poteſtas incidendi ligna pro ſe & ſua familia: mortuo hoc, relictisque pluribus filijs, quilibet ex his, non minùs amplam habet familiam quam pater habuerat. Quæſitum eſt, an vnuſquiſque filiorum poſſit incidere ligna quæ ſufficiant ſibi, ſuæque familiæ. His ſanè caſibus familia intelligitur de ea magnitudine, & numero, quib. fuit tempore diſpoſitionis vel contractus initi, prout poſt veteres latiſſimè explicat Iaſ.in d.l.fi. num.6. vſque ad nu.13.C.de verb, & rer.ſign.

20 Eadem † eſt ſignificatio appellationis domus. Communi enim iure dici familiã omnium agnatorũ oſtenſum eſt. Eiuſdem familiæ quoq; eſſe appellabãtur, qui ex eadem domo prodierunt. ideoq; etiam domus pro familia vſurpatur Ita.Cice.libr.10.Epiſtol.Ego neceſſitudinem coniunctam habui cũ domo veſtra, antè aliquãdo quàm natus es. & lib.13. quæ, ne enumerem totam domum, tibi commendo. Item, domus meæ imperium habeo. & alibi paſſim. & Virgil. libr.3.

Aſcanius, omnisq; domus. Et iterum:
Dat propriam Tymbrea domum.
Et lib. 5.
Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris.
Et lib. 7.
Sergeſtruq; domus tenet, à quo Sergia nomen
Hic domus & patria eſt. Et vbique Seruius.
Et lib. 9.
Domus Aeneæ Capitoli immobile ſaxum
Accolet.

Quæ ſignificatio dictionis domus pro familia vel agnatione etiã à Græcis vſurpatur. Quinimò † latiùs patere dictionem domus, quàm familiæ. Eraſm. oſtẽdit in annot ad 2. cap. Lucæ. eò quòd eſſet de domo & familia. Sic iuris noſtri autores. Vlpia.tamen omnes, qui ſub vnius poteſtate fuerunt, rectè eiuſdem familiæ appellabuntur, qui ex eadẽ domo & gente proditi ſunt, l.pronuntiatio.§.commu ni.ff de verb.ſig. Et Papin. Quid enim ſi cæteros hæredes eui tauit, & quietã ac verecũdam, atq; etiam idoneam libertis conſulens, domũ ſequi maluit, & ideo ab omnibus hęredib. hęredis alimẽta præſtabuntur, l.cùm vnus.10.in prin. verſ. quid enim.ff. de alimẽtis & cibarijs legatis.& ibi glo.in verb.domum. & Paul. Si actor rerum agẽtis corruptus eſſe dicatur, vel huiuſmodi homo, vt non ſolùm iactura aduerſus ſubſtantiam ſed ad totius domus euerſionẽ pertineat ſeueriſſimè debet animaduertere.l.ſi ff.de off.preſid.& iterũ Vlp. quoniam nihil nocet ex vna domo plures teſtes alieno negotio adhiberi, l.pater. 17. in fi.ff.de teſtib. & Gratianus & Theodoſ.l.vnic.§.illo videlicet, verſ conſeſtim conteſtatione propoſita, cum ſua ſuorumq; domo iuriſdictionem eius euitare.C ſi quacunq; prædit. poteſtate. 21

Ex † quibus manifeſtum eſt appellatione domus contineri & comprehendi familiam vel agnationẽ, quod etiam omniũ ſuffragio receptum eſt, veluti in facti ſpecie: Titius ſubſtituit illos, aut proximiores de domo ſua. Domus quidẽ ſignificatione intelliguntur agnati ſoli.ita Bar.in l.ſi cognatis.ff.de reb.dub. & in l.1.in princ ff ad S C.Syllan. & in l.pronuntiatio.§ familiæ. & ibi Alc.ff.de verb ſig. & idẽ Bar in l.1.C. de conductor lib.12. Alex. in l. ex facto.§ ſi quis rogatus, nu.33.ff.ad Trebel.Bal.in l.peto.§.fratre & ibi Ange.& Imo. ff.de leg.2. Alexand.conſi.213. nume 3.libr.6. Capta.conſi 90.nume.4 Corne conſ.237. colum.2.& 3.verſic reiectis autem.lib.2.& conſil.26.colum.1. & conſil. 41. colum.3. lib.4. Ruin.conſi.110.num.14.& conſ 161.nume.4. lib.2.Gozadin.conſi.45.num.9 Berous conſ. 96.nu.7.lib.2.Pariſ.conſ.31.nu.3.lib.3.inquiens appellatione ſtirpis, vel domus veniũt deſcendentes ex maſculis, & conſanguinei. ex iſta parte, & excluduntur conſanguinei ex parte matris, 22

matris, qui nõ dicuntur de ſtipite vel ſtirpe, &
in tract. de interpret. vlti. volunt. lib. 3. ſolut. 3.
Tyraq in tract. de retr. lignag. §. 1. glo. 9. nu. 195.
Philip. Franciſ. in repet. c. ſi pater de teſtamen
tis. lib, 6. Laurus de Palatijs in tract. quòd ſtan
tibus maſculis, nu. 200.

Appellatione domus continentur quoq;
23 qui vulgò dicuntur de Caſata: item † de Cip-
po domus. nam vtraq; dictione comprehen-
dũtur illi, qui ſunt de agnatione, vel qui ſunt
conſanguinei ex latere paterno. ita de Caſa-
tis Imo in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus, nu. 10.
ff ad S.C. Trebel. Bal. in c. innotuit, nu. 16. ext.
de elect. Philip. Franc. in d. c. ſi pater. col. pen.
Felin. in c. in præſentia, nu. 23 extr. de probat.
Laurus de Palat. d. tract. nu. 201. Pariſ. d. conſi.
35. nu. 3. conſi 32. Socin. Iun conſ 94. nu 7. lib.
1. Simon de Præt. de interpret. vlti. volunt. ſi-
militer de Cippo domus Itali Doctores, qui-
24 bus ea vox in vſu eſt, tradunt, quod † Cippo
legatum intelligatur agnationis legatum, &
iis qui per lineam maſculinam ſanguine iun-
cti ſunt. Ange. & Caſt. in l. fin. C. de verb. ſign.
Barbat. conſ. 27. col. 10. verſic. modò iſtud vi-
detur. lib. 1. & conſi. 18. col 4. lib. 2. Corn. con-
ſil. 55. col. 4 lib. 1. dicens, teſtatorem per cippũ
domus videri, ſubſtituiſſe illos tãtùm de do-
mo, in quibus conſiſtit firmamentum.

De qua re copioſè Simon de Præt. in tract.
de intepretat. vltimarum voluntat. lib. 3.

CAPVT XXVI.

Quid ſit gradus cognationis.

SVMMARIA.

1 *Gradus vnde dicatur, & quid ſit. nu. 3.*
2 *Scala item ſcala quid.*
4 *Gradus honorum pro dignitate.*
5 *Gradus pro ordine.*
6 *Gradus definitiones variæ nu. 7. & 8.*
Definitionis gradus explicatio.

HActenùs dictum eſt de ſucceſſione per
lineas vel ordines, nunc de ſucceſſione
graduum. Species hæc ſucceſſionis, vt diluci-
dè explicetur, à definitione ordiar. Terent.
1 Varro lib. 4. de lingua latina: quia † ſimplici
ſcanſione ſcandebant in lectum, non altum
ſcabellum in altiorem ſcamnum, duplicata
ſcanſio gradus dicitur, quod geritur in infe-
riore ſuperiorem. qui locus videtur eſſe men-
doſus, & legẽdum: quod geritur ex inferiore
in ſuperiorem. Paulus I C. ſic: Gradus dicti
ſunt à ſimilitudine ſcalarũ, locorumve pro-
cliuium, quos ita ingredimur, vt à proximo
in proximum, id eſt. in eum, qui quaſi ex eo
naſcitur, tranſcamus, l. 10 §. gradus. ff de gra-
2 dib. & affin. Propriè verò † ſcala ſingulari nu-
mero ea ſignificatur, quæ ex teretibus lignis,
aut funibus, aliave materia conſtans, huc atq;
illuc transferri poteſt, de qua Caius: qui ferra-
menta ſciens commodauerit ad effringendũ
oſtium, vel armarium, vel ſcalam ſciens, cu-
ius rei gratia id fieret cõmodauerit ad aſcen-
dendum: licet nullum eius conſilium princi-
paliter ad furtum faciendum interuenerit, ta
men furti actione tenetur, l. ſi pignore. 56. §.
final ff. de furt. Plurali numero ſcalæ dicun-
tur, quæ latiores habent gradus, & immobi-
les ſunt, ac fixæ permanent. Rectè igitur Pau-
lus à ſimilitudine ſcalarum, numero plurali,
gradus deriuat.

Gradus † enim ſunt aſſeres, vel ligna latio- 3
ra ſcalarum, quibus ad altiora ædificiorũ con
ſcenditur, à gradiendo, hoc eſt, eundo dicti,
quòd per eos eatur. Cic. quemadmodum ſca-
larum gradus, ſi alios tollas, alios incidas, nõ-
nullos malè hærentes relinquas, ruinæ peri-
culum ſtruas, non aſcenſum pares. pro Flac-
co. & iterũ. gradus eiuſdem templi tollebãtur,
in orat. pro Seſtio. & iterũ, gradus templorũ
ab infima plebe cõpleti erant & pro Cluentio:
gradus illi Aurelij tũ noui, quaſi pro theatro
illi iudicio ædificati videbantur, quos accuſa-
tor concitatis hominibus compleuit. Simi-
litudine itaque graduum, in ſcalis ædificio-
rum, gradus dicuntur progreſſus, vel quaſi
proceſſus rerum, ex inferiore ad ſuperiorem,
ex humiliore in altiorem.

Sic † dicimus ad gradus honorum vel di- 4
gnitatis aſcendere. ita Cice ad gradum hono
ris amplioris, ollis, is primus aſcenſus eſto,
libr. 3. de legib. item: quæſtura primus gradus
honoris, in Vatin. inde Senatorius gradus,
pro Põpeio. cuius ætas à ſenatorio gradu lon-
gè abeſt. Sic etiam dicimus gradum aſcende-
re dignitatis: aſſequi dignitatis aliquem gra-
dum: item, de gradu dignitatis dimoueri: in
altiſſimo gradu dignitatis collocari: loca-
ri in ampliſſimo gradu dignitatis. item po-
ni in altiſſimo gradu dignitatis, præter ſpem,
alienis opibus. item, tenere gradum cõſularis
dignitatis item, tenere imperij gradum. item
magiſtratum gradibus aſcendere. Quandoq;
accipitur pro certis rerum capitibus vel gene
ribus, vt Cice. in partit. loquitur. In omnibus
igitur cauſis tres ſunt gradus, ex quibus vnus
aliquis capiendus eſt, ſi plures non queas ad
reſiſtendum. nam aut ita conſiſtendum eſt,
vt quod obijcitur, factũ neges: aut illud quod
factum fateare, neges eam vim habere, atque
id eſſe, quòd aduerſarius criminetur: aut ſi
neque de facto, neque de facti appellatione
ambigi poteſt, id quod arguêre, neges tale eſ-
ſe, quale ille dicat, & rectum eſſe, quòd fece-
ris, concedendumve defendas.

Interdum † etiam gradus ordinẽ denotãt: 5
ſic in ipſa communitate ſunt gradus officio-
rum, inquit Cicer. in offic vt prima Dijs, &c.
Secunda parentibus, &c. Tertia patriæ de-
beatur.

beatut.item,ſocietatis hominum plures ſunt
gradus. item gradus peccatorum, item gra-
dus ætatis: item gradus fortunæ. Inde apud
Oratores,gradatio,quam Græci ἐπιπλοκὴν vo
cant, cùm ex prima ſentẽtia ſecunda oritur,
ex ſecunda tertia,atque ita deinceps complu-
res, nam quemadmodũ in catena, multi in-
ter ſe circuli vinciuntur: ſic in hoc ſchemate
complures ſententiæ inter ſeſe connexæ con
tinentur: veluti cum hominibus armatis ad
eum venit, cùm veniſſet, ſine vlla religione
domum eius expugnauit,vi domo ſamiliam
abſtraxit,abſtractam tormentis omnibus ex-
cruciauit, cruciatam vinxit, vinctam in pub-
licum proiecit. ex quo etiam gradatim,velu-
ti aſcendere gradatim ab humilioribus ver-
bis ad ſuperiora.Cicero in partition.item,de-
ducere gradatim ad pauciores, poſtremò ad
ſingulos vniuerſitatem generis humani.Qua
etiam ſignificatione,pro ordine qualitatum
Medici vtuntur. puta,in primo, in ſecundo,
in tertio gradu. Verum ne nimiũ metas eua-
gemur in iure noſtro,cognationis gradus va-
6 riè definiri ſolet. Tancredus † (quem ſequi-
tur Ioan. Andreæ, & inter recenres Stepha-
nus à Coſta in tracta. de arbore conſanguin.
& Didac. Couarru. in epito. in librum quar-
tum decretal. in 2.parte,§.6)vt definit,ſit ha-
bitudo perſonarum diſtantium, qua cogno-
ſcitur quota agnationis vel cognationis di-
ſtantia, duæ, pluresve perſonæ inter ſe diffe-
runt.aliter Hoſtienſis. Gradus eſt diſtantia v-
nius perſonæ ab alia, vel plurium perſona-
rum,in linea conſanguinitatis,quæ definitio
placuit Fabro & Angelo in Inſtit. de gradib.
cognat. Gothofredus definit,vt ſit quædam
habitudo ſeu diſtantia perſonarum ab inui-
cem facta collatione ad communem paren-
tem. Quæ definitio Cardinali non probatur,
putat itaque gradum eſſe menſuram diſtan-
tiæ in conſanguinitate, qua cognoſcimus,
quoto cõſanguinitatis gradu aliqui inuicem
diſtant. Azo in ſumma definit gradum, vt ſit
interuallum,ſiue diſtantia perſonarum, cog-
natione ſibi coniunctarum,quoto gradu vna
perſona diſtat ab alia,optimè diiudicans: ſed
nec hæc apud omnes obtinuit. Bartolus verò
definit gradum,vt ſit ſitus, vel ſedes perſona-
rum in linea conſanguinitatis. Sic alij aliter,
tam inter veteres quàm recentiores. Baro de-
finit gradum,vt propriè ſit generatio vna, pu
ta,filius ad eum, de cuius cognatione quæri-
tur,in primo gradu eſt: eſt enim vna genera-
tio,pater quoque eiuſdem ad eum relatus, in
primo gradu eſt. nã pater eum genuit, in quã
ſententiam etiam Cuiac.concedit, gradus e-
nim alius ex alio naſcitur, & generatio quæ-
libet facit gradum: adfines nõ naſcuntur,alij
ex alijs. VVeſenbecius aliter, vt gradus ſit,de
proximo in proximum cognatum tranſitus:
ſiue, eſt interuallum, quo cognoſcitur, quæ
perſona ſtipiti propior ſit. Et quot ſunt tran-
ſitus in remotiorem, tot ſunt gradus. quam
poſteriorem definitionem à Melanchtone
mutuatus eſt, in tract. de coniugio, & quæ om
nium aptiſſima eſt: modò ad interuallum ad-
iiciatur dictio cognationis, vel † vt ſit inter- 7
uallum cognationis, quo cognoſcitur, quæ
perſona defuncto,de cuius hęreditate agitur,
proxima ſit. Interuallũ quidem, quia,quem-
admodum interuallis graduum per ſcalas
aſcenditur & deſcenditur: ita etiam in cogna
tione, interuallis generationum certi gradus
conſtituuntur. Defuncto autem(quia in ſuc-
ceſſione ab inteſtato inſpicitur,quis tempore
mortis proximus fuerit defuncto: Saluo tamẽ
iure repræſentationis, vel quicunque fuerit
deprehenſus,tum proximum locum obtine-
re. Omiſi verò dictionem ſtipitis) quia ſtipes
modum & formam computationi graduum
dat, & limes eſt, ad quem computatio graduũ
dirigitur. Addidi, de cuius hæreditate agitur,
licet enim graduum computatio, ad tutelas
quoque pertineat, attamen malui definire ex
præſenti re: deinde ad differentiam graduum
in matrimonij cauſa. denique, qui defuncto
proximus ſuit legitima enim hæreditas tan-
tùm proximo defertur, nec intereſt vnus ſo-
lus ſit, an ex duob. prior, pluribusve, an duo,
pluresve ab eodem gradu venientes, qui vel
cæteros antecedant, vel proximi ſint, quia is
eſt proximus, quêm nemo antecedit, & is vl-
timus, quem nemo ſequitur, & interdũ idem
primus, poſtremusque, qui ſolus occurrit, l.2.
§.legitima.ff.de ſuis & legitimis hæredib. in-
ſtit.l.1.§.proximus.§.gradatim.ff.vnde cogna
ti.l.qui duos.§.proximus.ff.de reb.dub.l.pro-
ximus.92.ff.de verb. ſignif. Quinimò † defi- 8
niri poteſt gradus, vt ſit generatio proximè
defunctum, de cuius hæreditate agitur, attin-
gens. Idq; ſecundùm phraſin ſacræ ſcripturę,
tã veteris quàm noui teſtamenti, veluti Exod.
20. Ego ſum Dominus Deus, fortis Zelotes,
viſitans iniquitatem patrum in filios, in ter-
tiam & quartam generationem, eorum qui
oderunt me, & faciens miſericordiã in millia
his, qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta
mea, & paſſim alibi. Sic etiam in nouo Teſta-
mento, Matth. 1. Generatio Domini noſtri
Ieſu Chriſti. & alibi. Græcis γενεὰ dicitur. &
qui proximo gradu defunctum contingunt,
οἱ ἐγγυτάτω γένοντες, ἢ οἱ ἐγγύτατα γένος. item οἱ ἄγ-
χιστα τῷ γένους ὄντες.

CAPVT XXVII.

Quot ſint genera graduum.

SVMMARIA.

1 *Ordines ſucceßionis tres.*
2 *Ordinum ſingulorum graduum enumeratio.*

Tres

1 TRes † eſſe ordines vel lineas ſucceſſionis
ab inteſtato, nempè deſcendentiũ, aſcen
dentiũ, & collateraliũ: vel ordinẽ ſuperiorẽ,
inferiorẽ, & ex tranſuerſo ſuprà dictum eſt. hi
ordines, ſinguli ſuos habẽt gradus, & ſuas ge-
2 nerationes. Recẽſentur † autem à Caio in l. t.
primo gradu ſunt, inquit, ſuprà, pater, mater,
infrà, filius, filia. Secundo gradu ſunt, ſuprà,
auus, auia: infrà, nepos, neptis: ex tranſuerſo,
frater ſoror: tertio gradu ſunt, ſuprà proauus,
proauia: infrà, pronepos, proneptis: ex tranſ-
uerſo, fratris ſororisq; filius, & filia: & conue-
nienter, patruus, amita, auunculus, materte-
ra quarto gradu ſunt ſuprà, abauus, abauia:
infrà abnepos, abneptis: ex tranſuerſo, fratris
ſororis nepos, vel neptis: & conuenienter pa-
truus magnus, amita magna, id eſt, aui frater
& ſoror: auũculus magnus, matertera magna,
id eſt, auię frater & ſoror: item fratres, patrue-
les, ſorores patrueles, id eſt, qui, quęve ex duo-
bus fratrib. progenerantur, item conſobrini,
conſobrinæque, id eſt, qui, quæve ex duabus
ſororibus naſcuntur, quaſi conſororini item
amitini, amitinę, q quęve ex fratre & ſorore
propagãtur: ſed ferè vulgus omnes iſtos com
muni appellatione conſobrinos vocat. quin-
to gradu ſunt, ſuprà, atauus, atauia: Infrà, atne
pos, atneptis: ex tranſuerſo fratris & ſororis
pronepos, proneptis, & conuenienter propa-
truus, & proamita, Id eſt, proaui frater & ſo-
ror, proauunculus, promatertera, id eſt, pro-
auiæ frater & ſoror. Item fratris patruelis, ſo-
roris patruelis filius, filia, & ſimiliter cõſobri
ni cõſobrinæ, itẽ amitini, amitinæ, filius, filia:
propior ſobrino, propior ſobrina, iſti ſunt pa
trui magni, amitæ magnæ, auunculi magni,
materteræ magnæ filius, filia. Sexto gradu
ſunt, ſuprà, tritauus, tritauia: infrà trinepos,
trineptis: ex tranſuerſo, fratris & ſororis ab-
nepos, abneptis. & conuenienter abpatruus,
abamita, id eſt, abaui frater, & ſoror, abauun-
culus, abmatertera, id eſt, abauiæ frater & ſo-
ror. item patrui magni, amitæ magnæ, auun-
culi magni, materteræ magnæ, nepos, neptis:
item fratris patruelis, ſororis patruelis, cõſo-
brini, conſobrinæ, amitini, amitinæ, nepos,
neptis (item) propatrui, proamitæ, proauun
culi, promaterteræ, filius, filia: item qui ex fra
tribus, patruelibus, aut conſobrinis, aut ami-
tinis, vndiq; propagãtur, qui propriè ſobrini
vocantur. In ſeptimo (autem) gradu, quã mul
tæ poſſint eſſe perſonæ, ex his quę diximus ſa-
tis apparet. Admonendi tamen ſumus. parèn
tum, liberorumq; perſonas ſemper duplari.
auum enim & auiam, tam maternos, quàm
paternos intelligimus: itẽ nepotes neptesve,
tam ex filio quàm ex filia. Quam rationẽ ſci-
licet in omnibus deinceps gradibus, ſuprà In-
fraq; perſequemur. hactenùs Caius

Quos ſingulos gradus Paulus longiſſimè
dilatat & extendit. Primo gradu cognationis
ſunt, ſurſum, verſum, duo pater, mater: deor-
ſum verſum, duo, filius & filia: Secũdó gradu
duodecim perſonæ continentur. Tertiò, con
tinentur triginta duæ perſonæ. Quarto gradu
continentur perſonæ octoginta. Quinto gra-
du, perſonæ octoginta quatuor. Sexto gradu
perſonæ, quadringentæ, 48. Septimo gradu
continentur perſonæ mille, viginti quatuor,
l. fin. ff. de gradib. & affin qua ratione autem
gradus, quo à primo abſunt, longiùs augean-
tur & amplificentur, ex eo conſtat, nempè du
plicato proximo cuiuſque gradus numero,
& hoc ampliùs, geminato perſonarum nu-
mero, qui ex latere ei acceſſerunt: veluti, pri-
mo gradu quatuor ſunt, quibus duplicatis;
adde quatuor ex latere, & duodecim erũt per-
ſonę. in ſecundo gradu, duplica iterum duo-
decim, deinde quatuor, quæ ex latere gradui
ſecundo acceſſerunt, & triginta duas perſo-
nas conficies numerum tertij gradus, has de-
nuò dupla, & ex latere octo, quæ acceſſerunt
tertio gradui, & conficies in quarto gradu o-
ctoginta perſonas. quibus iterum duplicatis,
& ex latere itidem geminatis, ſedecim, quæ
ex latere quarto gradui additæ ſunt, erit nu-
merus quinti gradus, nempè 192. perſonarũ.
Sexto gradu hac ratione cõficientur quadrin
gẽtæ, quadraginta octo, ſeptimo, mille vigin-
ti quatuor. & ſic de vlterioribus.

AXIOMA XXVIII.

Qua ratione gradus computentur.

SVMMARIA.

1 *Arborem conſanguinitatis & affinitatis qui docuerint.*
2 *Arbor Canonica & ciuilis in quo diſtent.*
3 *Graduum computandorum quæ rationes & regula.*
4 *Computationis graduum in ſingulis ordinibus exempla.*
5 *Gradus computandi vna regula omnibus ordinib. ſeruiens.*
6 *Graduum computandorum ratio per Paul. I. C. tradita, examinatur.*
6 *Computandi gradus per Iuſtinianum traditus modus.*
7 *Generationem Græci pro gradu ponunt.*
9 *Generationes quot, tot ſunt gradus.*

VEteres † & recentes interpretes pluri- 1
mum, vehementerq; laborarunt in hac
re, magnosque de conſanguinitatis & affini-
tatis ardore, inprimis autem de graduũ com-
putatione ediderunt commentarios, breuiſ-
ſimè Ioan Andr. poſt hunc Proſdocimus de
Comitib. Gregorius Rhamnuſius, Hierony-
mus Mangraria, Papienſis, Stephanus à Coſta
Luſtanus, Ioan. Lindholt. Germanus: quorũ
tractatus extant in tomo 9 tractatuum. Petr.
Loriottus in lect. ff. de gradib. & affin. & no-
uiſſimè Didacus Couarruuias in epit. quarti
decretalium. in ſecundæ partis relectione,
cap. 6. §. 6.

Conſtituit autem vetuſtas arborẽ conſan-

guinitatis,eamque ſutſum verſum,deorſum,
acex tranſuerſo diſtinxit varijs cellulis, addi-
ris graduum numeris. Arborem hanc ſecun-
dùm ſubiectam materiam,duplicem planta-
uit,vnam,quç canonica appellatur; aliam ci-
uilem,illa pontificio ſolo ſata eſt, hæc,ciuili:
illa in decretalib. & ſextò.tit. de conſang. &
affin. & in decretis x x v. quæſt. 5. fundatur:
hæc altas radices egit in Pandectis, tit.de gra-
dib & affin.

2 Diſtanr † verò inter ſe plurimùm: quia ar-
bor Canonica reſpicit coniugia, c. ad ſedem.
35.queſt.5.eaque iterum dirimitur in arborem
conſanguinitatis & affinitatis. arbor autem
ciuilis pertinet ad hæreditates & tutelas. In
legibus ſiquidem ob nihil aliud ipſa graduũ
mentio facta eſt, niſi vt hæreditas ab vna in
alteram perſonã inter conſanguineos defe-
ratur: in canonib. verò ob hoc progenies cõ-
putatur, vt apertè mõſtretur, vſq; ad quotam
generationem à cõſanguineorum nuptijs ſit
abſtinendum. ciuili iure præſcribitur, vt hæ-
reditas propinquis, modo legitimo confera-
tur: iure pontificio, vt ritè & canonicè inter
fideles nuptiæ celebrentur. terriò ſeparantur
in eo quoque, quòd hæreditates iure ciuili ab
vna perſóna in aliam, de vno gradu in alterũ
proximum deferãtur: ac in ſingulis perſonis
ſinguli gradus conſtituantur. iure autem pon-
tificiò in tranſuerſalibus, ex duobus gradibus
vnus conficitur. Quartò, differunt in eo ſimi-
liter, quòd iure ciuili frater & ſoror in ſecũdo
ſunt gradu, iure pontificio in primo, nimirũ
ad parentem, non inter ſe. Sic horum filius &
filia, conſobrinus & conſobrina, in ſecundo
ſimiliter, ad parẽtem relati & deinceps. quin-
tò iure ciuili in computãdis gradibus omnes
cognationis gradus referũtur ad Petrutium,
de cuius ſucceſſione, tutela, vel cauſa quæri-
tur: iure pontificio perſonæ, de quarũ nuptijs
quæritur, reducuntur ad communem paren-
tẽ, qui eſt cauſa matrimonij impediendi: quæ
prohibitio coniugalis copulæ, quartum con-
ſanguinitatis, & affinitatis gradum non exce-
dit, c. non debet, 8. ext. de conſang. & affin.

3 Ratio † comprobandorum graduum mul-
tiplex affertur. veteres, & inter hos Ioan. And.
tribus regulis graduum computationẽ com-
prehendunt. Prima eſt aſcendentium & deſ-
cendentium, quot ſunt perſonæ, de quib. quç-
ritur, cõputatis intermedijs, vna dempta, tot
ſunt gradus inter eas: vel breuiùs, in aſcenden-
tium & deſcendentium linea, quot ſunt per-
ſonæ, vna dempta, tot ſunt gradus. Sic filius
patri eſt in primo gradu, nepos auo in ſecun-
do, pronepos proauo in tertio, abnepos aba-
uo in quarto, & ſic deinceps.

Secunda, in linea tranſuerſa æquali, quoto
gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto du-
plicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent.

Tertia regula, in linea tranſuerſali inæ-
quali, quot ſunt perſonæ, ſtipite dempto, tot
ſunt gradus. quoto gradu remotior diſtat à
communi ſtipite, eodem inter ſe.

Quas tres regulas Ioan. Andr. Hoſt. Præ-
poſ. & nouiſſimè Steph. à Coſta, & Loriottus
diligenter & exactè explicant, in ſuis de con-
ſanguinitate commentarijs, quò lectorem re-
mitto. Exemplum † ſolummodò adducam: 4
in aſcendentium & deſcendentiũ linea quæ-
ritur, abnepos ab abauo. quoto gradu diſtet?
numerando cum Petrutio perſonas aſcẽden-
tium ab abnepote vſq; ad abauum, & erũt no-
uem: deme Petrutium, reſtabunt octo perſo-
næ. Aliud exemplum de deſcendentibus &
collateralibus, quæritur. Petrutius quoto
gradu ſit pronepoti ipſius propatrui: nume-
rando enim aſcendendo à Petrutio vſque ad
abauum, ſunt quinque perſonç: ab abauo de-
ſcendẽdo vſq; ad pronepotẽ ipſius propatrui,
ſunt 4. perſonæ: facta ſumma perſonarũ ſunt
nouem, deme vnam, remanent octo, diſtant
igitur octo gradib. Exemplum de collaterali-
bus tantùm: Sempronius moritur, relinquẽs
quatuor filios, Seium, Paulum, Petrũ & Titiũ,
ſinguli filij ſuós habent filios, nepotes & pro-
nepotes: Pronepos Titij moritur, ſuperſtiti-
bus adhuc filio Petri, nepote Pauli, pronepo-
te Seij: quæritur quis horum trium gradu ſit
proximior, pronepoti Titij defuncto, vt ei ab
inteſtato ſuccedat. In hoc caſu, incipe nume-
rare à perſona defuncti, vel Petrutij, aſcenden-
do, vſq; ad communem patrem, quatuor fra-
trũ, qui defuncto fuit abauus: deinde deſcen-
dendo, ab abauo vſq; ad filium Petri, ſunt ſe-
ptem perſonæ, deme perſonam pronepotis
defuncti, vel Petrutij, & remanẽt ſex perſonç.
eſt itaq; filius Petri, defuncto in ſexto gradu.
eodẽ modo numerãdo à defuncto vſq; ad ne-
potem Pauli, inuenies vna dempta, ſeptẽ per-
ſonas. eſt itaq; nepos Pauli in ſeptimo gradu,
pronepos Seij in octauo, quia à defuncto vſq;
ad ipſum pronepotẽ Seij, vna dempta habes
octo perſonas, filius igitur Petri pronepoti
Titij ſuccedit, & eſt alijs gradu proximior.

Omiſſis † veterum regulis tribus, pro hiſce 5
omnibus lineis, quãtum ad ius ciuile attinet,
vna conſtituitur regula: quot ſunt perſonæ,
vna dempta, tot ſunt gradus, iuxta quã regulã
omnia exempla diſtãtiæ graduum, tanquàm
ad normam dijudicari & numerari poſſunt.

Iuris noſtri autores, Paulus nempè, & Iuſti-
nianus, & Græci, Theophil. in Inſt. & Harme-
nop. alio vtuntur modo computandorum
graduum. Paulus † inquit, quotiens quæritur, 6
quoto gradu quæq; perſona ſit, ab eo incipiẽ-
dum eſt, cuius de cognatione quærimus, & ſi
ex inferiorib. aut ſuperiorib. gradibus eſt re-
ctè linea ſurſum verſum vel deorſum tenden-
tium,

tium, facilè inueniemus gradus, ſi per ſingulos gradus proximum quemque numeramus, nam qui ei, qui mihi proximo gradu eſt, proximus eſt, is ſecundo gradu eſt mihi. Similiter enim accedentibus ſingulis, creſcit numerus. idem faciendum eſt in tranſuerſis gradibus: ſic frater in ſecũdo gradu eſt: quoniam patris vel matris perſona, per quos coniungitur, prior numeratur, l. Iuriſconſ. §. ſunt ex latere. ff. de gradib. & affin. Ex quibus quidem Pauli verbis, ratio computandorum graduum cõſtat: ſic pater & filius, conſtituũt primũ gradum, licet enim duæ perſonæ ſint, vnus tamen & primus gradus conficitur: neceſſe eſt enim, ad primum gradũ concurrere, & generãtem & generatam perſonam. nam pater, qui non generauit, pater non eſt: nec filius eſſe poteſt, qui à patre generatus non eſt. & ſic ex generante, & generata perſona fit primus gradus. In linea itaq; aſcendentium perſona patris mei ſi adijciatur, aſcendẽdo, proximæ perſonæ, aui videlicet mei per generationem facit ſecundùm gradum: ſi perſona aui mei adijciatur perſonæ abaui mei, quartus gradus producitur: ſi iterum abaui perſona adijciatur atauo, quintus emergit gradus: vlteriùs, ſi perſona atraui adijciatur perſonæ mei tritaui, iterũ alius & ſextus efficitur gradus: ſi rurſus tritaui perſona proximæ ſequenti perſonæ aſcendentium, nempè quadritaui adijciatur, conſtituitur gradus ſeptimus, & ſic deinceps. Pariter in ordine deſcendentium, putà, pater generat filium, filius generatus primum facit gradum: ſi filij perſona adijciatur ſequenti proximæ generatæ, nempè nepoti, promanat ſecundus gradus: ſi nepos adijciatur pronepoti, conſtituitur tertius gradus: ſi pronepotis perſona adijciatur proximæ ſequenti, abnepoti videlicet, nouus & quartus emergit gradus: ſic abnepotis perſona addita atnepoti, quintum efficit gradum: ſi atnepotis perſona iterum proximæ ſequenti, trinepoti nempè adijciatur, ſextus erit gradus, & ſic deinceps: ex quibus patet, intellectus verborum Pauli, gradus inueniri, ſi per ſingulos gradus proximum quemq; numeremus.

7 Tertius † modus computationis à Iuſtiniano traditur, quod generata perſona ſemper gradum adijcit: namque, inquit, ex his palàm eſt intelligere, quemadmodũ vlteriores quoque gradus numerare debeamus, quippe generata perſona ſemper gradum adijcit. §. hactenùs. Inſt. de grad. cognat. ac vt Theoph. ait: ὀφείλεις γὰρ εἰδέναι, ὅτι τὸ τεχθὲν πρόσωπον ἀεὶ βαθμὸν προστίθησιν.

8 Hinc † etiam Græci generationẽ pro gradu dicunt. Matth. 1. βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβίδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ, &c. inde γεννητής. genitus, generator. γέννημα. generatus, genitus. ἔγγονος, ἐγγόνη, nepos, neptis. προέγγονος, προεγγόνη, pronepos, proneptis, ἀπέγγονος, ἀπεγγόνη, abnepos, abneptis. δισέγγονος, δισεγγόνη, atnepos, atneptis: τρισέγγονος τρισεγγόνη, trinepos, trineptis. de quibus Theophilus, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. ἡ συγγένεια ὄνομα ἐστὶ γενικόν. Διαιρεῖται δὲ εἰς τρία εἰς ἀνιόντας, κατιόντας, καὶ τοὺς ἐκ πλαγίου, καὶ ἀνιόντες μέν εἰσιν, οἱ ἡμᾶς γεγεννηκότες οἷον πατήρ, μήτηρ, πάππος, μάμμη, πρόπαππος, προμάμμη, καὶ οἱ ἐπὶ τούτων ἀνωτέρω. κατιόντες δὲ οἱ ὑφ᾽ ἡμῶν γεννηθέντες, οἷον υἱός, θυγάτηρ, ἔγγονος, ἐγγόνη, προέγγονος, προεγγόνη, καὶ οἱ ἐπὶ τούτων κατωτέρω. Gradus itaque hac ſignificatione nihil aliud eſt quàm generatio, conſtans generante perſona, & proxima generata, vnde conſtans regula eſt, quot † ſunt 9 generationes, tot ſunt gradus, ſic pater & filius vna eſt generatio: diſtat itaque filius à patre, primo gradu, ſi filius iterum generet filium, ſecunda eſt generatio, ergo ſecundo gradu diſtat nepos à patris ſui patre vel auo. Si igitur hic nepos etiam generet, tres ſunt generationes, & diſtat pronepos à patris ſui abauo, tertio gradu, & ſic de cæteris. Ita etiam in aſcendentium ordine proauus genuit auum, auus patrem, pater filium: tres ſunt generationes: ergo filius hic proauo ſuo eſt in tertio gradu. ita etiam de abauo & ſequentib. & ſic ſimiliter in linea tranſuerſali, pater genuit filium, eſt vna generatio, idem pater genuit filiam, eſt ſecunda generatio: frater itaque & ſoror in ſecundo ſunt gradu. Sic quoque fratris & ſororis liberi in quarto ſunt gradu, filium fratris genuit frater, fratrem pater: idem pater genuit filiam, filia peperit filium quatuor ſunt generationes, ergo in quarto ſunt gradu, & ſic de alijs vlterioribus.

CAPVT XXIX.

Secunda diuiſio cognationis quoad gradus.

SVMMARIA.

1 *Cognati alij in gradu ſunt alij diſtant gradu.*
2 *Regula, quot generationes, tot gradus explicatio.*

Cognati, † ſecundùm ius ciuile, alij dicuntur eſſe in gradu, & facere gradum: 1 alij dicuntur diſtare gradu. illi dicuntur eſſe in gradu & facere gradum, quando plures æquali & eodem gradu diſtant à ſtipite communi: licet ſeparatim inter ſe in gradu æquali, diuerſos conſtituant iterum gradus, putà, filij, ijdemque fratres, vel ſorores, ex vno eodemque patre, vel vna eademque matre procreati, quotquot ſunt, in vno eodem ſunt gradu, nempè primo gradu deſcendentium: ſic & filij fratrum, in ſecundo gradu, & deinceps cæteri in ordine deſcendentium, in æquali gradu conſtituti, & à communi parente diſtantes ratione graduum: inter ſe tamen hi fratres iterum ſecundùm gradum faciunt,

eo enim, quod omnes filij ſunt, reſpectu patris in primo gradu ſunt: eò quòd inter ſe fratres & ſorores ſecundo gradu ſunt, l.1.§.primo, & l.10.§.ſecundo gradu ſunt, ff. de grad. & affin. §.1.verſic. ſecundo gradu. Inſtit. de gradib. cognat. Obijci poteſt: Quot ſunt diuerſi filij, & fratres, tot eſſe debent gradus diuerſi, veluti ſi ſint quinque filij, & fratres, quinque erunt etiam gradus: quia quælibet perſona generata adijcit nouum gradum. §. hactenùs. Inſtir. de gradib. cognat. Sed diluit hanc obiectionem Accurſius, in d.§ hactenùs. in verb. generata, quòd illa regula habeat locum inter perſonas, quarum vna ab alia generatur, vt filius à patre, nepos à filio, non autem, quando plures ab vna perſona generantur. plures enim conſiderantur eſſe in eodem gradu, id eſt, in eadem linea agnationis, vt puta, filij duorum fratrum ſunt in vna eademque linea tranſuerſali, æquali, & eodem gradu, reſpectu ſtipitis, nempè in ſecundo gradu: reſpectu autem inter ſe faciunt duos diuerſos gradus, & in quarto gradu à ſe inuicem diſtant, d.l.1.§.quarto gradu ſunt, ibi: item fratres, patrueles, ſorores patrueles, id eſt, qui, quæve ex duobus fratribus procreantur, &c l.10.§. quarto gradu. verſic. eodem gradu ſunt & illi, qui vocantur fratres patrueles, &c.§ quarto gradu Inſtitu. de gradib. cognat. Sic etiam in alijs collateralibus lineæ æqualis: quotiens enim in tranſuerſalibus lineis, duæ, aut plures inueniuntur perſonæ, æqualiter à communi ſtipite deſcendentes, quoto gradu altera earum diſtat à communi ſtipite, toto duplicato diſtant inter ſe. & ſic non diſtant gradu, reſpectu ſtipitis: ſed ſunt in eodem gradu. Illi autem dicuntur diſtare gradu, quando vnus ex collateralibus eſt remotior altero. hi enim non ſunt in eodem gradu, ſed diſtant gradu, veluti, in fratre, & fratris filio: & ſic conſecutiuè collaterales in linea æquali dicuntur eſſe in gradu: in linea autem inæquali non dicuntur eſſe in eodem gradu, ſed diſtare gradu.

CAPVT XXX.

Axiomata circa ſucceſsionem graduum tam in cauſa teſtati, quàm inteſtati.

SVMMARIA.

1 *Linearum prærogatiua quæ ſit.*
2 *Repræſentationis priuilegium quod ſit.*
3 *Gradus proximior excludit remotiorem.*
4 *Succeßio in capita in iure quid.*
5 *Ordo ſucceßionis par & æqualis teſtati & inteſtati.*
5 *Teſtator plures hæredum gradus facere poteſt.*
7 *Proximior à teſtatore magis dilectus videtur, & à ſtatuto.*
8 *Subſtituto locus non eſt quamdiu inſtitutus ſupereſt, aut deliberat.*
9 *Proximus item vltimus, vel ſupremus qui.*
10 *Proximus etiam quis dicitur, etiamſi ſolus ſit.*
11 *Conditio ſi ſine liberis verificatur in vno.*
12 *Proximus in ſucceßione inteſtati eſt, qui defuncto ſanguine coniunctus eſt.*
13 *Proximitas pro cognatione accipitur, & ad matrem propè pertinet.*
14 *Proximitas in cauſa inteſtati iudicatur à tempore mortis.*
Proximitas in cauſa teſtati conſideratur à tempore destituti teſtamenti, ibid.
15 *Proximitas in cauſa teſtamenti conſideratur ex perſona teſtatoris.*
16 *Fideicommiſſum relictum proximioribus cognatis in dubio, an de hæredis, an vero teſtatoris proximioribus intelligendum, nu. 19. 20. 21.*
17 *Proximior venditori præfertur in retractu proximiori ſtipitis.*
18 *Proximitas in feudi ſucceßione reſpicitur vltimi vaſalli, non primi acquirentis.*
22 *Conſanguineis duobus contendentibus de proximitate, quis contra poßidentem agit, probare debet.*
28 *Proximitatis prærogatiua, quomodo probanda per teſtes.*

AXIOMA I.

SVcceſſio ab inteſtato defertur proximo cuique, vel de gradu in gradum, ſalua tamen prærogatiua linearum vel ordinum, & iuris repræſentationis. Linearum † prærogatiua eſt, vt deſcendentes, vel liberi primò ſuccedant, & præponantur aſcendentibus, & ex latere coniunctis: nullis liberis extantibus, locus fit aſcendentibus, & vnà cum his fratribus vel ſororibus, vtroque parente procreatis: nec illis extantibus admittuntur ex vno latere fratres, ſororesve, cum quibus & filij eorum, ſi qui ex eis iam deceſſerint, excluſis defuncti patruis. denique poſt fratres, fratrumque filios vocantur, quicunque gradu ſunt proximiores, vt pares in gradu pariter admittantur, ſublata differentia maſculorum & fœminarum. Authent. de hæredib. ab inteſtat. ven. §. 1. ſi quis igitur deſcendentium fuerit & §. ſi igitur defunctus deſcendentes. §. ſi igitur defunctus, neque deſcendentes. §. ſi verò neque fratres. 1

Ita † pariter priuilegium repræſentationis eſt, vt filij fratrum vnà cum patruis ſuccedant, licet filij fratrum gradu ſint remotiores: in deſcendentium quidem linea in infinitum, d. §. primo. §. ſi quis igitur. verſic. ſic tamen, vt ſi quem horum deſcendentium, filios relinquentem, &c. In linea autem tranſuerſali ſoli filij fratrum: poſt hos enim proximi quique vocantur, d. §. ſi verò neque fratres, & Authent. poſt fratres, fratrumque filios. 2

AXIOMA

AXIOMA II.

3 Hinc conficitur,quod † gradus proximior excludit gradum remotiorem, tam veteri, quàm nouo, tam cinili, quàm prætorio iure: & ſi plures in eodem gradu ſint,æqualiter admittuntur. hæc hæreditas, inquit Vlpianus: Proximo agnato, id eſt, ei,quem nemo antecedit, defertur: & ſi plures ſint eiuſdem gradus, omnibus in capita ſcillcet, vtputà duos fratres habui , vel duos patruos, vnus ex his vnum filiũ,alius duos reliquit: hęredltas mea in tres partes diuidetur. & iterum Vlp. legitima hæreditas tantùm proximo defertur,nec Intereſt vnus ſolus ſit,an ex duobus prior.pluribusve,an duo pluresve ab eodem gradu venientes , qui vel cæteros antecedant, vel ſoli ſint, l.2. §. hæc hæreditas. & §. legitima. ff.de ſuis & legit.& Iterum Vlpla.gradatim autem admittuntur cognati ad bonorum poſſeſſionem, vt qui ſunt primo gradu , omnes ſimul admittantur , l.1.§.gradatim. ff. vnde cogn.& Iuſtinia. *Si verò neque fratres,neque filios fratrũ defunctus reliquerit,omnes deinceps cognatos à latere ad hęreditatẽ vocamus ſecundùm vniuſcuiuſque gradus prærogatiuam , vt viciniores gradu ipſi reliquis præpo-*
4 *nantur. Si autem* † *plurimi eiuſdem gradus inueniantur, ſecundùm perſonarum numerum, hæreditas inter eos diuidatur, quod in capita noſtræ leges appellant*, d.Auth. de hæredib.ab inteſta. ven.§. ſi verò neque fratres. Quæ verba cõſtitutionis redacta ſunt in compendium:poſt fratres , fratrumq́ue filios vocantur, quicunque gradu ſunt proximiores: vt pares in gradu pariter admittãtur,&c. Authen.poſt fratres fratrumq́ue filios.C. de.legit.hæredib.]

5 Par & † æqualis cauſa eſt hoc caſu ſucceſſionis ex teſtamento : exiſtente enim primo gradu ceſſat ſecundus , vel exiſtente inſtituto non admittitur ſubſtitutus.Hæredes enim,vt Modeſtinus ait, aut inſtituti dicũtur, aut ſub.ſtituti:inſtituti dicuntur primo gradu: ſubſtituti ſecũdo vel tertio.Hæredis ſubſtitutio aut duplex eſt,aut ſimplex Simplex eſt,veluti Lucius Titius hæres eſto : Si mihi Lucius Titius hæres non erit , tunc Seius hæres mihi eſto. Duplex eſt, veluti filius meus mihi hæres eſto:ſi hæres non erit, ſiue hæres erit , & intra pubertatem deceſſerit , tunc Gaius Seius hæres mihi eſto, l.1.ff.de vulgar. & pupillar.ſubſtit. Inſtituti dicuntur primi hæredes, ſubſtituti ſecundi hæredes. Vlpianus in l.idem eſt. 13.§.final. cùm miles in teſtamento ſuo ſeruo libertatem dederit, eidemq́ue & à primo, & à ſecundo hærede, per fideicommiſſum hæreditatem reliquerit , &c.ff. de teſtamen. milit. ita etiam in alijs iuris capitibus,inſtituti vocantur primi hæredes, l.ſeruo alieno, 113.§.ſi quis à primo ff.de legat.1. l. final.ff.de fideicommiſſ. libert. vel primo gradu ſcripti, l. denique.4.ff.de iniuſt.rupt. l.ſi non lex. 83.§. fina.ff. de hæredib. inſtituen. l. ſi poſthumus à primo gradu. 14.ff.de libe.& poſthu.l. poſthumi. per virilem.3.§.fina. l.nam etſi.15. ff.de iniuſt.rupt. ita etiam de tertio gradu.l. quidam teſtamento.ff de vulga. & pupill. & paſſim alibi.

Id enim † conſtat teſtatorem plures gra- 6
dus hæredum in teſtamento facere poſſe,l.ſi in plurium.70.ff.de acquiren. hæred. l.ſi plures gradus ſunt hæredum.98.ff.de legat.3.l. Lucius Titius Seio.ff.de hæred.inſtit.& Iuſtinia. Inſtit.de vulg.ſubſtit. in princ.

De his itaque gradibus hæredum Vlpian. regulam tradit: quamdiù prior hæres inſtitutus hæreditatem adire poteſt,ſubſtitutus non poteſt. l. quamdiù.39.ff.de acquirend. hæred.
Proximior † enim defuncto,ſemper intelli- 7
gitur magis dilectus fuiſſe à teſtatore: ſicuti etiam in ſtatuto,argum.l.Publius.36.§ final.in fin.ff. de condit.& demonſtr. l.ſi viua matre. verſi.nam licet. C.de bon.mat.l.1.C.de cond. in ſert.glo. in l.1.verb. fiſco. ff.ſi quis aliquem teſtari prohib.Iaſ.in l.1.col.pen C.de ſucceſſ. edict.& in l.Gallus.§.nunc de lege.col.pen.ff. de lib.& poſth.Alex.conſi.36.in 2.dub.libr.6. quod eſt repetitum conſi.203.lib.7.cum conſ. 117.in prin.cum ſimilib.relatis à Decio conſi. 15.quam regulam alio loco repetit.

Quamdiù † inſtitutus admitti poteſt, ſub- 8
ſtituto locus non eſt : nec antè ſuccedere poteſt, quàm excluſo hærede inſtituto, &c quo in loco etiam tertij gradus facit mentionem: is autem inquit, qui tertio gradu ſcriptus eſt, ſi primo deliberante ſecundus decedat , ipſe poteſt ſuccedere,l.quamdiù.69.ff.eod.titu. & alibi Vlpian. denique & deliberantib. primo gradu ſcriptis hæredibus qui ſecundo gradu ſcripti ſunt hæredes , obtinere hæreditatem non poſſunt,l.4.ff.de iniuſt.rup.& irrit.cuius rei inſigne exemplum tradit Vlpian.in l.ſeq. ff eod.titu. Ita etiam in fideicommiſſo,quod familiæ relinquitur, hi ad petitionem eius admitti poſſunt , qui nominati ſunt: aut poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore, quo teſtator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati ſunt, l.omnia 32.§.in fideicommiſſo.ff.de lega.2.

AXIOMA III.

Quis dicatur proximus.

Proximus † eſt, quem nemo antecedit, & 9
is vltimus,quem nemo ſequitur:& interdum idem primusq́ue , qui ſolus occurrit, ita Vlpian.l.2.§.legitima hæreditas. verſic.quia vel is eſt.ff.de ſuis & legitimis. Paulus. Proximus

eſt inquit, què nemo antecedit, ſupremus eſt, quem nemo ſequitur, l. proximus. 92. ff. de verbor. ſignific. & Africanus. Supremus non is demùm, qui poſt aliquem, ſed etiam poſt quem nemo ſit, intelligatur. Sicut & econtrariò proximus non ſolùm is, qui ante aliquem, ſed etiam is, ante quem nemo ſit, intelligitur, l. ex duobus. 34. ff. de vulgar. & pupill. nec neceſſe eſt vt multi ſint, inter quos vnus, pluresve ſint proximi.

10 Sed proximi † appellatione etiam ille continetur, qui ſolus eſt, l. proximi. 155 ff. de verbor. ſignific. & Vlpian. Proximus autem accipletur etiam is, qui ſolus eſt: quamuis proximus ex pluribus dicatur. Sicuti econtrà, quamuis ſingulari numero vtatur lex duodecim tab. proximum vocans: tamen dubium non eſt, quin, ſi plures ſint eiuſdem gradus, omnes admittantur. nam & propriè proximus ex pluribus gradibus intelligitur: & tamen dubium non eſt, quin licet vnus ſit gradus agnatorum, pertineat ad eos hæreditas, inquit Iuſtinian. §. ſi plures. Inſtit. de legitim. agn. ſucceſſ.

11 Quemadmodum quoque † conditio ſine liberis verificatur in vno. l. cùm vxor. ff. de vſufruct accreſc. l. pater Seuerinam. §. in fideicommiſſo. ff de condit. & demonſt l. non eſt ſine liberis. ff. de verbo. ſignifi. l. 1. §. proximus. ff. vnde cogn. & Triphon. proximus agnatus intelligitur etiam qui ſolus eſt, quique neminem antecedit, l. qui duos §. 1. in fine. ff de rebus dub. & Pomponius in vulgari ſubſtitutione, qua ei, qui ſupremus morietur, hæres ſubſtituitur, rectè ſubſtitutus etiam vnico intelligitur, exemplo legis 12. tabul. ex quibus proximus agnatus, & ſolus habetur, l. in vulgari. 162. ff. de verbor. ſignifie. & Paulus in ſimili: illa verba, optimus, maximusque, vel in eum cadere poſſunt, qui ſolus. l. illa verba. 163. ff. eod.

12 Proximus † autem in ſucceſſione ab inteſtato intelligitur de eo, qui defuncto ſanguine coniunctus eſt, l. Diuus. 14. ibi, ad ſecuritatem proximorum pertinebit. ff. de offic præſid. l. quicunque res ex parentum vel proximorum ſucceſſione, iure ſibi competere confidit, C. qui admitti & Conſtantin. tamen, ne volentibus temerè liceat fœdare connubia, proximis neceſſarijsque perſonis ſolummodò placet deferri copiam accuſandi. l quamuis. 30. in princip. C. ad legem Iul. de adulter. & alibi Conſtantin. de mulieribus, quę ſe ſeruis proprijs iunxerunt: Succeſſio autem mulieris ab inteſtato, vel filijs, ſi erunt legitimi, vel proximis, cognatiſque deferatur, vel ei, quem ratio iuris admittit, l. voic. C. de mulier. quæ ſe ſeru. prop. iunx. & Alexand. de re aliena legata. quòd ſi ſuam eſſe putauit, non aliter valet relictum, niſi proximæ perſonæ, vel vxori, &c. l. cùm rem C. de legat. & Iuſtinian in l. final. C. de verbor. ſignifi. & paſſim alibi. ita etiam prudentes noſtri: Papinia. fratre hærede inſtituto, petijt ne domus alienaretur, ſed vt in familia relinqueretur, ſi non paruerit hæres voluntati: ſed domum alienauerit, vel extero hærede inſtituto deceſſerit, omnes fideicommiſſum petent, qui in familia fuerunt. quid ergo, ſi non ſint eiuſdem gradus? ita res temperari debet, vt proximus quiſque primo loco videatur inuitatus. Subijcit, ſed ita proximus quiſque admittendus eſt, ſi paratus ſit cauere, ſe familiæ domum reſtituturum, l. peto 69 § fratre. ff. de legar. 2. ita etiam Paulus: Iuriſconſultus, cognatorum gradus, & affinium noſſe debet: quia legibus hæreditatis & tutelæ ad proximum quenque agnatum redire conſueuerunt, l. 10. ff. de gradib. & affin.

13 Hinc etiam proximitas † pro cognatione accipitur. & ad matrem propriè pertinet, ac à iure conſanguinitatis, & agnationis diſtat. Vlpian. Si ſpurius inteſtato deceſſerit, iure conſanguinitatis aut agnationis, hæreditas eius ad nullum pertinet: quia conſanguinitatis, itemque agnationis iura à patre oriuntur: Proximitatis autem nomine mater eius, aut frater eadem matre natus, bonorum poſſeſſionem eius ex edicto petere poteſt, l. 4. ff. vnde cognat. & Iulianus, item pater edicto ſuo, proximitatis nomine bonorum poſſeſſionem pollicetur his, qui defuncto mortis tempore cognati fuerunt, l. 1 ff de ſuis & legitimis, & Paul. Sed ſi ſciat quidem defunctum eſſe cognatum, neſciat autem, proximitatis nomine bonorum poſſeſſionem ſibi deferri, l. 1. in princip. ff. de iuris & fact. ignor. & Diocletia. & Maxim. Impp. ad inteſtati ſucceſſionem agnationis, quàm proximitatis iure venientes, haberi potiores, certum eſt, l. 5. C. de legit. hæred & paſſim alibi.

AXIOMA IIII.

14 In ſucceſſione † ab Inteſtato conſideratur proximitas tempore obitus defuncti: in ſucceſſione in teſtamẽto Inſpicitur tempus, quo teſtamentũ deſtituitur, vel conſeruatur. Proximum, inquit Vlp. accipere nos oportet, eo tempore, quo bonorum poſſeſſio defertur. Si quis igitur proximus cognatus, dum hęredes ſcripti deliberant, diem ſuum obierit, ſequẽs quaſi proximus admittetur, hoc eſt, quicunque fuerit deprehẽſus proximum locum obtinere, l. 1. §. proximus. ff. vnde cogn. & Iuſtinia cùm autem quæritur, an quis ſuus hæres exiſtere poſſit, eo tempore quærendum eſt, quo certum eſt aliquem ſine teſtamento deceſſiſſe, quod accidit & deſtituto teſtamento.

hac

hac ratione, ſi filius exhæredatus fuerit, & ex-
traneus hæres inſtitutus, & filio mortuo po-
ſteà, certum fuerit hæredem inſtitutum ex
teſtamento, non fieri hæredem, aut quia no-
luit eſſe hæres, aut quia non potuit, nepos a-
uo ſuus hæres exiſtet, quia quo tempore cer-
tum eſt inteſtatum deceſſiſſe patrem ſuũ. ſo-
lus inuenitur nepos. §. cùm autem quæritur.
Inſtit. de hæred. quæ ab inteſtat. & iterum Iu-
ſtinia. Proximus autem ſiquidem nullo fa-
cto teſtamento quiſquam deceſſerit, per hoc
tempus requiritur, quo mortuus eſt is, cuius
de hæreditate quæritur, quòd ſi facto teſta-
mento quiſquam deceſſerit, per hoc tempus
requiritur, quo certum eſſe cœperit, nullum
ex teſtamento hæredem extiturum. tunc e-
nim propriè quiſque inteſtatus deceſſiſſe in-
telligitur, quod quidem longo aliquando
tempore declaratur. In quo ſpacio tempo-
ris ſæpè accidit, vt proximiore mortuo, pro-
ximus eſſe incipiat, qui moriente teſtatore
non erat proximus. §. proximus. Inſtit. de le-
git. agn. ſucceſſ. de quo nos in lib. 1. in diff. ſuc-
ceſſ. ex teſtam. & ab inteſt.

AXIOMA V.

15 In ſucceſſione † ex teſtamento, proximi-
tas ex perſona teſtatoris requiritur, vel con-
ſideratur, ita Papinianus in l. peto. 69. §. fra-
tre. ibi, vt proximus quiſque ff de legat. 2. &
Modeſtinus in l. omnia 32. §. final. ibi, qui ex
nomine defuncti fuerint, eo tempore, quo
teſtator moreretur, & qui ex his primo gra-
du procreati ſunt, ff. eod. titu. & Vlpian. in l. ſi
cognatis. 20. ff. de reb. dub. & Iuſtinia. l. fin. C.
de verb. ſign.

16 De fideicommiſſaria † ſucceſſione dubi-
tatum eſt, an proximitas ex teſtatoris, an hæ-
redis grauati perſona repetenda, & deducen-
da ſit, puta, teſtator habens plures cognatos,
vnum inſtituit, eidemque per fideicommiſ-
ſum ſubſtituit proximiores cognatos, quæ-
ſtionis fuit, nunquid ex tali ſubſtitutione præ-
ſumantur vocati cognati, qui ſunt proximi-
ores ipſius teſtatoris, an verò proximiores
hæredis grauati, cui ſubſtitutio facta eſt?
Quæſtio hæc, ſi vna eſt, quæ in acrem pug-
nam, ancipitemque conflictum deducta, hæc
ſanè non minima eſt. quibuſdam ex grauati
perſona proximitatis conſiderationem faci-
endam eſſe conſtanter adſerentibus, alijs e-
contrà ex teſtatoris perſona requirendam de-
fendentibus: & vtriſque ſuam opinionem
maioribus ſuffragijs, & communi ſententia
approbationem meruiſſe, contendentibus.
Vtriuſque ſectæ authores, refert magno nu-
mero Tyraquel. pro more ſuo, de retractu. §.
vndecimo, nume. 20. vbi longa ſerie recen-
ſet, eos qui ex grauati perſona proximitas
tem reuocant: cui autem ſententiæ adhęreat,
reticet. Id ſolummodò † profert ſe cenſere, 17
in retractu proximiorem venditoris præfer-
ri, non proximiorem ſtipitis: tum, quia in ſuc-
ceſſionibus, quas retractus in omnibus ſe-
quitur, præfertur proximior defuncti, non
ſtipitis: nam de ſucceſſione & hæreditate
eius agitur, non ſtipitis ipſius, cuius deſijt eſ-
ſe hęreditas per aditionem ſequentium, quo-
rum gradatim facta fuit hæreditas, & patri-
monium proprium, l. ſed ſi plures. ff. de vul-
gar. & pupil. cum alijs accumulatis: in quam
ſententiam etiam adducit iuris feudorum
obſeruationem, vt † inſpiciatur proximitas 18
vltimi vaſalli defuncti, non primi acquiren-
tis, titu, de natura ſucceſſ. feudi. cum alijs ma-
gno cumulo adductis. Ex quibus cuius fue-
rit opinionis Tyraquel. facilè emergit ac col-
ligitur.

19 Quæ † quidem opinio, de repetenda pro-
ximitate, à grauato hærede, recentiorum ac-
ceſſione, non parùm roboris ſumit, firma-
turque. nam eam ſequitur Ferdinand. Vaſ-
quius libr. 3. de creat. ſucceſſionis. §. 27. nume.
3. & ſequentibus, in quam rem adducit re-
ſponſum Papiniani, in l. omnia. 32. §. in fidei-
commiſſo. ff. de legat. 2. Papinianus enim de
fideicommiſſo, quod familiæ relinquitur,
reſpondit, eos primò ad petitionem eius ad-
mitti poſſe, qui nominati ſunt: ſecundò, poſt
eos omnes extinctos, qui ex nomine defun-
cti fuerint eo tempore, quo teſtator morere-
tur: tertiò, his non ſuperſtitibus, eos, qui ex
his primo gradu procreati ſint, d. l. omnia 32.
§. in fideicommiſſo. ff. de legat. 2. ex quo lo-
co apparet, deficientibus primò nominatis,
ſecundo, qui eiuſdem nominis cum teſtato-
re ſunt, id eſt, agnatis, poſt hos tertio loco vo-
cari eos, qui agnatis in primo gradu ſunt: &
ſic poſtremo loco vocantur, non qui teſtato-
ri, ſed qui vltimo grauato proximiores fue-
runt. Quo in loco Vaſquius etiam amplia-
tiones adfert. idem ex communi ſententia
tradit Iulius Clarus, in §. teſtamentum. quæ-
ſtio. 76. verſicu. ſed hic occurrit pulchra quæ-
ſtio, & quæ ſæpè contingit. Franciſc. Marzar.
in tracta. de fideicommiſſis. in verb. proxi-
mitate reſpectu grauati. quæſt. 35. an aliâs at-
tendi debet proximitas reſpectu teſtatoris, an
grauati. & nouiſſimè Simon de Prætis de in-
terpretat. vltim. voluntat. lib. 3. ſolut. 3. & vlt.
num. 34. & ſequentib.

Vbi tres † caſus, vel potiùs regulas conſti- 20
tuit, primò, quando fideicommiſſum con-
ceptum eſt in tertiam perſonam, putà, quan-
do teſtator vocat ad fideicommiſſum, ag-
natos, attinentes proximos, vel conſangui-
neos ſuos, tum propter pronomen ſuos, in
dubio referri ad teſtatorem, per gloſſ. Bartol.
& alios in l. ex facto, in princip. ff. ad Tre-

bellianum, quod etiam reſpondit Tyberius Decian. In facti ſpecie, dimitto proximioribus meis: ponderando relatiuum illud meis, ex hoc enim relatiuo apparet, quòd teſtator conſiderauit proximiores, reſpectu ſuæ perſonę, non autem reſpectu grauatorum, vt etiam de pronomine ſuus, ſua, ſuum, tradunt, gloſſ. Barto Imol. & Alexand. in l. ex facto. in princ. ff. ad Trebel. & Barto in l. cùm in teſtamento. ff de auro & argen. leg ita Tybe. Dec. conſi. 100. lib. 3. Secundò, quando teſtator ſimpliciter vocat propinquiorem vel proximiorem, vel illũ, ad quem iure ſpectat ſucceſſio, de ſuo genere, vel de ſua parentela, eadem ratione cenſetur propinquior, vel proximior de genere, & parentela teſtatoris vocatus per tradita Bart. in l. ſi cognatis, colum. fina. ff. de reb. dub. & in d. l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. Pariſ. conſi. 83. num 10. lib. 2. cum alijs. Tertio caſu, quando ſimpliciter, & ſine aliquo tractu temporis, vel progreſſu fideicommiſſi in agnatione duraturi, ad fideicommiſſum vocat agnatos, familiam, cippum domus, & deſcendentes & ſimiles collectiuis nominibus. hoc caſu recurrit ad Papiniani locum, ſub l. ante omnia. §. in fideicommiſſo. ff. de legat. 2. interpretando & referendo dictum locum, ad teſtatoris proximitatem, vt primò nominari admittantur: Secundo omnibus hiſce extinctis, vel repudiantibus, vel non exiſtentibus, illi, qui ſunt de nomine: & qui ex his primo gradu procreati ſunt, ex his intellige, qui ſunt de familia teſtatoris. Subijcit deinde quatuor caſus, quibus proximitas ex grauati perſona conſideratur.

21 In ſuperiorem † ſententiam de repetenda & requirenda proximitate ex perſona grauati, quoad fideicommiſſum, inclinant nouiſſimè Roland. à Vall. conſi. 100. nume. 10. & ſequen. lib. 3. de inſigni facti ſpecie reſpondens: Octauianus de Gentillib. inſtituit Alexãdrum de Gentilib. eidemque, ſi ſine filijs maſculis decederet, ſubſtituit proximiores maſculos de familia Gentilium: conditio extitit, & locus factus eſt ſubſtitutioni fideicommiſſariæ: eo autem tempore extitit Annibal de Gentilibus, qui eſt proximior teſtatori, & Vincentius proximior Alexandro, cui In euentum non exiſtentium filiorum legitimorum, & naturalium ſubſtitutio facta fuit. In hac facti ſpecie acriter tuetur partes Vincentij proximioris Alexandri, hæredis grauati, reiecto proximiori ex parte teſtatoris, multis in eam rem adductis argumentis, authoritatibuſque, & eliſis refutatiſque argumentis in contrariam partem facientibus.

Eodem modo in alia facti ſpecie reſpondit vir acutiſſimi ingenij. Tyber. Decian. conſil. 100. nume. 5. verſic. diligentiùs tamen perpendendo, libr. 3. vbi ſex grauiſſimis rationibus euincit proximiorem grauati ſuccedere, excluſo proximiore teſtatoris, eneruatis ſimiliter contrarijs argumentis, & magno numero coactis ſectatoribus ſuæ ſententiæ.

AXIOMA VI.

De probatione proximitatis.

Exiſtente † controuerſia inter duos conſanguineos, ei, qui agit aduerſus alterum poſſidentem incumbit onus probandi, ſe eſſe proximiorem, cùm id ſit fundamentum intentionis ſuæ, etiamſi id negatiuum eſſet, l. hoc iure. & ibi Bartol ff de verbor obligatio. Barto. & alij in l. in illa ſtipulatione ſi Kalendis. ff. eod. titu. Philipp. Decius conſil. 321. colum. 2 multas authoritates adducens. In probatione autem facienda duo requiruntur, primò, vt quis probet ſe conſanguineum eſſe: ſecundò, etiam proximiorem gradu conſanguinitatis. Qui enim prærogatiuam gradus allegat, & per conſequens ſe gradu proximiorem eſſe, hanc ſuam allegatam prærogatiuam gradus, veluti intentionis ſuæ fundamentum probare debet, l. 2. l. ab ea parte, §. l. quingenta. 12. l. in exceptionib. 19. ff. de proba. Iaſon in l. ſi verò. §. qui pro, nume 16. qui ſatiſd. cogant. c. licet ex quadam, & ibi Panor. in fin. ext. de teſtib. 22

Probare verò † debet gradus propinquitatem diſtinctè & concludenter. Panormita. in præcitato loco. Anchoran. conſil. 52. nume. 7. Alexan. conſil. 182. nume. 9. & 10. libr. 7. Tyraquel. de retractu lignag. §. 11. gloſſ 16. nume. 1. probare autem debet ad minimum per duos teſtes conſanguineos, Pariſ. conſil. 58, nu. 21. & 22. & conſi. 71. num. 7. lib. 4. Qui etiam tenentur reddere rationem ſuæ ſententiæ. Bald. in l. 1. nume. 14. C. de teſtamen. Anchora. conſil. 277. nume. 7. Pariſ. conſil. 115. nume. 6. libr. 4. Quod non ſine ratione fit, vtpote cùm conſanguinitas non cadat In ſenſum, vnde etiam teſtes non aliter fidem aſtruunt, niſi reddita cauſa ſcientiæ per graduum computationem. Alexand. d. conſil. 182. nume. 10. libr. 7. Decius conſil. 531. nume. 4. Iaſon in l. 4. numer. 3. & 4. C. vnde legitimi. Tyraquel. in præcitat. §. 11. gloſſ. 16. numer. 7. cum concordantibus. 23

De interpretatione quarundam dictionum & clauſularum circa ſucceſsionem ex teſtamento quoad gradus.

CAPVT

CAPVT XXXI.

De collectiuè vocatis.

SVMMARIA.

1 *Collectiua nomina quæ ſint, num. 3.*
2 *Collectiuorum natura eſt continere plures gradus & perſonas ſe inuicem ſubſequentes.*
4 *Collectiua nomina in gradu diſpari inducunt ordinem ſucceſſiuum.*
5 *Teſtator vocando deſcendentes ſub nomine collectiuo ad fideicommiſſum gradatim vocat.*
6 *Collectiuo nomine vocati ſucceſſiuè, non ſuccedunt contraria voluntate teſtatoris extante.*
7 *Collectiuè pari charitate & affectione plures vocati ſimul ſuccedunt.*
8 *Succeſſiuus ordo in ſucceſſionibus quis ſit.*
9 *Collectiuè vocati in ſtirpes, diſtributiuè in capita ſuccedunt.*
10 *Æquè in inſtitutionibus quid denotet.*
11 *Coniuncti admixti nominatis vnius perſona tunc veniunt.*
12 *Collectiuorum nominum natura eſt, vt non tribuant ſingulis totum.*
13 *Collectiuè cum alijs vocati in capita veniunt, ſi voluntas teſtantis appareat.*
14 *Collectiuè ſoli vocati pro virili ſuccedunt.*
15 *Ius repræſentationis in collectiuè vocatis non obtinet.*

AXIOMA I.

1 COllectiua nomina ſunt, † liberi, filij, ag-
nati, cognati: item familia, genus, gens,
ſtirps, proximiores, & ſimilia. de quibus Bart.
in l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. & ſpecialiter de no-
mine liberorum, l. liberorum, in princip. ff. de
verbor. ſignificat. cùm ſimilib. de quibus infr.
Alexand. poſt veteres in l. Gallus §. quidam re
ctè. ff. de lib. & poſthum. & conſi. 14. incip. ſu-
per quæſtione, num. 4. lib. 4. Decius in ſpecie
conſi. 578. incip. viſo conſilio, num. 12. De no-
mine filiorũ. l. filij appellatione. 84. ff. de ver-
borum ſignif. l. filium. ff. ad S.C. Maced tradit
Bart. in l. re coniuncti, in 2. quæſt. princ. & 3. q.
priu. & ibi etiam Iaſon & Ripa nu. 58. dũ quæ-
runt, an nomina collectiua inducant coniun
ctionem verbalem. De nomine deſcendenti-
um, l. fin. C. de ſuis & legit. hær. Bart. Bald. Ale
xand. Iaſ. & cæteri in d. l. Gallus. §. quidam re-
ctè. Alex. in ſpecie conſ. 25. incip. in cauſa ver-
tente, num. 1. lib. 4. & Dec. conſ. 584. incip. viſa
prohibitione. num. 6 lib. 3 Corn. conſ. 263. in-
cip. primo aſpectu. num. 9. lib. 1. Crauetta con-
ſi. 131 incip ad primum quæſitum, num. 2. alle
gans Decium conſi. 205 col. 1. & conſ. 223. no-
uiſſimè Tyber. Decia. reſp. 1. num. 199. & num.
207. adducens autoritates plurimas & conſ. 18
num. 21. lib. 1. & conſ. 23. num. 101. & conſ. 89.
num. 24. li. 3. Sic etiam de agnatis & cognatis.
l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. l. 4. §. cognati. l. 10.
§. cognati ff. de gradib. & affin. De familia, l.
peto. 69. §. fratre. l. omnia. 32. §. in fideicõmiſ-
ſo. ff. de leg. 2 cum ſimil. De hæredib. l. ſi pluri
bus. 44. ff. de leg. 2.

AXIOMA II.

Natura horum † collectiuorum nominũ 2
eſt. Primò, quod contineant plures perſonas,
& plures gradus, inuicem ſe ſubſequentes, vel
diſpares, aut etiã pares: collectiua enim ſunt
multitudinis nomina: ideò † collectiua dicta, 3
quod vno nomine colligãt plures res, vel per-
ſonas: deinde, quod collectiua in infinitũ ex-
tendantur, d. l. filij d. l. liberorum. ff. de verb. ſi-
gnif. d. l. fin. C. de ſuis & legit. auth. de hæred.
ab inteſt. ven. §. 1. ibi, cuiuſcunque gradus. ple-
nè interpretes in d. l. Gallus. §. quidam rectè.
& ibi Socin. num. 4. in 3. quæſt. Iaſ. nu. 27. Bart.
& alij in d. l. fin C. de verb. ſign. & in d. l. final.
C. de ſuis & legit.

III. AXIOMA.

Collectiua † nomina in diſparibus gradib. 4
inducunt ordinem ſucceſſiuum: plures enim
in diuerſis inæqualibus gradib. conſtituti, col
lectiuè, vel collectiuo nomine vocati, cenſen
tur vocati ordine ſucceſſiuo, hoc eſt, vt vnus
poſt alium, ſecundùm proximitatem gradus
admittatur, vel plures in diſpari gradu conſti
tuti, collectiuè vocati, ſiue in inſtitutione, ſiue
in ſubſtitutione, ſiue legato, ſiue fideicõmiſſo
admitti debent gradatim, & ordine ſucceſſi-
uo, ita vt quotuſquiſque teſtatori proximior
eſt, cæteris remotioribus & vlteriorib præfera
tur. Fratre, inquit Papin. hærede inſtituto, pe-
tijt, ne domus alienaretur, ſed vt in familia re-
linqueretur: ſi non paruerit hæres voluntati,
ſed domum alienauerit, vel extero hærede in-
ſtituto deceſſerit, omnes fideicommiſſum pe
rent, qui in familia fuerunt. quid ergò ſi non
ſunt eiuſdem gradus? ita res temperari debet,
vt proximus quiſq; primo loco videatur inui
tatus: nec tamen ita ſequẽtium cauſa propter
ſuperiores, in poſterum lædi debet: ſed ita pro
ximus quiſq; admittendus eſt, ſi paratus ſit ca-
uere, ſe familiæ domũ reſtituturum. l. peto. 69.
§. fratre ff. de leg. 2. & ibi gl. in verb. nominati,
circa fin. & Modeſti. in fideicommiſſo quod
familiæ relinquitur, hi ad petitionem eius ad-
mitti poſſunt, qui nominati ſunt, aut poſt eos
omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fue-
rint, eo tempore, quo teſtator moreretur, & q
ex his primo gradu procreati ſunt: niſi ſpecia-
liter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuã
extenderit, l. omnia. 32. §. in fideicommiſſo. ff.
de leg. 2. & ibi gl. in verb. moreretur. & Iuſtin.
de fideicommiſſo familiæ relicto, ſi quis per
ſuum elogium, fideicommiſſum familiæ ſuæ
reliquerit, nulla ſpeciali adiectione, ſuper qui-
buſdam perſonis certis facta, &c. & hoc gra-
datim, inquit, vt poſt eos liberti veniant. d. l.
fin. C. de verbor. ſignif. quod etiam de legato
conditionali Iulianus ſcribit, quotiens liber-
tis vſusfructus legatur, & ei qui nouiſſimus
ſuperuixerit, proprietas, vtile eſt legatum. ex-
iſtimo enim, omnibus libertis proprietatem

ſub hac conditione(ſi nouiſſ.ſuperuixerit)da-
ri.l.12.ff.de reb.dub.

Sic de cognatis Vlpia. gradatim autem ad-
mittuntur cognati ad bonorum poſſeſſionẽ,
vt qui ſunt primo gradu, omnes ſimul admit
rantur,l.1.§.gradatim. ff. vnde cognati.idem
dicendum eſt de liberis,& deſcendẽtibus col-
lectiuè vocatis,ita omnes In l.fin.C.de verbo-
rum ſignifi.Socin.in l.Gallus.§.quidam rectè.
ff.de lib.& poſthum.Tyber.conſ.1.num.247.
lib.1.quæ ſententia, quia manifeſto iure con-
ſtat,contradictore caret,prout traditur ab om
nibus,tam docendo,quàm conſulendo reſpõ
detur.Bart.& omnes in d.l.Gallus. §. quidam
rectè. ff.de libe & poſthum.& in l.ſi cognatis.
& ibi Socin.uum. 40. ff. de reb.dub.& in d.l.
fin.C.de verb.ſignific.Canoniſt.in c.indican-
te.extr.de teſtam.Caſtr.conſ.383. incip.notan-
dum eſt,in princ.lib.1.Angel.conſ.38 & conſ.
39.Alex.conſ.26.incip.videretur fortaſſe. col.
2.verſic. ſecundò principaliter. & colum. pe-
nult.lib.3.& conſ.25 num.1.libro 4.Caccialnp.
inter conſilia Alexand. 14.lib.4.Barbat.conſ.
27.incip.ſcripſit doctiſſimus.colum.10.verſic.
& adduco in medium.libro 1. & conſi. 28. in-
cip.clementiſſime.colum.1.& 2. libro 1. Cor-
neus conſi.37.incip.in hac conſultatione. co-
lum.2.libro 1.& conſ.52. Incip. pro deciſione.
eod.lib.& conſ.22.colum.5.verſic.expedita.&
conſ.146.colum 6.verſic.& licèt collectiuè.li-
bro 2.& conſ.159 colum. 3. lib. 4. Socin. conſ.
44.in princ.libro 1.& conſ.90. incip. abundè,
colum fin.eod.lib.& conſ.86.incip.viſis teſta-
men.colum.4.verſic.capio nunc.lib.1.& con-
ſi.113.col.2. eo.lib.& conſ.37.lib.3.& conſ.51.li-
bro 4.Curt.Sen.conſ.74.Incip.ſuper memora
ta,colum.6.Deci.conſi. 204. incip. in cauſa i-
ſtorum.colum.1.& conſ.207. incip.ad clario-
rem.& conſ.247.incip.viſa petitione,colum.
2.& conſ.512.in ciuitate.& conſ.577.incip. vi-
ſo conſilio. Ac in † ſpecie de deſcendentibus,
5 quoad relatum axioma, & in caſu quo pater
inſtituit filium per fideicommiſſum, & dein
de ſubſtituit deſcendentes per lineam maſcu-
linam. & his deficientibus, deſcendentes per
lineam fœmininam. Pariſi. multis rem hanc
tractans conſi.40.num.10.& ſeq.lib.2. vocan-
do enim deſcendentes ſub nomine collecti-
uo ad fideicommiſſum, vocat eos gradatim,
& ordine ſucceſſiuo,& ſic proximiores ſecun
dùm ordinem ſucceſſionis. d. l. cum Ita. §. in
fideicom.ff.de leg.2.d.l.fin.verſi.gradatim.C.
de verb.ſignific.Socin.in d.l.ſi cognatis.num.
40.& idem conſ.57. incip. in cauſa filiorum.
colum.2.& 3.verſi.iſta concluſio probatur, li-
bro 3.& conſ.51.incip.viſo,col.2.& 3.lib.4.De-
cius de deſcendentibus expreſſim, col.1. lib. 1.
nouiſſimè Tyb. Dec.conſ.1.num.213.lib.1.

Id verò obſeruandum eſt, axioma præſens
6 quod videlicet,† collectiuè vocati, gradatim
vocentur, inſignem recipere exceptionem, ni
ſi contraria mens teſtatoris extet, veluti, ſi in-
ſtitutioni,vel ſubſtitutioni, legato, aut fidei-
commiſſo, ſub nomine collectiuo factis, ſub-
ijciat, vel addat verba, æquis portionibus, ex
hiſce enim verbis colligitur, teſtatorem ordi-
nem ſucceſſiuum excluſiſſe, ac voluiſſe eodẽ
tempore, ac ęqualiter omnes ſuccedere. Caſtr.
conſ.455.incip.ad primum,num.1.lib.2.Corn.
conſ.231.incip.viſis ſcripturis.tit.C.lib.10.

IV. AXIOMA.

Plures In † eodem gradu exiſtentes, & in- 7
ter quos non eſt ordo charitatis, vel affectio-
nis,& qui collectiuè vocati ſunt, æqualiter &
ſimul,& eodem tempore admittuntur: velu-
ti,ſi collectiuè inſtituantur filij, quia enim fi-
lij in eodem gradu conſtituti ſunt, ac pari a-
more à teſtatore diligi exiſtimantur, omnes
ſimul & æqualiter admittuntur.d.l.1.§.grada-
tim.ibi, vt qui sũt primo gradu,omnes ſimul
admittuntur,ff.vnde cognati.d.l. peto. § fra-
tre.ibi,quid ergo,ſi non ſunt eiuſdem gradus,
ff.de leg.2. Tyber. Decian. d. conſ.1. num.211.
& ſeq.

V. AXIOMA.

Ordo ſucceſſiuus,† hoc caſu is dicitur, qui 8
à iure ciuili, ſucceſſioni ab inteſtato præfini-
tus eſt,nempè, quòd æquali gradu, æqualiter
& ſimul diuerſis, verò gradibus conſtituti,pro
ximiores ſuccedant.§.ſi verò,authen.de hære
dib ab inteſt.venien.& auth.poſt fratres, fra-
trumque filios.C.de legit. hæred. vocati itaq;
collectiuo nomine, qui æquali gradu ſunt, æ-
qualiter, & ſimul eodemque tempore admit-
tuntur:in diſpari gradu exiſtentes, proximus
quiſque.de qua re paulo pòſt.

VI. AXIOMA.

Collectiuè vocati, † cùm alijs qui nomina- 9
tim vel diſtributiuè poſiti ſunt, collectiuè vo-
cati in ſtirpes ſuccedunt:nominatim poſiti in
capita, hoc eſt, omnes collectiuè vocati, vel in
vnũ collecti, tantùm vnã partem ſimul acci-
piunt, quantã reliqui omnes ſinguli.ita Vlp.ſi
quis Attio & hæredib.ſuis vſumfructum lega-
uerit:dimidiã Attius, dimidiam hæredes eius
habebunt. Quod ſi ita ſcriptũ ſit, Attio & Seio
cum hæredib.meis tres partes fient: vt vnam
habeant hæredes, ſecundã Attius, tertiam Se-
ius.nec enim intereſt Ita legetur, illi & illi, cũ
Mæuio:an ita,illi & illi,& Mæuio. l. ſi quis. 8.
ff.de vſufruct.accreſc.& iterum Vlp ſi mulie-
ri cum liberis ſuis vſusfructus legetur, amiſſis
liberis ea vſumfructum habet: ſed & matre
mortua, liberi eius nihilominus vſumfructũ
habent iure accreſcendi. l. 9. ff. eodem. & ite-
rum Vlp.interdum † hæc adlectio, æquè hęre- 10
des ſunto, teſtatoris voluntatem exprimit, vt
puta,

putà: Primus, & fratris mei filij, æquè hæredes
ſunto. nam hæc adiectio declarat, omnes ex
virilibus partibus inſtitutos, vt & Labeo ſcri-
pſit: qua detracta, ſemiſſem fratris filij, ſemiſ-
ſem Primus haberet. l. interdum. 13. in prin. ff.
de hæredib. Ita etiam de diſtributiuè vocatis.
idem Vlpian. Sed ſi duos ex aſſe hæredes ſcri-
pſerit, alios duos ex duodecim vncijs, an æquè
diſtributio fiet. apud Labeonem libr. quarto
poſteriorum quæritur & putat Labeo, & illos
ex ſemiſſe, & hos qui ex duodecim vncijs ſcri-
pti ſunt, ex ſemiſſe hæredes fore, cui ſenten-
tiæ adhærendum puto. d. l. interdum, §. ſed ſi
11 duos & iterum Vlpia. at ſi coniuncti † diſiun-
ctiuè commixti ſunt, coniuncti vnius perſo
næ poteſtate fungentur, l. planè 34. in prin ff.
de leg. 1. & Labeo, ſi pater filio impuberi, eoſ-
dem quo ſibi, & te vnum prærerea hæredem
inſtituit: bonorum filij te dimidium, cæteros
patris hęredes communiter dimidium ita ha
bere, vt vnus ſemis apud te maneat, alterius
ſemiſſis pro his partibus, inter hæredes pater-
nos diuiſio fiat, quibus ex partibus hæredita-
tem paternam haberent, l. ſi pater filio. 9 in
princip. ff. de vulgar. & pupillar. Sic etiam Iu-
ſtinianus veterum diſputationem decidens:
Titius vnà cum filijs ſuis, & Sempronius, hæ-
redes mei ſunto. & in præſenti etiam ſpecie
quærebatur ſecundùm Vlpianùm, voluntas
teſtantis, vtrumne Titium cum filijs ſuis in di
midiam vocet, & Sempronium in aliam di-
midiam, an omnes in virilem portionē. Sub-
ijcit, in ſecunda autem ſpecie, cùm & natura
pater & filius, eadem eſſe perſona penè intel-
ligatur, dimidiam quidem partem Titio cum
filijs ſuis, alteram autem partem Sempronio
aſſignari. l. fin. C. de impuber. & alijs ſubſtitut.
& ibi Bald. Salic. Iaſon, Corraſi. & communi-
ter interpretes. argumentū præſtat quod Pau-
lus ſcribit: ſi plures ſint, qui vnam & eandem
actionem habent, vnius loco habentur: cum
alijs ibid. relatis. l. ſi plures 9. in princ. ff. de pa-
ctis, cum ſimil.
12 Quæ omnia ſuſtinentur ratione. nam † na-
tura nominum collectiuorum eſt, vt non ſin
gulis totum tribuant, ſicut fit in diſtributiuis,
ſed tantùm pro parte. l. ſi pluribus 44. ff. de le-
gat. 2. & ibi gloſſ. in verbo, omnes. Bartol. Bal-
dus, Angel in l. hoc articulo. ff. de hæredibus
inſtituend. & in l. Moſchis. 47. ff. de iure fiſci.
& omnes collectiuè vocati, vnam tantum
perſonam ſimul repræſentant. dicta l. planè.
in principio. ff. de legat. primo. vnde meritò
vnam duntaxat partem ſimul accipiunt, qua-
lem reliqui omnes ſinguli. argument. l. ex qua
perſona. 91. ff. de regulis iuris. l. is poteſt. l. ge-
rit. l. pro hærede. ff. de acquirenda hæredi-
tate.
Quamuis autem ſuperius † axioma con-
13 ſtet certiſſimo iure: attamen id intelligen-
dum eſt, niſi diuerſa voluntas teſtantis appa-
rear, cuius exemplum extat apud Scæuolam
in l. Lucius 88. §. Lucius Titius teſtamento, i-
ta cauit: Prædiolum meum dari volo liber-
tis libertabusque meis, & quos hoc teſtamen-
to manumiſi, & Seiæ alumnæ meæ: ita, ne de
nomine familiæ meæ exeat, donec ad vnum
proprietas perueniat. quæritur, an Seia in cō-
mune cum libertis habeat portionem? an ve-
rò ſibi partem dimidiam eius prædioli ven-
dicare poſſit? reſpondi, perſpicuam eſſe te-
ſtantis voluntatem, omnes ad viriles partes
vocantis. ita Scæuola. ff. de legat. 2. vbi gloſſa
& interpretes. de qua re Iaſon in l. fin. num. 4.
C. de impuberum & alijs ſubſtitut. vbi regu-
lam tradit: quoties plures vocantur ſub nomi
ne collectiuo, putà, hæredes vel fratres, ſimul
cum aliquo tertio, quod illi plures reputen-
tur pro vna perſona, & vnam tantùm perſo-
nam habeant, Titius aliam: niſi ſit diſtributi-
uum, quiſquis, vel, niſi ſit dictum, æqualiter.
Subiicit deinde Iaſon explicationem [illegible]
dictæ l. Lucius. §. Lucius Titius, referens
plurimorum ſolutiones, vel conciliationes.
Tandem breuiter conſtituit regulam genera-
lem: quotiens in quacunque materia regula-
riter plures ſunt vocati, ſub vno nomine col-
lectiuo, ſimul cum alio tertio, illi plures, ha-
bentur loco vnius. cuius regulæ plurima pro-
ponit exempla. Denique regulam hanc per
ſex exceptiones vel fallentias reſtringit & co-
arctat. quas etiam poſt Iaſon. nouiſſimè refert
VVeſenb. conſ. 41. num 145. vſque ad num. 161
plurimorum recentium autoritates longa ſe-
rie enumerans.
Id verò obſeruandum eſt, † collectiuè voca 14
tos tantum cenſeri, inter ſe vocari pro virili,
& æqualiter: ex quo nullis partibus nomina-
tis, ex æquis partibus cenſentur vocati. ita Pō-
pon. Si pars hæredum nominata ſit, in ſegan-
do viriles partes hæredes debent: ſi verò om-
nes hæreditatis. l. turpia. 14. §. final ff de lega.
1. Sic etiam in legato pluribus relicto, ſi par-
tes adiectæ non ſint, æquè ſeruantur, inquit
Vlpianus l. legata. 19 § fina ff. de legat. 1. & ge-
neraliter, hæredes iuris ſucceſſores ſunt, & ſi
plures inſtituantur, diuidi inter eos a teſtato-
re ius oportet: quòd ſi non fiat, omnes æqua-
liter hæredes fiunt. l. quoties. 9. §. hæredes. ff.
de hæredib inſtituen. argum l. vnum ex fami-
lia. 67 §. rogo. & l. cum pater. 77. § hæreditatē.
ff. de leg. 2. l. quoties. l. interdum. ff ad Trebel.
Alexan. conſ. 22. lib. 4. Pariſ. conſ. 37. nu. 80. 81.
& ſeq. lib. 2.

AXIOMA VII.

In collectiuè vocatis, an † ius repręſentatio 15
nis obtineat, controuerſi, ambiguiq; iuris eſt,
quibuſdam conſtanter adſerentibus, quando

plu-

plures vocantur ſub nomine collectiuo, putà, filiorum, liberorum, agnatorum, cognatorum, hæredum, familiæ, generis, & ſimilium nominum vniuerſalium, vel indefinitorum, filios fratrum cum patruis non admitti, nec repræſentationem locum habere. Cui ſententiæ plurimi ſe oppoſuerunt, & repræſentationem minimè excludi, acriter defenderunt: inter has diſcrepantes ſententias, prior vicit, potiorque habita eſt. Vtraque autem opinio, ſuis non caret, nec deſtituitur ex iure & teſtantis voluntate petitis argumentis, & rationibus. De qua re nos copioſè in tract. de iure repræſentationis.

CAPVT XXXII.

De his qui copulatiuè vocantur.

SVMMARIA.

1 *Copulatiuarum natura eſt par ius tribuere copulatis, & nume.4.*

2 *Copulatiuarũ vis & effectus tam in ſtipulationibus, quàm teſtamentis obtinet.*

3 *Diſpoſitionum copulatiuè iunctarum qualitas in vna poſita repetita in altera cenſetur.*

5 *Nepos ab auo cum patre neceſſario hærede, inſtitutus, ſucceſsiuè venit. & num.11.*

6 *Ordo charitatis & affectionis, an infringat naturam copulæ, & num.7.*

8 *Ordo charitatis, ordinem ſucceſsiuum ſemper neceſſario conſtituit, & num.10.*

9 *Ordo charitatis facit alternatiuam accipi ſucceſsiuè.*

12 *Perſona expreſſa ſi cum collectiuè vocatis inſtituta, per copulam, inſtitutio cenſetur ſucceſsiua.*

13 *Pater acquirens ex contractu ſibi, filijs & nepotibus, intelligitur ordine ſucceſsiuo quæſiſſe.*

14 *Emphyteuſis acquiſita ſibi & filijs maſculis, & fœminis poſt patrem filij & filiæ ſimul admittuntur.*

15 *Donatio facta fratri, eius filijs & deſcendentibus, ſucceſsiuè cenſetur facta.*

I. AXIOMA.

COpulatiuæ particulæ ſunt: &, quæ, quoq;, ac, atque, etiam, ſimul, cum, tum: harum
1 † copulatiuarum natura eſt, vt par ius tribuãt coniunctis, ſic vt omnes per copulam, vel copulatiuè vocati, pariter vocentur & admittantur, & ab initio partes fiant æquales. Si cõiunctim res legetur, conſtat ab initio partes fieri, inquit Vlpianus d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim. ff. de lega. 1. quod ſi vnus ex copulatis deficiat, totum in alium transfertur. Si duobus, inquit Pomponius, res coniunctim legata ſit, quamuis alter in rerum natura non fuerit, alteri ſolam partem deberi, puto verum eſſe: ſubijcit exemplum, ſi Titio & poſthumis legatum ſit, non nato poſthumo, totum Titius vendicabit: ſed etſi teſtator Titio & poſthumis, viriles partes dari voluerit, vel etiam expreſſerit, totum legatum Titio debetur, non nato poſthumo, l. ſi duob. 16. ff. de lega. 1. quod etiam ſcribit Caius, vtrùm ita poſthumus partem faciat, ſi natus ſit, an &, ſi natus non ſit, quæritur? ego commodius dici puto, ſi quidẽ natus nõ eſt, minimè eum partem facere: ſed totum ad te pertinere, quaſi ab initio tibi ſolido relicto: ſin autem natus fuerit, vtroſque accipere, quantum cuique relictum eſt, vt vno nato, pars tibi dimidia debeatur, duob. natis, tertia tibi debeatur, tribus natis (quia trigemini quoq; naſcuntur) quarta debeatur, l. vtrum. 8. ff. de reb. dub. & Vlpian. ſi mulieri cum liberis ſuis vſusfructus legetur, amiſſis liberis, ea vſumfructum habet: ſed & matre mortua, liberi eius nihilominus vſumfructum habent, iure accreſcendi, l. ſi mulieri. 8. ff. de vſufr. accreſc. & Paul. Lucius Titius, & Gaius Seius P. Mæuio decem dare damnas ſunto. Gaius hæres non extitit. Sabinus ait, Titium ſolùm legatum debiturum nam Seium pro non ſcripto habendum eſſe. hæc ſententia vera eſt: hoc eſt, Titius tota decem dare debebit. l. ciuitatibus. 122. §. Lucius. ff. de leg. 1. & Celſus, Titius & Seius, vterve eorum viuet, hæres mihi eſto: exiſtimo, ſi vterque viuat, ambos hæredes eſſe, alterove mortuo eum qui ſuperuixerit, ex aſſe hæredem fore. l. Titius & Seius. 24. ff. de hæred. inſtit. quam ſententiam etiam Iulian. repetit, his verbis, inquit, Lucio & Titio, eorumve, cui fundum do, lego, vtiliter legatur: &, ſi vterque vixerit, vtrique, ſi alter, alteri totum debebitur. l. ſi fundum. 81. §. his verbis. ff. de leg. 1. Sic etiam Iuſtinian. ſi eadem res, duobus legata ſit, ſiue coniunctiõ, ſiue disiunctim ſi ambo perueniant ad legatum, ſcinditur inter eos legatum: ſi alter deficiat, quia aut ſpreuerit legatum, aut viuo teſtatore deceſſerit, vel alio quoquomodo defecerit, totũ ad collegatarium pertinet. Coniunctim autem legatur, veluti ſi quis dicat, Titio & Seio hominẽ Stichum do lego: disiunctim ita, Titio hominem Stichum do lego, Seio hominem Stichũ do lego. §. eadem res Inſti. de legat. Pars enim quæ deficit, cæteris accreſcit. l. vni. §. in primò. §. pro ſecundo. C. de caduc. toll.

Quæ copulatiuorum † nominum natura, 2
quòd videlicet copulatas perſonas coniungant, & æquales partes conſtituant, non tantùm in inſtitutione hæredum, & legatis relictis obtinet, ſed etiam in ſtipulatione. Si mihi & Titio, in cuius poteſtate non ſum, ſtipuler decem, non tota decem, ſed ſola quinque mihi debentur. l. 110. ff. de verbor. obligat. item, cum tabulis eſſet comprehenſum, illum & illum centum aureos ſtipulatus, neque adiectum, ita vt duo Rei ſtipulandi eſſent, virilem partem ſinguli ſtipulati videbantur. & econtrariò, cum ita cautum inueniretur, 10t aureos rectè dari ſtipulatus Iulius Carpus, ſpopondimus ego Antoninus Achilleus, & Cornelius Dius, partes viriles deberi dixi, quia non fuerat adiectum, ſingulos in ſo-

in ſolidum ſpopondiſſe,ita vt duo rei promittendi fierent.l.reos.11.§.cum. ff. de duob. reis. Idem eſt, ſi plures vna ſententia condemnati ſunt,ſi non ſinguli,inquit Alexander, in ſolidum , ſed generaliter tu , & collega tuus, vna & certa quantitate condemnati eſtis, nec additum eſt, vt, quod ab altero ſeruari non poſſet,id alter suppleret,effectus ſententiæ,pro viriliibus portionibus diſcretus eſt.l.1.C.ſi plures vna ſentent. & Paulus reſpondit, eos, qui vna ſententia in vnam quantitatem condemnati ſunt,pro portione virili, ex cauſa iudicati conueniri.l.43 ff.de re iud.

3 Hinc etiam, † quando duæ diſpoſitiones iunguntur copulatiuè,qualitas adiecta primæ intelligitur adiecta, vel repetita in ſecunda l. Seiæ. 20 §. Gaio Seio alumno meo , fundos meos, illum & illum , ita vt inſtructi ſunt , & domum ſuperiori dari volo.quæſitum eſt, an etiam domum inſtructam dari voluerit. reſpondit , ſecundùm ea quæ proponerentur, ita videri dediſſe, niſi is à quo peteretur aliud teſtatorem ſenſiſſe manifeſtè probaret, ff. de Inſtruct vel inſtrumen.legat. l legata ſupellectil.9. ff. de ſupellectili legat. cum ſimilibus. Aretin.in conſ.1.num.12.qui ait,eſſe communem opinionem. Iaſon conſi. fin. libro quarto.Ruin.conſ.15.nume 8.libro primo.& conſ. 64.num 8 libro 2.& conſi.135.libro 2.Gozadi. conſ.82.num.9.Socin conſ 71.num.4.libro 1. Berous conſ.120.num. 66. Inde etiam , quando adeſt ratio in ſecunda diſpoſitione, quæ fuit in prima, qualitas appoſita in prima diſpoſitione,cenſetur repetita in ſecunda. Bart. in l.prætor.§.erit ff. vi bonor.raptor. latè Cephal.conſ.194.num. 27.lib. 1. multa in eã rem congerens.

4 Natura † enim copulæ eſt, exæquare per omnia copulata ipſa,ac ad vniformẽ diſpoſitionem reducere.l.quamuis.& ibi interpret.C. de impube. & alijs ſubſtitut. l.iam hoc iure,& ibi omnes.ff de vulgar.& pupilla. determinatio inſuper vna,ſub eadem oratione, plura determinata reſpiciens,debet ea æqualiter determinare.d l.iam hoc iure.dicta l.quamuis.cum concord. vtrobique adductis Bartol.in l ſi legatarius.§.fin ff.de legat.3.& in dicta l. Seiæ §. Gaio & in l.repetendis,ff de legat.3.& in l.mulieri & Titio ff.de condit.& demonſtr.Ruin. conſ 4 .num.14.lib.1.& conſ.114.num.5. lib.3. Tyber.Decian.reſp.1.num.232.lib. 1. & reſp. 3. num 58.eod.lib.& reſp.3.num.36.libr.2. & paſſim alij alibi.

II. AXIOMA.

Quamuis natura copulæ ſit , coniungere perſonas copulatas,ſimul ad æquale ius, vt iã oſtenſum eſt, attamen interpretatione prudentium , communi ſententia traditum eſt,
5 quotiens † pater filium in poteſtate exiſtentẽ, & quem neceſſitate iuris hæredem inſtituere cogitur, & ex eodem filio nepotem inſtituit, quod intelligatur eos inſtituere non ſimul & ſemel,ſed ordine ſucceſſiuo, & ſic primò filium,dum viuit,& poſt eius mortem nepotem. ita veteres plerique: Bart. Odofred. Dyn. Ray. Alb. Bald. Nicol. de Neapol. Angel. Raph. Cuman. Alex. & nouiſſimè Iaſon in l. Gallus, §. quidam rectè,num.10.ff.de liber.& poſthum. vbi duo corollaria infert.primò,quod, quando plures perſonæ copulantur, inter quas nõ ſolùm cadit ordo charitatis , naturæ, & affectionis : ſed etiam concurrit neceſſitas inſtituendi,vel præciſa,vel ſaltem cauſatiua, ne teſtamentum rumpatur, quod intelliguntur vocati ordine ſucceſſiuo. Secundò, † quod 6
quando copula,Et,inter perſonas, inter quas cadit ordo charitatis & affectionis, & vni per prius , & alteri per poſterius ponitur, tunc copula non fungitur officio naturæ ſuæ, hoc eſt,copulat ipſas perſonas æqualiter, prout eſt natura eius facere, l reos. §.cum tabulis. ff. de duobus reis.l. 1. C. ſi plures vna ſentent. & de natura copulæ eſt, vt omnes perſonæ copulatæ,ſimul vocentur.l. vnica. §. his ita. C. de caducis tollend.l.ſi duobus,in princ. ff.de leg. 1. Sed hic copulat non æqualiter,ſed ordine ſucceſſiuo , ergò non ſeruat propriam naturam. Quæ tamen concluſio , etiam inter veteres nõ paucos, celebritate claros viros, contradictores habuit.nempè Iacobum de Aren. Laudenſ.Salicet.Ioan.de Imol. & Aretinum in d. § quidam rectè. quorum argumenta recenſet Iaſon,eaque refutat, & tandem traditam concluſionem repetit à nume. 15. vſque ad numerum 21.

Subiungit deinde ampliationes quinque, 7
quarum prima ex doctrina Bartoli eſt,traden te Iaſone , quando plures perſonæ copulatiuè vocantur, inter quas benè cadit ordo charitatis, & affectionis : ſed non concurrit neceſſitas inſtituendi,ex parte teſtatoris,purà, ſi teſtator dicat:inſtituo fratrem meum , & eius filium , nam teſtator non tenetur fratrem inſtituere,l.fratres.C.de inoffic. teſtament. vel, ſi teſtator dicat,inſtituo fratrem meum naturalem tantum,& ex eo nepotem,ex eo ſimiliter naturalem.nam filius naturalis tantum, non poteſt venire contra teſtamentum patris : idcò non habet ius contrà tabulandi, nec ius dicendi nullum,&c.

Attamen † hęc ipſa quoq; ampliatio à Baldo & omnibus reijcitur, atteſtante ipſo Iaſone,quantumuis illam tueri conetur, num.24. Quæ Baldi opinio vicit, altaſque nunc radices egit.Fratres enim, & eorum deſcendentes copulatiuè vocati, & eodem tempore vocati cenſentur, idque ex naturæ copulæ, quæ requirit æqualem concurſum copulatorum, per iura ſuperiꝰ in primo axiomate adducta, 8

ac in ſpecie,per c.Raynutius, vbi, ſi pater ſubſtituit filiam,& naſciturum ex ea,ambo vocātur.& per c.Raynaldus.vbi ſi teſtator legat patruo ſuo,& filijs eius, filij omnes cum patruo vocantur æqualiter,extr.de teſtam.licet enim ex traditis Bartoli, quotiens teſtator filium proprium,& huius filios, teſtatoriſque nepotes vocet,ordine ſucceſſiuo vocati exiſtimentur.idque ideò, vt conſeruetur teſtamentum, ne ſcilicet, filio ſubducto de medio, rumpatur teſtamentum per nepotem, vt declarat Bart.& alij in d.l.Gallus.§.quidam rectè.Attamen de his tantum intelligitur, quos neceſſe habebat teſtator inſtituere: ſed alij, putà fratres & ipſorum filij,quanquam ordine charitatis & affectionis continentur, inſtituere neceſſe non eſt.vnde ex natura copulæ,non cenſentur ordine ſucceſſiuo vocati, ſed coniunctim.Bald.in l.fin.in fine. C.de impub. & alijs ſubſtitu. & in d. §.quidam rectè.& ibi Angel. Raph. Angel. Alex. & cæteri communiter omnes. quam traditionem omnium aſſenſu probari idem Alex.reſpondit,conſ.23. incip. attentis his,lib.3.& conſ.13. incip. viſis & perlectis,num.2.& num.8.lib.4.& conſi. ſeq. nume.14.lib 4.Soci.conſ.73.incip.capiendo primum,num.17.lib.4.& conſ.104.incip.quoniam præſens conſultatio,num.20. vbi num.18 dicit, tertia concluſio, quod,ſi ſubſtituo fratrem meum,& eius filios iam natos, copulatim etiam & eodem tempore vocati videntur.Quinimò Corneus reſpondit conſ.321.incip.viſis ſcripturis,in litera B.lib.3. quod non ſolùm eo caſu, quo non adeſt neceſſitas inſtituendi,veluti ſi inſtituo vel ſubſtituo fratrem & eius filios:ſed etiam in altero caſu, vbi inſtitutio requiritur.putà,ſi inſtituo filium meum,& huius filios,copulatè & eodem tempore cenſeantur vocati: non etiam ordine ſucceſſiuo:niſi contraria appareat teſtatoris mēs & voluntas. & iterum Corn. conſ. 17. incip. circa præſentem, colum.3. in litera C. libr. 4. eandem ſententiam repetit, & communem refert, & quod Bart. in eo ab omnibus reprehendatur, ac ſimul in litera reſpondet ad argumenta Bart. adducta. Cui etiam opinioni adhæret Socin.conſ.113.lib.1.& Socin.iun.cōſ.180.incip.præſens conſultatio.num.52.lib.2. & Crauet.conſ.67.incip. vltrà per me ſcripta, num.6. lib. 2. communem eſſe adſerentes: ſimiliter etiam Dec. conſ. 205. incip. in cauſa iſtorum de Gymnas.num.2.lib. 2. & conſ. 236. & conſ.253.eod.lib.Cepol.conſ. cauſarum ciuilium.52.incip.magnifici,nume.3. & nouiſſimè Tyber.Decian.conſ.1.num.181. & ſequen. lib.1.

Ex quo emergit vulgatus error eorum, qui regulam conſtituunt, inter quos eſt ordo charitatis.& affectionis, inter hos etiam eſt ordo ſucceſſiuus.

Præter iam adductam ampliationem,alias quatuor refert Iaſ.in d. l.Gallus. §. quidam rectè, num. 25. quod videlicet non obſtante copula,non coniunctim,ſed gradatim, & ordine ſucceſſiuo vocētur filius & nepos, ſi alternatiuè vocentur:alternatiua †enim poſita inter perſonas, inter quas cadit ordo charitatis, ſemper intelligitur ordine ſucceſſiuo. l. cum pater.§.penult.ff.de leg.2.item quando plures perſonæ vocantur,non copulatiuè, ſed collectiuè,vel ſub verbo vniuerſali, putà familiæ. item quoque ſi inuertatur ordo,veluti, nepotem meum,& Titium eius patrem denique ſi teſtator inſtituit aliquem,& eius filios,& hæredes,de quibus Iaſ.ibid. 9

Subijcit† ibidem Iaſon, exceptiones vel limitationes quinque. Primò, vt concluſio nō procedat,quando teſtator inſtituit filium, & nepotem ex alio filio præmortuo. cùm enim nepos hic,locum patris ſui præmortui ingrediatur,admittitur æqualiter cum filio inſtituto,eodémque patruo ſuo. Secundò, quando plures perſonæ, inter quas verſatur ordo charitatis,& affectionis, vocantur per præpoſitionem,cum. quæ tamen limitatio à pleriſq; improbatur, vtpotè quod huius præpoſitionis cum,natura ſit, enixè coniungere & copulare.l.ſi mulieri.ff.de vſufruct.accreſcend. l.fin. C.de impub.& alijs ſubſtit.Tertiò, quando pater & filius à teſtatore inſtituti, vel ſubſtituti, ſunt perſonæ prorſus extraneæ, nec teſtatorē vlla conſanguinitate attingentes. hoc enim caſu intelliguntur vocati coniunctim, & ſimul,non ordine ſucceſſiuo, vtpotè cum hoc caſu nulla ſubſit ratio charitatis & affectionis. Quartò,ceſſat concluſio, ſi pater inſtituat filium, eique extraneum adiungat. Denique concluſionem procedere ait, in his, quæ non poſſunt ſimul & ſemel eſſe plurium,cuiuſmodi ſunt dominia rerum & hæreditas: ſecus in alijs quæ poſſunt ſimul & ſemel eſſe plurium, veluti in priuilegio immunitatis,conceſſo patri & filijs: nam filij viuo patre ſimul admittuntur.de quibus omnibus Iaſ.in d. §.quidam rectè.à num.29. vſque ad num.37. 10

Hactenus de ſecundo axiomate,† ex receptа concluſione,ſed Didac.Couar.in c. Raynutius,in §.2.extr.de teſtam. tribus concluſionibus ex Bartolo petitis,rem hanc expedit. Prima eſt: inſtitutio aut ſubſtitutio patris & filij per copulam, Et, concepta, ordine gradus, & non ſimul eſt intelligenda.l.Lucius. ff. de hæred.inſtit.l.generaliter. C. de inſtit. & ſubſtit. Secunda concluſio eſt: inſtitutio filij & nepotis ex eo,concepta per copulam, Et, intelligitur ordine ſucceſſionis, & non ſimul. hæc enim inſtitutio, facta cenſetur ordine neceſſitatis,cùm filius ſit inſtituendus in primo gradu.l.3.l.inter cætera.ff.de lib.& poſthum Tertia concluſio: inſtitutio aut ſubſtitutio duorum, 11

rum, ita facta, vt Primum & eius filium hæredem quis hæredes inſtituat, aut ſubſtituat, eſt intelligēda nō ſimul, ſed ordine gradus. Hæres enim nō admittitur in vita illius, cuius futurus eſt hæres, l. hæreditas. ff. de petit. hæred. l. qui ſuperſtitis. ff. de acq. hæred. quas cōcluſiones Didacus multis autoritatibus congeſtis, amplificat.

III. AXIOMA.

12 Perſona nominata, † cum alijs collectiuo nomine comprehenſis, coniunctim, vel per copulam inſtituta aut ſubſtituta, intelligitur inſtitutio aut ſubſtitutio facta ordine ſucceſſiuo, putà, inſtituo Sempronium & ſuos; vel inſtituo Caium & ipſius liberos, ſic etiam in alijs collectiuo nomine vocatis. Cùm enim collectiua nomina contineant plures perſonas, pluresq; gradus, obuiam eſt non omnes ſimul admitti debere, ſed ordinem ſucceſſionis ſeruandum eſſe, l. cum ita, § in fideicommiſſo. l. pro. §. fratre. ff. de leg. 2. l. fin. C de verb. oblig. & ibi Bart. Imol. Cuma. Bald. Caſtr. & iterum Bart. & communiter omnes in d. l. Gallus. §. quidam rectè, & ibi poſt alios Galliaula, num. 69 quos magno numero recenſet Tyraqu. de retract. lignag. †. 11. gl. 4. num 2. vbi regulā tradit: quod plures perſonæ vocatæ, ſub termino generali vel indefinito, vel collectiuo, putà, familiæ, generis, cognatorum, conſanguineorum, liberorum, poſterorum, deſcendētium, & id genus ſimilium, intelligitur ordine ſucceſſiuo, vt ſcilicet proximior primo loco admittatur, & hoc ceſſante vel deficiente, is qui eum proximè ſequitur, & cæteri deinceps in quam rem copioſè authoritates plurimas adducit, prout etiam multis rationibus id à me in præcedenti capite oſtenſum eſt.

IV. AXIOMA.

Quod de inſtitutis & ſubſtitutis dicitur, ſi nominati coniungantur, alijs indefinitis, vel
13 collectiuo nomine comprehenſis, idem † dicendum eſt de contractibus, quibus pater acquirit aliquid, pro ſe & filijs nepotibus. Pater enim cenſetur acquirere ordine ſucceſſiuo. Bartol. in d. l. Gallus §. quidam rectè vbi duas proponit quæſtiones: prior eſt, an in contractibus pater acquirens pro ſe, & filijs, & nepotibus, intelligatur acquirere ſimul, an ordine ſucceſſiuo. Altera eſt, an intelligatur acquirere filijs, vt filijs, an verò vt hæredib. quoad priorē, decidit, patrem acquirere pro ſe, filijs & nepotibus ordine ſucceſſiuo, vel per gradus, non coniunctim ſimul & ſemel: vt primò ſibi, ſe defuncto, filijs, his deficientibus deinde nepotibus, & ſic deinceps. Ita quoque, patre recipiēte feudum pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis, ordine ſexus, prius admittuntur maſculi, quàm fœminæ. titu. de ſucceſſ. feudi. § filia. & titul. Epiſcopum vel abbatem, idque propter naturam feudi. An idem † ſtatuendum ſit in 14
emphyteuſi, hæſitatum eſt, patre videlicet accipiente emphyteuſin pro ſe, & filijs ſuis maſculis & fœminis, an mortuo patre maſculi præferantur fœminis? nec præferri, ſed maſculos & fœminas ſimul admitti crebrius exiſtimatum eſt. Bart. in l. & iuriſiurandi § ſi liberi. ff. de oper. libert. Salicet. In l. 2. quæſtio. 17. Iaſ. num. 187. C. de iure emphyt. in quam rem plurimorum autoritates recenſet Dida. in d. c. Raynutius. in §. 2. nu. 2. & in c. Raynald. nu. 2. extr. de teſtam.

Ita pariter de donatione, quæ fuit à fratre fratri facta, & ipſius filijs & deſcendentibus, quod patre mortuo, filij & cæteri deſcendentes, ſucceſſiuo ordine ſint vocati. tradit Barto. in d. §. quidam rectè. & Alexā. & Iaſ. & Garzia num. 53. Rub. nu. 149. Galliaula nu. 10. ff. de lib. & poſth idem reſpondit Calcan. conſ. 74. nu. 21. latè Dec. per multas concord. conſ. 507. nu. 10. & paſſim alibi. Quod etiam in alio ſimili de emphyteuſi conceſſa viro & vxori, & eorū filijs, docuit Bald. in auth. qui rem. num. 5. C. de ſacroſan eccleſ. quem ſequuntur Curt. & Socin. in l. cum vir. in fin. ff. de condit. & demonſtr. Boer quæſt. 276. & idem reſpondit Alciat. conſ. 55 incip. Domina Caſtora. Berous conſ. 42. num. 4. lib. 1. Menoch. conſ. 40. num. 24. & 25. lib. 1.

CAPVT XXXIII.

De clauſulis: Salua gradus prærogatiua, &c, vt ordine ſucceſsiuo ſuccedant.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, ſalua gradus prærogatiua, excludit ius repræſentationis.*
2 *Clauſula in ſtirpes, non in capita, eſt contraria clauſulæ, ſalua gradus prærogatiua.*
3 *Inſtituti ordine ſucceſſiuo, veniunt ordine eo quo ab inteſtato.*
4 *Teſtator præſumitur ſe conformaſſe diſpoſitioni iuris communis.*
5 *Inſtitutis proximioribus, priores gradu admittuntur primo.*
6 *Proximior inſtitutus intelligitur, qui gradu præcedit.*
7 *Proximitas demonſtratur ex gradus prioritate.*
8 *Qualitas adiecta vni gradui, in altero nō cenſetur repetita.*
9 *Extenſio de perſona ad perſonam difficilis.*

I. AXIOMA.

VOcati ſub clauſula, ſalua gradus prærogatiua, non intelliguntur vocati collectiuè, vt ſimul omnes ſuccedant, ſed vt proximiores in gradu ſuccedant: eademq; clauſula † excludit ius repræſentatiōis, auth. defuncto. 1
ibi, ſalua gradus prærogatiua & ibi gl. in verb. gradus, C. ad S.C. Trebellia. idemque eſt quod alibi Iuſtin. conſtituit, poſt fratres fratrumq; filios vocari, quicunq; gradu ſunt proximiores. auth poſt fratres fratrumq; filios. C. de legit. hæred. Caſtr. & Corn. in d. auth. defuncto.

V Curt.

Curt.iun.in l ſi auia. col. peu. in fin.C.de ſuc. ceſſor edict. Dec.conſ 408. incip in præſenti conſultatione.in prin.in 1.concl.ibi, quod dictus Hannibal præferatur nepotibus ſuis, propter illa verba teſtatoris, ſalua ſemper inter ipſos omnes, & quemlibet dictorum caſuum prærogatiua, & hoc confirmatur per text. in auth.defuncto C.ad Tertyl.vbi per illum tex. ibi, ſalua gradus prærogatiua, dicit Paulus de Caſt. quod ſtãtibus dictis verbis, vna perſona in locum alterius non ſubrogatur: & ideò filij fratris, in iſtò caſu nõ veniunt cum patruo, intrando locum patris. Subiungit deinde nume.12.inquiens, tertia concluſio ſit, quod in fideicommiſſo de quo agitur, nepotes ex fratribus nõ admittuntur ſimul cum patruo: qa proximior in gradu videtur excludere filios fratris, eius nepotes. iſta concluſio videtur in caſu iſto indubitanter procedere, ſtãtibus verbis ſupradictis, ſalua gradus prærogatiua: ex quibus vna perſona in locum alterius non debet ſubrogari.d.auth. defuncto, C. ad Tertyl. vbi Caſtr.ita Dec. & iterum Deci. conſ.79. in princ.& conſ 321.num.5.idem reſpondit Cur. iun.conſ.154.num.9.Gozadin conſ.4.num 33 Crauetta conſ 67 num.5.lib.1. Pariſ. conſ.30. num.58.& conſ.36.num.15.& conſ 37.nu.69.& conſ.40.num.25 & ſeq.lib.2.Tyber.Decia.cõſi.10.nu.16.lib.3.Gram.deciſ.1.num.2.& 5. Didac.Couar.lib.Pract.obſeruat.cap.38.ſub titu. quo ordine agnatio vel familia ſit admittenda,&c. verſi. quartò vbi fideicommiſſum relinquitur Gabriel.de commun.opin.lib.4.de fideicommiſſ.concl 3.in 1.limitatum.3.ex quo retulit Franciſcus Marzarius in tract.de fideicommiſſ.quæſt.32.ſub verb. ſalua gradus prærogatiua.

Secũdum axioma emergit ex primo, quod
2 clauſula,† in ſtirpes, & non in capita, eſt ex directò contraria clauſulæ, ſalua gradus prærogatiua. Per clauſulam enim in ſtirpes, filius in patris locum vocatur, prout latè deducit Socin.conſi.104.incip.quonam præſens, num.5. lib.3.per hanc autem, hoc eſt, ſalua gradus prærogatiua, filius non repræſentat patrem. & in terminis, quod iſtæ clauſulæ ſint contrariæ, & vna aliam deſtruat, tradit Fulgoſ. in auth. defuncto.in 3. not.& ibid.Corn. nu. 2. C.ad Tertyl.Pariſ.conſ.38.num.35.& conſ.91. incip. circa teſtamentum. num. 24. lib. 2. vbi regulam tradit: firma, inquit, concluſio iuris eſt, quod, quando quis vult ſibi ſuccedi in ſtirpes, non conſideratur prærogatiua gradus, vt dicit Fulgoſ.Caſtr.& Corn.in authen. defuncto. C. ad Tertyl.& glo.2.ſicuti dicimus per oppoſitum quando teſtator conſiderat prærogatiuã gradus, vt tunc ceſſet ſucceſſio in ſtirpes. Vnde etiam Tyber. Decian. rectè aſſerit, coniunctas has duas clauſulas, ex inſcitia Notariorum, vim & virtutes harum clauſularum ignorantium, præſumi appoſitas. nec enim eſſe veriſimile, quod teſtator voluerit ſe incontinenti corrigere, l.non ad ea.ff.de cond. & demonſt. cum ſimilibus. quamuis Marzar.in d. tract de fideicommiſſ.quæſt.34.affirmet, quod poſſint ſimul ſtare, & quod verbum in ſtirpes, non excludat prærogatiuam, & verificari poſſit, data gradus paritate.

III. AXIOMA.

De clauſula, vt ordine ſucceſsiuo ſuccedant.

Vocati † ordine ſucceſſiuo, cenſentur vocati eo ordine, quo ab inteſtato ſucceſſuri fuiſſent. teſtator enim præſumitur inter eos ius legitimarum hæreditatum obſeruare voluiſſe, ſecundùm ordinem ſucceſſionis ab inteſtato de iure communi. arg. l.in ſingulis. 37. ibi, ſi ius legitimarum hæreditatum integrum inter eos cuſtodiri velit.ff.de vulg & pup.l.cum pater.§.à te peto.& ibi glo. ff. de leg. 2. Bart.in l.ſi cognatis.verſi.quæro quo ordine.ff.de reb. dub.omnes in l.fin.C.de verb.ſign. vbi legatũ factum familiæ gradatim, intelligitur ſecundùm ordinem ſucceſſiõis ab inteſtato, vt, qui prius vocatur ab inteſtato, prius etiam ad illud legatum vocetur, vt declarat ibi Caſtr.Anchor.conſ.25 Socin.conſ.37.in princ.& conſi. 86.nu.12.& ſeq.lib.3.Pariſ.cõſi.40.nu.13. lib. 2. idque ex trita ac vulgata præſumptione iuris, 3
qua † teſtator in dubio intelligitur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, quãdo nulla extat diſpoſitio ſtatuti, de eo, de quo tractatur, prout tradit Bart. in l. hæredes mei. §.cum ita.ff.ad Trebel, Bald. in l.precibus. 38. colum.antepen.C.de impube.& ſimil.de quibus per Alexan.conſi.2.num.7. lib. 1.& conſi. 87.colum.4.lib.2.Dec.conſ.416.num.18.& paſſim alij. De hac clauſula, ordine ſucceſſiuo, vel ſucceſſiuè, quę fideicommiſſarijs ſubſtitutionibus plerunque inſeri ſolet inter vocatos vel collectiuè, vel ex ordine charitatis & affectionis, ex profeſſo hanc rem tractans, tradit Simon de Prætis in tract de interpr. vlt.voluntatum, lib.3.ſolut.2. Quo Lectorem remitto. 4

IV. AXIOMA.

Teſtator, nulla facta mentione † prærogatiuæ gradus, nec vocans in ſtirpes, ſed ſimpliciter vocans proximiores, is qui verè prior eſt, in gradu præfertur. nam vbicunque teſtator facit mentionem de proximioribus, intelligitur de illis, qui iure ciuili ſunt proximiores. argum.l.vn.C.vnde vir & vxor.l.1.C. de impo. lucrat.deſcript.lib.10.ita in ſpecie Bald. conſ. 334.incip.in quæſt.lib.3. vbi inquit, cum teſtator vtitur comparatiuo, intelligi debet de magis propinquo, adeò, quod de remotiori nullo modo intelligi poſſit. 5

Idque non tantùm in vltima voluntate, ſed etiam in ſtatutis procedit: nam † ſtatutum loquens 6

loquens de conſenſu proximorum adhiben-
do in contractibus minorum, intelligitur de
eo proximiore, qui in gradu præcedit verè,
non fictè. Bald. in l fin. C. de verbor. ſignif. Sa-
lic. & Alexan. in l. fin. C de teſtamen. milit. Ex
7 prioritate † enim gradus maior proximitas
demonſtratur. l. 1. §. hæc autem. § gradatim. ff.
vnde cognat. l. iuriſconſult in princ ff. de gra-
dib. & adfin. §. ſi plurium. Inſtit de legit. agna
tor. ſucceſſ de qua re Bald. conſ. 161 incip. pri-
mò dicam circa fin. lib. 1. Dec conſ. 321. incip.
in cauſa, num. 3. & 5. lib. 2. Pariſ. conſ. 30. incip.
dubitatur. num. 55. & conſ. 90. num. 48. & ſeq.
lib. 2. Cephal. conſi. 656. lib. 5. vbi explicat verba
ex antiquioribus proximiorum. Ex quo iterū
conficitur, proximioribus vocatis, ius repræ
ſentationis locum non habere.

V. AXIOMA.

8 Qualitas † adiecta vni gradui vel perſonæ,
regulariter non cenſetur eſſe reperita in alte-
ro gradu alterave perſona. Bart. in l. fin. ff. de
reb. dub & ibi Socin. Bar. in l. ſi mihi & Titio.
& in l. Iulius Paulus. ff. de condit. & demonſt.
Pariſ. conſi. 38. num. 28. lib. 2. ita quoque in ſub-
ſtitutionibus, licet fiat quandoque extēſio de
9 caſu ad caſum, difficilius tamen † fit de perſo-
na in perſonam. l. ſi quis ita. §. pen. ff. de teſta-
men. tut. cum alijs concordantibus, de quibus
per Dec. conſ 85. colum 2. & conſ. 291. colum.
3. num. 6. & conſ. 287. num. 9. & 10. & conſ. 377.
num. 5. vbi inquit, non fit extenſio de perſona
ad perſonam, etiam ex tacita & veroſimili
mente teſtantis: inde etiam concludit, quod
ſubſtitutio facta filio ſub conditione, ſi deceſ-
ſerit ſine liberis, non porrigitur cum illa con-
ditione ad nepotes. & in ſpecie, quod qualitas
maſculinitatis adiecta certis perſonis, intelli-
gitur bene repetita inter eaſdem perſonas, ſed
non inter alias diuerſi gradus: quod etiam Ru
be. in ſpecie reſpondit conſi. 31. num. 5. & nu. 6.
Rimin. conſ. 229. num. 72.

CAPVT XXXIV.

Tertia ſucceſsionis ab inteſtato diuiſio.

SVMMARIA.

1 *Succeſsio in ſtirpes fit multis in vnum locū concurrentibus.*
2 *Succeſsio pro rata fit, quando æqualibus partibus ſuccedi-
tur.*
3 *in Stirpes ſucceſsio vnde dicatur.*
4 *Succeſsio in capita æqualis eſt.*
5 *Virilis portio pro æquali eſt.*
6 *Proximior vlteriorem in linea deſcendenti non excludit.*

SVcceſſio quædam eſt in ſtirpes, quædam
in capita, vel viriles portiones, vel ratas.
1 In † ſtirpes ſuccedere eſt, cum plures vnius lo
cum repræſentant, tantumque ſimul capiunt
ex hæreditate defuncti, quantum is in cuius
locum ſubrogantur, habuiſſet. In † capita ve-
rò vel viriles, vel ratas portiones ſuccedere,
eſt æqualiter, vel pro æqualibus partibus ſuc-
cedere, hoc eſt, vbi hæreditas in tot partes æ-
quales diuiditur, quot ſunt perſonæ quæ ſuc-
cedunt. Sic Vlpian. ſi defunctus ſit filius ex al-
tero filio mortuo, iam nepos vnus vel etiam
plures, ad omnes hæreditas pertinet: non, vt
in capita diuidatur, ſed in ſtirpes, id eſt, vt fili-
us ſolus mediam partem habeat, & nepotes
quotquot ſunt, alteram dimidiam. Aequum
enim eſt, nepotes patris ſui loco ſuccedere, &
eam partem habere, quam pater ſi viueret, ha
biturus eſſet. ita Vlpi. in Inſtit. tit. 26. in prin.
& in l. 2. §. hæreditas. ff. de ſuis & legit. hæc hæ-
reditas, inquit, proximo agnato, id eſt, ei quē
nemo antecedet, defertur: & ſi plures ſint eiuſ
dem gradus, omnibus in capita ſcilicet: vtpu-
tà, duos fratres habui, vel duos patruos, vnus
ex his vnum filium, alius duos reliquit, hære-
ditas mea in tres partes diuidetur. & Paulus li-
bro 7. ſentent. in collat. Legum Moſaic. tit. 16.
Quod ſi plures eodem gradu cōſiſtunt, ſimul
admittuntur. ſi ſit frater defuncti, & fratris fi-
lius, & nepos, &c. In quo tit. eiuſdē collationis
referuntur etiā verba Caij ex Inſt. & quia pla-
cebat, inquit, nepotes neptesve, item pronepo
tes, proneptesve in patris ſui locum ſuccede-
re, conueniens non in capita, ſed in ſtirpes hę
reditatem diuidi, vt filius dimidia parte hære
ditatis fruatur: ex altero filio duo pluresve ne
potes altera dimidia. Et Iuſtinianus: cùm fili-
us filiave, & ex altero filio nepos neptisve exi-
ſtunt, pariter ad hæreditatem aui vocantur:
nec qui gradu proximior eſt, vlteriorē exclu-
dit. Aequum enim eſſe videtur nepotes nep-
tesve in patris ſui locum ſuccedere: pari ratio
ne, etſi nepos neptisve ſit ex filio, & ex nepote
pronepos proneptisve vocentur. Et quia pla-
cuit nepotes neptesve, item pronepotes pro-
neptesve in parentis ſui locum ſuccedere, cō-
ueniens eſſe viſum eſt nō in capita, ſed in ſtir-
pes hæreditatem diuidi, vt filius partem dimi-
diā hæreditatis habeat, & ex altero filio duo
pluresve nepotes alteram dimidiam §. cum fi
lius. Inſtit. de hæreditatib. quæ ab inteſta. & i-
dem Iuſtin. in Nouel. 118 auth. de hęred. ab in-
teſt venientib. cap. 1. de deſcendentium ſucceſ
ſio. verſic. ſic tamen. de qua re infrà latè in ca-
pite de iure repræſentationis.

Dicitur autem ſucceſſio in ſtirpes, quemad
modum † enim ex ſtirpe fundantur plures ra 3
mi, & ad eundem ſe referunt: ita quoq; cogna-
tiones ex ſtirpe progrediuntur & generantur.
Tota domus, inquit Cicero, coniugio & ſtir-
pe coniungitur, ſerpit deinde foras, cognatio
nibus primum, tum adfinibus. libro 5. de fini-
bus. Sicuti etiam ſtirps in maiores ramos ſcin
ditur, & extenditur, & hi iterum in minores
diſperguntur: ita pariter cognationes initiò
paucis ramis continentur: poſt ſinguli in plu-

res diffunduntur minores, & ſi iterum in te. niores, perinde eſt in ſucceſſionibus. Hæ primùm ad proximos ſtirpi tãquam maiores & primos ex ſtirpe progredientes deferuntur: ab his iterũ ad alios minores, quandoque tamen vnus tãtum ramus, quantum alter qui in plures diſcedit ramuſculos, accipit.

4 Succeſſio autẽ in † capita eſt in viriles partes, vel portiones Iulianus: ſi autem ex duob9 patronis alter vnum filium, alter duos reliquiſſet, dixi viriles inter eos partes fieri, l. ſi libertus. 23. ff. de bonis libert. Et iterum Iulian. qui duos filios habet, & ex altero eorum nepotem habebat, eum in adoptionem dedit, & hęredem inſtituit prætérito altero filio. quæritur quid in his ſeruari debeat, vtrùm in partẽ patris ſui admittatur, an virilem portionem habeat. l. cum emancipatus. 13. §. qui duos filios. ff. de bonor. poſſeſſ. & Vlpian. & ideò, ſiue emancipàtus, ſiue is qui in poteſtate, ſiue in adoptionem datus ex minima parte hæres ſcriptus ſit, non redigitur ad eam portionem ex qua inſtitutus eſt, ſed virilem accipit. l. non putauit. 8. in fin ff. eod ſimilis locus Vlpi. ſub l 5. § ſed etſi. ff. de lega præſtan & iterum in l 8. in prin. ff. eo. & Triphoni. l. 7. ff. eo. & Papin. l. vnum ex familia. 67. §. ſi duos. ff. de legat. 2. & Impp. Dioclet. & Maxim. in l. 2. C. de ſuis & legitimis.

5 Quemadmodum quoque † in alijs negotijs virilis portio pro æquali portione quæ in ſingulos diuidenda eſt, accipitur. ita Vlpia. in l. 4. ff. ſi quid in fraudem patroni. & iterum in l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tut. & rat. diſtrah. & Papinia. in l. pupillus 6. ff. de fideiuſſ. & Paul. l. 43. ff. de re iud. Ita quoque Sext. Pompeius lib. 19. viritim inquit, dicitur dari, quod datur per ſingulos viros. Cato: præda quæ capta eſt viritim diuiſa. & Nonius Marcellus: viritim dictũ eſt ſeparatim, & per ſingulos viros. Sic etiam Cicero de claris orator. C. Flaminius is qui trib. pleb. de agro Gallico & Piceno viritim diuidendo tulerat.

Quæ quidem duo ſucceſſionum genera diſtant in liberorum linea, proximior vlteriorẽ non excludit, & hæreditas pro ſtirpibus diuiditur, nõ pro virilibus portionibus, ſi proximior cum vlterioribus concurrit in tranſuerſali linea excepto caſu repræſentationis, hæreditates diuiduntur in capita.

CAPVT XXXV.

Quarta diuiſio ſucceſsionis ab inteſtato.

SVMMARIA.

1 *Succeſſio iure proprio quæ ſit.*
2 *Succeſſio iure repræſentationis quæ.*

SVcceſſio ab inteſtato quędam fit iure proprio, quædam iure repræſentationis. Iure
proprio † fit ſucceſſio ab inteſtato, quãdo pro- 1
ximus quiſque defuncto ex ſua & propria per.
ſona ſuccedit. Iure verò † repræſentationis, 2
quando proximi quidem defuncto non ſunt, in patris tamen præmortui locum ingrediuntur, & ex perſona patris quem repræſentant, ſuccedunt. Hæc ſucceſſio propriè pertinet ad ordinem deſcendentium & tranſuerſalium, ideò eam ſuo loco attribuemus, quam diſtribuemus in certa capita, quid ſit repręſentatio, deinde liberi qui iure repræſentationis ſuccedant, an ex ſua propria, an verò patris perſona ſuccedant, an verè, an fictione quadam iuris. Prætereà quando locum habeat repręſentatio: deinceps quibus caſibus pręter ſucceſſionem ab inteſtato obtineat repræſentatio, quibus non.

CAPVT XXXVI.

Diuiſio quinta ſucceſsionis ab inteſtato.

SVcceſſio ab inteſtato quædam ſtatim defertur & tranſit recta via, quædam tranſmittitur. Hæc diuiſio propriè pertinet ad modum acquirendæ hæreditatis, nempè ad aditionem, quæ huius loci non eſt, ideoque ſuo loco de aditione hæreditatis reſeruo, vbi amplè oſtendetur, quid ſit tranſmiſſio hæreditatis, quot ſpecies tranſmiſſionis, tertiò, quando tranſmiſſio facta fuerit olim. Deniq; progreſſus tranſmiſſionis, & auctio, & amplificatio noui iuris circa tranſmiſſionem.

CAPVT XXXVII.

INteſtatò aliquem defunctum eſſe quis probare, & quo modo probare debeat? Pertinet & hæc ſimiliter quæſtio ad petitionem hęreditatis, quò eam etiam reijcimus, ne coniuncta diuellamus, & abſque ordine multorum abuſu euagemur.

FINIS LIBRI TERTII.

VALENTINI FORSTERI
IVRECONSVLTI PRAECLARISS.
DE HAEREDITATIBVS QVAE AB INTESTATO IVRE CIVILI DEFERVNTVR,

LIBER QVARTVS.

De Succeſsione deſcendentium.

CAPVT I.

Deſcendentium appellatio quid ſignificet, & quatenus ſe extendat: & axiomata de deſcendentium ordine in cauſa ſucceſsionis, tam ab inteſtato, quàm facto teſtamento.

SVMMARIA.

1 *Verbum deſcendere, quid denotet.*
2 *Deſcendere tam bonis, quàm perſonis conuenit, & pro peruenire eſt.*
3 *Verbum deuolui, pro peruenire, in iure accipitur.*
4 *Deſcendentium appellatio proprie ad liberos pertinet.*
5 *Deſcendentium appellatio ad omnes liberos indifferenter pertinet.*
6 *Deſcendentium ſignificatio in infinitum extenditur.*
7 *Bona aſcendentium iure naturæ deſcendentibus debentur.*
8 *Parentibus excluſis, & ab ijs deſcendentes excluduntur.*
9 *Nepos ex patre ſpurio natus non ſuccedit auo.*
10 *Deſcendentium appellatio pertinet ad nomina collectiua plures ordines & gradus continentia.*
11 *Deſcendentes vocati à teſtatore cenſentur ordine ſucceſſiuo vocati in infinitum.*
12 *Deſcendentes ordine vocati, cenſentur eo modo, quo ab inteſtato ſucceſſuri eſſent.*
13 *Verba, de hærede in hæredem, quid ſignificent.*
14 *Feudum precario conceſſum Seio & ſuis hæredibus, intelligitur de filijs.*
Idem in feudis obtinet.
15 *Hæredum nomen omnes ſucceſſores in ſolidum & in infinitum comprehendit.*
16 *Feudum acceptum pro ſe & hæredibus, de filijs maſculis intelligitur.*
17 *Dictio, quibuſcunq; hæredibus, quomodo accipiatur.*
18 *Feudum conceſſum quibuſcumque hæredibus, an fœminas complectatur.*
19 *Deſcendentes in conditione poſiti, an cenſeãtur vocati à teſtatore, num. 20. 21. 22. & ſeqq.*
20 *Filij in conditione poſiti, à teſtatore an vocentur, num. 24. & 25.*
21 *Filij in conditione poſiti, non videntur appoſiti in diſpoſitione, & num. 22.*
23 *Conditionibus adiecti in teſtamento, non vocati cenſentur.*
25 *Filij ab inteſtato cenſentur vocati, ſi in teſtamento in conditione poſiti.*
26 *in Conditione quæ ſunt, non ſunt in diſpoſitione.*
27 *Conditio nihil ponit ad eſſe, nec diſpoſitionem facit.*
28 *Filij in conditione, patre inſtituto, poſiti, per tacitum quoq; fideicommiſſum vocatos cenſeri.*
29 *in Conditionibus voluntas teſtatoris ante omnia exploranda.*
in Fideicommiſſis præcipuè ſpectanda defuncti voluntas. ibid.
30 *in Conditione poſiti, ex coniecturis cenſentur vocati.*
31 *Conditio, ſi ſine maſculis, an præſupponat filios vocatos, & num. 32.*
33 *Filiarum excluſio, tacitè, an filios in conditione poſitos includat.*
34 *Subſtitutionibus pluribus, ſi ſingulis adijciatur conditio, ſi ſine liberis, an in diſpoſitione liberi cenſendi.*
35 *Filijs inſtitutis & inuicem ſubſtitutis, ſi ſine filijs, &c. filiabus dote data excluſis, an filiorum filia excludant ſubſtitutum, rem. ſinè.*

VLGATA eſt etymologia verbi † deſcendere: propriè ſignificat de loco ſuperiore ad inferiorem venire. Cicer. in 3. de Orat. eſt item contrà quiddam in remiſſione grauiſſimum, quò tanquam in ſonorũ gradibus deſcenditur. & Iuuenal. ſatyr. 10. 1

Ad generum Cereris ſine cæde & vulnere pauci
Deſcendunt reges, & ſicca morte Tyranni.

inde deſcenſus. Verg.

————facilis deſcenſus auerni.
At reuocare gradum, hoc opus, hic labor eſt.

Generaliter verò ſignificat de vno loco ad aliũ, de vna re ad aliam rem contendere vel deferri, etiamſi ſuperior non ſit. Sic dicimus deſcendere ad, vel in forum, item deſcendere in nauiculas Sic etiam deſcẽdere ad auxilia. Cic. in epiſt. ſi peſſimus caſus fuerit, ad nouiſſima auxilia deſcendemus. item pro Cælio: deſcendere ad accuſationem. item pro Quinctio: viri boni, cùm experiendi poteſtas non eſt, timidè, & pedetentim huc deſcendunt. & lib. 2. de Inuent. deſcendere ad ius item in 2. Tuſculan. nullũ ab ijs qui in id certamen deſcendant, deuitari dolorem. Significat etiam approbare. ita dicimus deſcendere in cauſam. Cic. ad Attic. li. 8. epiſt. 2. quominus mirere, ſi inuitus in eam cauſam deſcendo, in qua neq; pacis, neq; victoriæ ratio quæſita ſit vnquam. & in 8. Phil. Si enim belli nomen tollitur, municipiorum ſtudia tolluntur: conſenſus populi Rom. qui iam deſcẽdit in cauſam, ſi nos langueſcimus, debilitetur neceſſe eſt. In iure noſtro, verbum

2 † deſcẽdere,ſignificat originem ortumq́; ab a-
liquo ducere, & applicatur tam bonis, quàm
perſonis.ita,bona defuncti ad nos deſcendere
dicuntur.ſic Iuſtin.ita & de his, quæ materna
linea,vel per quamcunq; occaſionem, vel in-
ter viuos,vel per vltimas diſpoſitiones,vel ab
inteſtato deſcendunt, ſimilis ordo vocetur.l.
ſancimus.11.C.commu.de ſucceſ.pro quo ver
bo deſcendere, vſurpari ſolet verbum perue-
nire.Quæcunq; res ad filium vel filiam,nepo-
tes,ſiue pronepotes, vtriuſq; ſexus,in poteſta-
te conſtitutos, ex priore, vel ſecundo aut ter-
tio,ſeu numeroſiore cõiugio peruenerint, &c.
3 l.4.C.de bon.mat.in † eum ſenſum quoq; ver
bum deuolui,vſurpatur.res quæ ex matris ſuc
ceſſione, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato
fuerint ad filios deuolutæ.l.1 C.eod.Sic quoq;
perſonę dicuntur ab aliquo deſcendere.ita Vl
pia. de ſenator. Senatores autem accipiendũ
eſt eos,qui à patritijs,& conſulibus vſq; ad om
nes illuſtres viros deſcendunt: quia & hi ſoli
in ſenatu ſententiam dicere poſſunt. l. fina.ff.
4 de ſenator. Propriè autem † deſcendentium
appellatio ad liberos pertinet,qui per lineam
inferiorem,vel deorſum tendentem, deſcen-
dunt,quos Theoph. κατιόντας vocat.tit.de legit.
agnat.ſucceſſione.de his itaque ſint ſequentia
axiomata.

I. AXIOMA.

5 Deſcendentium † appellatio,pertinet ad o-
mnes liberos, cuiuſcunq; ſint gradus & natu-
ræ,ſiue ex maſculorum genere, ſiue ex fœmi-
narum deſcendentes,& ſiue ſuæ poteſtatis, ſi-
ue ſub poteſtate ſint,idq́; in infinitum, ita Cal
liſtratus: Liberorum appellatione, nepotes &
pronepotes, cæteriq́ue qui ex his deſcendunt,
continentur.hos enim omnes,liberorum ap-
pellatione,lex duodecim tab. comprehendit.
l.liberorum 220.ff.de verb.oblig.& Iuſti.quo
tiens aliquis,vel aliqua,inteſtatus, vel inteſta-
ta, mortuus vel mortua fuerit,nepotib.vel p-
nepotibus cuiuſcunq; ſexus, vel deinceps alijs
deſcendentibus derelictis,&c. l.fin. C. de ſuis
& legit & iterum Iuſtin.auth.de hæred.ab in-
teſt.ven §.1. ibi, ſi quis igitur deſcendentium
fuerit,ei qui inteſtatus moritur, cuiuſlibet na-
turæ aut gradus: ſiue ex maſculorum genere,
ſiue fœminarum deſcendentes,& ſiue ſuæ po
teſtatis,ſiue ſub poteſtate ſit. Quæ deſcenden-
6 tium † ſignificatio in infinitum extenditur.d.
l.liberorum.ibi,cęteriſq́; qui ex his deſcẽdunt.
& l.fin.C.de verb.ſign.& in auth.de hæred ab
inteſt.ven.in princ. & ibi Iacob.de Bell.prout
multis autoritatibus, rationumq́; momentis
oſtenderunt noſtri prudentes, tam docendo,
quàm cõſulendo.Caſtr.in l.Gallus.§ quidam
rectè num.9.Socin.ſen.num.4. verſi.aliquan-
do.Iaſ.num.27.ff.de lib.& poſthum. Alexan.
conſ.56.in princ.lib.1. & conſ.160. incip. viſo
themate.& conſ.118.num.17.lib.2. Dec. conſi.
206.& conſ.223.nu.2.& conſ.229. & conſ.364.
num.1.& conſ.413.num.11.& conſ.570 num 9
vbi reddit rationem.Carol.Ruin. conſ. 22. &
conſ.92.& conſ.123.lib.3.& conſ.19 num.9. &
conſ.92.& conſ.164.nu.2.lib.3.Socin.ſen con-
ſi.126.num.27.lib.1.& conſ.69.num.12.& nu.35
& conſ.81.num.1.& conſ.86 nu.8 & conſ. 114.
num.2.& conſ.51. colum.1.libr.4. Pariſ. conſ.
20.num.11.lib.1.& conſ.30.num.32. & conſ.93.
num.62.lib.2.& conſ.40.num 30.lib. 3. Natta
conſ.31.num.24.lib 3 & conſ.72. num. 8. lib.
3.Cephal.iun.conſ.413.num.28.lib.5.Menoch.
conſ 85.num.2.& conſ.88.num.10.lib.1.& con
ſi.152.num.28.lib.2.& conſ.310.num.13. libr.4.
Tyber.Decian.conſ.33.num.101. lib. 1. & reſp.
9.num.45.lib.2.

II. AXIOMA.

Deſcendentes de iure † naturæ ad bona aſ- 7
cendentium admittuntur. nam,vt Papin. ait,
non ſic parentibus liberorum,vt liberis, parẽ-
tum debetur hæreditas: cùm parentes ad bo-
na liberorum ratio miſerationis admittit: li-
beros,naturæ ſimul, & parentum cõmune vo
tum.l.ſcripto.7.in fin.ff.vnde lib. ac vt Papin.
alibi ſcribit. nam etſi parentibus nõ debeatur
filiorum hæreditas,propter votum parẽtum,
& naturalem erga filios charitatem: turbato
tamen ordine mortalitatis,non minus paren
tibus quàm liberis,piè relinqui deber.l. nã etſi
parentibus.15.in princ.ff.de inoffic.teſtam. ita
etiam Paul cum ratio,inquit, naturalis, quaſi
lex quædam tacita liberis parentum hæredi-
tatem addiceret, velut ad debitam ſucceſſio-
nem eos vocando, propter quod & in iure ci-
uili, ſuorum hæredum nomen eis inditum:
ac ne iudicio quidem parentis,niſi meritis de
cauſis ſubmoueri ab ea ſucceſſione poſſint. l.
cum ratio.fin ff.de bon.damnat vnde Paulus
alibi ſcribit: in ſuis hæredibus euidentius ap-
paret, continuationem dominij cò rem per-
ducere,vt nulla videatur hereditas fuiſſe,qua-
ſi olim hi domini eſſent,qui etiam viuo patre
quodammodò domini exiſtimabantur. l. in
ſuis.11.ff de lib. & poſth. de qua στοργῆς naturali
latiſſimè Tyraq.in l.ſi vnquam. in præfation.
C.de reuoc.donat.

III. AXIOMA.

Excluſis parentibus † deſcendentes eorum 8
excluſi cenſentur: ſic excluſo filio ſpurio à ſuc
ceſſione patris naturalis, excluduntur omnes
ab eo ſpurio deſcendentes,l.fin.in fin.ibi,iura
enim ab inteſtato,in aui ſucceſſionem, nemi-
ni eorũ penitus aperimus.& hæc non ſolùm
eis accedere cenſemus, à ſubſtantia aui pater-
ni naturalis,ſed etiam proaui,vel eius cogna-
tionis: ſi quis ſaltem huiuſmodi vocabulum
in tam degeneres homines extendere malue-
rit,C.de naturalib.lib.& ibi Odofr.Cyn.& cæ-
teri.vbi tradũt,† quòd nepos legitimus, natus 9
ex filio

ex filio ſpurio, auo ſuo inteſtato ſuccedere non poteſt. ita etiam Bald. in l.fina. in fin.C. de verb.ſig.dicit, quòd non modò ſpurij non dicuntur de domo & familia patris: ſed neque ex ipſis ſpurijs deſcendentes, quanquàm ex legitimo matrimonio ſint procreati, quia, inquit, nulla poteſt eſſe conſequentia legitima, ex illegitimo patre, d.l.fina. idem tradit Ioan. Andr.in addit.ad Specul.in titu.de ſucceſſionib.ab inteſt.§.1. in addit.incip.Accurſ. & idem conſuluit Petr. de Anchor.conſ.389. col.1 Cuman.conſ.118.in princip.Alex.conſ. 174.libr.5.Capra.conſ.136.col fina. Dec.conſ. 85.in fin.cum concordan.Tyber.Decian.conſil.100.num.5.lib.3.

AXIOMA IIII. in cauſa teſtati.

10 Deſcendentium † appellatio pertinet ad nomina collectiua,& cōplectitur plures gradus & ordines; d.l.liberorum.ff.de verb ſign. d.l.fi. & ibi interpret.C.de verb.ſig.cum concord. Dec.conſ.384.nu.6. & conſ.636.num.2. Berous conſ.102.num.24.lib.2.Pariſ.conſ.11. num.17.lib.3.Tyber.Decian.conſ.29.num.14. conſ 33.num.101.lib.1. cum ſimilib de quibus ſuprà in lib.3.

AXIOMA V.

Ex præcedenti axiomate promanat quin-
11 tum. Deſcendentes † à teſtatore vocati,intelliguntur vocati ordine ſucceſſiuo, & de gradu in gradum, in infinitum,l.peto.§.fratre.l. cùm ita.§.in fideicommiſſo.ff.de lega.2.l.fin. C.de verbor ſignific. Bartol.in l.ſi cognatis. verſic. quæro quo ordine. & ibi Socin.ff.de rebus dub. Alexā.in l Gallus.§ quidam rectè. ff.de libe. & poſthum. Caſtr. in d.l. Gallus.§. quod ſi is & ibi Socin.num.9.& num.24.Anchor.conſ.23.Angel.conſ.23.& 39.Alex.conſ. 43.in fin lib.5. Socin.conſ.90.colum.fina.lib. 1.Carol. Ruin.conſ.115.colum.9.lib 3. Pariſius conſ.18.nume.7 lib.2. Decius conſ.607.num. 10.& 11. & conſil. 636 nume.3.& conſil.637. nume.8.Tyberius Decian.conſil 89 nume.9. vbi inquit, deſcendentium appellatione veniunt omnes in infinitum, etiamſi longè diſtent à ſtipite. Iacob.de Belloniſ.in Anthent. de reſtitut. fideic. Alexand. conſ.56. in prin. cip.libr.1.& cùm ſit nomen collectiuum plures gradus continens, intelliguntur vocati ordine ſucceſſiuo, vnus poſt alium,ſecūdùm prærogatiuam gradus.ita Tyb.lib.3.cum concord.ſuprà relatis.

12 Ordine † autem ſucceſſiuo,vt ſuprà etiam dictum eſt,vocati, cenſentur vocati eo ordine,quo ab inteſtato ſucceſſuri fuiſſent. Intelligitur enim teſtator voluiſſe inter eos inducere ius legitimarum hæreditatum, iuxta ordinem ſucceſſionis ab inteſtato de iure ciuili,l.vel ſingulis.ff.de vulgar. vel pupil.l.cùm pater.§.à te peto & ibi gloſſ.ff.de legat.2. Bartol in l.ſi cognatis. verſicu. quæro quo ordine.ff.de rebus dub.Angel.conſil.38.omnes in l.fina.C.de verbor. ſignific. & ibi Caſtrenſ. inprimis verò quando adſunt illa verba, ſalua gradus prærogatiua. Petr. de Anchoran. conſi.25.Socin.conſ 37 in princip.& conſ.86. nume.12.& ſeq.libr.3.Pariſ.conſ.40.nume.13. libr.2.

Quam ſignificationem etiam præſtant ver 13 ba, de hærede in hæredem, id eſt, de deſcendente in deſcendentem, vel de liberis in liberos.ita Vlp. Si quis fideicommiſſum relique. rit,fidei tuæ fili committo: vt, ſi ſine hærede moriaris,reſtituas Seio hæreditatem, videri eum de liberis ſenſiſſe., diuus Pius reſcripſit, l.ex facto.17 § fin.in princ.ff.ad Senatuſconſ. Treb.& ibi glo.in verbo, ſine hærede. vbi inquit,quia rarò occurrit, quod quis decedit ſine hærede, cùm ſaltem fiſcus ſit hæres, l.1.C. vnde vir & vxor.

Et eſt ſecundum hoc † argumentum,quod 14 ſi concedo feudum vel precarium tibi & tuis hæredibus, quod de filijs videatur intellectum,aliàs duraret ſine fine,&c. quam gloſſ. ſequitur Cuman.& Imol.ibid. & Bartol.in l. Gallus. §.etiāſi parente, colum.2. verſ.ſecundo caſu. & colum.fin.ff.de libe. & poſthum. quem ſequitur ibi Iaſon nu. 27. dicens, hanc eſſe communem ſententiam: & ideo non eſſe ab ea recedendum in iudicando & conſulendo. idem reſpondit Bartol.conſil. 51. Baldus conſ.125.libr.4. Socin.conſ.57 nume.2.& conſ 62.nume.10.& 12.libr.3.latè Decius conſil.38 nume.4.& 6.Simon de Prætis plurimos accumulans,de interpretat.vltimar.voluntatum,lib.3.in ſeptimo caſu.fol.10.num.21.fol. 85 col 4.

Hæredum enim nomen † comprehendit 15 omnes ſucceſſores in ſolidum, & in infinitū. nam vt Vlpia.ait Hæredis appellatio non ſolùm ad proximum hæredem, ſed ad vlteriores hæredes refertur, nam & hæredis hæres, & deinceps hæredis appellatione continentur,l.hæredis 65.ff.de verbor.ſign. & iterum Vlpia. hæredis appellatione omnes ſignificari ſucceſſores, credendum eſt, etſi verbis non ſint expreſſi, l.hæredis.170.ff. eod. Sic etiam Paulus. Sciendum eſt, hæredem etiam per multas ſucceſſiones accipi, l.ſciendum.70.ff. eod.cum ſimilib.in glo.relatis.

Quod † in feudorum iure planum expedi- 16 tumque eſt.feudum enim acceptum pro ſe & hæredib. & ſucceſſorib. ſemper intelligitur acceptum pro filijs & deſcendētib. maſculis, tit.de alien.feudi.§. etſi clientulus. cum ſimilib.ſupr.relatis.& a Dec.conſ.208.nu.7.& Cephal.conſ.2.nu.15.& ſeq.conſ.3.nu.3.& 4.lib.1.

& ſic pro hæredib. ſanguinis. de qua re latè
Hart. Piſt. in quęſt. feud. lib. 1. quæſtio. 1. & paſ-
ſim alibi.

17 Quinimò † dictio, quibuſcunque hæredi-
bus accipitur ſecundùm ſubiectam materi-
am, & reſtringitur in iure feudorum ad ſuc-
ceſſores ſanguinis, & ſic ad deſcendentes. De-
cius latè poſt allos ab eo allegatos, in c. in pręe-
ſentia, num. 42. ext. de probat. & conſi. 171. in-
cip. in cauſa venerabilium, num. 6. & conſil.
185. num. 4. & conſ. 193. inc. diligenter. col. fin.
verſ. non obſtat fund. & conſ. 208. colum. fin.
Rubeus conſ. 110. nu. 9. Gozad. conſ. 26. nu. 33.
Corn. conſ. 199. nume. 69. lib. 2. Barbat. in rub.
de feud. colum. 2. & conſ 63 nu. 14. lib. 1. refert
& ſequitur Ceph. conſ. 2. nu. 16.

18 An † verò feudum cõceſſum alicui & hæ-
redib. quibuſcunque, licet ad hæredes ſangui-
nis pertineat, complectatur fœminas quoque
diſparibus ſententijs tractatur. quibuſdam exi-
ſtimantibus feudum conceſſum hæredibus
quibuſcunque, non tranſire ad fœminas, nec
ad extraneos hæredes: ſed pronomen hoc
referendum eſſe ad hæredes habiles. Alij, &
maiori numero arbitrantur, ex generalitate
dictionum, hæredib. quibuſcunque feudum
ad omnes hæredes, ſiue maſculi, ſiue fœmi-
næ, ſiue etiam extranei ſint pertinere. Vtriuſ-
que opinionis ſectatores referr copioſè Hart-
man. Piſto. d. quæſtio. 1. nume. 38. & 39. quo le-
ctorem remitto.

AXIOMA VI.

19 Deſcendentes † in conditione poſiti, an à
teſtatore intelligantur vocati, contrarijs, &
pugnantibus ſententijs agitatur. Præfandum
eſt, filij vel deſcendentes, in conditione poſi-
ti dicuntur, quotiens teſtator filium ſuum
inſtituit, & ſi hic deceſſerit ſine liberis vel de-
ſcendentibus, alium ſubſtituit. Vel, vt dece-
dente aliquo ex hæredibus inſtitutis, ſiue hæ-
redibus legitimè deſcendentibus, alter ſucce-
dat & ſimili modo. Quæ diſpoſitio vtilitate
non caret, ſed inſignem præſtat effectum. Si
enim filij vel deſcendentes in conditione po-
ſiti, non ſunt in diſpoſitione teſtatoris, & ſic
non intelliguntur vocati à teſtatore, res, quo-
ad deſcendentes redigitur ad cauſam inteſta-
ti, & ſic hæres inſtitutus poterit bona hære-
ditaria pro arbitrio alienare, & pro libitu de
ijs diſponere, excluſis liberis. Diuerſum eſt,
ſi deſcendentes poſiti in conditione, cenſean-
tur eſſe vocati, & ſubſtituti. tum enim aliena-
tio nõ permittitur. Deinde promanat & hic
effectus. ſi filij vel deſcendentes poſiti in con-
ditione, non exiſtimantur vocati, & aſcen-
dens non alienat bona, tum ſuccedunt patri,
vel aſcendenti ſuo ab inteſtato, & ſic conſe-
quenter excludunt ſubſtitutum.

Quæſtio itaque hæc, ſi aliqua in iure no-
ſtro in contrarias, & aduerſantes ſententias
diſtracta eſt, hæc ſanè ex præcipuis vna eſt.
Placuit † igitur pleriſque & maiori numero,
filios vel deſcendentes in conditione poſi- 20
tos, non intelligi à teſtatore vocatos. Cuius
ſententiæ author eſt Azo ſub gloſſ. in l. Lu-
cius Titius qui fratrem. 85. in verſic liberos ff.
de hæredib. inſtit. vbi ad verba Scæuolæ in fi.
non enim fratrem ſolum hæredem prætulit
ſubſtitutis: ſed & eius liberos: liberos inquit,
gloſſ. ſcilicet ab inteſtato, cùm ſint ei proxi-
miores. Sic Inſtit. de pupil. ſubſtit. §. vel ſingu-
lis. & infrà de codicil. l. conficiuntur. in prin.
& inf. tit. 1. l. ſi pater impuberis ita Azo. Subij-
cit Accurſ. ſuprà cod. l. ſi quis ita hęres. & ſic
non obſtat. ſupr. eod. l. ex facto etiam agi. ita
glo. ex qua conſtat liberos in conditione po-
ſitos, ab inteſtato patri ſuo ſuccedere, & ſic
non cenſeri vocatos à teſtatore. Quam ſen-
tentiam plerique amplexi ſunt, tam docen-
do, quàm conſulendo. quos longa ſerie enu-
merat Anton. Gabr. in communib. ſentent.
lib. 4. c. de fideicommiſſis. concluſ. 4. filij po-
ſiti in conditione, an intelligantur vocati,
nume. 1. quibus annumerandi ſunt nouiſſi-
mi, & hi quidem maximi nominis, ſummæ-
que authoritatis. Ioan. Bolog. in rub. de vulg.
& pup. nu. 258. incip.

Secunda eſt † concluſio, quòd filij poſiti in 21
conditione, non videntur appoſiti in diſpo-
ſitione, id eſt, quando conditio de filijs poni-
tur, non cenſetur inſtitutus grauatus eis relin-
quere, ita quod ex teſtamento teſtatoris ali-
quid videantur conſequi: ſed ſolùm poſſunt
habere bona caſu fortuito, ſi placebit patri
eis relinquere hæreditatem. ita Bolognet.
Franciſc. Ripa in l. centurio, num. 159. inqui-
ens, communis eſt, & canonizata ſententia,
gloſſ. in l. Lucius Titius qui fratrem. ff. de hæ-
redib. inſtit. quod filij in conditione poſiti,
non intelligantur ſubſtitui. hanc dicit com-
munem Imol. in l. filiusfamil. §. cùm quis. ff.
de legat. 1. Dec. in l. 1. nume. 14. C. de pact. vlti-
mò, inquit, nota, quod rogatus reſtituere hæ-
reditatem, ſi deceſſerit ſine liberis, poteſt in
præiudicium liberorum, qui poſteà naſcun-
tur, alienare, nec datur repetitio ipſis libe-
ris, qui faciũt deficere fideicommiſſum: quia
liberi non ſunt vocati, vt notat. per gloſſ. in
d. l. Lucius Titius. ff. de hæredib. inſtit. & om-
nium nouiſſimè Cuiacius in d. l. Lucius. 85.
vbi ait.

Nam liberi † fratris ex teſtamento non ve- 22
niunt, quippe cùm inſtituti non ſint, & fal-
ſum ſit, quod vulgò iudicia quædam depra-
uata iactant liberos in conditione poſitos,
eò ſatis ad hæreditatem vocari, l. Gallus. §.
idem credendũ. §. in omnib. ff. de lib. & poſt-
hum. l. ſi quis eum. §. vltim. infr. titu. prox. Hi

igitur fratris liberi, partui hæreditatem ab inteſtat nõ ex teſtamẽto vindicãtes, ſubſtitutos repellunt, quos vtiq; nõ repellerent, niſi teſtator ita dixiſſet, aut filium filiamve ex ſe natum, natamve nõ habebit. ita Cuiac. ita quoque reuerendiſſimus D. Didac. Couarr. in repetit. c. Raynutius §.3. nu.2. eſt ſanè inquit, inſignis gloſſ. in l. Lucius Titius qui fratrem. ff. de hæredib. inſtit. per prædicta verba, filios nõ eſſe vocatos à teſtante, ex eo quod in conditione adiecta fiat eorum mentio, non in diſpoſitione.

23 Hi verò qui conditionibus † adiiciuntur, minimè vocantur in ipſa diſpoſitione per ipſum teſtatorem. ita Didac adducit ibidem authoritatem Corſeti in repet. ad Panormit. in verb. ſubſtituto Alex. in l. ex facto §.1. ex facto. §.1 colnm.2. & §. ex facto ff. a l Trebellian. cum aliis. Eandem ſententiam amplectitur etiam Fernandus Vaſquius tom. 2. de ſucceſſionum progreſſu, lib.1. § 4. nume 3. vbi ait & inprimis ſilij poſiti in conditione, non cenſentur vocati ad hæreditatem, per gloſſ in d. l Lucius Titius. & in l. ſi ita quis inſtituatur. verb. ſi legitimus. ff. de hæredib. inſtituen. & eſt communis, inquit, ſecundùm Imolam in d. l. Lucius & ſecundùm Decium & Alciatum in l.1. C. de pact. & ibi Curt. Iun. nume. 13. Ripa num.7. Purpur num.157. quam ſententiam etiam defendunt Alexan. Iaſ. Lancel. & reliqui in l Gallus. in princ. ac præ cæteris Emanuel à Coſta in § & quid ſi tantum in 1. part. num.26 & ſeq. ff. de libe & poſthu. idem tradit Gomeſ. variar. reſol. lib.1. ca.3. de ſubſt. vulg. num.24. ibi.

24 Sed his † non obſtantib. ego teneo contrariam ſententiam, imò quòd poſitus in conditione cuiuſlibet ſubſtitutionis, non videatur tacitè inſtitutus, & per conſequẽs ſubſtitutio annulletur & idem Gomeſ. tomo 1. cap.5. nume. 42. verſic. ſed his non obſtantibus ego teneo contrariam ſententiam, imò quòd tales filij vel deſcendentes ex filio grauato, nõ cenſeantur vocati per teſtatorem, nec tacitè ſubſtituti, & per conſequens bona erunt libera, & non vinculata, nec ſubiecta reſtitutioni: & ipſe filius grauatus poteſt liberè in vita, vel morte ea alienare. ita Gomeſ. ad quem in addit. ibidem ſub nume. 24. Eman. Zoares inquiens. quippe, quid, etſi ſummoperè controuertitur, num filij vel deſcendentes, conditione comprehenſi, ſi quippiam dare præterea à teſtatore iubeantur, atque grauentur, tacitè vocati cenſeri debeant, certè exploratiſſimum eſt, ac receptiſſimum, cùm duntaxat conditione concluduntur, nulla ratione eos vocatos, atque honoratos cenſeri, vel poſſe, vel debere, iuxta gloſſam not. in l. ex facto. §. ex facto. verſic. defeciſſe. ff. ad Senatuſconſultum Trebellianum cum ſimilibus.

Eidem opinioni accedit, imò firmiter inhæret, Ioan. Durandus in tracta. de arte teſtandi, titul.5 de ſubſtitut. caut. 36. ſi pater, inquit, filium hæredem inſtituat, eique, ſi deceſſerit ſine liberis, ſubſtituat, liberi ex filio, non cenſentur vocati, ex fideicommiſſo ad hæreditatem aui, quia ea quæ ſunt in conditione, in diſpoſitione non ſunt, l ſi quis ſub conditione ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſtam. d. l. Lucius. 85. ff de hæredib. inſtit. & hanc ſententiam dicit eſſe communem ex Alexand. Iaſ. Dec. & aliis.

Quemadmodum quoque nouiſſimi, de iure interrogati, pro ea parte reſponderunt. ita Roland. à Valle. magno impetu, conatu, & apparatu, conſi.51. incip. viſo ac diligenter perlecto, nume.5. verſicu. quib. non obſtantibus, quæ verè non obſtant Contraria ſententia eſt de iure verior. lib.3 & conſ 56. num.14. & ſeq. eod. libr. Celſus Hugo conſil.20 nume. 18. Burſat. conſi.1. num 8. libr.1. Cephal. conſi. 17. nume. 13. ibi. & poſiti in conditione, non ſunt poſiti in diſpoſitione, & ſic non cenſentur vocati, per glo. in d. l. Lucius. quæ, inquit, eſt communiter approbata in quam rem Cephal. adducit plurimos, quorum autoritate communem eſſe aſſerit, & canonizatam.

Subijcit, † cenſeri dũtaxat ab inteſtato vocatos: idque procedere, non ſolùm ſi filij, verùm etiam ſi filiorum deſcendentes, & horum deſcendentium deſcendentes fuiſſent in conditione poſiti. adhuc enim inter eos non cenſeri inductum reciprocum fideicommiſſum, nec inuicem cenſeri vocatos, niſi ab inteſtato, prout pleniſſimè conſuluit Iaſon conſil.143. incip. Iſta quæſtio. nume.4 libr.2. Ruin. conſil.119 nume.3. & 4. libr. 2. Socin. Iun. conſ.176. nu.17. & ſeq. lib.2. & iterum Cephal.268. nume.17. libr.2. ibi, quamuis enim filiorum liberi fuerint in conditione poſiti, non tamen fuerunt poſiti in diſpoſitione. per alleg. ſubijcit regulam nu. 18. liberi enim in conditione poſiti, duntaxat ab inteſtato cenſentur vocati, ſecundùm omnes ſuprà dictos. in quam rem plurimorum authoritates citat. & iterum conſ.196. num.8. lib.2. & conſ. 393. num.11. eod. lib. & conſ.419. nume 70. lib. 3. & paſſim alibi. quibus etiam adhæret Simõ de Prætis, de Interpret. vltim. voluntat. libr.3. in dubitatione ſecunda, ſolut.2. nume.5. ibi. minus autem filij poſiti in conditione aſcripta fideicommiſſariæ ſubſtitutioni dici poſſunt vocati in diſpoſitione, per communem ſententiam. cui ſententiæ præ cæteris, robur firmitudinemque addit, num 6. & ſeqq ſicuti etiam multi alij. 25

Deniq; in Germania ſecũdũm hanc communem ſententiam iudicari, idque in Camera obſeruari, tradit Geyl lib.2. obſer.136. num. 18. vſque ad finem inquiens. An autem filij in

condi.

condltione poſitl, cenſeantur à teſtatore vo-
cati, hoc eſt, ſubſtituti, variè tractatur. Com-
munis opinio eſt, non cenſrri vocatos: quia
26 † quæ ſunr in condinone, non ſunt in diſpo-
ſitione, eò quòd conditio nihil ponat in eſſe.
l. ex facto etiam. ff. de hæredib. inſtit. l. ſi quis
ſub conditione. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.
& ideo ſi teſtator dixerit, filium meum hære-
dem inſtituo, & ſi deceſſerir ſine liberis, Sem-
pronium ſubſtituo. Hoc caſu filij filiorum in
condirione poſiti, non dicuntur vocati ex te-
ſtamento aui ad eius hærediratem, tanquàm
ſubſtituti patri, ſed tanquàm poſiti in condi-
tlone, &c. tandem enumeratis authorltatib.
ſubijcir in fi. vbique dicunt hanc opinionem
eſſe communem, ſecundùm quam etiam in
Camera, in ardua quadam cauſa iudlcatum
memini. fallit tamen communis iſta opinio
in quibuſdam caſib. quos vide apud Ciarum
Portium, & alios. ita Gaylius. Nituntur au-
tem huius communis ſententiæ ſectatorrs,
authoritate prudentum & principum. In con
firmatlonem enim huius rel adducuntur ab
ijs, primò, reſponſum Scæuolæ, in l. ſi qnis ita
hæres inſtituatur. 72. ff. de hæredib. inſtituen.
Secundò, eiuſdem Scæuolæ, in l. Lucius Ti-
tius qui fratrem. 85. in fin. ff. eod. Tertiò, Mar-
ciani locus, ſub l. poteſt. 36. & l. ſequ. ff. de vul-
gat. & pup. Quartò, eiuſdem Marciani, In l. fi-
liusfam. miles. 114. §. cùm quis rogatus erit, ſi
ſine liberis deceſſerit, per fideicommiſſum
reſtituere: conditio defeciſſe videbitur, ſi pa-
tri ſuperuixerint liberi, nec quæretur, an hæ-
redes extiterint. ff. de legat. 1. Quintò adfer-
tur reſponſum Vlpiani, In l. ex facto. 117. §. ex
facto tractatum memini. ff. ad Trebellian.
Sextò, reſcriptum Seueri & Antonini, in l. 1.
C. de pact. Septimò, conſtitutio Iuſtiniani,
ſub l. generaliter. 6 in princip. C. de inſtitut. &
ſubſtit. gloſſ. in l. Gallus. In princip. ff. de libe.
& poſthum. & gloſſ ordlnaria. in d. l. Lucius
Titius. 85. in fi. ff. de hæred. inſtit.

Quibus additur vulgarum axioma, quòd
27 condirio † nihil ponat in eſſe, nec ipſa diſpo-
ſitionem faciat, l. ſi quis ſub conditione dan-
dorum. ff. ſi quis omiſſ. cau. teſtamen. An au-
tem hiſce iuribus allatis, fides aſtruatur, com
muni illi ſententiæ ſub iudice lis eſt, ac in
dubio hæret, multis contrà reluctantib.

28 Altera † itaque opinio è diamerro huic
contraria, ſi non maiore, attamen pari nu-
mero noſtrorum, eorumque primariæ dig-
nitatis, authoritatisque conſtat: quinimò ra-
tionibus etiam cum præcedenti communi
ſententia certat: vnde ſimiliter in commu-
nis opinionis, vel ſententiæ nomen conceſ-
ſit. Exiſtimarunt igitur hi filios vel deſcen-
dentes, in conditione poſitos, cenſeri & in-
telligi à teſtatore vocatos, per viam fidei-
commiſſi taciti, ad ſucceſſionem patris ſui, à
teſtatore inſtituti. cuius ſectæ fuerunr vete-
res. Oldrad. Alberic. Baldus, Salycet. Raphael
Comenſis, Caſtrenſ. Marian. Socin. in l. 1. C.
de condit. inſer. & alij, quos longa ſerie re-
cenſet Antonius Gabriel. in commun. opin.
lib. 4. c. de fide fideicommiſſ. concluſ. 4. num.
2. ibi, contrariam verò opinionem, quòd di-
cātur vocati, & veniāt ex diſpoſitione, tenuit
Old &c. Iacob. Philipp Porcius comm. reg.
lib. 2. conclu. 12. & nouiſſimè Tyber. Decian.
conſ. 89. nu. 11. lib 3. Port. conſ. 40. num. 1. lib. 2.
Cattel, Cotta in memo. in verb. filij in condi-
tione poſiti. verſ. tamen contrarium ſingula-
riter tenuit Iul. Clar. in commen. ſenten. lib. 3.
§. teſtamentum. quæſt. 77. vbi relatis prioris
opinionis ſectatoribus, ſubijcit. contrariam
verò ſententiam, quod ſcilicet filij poſiti in
conditione, cenſeantur à teſtatore vocati ſal-
tem tacitè, tenuit Oldr. vbi multorum auto-
ritates cumulat. & nouiſſimè acrirer defen-
dit eandem ſententiam Ioan. Coraſ libr. 2.
Miſcell. cap. 19. nume. 6. ego verò, inquit, ad-
uerſus Doct. indiſcriminatim exiſtimo, libe-
ros per hanc clauſulam, ſi ſine liberis, ex te-
ſtamento vocatos: ideo & alienata reuoca-
re, d. l. fina §. ſed quia. Euidenter quippe con-
ſtat, eum, qui teſtatus eſt liberos inſtitui, præ
cæteris, poſt inſtitutum vocaſſe, cùm & eos
ſubſtitutis antepoſuerit, quos tamen ex teſta
mento venire, nemini nō eſt cognitum, cum
alijs ab eo adductis.

Cùm itaque hæ duæ ſententiç prorſus con
trariæ ſint, & qnod vna ait, altera negat, ple-
rique ad interpretationem τῆς διανοίας men-
tis videlicet, & voluntaris teſtatoris, negótiū
tranſtulerunt: In † conditionibus enim pri- 29
mum locū defuncti voluntas obtinet, inquit
Vlpia. eaque regit conditiones. l. in conditio-
nibus. 19. in princ. & §. 1. ff. de cond. & demōſt.
ac, vt alibi ait, in fideicommiſſis præcipuè ſpe-
ctanda, ſeruandaque eſt teſtatoris voluntas, l.
fideicommiſſa. 11. §. Item ſi quis certam quan-
titatem. ff. de legat. 3. & vt Paulus ait. Sola vo-
luntas ſeruatur in fideicommiſſis, l. pen. ff. de
legat. 1. & Papinia. in fideicommiſſis volun-
tatem ſpectari conuenir, l. hæredes mei. 37. §.
cùm ita. in fin. ff ad Trebell. cum ſimilib. co-
pioſè relatis per Dec. conſi. 277. incip. in caſu,
nume. 8. & 9. & paſſim conſulentes. Exiſtima-
runt igitur ex voluntare teſtatoris quæſtio-
nem hanc dirimendam, definiendamque eſ-
ſe. Dato enim, conceſſove, poſitos in condi-
tione non cenſeri vocatos: attamen à pleriſ-
que eò inclinatum eſt, in eamque ſententiam
itum, quòd concurrente aliqua coniectura,
etiam leui, vocati cenſeantur. ita interpret. in
l. centurio. & ibi præ cæteris Galliaula, nu-
me. 990. Ripa & Bolognet. ff. de vulg. & pup.
Pariſ. conſi. 77. num. 25. & ſequen. & conſi. 78.

nu.7.& conſ.86.lib.2.& conſ.6.conſ.42.conſ. 66.libr.3.Socin.Iun.conſi.141.libr.2.conſi.158. col.pen.& cõſ.174.col.antep.lib.2. Curt.Iun. conſ.87.Dec.conſ.242.col.fi. Crauetta conſi. 62.nume.6.& conſ.113.lib.1.Tyber. Dec.conſ. 86.nume.2.& conſ.89.nu.13.ibi.

30 Attamen nemo † negabit, ſaltem hanc eſſe communem, ſcilicet, quod ex coniecturis poſiti in conditione, cenſeantur vocati, &c. libr 3.multorum authoritates accumulans. Ideoq; aliquot coniecturæ, quib.ex mente teſtatoris elicitur, filios vel deſcendetes, in conditione, ſi ſine liberis poſitos, intelligi vocatos, paſſim ab iiſdem excogitantur: quarũ po-

31 tiſſima cenſetur, quando † filij vel deſcendentes maſculi, legitimi & naturales, vel ex legitimo matrimonio nati, in cõditione ponuntur: puta, ſi ſine filijs vel deſcendentibus maſculis, legitimo matrimonio natis, moriatur. Hoc enim caſu, quia teſtator agnationis, quæ in maſculis conſiſtit, vel, vt noſtri loquuntur, maſculinitatis rationem habuit, cenſetur etiam deſcendentes vocaſſe Dec in l.1.in vlti.not.nu.16.& ibi Curt.Iun.nu.14.Cagnol. num.49.C.de pact. & omnes in l.centurio.ff. de vulg.in quam rem adferũtur plurimæ authoritates ab Antonio Gabriel in com.opin. libr.4.c.de fideicommiſſ.concluſ.4.nume.4. ibi, limita principalem cõcluſionem, niſi dictum ſit de filijs maſculis, quia tunc cẽtentur maſculi diſpoſitione vocati. ita etiam Port. eoſdem allegans libr.2.concluſ.12.in ſec.ampliat. Iulius Clarus in commu.opin § teſtamentum, quæſt.79.ibi, ſi teſtator in conditione ipſa appoſuerit verbum, maſculis, puta, quia dicat: ſi filius meus ſine liberis & deſcendentibus maſculis deceſſerit, ſubſtituo Caium. nam hoc caſu ſecundum eum, illa qualitas maſculinitatis adiecta operabitur, vt cenſeantur vocati, ita Clar.Cotta Cattel.in Memorab. verbis filij in cõditione poſiti, in 2.limitat. & nouiſſimè Tyber. Dec.d.conſi.89. nume.14. ibi, prima ergo coniectura eſt, quia ipſe teſtator habuit rationem maſculinitatis & agnationis, in quam ſententiam congerit plurimos, vltrà eos, qui ab alijs allegati ſunt. Ita ſimiliter Iacob. Port. conſ.40. nume 10. ibi, prima quidem coniectura colligitur ex illa dictione, maſculis: quæ, licet poſita ſit in conditione, tamen ex coniecturata mente defuncti fideicommiſſum in fauorem deſcendentium maſculorum inducit: quia teſtator cenſetur voluiſſe bona in maſculis deſcendentibus conſeruari: quæ voluntas impleri non poteſt, niſi in neceſſarium antecedens, perpetuum inter ipſos deſcendentes, fideicommiſſum inductum cenſeatur, argum. l.ad rem mobilem.l. ad legatum.ff. de procur.l.denique.§. interdũ.ff.de pecul.leg. cum alijs ibid.adductis.

Quantumuis † autem communi ſententia 32 approbetur hæc coniectura: attamen nec defuerunt, qui reprehenſione dignum iudicarunt, inter quos præcipuus eſt Roland.à Valle conſ.51.incip. viſo ac diligẽter perlecto codicillo, nu.5.verſ. ſecundò non obſtat, quòd ſaltem poſiti in cõditione, ſub qualitate maſculinitatis cenſeantur vocati, vt per Guliel. &c. quia reſpondetur, quòd magis communis opinio eſt in contrarium &c. ſubiungens magno numero eius opinionis aſſeclas, libr. 3.ita ſimiliter Burſat.conſi.1.num 8 libr.1.inquiens: quia ſecundùm iuris veriores, & magis communes doctrinas, quidquid multi dixerint & conſuluerint, nec maſculinitas, nec grauamen minus plures ſubſtitutionum gradus per ſe formaliter & ſeparatim, fideicommiſſum, vel diſpoſitionem aliquam inducunt. pro qua ſententia allegat Ripam in l. centurio, nume.162.ff.de vulgar.& pupil. Didac in d.c.Raynutius.§.3.nu 5.extr de teſtam. cum alijs ab eo adductis. idem reſpondit Tyber. Decia. ſibi minimè conſtans, conſ.86.nu. 15.libr.3 ibi, nec ſufficit illa coniectura, quòd maſculi ſint vocati, quia, vt inquit ipſemet Guido, qui eſt fundamentum huius opinionis, quæſt.584.aſſerit, contra hanc opinionem fuiſſe iudicatũ &c. ſubijcit Tyber. ſeriem autoritatum. Cuius opinionis etiã eſt Vaſquius in par.2.libr.1.§.4.nu.4. ibi, amplia ſecundò, etiamſi ponantur tales filij in cõditione, per hæc verba, ſi ſine liberis maſculis deceſſerit; ita eſt communis.Iul.Clar.d.§.teſtamentum, quæſt.79.ibi, ſed tu tene contrarium. Eadem enim ratio vtroque caſu militat, & proptereà iſta coniectura communiter non recipitur. ita etiam Anton.Gab. d.libr.4.c.de fideicom.in 1.limit, nume,8. ibi, contrarium circa limitationem.

Secunda coniectura † voluntatis, ſi teſta- 33 tor ab hæreditate excluſit proprias filias, & ſi filius inſtitutus deceſſerit ſine liberis maſculis, ſubſtituit proximiorem de familia.excluſis etiam filiabus. & vocato proximiore de familia, videtur voluiſſe bona conſeruari in familia, & conſequenter ſubſtituere filios in conditione poſitos. Ripa d.l.centurio, nume. 164. Quæ coniectura ſuſtinetur propter amorem, & propenſionem conſeruandæ, propagandæque familiæ, vel agnationis, glo in l. tale pactum.§.fi.ff.de pact Bal & Ange.in l.fi. C.de poſth.hær.inſt. Bar.& cæteri in l.Titius, §.Lucius.ff.de lib.& poſth Caſtr & alij in l.ſi quis ita.ff.de acq. hæred. cum concordantib. per Alex.conſ.130.num. 4.lib.2. Dec conſi.89. nu.1.Ruin.cõſ.179.nu.2. libr.2.Pariſ.conſ.96. num.18.libr.2.& conſ.22.num 72.lib.3.Socin. Iun.conſ.141.nu.17.in fi. vbi ait, quòd hæc ſit maxima concludens coniectura in interpretandis vltimis voluntatibus.

Tertia

34 Tertia † [c]onjectura adfertur: ſi teſtator plures ſubſtitutionum gradus feciſſet, additis ſingulis ſubſtitutionibus conditione, ſi ſine liberis. Petr. de Anchora. conſ. 74. prope fin. Alex conſi. 64. col. 2. lib. 6 Curt. Sen. In l. 1. nu. 19. C. de pact. & ibi etiam Gozad. in 5. limit. & conſi. 64. nu. 10. Pariſ. conſi. 77. nu. 27. lib. 2. & conſi. 66. nu. 52. lib. 3. Socin. Iun. conſ. 119. num. 27. in fin. Ruin. conſi. 140. col. 12. lib. 3. & conſ. 108. num. 11. libr. 2. Alba. conſi. 87. nu. 12. Boer. deciſ. 155. nume. 22. Sed nec hæc conjectura ſatis firma multis viſa eſt, prout tradit Socin. in l. cùm auus. ff. de conditio. & demonſtrat. Zanch. in l. hæredes mei. §. cùm ita, num. 780. 788. ff. ad Trebell. & ex communi. Ruin. conſ. 128. nu. 20. lib. 3. & conſi. 138. eod. lib. & ex communiori ac crebriore. Card. Alban. in add. ad Barto. in l. centurio, nu. 26. alios referẽs. Burſ. d. conſ. 1. nu. 9. libr. 1. Roland. à Valle conſ. 51. nu. 9. verſ. non obſtat alia conjectura: vbi per integram col. authoritates accumulat. Plures aliæ conjecturæ à Ripa & Bologn. in locis ſu. prà allegatis, quas, cùm imbecillliores ſint & infirmiores omitto: & extant inſignia exempla conjecturarum ad propoſitas facti ſpecies apud Cephal. conſi. 306. lib. 2. & apud Tyber. Decian. cõſ. 89 nu. 14. lib. 3. & paſſim alij alibi.

35 Præcedenti † quæſtioni vicina eſt & hæc. Titius filios inſtituit, & ſi vnus vel plures ex filijs ſine filijs legitimis & naturalibus decederet, alios ſubſtituit: filias autem dote definita contẽtas eſſe voluit, vnus ex filis filiam reliquit legitimam & naturalem, an ſubſtitutũ excludat? Quæſtio hæc in varias ſententias abijt, præ cæteris tamen hanc ſumma diligentia expeditam reddere conatus eſt Ceph. cõſ. 306. incip. conſultatio frequens eſt, lib. 2. Quo lectorem ſi quid tale contigerit, remitto.

CAPVT II.

Liberorum appellatione qui contineantur: vbi oſtenſum eſt, liberorum appellationem non ſemper eandem ſignificationem habuiſſe in iure noſtro.

SVMMARIA.

1 *Nomina ſingulorum in cognatione quando exprimere neceſſe ſit.*
2 *Liberorum appellatione tam qui ſui iuris, quàm qui in poteſtate ſunt, continentur vtriuſq; ſexus. & nu. 10.*
3 *Parentes vſq; ad tritauum vocantur iure Romano.*
4 *Liberi ad trinepotem vſq; dicuntur iure veteri. & nu. 11.*
5 *Senatorum liberi dicuntur omnes ex ſenatorum filijs nati.*
6 *Liberorum appellatio variè aliquando vſurpata, & in infinitum extenditur. nu. 12.*
7 *Filius vulgò quæſitus matrem in ius non vocat, & quare.*
8 *Cognati inter ſe ſunt etiam vulgò quæſiti fratres.*
9 *Conditio ſi ſine liberis, deſinit extantib. naturalibus.*
13 *Emphyteuſis accepta pro ſe & liberis continet & fœminas.*
14 *Liberorum dictio latior quàm filiorum.*
15 *Liberorum & deſcendentium eadem ſignificatio & determinatio.*

Liberorum appellatione, inquit Calliſtratus, nepotes & pronepotes, cæterique qui ex his deſcendunt, continentur. hos enim omnes liberorum appellatione, lex 12. tab. com-
prehendit. Totiens † enim leges neceſſarium 1
dicunt in cognatione ſingulorum nominib. vti: veluti filij, nepotes, pronepotes, cæterorumve qui ex hiſce deſcendunt: quotiens nõ omnibus qui poſt eos ſunt, præſtitum voluerint: ſed ſolis his ſuccurrẽt, quos nominatim enumerant. at vbi nõ perſonis certis, nõ quibuſdam gradibus præſtatur: ſed omnibus, qui ex eodem genere orti ſunt, liberorum appellatione comprehenduntur, l. 220. ff. de verb. ſignific.

Latiùs verò † Vlpia. deſcribit liberos: libe- 2
rorum appellatione, inquit, continentur nõ tantùm, qui ſunt in poteſtate, ſed omnes qui ſui iuris ſunt: ſiue virilis, ſiue fœminini ſexus ſint, exve fœminino ſexu deſcendentes, l. cognoſcere. 56. §. liberorum. ff. de verbor. ſignifi. Et iterum Vlpia. in explicatione edicti, de in ius vocando, liberorum appellationem, vtriuſque ſexui communẽ facit. edicti verba ſunt: LIBEROS PARENTESVE, PATRONI, PATRONAEQVE: vtriuſque ſexus, inquit, excipere debemus. Paulus autem ſuperiorem & inferiorem lineam conferens, parentes,
† inquit, vſque ad tritauum, apud Romanos 3
proprio vocabulo nominantur: vlteriores, qui non habent ſpeciale nomen, maiores ap-
pellantur: item LIBERI vſque † ad trinepo- 4
tem: vltra hos poſteriores vocantur, l. Iuriſconſultus. 10. §. parentes. ff. de gradib. & affin. Quod etiam Vlpia. in explicatione edicti de in ius vocando, de ſuperiori ordine, nempè parentum ſcribit: Prætor ait, PARENTEM Patronum, patronam, liberos, parẽtes. patroni, patronæve, in ius, ſine permiſſu meo ne vocet. Parẽtem, inquit Vlp. hic vtriuſq; ſexus accipe. Sed, an in infinitum quæritur? quidam parẽtem vſq; ad tritauum appellari aiunt: ſuperiores maiores dici. hoc veteres exiſtimaſſe Põponius refert: Sed Gaius Caſſius omnes in infinitum parẽtes dicit, quod & honeſtius eſt, & meritò obtinuit, l. 4. ff. de in ius voc. & de liberis Vlpia. in eiuſdem edicti explicatione: LIBEROS autem ſecundùm Caſſium, vt in parentib. & vltra trinepotem accipimus, l. ſed ſi hac lege. 10. §. libe[r]os autem ff. de in ius
voc. Quod etiam † ſcribit de ſenatorum libe- 5
ris: liberos ſenatorum accipere debemus, non tantùm ſenatorum filios: verùm omnes qui geniti ex ipſis, exve liberis eorum dican-

dicantur: ſiue naturales, ſiue adoptiui ſint liberi ſenatorum, ex quibus nati dicantur, l. 10. ff. de ſenator.

6 Ex † quibus locis apparet, LIBERORVM appellationem non ſemper eandem ſignificationem habuiſſe, vel æqualiter vſurpatam fuiſſe, nam lege 12. tab. liberorũ appellatione, ſui ſolummodò continebantur. Sui autẽ non erant, niſi iuſti liberi & in poteſtate cõſtituti. media igitur iuriſprudentia induxit, vt liberorum appellatio complecteretur etiam liberos, qui ſui iuris eſſent: item lex 12. tab fœminas vltra cõſanguineorum gradum nõ agnouit, media iuriſprudentia parem cauſam virilis & fœminini ſexus conſtituit. Præctereà lex 12. tab. matrum nullam rationem habuit: nam ad liberos matris inteſtatæ hæreditas ex lege 12. tab. non pertinebat: quia fœminę ſuos hæredes non habent. at media iuriſprudentia liberorum appellationem etiam ad naturales liberos, quoad matrem, dilatauit ac extendit: nec tamen, vt Seruius dicebat, ad ſolos

7 iuſtos liberos pertinet. Sed, etſi † vulgò quæſitus ſit filius matrem in ius non vocabit, l. 4. in fi ff. de in ius voc. quia ſemper certa eſt mater, etiamſi vulgò cõceperit. pater verò is eſt, quem nuptiæ demonſtrant, l. 5. ff. eod. ideoque parentes naturales in ius vocare nemo poteſt. vna eſt enim omnibus parentibus ſeruanda reuerentia, l. 6 ff. eod. Hinc Modeſtin. ait: naturalis cognatio per ſe, ſine ciuili cognatione intelligitur, quæ per fœminam deſcendit: quæ vulgò liberos peperit, l. 4. §. 1. ff. de gradib. & affin. Inde Caius: Proconſul, inquit, naturali æquitate motus, omnibus cognatis permittit bonorum poſſeſſionẽ, quos ſanguinis ratio vocat ad hæreditatem, licet iure ciuili deficiant.

8 Itaque † etiam vulgò quæſiti liberi matris, & mater taliũ liberorum: item ipſi fratres inter ſe ex hac parte bonorum poſſeſſionem petere poſſunt: quia ſunt inuicem ſibi cognati, vſque adeò, vt prægnans etiam manumiſſa, ſi pepererit, & is qui natus eſt matri, & mater ipſi: & inter ſe quoque, qui naſcuntur, cognati ſunt, ita. ff. vnde cogn.

9 Quemadmodum † quoque naturales liberi faciunt deficere conditionem, SI SINE LIBERIS DECESSERIT, Idq; ex ſententia Papiniani. quam ſententiam Vlpian. ad voluntatis quæſtionem reiicit, de qualibus liberis teſtator ſenſerit. & hoc ex dignitate, & ex voluntate, & ex conditione eius, qui fideicommiſit, accipiendum eſſe; l. ex facto. 17. § ſi quis rogatus fuerit, vt ſi ſine liberis &c. ff. ad S. C. Treb.

Denique apparet diſcrimen in nomine liberorum, quo liberi vſq; ad trinepotem, poſt hunc poſteri dicuntur, ex ſententia Gaii Caſſii, ſublatum eſſe, l. ſed ſi hac lege, 10. §. liberos. ff. de in ius voc.

Vnde † meritò obtinet definitio Vlpiani, 10 quòd liberorum appellatione continneantur, non tantùm qui ſunt in poteſtate, ſed omnes qui ſui iuris ſunt: ſiue virilis, ſiue fœminini ſexus ſint, ex ve fœminino ſexu deſcendentes, d. l. cognoſcere. §. liberorum. ff. de verbor. ſignif. vltra trinepotem, & in infinitum. Vlp. in l. 4. & in l. 10. ff. de in ius voc.

Ex quo † emergit error multorum, qui veterem ſignificationem ſecuti, liberos vſque ad trinepotes ſolummodò extẽdunt, quemadmodum etiam illi impingunt, qui duplicem ſignificationem liberorum cõſtituunt: vnam, quæ liberos ad trinepotes coarctat, alteram largam, vſque in infinitum. Cui errori quoque implicantur, & inuoluuntur, qui liberorum appellationem vltra trinepotem non dilatant, niſi adiunctam habeat deſcendentium appellationem. de qua re loco commodiore alibi. 11

Liberorum † itaq; appellatio comprehendit, nedum nepotes: ſed & pronepotes, & in infinitum alios, prout omnium aſſenſu pro cõmuni ſententia traditur. interpret. in l. Gallus. § inſtituẽs ff. de lib. & poſth. & in l. cùm acutiſſimi. & ibi Barba. in princ. C. de fideic. & in l. ſi vnquam. & ibi Tyraq. verb. ſuſceperit liberos. C. de reuoc. donat. quod obtinet non tãtùm in nepotib. & vlteriorib. maſculis, ſed etiam in fœminis, vt tradunt omnes in l. ſed ſi hac. 10. §. liberos. ff. de in ius voc. vbi cõſtanter ab omnibus traditur. 12

Si quis † ſtipuletur pro ſe & liberis emphyteuſin, fœminas etiam admitti, & ſtipulatione comprehendi. Iaſ. authoritate Baldi ibid. nu. 1. & in l. ſi quis id quod, ſu. 23. ff. de iuriſd. om iud. ibi. conclude ergo, quod in cõtractibus maſculinum nõ continet fœmininum: limita, inquit, quatuor modis. Primò, quòd, quando quis accepiſſet emphyteuſim, pro ſe & filijs, per iſtam dictionem, filijs, tunc non continentur fœminæ: Secùs, ſi accepiſſet pro ſe & liberis: quia latior eſt dictio liberorum, quàm filiorũm § fina Inſti. qui tut. dare poſſ. ita Iaſ. per tradita Alex. in d. l. ſed ſi hac. §. liberos. & idem Alexan. in l. quod dicitur, nu. 25. ff. de verbor. ſignifi. & in l. ex facto. § fin. ff. ad Senatuſconſ Trebel. & conſi. 61. incip. ſuper eo, de quo quæritur, & conſi. 71. incip viſo, & opportunè diſcuſſo, libr. 1. Carol. Ruin. conſ. 114. nume. 14. lib. 3. Rol. à Valle conſ. 89. nu 9. lib. 3. 13 14

Vnde ſimiliter † receptæ, comprobatæque eſt ſententiæ, eandem eſſe ſignificationem, eandemque determinationem liberorum, & deſcendentium, vtpote cùm inter ſe conhærentur. Qui enim ex liberis eſt, ex deſcendentibus quoque eſt, & econtrà, & liberorum appellatione venire omnes deſcenden- 15

tes in infinitum, l. Gallus. §. inſtituens. ff. de libe. & poſthum. l. liberorum. ff. de verbor. ſignific. cum concordantib. de quibus per Decium conſi. 248. num. 3.

CAPVT III.

In cauſa teſtati liberorum nomen quomodo accipiatur, concluſiones aliquot.

SVMMARIA.

1 *Liberorum appellatio ad nomina collectiua pertinet.*
2 *Liberi à teſtatore vocati cenſentur ordine ſucceſſiuo vocati.*
3 *Liberorum nomen etiam in ſingulari verificatur.*
4 *Liberum ſingulari numero pro filio.*
5 *Liberorum nomen in vno filio filiaué verificari.*
6 *Statutum extantib. maſculis obtinet vno filio exiſtente.*
7 *Pluralis numerus quando non verificetur in ſingulari taxatiuè.*
8 *Conditio ſi ſine liberis, deficit nato filio, etſi mox moriatur.*
9 *Conditio ſi ſine liberis, deficit, etiamſi natus momento tantùm vixerit.*
10 *Subſtitutio facta ſi ſine liberis, deficit, ſi nati filij, licet poſt moriantur.*
11 *Subſtitutio pro non facta eſt cum conditio ſub qua, deficit.*
12 *Conditionem ſemel impletam ſufficit, etiamſi non duret.*
13 *Legatum filiæ factum, cum viduaerit, ſi vidua facta iterum nubat purificatum debetur.*
14 *Conditio ſemel purificata excludit omnem ſubſtitutionem.*
15 *Liberorum appellatione in quouis contractu vel diſpoſitione veniunt legitimi & naturales tantùm.*
16 *Dictiones perinde, quaſi, improprietatem quandam & fictionem adnotant.*
17 *Liberorum fauore inducta, ad adoptiuos non pertinent.*

Prima concluſio in cauſa teſtati.

1 LIberorum † appellatio ad nomina collectiua pertinet, & plures gradus complectitur, d. l. liberorum. nam, vt Calliſtratus ait, Liberorum appellatione nepotes & pronepotes, cæteriq́; qui ex his deſcēdunt, continētur, ff. de ver. ſig. Alex. in l. Gallus. §. quidam rectè, col. 5. verſ. item ex verbis Bartoli. ff. de libe. & poſthu. Ang. conſi. 38 cum duob. ſeq.

2 Secunda concluſio. Liberi † à teſtatore vocati, cenſentur ordine ſucceſſiuo, vnus poſt alium vocati, hoc eſt, ſecūdùm gradus, & proximitatis prærogatiuam: & per conſequens, proximior decedēs, proximiori iterum rem relinquere cogitur ordine, donec aliqui extent. interpt. in l. Gallus. §. quidam rectè. & ibi Caſt. nu 9. Soc. nu. 4. Iaſ. nu. 27. inquiens, ſed tu aduerte, licet omnes ita tranſeāt, quòd, quando teſtator inſtituit fratres, vel alium hæredem, & poſt mortem ſuā, eius liberos, quod tales liberi inter ſe intelliguntur vocati ordine ſucceſſiuo, primò filij, ſecūdò nepotes, tertiò, pronepotes, ex quo ſunt vocati ſub nomine collectiuo, liberos ſubijcit, in contrariū videtur facere tex. in c. Rayn. & in c. Raynal. ext. de teſtam. &c. tenendo tamen præcedentem deciſionem, à qua non eſſet conſulendo aut iudicando recedēdum. ita Iaſ. & idem in ſpecie, quādo aliqui vocati ſunt ſub nomine liberorum, reſpondit Alex. conſ. 25. nu. 4. lib. 4. Soc. conſ. 12. nu. 10. lib. 3. & conſ. 114 num. 2. Dec. conſ 637. nu. 5. & conſ. 251. nu. 4. & conſi. 205. col. 1. & 2. nouiſſimè Decian. conſi. 41. nu. 67. lib. 1.

Tertia concluſio. Liberorum † nomen licet pluralis numeri ſit, attamen in ſingulari verificatur. ita Gaius. non eſt ſine liberis, cui vel vnus filius, vnave filia eſt. hæc enim enunciatio habet liberos, non habet liberos: ſemper pluratiuo nomine profertur, ſicut & pugillares, & codicilli, l. non eſt ſine liberis. 148. ff. de verbor. ſignific. ita etiam Papinia. ita fideicommiſſo dato, volo reſtituas, ſi ſine liberis decedas, conditio deficit ex voluntate, vel vno filio ſuperſtite relicto, l. pater Seuerianā, 101. §. ita. ff. de condition. & demonſtratio. & Iulian. ts; cui ita legatum eſt, quandocunque liberos habuerit, ſi prægnante vxore relicta deceſſerit, intelligitur expleta conditiōne deceſſiſſe, & legatum valere, ſi poſthumus natus, viuus fuerit, l. is cui. 18. ff. quando dies legat. ced. Idem reſpondit Scæuola: a filia petijt, vt, ſi liberis ſuperſtitibus moreretur, partem eius, quod ad eam ex bonis patris perueniſſet: quòd ſi ſine liberis vniuerſum fratri reſtitueret, quæritur, defuncta ea in matrimonio ſuperſtite filia, &c. l. à filia. 62. ff. ad Senatuſconſ. Trebel. & idem Scæuola. Titius, nepotes ex filia, & furioſam filiam ſuam hæredes inſtituit, & fideicommiſit filiæ, vt, ſi ſine liberis deceſſiſſet, pars ei data perueniret ad hæredes: eam furioſam, ipſe Titius in matrimonio collocauit, & enixa eſt filiam poſt mortem patris. Quæſitum eſt, defuncta furioſa, ſuperſtite ex huiuſmodi coniunctione parta filia, an fideicommiſſum ad cohæredes pertineret? reſpondit, cum filiam reliquiſſe proponeretur, fideicommiſſum non debeti Claudius. nam etſi matrimonium cum furioſa non fuit, ſatis tamen factum eſt eiuſmodi conditioni. l. hæredib. 77. §. fina. ff ad Trebel. Qua quoque ſignificatione, Seuerus & Antoninus Impp. vſurpare ſolent, l. 1. in fi. ibi, te filio eius ſuperſtite. C. de pact. & ijdem Impp. in l. 1. ibi, ſi ſine liberis inſtitutus, diem obijſſet, iſque nepotem, quem ex filia ſuſceperat, hæredem inſtituerit. C. de condit. inſert. & Zeno. in l. iubemus. in princip. ibi, aut quendam rogauerit, qui prior ſine liberis deceſſerit, portionem hæreditatis ſuæ, ſuperſtiti, ſeu ſuperſtitibus reſtituere, &c. & §. fina. ſin autem is, qui fideicommiſſaria reſtitutione graua- 3

grauatus eſt, vno filio ſuperſtite, vel nepote ex filio, ſeu filia nato, vel pronepote, vel poſthumo relicto deceſſerit, non videtur extitiſſe conditio. C. ad Trebel. & Iuſtinia. in l. generaliter. in prin. C. de inſt & ſubſt.

Idque non ſolùm apud iuris authores receptum eſt, ſed etiam apud Oratores, & hiſtoriæ ſcriptores obſeruatur. Antiqui enim Oratores, vt Agellius ait, hiſtoriæque aut carminum ſcriptores, etiam vnum filium, filiamve, liberos, multitudinis numero appellarunt. Id cùm nos in complurium veterum libris ſcriptum aliquoties aduerteremus, nũc quoque in libro Sempronij Aſellionis, rerum geſtarum quinto, ita poſitum eſſe offendimus. Subijcit verba de Tyberio Graccho. orare cœpit, vt ſe defenderent, liberoſque ſuos, eum, quem virilis ſexus tum in eo tempore habebat, produci iuſſit, populoque commendauit, propè flens. Gell. libr. 2. cap. 13. ita Plautus in Aulular. inducens Euclionem, cui vnica erat filia: quamobrem ita faceres, meque, meoſq; perditum ires liberos. & in Truculento, de Phroneſio, vnico puero:

Cumq́, es aucta liberis, gratulor.

Et Terent. in Andr.

Domus, vxor, liberi inuenti inuito patre.

Et in Heauront.

Ingenuo te [illegible] liberos, lem puto. & illum obſequentem.

Vbi Donatus. Sic etiam Cice. ſæpiſſimè de vno filio, filiave loquens, liberos appellat.

4 Liberum † autem, ſingulari numero, pro filio, in Pandectis duobus tantùm locis dici, obſeruauit Cattellianus Cotta apud Modeſtinum, Ius agnationis, non poſſe pacto repudiari, non magis, quàm vt quis dicat, nolle ſuum (liberum) eſſe: Iuliani ſententia eſt, l. ius agnatiõnis. 34. ff. de pact. & apud Vlpianum in l. nemo prædo. ibi, locupletior non eſt factus, qui liberum acquiſierit. ff de regul. iur. quam rem latè perſequitur vir infinitæ lectionis Tyraq in l. ſi vnquàm. verb. ſuſceperit liberos, num. 243. vbi Accurſij, Cattelliani Cottę, & Alciati interpretationem, quod nomen, liberum, pro filio ab Vlpiano accipiatur, improbam eſſe oſtendit, cùm pro libero homine, liberum Vlpia. dicat.

5 Conſtans † itaque, perpetuaque eſt concluſio, liberorum nomen, etiam de vno filio, filiave, rectè dici, d l. non eſt ſine liberis ff. de verbo. ſig. cum alijs iam relatis Cuius rei inſignis ratio à Martiano adfertur. Nam hunc ſermonẽ licet pluralis ſit, pro eo oportet accipi, atque ſi ſeparatim dixiſſet. Stichum ſi meus erit cùm moriar: Pamphilum ſi meus erit cùm moriar, l. falſa demonſtratio. 33. §. fi. ff. de cõd. & demonſt Quod obtinet etiam in conditione, ſi ſine liberis deceſſerit. expediti enim; planique iuris eſt, ſi vno filio, filiave ſuperſtite decedat, dici decedere cum liberis, & habere liberos, & cõditionem deficere, alleg. iurib. interpret. in d. l. 1. & ibi Soci. in 5. notab. Dec. in 4. notab. C. de pact. quantumuis aliàs conditiones ſint præciſæ, ac in forma ſpecifica impleri debeant, l. qui hæredi. l. Mæuius. ff. de cond. & demonſt. ſicùti quoque idem obtinet in ſtatutis. quæ ſimiliter ſtrictè ſunt interpretanda. Bal. in d. l. 1. C. de cond. inſert.

6 Statuto † enim repellente fœminas extantibus maſculis filijs, ſi vnus ſolummodò filius extet, repelluntur fœminæ. Alexand & Iaſ. in l. Gallus §. quid ſi is ff. de libe. & poſthum. Dec. in d. l. 1. in 4. notab. Alcia. in d. l. nõ eſt ſine liberis. ff. de verbor. ſignifi. Pontificij, in c. Raynaldus. & in c. Raynutius. & ibi Bened. in verb. duas habens filias, num. 140. extr. de teſtam. Albert. Brun. in tracta. quod ſtantibus maſculis artic. principali duodecimo, quæſt. 13. num. 177. ibi, decimo tertiò quæro, an ſtante ſtatuto, quòd exiſtentibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ſit locus ſtatuto, ſi vnus tantùm adeſt maſculus, attento, quòd verba ſtatuti loquantur pluraliter, & de plurib. maſculis. Quo in loco plurima adducit exempla ſimilia, veluti ſtãte ſtatuto, quòd vir lucretur dotem, vxore prę̨cedente ſine filijs, ſi vxor viuis excedat, ſuperſtite vno filio maritus dotẽ nõ lucrabitur. cùm alijs. quæ exẽpla illuſtrat, hiſque plura addit Tyraq. in d. l. ſi vnquàm. verb. ſuſceperit liberos, nume. 250. 251. 252. & ſequentib. C. de reuocan. donat. Addit idem Tyraq. ibidem num. 244. hoc non tantùm in hac liberorum appellatione, ſed aliàs ſæpè pluralem numerũ poni pro ſingulari, & quod pluraliter profertur, in vno tãtùm æquè ac in plurib. procedere. in quam rem plurima prudentum reſponſa, & interpretum authoritates adducit, quas tranſcribere nolui.

7 Id † verò obſeruandum eſt axioma hoc, quòd pluralis numerus verificetur per ſingularem vniuerſale non eſſe: quemadmodum idem Tyraq multis legum capitib. & noſtrorum traditis oſtendit, in d. l. 2. ver. ſuſceperit liberos, nu 226. vſque ad num. 240 vbi longa ſerie recenſet eos, qui exiſtimant pluralem numerum, non verificari in vno. quod etiam docuit Accurſius in d. l. falſa. in gloſſ. fina. ibi, nota, pluralem numerum, geminare ſignificationem ſingularis, cuius rei diſcuſſionem, quia huius loci non eſt, omitto.

8 Quarta concluſio ex præcedenti deſcendit Conditio † ſi ſine liberis deceſſerit, deficit, ſi filius vel filia, ſolummodò natus, natave fuerit, licet deinde moriatur. ita Impp. Seuerus & Antonin. cùm vxori vſusfructus fundi legatur, & eius proprietas, cùm liberos habuerit, nato filio, ſtatim proprietatis legati dies cedit: nec quicquam obeſt ſi is decedat, l. cùm vxori. C. quando dies legat. ced. Sic etiam, ſi plures liberi exiſtant. ita Martian. I. C. cùm

quis rogatus erit, ſi ſine liberis deceſſerit, per fideicommiſſum reſtituere: conditio defeciſſe videbitur, ſi patri ſuperuixerint liberi: nec quæreretur an hæredes extiterint, l. filiusfamil. 114 § cùm quis. ff. de legat. 1. quo etiam pertinet inſigne Scæuolæ reſponſum: hæredibus inſtitutis filijs vtriuſque ſexus ſingulos rogauit, vt qui ſin · liber s decederet, partem ſuam hæreditatis, ſorori, fra rive reſtitueret: aut, ſi frater ſororve non eſſet matri ſuæ: & hæc verba adiecit: vo que liberi chariſſimi, hoc fideicommiſſo teneri inuicem volo, donec binos liberos educaueritis. Quæſitum eſt, ſi quis ex liberis duos filios procreauerit, quamuis ſuperſtites non reliqu tit, an hæred s eius fideicommiſſum debeant? reſpõdit ſe. undùm ea quæ proponerentur, videri fideicommiſſi onere liberatos, l. hæredib. 77. ff. ad Trebellia. vnde in communem abijt ſententiam, quòd conditio per ſuperexiſtentiam filiorum verificata, non deficit filijs deficientibus Gabriel. in commun ſenten libr. 4. de fideicom. concluſ. 7. vbi eandem magno numero docentium, & conſulentium corroborat. & nouiſſimè poſt Gabrielum Tyber. Decian. conſ. 93. num. 5. lib 3.

9 Quinimò omnium † aſſenſione traditur, conditionem, ſi ſine liberis d. ficere & extingui, etiamſi natus momento ſuperſtes fuerit patri. Bald in Auth. n ſed & ſi quis colum. 2. C. de ſecun. nu r & in l cùm acutiſſimi C. de fideicommiſſ & in c. 1 § pœnè etiam. & ibi Aluaror. titu epiſcopum vel abbatem. Iaſ poſt veteres in l. ſi quis hæredem, col 2 C. de inſti. & ſubſtit. & l. inter ſtipulantem § ſacram nu. 21. ff de verbo. oblig Bald. conſ. 57. incip. item inſtituo, libr 2. Alex. conſ. 1 9 colum. 2. libr 6, Dec. conſ. 139 inc. viſo puncto. Cæpol. cauſar. ciuil. conſ. 50 inc. in cauſa quæ vertitur inter dominam vbi reſpõdit, infantem extractum ex vtero matris mortuæ, & qui ilicò decedit, ita ſuccedere matri ſuæ, vt hæreditatem ad patrem tranſmittat, excluſis conſanguineis matris. Tyraq in d. l. ſi vnquàm. verb. ſuſceperit liberos nu. 188.

10 Ita † quoque in cauſa ſubſtitutionis Inſtituto enim filio hærede, & ſi ſine liberis deceſſerit alio ſubſtituto ſi inſtitutus filios, vnum pluresve reliquerit, licet iidem deinde moriantur, ſubſtitutio deficit, & extinguitur. Iaſ. præ cæteris, accurate diſputans, in l ſi quis hęredem, nume. 5 ibi item facit regula huius text. & c. C de inſtit & ſubſtit. vbi ex Bal lo inquit, quod ſi teſtator fecit ſubſtitutionem filio ſi ſine liberis obierit, & mortuus ſit relicto filio, qui non vixit, niſi vno momento, tamen ſubſtitutio fideicom. extinguitur perpetuò, & illud momentum ſufficit Sectatores huius ſententię plurimos refert Tyraq. in d. l. ſi vnquàm. ver. ſuſceperit liberos, num. 190. & nouiſſimè Tyber. Decia. conſ. 42. nu. 15. libr. 1. ibi, vt iſta conditio, ſi liberos non habuerit, deficiat, ſufficit quod tempore de quo agitur, filios habuerit, vt ſubſtitutus excludatur, l. filiusfam. §. cùm quis. ff. de legat. 1. l. hæredib. l. ex facto § pen ad Treb. l. ſi quis hæredem C. de inſti. & ſubſtit. l. cùm vxori. C. quando dies legat. ced & celebre conſ Oldradi, conſ. 21. de quo per Iaſ. in l. in ſubſtitutione ff de vulg & pup. & in d. l. ſi quis hæredem. Dec. conſ. 61. & idem Tybe. conſ. 93. num. 5. multas allegationes accumulans, lib 3. Burſat. conſ 19. nume. 1. in eiuſmodi facti quæſtione: qnidam habens matrem Franciſcam & vxorem Ioannam, ſine filijs teſtatus eſt, inſtituendo filios ſuos qui naſcen:ur nullis naſcentibus liberis, vel deficientib. in pupillari ætate ſuam hæredem inſtituit D. Franciſcam matrem, & Hieronymum alterum filium, & teſtatoris fratrem. Ex d. Ioanna nata eſt vnica tantùm filia poſthuma, quæ deceſſit in infantili ætate, relicta matre ſua Ioanna, & auia Franciſca matre teſtatoris, patriſque filiæ, modò dictæ matres altercantur. prætendente vtraque hæreditatem dictæ filiæ ad ſe pertinere. Quo in conſilio poſt auitam diſputationem, tandem in partes Ioannæ, matris filiæ, quæ in infantili ætate viuis exceſſit, ſucceſſionem facit, & hãc matrem auiæ maternæ ſubſtitu æ. refert. per tradita Corn conſ 93 in fin. lib 3. Gozad. cõſ. 67 Alexã. conſ. 101. libr. 4. Aymo. conſ. 109. lib. 1 & al.

Generalis † enim concluſiõ eſt in quacunque ſubſtitution conditionali, vt deficiente conditione perinde habeatur ac ſi facta non fuiſſet l. vn §. fin autem aliquid ſub condit. C. de caduc. toll. l. generaliter. §. fin autem. C. de inſtit. & ſubſt. Bertrand conſi. 18. num. 2 lib 1. Socin. conſ. 180. colum 6 lib. 2. quod etiam fit in quacunque alia diſpoſitione, l. pecuniam quam ff. ſi cert. peta. l. neceſſariò § pendente. ff. de peric. & com rei vend Ita quoque vice verſa ſubſtitutio ſub cond tione, ſi ſine liberis exiſtit & purificatur, ſi nulli generentur liberi, vel nati ante patrẽ moriantur. nam tum ſubſtitutio vires habet, & naciſcitur, l ex facto § fina. ff. ad Trebel. & ibi Accurſ Dyn Alberic Barto. Caſtrenſ. Alexan. & Ri a in pen. & vltim. vocab. c. Raynutius. & ibi gloſſ in verb. filium. extr. detectam & in l. 1 & ibi Bal. Fulgoſ Ang. & Salyce. latè Dec. conſ. 270. nu. 47 lib. 1. 11

Præcedentis autem concluſionis qua traditur, cõditionem, ſi ſine liber s vno ſolummodò filio, vel vna filia, nato natave, licet deinde poſt obitum teſtatoris viuis excedant, facere defectam condition m, eamque extinguere, ratio non obſcura eſt, quia ſufficit conditionem † ſemel fuiſſe impletam, licet non duret implementum, ac, vt Marcellus ait, 12

ſatis eſſe,quia ſemel extitit conditio, l.quidã. in teſtamento.10 & vt Papin.inquit,quacunque ratione impleta eſt conditio,l.rogo 21.in fin.ff.de fideicom.libert. Sicuti etiam cauſa quæ ſemel ſuum effectum conſecuta eſt,licet cauſa ceſſet,non tamen ceſſat effectus,l.fin.in prin ff.de ſolut.cum ſimilib.Sic ceſſante cauſa in vna perſona, non ceſſat effectus in aliis perſonis,l.vnum ex fratrib.ff de condit.inſti. l.Lucius §.quiſquis.ff de legat.2.Tyraquel.in tract.ceſſante cauſa.limit.8. & in d.l.ſi vnquã. ver.ſuſceperit liberos,num.192.plurimos pro more adducens. in cuius rei cõfirmationem, nu.191 affert Accurſij, & interpretum vulgatam doctrinam,obligatum ex contractu, vel ſententia ad rem tradendam, ſi eam ſemel tradiderit, eſſe liberatum, nec reuiuiſcere, ſi ea ad illum denuò reuertatur. ita in l. ab emptione. in glo mag.ff.de pact. & aliis locis ab eo ibidem relatis.

Hinc variarum quæſtionum reſolutio emergit,quas initio quidem Bar. propoſuit in l.ſi fideiuſſor.§.meminiſſe ff.de lega.1. & alij in l.ſubſtitutione.ff.de vulg. & pup. poſt hos verò Iaſ. eaſdem explicans, in l. ſi quis hæredem.C.de inſtit.&
13 ſubſtit. Quarum † prima eſt,ſi teſtator legat filiæ,cùm vidua erit, an ſi filia ſit effecta vidua, & poſteà nubat, perdat legatum? Quæ quæſtio deciſa eſt in l.fin.C.de indict.viduit.toll. de qua ſimiliter Tyraq. d. verb.ſuſceperit liberos,nu.189.

14 Secunda † quæſtio eſt:Si rex conceſſerit caſtrum alicui militi, & hæredi ex eius corpore nato,& hoc non exiſtente, vel viuis ſublato, quod caſtrum reuertatur ad regem:mortuo milite relicto filio, eodemque poſt decedente, an caſtrum reuerti debeat ad regem, quod negat: ex quo ſemel fuit purificata conditio,& rex excluſus. per tradita Cyni & Baldi,in Auth.ſed ſi quis.C.de ſecund.nupt.

Tertia: Si teſtator inſtituit aliquem hæredem,& eidem ſubſtituit alium ſub conditione,ſi inſtitutus fuerit mortuus ſine filiis,an ſufficiat,eum habuiſſe filios,licet ſint mortui,vt excludatur perpetuò? & excludi ſcribit,d.l. hæredib.ff ad Treb.d l.cùm vxori.

Quarta quæſtio eſt:Stante ſtatuto,quòd filia non poſſit venire ad ſucceſſionem patris, vel ad aliquam diuiſionem bonorum paternorum,extantib.maſculis. & ex hiſce exiſtentibus hæredibus defuncto patre, relicto maſculo, qui itidem filium reliquit ſuperſtite filio: licet hic poſteà moriatur, fœminæ non ſuccedunt, quia ſufficit conditionem ſemel fuiſſe impletam.

Quinta eſt,de reuocanda donatione, ſi ſuperueniant liberi. Quas quidem quæſtiones, aliaſque,multis allegationibus auctiores reddit Tyraq.in d.l ſi vnquàm verb.ſuſceperit liberos,nu.193. vſque ad nu. 203.præſertim verò hanc,quòd fœmina ſemel excluſa, ob maſculos perpetuò maneat excluſa, etiamſi maſculi moriantur: niſi ſtatutũ vteretur his verbis,donec, quouſque, quamdiù maſculi vixerint,nu.194.de quibus ſuprà lib.3.

Quinta † concluſio. Liberorum appellatione tam in diſpoſitione legis quàm homi- 15
nis, tam in vltimis voluntatibus quàm inter viuos continentur ſoli liberi legitimi, & naturales ſimul,hoc eſt, iuſti liberi, vel ex iuſto matrimonio nati,nec comprehenduntur legitimi,hoc eſt adoptiui tantùm, ſicut nec naturales tantùm.ita de adoptiuo filio Papin.filio,quem pater poſt emancipationem à ſe factam, iterum arrogauit exhæredationem anteà ſcriptam nocere dixi. nam in omni ferè iure, ſic obſeruari conuenit, vt veri patris adoptiuus filius nũquàm intelligatur: ne imagine naturæ veritas adumbretur, videlicet, quòd non tranſlatus, ſed redditus videretur, l.filio quẽ pater. 23 in prin.ff.de lib.& poſthu. ac vt alibi Papin. ait, fideicommiſſum à filijs relictum, ſi quis ex his ſine liberis diem ſuum obierit, adoptionis commento non excluditur, l.fideicommiſſum.76.ff.de condit. & demonſtr. Nam vt idem Papinian.alibi ait,in omni ferè iure,finita patris adoptiui poteſtate,nullum ex priſtino iure retinetur veſtigium. denique & patria dignitas, quæſita per adoptionem,finita ea,deponitur,l.in omni.13. ff.de adoptio. Vnde etiam is,cui in tempus liberorum,tertia pars relicta eſt, vtique non poterit adoptando tertiam partem conſequi,l. ſi.ita quis teſtamento.51 §.fin.ff.de leg.2.hinc quoque à patre adoptiuo præteriri poteſt. Licentiam damus,inquit Iuſtinianus, tali adoptiuo patri,id eſt,extraneo, ſi voluerit,nihil ei teſtamento ſuo relinquere,ſed quidquid ei reliquerit, hoc liberalitatis ſit, & non legitimo vinculo aſtrictum, l. cùm in adoptiuis.§. ſed ne extraneum.C. de adopt. Per adoptionem enim, quaſi per fictionem & imaginem fit filius, ac vt Pomponius ait,adoptiones nõ ſolùm filiorum, ſed & quaſi nepotum fiunt, vt aliquis nepos noſter eſſe videatur, perinde quaſi ex filio vel deinceps natus ſit,l.adoptiones. 43 ff. de adoption. ita etiam ex auditorio Diocletiani & Maxim. reſcriptum eſt, adoptiuos, vicem legitimæ ſobolis obtinere, & perinde atque ex muliere adoptante progenitum, ad vicem naturalis, legitimique filij habere.l.mulierem.5.C.eo.tit.

Quæ quidem † dictiones, quaſi, perinde, 16
loco filij, improprietatem denotant quandam & fictionem, vt de dictione,perinde,l. qui à patre, & ibi Bartol.ff.de confirm.tut. gloſſ. & Bartol. in l.ſacrilegij.§.1.ff. ad legem Iul.pecul. Barto.in l.1.ff.de recept.arbit. & in l.ſi is qui pro emptore, & ibi Iaſon.ff.de vſucap.& paſſim alij. de dictione, quaſi, l.ſi quis

vi,in ptin.ff. de acq.poſſ.cum ſ.milib de ver-
bo,videtur.l.ſi pater filio.& ibi gloſſ.ff de his
quæ in fraud.credir.& in l.ſi duo & ibl glo ff.
de acq hæred.& in l.naturaliter in prin.ff.de
acquir.poſſeſſ. vnde Caius in Inſtit. rectè ad-
optiuos filios, adfiliatos appellat,lib.1.Inſtit.
titu.4.

Ex qulbus promanarunt noſtrorum tra-
ditlones, vel illationes variæ, plurimæq́ue,
17 quarum ſumma,quòd † ea,quæ ciuili inſtitu-
to in liberorum fauorem i[n]ducta ſint, ad a-
doptiuos non pertinrant,nec adoptinis cum
iuſtis liberis communia ſint.quod de liberis
expeditiſſimum rſt, nam liberorum nomen
adoptiuis applicari,nec iure noſtro,nec apud
alios receptæ auihoritatis autores deprehen-
ſum eſt.adopramus filios,nepotesve toto tit.
ff.& C de adopt. generamus, gignimus pro-
creamus, & ſuſcipimus liberos. hæc verba
ſunt naturæ, illa iuris. Succurrit mihi locus
diui Ambroſij in epiſt.43.lib.6.ad Siſennium,
namque aut natura filios ſuſcepimus, aut ele-
ctione:in natura caſus eſt,in electione iudici-
um:magisq́; in adoptatls offendimus,quàm
in genitalibus filijs: quia genitales filios eſſe
degeneres,ad naturam refertur adſcitos, vel
adoptione, vel copula, dedecores eſſe, non
niſi erroei aſſcribitur. Ita diuus Ambroſ. Ex
quibus obuiam eſt, adoptiuos ſub liberorum
appellatione non comprehendi: contineri
autem filiorum appellatione,ſolo ſucceſſio-
nis caſu, certo tamen modo hitic dato, defi-
nitoq́ue. Extra ſucceſſionis caſum in diſpoſi-
tione vel legis, vel hominis, filiorum appel-
latione adoptiuos non contineri,pro confeſ-
ſo ab omnibus habetur, prout paulò poſt in
explicatione nominis filiorum dicetur.

CAPVT IIII.

Liberi in quotuplici differentia reperiantur, vetuſto Romanorum inſtituto, moribuſq́ue.

SVMMARIA.

1 *Liberi aut legitimi aut illegitimi aut medij.*
2 *Ciuis Romanus quis.*
3 *Romana ciuitatis ius plurima complectebatur.*
4 *Legitimi liberi qui ex matrimonio ciuium Romanorum nati ſunt.*
5 *Adoptione filios legitimos fieri moribus Romanorum.*
6 *Naturales liberi medij dicti ſunt inter legitimos & illegitimos.*
7 *Illegitimi liberi duobus modis dicuntur.*
8 *Illegitimorum ſpecies varia.*

VEtuſto Romanorum iure, liberi prima
diuiſione in triplici erant poſiti diffe-
1 rentia. nam † aut legitimi erant, aut illegiti-
mi,aut medij. Legitimi,qui ſecundùm ritus,
moresq́ue Romanos geniti, vel adoptione
ius filiationis conſecuti erant. Illegitimi di-
cebantur, natl ex ea coniunctione, quæ Ro-
manis inſtitutis,moribusq́ue improbabatur.
Legitimi autem in duplici inueniuntur dif-
ferentia. Quidam enim legitimi,veri,iuſti fi-
lij appellãtur qui ex matrimonio iuſto,quod
inter ciues ſolũmodò Romanos erat, naſce-
bãtur,vt tradit Caius ſub tit.de matrimonio.
Ciuis autẽ Romanus dicebatur homo liber,
vrbis,agrive Romani incola, qui tribum, cũ
honorum petitione ſit conſecutus. Require-
batur igitur primò,quòd Romanus cum Ro-
mana matrimonium contraherer. primis e-
nim temporibus Romani ius matrimonij ſi-
bi tantùm retinebant, neque exteris id com-
municabant: & ita quidem id ſibi ſingulare
ſeruabant, vt plebei plebeijs, patritij patritijs
iungerentur: nã exiſtimabant connubia pro-
miſcua, nullam aliam vim habere, niſi vt fe-
rarum propè ritu vulgentur cõcubitu plebis,
patrumq́ue,vt,qui natus ſit,ignoret cuius ſan
guinis,quorum ſacrorum ſit,dimidius patrũ,
ſit dimidius plebis, ne ſecum quidẽ ipſe con-
ſors Camileius tamẽ primò omnium legem
tulit populo,vt poteſtas eſſet,ſeu de plebe,ſeu
de patribus vellet,conſules faciendi. Deinde,
vt plebi ac patricijs connubia communia eſ-
ſent: cùm nihil aliud ſit quàm exilium intra
eadem mœnia, quàm relegationẽ pati, ne af-
finitatibus, ne propinquitatibus immiſcean-
tur. Qui itaque imparem connubio ſibi copu
labat, veluti peregrinam Latini nominis,aut
externam aliam mulierem ius nuptiarũ mi-
nimè conſequebantur, nec liberi iuſti legiti-
miq́ue habebantur, nec pater poteſtatis in li-
beros ius adipiſcebatur:nec liberi familiæ pa-
tris,ſed matris participes fiebant,& annume-
rabantur. Inde tot ſæpè ab Italis, Campanis,
Nouocomenſib.Hiſpanis,Gallis,motæ de iu
re ciuitatis, contentiones, inde tam grauiſſi-
mum bellum ſociale ortum, de quo Florus
lib.7.& ſeq.App.lib.1.de bello ciuili. Plin.ca.
61.& 75.de viris illuſtrib. Valer.lib 8 ca.6. Au-
guſtin.cap.17 & 26.lib.3.de ciuitate Dei. Plin.
lib.1.c.33.naturalis hiſt.Eutrop.c.1.lib.5.Oroſ.
c.18.lib.5.Strabo lib.5.Solin c.2. Plutar in Syl-
la. Inde tot leges latæ, nempè Claudia Petro-
nia,Fulvia, Liuia, Licinia, Mutia Apuleia,&
aliæ. Plinius ſcribit:Veſpaſianum Auguſtum
procellis iactatum,vniuerſæ Hiſpaniæ ius La-
tij tribuiſſe. & Sueton. tradit,D. Auguſtũ,ple-
raſque ciuitates, merita ſua in Rempub. alle-
gantes, latinitate vel ciuitate donaſſe. Tam
graue autem erat, ſi quis pro ciue ſe gereret ſi
non eſſet, vt in campo Eſquilino ſecuri per-
cuteretur. Sueton.In Claudio.Deniquè cùm
indies ea de re fierent ad Senatum & Princi-
pes, à Prouincialibus petitiones, Antoni-
nus Pius, omnes qui in orbe Romano erant,
ciues

ciues eſſe iuſſit. l. in orbe. ff. de ſtatu hom. Vn-
de Modeſtin. ait, Romam communem eſſe
patriam. l. Roma. ff. ad municip.
3 Complectebatur † autem ius ciuitatis Ro-
manæ plurima, vt & hoc obiter referam: qui
enim ciuitatem cũ ſuffragio nanciſcebantur,
æquo iure cum Romanis ciuibus magiſtratus
creabant. leges ferebant, iudicia faciebant, in
cenſum deſcrebantur, & ſi volebant, Romę e-
tiam habitabant. hæreditates atq; legata capie
bant, inq; liberos patronorum filios poteſta-
tem habebant, & iuris connubiorum partici-
pes erant: vtebãtur etiam iure gentilitatis ad-
optionis, agnationis, togæ ferendæ, ac in Ro-
manis legionib. militandi. quibus accedebant
deinde immunitates à ſupplicijs, a tributis, ab
exactionib⁹, ac multis alijs grauaminibus qui-
bus ciues Romani eximebantur.
4 Vt igitur ad propoſitum reuertar, legitimi
dicebantur, qui ex eo matrimonio quod inter
ciu s Romanos initum erat, & celebratum fu
ſ. iperentur. [...]debant præterea certi quidã
ritus, certæq; [...]lennes ceremonię, quib. ne-
glectis, veluti contemptа religione, matrimo
nium irritum reddebatur. nempè cõfarratio;
coemptio, vſus. de quibus Halicarnaſſ. lib. 2.
Boetius in Topi. Alex. lib. 2 cap. 5. dier genial.
Budæus in l. ſi vxor ff. de adult. Prętereà inuo-
catio Thalaſſij, ſparſio nucum, traditio claui-
um, & alia multa, quæ copioſè refert Conna-
nus in comment. Et Barnabas Briſſonius, ſin-
gulari libro de ritu nupt. & breuiter attingit
Reuerendiſſ. Cardinalis Gabriel Palæotus de
Nothis & ſpurijs, cap. 4.
5 Secundi liberi legitimi, † moribus, inſtitu-
toq; Romanorum ſunt adoptiui. Fiebat autẽ
vetuſto iure adoptio apud Pontifices, deinde
apud prætorẽ & populum. ſic Cic. pro domo:
Quod eſt pontifices ius adoptionis? nempè vt
is adoptet, qui neq; procreare iã filios poſſit:
& cum potuerit. ſit expertus, fuitque adoptio-
nis plurimus vſus, vt ex Cicerone, Suetonio,
6 Gellio, alijſq; conſtat. Medij liberi ſunt, † qui
ex concubina naſcuntur, quos naturales voca
mus de quibus multa prudentum reſponſa &
principum conſtitutiones. reſcriptaq; extant,
ſub tit. ff. & C. de concubinis, & C. de natural.
7 lib. Illegitimi, duobus † præcipuè modis iure
noſtro dicuntur: vno, vt illegitimi ſint, qui pa
trem matremve alienigenas habuerunt. Nam
inter ſolos ciues Romanos, iuſtæ nuptiæ cele-
brabãtur, donec ciuitas bello ſociali Italis, re-
ſcripto Antonini, omnibus ſub orbe Roma-
no habitantibus, cõmunicata fuit: altero mo-
do illegitimi cenſentur, qui, licet ciues Roma
ni ſint, tamen ſecundùm præcepta legum Ro
manarum, non cõtraxerunt: quod varijs pari-
ter de cauſis contingit, quia fortè quis contra-
xerat cũ ea matrimonium, quam in vxorẽ du-
cere nõ licebat, vel, quia conſenſus deerat, vel
quia debitas ſolennitates, præſcriptoſq; ritus
non obſeruauerat, vel aliæ aderant cauſæ, quæ
matrimonij copulationem; necnon concubi
natũ impediebant. Illegitimorum † itaq; va- 8
riæ reperiuntur ſpecies. Sunt enim ſpurij, vul-
gò cõcepti, varij, manzeres, inceſtuoſi, nefarij,
adulterini, ſacrilegi, nothi, hibridæ & baſtar-
di, de quibus ſingulis ſuo loco dicemus.

CAPVT V.

Liberi in quotuplici ſint differentia noſtro nunc ſeculo.

SVMMARIA.

1 Liberorum ſpiritualium, item ſpiritualium & legitimorũ ſimul, in ſucceſſionibus nulla conſideratio.

2 Matrimonium inter filios duorum compatrum, an valeat.

Sicut triplex eſt cognatio, ſpiritualis, carna
lis, & legalis, ita ex his cognationib. liberi
in multiplici differẽtia conſtituũtur. interpre
tes in c. tanta. ext. qui filij ſint legit. & in c. libe-
ri. 32. q. 4. Aliqui † enim ſunt ſpirituales tantũ; 1
quales ſunt oẽs Chriſtiani, qui ſunt filij eccle-
ſię. Alij ſunt ſpirituales & legitimi ſimul, quos
ex ſacro baptiſmatis fonte leuauimus. c. 1. in fi
ne, ext. de cognat. ſpirituali. & habetur in 30. q.
1. 2. 3. Sicut enim per generationẽ amoris, debi-
tæ obedientiæ ac reuerentiæ vinculum cũ pa-
rentibus initur, & contrahitur: ita in genera-
tione etiã ſpirituali, cognatio quædã ſpiritua-
lis inchoatur, quæ, quot modis, & cũ quibus
perſonis contrahatur, tradit Anto. Brunel. in
tract. de ſponſal. concl. 20. declar. 3. Hęc cogna
tio in ſucceſſionibus omni effectu caret: cõſi-
ſtit enim in ſpiritu, vt Panorm. ait, ideò ad bo
na corporalia externaq; deduci nõ debet, ma-
trimonio tamẽ contrahendo impedimentũ
adfert. toto tit. de cognat. ſpirituali. & 30. q. 1. 2.
3 Quod Saxonum quoq; moribus comprobã-
tũ, receptumq; eſt: Schwegerſchafft vñ Gevat-
terſchafft hindern am Ehelichen leben/fürdern
aber nicht zum Erbe. glo in art. 3. lib. 1. Quam- 2
uis † hæc Canonum conſtitutio, necnon iu-
ris Saxonici traditio, conſuetudine antiquatę
ſint, ſublatęque: ea tamen an valeat, & an ipſo
facto contracta matrimonia, inter filios duo-
rum compatrum diſſoluantur, poſt longã di-
ſputationem tradit Brunellus in d. concl. 20.
& Panorm. in c. quod ſuper his. extr. de cõſan
guin. & affin. & Tyraq. de effectu huius cogna
tionis ſpiritualis, in l. ſi vnquam. in verb. ſuſce
perit liberos, nu. 28. & aliquot ſeq. C. de reuoc.
don. Alij ſunt naturales & legitimi, nempè ij,
qui ex iuſto & legitimo matrimonio procrea
ti ſunt. naturales quidẽ dicti, quod ſecundũ natu-
rã geniti ſint: legitimi: quia approbante ipſa le-
ge, & cõfirmante eũ concubitũ nati ortiq; ſũt.
Alij ſunt legitimi tantum, quos ipſa lex filios
fecit, quales ſunt adoptiui, item arrogati, toto
tit. ff. C. & Inſtit. de adoptionib. Alij ſunt na-
turales tantum, hoc eſt, extrà coniugium na-
ti, qui ex ea ſuſcepti ſunt coniunctione,

quę legibus ciuilibus toleratur, quales ſunt na
turales, ſpurij. Alij denique ex eo concubitu
procreantur, qui grauiſſima ſeueriſſimaq; pœ
na coercetur: quales ſunt adulterini, inceſtuo-
ſi, nefarij, ſacrilegi.

CAPVT VI.

Nomen filiorum quomodo in iure noſtro accipiatur.

SVMMARIA.

1 *Filij ciuiliter aut naturaliter dicuntur.*
2 *Patresfamilias item filiusfamilias, qui dicantur.*
3 *Filij appellatione etiam filiæ continentur.*
4 *Maſculini ſexus pronunciatio ad vtrumque pertinet.*
5 *Pronomina maſculini generis complectuntur & fœminas.*
6 *Verba, porrigere, extendere, interpretationem inferunt.*
7 *Filiorum appellatione propriè non veniunt filiæ, ſed per interpretationem.*
8 *In teſtamentis non eſt diſcedendum à proprietate verborū, niſi aliud ſenſerit teſtator.*
9 *Filiorum appellatione etiam filias comprehendiſſe teſtatorē voluiſſe vnde cognoſcatur.*
10 *Filiorum appellatio non includit filias in caſibus non extenſiuis.*
11 *Emphyteuſis conceſſa alicui, eius filijs, & nepotibus maſculis, ijs etiam deficientibus, filiæ non admittuntur.*
12 *In Sententijs, reſcriptis, & beneficijs, fœmininum non comprehenditur ſub maſculino.*
13 *Maſculinum non concludit fœmininum in conditionibus.*
14 *In Feudis maſculinum non continet fœmininum.*
15 *Differentia à iure conſtituta inter ſexum, maſculinum fœmininum non includit.*
16 *Maſculinum non complectitur fœmininum in odioſis.*
17 *Filiorum appellatio propriè non includit nepotes.*
18 *Nepotes iuſta interpretatione continentur nomine filiorum.*
19 *Filij procreantur, vt ex prole eorum diuturnitatis nobis memoria maneat.*
20 *Filiorum vocabulo quod nepotes veniant, ex varijs ſignis colligitur.*
21 *Filiorum appellatione veniunt ſoli filij iuſto matrimonio nati.*

Filium ἀπὸ τοῦ φίλου dictum, Grammatici
tradunt, quòd omnium conſtantiſſimus
1 amor ſit parentum inter filios. Filij in † iure
ciuili, & naturaliter & ciuiliter dicuntur. natu
raliter, pro filijs, quos procreauimus: ciuiliter
pro filijs, quos in poteſtate noſtra habemus.
ita Vlpia. ciuium Romanorum, quidam ſunt
patresfamiliarum, quidam filijfamiliarum:
quædam matresfamiliarum, quædam filiæfa-
2 miliarum. Patresfamiliarum † ſunt, qui ſuæ
ſunt poteſtatis, ſiue puberes, ſiue impuberes:
ſimili modò matresfamiliarum, quæ ſunt ſuę
poteſtatis. Filijfamilias, & filiæfamilias ſunt,
qui ſunt in aliena poteſtate. nam, qui ex me &
vxore mea naſcitur, in mea poteſtate eſt. item
qui ex filio meo, & vxore eius naſcitur, id eſt,
nepos meus, & neptis, æquè in mea ſunt pote-
ſtate, & pronepos & proneptis, & deinceps cę-
teri. l. 4. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. &
alibi: iure proprio familiam dicimus plures
perſonas, quæ ſunt ſub vnius poteſtate, aut
natura, aut iure ſubiectæ, vtputà, patremfami-
lias, matremfamilias, filiumfamilias, filiam-
familias. quique deinceps vicem eorum ſe-
quuntur, vtpotè nepotes & neptes, & deinceps
l. pronuntiatio. 195. §. 1. ff. de verborum ſignif.
Circa filij appellationem, tria apud iuris au-
tores in concertationem vocata ſunt. Vnum
eſt. an filiorum appellatione filiæ contineantur?
Secundum. an filiorum appellatio produ
catur ad nepotes? Tertium, qui in diſpoſitio-
ne legis vel hominis propriè dicantur filij?
hæc tria vt eluceſcant, tres conſtituam con-
cluſiones.

Prima concluſio: Filij † appellatio, ex pro- 3
prietate ſermonis, ſolis maſculis conuenit, ex
iuſta tamen interpretatione, continetur eti-
am filiafamilias. ita Iulian. iuſta interpretatio
ne recipiendum eſt. vt appellatione filij, ſicuti
filiamfamilias contineri, ſæpè reſpondimus,
l. Iuſta 201. ff. de verborum ſignific. & Paulus:
Filij appellatione, omnes liberos intelligi-
mus, l. filij. 84. ff. eod. & Vlpian. Si quis ita dede
rit, filijs meis tutorem do, [illegible] conditione
eſt, vt tam filijs, quàm fili[illegible] d[illegible]iſſe videa-
tur. filiorum enim appellatione, & filiæ conti
nentur. l. ſi quis ita dederit. 16. ff. de teſtam. tut.
& iterum: Si quis filiabus ſuis, vel filijs tuto-
res dederit, etiam poſthumæ videtur dediſſe:
quia filiæ appellatione etiam poſthuma con-
tinetur. l. ſi quis filiab. 5. ff. eod. cui loco cohæ-
ret alius Vlpiani locus, ex eod. libr. 15. ad Sabi-
num deſumptus. nomen filiarum & in poſt-
humam cadere, quæſtionis non eſt, quamuis
poſthumæ non cadere in eam, quæ iam in re-
bus humanis ſit, certum ſit. l. nomen. 164. ff. de
verb. ſign. & idem Vlp. eod. lib. 15. ad Sabin. qui
filiab. legauit, ſi mentionem aliquā parte teſta
menti, poſthumæ fecit, videtur in filiarū lega
to & de poſthuma ſenſiſſe. l. qui filiab. 17. ff. de
leg. 1. quod obiter interſerere volui. & aliàs quoq;
maſculorū appellatione fœminæ comprehē-
duntur. ita Iulia. Semper ſexus maſculinus et-
iam fœmininū continet. l. qui duos mulos. 62
ff. de leg. 2. & Vlpia. de albo prætoris corrupto.
ſerui quoq; & filij ſta. verbis edicti cōtinentur,
& vtrumq; ſexum prætor complexus eſt. l. ſi
quis id quod. ff. de iuriſd. om. iud. & alibi Vlp.
ſerui appellatio etiam ad ancillam refertur. l.
deteſtatio. 40. §. 1 ff. de verb. ſign. & iterum, li-
berti appellatione, etiā libertam cōtineri pla- 4
cuit. l. liberti. 172. ff. eo. & iterū: † pronunciatio
ſermonis in ſexu maſculino, ad vtrumq; ſexū
plerunq; porrigitur. l. 195. ff. eo. & Modeſt. Ser-
uis legatis, etiā ancillas deberi, quidā putant,
quaſi cōmune nomē vtrumq; ſexū contineat.
l. inter ſtuprū. 101. §. fin. ff. de verb. ſign. quod Mo-
deſt. alibi repetit: ſeruis legatis, etiam ancillas
quidā deberi rectè putant, quaſi cōmune no-
men vtrumq; ſexum contineat. l. 81. ff. de leg.
3. & Paul. pueri appellatione etiam puella ſig-
nificatur. l. illa verba. 163. ff. de verb. ſignific. &

Scæuo.

Scæuolæ, an quod hæredes fratribus rogati eſſent reſtituere, etiam ad ſorores pertineret, reſpondit pertinere, niſi alıud ſenſiſſe teſtatorē probenır. l. Lucius 93 §. quæſitum. ff. de leg. 3 & iterum: te rogo fili Septici, ſi intra viceſimum annum ſine liberis morieris, quidquid ex hæreditate mea ad te peruenerit, hoc fratrib9 tuis reſtituas quæſitum eſt, Septicio filio defuncto intra viceſimum annum, ſine liberis, hoc fideicommiſſum, vtrùm pro portionibus hæreditarijs ad fratrem & ſororem eius pertineat, an verò æqualiter? reſpondit, pro parte hæreditaria l. Lucius. 70 § Mænia filium. ff. ad S. C. Trebel. Sic etiam Iuſtinianus in cauſa adoptionis de filio, quod huius appellatione etiam filiæ cōtineantur: quæ in filio diximus, inquit, in adoptionem à patre dato, hæc & in filia, & in nepote, & nepte, & deinceps in perſonis vtriuſque ſexus, in ſacris patris conſtitutis, extēdimus, l. cum in adoptiuis §. quæ in filio. C. de adopr. & iterum de exhæredatione & præteritione filiorum, vt eadem iura in filiabus obtineant. l. maximum vitium. C. de liber. præter.

5 Quemadmodum † quoque pronomina maſculini generis complectuntur fœminas verbum, ſi quis inquit Vlpi. tam maſculos, quàm fœminas complectitur. l. 1. & ibi Bartol. ff. de verb. ſign. & alibi Vlpian ait, diuus Traianus, quicunque profeſſus fuerit: quicunque, accipere debemus tam maſculum quàm fœminam. l. ait diuus. 16 ff. de iure fiſc. & iterum alibi Vlpian. ait prætor, ſi quis negotia geſſit, &c. hæc verba, ſi quis, ſic ſunt accipienda, ſiue quæ, l. 3. in princ. ff de negot. geſt. & iterum, ait pretor, ſi quæ pecuniam debitam conſtituit: qui ſic accipiendum eſt, quæve, nam & mulieres de cōſtituta tenentur, ſi non intercesſerint. l. 1. §. 1. ff. de conſt pecun. quod etiam Paul. ſcripſit. l. edicto. 13. ibi, idem poſteà edicto ſignificauit, vt quæcunque profeſſa eſſet. ita quoque de appellatione hominis Caius, hominis appellatione tam maſculum, quàm fœminam contineri, non dubitatur. l. hominis. 152. ff. de verb. ſig. Quamuis autem hæc, certo iure dicantur, interpretatione tamen prudentum, id fieri, expeditum eſt. ideoque Iulian ait, iuſta interpretatione recipiendum eſt. d. l. iuſta. 201. ff. de verb. ſign. &, vt Vlpia. inquit, pronunciatio ſermonis, in ſexu maſculino, ad vtrumq; ſexum plerunq; porrigitur. d. l. pronuntiatio. 195. ff. eod. tit. ita etiam Iuſtinianus in l. cum in adoptiuis § quæ in filio. ibi, quæ in filio diximus, hęc in filia extendimus. C. de adopt. & l. iubemus, penult. ibi, quæ ſuper cubicularijs ſancimus, etiam ad cubicularias extendi decernimus.

6 Quæ duo verba, † porrigere, & extendere, Interpretationem inferunt, l. Imperator, in fin. ibi, ne cui pœna tempore determinata, contrà ſententiæ fidem, vlterius porrigatur, ff. de poſtulan. & l. fideicommiſſaria, §. fideicommiſſaria ibi, quam ſententiam iure ſingulari receptam, ad cętera fideicommiſſa relicta porrigi, non placuit, ff. de fideicom. libert. & in l. impuberi. ff. de admin tut. & in l. 2. ff. de liberali cauſa. Indeà noſtris vulgatum eſt axioma, appellatione filiorum, † non veniunt filiæ, fœ 7
minæ verè & propriè, ſed ſolùm per interpretationem extenſiuam. d. l. iuſta pronuntiatio. l. quiſquis ff. de verb. ſign. ſingulariter Bart. in l. 1. colum. fin. verſi. quæro. ff. de pecul. & in l. 1. ff. de verb. ſign. Fulgoſ conſ. 18. num. 1. verſ. ſed eſt verior. Alex. conſ. 61. col. 1. verſi ſed iſtis nō obſtantibus, lib. 1. Curt. ſen. conſ. 40. nu. 8. Soci conſ. 73. num. 3. lib. 4 Gratus conſ 64. num. 16. 32 34. lib. 2. Gozadin. conſ. 89. num. 12. Alciatus de verb. ſignif. lib. 1. fol. 3. Quod quidem generale eſt, in quocunque nomine maſculino, vt non concipiat fœmininum, niſi extenſiuè. Bart in l. 1. ff. de pecul. per text. in l. penult. C. de præpoſ. ſacr. cubicul. lib. 12. gloſſ. in l. ſeruis legatis. ibi, commune nomen, ff. de lega. 3. Iaſ. in l. ſi quis id quod. col 5. ff de iuriſd. omn. iudic Dec. in l. 2 num. 96. ff. de reg. iur. Ruin. conſi. 46 num. 4. & conſi. 93. num. 5 & conſ. 143. nume. 4 & conſ. 148. num. 5. lib. 2. Gozad. conſ. 45 nu. 3. Alciat. de præſumpt. reg 3. præſumpt. 32. num. 3. & latiſſimè Tyraq congeſtis autoritatibus, per integram columnam, de retract. lignag. §. 1. gl. 9 num. 180. vbi regulam conſtituit, quod maſculinum non concipit fœmininū, ex proprietate ſermonis, ſed extenſiua interpretatione, per iura & autoritates ab eo ibid. adductas, quas auget Gabriel. lib 6. de verb. ſignif. concluſ. 6. num 41. ibi, primò limita hanc principalem cōcluſionem, quia maſculinum non concipit fœmininum, ex propria ſignificatione, ſed per extenſionem & interpretationem, aut rationis identitatem. quò pertinent l. ſi quis ita. in prin ff. de teſtam tut. l. Lucius. 2. ff. de hæred inſtit. l. qui filiabus. ff de lega. 1 l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. 2. l. non eſt ſine liberis. ff. de verb. ſign. l. generaliter. §. cum autem C. de inſtit. & ſubſtit. Ex quo promanat, † cùm à 8
proprietate verborum non ſit diſcedendum, niſi manifeſtis coniecturis conſtet, aliud ſenſiſſe teſtatorem. l. non aliter. ff. de leg. 3. l. 1. in fi. C. de condi. inſer l. 3. in fin. C. de lib. præt. Bart. in d. l. non aliter. & in l. hoc legatum. ff. de leg. 3. & in l. in ambiguo. & ibi Socin. num. 3. ff. de reb. dub. cum concord. meritò conſequi, filiorū appellationem, niſi de contraria teſtatoris mente conſtet, propriè eſſe accipiendam, & filias non cōprehendere. Gabr. d. concl. 6. in 7. limit. nu. 86. At † in eo nūc quæſtio verſatur, qui 9
bus cōiecturis mens teſtatoris, quod videlicet filiorū appellatiōe, filias cōtineri voluerit, colligatur & eliciatur. Deciſio huius quæſtionis, in arbitrio prudentum, tam Iuriſperit. quàm iudicis conſiſtit. Menoch. quidem in tract. de Arbitrarijs iudicum ſententijs, hāc rem intractam

ctam reliquit. quod etiam fecit Simon de Præ
tis in tract. de Interpr. vltim. volunt. Præ cæte-
ris itaque qui ſparſim id tentarunt, Cephal. de
facto cõſultus, rem planam reddere conatus
eſt, in caſu, quo filijs ſuis inſtitutis, & ſi vnus,
vel plures, ſine filijs deceſſerint, alijs ſubſtitu-
tis, vnus filiorum, filiam legitimam & natura
lem reliquit, an hęc filia ſubſtitutionem defe-
ctam reddat? pro filia quidem, quod filiorum
appellatione comprehendatur, & ſubſtitutio
nem extinguat, multis grauiſſimis rationibus
tam ex iure, quàm noſtrorum, veterum & re-
centiorum reſponſis, petitis, acriter certat, tã-
dem tamen, relicta hac ſententia, in contrari-
àm partem ſecedit, quod videlicet conditio,
ſi deceſſerit ſine filijs, intelligenda ſit de maſ-
culis, non etiam de fœminis, idq́; ex ſignifica-
tione verborum, ac regulis iuris, tum ex ſubie
cta materia, tum etiã ex mente teſtatoris, quã
mentem teſtatoris, quod ſub conditione, ſi ſi-
ne filijs deceſſerit, noluerit comprehẽdere fi-
liam, decem & octo argumentis, vel coniectu
ris comprobat, ac cõtrariæ ſententię argumẽ-
ta elidit & refutat. Quę argumenta huc conge
rere, ſuperuacaneum, & ab inſtituto remotũ
eſſe puto. Poterit autem cõſultor, ſi facti eiuſ-
modi ſpecies emergat, rẽ ex Cephalo repete-
re. conſ. 306. incip. conſultario frequens eſt. li. 3
vbi à nu. 1. vſq; ad nu. 32. filiæ partes agit, à nu.
32. vſq; ad nu. 100. contrariam ſententiam tue-
tur. à nu 100. vſq; ad nu. 122. momenta rationũ
ex parte filiæ infringit, labefactatq́;. aliquas et-
iam coniecturas, limitatiuè adducit Gabr. d. li
bro 6. de verb. ſign. concl. 6. num. 7. ibi, ſecun-
dò amplia conclusionem procedere in vlti-
mis voluntatibus. Extrà caſum autem vltimæ
voluntatis, an, & quando filiorum appellatio
filias comprehendat, reuocanda res eſt ad ge-
nerale axioma, maſculinum, quibus caſib. cõ-
cipiat fœmininum: quibus item caſibus non.
cuius poſterius membrum, quatuor regulis
10 includi poteſt. Primò, † maſculinum non cõ-
prehendere fœmininum, & conſecutiuè, filio
rum appellatione non contineri filias, quoti-
es cauſa ipſa, interpretationem extenſiuã non
recipit. cuius generis ſunt ea, quæ ſtricti iuris
ſunt, & ſtrictè ac propriè intelligenda ſunt, &
accipienda, cuiuſmodi ſunt ſtatuta, in quibus
maſculinum non concipit fęmininũ. Tyraq.
præcitata glo. 9. nu. 182. Secundò contractus, l.
quidquid aſtringendæ. ff. de verb. obl. cum cõ-
cord. Tyraq. nu. 183. Gabr. d. concluſ. 6. num. 93.
ibi, decimò limita in contractibus, in quibus
maſculinũ non concipit fœmininum. vbi in-
fert, quod in emphyteuſi, recepta pro ſe, & fi-
lijs, appellatione filiorũ, non veniant filię. per
trad. Alex. in l. quod dicitur. nu. 24. ff. de verb.
oblig. Iaſ. in l. 2. nu. 194. C. de iure emphy. Dec.
in l. 2. nu. 104. ff. de reg. iur. cui tamen illationi
limitationes ſubiungit, vt ibi per eum.

Quomodo autem † conceſſio hæc emphy- 11
teuſeos, alicui pro ſe & filijs, & nepotibus
facta, ſi recipiens deceſſerit ſine filijs & nepoti
bus maſculis, tantum relictis filiabus vel nepo
tibus ex filiab. interpretanda ſit, & an hæ filiæ
admittendę ſint, copioſè poſt Tyraq & Gabr.
explicat Aurel. Corbulus in tract. de iure em-
phyt. cap. 12. vbi conſtituta regula: filias non
contineri, vel includi in ea conceſſione, decẽ
limitationes adducit. in quem locũ congeſſit
omnia, quæ à veteribus & recentiorib. ſcripta
de hac re inueniũtur, quo iuris ſtudioſum bre
uitatis cauſa remitto. Tertiò, ſtricti iuris ſunt
† ſententiæ, in quibus ſimiliter fœmininum 12
ſub maſculino non concipitur. itemq́; reſcri-
pta. quò etiam pertinent priuilegia, de quibus
ſingulis Tyraq. in d. gl. 9. nu. 184. 185. 186. Quar-
tò, ſimiliter † ſtrictè, preciſè ac propriè intelli- 13
guntur conditiones. l. Mæuius, l. qui hæredi. ff.
de condit. & demonſt. cũ concord. Vnde quo
que conditio, ſi ſine filijs, propriè & ſtrictè ac-
cipi debet. Ceph. d. conſ. 306. num. 51. multis in
eam ſentẽtiam allatis autoritatibus, cui tamẽ
ſententię, cõtra vera, expreſſa, repugnat Gabr.
autoritatib. quidem malè allegatis, ſuffultus.

Secunda regula: an † filiorum appellatione 14
filiæ contineantur, deſumitur ex natura ipſi-
us rei, quæ fœmininum ſexum, à commercio
rerum arcet: cuius generis eſt feudum. tit. de
ſucceſſ. feudi. §. filia, cum ſimil. in lib. 3. relatis.
Gabr. d. concluſ. 6. num. 54.

Tertia regula, quotiens ius conſtituit diffe
rentiam, † inter maſculum & fœminam, fili- 15
orum appellatio filias non complectitur. quò
pertinent ſtatuta, repellentia fœminas extan-
tibus maſculis. quæ nullã interpretationem
extrinſecã admittunt. prout latè oſtendit Ty-
raq. d. gl. 9. nu. 188. & ſeq. Gabr. d. concl. 6. nu. 84.
ibi, ſextò limita, nam ſtante ſtatuto, quod ſtan
tibus maſculis, fœminæ non ſuccedant, tunc
diſpoſitio loquẽs in genere maſculino, in ma-
teria ſucceſſionis nõ continet fœmininũ, &c.
ad quam regulam referenda ſunt ſimilia iura
quibus inter mares & fœminas, diſpar, vel na-
tura, vel iure, conſtituitur ratio. Denique † in 16
odioſis, vtpotè cũ fauores ampliandi, odia ve
rò reſtringenda ſint. c. odia. de reg. iur. lib. 6. &
alterius odio quis grauari non debet. c. de-
bet. 22. eod. tit. Gabr. d. conclu. 6. nu. 65. Tyraq.
gl. 9. num. 188. de quibus & alijs latiſſ. Tyraq. &
Gabr. in præcitatis locis. & p̃ter hos alij, quos
refert Tyraq. d. gl. 9. num. 245.

Secunda concluſio: nomen † filiorum pro- 17
pria ſignificatione nepotes nõ complectitur,
interpretatione tamen iuſta quandoque com
plectitur. de priori concluſionis parte Vlpia.
quid ſi nepotes ſint? an appellatione filiorum
& ipſis tutores dati ſint, videndũ eſt & magis
eſt vt ipſis quoq; dati videantur, ſi modò libe-
ros dixerit: cæterũ ſi filios, nõ continebũtur, l.
quid

quid ſi nepotes.6. ff.de teſtam. tut. quem locũ cum l.ſi quis filiabus.ff.eod.coniunxit Tribo- bonian.in §.fin.Inſt qui teſtam.tut dari poſſ. additis verbis,ſi quis filijs vel filiab.& iterum,
18 poſthumo & poſthumæ. De poſteriori parte, quod interpretatione contineantur.Iulianus: Iuſta interpretatione recipiendum eſt, vt ap- pellatione filij, ſicuti filiumfamilias contine- ri ſæpè reſpondimus: ita & nepotes videãtur comprehendi:& patris nomine,auus quoque demonſtrari intelligatur,l.iuſta.201. ff.de ver bo.ſign.& Calliſtratus de liberorum appella- tione loquens,ſubiungit,ſed & Papinius Fron to lib 3.reſpon.ait, Prædio cum villicó & con tubernali eius,& filijs legató,nepotes quoque ex filijs contineri, niſi voluntas teſtatoris ali- ter habeat.Filij enim appellatione ſæpè & ne- potes accipi multifariam placere.Diuus quo- que Marcus reſcripſit, non videri ſine liberis defunctum, qui nepotem ſuum hæredem re- liquit.Præter hæc omnia; natura nos quoque docet,parentes pios,qui liberorum procrean- dorum animo & voto vxores ducunt, filiorũ appellatione omnes,qui ex nobis deſcendunt continere Nec enim dulciore nomine poſſu- mus nepotes noſtros,quàm filij,appellare. Et-
19 enim idcircò † filios filiasvè concipimus,atq; edimus,vt ex prole eorum,earumve diuturni tatis nobis memoriam in æuũ relinquamus.l. liberorum.220. ff. eod. tit. quo in loco valdè impropriè loquitur,dum ea quę ſolius fœmi- nę propria ſunt,veluti concipere atque edere, maſculino ſexui attribuit. Quinimò, vt Pau- lus ait,filij appellatione omnes liberos intelli gimus.l.filij.84. ff. de verb.ſign quamuis alibi de nepote tantum ſit interpretatus, Senatuſc. quo cautum eſt,ne tutor pupillã vel filio ſuo, vel ſibi nuptui collocet, etiam nepos ſignifi- catur,l.ſenatuſconſulto.59.ff.de ritu nupt.quã latè autem liberorum appellatio pateat, tra- dit Vlp.in l.56 §.fin.ff.eod. & ſuprà ſatis oſten ſum eſt.
20 Quia autem quæſtio hæc, an, & † quando nepotes filiorum appellatione veniant, in cõ iecturali ſtatu verſatur,& ex argumentis & ſi- gnis vario modo capitur, ideò ad multiplices coniecturas ampliãdo & limitando à noſtris reuocatur, quæ quidem coniecturæ à quibuſ- dam conceduntur,ab alijs impugnantur.pro- ut multis ampliationibus & limitationib. o- ſtendit Gabriel.lib.6.de verb.ſign. concl. 1. & Alciat.in d.l.liberorum.nu. 3.ibi, ex veterum ſententia quadripartitam diſtributionẽ addu cit:aut enim filijs prouidetur, aut grauantur, aut de eis verſus alium fit mentio,aut in con- ditione ponuntur. in prima ſpecie appellatio ne filiorum,comprehendi nepotes,receptius eſſe,idq; propter fauorem, & vt actus conſer- uentur.In ſecunda ſpecie filiorum verbo, nõ contineri nepotes,certum.vnde, qui filios ex hæredat,nepotes exhæredes feciſſe non vide- tur:idq; propter odium reſtringendum.In ter tio caſu, cum de filijs alterius reſpectu diſpo- nitur,non comprehendi nepotes. In vltima denique ſpecie, quoties conditio vel cauſa fa- uorem filiorum reſpicit,etiam nepotes eo ſer mone contineri. tandem ſubiungit exceptio- nes vel caſus, in quibus generaliter filiorum appellatione nepotes non ſignificantur. quò cupidum ſtudioſum remitto. poſceret enim huius ſolius concluſionis explicatio integrũ cõmentarium:de qua re latè Gabr.d.concl. 1.

Tertia concluſio: filiorum † appellatione 21
continentur ſoli filij iuſti, hoc eſt,ex legitimo matrimonio procreati, non etiam adoptiui tantum,vel naturales tãtum. de qua concl. in c.de ſucceſſione adoptiuorum.& de naturali- bus in ſucceſſione naturalium.

CAPVT VII.

De probatione filiationis.

SVMMARIA.

1 *Adoptatum ſe quomodo quis probare poſſit.*

2 *Filiationis probatio in matre certa, in patre difficilis.*

3 *Probationis difficilis quæ ſint, ex præſumptionibus & coniecturis ſumuntur.*

4 *Confeßione tacita, & præſumptione probatur verum maleficium.*

QVia filij efficimur plerunque natura, in- terdum quoq; legis beneficio, per adop- tionem nempè & arrogationem, ideò initiò diſtinctione quadã vtendum nobis eſt, ac pri- mò dicendum, ſi controuerſia moueatur ad- optiuo hac in cauſa, † quomodo, quave ratio- 1
ne ſe adoptatum fuiſſe probare ac oſtendere queat. Hoc itaq; caſu actus ipſe vel adoptionis vel arrogationis inſpici & conſiderari debet, ac eius actus ſolennitates omneſq; ritus dili- genter inquirendi & peruestigandi ſunt. Nam qui ſe adoptiuum filium fœminæ olim dixe- rat, ex eo filius non eſſe deprehendebatur, quia fœminæ adoptare non poterant: quamuis ex indulgẽtia Principis hodie adoptare poſſint. §.fœminæ.Inſtit.de adopt Itemq; ſi coram iu- dice, extrà cuius iuriſdictionem is actus eſt, fa- cta fuerit adoptio, ſimiliter filius eſſe non cõ- uincetur.l.eam quam.in fin.C.de fideicom.

Alterius † verò filiationis ad quam nos na- 2
tura perduxit, probatio duplex eſt. Quædã cer- ta & vera, quædam probabilis. Certa probatio in matre eſt.l.quia. ff. de in ius vocan. Altera verò quo ad patres, difficilis eſt. Vera enim ac certa probatione id oſtendi non poteſt. l. Lu- cius.ff.de conditionib. & demonſtr. & vt Ho- merus ait,

Μήτηρ μέν τ' ἐμέ φησι τοῦ ἔμμεναι. αὐτὰρ ἔγωγε.
οὐκ οἶδ' οὐ γάρ πω τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω,
Mater me genitum ex illa mea dicit at ipſe
Neſcio, namq; ſuum verè ſcit nemo parentem.

Quare cùm non certis atteſtationibus, ſed præſumptionibus & coniecturis probetur, viden-

3 videndum eſt quæ ſint illæ coniecturæ. In † ijs
enim quæ difficillimè probari poſſunt, ex præ-
ſumptionibus & veriſimilibus coniecturis,
probationes fiunt ſufficientes, &, vt Interpre-
tes loquuntur, concludentes. Bart. in l. in illa,
ff. de verb. oblig. per l. non omnes. §. barbaris.
ff. de re militari. & in l. ſi quis ex argentarijs §.
penult. ff. de edend. & in l. de pupillo. §. ſi quis
ipſi prætori. ff. de noui oper. nunc. & in l. 1. ff.
furti aduerſus nautas, caupones, ſtabularios,
& in l. fin. C. vnde vi. Bald. in auth. quas actio-
nes. C. de ſacroſan. eccle. & in l. fin. § licentia.
C. de iure deliber. & in l. obſeruare. § proficiſ-
ci, ff. de offic. proconſul. Angelus, vterq; Fulgo
ſius, & Iaſon in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. præ-
tor ait. Fridericus de Senis conſ. 118. Caſtrenſis
conſi. 268. & conſ. 326. Alexan. conſi. 64. lib. 1.
Quod in dolo quoque præſumpto fit. l. tutor
qui repertorium. in princ. ff. de adminiſtratio
ne tutorum. Bald. in d. l. In actionibus. ff. de in
4 litem iurando. Sic † maleficium quod proba-
tur per tacitam cōfeſſionem vel præſumptio-
nem, verum maleficium eſſe cenſetur. Bald.
conſ. 193. lib. 2. & lex quoque quæ actum inuali
dumque infirmumque reddit, trahitur ad actum
præſumptum. l. qui ad certum. ff. locati. Hinc
videmus leges prohibentes donationem in-
ter virum & vxorem. gloſſ. in l. ſi donationis.
C de contrahenda emptione. Et leges requirē
tes inſinuationem in donationibus, procede-
re & habere locum in donatione præſumpta.
Bart. in l. 1. ff. de donationibus. l. vltim. C. de iu
re dotium.

CAPVT VIII.

De probatione filiationis probabili, quæ fit per cohabitationem.

SVMMARIA.

1 *Viri & vxoris cohabitatio inſpicitur in probanda filiatione.*
2 *Filius probatur ex eo, quod domi ex vxore & viro cohabitantibus natus.*
3 *Adulterij crimen matri obiectum filio non præiudicat.*
4 *Mulier diu ſterilis, poſt fœcunda, non præiudicat filiationi.*
5 *Filiatio probatur, docto quod concubina domi habitauit.*
6 *Filius eſſe probatur, etiamſi mater poſt ſeptem menſes ab adultero reuerſa pepererit.*
7 *Filius extra domum apud eum quo cū miſceri ſolet, ſi naſcatur, filiationis probationem non infringit.*
8 *Præſumi debet ſemper quod honeſtius.*
9. *Præſumit lex quæ poſſibilia & ſecundum naturam ſunt.*
10 *Filius an eius, cuius faciem refert, eſſe præſumatur.*
11 *Mulier ſtatim à morte viri ad ſecunda vota conuolat, & 10. aut 11. menſe parit, vtrius partus ſit.*
12 *Inſtitutis duobus hæredibus diuerſis teſtamentis, niſi vtrum poſterius conſtiterit, neutrum valet.*
13 *Duobus æqualibus paſſibus metam pro brauio contingentib. denuò currunt.*
14 *Duobus inſimul ad arma prorumpentibus, niſi de prioritate cōſtiterit, neuter violatæ pacis tenebitur.*
15 *Matris atteſtatio dicentis filium non eſſe legitimum, an filio obſit.*
16 *Matris aſſertio filium etiam domi natum, adulterinum, vicinorum fama accedente, an valeat.*
17 *Matrimonium an ex cohabitatione præſumatur.*
18 *Matrimonium præſumitur, ſi duo ſe commiſcentes reperti, vt coniuges hoc facere aſſerunt.*
19 *Liberi nati ex præſumpto per cohabitationem matrimonio, an legitimi.*
20 *Liberi ceſſante cohabitatione, & alijs matrimonij præſumptionibus, an legitimi habeantur.*
Paleotti opinio de præſumpta legitimitate liberorum, refutata.
Probatio in dubio aſſerenti incumbit.

PRimò omnium † in filiatione probanda, 1
viri & vxoris cohabitatio inſpicitur, idq;
ex ſententia Vlpiani, Iuliani, & Scæuolæ: quo-
rum ſententiæ referuntur in l. filium. 6. ff. de
his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Filium eum de
finimus, qui ex viro & vxore eius naſcitur. Et
paulo pòſt: Non tamen ferendum Iulianus
ait, eum qui cum vxore ſua aſſiduè moratus,
nolit filium agnoſcere. In quam cauſam eti-
am Gordianus reſcripſit: Si vicinis inquit, vel
alijs ſcientibus, vxorem liberorum procrean-
dorum cauſa domi habuiſti, & ex eo matri-
monio filia ſuſcepta eſt: quamuis neque nup-
tiales tabulæ, neque ad natam filiam pertinen
tes factæ ſunt, non ideò minus veritas patri-
monij, aut ſuſceptæ filiæ ſuam habet poteſta-
tem. l. ſi vicinis. C. de nupt. Et extat quoque re-
ſcriptum Innocentij III. ſub c. per tuas. ext. de
probationib.

Multa de hac filiationis per cohabitationē
probatione, tradunt interpretes in l. non nu-
dis. 14. C. de probationib. & in l. ſi vicinis ſciē-
tibus. 9. C. de nuptijs. l. non ignorat 9 C. qui ac
cuſare non poſſunt. Iaſon in l. neque profeſ-
ſio. C. de teſtam. Bart. & Bald. in l. filium eum.
ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Bart. in l.
1. §. item per contrarium, ff. de liber. agnoſcen
dis. & in l. ſi quis vxori ff. de adulterijs. Iacob.
Butrigarius in l. quidam. ff. de probationib. &
in l. neque profeſſio. C. de teſtamentis. Bald. in
l. neque natales. & in l. non nudis. C. de proba
tionib. Bart. & Bald. in l. Gallus, in princ. ff. de
liberis & poſthum. Cynus in l. ſi vicinus, C. de
nupt. Bart. & alij in l. ſi poſthumus, 1. §. fin. ff. de
liber. & poſthumis. Iaſon in l. ſi is qui. ff. de v-
ſucap. & in l. 1. ff. de bonorum poſſeſſ. contra
tabulas. Interpretes in d. c. per tuas, extr. de pro
bationib. & in c. Michael, extr. de filijs preſby-
terorum & in c. tanta. extrà, qui filij ſint legiti
mi. Felinus in c. præſentia. & in d. c per tuas,
extr. de probationib. & in c. veniens, de teſtib.
& in c. ſeries. cod. & in c. 1. de ſumma trinita-
tate. & in c. illud, de præſumptionibus. & in c.
tranſmiſſa. extrà, qui filij ſint legitimi. Innoc.
in d. c. Michael. Gulielm. Benedict. in c. Ray-
nutius, in 3. parte. num. 9. extrà, de teſtament.

Bart.

Bart.conſ.17.Barbat.conſ 5.conſ.28. & 58.lib.2
Anchoran.conſ.227.Alex.conſ.2. & 206. vol.
1.& conſ.25.volum.4.Pariſ.conſ. 10. volum.1.
Brunus conſ.15. in conſilijs ſeudalibus. Ioan-
nes Neuizanus in ſylua nuptiali,lib.1.num.85
Boerius deciſ.299.Andr.Alciat.In tract.de præ
ſumpt.reg.3.præſumpt.37.

2 Generalis igitur regula eſt, † is qui ex viro
& vxore domi ſe natum eſſe oſtendit, filium
ſe eſſe ſatis probauit, eoq; argumento ſolo tu-
tus eſt.d.l.filium eum.l.ſi vicinis. d.l.miles.in
§.defuncto.ff de adult.d.c.per tuas.cum ſimil.
Ampliatur & extenditur hæc regula ad eum
quoq; filium, qui natus eſt ex ea muliere quæ
diuertit aliquando à marito: vel aliquo tem-
pore,dum abſuit, corpore quæſtum fecit. idq;
ex Papiniani I.C acutiſſimi ſententia.l.miles.
3 § defuncto.ff.de adul. Nam † non vtiq; crimē
adulterij,quod mulieri obijcitur, infanti præ-
iudicat:cùm poſſit & illa adultera eſſe, & im-
pubes defunctum patrem habuiſſe. Quod Pa-
piniani reſponſum ſequuntur Canonum in-
terpretes in d c.per tuas, & in d.c.tranſmiſſæ.
Bald in rub C de probat & in l.ſi matre.C.de
ſuis & legit.& in l fin.C.de cōmuni ſeruo ma
numiſſo.Angel Peruſ in l ſeptimo menſe.ff.
de ſtatu hom. Paulus Caſtrenſ.in l.3.ff.de libe.
& poſthum.Hippol.in l.1 §.ad quęſtionem ff.
de quæſtionib.Marcus Mantua in l. Francige-
næ,num.4.C.de tranſactionibus. Nicol Boe-
rius deciſ.299.num. 3. Neuizanus in d.ſua ſyl.
ua nupt.lib.1.num.85 Bald.conſ 3.lib. 5. Alex.
conſ.87.lib.3.conſ.157.lib.5. Caſtrenſ. conſ.252.
lib.2.Barbatius conſ.58 lib.4 & conſ.27.libr.1.
Dec conſi.657 Curt.iun.conſ.31.col.2.

4 Secundò obtinet locum † regula noſtra in
muliere, quæ diu ſterilis fuit, & deinde pepe-
rit.Panormitan.Felinus,& alij in d.c per tuas.
Alciat.In d.præſumpt.37. num 8. Rationem
reddit Iuſtinianus ſub auth. de nuptijs. Nam
multos,inquit, vidimus amplius quàm per bi-
ennium non valentes, poſtea potentes effe-
ctos,& intendere liberorum procreationi. Vt
ſcribit Plinius lib 7.cap.13. mulieres aliquas ſe
mel tantùm parere, alias poſt certum tantum
tempus,vt poſt iuuentam: alias ſecundùm va-
rias cæli & ſyderum motus, nunc fœcundas,
nunc prorſus ſteriles reddi.

5 Tertiò extenditur ad eum filium, † qui ex
concubina quæ domi habitauit, natus eſt.glo.
in c. Michael. extrà, de filijs preſbyterorum.
Panorm.& cęteri in d.c.per tuas & in c.tranſ.
miſſæ.Boer.d.deciſ.299.num.2. And.Alcia.d.
præſumpt.37.num.3.

6 Quartò: Regula hæc † de probabili filiatio-
ne,quo ad patrem obtinet in eo quoque filio,
cuius mater duos menſes procul à marito, cū
adultero morata eſt: inde poſt ſeptimum mē-
ſem domum reuerſa, peperit. Licet enim fre-
quentius fœminæ nouem menſibus ferant,
ſeptimo tamen etiam perfectum partum edi,
authoritate Hyppocratis conſtat, l. ſeptimo
menſe. ff. de ſtatu hominum. De hoc partu
qui ſeptimo menſe in lucem prodijt, an ex
marito genitus eſſe cenſeatur, eruditè & diffu
sè diſputat Andreas Tyraquellus, multorum
medicorum aliorumq; authoritates adducēs
in l.ſi quando, circa finem. C. de reuocandis
donationibus.

Quintò: Regula noſtra adeò vera eſt, † quā- 7
uis mulier non in mariti ædibus, ſed apud ali-
um, cum quo commiſceri ſolebat, puerum
peperiſſet. Si tamen eo in loco non inuito vi-
ro habitaſſet, maritoque ad eam liber quocun
que tempore aditus pateret, etiam iuſtus ille
filius exiſtimabitur.Barbatius conſ.58.volum.
2.Dec conſ.67. Communis itaque concluſio
eſt, quandiu partus ex marito concipi potuit,
nunquam ex adulterino coitu ſuſceptum fu-
iſſe dicendum eſt. Panormitan. in c. officij, de
pœnitentia & remiſſione.d.l. miles. §. defun-
cto niſi peritorum quis adhibere malit conſi-
lium Interpretes in d. l. Gallus, in principio.
Gulielm. in d.c.Raynutius, in verb.& filium,
num.16.

Ratio verò huius rei † duplex reddi poteſt. 8
vna quidem ciuilis, quę fauorem matrimonij
eiusq; honeſtatem conſiderat: cùm in dubio
quod honeſtius eſt, ſemper conijci præſumiq;
debeat.Panorm.in c intelleximus. extr. de a-
dult.Et vt Bald.dicebat, ſemper præſumendū
eſt poſſibile honeſtum, quàm poſſibile inho-
neſtum. Altera naturalis: hæc & diuturniorē
cohabitationem, & frequentiorē concubitum
reſpicit. Præſumitur enim illius potius filius,
qui ſemper concubuit cum vxore, quàm eius
qui adulterino furtiuoq; vſus eſt amore. Dec.
in d.c.per tuas.glo.in d.c.Michael.

EXCEPTIONES.

Probatio per cohabitationem probabilis
eſt non neceſſaria. Videndum iam eſt, aliqui-
busne præſumptionib⁹ hæc ſuperari, & aliter
ſe rem neceſſariò habere, demonſtrari poſſit.

Affert Vlpianus tria exempla cōtrariarum
præſumptionum, quibus facilè partus adulte-
rinus fuiſſe deprahenditur.

Primò: Si maritus abſuit per decennium,
reuerſus, anniculum inuenit in domo ſua: in-
dubitatum ſanè eſt hunc non eſſe mariti filiū.

Secundò: Si conſtet maritum aliquandiu
cum vxore non concubuiſſe, infirmitate vel
alia cauſa interueniente: vel ſi ea valetudi-
ne paterfamilias fuit, vt generare non poſſet,
hic qui in domo natus eſt, licet vicinis ſcienti
bus, filius non eſt.d l.filium. Ratio eſt: Nam † 9
lex ea ſolùm præſumit, quæ poſſibilia ſunt, &
ſecundùm naturam.l.ſi is qui pro emptore.&
ibi Bart.col.4. ff.de vſuca.l.ſi paterfamilias.15.
§.in arrogationib. ff.de adopt. Vide Panorm.

Felin.& alios in d.c. pet tuas. num. 3. Boerius deciſ.299. & Interpretes lu d l. filium. & Gallus in princ. ff. de liberis & poſthum. Alexan. conſ.78. num.7.& 9. volum.7. Pariſ. conſi. 10. num.36.& 78. volum.2.

Tertiam exceptionem adfert Andr.Barba. in c.in præſentia, num.98. extr. de probatio. & Hyppolitus ſingul.510. quando ſcilicet mater commiſceri ſolita eſt, & filius claudus, cæcus, vel membris mutilus naſcitur. Quæ limitatio reijcienda ac repudianda eſt, cùm nulla medicorum ratione iuuetur, quemadmodum tradit quoq; Didac.Couar. libr. 4. Decretal. in 2. parte, c.8.§.3. num.8.

10 Oritur circa hanc limitationem quæſtio:† An ex eo quod filius refert aliquem, præſumi poſſit, eius hunc filium eſſe: & ſanè hoc caſu quotidiana exempla oſtendunt, & comprobant, rarius nihil eſſe, quàm filios parentum faciem referre. Et ſolet inter extraneos nõ ſolùm faciei, ſed morum ſimilitudo maior reperiti. Valerius Maximus li.9. inter multa exempla hoc de Pompeio refert: Vibium & Publicium adeò ipſi ſimiles fuiſſe, vt permutato ſtatu, & Pompeius in illis, & illi in Pompeio ſalutari potuerint. Ac ſimile exemplum à D. Hieronymo ſuper quæſtionibus in Geneſim relatum eſt: Mulier eò quod parenti diſſimilẽ peperiſſet filium, adulterij accuſata fuit: re ad Hippocratem delata, monuit Hippocrates, vt inquirerẽt, an in camera pictura talis eſſet: qua inuenta, & mulier adulterij ſuſpicione exempta liberataq; eſt. Refert aliud exemplũ Quintilianus, de ea quę Aethiopem pepererat: & recenſentur ſimilia à D. Auguſtino in lib.5. contra Iulianum, & in lib.11. de ciuitate Dei. Ex ſimilitudine igitur, vel diſſimilitudine filiatio minimè probari, vel negari poteſt. Eius autẽ rei cauſæ plurimæ adferri poſſunt, quę ex Phyſicis petendę ſunt doctrinis. Declarat ingenioſè hanc quęſtionem Gulielmus Benedictus in d.c. Raynutius, & Fortunius Garzia in d.l. Gallus, in princip. nume. 118. ff. de liberis & poſthumis.

Quæſtiones vel dubitationes.

QVAESTIO I.

Oritur iam inſignis vſitataq; quęſtio: Quid
11 ſi † mulier mortuo marito, ad ſecundas nuptias intra breue ab obitu viri tempus trãſeat, ac nono, vel decimo, vel vndecimo mẽſe partum edat, ex primo ne an ſecundo conceptus exiſtimabitur marito, cùm poſſibile ſit ex vtroque eum partum concipi potuiſſe.

Hoc caſu multi doctiſſimi viri exiſtimarũt neutrius eſſe, neutrique ſuccedere. Iacobus de Rauen. & Cynus in l. vulgò, ff. de ſtatu hominum Alberic. latè in L. Arethuſa. colum 2. ff. eod. & in rubr. C. de naturalibus liberis. Dyn. in l.3.§ ſi duobus. ff. de adimendis legatis. Iacobus de Belloviſ. in diſput. Berta contraxit matrimonium Bald.& Angel in l. liberorum.§. 1. ff. de his qui notantur infam. Bald. in l. ſi matre. C. de ſuis & legit. Angel in l. duo ſunt Titij, ff. de teſtamen. tutel. Franciſ. Areti. in l. Gallus. in princ. ff. de liber.& poſthumis. Pro confirmatione huius opinionis, multa adduci poſſunt.

Primò: Reſponſum Iureconſulti in l. ſi fuerit. ff. de reb. dub. vbi ſi fuerit legatum vni ex cognatis, qui primus capitolium aſcenderit, ſi ſimul aſcendiſſe dicãtur, nec apparet quis prior, legatum impeditur.

Secundò, in argumentum eſſe poteſt, quod ſimiliter Iureconſultus reſpondit, in l. cùm ex pluribus. ff. de manumiſſis teſtamento: ſi legatum ſit maiori natu, & ignoretur quis maior natu ſit, neutri legatum debebitur. Sic ſi duo ſunt Titij, & Titio relictus ſit tutor, nec appareat de quo ſenſerit teſtator, nullius tutor erit. l. duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tutel. Sic quoque pluribus exiſtentibus liberis, exhæredatio, nomine non expreſſo, in vnum facta, veluti, filium meum exhæredem facio, corruit l. nominatim. de liber.& poſthum. quod non modò in exhæredatione tanquam odioſa obtinet, ſed in inſtitutione, quæ fauorabilis eſt. l. in tẽpus. §. quoties. ff. de hæred. inſtit & in legatis. l. quoties verſi. ſi verò ff. de vſufruct Huc referri poſſunt multa alia I.C. reſponſa ſub l. ſi quis ita. § ſi duobus ff de adimendis legatis l. qui plures. ff. de vſu & vſufructu legato. l. qui ſoluendo, cum l. ſequen ff. de hæred. inſtit. l. cùm duo, ff. de in diem addictione. l. ſi duobus. § vltim. ff quibus modis vſusfruct. amittatur. l. idẽ Pomponius, §. vltim. ff. de rei vendicatione l. quæſitum § ſi quis eod. ff de fundo inſtruct. l. 1. §. apud Iulianum ff depoſiti l. veteribus. ff. de pactis. l. in tradendis. ff. communia prędiorum. l ſcient. §. cùm ſtramenta ff. ad leg. Aquiliam l. adhuc ff. de vſufructu. l. ſed et ſi de ſuã. l. cùm falſum l. eum qui duobus, in prin. ff de acquiren. hæred. Huc referri poſſunt multa ſimilia ab interpretibus tradita: veluti, ſi duo te-
ſtamenta † vnius diei, in quibus ſunt inſtituti 12
diuerſi hæredes, nec appareat, quod ſit prius, quod poſterius teſtamentum, neuter hæredũ ſuccedet, ſi vel cum tertio, vel inter ſe contendant. Gloſſ. Odofred. Cyn. Alberic. Angel. Salic Raph. Paul. Caſtr. Corn. & Iaſ. in l. vlt. C. de edicto D. Adriani tollen. Gloſ. Alberic. & Bartol. in l. 1. §. non autem. ff. de bon. poſſeſ. ſecundùm tab. Cynus in l. hac conſultiſſima. § quis autem. C. de teſtamentis Bald. Angel. Imol & Aret. in l. eum qui duobus ff de acquir. hæred. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 387.

Idem dicendum eſt, ſi duæ diuerſæ ſententię eiuſdem diei reperiantur, nec appareat quę ſit prior, quæ poſterior, neutrã earum valere. Baldus

Baldus in l.1. C.quando prouocare non eſt ne
13 ceſſe. Et vulgata eſt aliàs traditio: Si duo † ad
metam pro brauio vel pro præmio conſequē
do currāt, ſi paſſibus æqualibus attigerint me-
tam, denuò currere debere, vel ſolos, vel cum
alijs. quod & in ludo obſeruatur. Alberic. in
proœmio Digeſtorum. & in l.ſi fuerit.ff.de re
bus dubijs. Bald. & Imola in l.ex duobus.ff.de
vulgari & pupillari. Alex.in l qui filiabus. §. 1.
ff.de legat.1.& in l.cùm duo.& de in diem ad-
dictione. Benedictus in d.c.Raynutius.& paſ-
ſim alij alibi.

Inde traditum quoque eſt, ſi quis vita fun-
cturus, ſub duabus parochijs ædes habuerit, &
generali vocabulo parochiali eccleſiæ legaue
rit, nec addat cui, diuæne Mariæ, an Annæ, v-
tramque legato carere debere, Cyn.& Petr.de
Bellaper.in l.1.C.de ſacroſan.eccl.per d. l.duo
ſunt Titij. Anchoran.in c.relatum col. vlt ex-
trà, de teſtam Ioan.Andr.& alij in d.c.cū quis.
§.cùm ab eo.de ſepult.lib.6.

14 Huc pertinet id quoque: Duo † inter quos
inimicitiæ capitales fuerant, pace firmata, de-
nuò ad arma peruenerunt, ea celeritate, vt qs
prior arma tractare cœperit, ignoretur: quæ-
ſtionis fuit, quis de pace fracta, violataq́; accu-
ſari poſſit? Communi aſſenſu traditum eſt,
neutrum accuſari poſſe, Bart.in l.1. §.cùm arie
tes. ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.
& in l.ſi ſeruum.§.ſi ſequitur ff de verb.oblig.
& in l.cùm pater §.libertis & ibi Imola, ff. de
legat.2.Bald.Imola, & Roman.in l.ſemel mo
ra. ff. ſolut. matrimon. Baldus in l. vt vim.in
fin.ff.de iuſtitia & iure.& in l.qui fidem.& ibi
Caſtrenſis. ff. de tranſactionibus. & In l. cùm
proponas, & ibi Salic.& Raphael Fulgo. C.de
pactis. Panorm.in c.1.de treuga & pace.Corn.
conſ.51.lib.1.

QVAESTIO II.

15 Quæſtio † ſecunda eſſe poteſt de inficiatio
ne parentum, qui filium non ſuum, vel adul-
terinum eſſe dicùnt, horum inficiationi fides
ne adhibenda ſit. Veluti mulier grauida, repu-
diata filium enixa abſente marito, ſpurium
in actis profeſſa eſt. Quæſitum eſt, an is in po-
teſtate patris ſit: & matre mortua inteſtata, iuſ
ſu eius hæreditatem adire poſſit, nec obſit pro
feſſio à matre irata facta? Reſpondit Scæuola,
veritati locum fore, nihilq́; profeſſionem fi-
lio nocituram. l.Imperatores. 29.ff.de probat.
adfert huius rei exemplum Bart. de quodam
Rege, is ſucceſſerat tāquam filius in regnum:
mater deinde moriens, non regis eum, ſed mi
litis filium eſſe dicebat: quæſtionis fuit, Reg-
none cedere debeat? Reſponſum eſt, nec ma-
tris aſſertionem recipiendam, nec regno pel-
lendum. Bart.in d. l. filium. de hac quæſtione
vide gl.in l.ſi poſthumus.in §.fin. & ibi Inter-
pretes.ff.de lib.& poſthum.& in d.l.filium.&
in l.fin. ff. de Carbon. edicto & in c.per tuas.
& ibi Panorm.num.4.extrà, de probat. Alex.
in l.nec poſſeſſio.C.de teſtamentis. Andr.Al-
ciat.in d.præſumpt.37.nume.6. Boerius deciſi.
299.nume. 6. Marcus Mantua, apoptheg.100.
Iaſon in d.l.Gallus. num.66. Neguzantius in
ſylua nupt.lib.1.num.86. Pariſ.conſi.10.nu.14.
lib.2.Ruin.conſ.81.num.17.vol.3.

QVAESTIO III.

Ex hac oritur quæſtio tertia, priore quidē
magis ambigua. Filius † domi natus eſt ex adul 16
terio tamē eū conceptū eſſe mater adſeuerat:
accedit aſſeuerationi huic vicinia, & hominū
fama: quæſtionis eſt, aſſertioni matris creden-
dum, an aduerſandum ſit? Quæſtionem hanc
multi in dubium vocarunt, & in eam ferè par
tem tandem inclinarunt, vt matris aſſertio &
& præſumptiones aliæ, contra filium apud ip
ſos præualerent. Bald.in d.l.filium. Caſtr.con-
ſi.175.colum.fin. Alex.conſ.88. volum.7.ex ra-
tione quod matris teſtimonio plurimum tri-
buendum ſit, & quòd veriſimile non putetur
illam iam infamem adulterij notam, citra ve
ritatem, ſponte ſubituram fuiſſe. Generaliter
enim quotiens contra filium matris aſſertio
coniungitur cum contrarijs obſequijs, aut ap-
pellatione, aut communi fama opinioneq́ue
ſola matrimonij præſumptio in fauorem fili-
orum infirmatur. Corn.conſ.1.vol.3. Alex. d.
conſ.88. Alciat.reg.3.præſump.37.num.9.& 10.
Gozadinus conſ.12. num.22.25.

Ab his tamen omnibus non ſine ratione
diſcedit Palæottus propter generalem Vlpia-
ni regulam ſub d. l. filium. qua tradit filium
eum eſſe, qui ex vxore & viro naſcitur: nec fe-
rendum qui cum vxore ſua aſſiduè moratus
ſit, & filium nolit agnoſcere: deinde, quia pa-
rentum teſtimonium prodeſſe tantùm, non
obeſſe filijs poſſit. l.1.§.ſi quis.& ibi gl.ff.ad Car
bonianum. Prætcrea quod matrimonij præ-
ſumptio, nedum famam, ſed & omnes ſupe-
ret coniecturas. Panorm.in c.tranſmiſſæ, ext.
qui filij ſint legitimi. Deniq; quod pro matri-
monio ſemper ſit iudicandum: cui opinioni
eo facilius accedo, cùm aliàs alleganti propri-
am turpitudinem, minimè fides adhibeatur.

QVAESTIO IV.

An matrimonium ex cohabitatione præſumatur.

In hac quæſtione † pontificium ius à ciuili 17
diſcrepat. Modeſtinus l. C. cohabitationem
ſufficere putat: in liberæ, inquit, mulieris con-
ſuetudine, non concubinatus, ſed nuptiæ intel
ligendæ ſunt, ſi non corpore quæſtum fecerit,
l.24.ff.de ritu nupt. Diuerſum Euchariſtus pō
tifex reſcripſit, ac præſumpta matrimonia per
cohabitationem, adulteria, vel ſtupra, vel con
tubernia, vel fornicationes vocat. c.aliter. 30.

q.5 Cuius quidem diuerſitatis ratio eſt, quòd ius ciuile plurimùm matrimonio fauet, ideo. que leuibus quibuſdam multum tribuit coniecturis.

Pontificium verò ius non modò à peccato homines coercere, ſed ab omni quoque ſuſpicione peccati alienos reddere, ac conſeruare conatur. Quare quemadmodum ciuile leuibus coniecturis matrimonium iuuat ac confirmat, ita illud niſi omnia ſint ritè peracta, adhibitaq; ſolennia, facile irritum id ac inefficax facit, & omnia in deteriorem partem conijcit, niſi certiſſima extent argumenta ac indicia, quibus ex cohabitatione matrimonium conijci poſſit, c. illud. extr. de præſumpt. veluti, ſi diu cohabitauerint, ſi ſe coniuges nominauerint. l. vlt. ff. de probatio. c. dicat aliquis, 32. quæſt. 4. item, ſi maritus donationem propter nuptias ei fecerit, l. ſi mulier. §. eius nomine. ff. de iure dot. Si vicinia pro viro & vxore eos habuerit, & decennium lapſum ſit. d. c. illud. & ibi Panorm. Quo fit, vt qui clam matrimonium contraxerunt, ſi id deinde publicauerint, ab eccleſia recipiantur, tanquam ab initio contraxiſſent. c. 2. ext. de clandeſt. deſpōſ. Vnde Panorm. tradit regulam: De matrimonio occulto non iudicat eccleſia: approbat tamen illud, ſi id publicare voluerint, & ſic nudæ aſſertioni ipſorum fides adhibetur. arg. gl. in l. penul. C. de fideiuſſorib. Inde quoq; Gregorius IX. reſcripſit: Sponſalia de futuro in matrimonium tranſire, illudq; præſumptum matrimonium irritum facere ſecundum in facie Eccleſiæ contractum, licet hanc cognouerit. c. is qui fidem, extr. de ſponſal.

Ampliatio: hoc verò ita accipiendum eſt, modò talis exiſtat ipſorum vitæ coniunctio, ex qua cōiugium conijci præſumiq; poſſit, ne vel turpitudo, vel perſonę diſparitas, vel denique aliæ haud obſcuræ coniecturæ diuerſum præſumere ſuadeant, quod ex Modeſtini verbis facilè colligitur. In liberæ, inquit, mulieris conſuetudine, non concubinatus, ſed nuptiæ intelligēdæ ſunt. Quid ſi nunc ingenuè natus, cum obſcura, aut quæ corpore quæſtum fecit, cohabitet? Sanè in aperto eſt, ex cohabitatione matrimonium minimè conijci. Quapropter † cùm quidam ſimul rem habere deprehē-
18 ſi eſſent, & ipſi ſe tanquam coniuges id negotium ſimul habuiſſe affirmarent, à multis reſponſum, traditumq; eſt, crimen id dilutum & purgatum, ac ipſorum aſſertioni ſtandum eſſe. gl. & Bald in l. penult. C. de fideiuſſ. Bart. in l. 1. C. de confeſſ. Alex conſi. 1. col. 5. in 3. vol Cępolla cautela 42. Lanfran. in d. c. quoniam cōtra. § confeſſiones. num. 7.

Qua in re Baldus alia inſuper perpendēda eſſe reſcribit, quibus matrimonium à fornicatione dignoſci ſolet: cùm aliàs adulterij leges eludere, facilè ac crimen à ſe remouere, pœnā deniq; euitare ac effugere queant. Cui opinioni Baldi doctiſſimus vir Gabriel Palæottus in tract. de ſpurijs & nothis, ſe opponit. Præſupponendum enim ait haſce perſonas honeſtas eſſe, & tales quæ ſi citra matrimonij vinculum ſimul congrediantur, iure poſſint ſtupri nomine condemnari. Quare ſi vterq; aſſerat matrimonium, non alias cōiecturas eſſe perquirendas inueſtigandasq;: cùm vtriuſq; confeſſio, cuicunq; præualeret excuſationi, per ea quæ tradit Decius in rub. de probat. & Panor. in d. c. is qui fidem. Addit rationem ex traditis Alexandri, Decijque in l. ſi donatione, nu. 18. & 19. C. de collatio. Nam cùm materia hæc ſit permiſſa, vt matrimonium, prout ipſi fatētur, ſubſiſtat, partium aſſertioni procul dubio hærendum eſt, prẹſertim vt delicti ſuſpicio euitetur: quemadmodum quoq; liberi ante verum coniugij conſenſum, ſuſcepti per ſubſequentem conſenſum, legitimè nati cēſentur: & is conſenſus ad initia conſuetudinis retrò trahitur. c. tanta, ext. qui filij ſint legit. Quibus accedit, quod cùm in latenti ſit, matrimoniū inter eos exiſtat necne, ſatius exiſtimetur nocentem abſoluere, quàm innocentem condēnare, l. abſentem. ff. de pœnis. concurrentibus inſuper multis, nem; è fauore matrimonij, præſumptione euitandi criminis, & vtriuſq; confeſſione: denique quòd in animo colligēdo, aſſertioni ipſorum fides in primis danda, habendaq; ſit. Iaſ. in l. admonendi, num. 310. ff. de iureiurand. & in §. ſed iſtæ, num. 90. Inſtit. de actionibus.

Quæſtio V. ex præcedenti naſcitur.

Cùm † pontificum iure clandeſtinæ coha- 19
bitationes, pro adulterijs, vel cōtubernijs, vel ſtupris, vel fornicationibus habeantur. d. c. aliter. an liberi ex præſumpto per cohabitationē matrimonio, nati, legitimi putentur. Vulgata & certa ſententia eſt, radice infecta, arborem quoq; infici: ſublatoq; fundamento, omne id quod ſuperædificatum eſt, collabi oportere. Cùm itaq; in dubio, coniunctio viri & vxoris à canone habeatur pro fornicaria, adulterina: In aperto videbatur eſſe, liberos quoq; ex eiuſmodi coniunctione dubia natos, legitimos non eſſe, pariq; in re cum parentibus vti debere. Verùm diuerſitas rationis legem ipſam reformat, vt vulgò dicitur: hoc eſt, aliter de matrimonio ipſo, aliter de filijs ſentiendum eſt. Canones quidem cohabitationes haſce dubias fornicationibus exæquant, & pares faciūt, vt homines qui ad peccādum procliues ſunt, & ſua ſponte eò delabuntur, non modò à peccato cohibeant: ſed ab omni inſuper ſuſpicione alienos, immunesq; reddant. Quæ ſanè ratio ad liberos qui omni fauore digni ſunt, nō pertinet. Quare nati ex duobus, qui cohabitarunt, qui ſe cōiuges mutuò vocarunt, aut alia

quæuis coniectura leuis pro matrimonio extat, licet cohabitatio hæc improbetur, pro legitimis tamen nihilôminus habentur. Panormit. in d.c. lator, num. 6. Pariſ. conſ. 13. num. 23. vol. 2. Dec. conſ. 153. nume. 3. Quod etiam in alijs fit negotijs. Sic is qui curiæ oblatus eſt, legitimus ratione parentum, non agnatorum efficitur, l. communium. C. de naturalib. liber. Sic principis reſcripto, quis quoad aliquas perſonas emancipari, ad alias in priſtino ſtatu relinqui poteſt. l. ſi ab eo. C. de legit. hæred. Et multa alia extant in iure exempla, vbi eadem res diuerſos parit effectus. Liberi itaq; ex cohabitatione, in qua parentes ſe coniuges vocauerunt. & aliæ acceſſerunt coniecturæ, nati, in ipſorum fauorem legitimi cenſentur: parentum verò cauſa, reuoluto mantello (vt Accurſius ait) illegitimi eſſe exiſtimantur.

QVAESTIO VI.

Sexta quæſtio ex præcedenti iterum ſe of-
20 fert: Quid † ſi nihil de cohabitatione conſtet, neque aliquæ adſint coniecturæ, legitimi ne nihilominus, an illegitimi dicendi erunt?

Palæotti opinio repræhenſa.

Variatum eſt ſententijs: Quidam in dubio, quemlibet legitimis eſſe ortum natalibus arbitrantur: quam opinionem inter cæteros nouiſſimè Palæottus grauiter & acutè tuetur. Nituntur autem præſumptione in primis. Nam vt neceſſarium ſit quemlibet ex coitu naſci, ita certum eſt, aut licitum, aut illicitum concubitum fuiſſe. In dubio autem actu, qui coniecturis dirimendus eſt, quarum vna delictum importat, altera excludit, eligenda ſemper ea potius eſt, quæ vitio caret, & crimine. Bart. in l. non ſolùm. §. ſed vt. ff. de noui oper. nunciat. inde filius eius vxoris, quę alijs copiam ſui in matrimonio fecit, mariti potius, quàm adulteri eſſe cenſetur. l. miles. §. defuncto. ff. de adult. Quemadmodum idem iudicatur de cohabitatione diuturna, vt modò dictum eſt. & tradit Panorm. in c. lator. num 6. extr. qui filij ſint legitimi. Alciat. regula 2. præſumpt. 2. Præterea humanitatis & æquitatis ratio exigit, benè de hominibus iudicare. Cum itaque illegitimum eſſe, nota ſit, quæ infamiam irrogat, omninò illiberale, & communibus iuris regulis aduerſans erit, ſiniſtrè de homine cauſa incognita iudicare. l. meritò. ff. pro ſoc.

Alij præſumptioni non poſſe locum fieri affirmant, cùm ea quæ facti ſint, in dubio non præſumantur. arg. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis & poſtliminio reuerſis. Huius opinionis princeps eſt Bart. conſ. 42. quem ſequitur Iaſ. in l. poſt dotem. nume. 4. ff. ſoluto matrimonio, Alciat. regula 2. præſumpt. 2. Corne. conſ. 68. volum. 1.

Tertij ad communes iuris regulas confugiunt, eiq; probationem incumbere volunt, qui eorum alterum affirmat, l. ab ea. l. ei qui. ff. de probat. argum. l. Titia. ff. ſolut. matrimonio. l. ſi vxorem. C de condict. indebiti. l. cùm te. C. de probat. l. ſi minorem. C. de reſtitut. in integrum.

Hæc controuerſia eò difficilius dirimi poteſt, quominus nihil nec de cohabitatiõe, nec de alijs cõiecturis, indicijsve cõſtat. Exiſtimarem itaq; hoc caſu minimè præſumptioni locum fieri debere, cùm ea multorum ſæpè ſit nequitia & improbitas, vt adipiſcendarũ hæreditatum cauſa, filios ſe mentiantur, ac effin-
gant. Putarem igitur † probatione controuer 21
ſiam dirimendam, illamq; ei incumbere probationẽ, qui eorum alterum aſſerit, quod tradidit Cumanus in l. ſed ſi. ff. de acquir. hæred. Dec. in l. ſi emancipati. C. de collat. Corn. conſi. 208. in 3. volu. Licet enim propter honeſtatem & fauorem cauſę iuuetur pręſumptione, vt legitimus cenſeatur: id tamen verum eſt, quando ſimul morati ſunt, vel alia extant quantumuis leuia indicia ex quibus matrimonium conijci poſſit, & colligi, & per quæ quis in quaſi poſſeſſione filiationis conſtituitur. Confundit igitur ſe Palæottus, dum ea quæ ex cohabitatione, alijsque indicijs pro matrimonio faciunt, ad incertum dubiumq; concubitum transfert. Et eliditur præſumptio hæc altera fortiori. Nec aduerſatur, ſi obijciatur, quẽlibet præſumi bonum, niſi malus probetur: & ideò præſumptioni nequitiæ vel improbitatis, qua ſe filium fortaſſis mentitur, locum nõ dandum, arg. l. omnimodò. C. de inoffic. teſtamen. l. cùm quidam. ff. de leg. 3. l. meritò. ff. pro ſocio. c. dudum. extrà de præſumpt. Quia accidens naturę, vt vulgò dicitur, remouet effectũ præſumptionis naturę: & ideò ex tempore naturæ contrarij ſemper iudicatur, quemadmodum tradit Dynus in c. qui ſemel, de regulis iuris. lib. 6.

CAPVT IX.

De probatione coniecturali, qua quis filius eſſe colligitur.

SVMMARIA.

1 *Filiatio probatur ex educatione parentum.*
2 *Argumentum à ſolito & conſueto validum.*
3 *Paterna tractatio filij, facit parentes contra filiationem nõ audiri.*
4 *Nominatione ſola filij, filiatio non probatur.*
5 *Nominationi filij, ſi educatio acceſſerit, filiatio probatur.*
6 *Patris in iudicio confeſſio, aut aliàs ſtudioſa filij appellatio, filiationem probat.*
7 *Filij nomen ſæpius & multo tempore à patre prolatum, filiationem probat.*
8 *Profeſſio parentum apud acta, inducit filiationis præſumptionem.*
9 *Scriptura eius, cuius quis filius dicitur, filiationis præſumptionem inducit.*

10 Filius, in libro teſtatoris etiam manu alterius deſcriptus, teſtatoris filius dicitur.
11 Pater naturalem filium, legitimum apud acta priuata ſcriptura tribus teſtibus ſubſcripta nominans, hæredem facit.
12 Fama vicinia, an & quando probetur filiatio.
13 Fama in leuioribus, ſemiplenam inducit probationem.
14 Veritas vbi difficilè eruitur, ad veriſimilia recurritur.
15 Nobilitas & virtus ſola fama fidem merentur.
16 Fama ad impedienda matrimonia fidem habet.
17 Mors hominis vbi dubia fama attenditur.
18 Clericus rumore vulgari diffamatus, probatione contraria ſe purgare debet.
19 In probanda mala fide fama attenditur.
20 Fama plenè probat in antiquis hominum memoriam excedentibus.
21 Probationes leuiores in antiquis ſufficiunt.
22 Beneficij collatio per famam probatur.
23 Excommunicatio per famam probatur.

PRima in hoc genere probatio ea eſt, quæ
ex educatione conijcitur. Nam in beſtijs
vim naturæ ineſſe videmus, vt in fœtu & edu-
catione liberorum laborem quam maximũ
ponant, magis hominibus hæc cura præcipua
eſt, ac prima: qui quãtum reliquis rebus beſti-
as ſuperant, tantum amore & ſ gyĩ in prolem
1 eos antecedunt. Exiſtimarunt itaque † ſi nihil
de natalibus certi adſit, conſtet autem quem
vt filium educatum, tractatumq; eſſe, ſuffice-
re hoc ad filium, in quaſi poſſeſſione conſti-
tuendum. Non enim facilè credẽdum eſt, in-
quit Vlpianus, ſubiectam eam eſſe, quam am-
bo parentes dicuntur charam filiam eam ha-
buiſſe, l. 1. §. ad quæſtionem. ff. de quæſtionib.
Huc pertinet id quod Modeſtinus ſcripſit lib.
2. Reſponſorum, ſub l. quidam quaſi. ff. de pro
bationib. Caius quidam Titium quaſi ex vxo-
re ſua ſuſceptum pro filio habuit, is Titius hæ-
reditatem inuaſit, & fideicommiſſa, quaſi ex
mandato defuncti, fratribus Caij ſoluit, & cau
tiones accepit: deinde mota eſt ei quæſtio,
quòd filius fratris non fuiſſet. quæſitum eſt, an
cum eo de hæreditate fratris poſſent propter
emiſſam ab eis manum, vel datam cautiõem
agere. Reſpondit Modeſtin. cautione exoluti
fideicommiſſi ſtatum eius, qui probari poſſet,
à fratribus defuncti filius non eſſe, minimè
confirmatum eſſe: ſed hoc ipſum tamen
à fratribus probari debere. Inde communi
interpretum aſſenſu pro regula traditur, fi-
liationem probari ex officijs paternis filio
præſtitis, nempe educatione, alijsque tracta-
tionibus quæ affectionem paternã declarant.
Quibus probatis filium in quaſi poſſeſſione e-
ius iuris conſtitui, & filium eſſe præſumi. Bart.
in l. filium quem. ff. de his qui ſunt ſui vel alie.
iur. & in d. l. quidam quaſi. & ibi Iacobin. de S.
Georgio. ff. de probationibus & in l. 2 ff. de li-
beris agnoſcendis. & in l. 1. §. ad quæſtionem.
ff. de quæſtionibus. & in l. 1. in princ. C. quo-
rum bonorum. Iaſon in l. nec profeſſio. C. de
teſtamentis. Interpretes in l. non nudis. C. de
probat. gloſſ. Anton. de Butrig. Panormitan.
Felin. in c. ex tranſmiſſa. extr. qui filij ſint legi-
timi. & in c. per tuas, extr. de probatio. & in c.
Michael. extr. de filijs presbyterorum. Ludoui
cus de Sardis in tractatu de Naturalib. liberis.
in §. de filiatione. Alexan. conſ. 150. lib. 5. Pariſ.
conſi. 10 lib. 2. Corn. conſi. 78. num. 4. vol. 3.

Exempla harum coniecturarum, quæ ex e-
ducatione, tractationeq; paterna colliguntur,
traduntur ab Interpretibus in d. c. per tuas. &
in d. c. ex tranſmiſſa. Inter cætera hoc ſingula-
re eſt. Teſtator Titio centum legauit, & adie-
cit: Ne amplius quid è bonis eius peteret. Hæc
clauſula, quia non ſolet addi, niſi quando no-
bis res cum filijs eſt: aut ijs ſaltem perſonis,
quibus legitima debetur: veriſimili rei eũ pro
filio à teſtatore habitum fuiſſe, oſtendit. Va-
let enim † argumentum à ſolitis, & his quę cõ 2
muniter fieri conſueuerunt, l. quod ſi nolit. 31.
§. qui mancipia. ff. de ædil. edict. l. certi condi-
ctio. 9. §. ſi nummos. ff. ſi cert. pet. Ange. conſi.
207. Socin. conſ. 94. col 3. lib. 1. & conſi. 53. in-
cip. viſo inſtrumento. lib 4. Nam clauſulæ in-
ſolitæ ſi apponantur, inſtrumentum ſuſpectũ
ſemper reddunt. Accurſ. in l. quæ ſub conditi-
one. 8. ff. de condit. inſt. Ange. in rub. de excep-
tionib. Iaſ. in l. teſtamenta. C. de teſtamen. per
l. vltim. In verb. ſignum quod ſolitum. C. de
aſſeſſorib. Et Notarius quoque præſumitur ea
teſtamento inſeruiſſe, quæ teſtatoris volunta-
tem declarant ac oſtendunt. Bart. in l. ſi quis
filiabus. 5. ff. de teſtamentaria tutela. Caſtr. in l.
errore. 7. C. de teſtament. & plurima colligit
ac cumulat Iaſ. in l. ſi poſt diuiſionem. 4. C. de
iuris & facti ignor. & in l. 1. in princ. ff. de noui
oper. nunciat.

Ampliatio: tractatio † paterna filiationem 3
ita probat, vt parentes contrarium adſerentes
minimè audiantur. Panorm. in d. c. tranſmiſ-
ſæ. num. 4. Bald. in l. non ignorat. C. qui accuſ.
non poſſunt. Ang. in l. vxorem. 29. ff. de manu
miſſis teſtam. Argumento eſſe poteſt vulgatũ
exemplum de filio Regis, quem deinde mili-
ris filium mater profitebatur: de quo Iacobus
de Arena, & Bart. in d. l. filium. gloſſ. in l. 1. §. ſi
mulier. & §. idem per contrarium. ff. de liber.
agnoſcend. Bartol. & Bald. in l. Gallus, in fine
principij. ff. de liber. & poſthum. gloſſ. in c. per
tuas. extr. qui filij ſint legit. Bald. in l. non nu-
dis. C. de probat.

Secunda coniecturalis probatio.

Secunda coniecturalis probatio colligitur 4
ex nominatione, quando parẽtes aliquem vt
filium appellarunt. Quæ ſanè præſumptio, ſi
nullis adminiculis iuuetur, & ſola ſit, in extra-
neo ſatis debilis ac infirma eſt. Videtur enim
verba eblandiendi animo dicta, vt ferè ſenes
iuniores filios appellare ſolent: & eos qui inti
ma amicitia iũcti nobis ſunt, fratres nomina-
mus.

mus. Et hoc eſt quod Diocletia. & Maximianus bis reſcripſerunt: Non epiſtolis neceſſitudo conſanguinitatis, ſed natalibus, vel adoptionis ſolennitate coniungitur: & nõ nudis aſſeuerationibus, nec emẽtita profeſſione, licet vtrique conſentiãt, ſed matrimonio legitimo concepti, vel adoptione ſolenni filij, ciuili iure patri cõſtituuntur, l. nõ epiſtolis in l. ſeq C. de proba. Huc pertinet id quoq; quod Marcellus ſcripſit: Qui frater non eſt, ſed fraterna charitate diligitur, rectè cum ſuo nomine, ſub appellatione fratris hæres inſtituitur, l. nemo 58. ff. de hæred. inſt. Vnde cõmuni aſſenſu traditũ receptumq; fuit, nominationẽ ſolam, nullis alijs accedẽtibus Indicijs, quibus paterni poſſint percipi & patẽre affectus, nullas prorſus vires, nullumq; in probãdo robur habere. Qui enim filiũ nõ alit, nec alia paterna officia præſtat, ſatis declarat ſe filiũ eum nõ agnoſcere, blandiendiq; animo, vel charitatis gratia, verba ea proferre. Quod alibi etiã Modeſtin. tradidit: Caius Seius decedẽs teſtamento ordinato inter filios ſuos, Iuliũ libertum ſuũ, quaſi & ipſum filiũ ex parte hæredẽ nominauit. Quæro, an huiuſmodi ſcriptura poſſit liberto ſtatum cõditionis mutare? Modeſtin. reſpondit, ſtatum mutare non poſſe. Generalis itaq; regula colligitur: Nominationem ſolam, niſi alia accedãt indicia paternũ affectum aperientia, ſufficientem non eſſe ad filiationem probãdam. Glo in d. c. tranſmiſſæ. in d. c. per tuas in d. c. Michael. & in c. illud. extr. de præſumpt. & in d. l. nõ nudis. Philip. Dec. in d. c. per tuas, nu. 28. Iaſ. conſi. 81. nu. 2. vol. 1. & conſi. 20. col. 1. vol. 4.

Exceptiones quibus interdum ex nominatione filius quis præſumitur.

5 I. Quando † indicia paterni affectus nominationi accedunt, & apparet non ocioſo dictam eſſe, &c. orc: ſed in ea negotij ſpecie, quæ ad alium, quàm filium, pertinere non potuit. Qui enim aliquẽ educat, neceſſariaq; alimẽta vel domi vel alibi ſubminiſtrat, & filium appellat, haud obſcurè oſtẽdit, ſe pro filio eum habere. Per educationem enim aliàs in quaſi poſſeſſione conſtituitur: cui ſi nominatio accedat, priorem coniecturam magis cõfirmat. Bar. in l. 1. § idem per contrarium. ff. de libe. agnoſcendis. Anto. de Buttio, Philippus Decius, Franciſc. Aretin. in d. c. per tuas. Iacobin. de S. Georgio in l. quidam quaſi, num. 3. ff. de probationib. Iaſ. in rub. ff. ſoluto matrimon. col. 4. & in l. neque profeſſio. C. de teſtam. & in conſ. 201. volu. 4. Gozadin. conſil. 12. col. 2. And. Tyraq in libr. de Retractu, tit. 1. § 1. glo. 16 num 6. Pariſ. conſil. 10. num. 50. vol. 1. multorum adducens authoritates: & Panormitani opinionem, qui contrarium ſcribit, refutans. Et hoc eſt quod Vlpianus libro 6. opinionum tradit: Ei qui ſe filium eius eſſe affirmat, qui in teſtamento id negauit, ſi tamen eum exhæredauit, de inofficioſo teſtamento cauſa ſupereſt, l. ſi inſtituta. 27. §. ei qui ſe filiũ. ff. de inoffic. teſtam. Nam eo ipſo quod exhæredauit, filium eſſe oſtendit: niſi enim filius fuiſſet, non exhæredaſſet.

II. Exceptio † eſt, ſi parens in iudicio con- 6
feſſus fuerit, aut extra iudiciũ data operâ, non perfunctoriè filium eum appellauerit. Sic Iulianus: Quandocunq; enim, inquit, cœperit cauſam agi, grande præiudicium adfert pro filio confeſſio patris, l. 7. § Iulianus. ff. de libe. agnoſcendis. Panor. in d. c. per tuas, num 8. & ibi Deci. nu. 32. Paulus Pariſ. cõſ. 10. nu. 47. lib. 1. Bal conſ. 182. vol. 2.

III. Exceptio eſt, quando † longo tempo- 7
re filius ſemper appellatus eſt, & reperita ſemper à patre filij nuncupatio. Glo. & Interpretes in c cùm cauſam. extra, de probat. & in d. c. per tuas, nu. 34. Bar conſ 6 nu. 14. lib. 2. Dec. conſ. 135. Petr. Rebuff. in tract. Nominationũ, in prin. nu. 4. Bart. in l non ſcimus. C. de agricolis & cenſitis. Caſtrenſ. in l. non epiſtolis. C. de probationib. Quamuis quidam exiſtimẽt, eo quòd quis fortuitò & incidẽter filius nuncupatus eſt, filiationem ſimul probari. Aret. in d. c. per tuas. quem ibi ſequitur Feli. nu. 12. quibus aduerſatur Dec in d. c per tuas, nu. 34. & Palæot. tract. de Nothis, cap. 23. nu. 2. Nã verba enunciatiua propter præſentiã partis tantum roboris habent, vt negotium illud adiuuent, in quo prolata fuerunt: in cæteris, nullius ſint momenti. Alexan. conſ. 136. volum. 1. cum ſimilibus vulgatis.

Tertia coniecturalis probatio.

Tertia † cõiecturalis probatio deſumitur 8
ex profeſſione. Olim parentes cogebãtur profiteri nomina liberorum: id eſt, denũciare & indicare natiuitatem liberorum: idq; præcipuè Iudæorum moribus obſeruabatur, Luc. 2. & nunc Ottom[anico] inſtituto, necnon quorundam Chriſtianorum moribus in vſu eſt, vt nomina baptizandorum, & tempus natiuitatis ac baptiſmi, & compatrum, in librũ inſcribãtur. Sic olim apud Romanos profeſſio quoq; in vſu erat, l. excuſantur. ff. de excuſationib. tutorum, l. nec omiſſa. 15. C. de liberali cauſa, d. l. neq; profeſſio. & in l. 2. C. de agricol. & cenſitis. & in l. 1. C. ſi minor ſe maiorem dixerit. c. parentes. extr. de teſtib. l. etiã. ff. de probat. Vide Iuſtum Reuberum in tract. ſuo teſtium parte 2. nu. 35.

Quarta coniecturalis probatio.

Quarta † coniecturalis probatio colligitur 9
ex ipſa ſcriptura eius, cuius quis ſe filium dicit. Nam hoc caſu talis ſcriptura probat. d. l.

excuſantur. Bal.in l.neque natales C.de pro-
bationib. & in l.vnica, col.4.C.de confeſſis.
Felin.in d.c.per tuas. in vlt.col. extra,de pro-
bationib. & in c.cùm M. extra, de cõſtitutio-
nib.& in c.ex literis.extra de fide inſtru.Soci.
conſ.73.lib.4.

10 Ampliatio I. † Hæc filiationis per ſcriptu-
ram probatio locum adhuc obtinet, etiamſi
ſcriptura manu alterius ſit exarata, dum mo-
dò ſcripta ſit in libro ipſius teſtatoris. Præſu-
mitur enim tunc facta ipſius mãdato, aut ſal-
tem voluntate. Bald.in rubr.de fide inſtrum.
Iaſ.in l.admonendi,nu 113.ff.de iureiurando.
per l 3.§ hinc igitur.C de confirmando Co.
dice Iuſtinianeo.& Authen.ad hęc.C.de fide
inſtru. & l.ne in arbitris.4.C. de arbitris.

11 Ampliatio II. Inde † quoque euenit,quòd
pater qui filium naturalem inſtrumẽto pub-
lico, vel priuata ſcriptura, cui trium teſtium
fides addita eſt, legitimũ nuncupauit, legiti-
mum iuſtumq́; filiũ hac nũcupatione efficit.
Auth. ſi quis liberos habẽs.C. de naturalib.li-
beris.Si quis,inquit,liberos habens naturales
ex muliere libera quę vxor ei poterat eſſe,di-
cat in inſtrumento ſiue publice, ſiue propria
manu cõſcripto, habẽte ſubſcriptionẽ trium
teſtium fide dignorũ, ſiue in teſtamento,ſiue
in geſtis monumentorum, hos ſuos eſſe, nec
adiecerit naturales, huiuſmodi filij ei legiti-
mi ſucceſſores erunt.& in Auth vt liceat ma
tri & auiæ.§.ad hoc autẽ col.7.Cotta in verb.
legitimare Aldobrand.in § aliquando.Inſti.
de nupt. Alciat.in tracta.de præſumpt.in reg.
2.præſumpt.5.nu 3 Ludouic. de Sardis in tra-
cta de naturalib.liberis,ſub c.de legitimatio.
ne per patris nominationem,num.1. Couar.
in 4.Decretalium,in 2 parte,cap.8 § 7.Intel-
ligendum tamen id eſt modo ſuperiùs rela-
to:ſi videlicet tales perſonæ ſint, quæ matri-
monio iungi potuerunt.Bald.in d.l. res inter
alios, nu.3.C.quibus res iudicata non nocet.
Iacobin.de S Georgio in l. Imperatores, nu.
9 ff de probationib. Gulielmus Mayner.in l.
quoties,num 93.ff.de re[illegible]ur. Marc. Mantua
in apophtheg.100.vbi alias inſuper limitatio-
nes adfert.

V.probatio coniecturalis.

12 Quinta † coniecturalis probatio ſumitur
ex fama vicinię,l.ſi vicinis.C.de nuptijs.Si vi-
cinis,inquit Imperator Probus,vel alijs ſcien
tibus vxorem liberorũ procreandorum cau-
ſa domi habuiſti, & ex eo matrimonio filia
ſuſcepta eſt, quamuis neq; nuptiales tabulæ,
neq; ad natam filiam pertinentes factæ ſunt,
non ideò minùs veritas matrimonij, aut ſu-
ſceptæ filiæ ſuam habet poteſtatem.

Circa hanc probationem per viciniæ fa-
mam,in diſpares ſententias.vt in multis alijs
negotijs itum eſt,Salicc.& quandoq; Alexan.
exiſtimarunt, ſi nullis alijs muniatur admi-
niculis,famam per ſe ſolam parùm probare,
conſ.25 lib.4 Hos ſequuntur alij,Panor. In d.
c.tranſmiſſæ extr.qui filij ſint legiti. & in d c.
veniens,extr de teſtib. Aretin.Felin & Dec.in
d.c.per tuas. Iaſ.in l.neque.C de teſtam. Opi-
nantur hi omnes nimis durum eſſe, ac æqui-
tati aduerſari, ſi fama,quæ incertis autoribus
plerunq; conſtat, ideoq́; dubia & inanis ferè
habetur,hoc caſu fides adhibeatur:pręſertim
cùm de re graui agatur, nempè hæreditate,a-
lijsq́; quę filiorum propria ſunt,conſequẽdis:
& incõmodum inde alijs conſanguineis non
exiguum immineat, dum per hãc filiationẽ,
quæ ſola fama conſtat & ſuſtinetur,hęredita-
te intercipiuntur,præſertim † cùm in alijs le- 13
uioribus rebus fama ſolummodò ſemiplenã
efficiat,conſtituatq́; probationẽ, l.3.§.in eiuſ-
dem.& ibi glo.in verb.confirmat.ff.de teſtib.
c.ſi teſtis §.ſæpè etiam & ibi glo.& in c illud.
extr.de clericorum excommunic.Bar.in l de
minore §.plurium,nu.30.& Hippolyt nu.36.
ff de quæſtionib. Felin.& alij in d c veniens,
nu.7.Areti.nu.21. Dec.in c.1 nu 36.extr.de ap-
pell.Iaſ.in l.admonendi,num.242.& ibidem
Coraſ. nume.80 ff.de iureiurando Chaſſan.
in conſuetud. Burgundiæ, in titu. des fiedſz.
Rub.3.§ 4 fol.106.nu.4. Corn.conſil 51.nu.1.
vol.1.& conſi 46.nu 16 vol 3 Deci conſ.426.
num.2.& conſi.652.num.2.M Mantua conſ.
62 nu.41.& conſi.248 nu.7.Marian.Soc.Iun.
conſ.86.num.3.& conſi.148.vol.2.& conſi.79.
nu.19 & 26.vol.1. Paulus Pariſius conſ 45.nu.
17.& conſi.104.nume.66.vol.1.Carol.Ruin.
conſ.158 nu 23.vol.5. Quantumuis autem ma-
gnæ ſint authoritatis hi, communi tamen a-
liorum opinione, horum ſententiæ contrà
itum eſt, cùm hominum opinioni lex pluri-
mum tribuere ſoleat, & in ijs quæ difficile
probatu ſunt, veluti in iure filiationis conſe-
quendo,non etiam alijs cauſis, famę fides de-
tur,c.per tuas.verſ.& filius eius nominatus cõ
muniter fuit. extr. de probatio.c.tranſmiſſæ.
extra, qui filij ſint legitimi. c illud. extra de
pręſumpt.c.ſi duo.35.q.6 Anton.de Butrio in
d.c.tranſmiſſę.nu.10 & in c. veniens nu.10.&
ibi Felin.nu 9.extra,de teſtib. Philip.Dec c.1.
nu.41.extr.de appell. Alexan.conſ.51.libr.1 &
conſil 90.lib.6.& conſil.88. num.7. Dec.con-
ſil.54.& conſ.272.Bal.in l.filium.ff.de his qui
ſunt ſui vel alieni iuris.

Quod non modò in filiationis iure obti-
net,ſed multis alijs negotijs,in quibus, quia † 14
difficile eſt veritatẽ eruere,ad ea quæ veriſimi
lia ſunt,recurrere ſolemus:inter quæ fama vi
ciniæ in primis attẽditur,c.illud. extr.de præ-
ſumpt.l.ſi mater.C ne de ſtatu defunctorum.
arg.c.preſbyter. 2.quæſt.5. l.3.§. eiuſdem ff.de
teſtib. c.ſi teſtes.§. item criminali.4.q.3. In-
de euenit, quòd in ſermone teſtatoris dubio
inter-

interpretando inſpiciatur, in qua præſumptione ſint qui in quaq; regione commorantur,l.cùm de lanconis §.aſinam.in fi.ff.de inſtructo & inſtrum.leg.& vt l.C.air.ſemper in ſtipulationib & in cæteris contractibus id ſequimur,quod actū eſt: ſi non appareat quod actū erit, conſequēs eſt, vt id ſequamur quod in regione in qua id actum eſt, frequētatur.l. ſemper in ſtipulationibus.ff.de regu.iur.Hinc pertinent multa alia l.C.reſponſa.l.Labeo.ff. de ſupell.legara.l.ſciendum.§.illud. ff. de ædilit.edicto.l. ſi ſeruus plurium.§.ſi ff.de leg.1.l. nummis.l non aliter. l.liberorum.§. quid tamen Caſſius ff.de leg.3.l.2.§.1.ff.de fluminib. & ne quid in flumine publico,c.ex literis ext. de ſponſalib.Felin.in d c.vcniens,nu.7. Hippolyt.in l. de minore.§.plurium.nu.82 ff de quæſt.Socin.regu.144.in 5.limit.Panor.in d. c.veniens,num.8.

15 Secundò: Nobilitas † & virtus,ſola quoq; fama fidem merentur.Bart.in l.prouidendū. C.de poſtulando. Felin.in d.c.veniens,nu.9. & Dec.in d.c.1.nume.37.extra.de appellatio. Iaſ.in reperit. l.admonendi, nu. 246.ff.de iureiurando. Guido Papæ deciſ. 196. & 387. & conſ.217.num.1.And.Tyraq.in tract.de Nobilitate,cap.37.num.84.

16 Sic etiam † matrimonijs impediēdis, multò magis corroborandis ſtabiliendiſq; fama fidem addit,c.ſuper eo. & ibi Panor.extra,de conſanguinitate & affinitate,c.ſuper eo. extr. de teſtib.c.cùm tua de ſponſal. Bart.in d.l.de minore.§.plurium & ibi Alex.in addit.ff.de quęſt & Hippolyt.ibi nu.56. Philip.Dec.in d. c.1.nume.40.extra,de appell. Felin.in d.c.veniens,num.9.Couarru.libr.4.titu.3.parte 4.

17 Præterea † ſi incertum ſit,aliquem in viuis eſſe,aut exceſſiſſe,fama attenditur. Bart.in l. 2.§.ſi dubitatur.ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur. & in l.ſi quidam. & ibi Cyn. & Salicet.C.ſoluto matrimo. Iacobin.de S.Georgio in l.3.§ eiuſdem,num.9.ff.de legib.Hippolyt.in d.l.minore.§.plurium num 79.ff.de quęſt.Iaſ.in l.cùm ea quæ,nu 7.C.de tranſact. Panorm.Burr. & alij in c.in præſentia. extra, de ſponſalib.Præpoſitus in c.1. num.11 extra, de appellat.

Argumenti loco eſſe putatur, quod ſcribit Arrius Menander in l. non omnes deſertores.§.à barbaris.ff.de re militari.Milites capti non transfugæ iure poſtliminij reſtituuntur. Quid ſi nunc liquidò nō conſtet, captine fuerint,an transfugerint? argumentis id cognoſcēdum eſſe ſcribit: Si bonus miles antea exiſtimatus fuit, prope eſt vt affirmationi eius credatur: ſi emanſor, aut negligens ſuorum, aut ſegnis, aut extra contuberniū agens, non crederur ei. Quemadmodum itaq; ob exiſtimationem communem militi creditur,aut nulla ei adhibetur fides: ita pariter hoc caſu, quādo liquidò nō conſtat, viuus quis an mortuus ſit,fama inſpicitur:quod tamen obtinere,ac verū eſſe quidam putāt, in ijs cauſis quæ leue præiudiciū continent. In grauioribus enim negotijs, famæ communi alias inſuper probationes,vt fidem faciat, neceſſariò accedere debere tradunt,Bar.& Salic.in d.l.ſi quidem.Panor.& Anto. Butr.in c.in præſentia, extra,de ſponſalib. Nicolaus Boer.deciſ.287. Corſet.in ſingul. in verb. mors. Chaſſan. in conſuetud. Burgund.in procemio,fol.10.nu. 9.Alex.conſ.4.num.15.lib.2 & conſ.115.vol.4. Corn.conſ.10,num.7.lib.1.Soci,Iun.conſ.26. libr.2.quo in loco oſtendere conatur, quibus quis coniecturis, ſi dubitetur de vita,exceſſiſſe putetur.

Hinc † quoq; fama popularis in cauſa eſt, 18 vt clericus ea infeſtatus, culpam ſuam diluere,rumoremq; vulgarem cōtraria probatione comprimere cogatur, c.presbyter.2.q.5.c. cùm deſideres.extra,de ſententia excommunicationis.Philipp.Dec.in c.prudentiam.§.6. nu 42.extr.de offic.deleg Alex.in additio.ad Bart in d.§ plurium.

Idem de iudice traditur,cuius ſeueritas vel iniquitas paſſim inter homines fertur & celebratur.Bar.in l.de pupillo.§. ſi quis ipſi prętori,nu.1. ff. de noui operis nunciat & Alex.in d.addit. Iaſ.in l.admonendi, nu.246.ff.de iureiur.Feli.in d.c.veniens,nu.9.extrà,de teſtib. & in c.afferte, nu.41.extra,de præſumpt. & in c.de quarta,num.24.extra,de præſcriptionib. Alex.conſ.66.num.9.lib.3.Carol.Ruin conſ. 105 num.3.vol.1.

Sic quia difficile eſt,de cōſcientia alterius iudicare, imò impoſſibile: ſolus enim Deus καρδιογνώστης eſt, ideo plurimū famæ hoc quoque caſu tribuitur. Anton. Butrius in c. peruenit,colum.17.extra,de cenſib. Hippolytus in d.l.de minore.§. plurium, nume.82.ff.de quæſtionib.

Quemadmodum † & in mala fide probanda. Bart.in l.Celſus, nu.18.ff.de vſucapionib. 19 Ang.in l.eū qui.in § fi.ff.de Publiciana. Hippoly.in d.l.de minore.in §.plurimum,nu.76. Matth. de Afflict.in tit. de pace iuramēto firmanda,nu.27.in vſib.Feudorum. Cardinalis conſ.28.Gozad.conſi.1.num.33. Marian.Soc. conſi.69.nu.52.lib.1.

Necnon quoq; in confinibus. Nam ſi de terminis dubitetur:vel libris,vel teſtibus,hoc eſt,ciuibus aut ruſticis ſenio confectis, vel fama,vel quibuſcunq; adminiculis alijs probatur,c.cùm cauſam. & ibi Ioan. de Imol. nu.5. & Felin.nu.9.extrà,de probat. Hippolyt.in d. §.plurimum,nu.78.

Vnde † pro generali regula traditum eſt, in antiquis factis vel geſtis, quæ hominum memoriā excedunt,& vbi nihil liquidò conſtare poteſt,famā plenam probationē facere.

Gloſſ.

Gloſſ. in l. atqui natura. §. cū me. in verb. committat. ff. de negot. geſtis. vbi Bolog. in addit. ait, Bartolum, in l. penult. de conditionib. inſtit. & Angelum in l. Titius ff. quib. modis pignus vel hypotheca contrahatur. & Scribentes alibi paſſim, hanc gloſſam ſingularem habere, ad hoc quod in factis de antiquo probatio fiat per famā. Sequitur eam Bal. in Anth. quas actiones. in vlt. col. C. de ſacroſ. eccle. & in l. cùm ſuper. C. de rei vendica. l. in bonæ fidei, col. fina. C. de reb. creditis. & in l. 4. C. de probationib. & in l. non ignorat. C. qui accuſare non poſſunt. Bart. in l. 2. in §. Labeo. ff. de aqua plu. arcenda. Iaſ. in l. prætor ait. §. prætor ait, num. 25. ff. de edendo. & in l. admonendi, nu. 246. ff. de iureiurando. & ibi Ioan. Coraſ. nu. 83. Alex. in l. cùm aliquis. & ibi Iaſon nu. 7. C de iure deliberandi. Hippolytus de Marſilijs in d. l. de minore. §. plurium. num. 60. ff. de quæſtionib. & ſingulari 405. Iacobin. de S. Georgio in l. 3. §. eiuſdem, num. 16. ff. de teſtibus. Antonius Butr. in c. veniens, num. 10. extra, de verbor. ſignifica. Philip. Dec. in c. 1. nu. 46. & ibi Præpoſitus nume. 11. extrà, de appellationib. Ioan. de Imol. & Panormita in d. c. veniens, nume 8. & ibi Felin. nume. 9. & 10. extra, de teſtibus. Matth de Afflictis in c. 1. num. 28. tit. de pace iuramento firmanda. In vſibus feudorum. & in deciſionibus Neapolitanis deciſ. 277. nume. 1. Bartholomæus Cæpolla in tractatu ſeruit. vrban. prædior. cap. 19. Andræas Alciat. in tracta. præſumptionum. in 2. reg. in 3. præſumpt. nume. 3. Andr. Tyraquell. in tractatu de Primogenitura, in præfatione, num. 103. Bartholomæus Socin. reg. 144. In 7. limit. Speculat. in tit. de probatio. in §. 1. Alexand. conſ. 4. lib. 2. conſ. 12. nume. 8. libr. 4. & conſil. 74. nume. 6. eod. libr. & conſ. 15. lib. 5. & conſ. 101. lib. 7. Franciſ. Curt. ſenior conſil. 69. num. 5. & conſ. 76. num. 4. Roman. conſ. 109. num. 1. Dec. conſ. 42. & conſ. 126. & conſ. 146. & conſ. 174. & conſ. 428. Iaſ. conſ. 81. libr. 1. & conſ. 24. libr. 3. & conſ. 148. volu. 4. Bertrand. conſ. 41. nu. 8. lib. 1. & conſ. 283 nu. 4. libr. 3 Ludouic. Gozad. conſ. 8 nu. 47. Paulus Pariſius conſ. 23. nu. 236. lib 1. & conſ. 52. nu. 50. lib. 3. Carol. Ruin. conſ. 84. nu. 9. vol 3. & conſ. 13. nu. 3. & conſ. 92. nu. 2. & 151. nu. 2. & 3. & conſ. 183. nu. 2. lib. 4 & conſ. 103. nu. 16. lib. 5. Corneus conſ. 48. lib. 4. & idem ſibi contrarius, quòd videlicet in antiquis fama nō probet, conſ. 304. lib. 3. vbi ait, famam plenam probationem conſtituere, in ijs quæ omnibus nota & obuia ſunt, ſeu pro notorijs ab antiquis habita fuerunt: vt latè refert ac refutat Aymon. Crauetta in tract. de Antiquitate temporis, in 1. parte, ſub capit. an fama fidem faciat in antiquis, fol 90. & 97. & 98. ſubijcit quid de teſtib. quid de ſcripturis obſeruandum ſit.

21 Ratio † huius regulæ eſt, quia regulariter in antiquis probationes leuiores ſufficiunt, l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex. ff ad legem Aquiliam. l. cenſus & monumenta. ff. de probationib. l. qui ex literis. ff. de bonorum poſſeſſ. ſecundùm tab. c. cùm cauſam. extra, de probationibus, c cùm olim. extra, de cenſibus. latè Aymon. Crauetta in d. 1. parte, ſub cap. Teſtes deponētes de credulitate in antiquis, an probent plenè vel ſemiplenè. vbi aliquot limitationes ſubijcit, nu. 32. vſque ad finem. primæ partis. Poſſunt plurima alia negotia adduci, quæ per famam confirmantur: veluti Colla-
tio † beneficij, deciſione Rotæ. 123. vel in noua 22
impreſſione, ſub tit. de probatio. deciſ. 3. Dec. in d. c. 1. nume. 39. extra, de appell. Excommu-
nicatio. † Bald. in c. 1. tit. hic finitur lex. in vſi- 23
bus feudorum, text. & gloſſ. in c. illud. extra, de clerico excommunicato. & c. ad hæc. extra, de poſtulatione prælatorum. modò agatur de præiudicio alterius, vel in foro conſcientiæ. c. redintegranda. 3 q. 1. Dec. in d. c. 1. nu. 42. extrà, de appell. & in c. veniens, num. 43. & ibi Felin. num. 16. extra, de teſtibus. & Bartol. ait in d l. de minore. §. plurium, nume. 30. ff. de quæſt. eum qui in quaſi poſſeſſione conditionis alicuius conſtitutus eſt, per famam ab onere probandi releuari. Bald. in l. 2. C. ſi ſeruus aut libertus, lib. 19. Iacob. de S. Georg. in l. 3. §. eiuſdem, num 7. ff. de teſtibus. And. Tyraquel. in tractatu de Nobilitate. cap. 10. nume. 8. Carol. Ruinus conſ. 128. num. 10. lib. 4. Huc pertinet id quod Pontifices Romani reſcripſerunt de matre, quæ quaſi ingenua communi opinione vixit, & quinquenniū à die mortis exceſſit. Filius enim cui quæſtio ſtatus mouetur, nota præſcriptione ſe tueri poteſt, l. ſi mater. C. ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur. Denique cur communem famam in filiationis iure probando nō recipiemus, aut admittemus, cùm in iudicando, conſulendo, docēdo, communem ſoleamus ſequi & amplecti opinionem? l. 1. & ibi. Bal. ff. de officio quæſtoris, l. 1. ff. de Senatorib. Bald. & Caſtrenſis in l. vlti. C. de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus.

CAPVT X.

Quia dictum eſt cohabitatione, tractatione, alijsque coniecturis probatis, in quaſi poſſeſſione filiationis quem conſtitui: videndum eſt, hoc caſu probationis onus cui incumbat, aut iniungendum ſit.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſsio transfert onus probandi in aduerſarium.*

2 *Probationis filiationis onus cui incumbat elegans Baldi diſtinctio.*

3 Filium

3 *Filium quem eſſe negans probare debet.*
4 *Iudex in quæſtione proprietatis & poſſeſſionis cui vult probationem imperat.*
5 *Collatione duobus ſimul facta potior eſt poſſeſſor.*
6 *Hæredibus duobus diuerſis teſtamentis datis, niſi de tempore conſtet, poſſeſſor obtinet.*
7 *Temporis ordo vbi dubius, poſſeſſores præferuntur.*
8 *Poſſeſſionis in dubio plura priuilegia. nu. 9. & 10.*
11 *Poſſeſſionis prioritas etiam contra priuilegiatas perſonas obtinet.*
12 *Poſſeſſor præualet in quæſtione iuris.*
13 *Poſſeſſio contra primæuum naturæ ſtatum an præualeat.*

IN hac quæſtione variatum eſt ſententijs.
1 Quidam † exiſtimant potiorem eſſe cauſam poſſidentis, transferrique in aduerſarium qui poſſeſſione caret, onus probandi contrarium, l. qui accuſare. ff. de edēdo, l. 2. l. ſiue poſſideris, l. ſiue matrem. & ibi gloſſ. in verb. conuenit. & Barto. ac alij, & l. actor. C. de probationibus. Bald. in d. l. de rebus. C. de donationibus ante nuptias, l. circa eum C. eod. tit. l. vti frui. ff. ſi vſusfructus petatur, l. militis. §. veteranus. ff. de milita teſtamento. l. penult. ff. de condict. ob cauſam, l. ſi debitor. ff. de pignorib. l. ſi ob turpem. ff. de conditione ob turpem cauſam, l. 2. C. eod. l. vlt. ff. de condict. ſine cauſa, l. ſi ſeruum. § ſequitur. ff. de verbo. oblig. l. nō ſolùm § ſed vt probari. & ibi Bart. ff. de noui operis nunciatio. l. 1 § ſi colonus, ff. de Saluiano interdicto, l. cùm de lucro, l. cū par. ff de reg. iur. l. ſiquidem C. de exceptionibus, l. nō ideo C de liberali cauſa. §. commodum. Inſtit. de interdictis, c. ex literis, extra, de probationib. vbi ſi ambarum partium teſtes ſint pares, & ęquè idonei, teſtatoris teſtes præferuntur.

Quidam hanc traditionem non prorſus reijciunt, ſed aliquo modo reſtringunt. Opinantur itaq; hi, verū id nō eſſe, in ijs quæ ſunt contra ius commune, vt in priuilegijs, ſeruitutibus, & id genus ſimilibus, in quibus nō ſufficit in poſſeſſiōe eſſe, niſi de his probatū fuerit. Interpretes in c. cùm perſonę. de priuileg. lib. 6 glo. in l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſeruitus vindicetur. Bar. latè in d. l. ſi priuſquàm, in col. 3 & 9. Alex. ibid. in addit. ad Bart. ff. de noui operis nuncia. Quibus aduerſatur Caſt. in l. ſi ſolēnibus. C de fide inſtrumentorum. Dicit itaq; procedere adhuc in priuilegijs, & ſimilibus, modò prçiudicium inde non adferatur accedat, ve tertio. Idemq́; de bonis feudalibus reſpondit Bal. conſ. 351. lib. 1. de qua & glo. in c. 1. tit. de cōtentione inter dominum & fideles, & in c. 1. titu. ſi de Inueſtitura inter dominum & vaſallos lis oriatur, & in c. 1. §. ſi tres. tit. de pace tenenda, in vſib. feudorum. Alij inter quos Corneus præcipuus ferè eſt, in ea ſunt ſentētia, vt ſemper ei incumbat onus probandi, qui ſe dicit vel patremfamiliâs, vel filiumfamiliâs.

2 In † hac itaq; opinionum diuerſitate, Baldi diſtinctio omnium mihi commodiſſima eſſe videtur, quam etiam multi recentes comprobant. Nam aut ſtatus, inquit, quem inducit poſſeſſio, aut quaſi, poteſt naturaliter ineſſe ab origine, & tūc releuat ab onere probandi, d. l. circa eum. ff de probatio. Aut non poteſt naturaliter ineſſe, & tunc refert an poſſit ineſſe de iure communi, ſine præiudicio alterius tertij: an verò nō poſſit ineſſe niſi de iure ſpeciali. Primo caſu aut deducitur incidēter, & releuat ab onere probationis, per notā. in d. l. ſicuti. § ſed ſi quæratur. ff ſi ſeruitus vendicetur, l 1. ff famil. erciſ. Aut deducitur principaliter, & tunc poſſeſſio nō releuat ab onere probandi, l. 3 § hoc autem. ff. de itine actuq́ue priuato. Odrad. in l. pen. ff de conditionibus institut. Cynus in l. 2. C. de ſeruitut. & aqua.

Secundo caſu, quando videlicet ſtatus quē indicat, primò non poteſt ineſſe niſi ex priuilegio, cum alterius iniuria: & tunc nunquàm releuat ab onere probādi. Oppugnatur enim & impeditur contraria præcedente veritate, quæ ex præterito infert inſequentia, niſi contraria probatione euertatur, c. ad decimas. de reſtit. ſpol. lib. 6.

Hoc igitur propoſito noſtro, quia quæſtio ſtatus, hoc eſt filiationis, naturaliter adfuiſſe à principio ex cohabitatione, alijsq́; coniecturis colligitur, & præſumitur ex diſtinctione Baldi, vulgariq́; opinione prima adſerēti cōtrarium, probatio incumbet, d. l. circa eum. & vulgaris iuribus primæ opinionis. Et ſic eius qui in quaſi poſſeſſione filiationis eſt, potior erit cōditio. Qui † igitur negat filium aliquē eſſe, id probare neceſſe habet. Panorm. Felin. & Decius in d. c. per tuas. extra, de probationib. Barto. in l. 1. C. quorum bonorum. Alex. conſ. 88. nu. 7. vol. 7. Decius conſ. 54. Corneus conſ. 1. lib 30. 3

Neque obſtat, quod Baldus quandoq; obijcit, licet ex tractatione in quaſi poſſeſſione quis conſtituitur: In petitorijs tamen, nō poſſeſſionem tantùm probare ſufficit, ſed etiam titulum & dominium, l. ſicuti. § ſed ſi, ff. ſi ſeruitus vendicetur, l. cùm res. C. de probationibus. Quam Baldi opinionem ſequitur Salice. & Iaſon in l. neque. C. de teſtamen. & Alciatus reg 3. præſum pt. 38.

Quia † vbi poſſeſſionis quæſtio & proprietatis ſimul eſt. Iudex ex officio poteſt cui ſibi videtur, onus probandi iniungere, l. cùm de ætate C. de probationib. Cùm verò hoc caſu ſciat me quaſi poſſeſſionē probaſſe, tunc eius partes ſunt, vt aduerſario contrariū probādi onus iniungat: quam probationem ſi nō docuerit, vt me poſſeſſorem ex illa quaſi poſſeſſione declaret, l. ſi filius. ff de probationibus, Bart. in l. 3 § 1. ff de quęſtionib & in l. non nudis. C. de probatio. Alex. conſ. 51. libr. 1. Ange. 4

conſ.

conſ.78.in fi.Dec.conſ 54.num.3. Pariſ.conſ.
10.nu.110.libr.2.Ratio in promptu eſt:quia a-
liàs poſſidētis, vel quaſi, potior ſemper eſt cō-
ditio,c.ſi à ſede.de præbend.lib.6.& ibi Imol.
& Philipp.Franc. c. quod autem.c.paſt. ·alis.
extra,de re iudi. Glo.in l.idem erit.ff.de ſtatu
hominum,glo.in c.adferre.extra,de præſum-
ptionibus.& ibi Interpretes.& in c.ſint mani-
feſtè,12.q.1.Bald.in c.capitulum S Crucis,co-
5 lum.1.extrà, de reſcriptis. veluti † ſi Pontifex
eadem die,duobus eandem poteſtatem dede-
rit,neuter admittitur ad officium, niſi vnus
ſit in poſſeſſione.Nam eo ipſo quod poſſidet,
plus iuris habet altero, qui poſſeſſione caret.
Baldum ſequitur ibi Felinus, Philippus De-
cius in c.ex literis, colum.2. in 5.notabili. ex-
trà,de probationibus.& in c.paſtoralis.extrà,
de reſcriptis.& in l.in ambiguis ff.de reg iur.
& conſ.424.col.1. & conſ.467. & conſil. 489.
Barbat.in rubr.C.qui admitti ad bonorū poſ-
ſeſſionem poſſint.& conſ.23.lib.1.conſ.30.col.
1.eod.lib.& conſ.18 col.16.lib.2 & conſ.35.col.
5.lib.2.& conſ.65.eod.lib. Hippolyt.de Marſi-
lijs in rub.de probationibus.num.396. Cattel-
lianus Cotta in memorabilibus, in verb. ho-
ra quandoque,col.vlt. & in verb.poſſeſſionis
commoditas. Iaſ.in l.1.col.2.ff.ſoluto matri-
monio. Baldus Nouellus in tracta.dotis,in 9.
parte,in 2.priuilegio, in fin. Alex. conſ.19. in
prin.lib.2.vbi conſultus reſpondit: Si non ap
pareat quæ prior ſit ſcriptura, & quæ poſteri-
or, quòd melior debeat eſſe cōditio poſſiden-
tis.Barbat.& Roman in l.in illa ſtipulatione.
ff.de verb.oblig Hoſtienſ.in tit.de ſucceſſ.ab
inteſtato.in §.qualiter Eccleſia. Ioā.And.An-
ton. de Butrio, Imol. Anchoran. Cardinalis
Flor.Panorm.in c.vt vnuſquiſque.extr.de pe-
culio clericorum. Socin.conſ.216.libr.2,Ro-
man.conſ.159.col.2. Cuius rei plurima alia
reperiuntur exempla.

6 Sic † ſi duo inſtituti ſint hæredes in diuer-
ſis teſtamentis vno die ſcriptis, nec cōſtet de
ordine,vel tempore,vtrùm prius poſteriusve
fuerit,neuter hæredū obtinebit. at ſi alter eo-
rum in poſſeſſione eſt,is alteri præferetur. Cy
nus,Ioan.Fabri,Salicet.Raphael.Corn.Iaſ.&
Philip.Dec.in l.vlt.C. de edicto diui Adriani
tollen. Bart.in l.1.§.non autem.ff.de bon.poſ
ſeſſ.ſecundū tabulas Bal. in l.1.C.quādo pro-
uocare non eſt neceſſe. & in d. c. capitulum.
extra,de reſcriptis. & conſ.390.libr.2. Imol.&
Aretin.in l.cum qui duobus.in prin.ff de acq.
hæred.Ange.in §.1.col.2.Inſtit.de adimendis
legatis.Franciſ.Ripa in c.ſæpè,col.2.extra,de
reſtit.ſpoliat.Anchor.& Dominic.in c.duo-
bus.de reſcriptis,lib.6.

Huc pertinet id quod Baldus conſultus re-
ſpondit,conſ.274.incip.licet allegata.lib.1. Si
7 † duo inueniantur inſtrumēta, vnum libera-
tionis apud debitorem, alterū ceſſionis apud
alium quempiā extraneū: nec appareat quod
primo loco,quod ſecundo ſit factum,erit po-
tior conditio poſſidentis, per ea quæ notātur
in d.l.vlt.C.de edict.diui Adria.tollen. Addit
quaſi regulam, in vniuerſum & ſemper pro-
cedere,quādo eiuſmodi dubitationes exoriū-
tur.& apertiſſimè in conſ 390.eo.lib.2.ait,Rē
incertam & dubiam, ſemper poſſeſſione, vel
quaſi poſſeſſione decidi ac dirimi.

Sic in † feudalibus quoq; negotijs,ſi dubite- 8
tur,feudumne antiquum ſit. vel nouum,eius
partes,qui id poſſidet,potiores erunt.Iaco de
Bellouiſ.in c.1.§ vlt de gradibus ſucceſſionis
in feudo. Aluarot.Mart Laudenſis,Cardina-
lis,Alexand.in procemio feudorum. Ex præ-
ſumptione,quia omne feudum, ſi controuer
ſia moueatur, antiquum potiùs quàm nouū
putatur.Bal.in d.c.1.de gradibus ſucceſſionis.
& in c.1.tit.ſi de feudo fuerit controuerſia in-
ter dominum & agnatos vaſalli. & ibi om-
nes alij.vide late And.Tyraq.in tract.de retra
ctu,tit.1.§.32.glo.1.nū.93.

Huic † ſimile eſt quod Guido Papa conſu- 9
luit,conſ.68.incip.circa poſſeſſionem,col.2.Si
duo de principatu vel comitatu contendant,
& ignoretur cui debeatur, vaſallus ei in du-
bio præſtabit fidelitatem & homagium, qui
poſſeſſionem habet,per tex in l.cuiuſcunque
fundi.§.vltim ff de vſufructu.& § oportet.in
Auth.de mandatis Principum. quam ſenten-
tiam recenſet in deciſ.326.& 481.

Idem † quoq; traditum eſt,ſi duo ſint eiuſ- 10
dē nominis & cognominis,& vnus poſſideat
inſtrumētum debiti, hic ſanè exiſtimatur ve-
rus eſſe creditor. Bald. in c ex literis.extra de
conſuetudine.Iaſ.in l.1.col.2.ff.ſoluto matri-
monio.Addi poteſt,facta donatione inter vi-
rum & vxorem,ſi dubitetur quis inter coniu-
ges prior vita functus ſit (cùm non. vno caſu
aut ſimul perierint, ſed vir in Gallia, vxor in
Italia)meliorem ſanè eſſe conditionem poſſi
dentis.Bar.ſcripſit in l.ſi inter virum.ff.de re-
bus dubijs.Raphael & Imola in l.ex facto.§.ſi
quis autem.ff.ad Senatuſconſ.Treb.Alexand.
conſ.140.libr.5. Guido Papa in tractatu Præ-
ſumptionum.

Denique ſi à diuerſis non dominis eadem
res diuerſis etiam vendita eſt, potior eſt non
is cui prius res tradita fuerat, ſed qui rē ipſam
nunc poſſidet, glo.in l.ſi ea res §.1.ff.de actio.
empti.Iaſ in l.quoties.de rei vendic.

Ampliatio I. Poſſidentis, † vel quaſi, con- 11
ditio ita præcedit aut preualet, vt etiam cōtra
priuilegiatas perſonas obtineat, d.c. ſi à ſede.
de præbendis, lib.6.Socinus,Thomas,Parpa-
lia,Carolus Ruin.in l.1.ff. ſoluto matrimon.
Potior itaq; cauſa eſt poſſeſſionis, quàm fauo
ris & priuilegij, d.l.matrem.& ibi gloſſ.ac In-
terpretes.C.de probatio.

Ampliatio II. Non † ſolū procedit in quæ- 12
ſtione

ſtione facti, ſed etiã iuris: cùm videlicet agitur de interpretatione reſcripti vel priuilegij. Nam hoc quoque caſu, is qui poſſidet, præfertur. Iaſon in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus, col. 2. ff. de re iud. Dec. in c. ex literis. extra. de probationibus & cõſ 311. incip. in cauſa quæ Alexandriæ. & 443. & conſ 467. & conſ. 498. Bal. cõſ 66. & cõſ. 105. & 212. & cõſ. 304 & cõſ 489. li. . & conſ. 335 lib. 5. Card. Flor. cõſ. 145. Raph. Fulgo conſ. 138 Corneus conſ. 90. li. 2 Barbatius in c. 1. extra, de probationibus. & d. conſi. 23. lib. 1 & conſ. 18 col. 16. libr. 2. & conſi. 35 & conſ. 65 eo. lib. & conſ. 12. libr. 3. Socin. cõſ 181. col. 2. lib. 2 And. Alciat. in tract. Præſumptionum, reg. 3. præſumpt, 43. nu. . & 3.

Ampliatio III. In dubio potior eſt conditio poſſidẽtis, vel quaſi, etiam ſi actor ſit Aretin. in c. in noſtra extra, de probationib. Glo. in l. quoties. in verb. potiorem. C. de rei vindicatione.

13 Ampliatio IIII. Etiamſi † primæuus ſtatus naturę repugnet, ſiue poſſeſſioni, ſiue quaſi poſſeſſioni: veluti, Filius Quiritium iure in poteſtate patris eſt, l. itẽ in poteſtate ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Ideoq; filius præſumitur eſſe in poteſtate patris, niſi contrariũ probetur, l. ſi filius. ff. de probationibus. l. ſi emãcipati. in verb. probatum. C. de collationibus. Si ſit tamen in quaſi poſſeſſione, transfert onus probandi contrarium, in patrem qui illum in poteſtatem ſuam vindicat. Niſi itaq; id probet, filius ſui iuris eſſe cenſebitur Gloſſ. in l. Titia. ff. ſoluto matrimo. & ibi Bart. & in l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. & in l. ſi emancipati. in 2. notab. C. de collationibus: Ab hac tamen ampliatione multi clariſſimi iuris Interpretes ſeceſſionem fecerunt. Petrus à Bellapertica, Bald. & Alexand. ſibi contrarius in d. l. Titia, col. 2. & Iaſon in d. l. ſi emancipati, per glo in d. l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſeruitus vẽdicetur: vbi poſſeſſio ſeruitutis, & ſic contradicens primæuo ſtatui naturæ, ex qua omnia ſunt libera, non releuat ab onere probandi: idque tradidit etiam Bart. in d. l. ſi priuſquam. Philip Decius autem in d. l. ſi emancipati, negat primæui eſſe ſtatus, patriæ ſubdi, ſubijcique poteſtati, cùm patria poteſtas iuris ſit ciuilis, non naturalis inuentum: qua quidẽ in re verè ſentit. Nam natura docet, nihil parentibus magis cõuenire, quàm ſobolem ſuã nutrire ac alere, tãtum abeſt necare, l. iſti quidem. ff. de eo quod metus cauſ. §. fina. Iuſti. de noxalibus actionibus. Ius ciuile verò per patriam poteſtatem impunè parentibus liberos leueni ob cauſam olim interficere permiſit. qua de re nihil naturæ magis eſt aduerſans, nihilque plus contrarium.

CAPVT XI.

Filiatio num poſsit præſcribi.

SVMMARIA.

1 *Filiatio neq; ſuitas præſcribi poſſunt.*
2 *Legitimare ad Principi reſeruata pertinet.*
3 *Tacitum non debet plus operari, quàm expreſſum.*

Filiatio † nõ poteſt pręſcribi, nec ideo Suitas, nec nomen hæredis aducit ſus verum hæredem. Bal. in l. 1. C. quando non petentiũ partes, vti nec ingenuitas, gloſſ. in l. nemo. ff. pro legato. Roman. in l. quamdiu, la. 1. ff. de acquir. hæred. & in l. is qui putat, 1. ff. eod. titu. Bald. in l. nullo, col. 1. verſ. ſed pone quòd aliquis. C. de rei vendicatione, per tex. in l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nuptiarum. vbi temporis diuturnitas nõ facit aliquem legitimum, ſed inducit principiũ ad legitimãdum. & in rubr extra, de præſcriptionib. per l. iuſtè. ff. de vſucapionib. quia naturę non conuenit. Ciuilia autem naturalibus quã proximè accedere debent, l. confeſſionis. ff. de interrogatorijs actionibus. Quemadmodum † quoque 2
ſpurius nullo tempore poteſt fieri legitimus, cùm legitimare ad Principum reſeruata pertineat, & præſcriptione minimè quæratur, d. § diuus. Ratio autem huius rei perſpicua claraq; exiſtit. Iura ſanguinis & agnationis ſunt immutabilia & nullo iu. ciuili dirimi poſſũt, l. ius agnationis. ff. de pact. l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur abdicatis. C. de patria poteſtate. Idẽ igitur dicendũ eſt de ijs quæ præciſè & immediatè data ſunt à lege ipſi ſanguini vel naturę. Tum quia naturale ius per ſe quidem firmũ validumque lege ipſa, vel viua legiſlatoris voce cõfirmatur: tum etiam quia id quod vero expreſſoque conſenſu induci non poteſt, minus præſcriptione id ipſum fiet. Accurſ. in l. ſi mulier. §. 1. ff. quod metus cauſa. Bart. in l. filiusfamiliâs. §. diui, col. vlti. ff. de legatis, lib. 1. latè Tyraquel. in tractatu, de retractu, tit. 1. 3
§ 1. gloſſ. 9 nu. 246. Aliàs tacitum † plus operaretur quàm expreſſum, contra notata in l. cùm quid. ff. ſi certum peta. & in l. 3. ff de lega. lib. 3. & iterum Tyraq in tract de Nobilitate, ca. 14. vbi diſputat, an nobilitas præſcribi poſſit, allegans Franciſcum Ripam lib. Reſponſ. 2. cap. 26. & alios.

CAPVT XII.

Hiſtoria veteris iuris Romani in ſucceſſionibus, quæ ab inteſtato deferuntur in deſcendentium ordine.

SVMMARIA.

1 *Succeſſ o l. 12. tabul. deſcendentium poſt ſuos agnatorum, deinde fiſci erat.*
2 *Sui ſucceſſio in linea deſcendenti, qualis.*
3 *Agnatorum ſucceſſioni quando locus.*
4 *Emancipati ſuccedunt parentibus beneficio prætoris, & hodiè iure nouiſsimo.*
5 *Prætor in ſucceſſione ius ſanguinis potius habuit quàm rigorem iuris ciuilis.*

Z 6 Suc-

6 *Succeſſio liberorum in bona matris S.C. Orphitiano cõtra l.12.tab. introducta.*
7 *Nepotes etiam ex filia contra legem 12. tab. iure prætorio & nouiſſimo ad aui hæreditatem veniunt. & nu.8.*
9 *Correctio veteris iuris & media iuriſprudentia.*
10 *Amor gignentis in genitum ſummus.*
11 *Pater offerens filium nocentem iudici, non præſumitur ad pœnam obtuliſſe.*

HActenùs in προλεγομένοις quibuſdam ver
ſatus ſum, ne quid quod ad hanc rem
ſpectare & pertinere videretur, auditorē re-
morari poſſet: nunc ad ipſam tractationē ſuc
ceſſionis accedo. Initio itaq; hiſtoriam ſuc-
ceſſionis ab inteſtato de iure ciuili, in deſcen-
dentium ordine referam. Veteri iure, hoc eſt
legib. 12. Tab. primi ex ordine deſcendentiū,
perpetuò ad hæreditatem vocati ſunt hi qui
in iure Romano, ſui hęredes appellantur, §.1.
Inſt. de hæredit. quæ ab inteſt. deferũtur. Ver-
ba verò legis 12. tab. non extãt, ſed à Riuallio,
viro iuris noſtri peritiſſimo, efficta hæc ſunt:
INTESTATORVM HAEREDITATES
PRIMVM SVORVM HAEREDVM
SVNTO. Eadem Vlpian. ſub titu. de legiti-
mis hæredit. ſic refert: SI INTESTATVS
MORITVR, CVI NEC SVVS EXTA-
BIT HAERES, AGNATVS PROXI-
MVS FAMILIAM HABETO. Quæ verba
legis 12. Tabularum, Paul. I. C. interpretatur
in l. ſi quis poſthumos. §. penult ff. de libe &
poſthum. & in l. pronunciatio, 195. ff de verb.
ſignifi. verba refert: Agnatus proximus fami-
liam habeto.

1 Hoc † igitur iure ciuili, id eſt, 12. Tabularũ
lege, duæ ſolummodò perſonæ ab inteſtato
ſuccedebant. Suus nemp è, vel is qui in ſui lo-
cum ſuccedebat: deinde agnatus proximior,
§.1. cũm ſeq. Inſt. de hęred. q̃ ab inteſt. & in §.1.
Inſt. de legitima agnatorũ ſucceſſione. Quod
ſi tempore mortis defuncti, neque Suus, neq;
poſt Suum agnatus extaret, fiſco locus fiebat,
§. ſi plures. iuncto § placebat. Inſt. de legitima
agnatorum ſucceſſione.

2 De † Suo, ſic inquit Iuſtinianus: Inteſtato-
rum autẽ hęreditates ex lege 12. Tab. primùm
ad ſuos hæredes pertinẽt. Sui autem hæredes
exiſtimantur, vt ſuprà diximus, qui in poteſta
te morientis fuerunt; §.1. Inſt. de hæredit. quę
ab inteſt. defer. Et Vlpia. in tit. 26. de legitimis
hæredib. Inteſtatorum ingenuorum hæredi-
tates pertinent primùm ad ſuos hæredes, id
eſt, liberos, qui in poteſtate ſunt, cęteroſq; qui
in liberorũ loco ſunt. Si cui hæredes nõ ſunt,
ad conſanguineos, id eſt fratres & ſorores ex
eodem patre. Et de his qui in Sui locum ſuc-
cedunt. Si ex defuncto ſit filius, & ex altero fi-
lio mortuo, iam nepos vnus, vel etiã plures
ad omnes hæreditas pertinet: nõ vt in capita
diuidatur, ſed vt in ſtirpes: id eſt vt filius ſolus
mediam partem habeat, & nepotes quotquot
ſunt, alteram dimidiam. Aequum eſt enim
nepotes in patris ſui loco ſuccedere, & eam
partem habere, quã pater eorum, ſi viueret,
habiturus eſſet.

De † Agnato ſic ait Iuſtinianus: Si nemo 3
ſuus hæres, vel eorum, quos inter ſuos hære-
des Prætor, vel conſtitutiones vocãt, exiſtat,
qui ſucceſſionẽ quoquo modo amplectatur,
tunc ex lege 12. Tab. ad agnatum proximum
pertinet hæreditas. Et Vlpian. Si nec hi ſunt,
ad reliquos agnatos proximos, id eſt, cogna-
tos virilis ſexus per mares deſcendentes eiuſ
dem familiæ. Id enim cautum eſt lege 12. Ta-
bul. Si inteſtatus moritur, cui nec ſuus extabit
hæres, agnatus proximus familiam habeto.
Et paulò pòſt: Quamdiù ſuus hæres ſperatur
hæres fieri poſſe, tamdiù locus agnatis non
eſt: veluti, ſi vxor defuncti prægnans ſit, aut
filius apud hoſtes.

SECVNDA † ſucceſſionis ſpecies in cau- 4
ſa deſcendentium introducta eſt à Prætore.
Cùm enim emancipati patriam poteſtatem
egreſſi, in ſuorum numero non eſſent, ac ex
legis 12. Tab. aſperitate, omni ſucceſſione ar-
cerentur pellerenturq;. Nam filius qui in pa-
tria eſt poteſtate, vna eademq; perſona cum
patre cenſetur, l. fin. C. de impuberum & aliis
ſubſtitutionib. ac quaſi dominus bonorum
viuente patre habetur: ideoq; dominium in
eum continuari, non nouum obu. nire d ci-
tur, l. in ſuis. ff de lib. & poſthu. § ſui. Inſti. de
hæredum qualitate & differentia, cum ſimi-
lib. de quib. pluribus ſuprà egimus.

Emancipatus verò familiam & ſtatũ mu-
tat, ac minima capitis diminutiõe minuitur,
§. minima Inſt. de capitis diminutiõe. & pro
extraneo habetur: ideo nec inſtitui, nec ex-
hæredari eum oportet, § emancipatos. Inſtit.
de exhæred. liberorum. §. cęteri. Inſt. de hære-
dum qualitate & differentia.

Prætor † itaque ius ſanguinis potiùs quàm 5
Iuuenticium Suorum & emancipatorum di-
ſcrimen reſpiciens, emancipatis ſubuenit, ac
per bonorũ poſſeſſionem Vnde liberi, ad hæ-
reditatem eos admiſit: neq; tantùm emanci-
patos, verùm hos quoq; qui ex emancipatis
nati ſunt, & generaliter omnes qui ad bono-
rum poſſeſſionem contra tabulas admittun-
tur, toto tit. ff. vnde liberi. & l.1. ff. de bon. poſ-
ſeſſ. contra tab. & tit. de coniungendis cum e-
mancipato liberis eius. Quam prætorij iuris
æquitatem retinuerunt & ſecuti ſunt Impera-
tores Diocletianus, Maximinus, & Conſtan-
tinus, ſub tit. C. vnde liberi.

Ea haud dubiè ratione moti, quam & Papi-
nianus tradidit. Iuſtinianus repetij:, quòd na-
turæ & parentum commune votũ ad paren-
tum hæreditatẽ vocet liberos, l. ſcripto ff. vn-
de liberi, d. § pręterea. & emancipatio tanquã
actus iuris ciuilis, ea quæ iuris naturalis ſunt
auſer-

auferre & tollere nequeat, l. iura ſanguinis ff.
de reg. iur. neque dubium eſt, quin hoc quod
ciuili iure introductum eſt, ciuili quoque iu-
re tolli perinde que poſſit. Ciuilis enim ratio
ciuilia quidem iura corrumpere poteſt, natu-
ralia verò non vtique § ſed agnationis Inſti.
de legitima agnatorum tutela, l. non eſt no-
uum. 26. ff. de legib. Deinde cùm tanquàm ex-
tranei præteriri poſſent, neq; pater inſtituere
eos, vel exheredare neceſſe haberet: conſuluit
& in hac re eis Pretor, ac bonorum poſſeſſio-
nem contra tabulas teſtamenti dedit, l. 1. ff.
vnde liberi.

Hoc tamen tam Prætor quàm Imperato-
res addiderunt, vt emancipati tum demum
cum ſuis ad ſucceſſionem venirent, ſi con-
ferrent, & bona ſua quæſita ſuis hæredibus
communicarent, l. filium. § videamus. ff. de
bonorum poſſeſſione contra tabul. l. ſi eman
cipati 9. C. de collationib.

6 TERTIA † Succeſſionis ſpecies circa or-
dinem deſcendentium, ortum habet ex Sena
tuſconſulto Orphitiano. Cùm enim legis 12.
Tab rigore & duricie matres filios in poteſta
te nõ haberẽt, § fœmina. Inſt de adoptionib.
l. nulla. 13. ff. de ſuis & legit. hæred. ac ideo filij
ad hæreditatem matris non admitterentur,
§. 1. Inſti. ad S. C. Tertyl. S. C. itaque Orphitia-
no rigor hic legis 12. Tabul. ſublatus fuit, ac
conſulto ſenatu concluſum, vt filij ad hære-
ditatem matris ab inteſtato vita functę veni-
rent. Sic Vlpian ſub tit. de legitimis hæredib.
Ad liberos, inquit, matris inteſtatæ hęreditas
ex lege 12. Tabul. non pertinebat. Quia fœmi-
næ ſuos hæredes non habent. Sed poſteà Im-
peratorum Antonini & Commodi oratio-
ne in ſenatu recitata, id actum eſt, vt ſiue in
manu conuentione matrum legitimæ hære-
ditates ad filios pertineant, excluſis conſan-
guineis & reliquis agnatis. Et Iuſtinian ſub
tit de Senatuſconſ. Orphitiano: Per contra-
rium autem, inquit, liberi ad bona matrum
inteſtatarum admittuntur ex S. C Orphitia-
no, quod Orphitio & Ruffo conſulibus effe-
ctum eſt diui Marci temporibus. Et data eſt
tam filio quàm filiæ legitima hæreditas, eti-
amſi alieno iuri ſubiecti ſint: & præferuntur
conſanguineis & agnatis defunctæ matris.
Factum eſt autem hoc Senatuſcõſultum an-
no à Chriſto nato 179. imperante diuo Mar-
co Antonino philoſopho, qui etiam annus
celebris eſt, quòd Theodotion ex Hebræo li-
bros ſacræ Scripturæ verſos nim edidit.

7 QVARTA † Succeſſionis deſcẽdentium,
quam lex 12. Tabul. præſcripſit, immutatio
facta eſt à Theodoſio & Archadio. Lex enim
12 Tabul. omnes qui neque ſuorum nomen
habebant. neq; agnati erant, non agnoſcebat
in ſucceſſionib neq; à Prætore etiam per bo-
norum poſſeſſionem Vnde liberi admitte-
bantur, ſed ea tantũ Vnde cognati. Quia hoſ-
ce ſolùm vocabat Prætor, qui niſi capite di-
minuti, vel ipſi, vel parentes ipſorum eſſent,
aut alio ſaltem caſu, ſui futuri erant: item eos
qui etſi ſui hęredis locũ nunquàm tenuerant,
tenere tamen poterant, cùm per continuam
maſculorum ſeriem defuncto coniuncti eſ-
ſent. Qui igitur ex fœminis deſcendebãt, nul-
lo caſu ſui hæredis locum tenere pote-
rant. Per legem itaq; 12. Tabularum omninò
arcebantur. Prætoris deinde beneficio non
per bonorum poſſeſſionem Vnde liberi, ſed
Vnde cognati vocabantur.

Chriſtiani Itaq; Principes Theodoſius &
Arcadius circa annũ Chriſti 437. tantam con
tra ſexum fœmineum iniuriam inferri, & de-
cemuiralibus legibus decretam ampliùs per-
uagari paſſi non ſunt. Conſtituerunt ergo hi,
quòd ſi defunctus cuiuſcunq; ſexus aut nume
ri reliquerit filios, & ex filia defuncta cuiuſ-
cunq; ſexus aut numeri nepotes, nepotes eius
partis. quã defuncta ſuperſtes fratri inter fra-
tres ſuos fuiſſet habitura, duas partes conſe-
quãtur nepotes ex eadem filia: tertia pars fra
tribus ſororibusve eius quæ defuncta eſt, id
eſt, filijs filiabusve eius de cuius bonis agitur,
auunculis ſcilicet, ſiue materteris eorũ, quo-
rum commodo legem ſancimus, accreſcat, l.
ſi defunctus. 9. de ſuis & legitim. & in Codice
Theodoſiano in tit. 1. libr. 5. quam Dorotheus
& Tribonianus breuibus ſic explicant: Cùm
nepotis & pronepotis nomen commune ſit
vtriuſque, tam qui ex maſculis quàm qui ex
fœminis deſcendunt: ideo eundem ordinem
& gradum diui fratres eis donauerunt.

POSTREMO † Iuſtinia. anno Chriſti 528. 8
anno Imperij 2 deſcendentes cuiuſcunq; ſe-
xus fuerint, ſine omni detractione ad hæredi-
tatem parentum vocauit. Quoties, inquit, ali-
quis vel aliqua, inteſtatus vel inteſtata, mor-
tuus vel mortua fuerit, nepotib⁹ vel pronepo
tibus cuiuſcũq; ſexus, vel deinceps alijs deſcẽ-
dentibus derelictis, quibus Vnde liberi bono-
rum poſſeſſio minimè cõpetit: & inſuper ex
latere quibuſcũq; agnatis minimè poſſint ijdẽ
agnati quartã partẽ hæreditatis mortuæ per-
ſonæ ſibi vindicare, ſed deſcendentes ſoli ad
mortui ſucceſſionem vocentur. Quod tãtum
in futuris, non etiam præteritis negotijs ſer-
uari decernimus, l. fi. C. de ſuis & legit. hæred.

Tandem anno Chriſti 543. Imperij 17. ge- 9
neralem conſtitutionem edidit, qua & vete-
ris iuris, mediæq; iuriſprudentiæ differentias
omnes circa ſucceſſionem deſcendẽtium ſu-
ſtulit, primãq; cauſam eſſe deſcendentiũ ſan-
ciuit, nullo habito reſpectu neq; ſexus, neq; cõ
ditionis, neq; gradus: hoc eſt, ſiue ex maſculo-
rum ſint genere, ſiue ex fœminarũ, ſiue ſuę po
teſtatis, ſiue emancipati, ſiue in vlteriori gra-
du quàm propinquior defuncti agnatus co-

gnatusve. Si quis igitur, inquit, deſcendentiū fuerit, ei qui inteſtatus moritur cuiuſlibet naturæ aut gradus, ſiue ex maſculorum genere, ſiue ex fœminarum deſcendēs, & ſiue ſuæ poteſtatis ſit, ſiue ſub poteſtate ſit, omnib. aſcendētibus & ex latere cognatis præponatur. Licet enim defunctus ſub alterius poteſtate fuerit, tamē eius filios cuiuſlibet ſexus ſint aut gradus, aut etiam ipſis parentibus præponi præcipimus, quorum ſub poteſtate fuerit qui defunctus eſt, in illis videlicet rebus quæ ſecundùm noſtras alias leges patribus nō acquiruntur. Nam in vſu harum rerum qui debet acquiri, aut ſeruari, noſtras de his omnibus leges parētibus cuſtodimus: ſic tamen, vt ſi quē horum deſcendentium filios relinquentem mori cōtigerit, illius filios aut filias, aut alios deſcendentes in proprij parētis locum ſuccedere, ſiue ſub poteſtate defuncti, ſiue ſuæ poteſtatis inueniantur, tantā de hæreditate morientis accipientes partem quanticunq; ſint, quantam eorum parens, ſi viueret, habuiſſet: quam ſucceſſionem in ſtirpes, vocauit antiquitas. In hoc enim ordine gradum quæri nolumus, ſed cum filijs & filiabus ex præmortuo filio aut filia nepotes vocari ſancimus nulla introducēda differentia ſiue maſculi ſiue fœminæ ſint: & ſeu ex maſculorum ſeu fœminarum prole deſcendant, ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate ſint conſtituti. Et hæc quidem de ſucceſſionibus deſcendētium diſpoſuimus. § ſi quis igitur. Auth. de hæredib. ab inteſtato venientibus.

Nullo itaq; habito reſpectu vel ſexus, vel conditionis, vel gradus, primam cauſam in ſucceſſione defunctæ perſonæ liberi obtinēt. Naturæ enim ratio & commune parentum votū, liberos vocat, l. ſcripto hærede. 6. ff. vnde liberi. l. nā etſi parentib. 15. ff de inofficioſo teſtamento. Parentum enim ſtorgi & in liberos amor, hoc præcipuè expetit, vt quos in hanc lucem corporeos, mortales, multiſque ac magnis miſerijs & periculis expoſitos procrearunt, præſidio etiam multorum bonorū munitos & firmatos relinquant. Nam filij parentes referunt, ac pars corporis eorum ſunt, l. cùm ſcimus in fi. 21 C. de agricolis & cenſitis lib 11. Et per filios parentū memoria conſeruatur & propagatur. l. liberorum. 220. in fi. ff. de verb. ſig.

10 Neque † maior eſt amor atque ſtorgè quàm parentum in liberos, l. vlti. in princ. C. de curatore furioſi. Quis enim talis affectus extraneus inueniatur, vt paternum vincat? Quia ſummus ſemper gignentis in genitum amor eſt, vt Ariſtoteles in lib Moralium 2. cap. 12. docet & Plutarch. in libro de Amore parentū. Ac elegāter Euripides in Alcmena inquit: Δεινὸν τὸ τέκνων φίλτρον. ἔθηκε θεὸς ἀνθρώποις. Quare pro affectu magis in liberis, quàm in proprio corpore terreri parentes, Paulus I C. ſcribit l. iſti quidem ff. de eo quod metus cauſa. Inde ſi aliquis habeat patrem ſumma paupertate laborantem, & filium indigentem, potius filio ſubuenire, eique auxilio adeſſe ſuo debet, quàm patri. Cynus in l. 2 C. de patribus qui filios ſuos diſtraxerunt.

Quare † etiam iura præſumunt & colligunt, patrem, qui filium ſuum nocentem iudici obtulit, ideo non cenſeri obtuliſſe, vt vltimo eum iudex ſupplicio afficiat, l. milites. 13 §. vlt ff de re militari Salic & Pau. de Caſt. in l propter inſidias 14 C. qui accuſare non poſſunt. Barth. Cępolla in cautela 1. Andr. Alciat. in libro Præſumptionū, in reg. 1. in quarta præſumptione. Et multa de hac ſtorgè, quæ ſe non tantùm in omnibus parentibus, ſed brutis quoque animalibus exerit, pro more ſuo cumulatim tradit Andr. Tyraq. in præfatione, l. ſi vnquàm C de reuocandis donationibus. Adfert inſigne exemplum de patre, qui accuſatus erat vnà cum filio de homicidio. Certum enim erat, alterum eorum id facinus perpetraſſe: ſed vter id feciſſet incertū. Carolus II. Imperator iuſſit filium ſuſpendi: quod audiens pater, vt à morte filium vindicaret, ac in ſe pœnam committeret, ſponte crimen confeſſus & ſuſpenſus eſt, liberato filio. 11

CAPVT XIII.

De ſucceſsione liberorum naturalium & legitimorum.

SVMMARIA.

1 *Filij filiæve ſuccedunt parentibus in viriles partes ſoli.*
2 *Emancipati cum ſuis indifferenter patri ſuccedunt.*
3 *Legitimi liberi ad inſtar naturalium & legitimorum ſimul patri ſuccedunt.*
4 *Poſthumi vt liberi ſuccedunt ſi viuo patre concepti fuerint.*
5 *Monachi non minus quàm qui in ſeculo ſunt, patri ſuccedunt.*
6 *Filij filiæve patri etiam capitali pœna mulctato ſuccedunt.*

QVia liberorum appellatio ſub ſe nepotes & pronepotes & vlteriores complectitur: nepotum autem plurium non eadem cum patruis vel materteris, in ſucceſſiōe aui, cauſa eſt: ideo tres caſus in hoc deſcendentiū ordine præcipuè ſtatuendi ſunt.

Primò: Filij filiæve tantùm, vel liberi primi gradus, quomodo patri matrive ſuccedant.

Secundò: Nepotes neptesve plures, ex aduerſis filijs filiabusve, quomodo cum patruis vel materteris in hæreditatem auitam vocentur.

Tertiò: Nepotes ex diuerſis filijs filiabuſve, ſolî, qua ratione in auitam hæreditatem veniant.

I. CASVS.

Caſus I.

1 Filij † filiæve primò omnium in defunctorum parẽntum hæreditatẽ pro virilibus portionibus ſuccedunt. Si quis igitur deſcendentium fuerit ei qui inteſtatus moritur, inquit Iuſtinianus, cuiuſlibet naturę aut gradus, ſiue ex maſculorum genere, ſiue ex fœminarum deſcendens, & ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate ſit, omnibus aſcendẽtibus & ex latere cognatis præponatur. Licet enim defunctus ſub alterius poteſtate fuerit, tamen eius filij, cuiuſlibet ſexus ſint, aut gradus, etiã ipſis parentibus præ :oni præcipimus, quorũ ſub poteſtate fuerit qui defunctus eſt, in illis videlicet rebus quæ ſecũdùm noſtras alias leges, patribus nõ acquiruntur. Nam in vſu harum rerum qui debet acquiri aut ſeruari, noſtras de his omnibus leges parentibus cuſtodimus. Quæ Iuſtiniani ſanctio contracta eſt in ſummam, & relata ſub Auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legitimis liberis. In ſucceſſione, inquit, mortui patrisfamiliâs, ſiue filijfamiliâs, liberi eius ſi ſunt, omnibus alijs prælati ſuccedũt. Primi quidem gradus æqualiter ſuccedunt, nepotes & vlteriores in ſtirpes, nõ diſtinguendo ſexum vel iura poteſtatis, ſed ſola naturali cauſa inſpecta.

2 Ampliatur † hæc cõcluſio primùm: vt nõ tãtùm obtineat in liberis qui in poteſtate patria exiſtunt: ſed & in his qui emãcipati ſunt, ac in ſacris patris eſſe deſierunt. Exæquata enim nunc eſt emancipatorũ & ſuorùm conditio. Idq; ex reſcripto Iuſtiniani edito anno 8. Imperij, anno Chriſti 534. Ac noua ſanctione, quę continetur ſub Auth de hæredibus ab Inteſtato venientibus § nullam. Nullam, inquit, volumus eſſe differentiam in quacunq; ſucceſſione aut hæreditate, inter eos qui ad hæreditatem vocãtur, maſculos ac fœminas, quos ad hæreditatem communiter definiuimus vocari, ſiue per maſculi, ſiue per fœminę perſonam defuncto iungebantur. Sed in omnibus ſucceſſionibus, agnatorum cognatorumq; differentiã vacare præcipimus, ſiue per fœmineã perſonam, ſiue per emancipationẽ, ſiue per alium quemlibet modum, prioribus legib. tractabatur: & omnes ſine qualibet huiuſmodi differentia, ſecundùm proprium cognationis gradum, ad cognatorum ſucceſſionem ab inteſtato venire præcipimus.

3 Secundò † ampliatur, vt procedat non ſolùm in liberis legitimis & naturalibus, ſed etiam legitimis tantùm qui videlicet per adoptionem, in poteſtatem coniunctæ perſonæ venerunt. § ſed hodiè. Inſti. de adoptionib. §. ſed ea omnia. Inſtit. de hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur, quemadmodũ latè infra, in ordine adoptiuorum dicetur.

4 Tertiò † ampliatur in poſthumis naſcituris, dum tamen ante mortem defuncti patris concepti ſint, l. Titius. 6. ff. de ſuis & legitimis hæredibus. Titius, inquit Iulianus, exhæredato filio, extraneum hæredem ſub conditione inſtituit, quæſitum eſt: Si poſt mortem patris, pendente conditione, filius vxorem duxiſſet, & filium procreaſſet, & deceſſiſſet, deinde cõditio inſtituti hæredis defeciſſet, an ad hunc poſthumum nepotẽ legitima hæreditas aui pertineret? Reſpondit, qui poſt mortem aui ſui concipitur, is neque legitimam hæreditatem eius, tanquàm ſuus hęres, neq; bonorum poſſeſſionem tanquàm cognatus, accipere poteſt. Quia lex 12. Tab. eum vocat ad hæreditatem, qui moriente eo de cuius bonis quæritur, in rerum natura fuerit. Et Vlp. in l. 1. ff. vn de cognati. §. ſi quis proximior. Si quis proximior, inquit, cognatus naſci ſperetur, in ea conditione eſt, vt dici debeat obſtare eum ſequentibus. Sed vbi natus nõ eſt, admittemus eum qui poſt ventrem proximus videbatur. Sed hoc ita demùm erit accipiendum, Si hic qui in vtero eſſe dicitur, viuo eo de cuius poſſeſſione agitur, fuerit conceptus. Nam ſi poſt mortem, neque obſtabit alij, neq; ipſe admittetur: quia non fuerit proximus cognatus ei, quo viuo animal nondum fuerit. Si qua prægnans deceſſerit, & vtero execto partus ſit editus: in ea conditione eſt partus iſte, vt matris ſuæ accipere bonorum poſſeſſionem poſſit. Et Iuſtinia, in tit. de hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur, §. ita demùm. Poſthumi quoque qui ſi viuo parente nati eſſent, in poteſtate eius futuri forent, ſui hæredes ſunt. de qua re infrà in caſibus, quando liberi à parentum ſucceſſione pellantur.

5 Quartò † ampliatur: Vt non ſolùm locum habeat in liberis qui in ſeculo manent, vt Interpretes loquuntur: ſed etiam in ijs qui religioni ſeſe addixerũt. Iuſtinia. in Auth de monachis in §. illud quoque decernimus. Cuius conſtitutio relata eſt ad titulum Codicis de ſacroſ. eccleſ. ſub Auth. Ingreſſi monaſteria ipſo ingreſſu, ſe ſuaque dedicant Deo: nec ergo de his teſtantur, vtpote nec domini rerum. quod tamen quomodo intelligendum ſit, paulò poſt dicetur.

6 Quintò † ampliatur: Vt obtineat quoque in bonis parentum, qui crimine damnati, capitalem pœnã deportationẽve meriti ſunt. Damnatorum enim bona, ſeu proſcriptorũ non fiunt lucro iudicibus aut officijs, neque ſecundùm veteres leges fiſco applicãtur: ſed aſcendentibus, deſcendẽtibus, & ex latere vſque ad tertium gradum. Auth. bona damnatorum. C. de bonis proſcriptorum. Quo nouiſſimo iure, reſcriptum Diocletiani, in l. de bonis. 6. C. eo. ſublatum & antiquatum eſt. de quib. omnib. infrà copioſe tractabimus.

CAPVT XIIII.

Nepotes cum patruis, quomodo in hæreditatem aui vocentur.

Caſus II.

SVMMARIA.

1 *Nepotes & vlteriores ſuccedunt in ſtirpes ſi cum filijs ſuccedunt patri.*
2 *Lege 12. tabul. nepotes cum ſuo ſuccedentes in ſtirpes veniunt.*
3 *Iure etiam Nouellarum cum filio nepotes in ſtirpes veniunt.*
4 *Iure diuino nepotes cum filio in ſtirpes ſuccedunt.*
5 *Patris & filij vna eademq́, perſona, vox & caro.*
6 *Continuatiuè quod fit per rerum naturam vnum & idem eſſe dicitur.*
7 *Surrogatum ſapit naturam ſurrogati.*
8 *Parentum priuilegia & honores ad filium tranſeunt.*
9 *Nepos ſuus factus, æque vt pater rumpit teſtamentum.*
10 *Statuto ſororibus excluſa ſuccedunt nepotes.*
11 *Succeßio liberorum eſt ius ſanguinis quod in liberos tranſit.*
12 *Nepotes ſubducto filio rediguntur in conditionem filij.*
13 *Repræſentationis ius in feudo, emphyteuſi & iure patronatus obtinet. nu. 14. & 15.*
16 *Repræſentationis ius an in ſtatutis obtineat. nu. 17. & 18.*
19 *Statuti interpretatio paßiua interpretationem recipit.*

I. CONCLVSIO.

1 IN ſucceſſione † ab inteſtato, ſi cum deſcendentibus primi gradus, concurrant vlterioris gradus liberi, nepotes nempè vel pronepotes: tūc nepotes aut pronepotes in locū, ordinem et cauſam patris ſui ſuccedunt: hoc eſt, quotquot ſunt, eam ſolummodò hæreditatis partem adipiſcuntur, quā ipſorum pater habiturus fuiſſet, ſi vixiſſet: quod eſt in ſtirpes ſuccedere. Veluti, Labeo deceſſit, & reliquit ſuperſtitē Caium & Licinium, ac tres nepotes ex filio Sempronio. Hi tres filij vnà cum patruis auo ſuccedūt, in eam tamen partē, quam ipſorū pater ſi vixiſſet, habiturus fuiſſet: hoc eſt, tota hæreditas Labeonis in tres æquales portiones diuiditur, quarum vna eſt Caij, altera Licinij, tertia filiorū trium Sempronij.
2 quod † ex lege 12. Tab. etiā in ſuis obſeruabatur. Si ex defuncto ſit filius, inquit Vlpianus, & ex altero filio mortuo iam nepos vnus, vel etiam plures, ad omnes hæreditas pertinet: nō vt in capita diuidatur, ſed in ſtirpes, id eſt, vt filius ſolus mediam partem habeat, & nepotes quotquot ſunt alterā dimidiā. Aequū eſt enim, nepotes patris ſui loco ſuccedere, & eam partem habere, quam pater eorum, ſi viueret, habiturus fuiſſet. ita Vlpian. in Inſt. ſub cap. 26. Idemque reſcripſit Diocletianus de his qui in ſacris patris ſunt, hoc eſt in patria poteſtate, in l. 3. C. de ſuis & legit. Vt inteſtatò defuncti filius, ac nepos ex alio, qui mortis eius tēpore in rebus humanis non inuenitur, manētes in ſacris, pariter ſuccedāt, euidenter lege 12. Tab cautum. quod & honorarij iuris obſeruatio ſequitur. Et Caius I.C. poſt Diocletianum in l. poſthumorum. 13. ff. de iniuſto & irrito facto teſtam. Poſthumorum, inquit, loco ſunt, & hi qui in ſui hæredis loco ſuccedendo, quaſi adgnaſcendo, fiunt parentibus, ſui hæredes: vt ecce, Si filium, & ex eo nepotem neptemve in poteſtate habeā, quia filius gradu præcedit, is ſolus iura ſui hæredis habet: quamuis nepos quoq; & neptis ex eo, in eadem poteſtate ſint: ſed ſi filius meus me viuo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de poteſtate mea, incipit nepos neptisve in eius locum ſuccedere, & eo modo iura ſuorū hæredum quaſi agnatione nanciſcuntur. Ne ergo eo modo rumpat mihi teſtamentum, ſicut ipſum filium vel hæredem inſtituere, vel exhæredate nominatim debeo, ne nō iure faciam teſtamentum: ita & nepotem, neptem ve ex eo, neceſſe eſt mihi vel hæredem inſtituere, vel exhæredare, ne fortè me viuo, filio mortuo, ſuccedendo in locum eius nepos neptisve quaſi agnatione rumpant teſtamentū: idq; lege Iunia Velleia prouiſum eſt.
Et Iuſtinia. † in d. Auth. de hæred. ab inteſta- 3
to venientibus §. ſic tamē, vt ſi quem horum deſcendentium, filios relinquentē mori contigerit, illius filios aut filias, aut alios deſcendentes in proprij parentis locum ſuccedere, ſiue ſub poteſtate defuncti, ſiue ſuæ poteſtatis inueniantur: tantam de hæreditate morientis accipientes partem, quanticunq; ſint, quātam eorum parēs, ſi viueret, habuiſſet: quam ſucceſſionem in ſtirpes vocauit antiquitas. In hoc enim ordine gradum quæri nolumus, ſed cum filijs & filiabus ex præmortuo filio aut filia, nepotes vocari ſancimus: nulla introducenda differentia, ſiue maſculi ſiue fœminę ſint, & ſeu ex maſculorū ſeu fœminarū prole deſcendant, ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate ſint conſtituti. Et idem Iuſtinia. alibi: Cùm filius filiave, & ex altero filio nepos neptisve exiſtunt, pariter ad hæreditatē aui vocantur: nec qui gradu proximior eſt, vlteriorem excludit. Aequum enim eſſe videtur, nepotes neptesque in patris ſui locum ſuccedere. Pari ratione, etſi nepos neptisve ſit ex filio, & ex nepote pronepos proneptisve ſimul vocantur. Et quia placuit nepotes neptesve, item pronepotes proneptesve, in parentis ſui locum ſuccedere, conueniens eſſe viſum eſt, non in capita, ſed in ſtirpes hæreditatem diuidi, vt filius partem dimidiam hæreditatis habeat, & ex altero filio duo pluresve nepotes, alteram dimidiam. Item ſi ex duobus filijs, nepotes neptesve exiſtant, ex altero vnus fortè aut duo, ex altero tres aut quatuor, ad vnum aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel quatuor altera dimidia.

Nititur † autem hæc concluſio, quòd vide- 4
licet

licet nepotes in gradum & ordinem ſui pa-
tris ſuccedere debeāt iure etiam diuino. Tha-
re filios habuit, Abram, Nachor, & Aram. A-
ram mortuus ante patrem Thare, reliquit fi-
lium Loth. Mortuo Thare, Abraham & Na-
chor filium Aram, Loth nepotem ex fratre
ad ſucceſſionem Thare admiſerunt, eumque
fratris loco & nomine vocarunt. Geneſ.11.c.
Rationes autem huius axiomatis hæ ferè ad-
duci proferriq; poſſunt.

5 Primò,† filius & pater vna eademq; perſo-
na cenſetur, & vna vox, vna caro, & alter alte-
rius pars, vt loquitur & explicat Tyraq. in l.ſi
vnquam.8 in princ.num.15.C.de reuocan.do-
natio. neque ex fictione vnum ſunt, ſed ex ve-
ritate, l.vlt.C.de impuberum & alijs ſubſtitut.
c.iam itaque.8. 1.quæſt.4. Et filius, vt Caſtren-
ſis reſpondit, eſt caro patris aucta. conſi. 264.
col 3 libr.2. Nepos igitur extinctus nō dicitur,
cùm in eum transfuſa ſit caro patris: vt Eccle-
ſiaſtes ca.30.ait: Mortuus eſt pater eius, & qua-
ſi non eſt mortuus, ſimilem enim ſibi reliquit
poſt ſe. Ideoque nepos ſine corpore aui intel-
ligitur, quemadmodum ipſe filius ex auo na-
tus l.1.C.de condit.inſertis.l.Lucius.85.in ver
bis, ex ſe natum natamque ff.de hæred inſtit.
Bart & Alciat.in l.liberorum.220. ff. de verb.
ſignifi. Bald.in l.1. C.de conditionib.inſertis.
Idq; quadam ſanguinis continuatione. Quod
6 autem † continuatiuè fit per rerum naturam,
vnum eſſe & idem, ac immediatè fieri dici-
tur: vulgata theorica, de qua Baldus in l impe
rialis.23.§ his aliud.ad finem.C.de nuptijs c.1.
§.filia.In fine.& ibi Aluarottus & Cardinalis,
Alexander colum 4. tit.8.libro 1.de ſucceſſio-
ne feudi. Imola in d.l Lucius.85 colum.1. Alex
and.& Franciſc. Ripenſis in l.ex facto 17 §.vl-
tim.ff ad Senatuſconſult. Trebellianum. An-
choranus in repetit.cap.1.in 14.quæſtione, de
conſtitutionibus. Caſtrenſis conſ.410 incip.
viſo facto. lib.1. & conſ.165. incip.in præſenti
cauſa, lib.2.& conſ.198.colum.1.eod.lib.2.Ste
phanus Bertrandi conſ.1. incip. viſo, numer.
33.lib.2.& conſi.249 colum.1.eod. & in conſi.
302.incip.viſis copijs.lib.3.Guido papa in deci-
ſione 353.incip.teſtatore. Franciſc. Ripa libr. 2.
Reſponſorum, cap.26.incip. Allobrogum, nu
me.1.& 20. Nepos igitur perſonam patris cùm
ſuſtineat & gerat, in eius locum & gradū me-
ritò ſuccedit.

7 Secundò,† ſubrogatum ſapit naturam eius
in cuius locum ſuccedit, & ſubrogatur. l.1.§.
hæc actio. ff. ſi is qui teſtamento liber eſſe iuſ-
ſus fuerit.l.ſi eum.10.§.qui iniuriarum. ff.ſi qs
cautio.c.eccleſia S.Mariæ.3.extr.vt lite pendē-
te nihil innouetur. Sicuti in ſimili: annulus a-
lienus ſponſæ datus, etiam ſi recepto eo, alius
detur, donationem non infringit.l ſi donatæ.
36. §.fin. ff. de donat. inter virum & vxorem.
quod non ob aliud fit, niſi quòd ſecundus re-
præſentet primum. Roman.conſ.146. Ex ea i-
taque ſubrogatione euenit & hoc, vt iiſdem
priuilegijs vtatur is qui in locum defuncti ſuc
cedit, eiusq; perſonam ſuſtinet, l.decernimus.
10. in fin. & ibi Bart. C. de aquæductu, lib.11.l.
minor.51.§.penult. & ibi Bald. ff de procura-
torib Filius † autem in locum patris ſubroga 8
tur, ideoque honor, priuilegium, beneficium
parentum, regulariter ad filios tranſeunt, l.e-
mancipatum 7.ff.de Senatorib.l.milites. 8. &
ibi Cynus l.diuo Marco.11.C.de quæſtionib.l.
decurionum.12.C.de pœnis, l.2.C.de priuileg.
eorum qui in ſacro palatio militant, libr. 12.
Priuilegia verò quæ, & quando tranſeant in
ſubrogatum, latè tradit Philippus Decius in
reg.in omnibus.69 ff.de reg.iuris. item ex hac
quoq; † cauſa nepos ſuus hæres factus & præ- 9
teritus, teſtamentum æquè rumpit, vt pater, d.
l.poſthumorum.13. ff de iniuſto rupto & irri-
to facto teſtam. Hinc † etiam, ſi ſtatuto ſoro- 10
res hæreditate pellantur, locus fit nepotibus,
Bart.in d.l.liberorum, Bald.in l.maximum vi
tium.4.& ibi Salic. Caſtrenſis & Alex C.de li-
beris præteritis. Philip.Dec.in l.2. C.de in ius
vocand.num.6.vbi plurimas allegat autorita
tes, & in conſi.172.incip.viſis & diligenter cō-
ſideratis, & Iaſ.in d.l venia, & in l. de quibus,
colum.4.ff.de legib.& in l.qui ſe patris, vltim.
num.57.C.vnde liberi.

Tertiò, ſucceſſio † hæc liberorū eſt ius ſan- 11
guinis, l.ius agnationis.34.ff.de pact. Iura autē
ſanguinis in liberos tranſeunt, neque vt Pom
ponius I.C. ait vllo ciuili iure dirimi poſſunt,
l.iura ſanguinis.8.ff.de regul.iuris, l.3. ff.de in-
terdictis & relegatis, d.l.1. C.de priuilegijs eo-
rum qui in ſacro palatio militant, lib. 12. Inde
rectè nepotes filij dicuntur. Gloſſ.in § vlti. In-
ſtitu.qui teſtamento tutores dare poſſunt.per
text.in l.liberorum.220. §. ſed & Papinianus,
ff.de verb ſignific. Gloſſ.in §.cum igitur.auth.
de non eligendo, & Anchoran.in repetit. c. 1.
extrà de conſtitutionib. Cepolla in conſ.7.In-
cip.in cauſa ciuili. de qua re vide Romanum
conſ.[illegible]. Alexā.conſ.1.lib.1. vbi Carolus Mo-
lynæus latiſſimè.& conſi.37.lib.6. Philip.Cor
neus conſi.97.colum.3.libro 1. & conſi. 248.
eodem lib. Marianus Socinus conſi.14.incip.
ſequendo ordinem, in 1.volum. Bart. Socin.e-
ius filius, in l.cum vir.25. colum.1. ff.de condi-
tionib.& demonſtrat. Philippus Decius con-
ſi.445.num.52.

Poſtremò,† nepotes ſubducto filio redigū- 12
tur in conditionem filij, l.ſed etſi conditioni-
bus.6.§.nepotes, ff.de hæred. inſtit. Poſſunt &
plurimæ aliæ rationes adduci, quæ ab interpre
tibus in allegatis locis productæ ſunt: quas &
breuitatis cauſa, & quia ad has quatuor redigi
poſſunt, omitto.

II. CONCLVSIO.

Ius † repræſentationis non ſolùm locū ha- 13

bet in ea ſucceſſione,quę ex iure ciuili deſcen-
dit:ſed obſeruatur in feudo,in emphyteuſi,in
iure patronatus De feudo extat tit.50. li.2.feu-
dorum, de natura ſucceſſionis feudi. Paternũ
autem voco, inquit text. quicunq; ex ſuperio-
ribus id acquiſiuit, dummodò ſcias, quòd ſi
quis habens beneficium quatuor ſuperſtitib⁹
filijs decedat: & feudum ad vnum ſolùm ex
diuiſione deueniat, & iſte ſuperſtitibus filijs
duobus vel tribus decedat,qui patrueles dicũ-
tur: & ad vnum eorum, beneficium feudi ex
diuiſione perueniat.& ſimiliter iſte ſuperſtiti-
bus filijs decedat, qui patrueles dicuntur, ad
quorum vnum feudum ſimiliter perueniat:
ſicut etiam ex alijs ſuperioribus vel primis fra
tribus ſuperſunt maſculi: ſi ille qui feudum
habet,deceſſerit nullo filio relicto, an ad om-
nes,vel ad quos perueniat,quæritur? Reſpon-
deo: ad ſolos, & ad oēs qui ex illa linea ſunt,
ex qua iſte fuit.Et hoc eſt quod dicitur ad pro-
ximiores pertinere. Iſti verò proximiores eſſe
dicuntur,reſpectu aliarum linearum. Sed om
nibus ex hac linea deficientibus, omnes aliæ
lineæ æqualiter vocantur. Similis text. in c.1.
§. ſi verò deficientibus. tit. de gradibus ſucce-
dendi in feudo.& ibi omnes interpretes.

14 De emphyteuſi ſingulariter decidit Corn.
conſ.24. in 2. volum. per ea quæ notantur ab
Accurſio Ioan de Imol.& Caſtrenſi in l.cùm
ita §.in fideicommiſſo ff.de legat.2. Raphael
Fulgoſius in Authen poſt fratres. C. de legiti-
mis hæred. latè declarat, in quibus feudum &
emphyteuſis cōueniant. Eberhard.de Mittel-
burgo in loco à feudo ad emphyteuſin, in 23.
æquiparatione.

15 De iure † patronatus,tradit Gulielm.Bene
dict. in d.c. Raynutius. 16. in verb. & vxorem
nomine Adelaſiam.num.56.fol.98. extr.de te-
ſtamentis.per c.cùm ſeculum. & ibi Panorm.
extr.de iure patronatus.& per tradita Innocē-
tij in c.cùm Bertoldus.18. extr. de re iudicata.
& ſequuntur Ioan. Fabr. & Angel. Aretin. in
d.§.cùm filius filiave. quod intellige, vt infrà
dicetur, quibus caſibus repræſentatio locum
non habeat.

III. CONCLVSIO.

16 Idque etiam † in ſucceſſione ſtatutaria lo-
cum habere,aliqui tradiderunt. Alex.conſ.88.
incip.quòd concurrere debeant.lib.1.& conſi.
137 incip.præclarè.eod & in conſ.27.incip.vi-
dentur. colum penult. lib. 3. quem refert &
ſequitur Philip. Decius in l.1.num.19. C.de ſe-
cund nupt & conſi.484.incip.æquitati,col 2.
& conſi.627.incip.in ciuitate Rauennę.& cō-
ſi.554.incip.in ciuitate Lucana colum.1.& Iaſ.
conſ.159.incip.Odericus.col.4.lib.4.

17 Quibus † contrarium aſſerit, & aduerſatur
Gulielmus Benedictus (quem falsò Andreas
Tyraquel.pro affirmatiua parte adducit in li-
bro de Retractu) in c.Raynutius.16. in verb.&
vxorem nomine Adelaſiam.nu.63.fol.99 vbi
citat conſi.Bald. 30. incip. præſuppoſito ſtatu-
to.in 2. colum. in 3.parte conſ. vbi ſtante ſta-
tuto, quòd mulier dotata non ſuccedat, ſoli
fratres eam excludunt, nec in ea portione ne-
potes ex fratre mortuo cum patruis concur-
runt. Quia nepotibus non ſic aperitur edictũ
ſtatuti,ſicut eis aperitur edictũ prætoris:quod
eis apertum non fuiſſet,niſi prętor expreſsè id
dixiſſet,l.ſi poſt mortem.10. §. fin.ff.de bono.
poſſ. contra tabulas.

Verùm † clariſſimi quiq; ferè Iureconſulti 18
repræſentationi locum fieri in ea ſucceſſione
quæ ſtatuto vel defertur,vel præſcinditur,exi-
ſtimarunt. Exemplum adferunt:Statutũ eſto:
Filia, exiſtente maſculo, ne ſuccedito: Filius
viuo patre deceſſit, relicto nepote:quæſtionis
fuit, an nepos amitam, hoc eſt, ſororem pa-
tris hæreditate auertat,quemadmodum pater
eius auertiſſet,ſi in viuis manſiſſet. Et ſanè cō-
muni ferè aſſenſu traditum eſt, nepotem pa-
tris perſonam repræſentare, & amitam exclu
dere.Bartol.in d.l.liberorum.col.5.ff.de verb.
ſign.Alberic.in l.ſic euenit, ff. ad leg.Iul.de a-
dulter. & ſibi contrarius in l.ex pluribus.ff.de
adminiſtr.tutelæ.Bald.Salicet. Caſtrenſ. Ale-
xand.in l.maximum vitium.C.de liber.præte
ritis.& in l.venia.& ibi Purpuratus, Iaſon, De-
cius præter cæteros.C.de in ius vocand. Bald.
in l.ſcimus C.de inoffic.teſtament.& in l.1.C.
de ſecund.nupt Caſtrenſis in l.ſi verò. §.de vi-
ro.ff.ſolut.matrimon. Fulgoſius & Iaſon in l.
de quibus. ff. de legibus. Franciſcus Aretin. In
l.ſi quis poſthumos.§.1.ff.de liberis & poſthu-
mis.Iaſon in l.1.§.hoc autem.ff.de S.C.Trebel
lian.& in l.qui ſe patris.11.num. 37. & ibi Hip-
polytus C.vnde liberi.Angel. Aretin.in §. ius
autem ciuile. Inſtitut. de iure naturali, genti-
um & ciuili.Carolus Ruinus, & Fortun. Gar-
zia hæſitans in l.Gallus.ff.de liberis & poſthu
mis.Anchoran.& Bald.in c. 1. extr. de conſti-
tutionibus.Fulgoſ.conſ.78.Roman conſ.129.
Panorm.conſ.75.lib.1.Caſtrenſis conſi. 47. li-
bro 1.& conſ.40.lib.2.& conſ.83. eod. lib. Ma-
rian.Socin.conſ.14.& conſ.30. Alex. conſ. 36.
lib.6.Franciſ.Curt.Sen.conſ.80.Dec.conſ.372.
& conſ.397.& conſ.315.vbi ſibi aduerſatur Bel-
lameræ deciſ.724.Cardinalis Alex.in c. 1.col.
12.tit.de feudo Marchiæ.Campegius, Georg.
Natta, Laurētius à Pala tract.ſtatutorum, qui-
bus fœminæ à ſucceſſione pelluntur. Ratio-
nes huius deciſionis adferunt tres: Vna, quòd
ſubrogatum ſapiat naturam ſubrogantis: I-
tem,quòd filius nepos patris locum ingredia-
tur:deniq; cùm in ſtatuto non exprimatur an
beneficium hoc patri competens ad nepotes
tranſeat, quòd ſequi debeamus ius commu-
ne, quo iure nepos patris perſonam ſuſtinet,
omniaque iura, quæ patri competebant, aut
compe-

competitura fuiſſent, ſi vixiſſet, conſequitur. Cùm enim † huiuſmodi interpretatio ſtatuti pœnalis ſit, recipit ea extenſionem. quod in alijs quoq; diſpoſitionibus correctiuis & pœnalibus fieri ſolet. gl. in l. ſi quis ſeruo & ibi Bart. & Bald. C. de furt. & in l. quod verò. ff. de legibus. Barr. in l. omnes. in 6. quæſtio ff. de iuſtitia & iure & in l. Marcellus. §. quid autem. ff. ad S.C. Trebellian. & in l. 2. ff. de legat. 1. & in l. 6. ff. de muneribus & honorib. Alexand. conſ. 38 & reperitur conſ. 137 eod. lib. Iaſon conſ. 159. lib. 4. Dec. in l. 1. in 14. notab. C. de ſecund. nupt. & conſ. 484. & conſ. 527. & conſ. 553. Bened. in d. c. Raynutius. in verb. & vxorem nomine Adeluſiam. num. 625. extr. de teſtam.

CAPVT XV.

Quando ſoli nepotes neptesve ex diuerſis filijs extſtunt, quomodo hi in aui hæreditatem auocentur.

SVMMARIVM.

1 Nepotes & infrà, ſoli auo ſuccedentes, in ſtirpes veniunt.

CASVS III.

1 SOli nepotes † neptesve ex diuerſis filijs filiabusve varij numero, auo ſuccedentes ab inteſtato, non pro virilibus portionibus, ſed ex ſtirpibus ſuccedunt. l. 2. C. de ſuis & legitimis liberis. Et Iuſtinianus in §. cum filius. vel .pari ratione. Inſtitut. de hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. Pari, inquit, ratione & ſi nepos neptisve ſit ex filio, & ex nepote pronepos proneptisve ſimul vocantur. Et quia placuit nepotes neptesve, item pronepotes proneptesve in parentis ſui locum ſuccedere, conuenienter eſſe viſum eſt, non in capita, ſed in ſtirpes hæreditatem diuidi: vt filius partem dimidiam hæreditatis habeat, & ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. item ſi ex duobus filijs nepotes neptesve extiterint, ex altero vnus fortè aut duo, ex altero tres & quatuor, ad vnum aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel ad quatuor altera dimidia.

CAPVT XVI.

De ſucceſsione liberorum, qui ex vno quidem patre, diuerſa verò matre, vel econtrà, nati ſunt.

SVMMARIA.

1 Filij diuerſorum matrimoniorum patri in capita ſuccedunt
2 Mater lucra cuiuſque matrimonij liberis eiuſdem reſeruat.
3 Mulier bona triplicia habet.
4 Filij diuerſorum matrimoniorum patri communi in capita, matri verò quilibet ſua, ſeorſum ſuccedunt.
5 Patri communi filij æqualiter, ex diuerſis ſeparatim ſuccedunt.

HVCVSQVE de liberis, qui ex ijſdem parentibus, hoc eſt vno eodemque matrimonio, ijſdemque nuptijs procreati ſunt, tractatum eſt: nunc de liberis diuerſarum nuptiarum, qui vel diuerſum patrem, vel diuerſam matrem habuerunt, breuiter dicendum. Exempli cauſa: Sempronius vxores habuit Antoniam, quæ peperit Caium: Fuluiam, quæ peperit Seium & Paulum: Tertylliam, quę peperit Calphurniam, & Iulianum, & Maximinam. De his quæri poterat quomodo ſuccederent.

Certi † itaque & indubitati iuris eſt, liberos vno eodemque patre genitos & ortos æqualiter omnes patri in capita ſuccedere. Di- 1
uerſas verò matres qui habuerunt, diuiſim & 2
diſtinctè bona materna conſequi. Ita Imperatores Valentinus, Gratianus, & Theodoſius reſcripſerunt anno Chriſti 384. l. fœminæ. C. de ſecundis nuptijs. Fœminæ, inquiunt, quæ ſuſceptis ex priore matrimonio filijs, ad ſecūdas poſt tempus luctus ſtatutum tranſierunt nuptias, quicquid ex facultatibus priorum maritorum, ſponſalium iure, quicquid etiam nuptiarum ſolennitate perceperint, aut quicquid mortis cauſa donationibus factis, aut teſtamento iure directo, aut fideicommiſſi, vel legati titulo, vel cuiuſlibet munificæ liberalitatis præmio ex bonis, vt dictum eſt, priorum maritorum fuerint aſſecutæ: id totum, ita vt perceperint, integrum ad filios quos ex præcedenti coniugio habuerint, tranſmittant, vel ad quemlibet ex filijs (dummodò ex his tantùm ſit, quos tali ſucceſſione digniſſimos iudicamus) in quem contemplatione meritorum liberalitatis ſuæ iudicium mater crediderit dirigendum.

Nec quicquam eædem fœminæ, ex ijſdem facultatibus alienandum, in quamlibet extraneam perſonam vel ſucceſſionem, ex alterius matrimonij coniunctione ſuſceptam præſumant: atq; habeant poteſtatem poſſidendi tantùm, atque fruendi in diem vitæ, non etiam alienandi facultate conceſſa. Nam ſi quid ex ijſdem rebus in aliū quemlibet fuerit ab ea tranſlatum, ex maternis redintegrabitur facultatibus. Idemque reſcripſerunt Honorius & Theodoſius anno Chriſti 411. ſub l. cum alijs. & repetijt idem Theodoſius anno Chriſti 428 nunc ſub l generaliter. & tandem hæc ipſa reſcripta ſecutus eſt Iuſtinianus in §. quibus ſuprà. in authentic. de nuptijs, nunc ſub authentica lucrum, C. de ſecundis nuptijs.

Cùm itaq; † mulieres triplicia bona habeant, dotem nempè: deinde donationem propter nuptias, id eſt bona ἀ.ζφέρα, l. vlt C de donat. ante nup. quibus proxima ſunt θεώρετρα & ὑπόβολα, de quibus Harmenopulus: vnde & hypobolica inſtrumenta, apud Sidonium Apol- 3
linarem,

linarem lib.7. Epiſtolarum: denique παράφερνα quæ extra dotem ad virum deferuntur, l. ſi ego.10.§.dotis.ff.de iure dot.l.donationes.32 §. ſpecies.ff.de donar.de quibus generibus bonorum Bertrand.in conſ.ſuo 19.nu.11.in 4. part. Barr. Alex.& Iaſon in l. maritus.21. C. de procurat. Cuman.conſ. 203. cum 4. ſequentibus. Alex.conſ.42. Incip ſuper præmiſſo themate. in 1.col.in 1.volum.& in conſ. 63. incip.ſuper præmiſſo dubio.in 3.colum.2.vol. Ang.conſi. 62.incip. Titius & Roman. in quibus ſimul locis diſputatur, quos fructus, & de quibus bonis teneatur reſtituere maritus. & Ludouic. Roma.conſ.145.incip.iſta quæſtio.& in conſ.177. incip.in prædicto dubio.Ioan.de Imol. in cõſi.32.in fin. Philip.Corneus conſ.306.num.10. volum.3.Catel.Cotta in memorabil.in verb. Paraphernalia.

4 In his igitur † inquam bonis liberi ex diuerſo matrimonio, hoc eſt, primo, ſecundo, tertiove orti, ſinguli in ſuæ matris bonis ſuccedunt. veluti, Titius tres vxores habuit: Liuiã, quę tres liberos peperit, & tria millia in bonis reliquit: Actiam, quæ filium vnicum, & quinque millia habuit: Seruiliam, quæ quinque liberos ex Titio ſuſcepit, & duo florenorũ millia in bonis habuit. Hi omnes ſeptem vno patre orti & geniti, patri, cuius hæreditas 42000 millibus florenorum conſtabat, æqualiter in capita ſuccedunt: & quilibet ex hæreditate ſeptem millia florenorum conſequitur. In materna verò hæreditate ſinguli diſtinctè ſuccedunt: ex Liuia nati tres liberi, in tribus millibus florenorum ſuccedunt, & quilibet mille adipiſcitur: Actiæ verò quę quinque millia in bonis habuit, vnicus filius integra matris bona vindicat: Seruilię quinq; liberi ex bonis maternis, duobus nempè millibus, ſinguli 400. habent, d.l.fœminæ.d.l.cum alijs & §. nec illud quoq;.in auth.de nupt.col.4.

Hoc itaque caſu generalis regula hæc eſt: Quòd liberi ex diuerſis matrimonijs ſuſcepti, communi parenti æqualiter ſemper, diuerſis verò diuiſim ſeparatim & diſtinctè ſuccedãt: vel vt Bald. eam colligit in d.l. cum alijs. vbi mulier habet bona diuerſorum maritorum, & diuerſos liberos ex diuerſis maritis, tum veniunt liberi cuiuſcunque patrimonij ad bona ex illo matrimonio quæſita. quod *Saxonum* iure receptum quoque eſt. Gloſſ. Landrecht. lib.1.art.21. Neme auch ein Mann zwey Weiber/vnd gewinnet Kinder mit beyden/Die erſten Kinder nemmen jrer Mutter mitgabe/gegen jhrem Vatter/vnd gegen einem jeglichen.

CAPVT XVII.

In dote, donatione ante nuptias, ſi matrimonium ſolutum ſit per diuortium, liberi quomodo parentibus ſuccedant.

SVMMARIA.

1 *Diuortium ſine cauſa mulier faciens, perdit dotem & donationem propter nuptias.*
2 *Lucra matrimonij propter diuortium manent lucrantis liberis, vſufructu patri ſaluo. & num. 10.*
3 *Diſſoluto matrimonio propter conſanguinitatem, dos vxori manet.*
4 *Dotem mulier propter fornicationem diuertens, amittit.*
5 *Matrimonij diſſoluti caſus tres à Iuſtiniano conſiderati.*
6 *Matrimonio ex cauſa probabili diſſoluto, vbi liberi educãdi.*
7 *Adulterio ſoluto matrimonio, quæ pœna ſtatuta, & filij quomodo nocenti perſonæ ſuccedant, & num. 9.*
8 *Pœna mulieris temerè & malitioſè diuertentis.*
11 *Adulterorum iure Saxonum capitaliter punitorũ, bona hæredibus manent.*
12 *Delicta paria compenſatione tolluntur.*

EXtat hac de cauſa reſcriptum Theodoſij Imp. in l. conſenſu.8. §. hæc niſi vir. C. de repud. vbi diſtinctione vtitur, temerene an ex cauſa repudium miſſum ſit. Si enim † mulier contempta lege diuortij cauſam præbuerit, & 1
dotem perdat, & donat. ante nupt. amittit: nec ſi viuat, intra quinquennium nubendi habet poteſtatem. Sin vir id fecerit, & dotem reſtituit, & donationem perdit. d.l.conſenſu.

Liberi itaque matri, † quæ cauſam repudij 2
dedit, & vita functa eſt, ex hac conſtitutione Theodoſij non ſuccedent: quia pater dotẽ donationemq; propter nuptias lucratur. Sin verò temerè maritus repudium mittat, tum omne quicquid ex nuptijs lucratum eſt, filio ſeu filijs, filiæ ſeu filiabus, poſt mortem accipientis ſeruatur: id eſt, ſi pater temerè repudium miſerit, donatio ante nuptias à matre ſeruatur. Si mater, dos ipſa eidem ſeu eiſdem, filio ſeu filiæ, patre moriente dimittitur, parti videlicet vel matri in ſcribendis filijs hæredibus, ſi vnum vel vnam vel omnes ſcribere, vel vni ex his donare velit, electione ſeruata. nec vllã alienandi ſeu ſupponendi memoratas res habent facultatem. Sed ſi aliquid ex hiſdem rebus defuerit, ab hæredibus, ſeu earum detentatoribus (ſi tamen non ipſos hæredes ſcripſerit, aut ſcripti filij non adierint) reſarcitur, vt etiam hoc modo inconſulti animi à repudio mittendo, detrimento retrahantur.

Ius autem põtificium diſtinctionem ſimilem adhibet, liberorum tamen mentionem non facit. Matrimoniũ nunne diſſolutum ſit ob cauſam fornicationis? an verò vxor propria voluntate à viro receſſerit, an denique ex alia licita cauſa diſſolutio matrimonij contigerit. Quia † videlicet conſanguinitatis vinculo cõ 3
iuncti matrimonium contraxerunt, quod deinde ex ea cauſa dirimitur. Hoc igitur caſu dotem mulieribus reddi, in concilio Vvormacienſi conſtitutum fuit c.1. extrà, de donation. inter vir. & vxor. Si verò † ob cauſam fornica 4
tionis iudicio Eccleſiæ, aut propria voluntate à viro receſſerit, nec recõciliata ſit e deinde, dotem vel dotalitium non repetit, c. plerunque. extr. de dona. inter virum & vxor. Et extat Innocentij

nocentij III. reſcriptum ſub cap. 5. eod. tit. his verbis: Quia verò caſtra quædam quę Rex Legionenſis filię Regis Caſtellæ in dotem tradiſſe proponitur, ita vt ſi eã aliqua occaſione relinqueret, ipſa cederent in ius eius, impedimentum præſtare videntur huiuſmodi copulæ diſſoluendę: cùm caſtra ipſa, non tam ob turpem, quàm nullam ob cauſam ſint data, vtpotè cùm matrimoniũ inter eos non exiſtat: & ideò nec dos nec donatio propter nuptias; ne ad commodum ei cedat, quod debet in pœnã eius potiꝰ retorqueri: Caſtra ipſa reſtitui volumꝰ, & ad id puellã per excõmunicationis ſen
5 tentiam coarctari. Iuſtinianus † autem triplicem diſſoluti matrimonij caſum cõſiderauit, an matrimonium diſſolutum ſit ex cauſa aliqua probabili præter adulterium, an verò ſeparatio facta ſit ob adulterium: an deniq; temerè, ita vt mulieres inhoneſtè volentes viuere, malitiosè feſtinent propria matrimonia ſoluere.

6 In primò caſu conſtituit, vt liberi † ad parẽtum hæreditatem veniant, & alantur apud parentem, qui diuortij cauſam non præſtitit, expenſis alterius parẽtis, committentis cauſam diuortij. Illud quoq; inquit, diſponendum eſſe perſpeximus, vt ſi quando inter maritum & vxorem nuptias ſolui contigerit: ex huiuſmodi nati filij nullo modo lædantur ex ſeparatione nuptiarum: ſed ad parentum hæreditatẽ vocentur, ex patris ſubſtantia indubitanter alendi. Et ſi quidem pater occaſionem ſeparationis prębeat, & mater ad ſecundas nõ venerit nuptias, apud matrem nutriãtur, expenſas patre præbente. Si verò per cauſam matris oſtendatur ſolutum matrimonium tunc apud patrem maneant filij, & alantur. Si autem cõtigerit patrem quidem minus idoneum eſſe, matrem verò locupletem: apud eam pauperes filios manere, & ab ea nutriri iubemus. Quemadmodum enim filij locupletes coguntur matrem egentem alere: Ita iuſtum eſſe decernimus, & à matre locuplete filios paſci. Quod autem de alenda matre & filijs indigentibus definiuimus, hoc quoque in omnibus aſcendentibus deſcendentibuſq; perſonis vtriuſq; naturæ valere præcipimus.

7 In ſecundo caſu, † quando videlicet matrimonium ſolutũ eſt ob adulterium, tunc ſancit, virum habere ante nuptias donationẽ & dotem: & ſi filios nõ habuerit, vult virum adhuc accipere ex alia vxoris ſubſtantia, quantum dotis tertia pars eſſe cognoſcitur, vt eius proprietati & dos, & definita pœna applicetur. Quod ſi filios habuerit ex eodem matrimonio, vult dotem & aliam mulieris ſubſtantiam filijs conſeruari. Idemq; indicat viceverſa, ſi vir in adulterio deprehenſus ſit verba Iuſtin. hæc ſunt: Si de adulterio maritus putauerit poſſe vxorẽ ſuam conuinci, oportet virum prius inſcribere mulierem, aut etiam adulterium, & ſi huiuſmodi accuſatio verax eſſe oſtenditur, tunc repudio miſſo, habere virũ ſuper ante nuptias donationem, etiam dotem. Et ad hoc, ſi filios non habeat, tantum accipere ex alia vxoris ſubſtantia, quantum dotis tertia pars eſſe cognoſcitur, vt eius proprietati & dos, & à nobis definita pœna applicetur. Si enim filios habuerit ex eodem matrimonio: Iubemus etiã dotem (ſecundùm quod de hoc cenſent leges) aliamq; mulieris ſubſtantiã filijs conſeruari: & ita adulterũ legitimè conuictum, vnà cum vxore puniri: & ſi quidẽ habeat vxorem adulter, accipere eã & dotem propriã, & propter nuptias donationem: & ſi filios habeat, ſolo vſu mulier fruatur, donationis proprietatẽ ſecundùm leges filijs ſeruanda. Aliam verò mariti ſubſtantiã eius ex noſtra largitate donamus. Filijs autem non exiſtentibus, ante nuptialis quidem donationis proprietatem mulieri competere, ſancimus: aliam verò mariti ſubſtantiam omnem fiſco ſecundùm antiquas applicamus leges.

In tertio caſu, † quãdo videlicet mulier temerè & malitiosè, vt inhoneſtè poſſit viuere, matrimonij diſſolutionẽ quęrit conſtituit, vt ipſa in monaſterium detrudatur quoad vixerit: & ſi filios habuerit, tunc dotẽ marito dari iubet, cõmunibus tamen filijs ſecundùm legẽ ſeruandam: hoc eſt, vt pater in dote vſumfructũ ſolummodò ad vitam habeat, quod Conſtantinus introduxit l. 1. C. de bon. mater. Aliã verò vxoris ſubſtantiã diuidi mandat, vt duæ partes ad filios perueniãt, tertia monaſterio detur. Sin verò filios non habuerit, vt duæ partes monaſterio accedãt, tertia parentibꝰ vxoris pbeantꝰ, dos verò marito lucro fiãt. Verba Iuſtinia ſunt hæc: Quia verò quædã mulieres inhoneſtè volẽtes viuere, feſtinãt propria matrimonia ſoluere, ſancimus: Si quãdo mulier citrà aliquã prædictarum à nobis cauſarũ voluerit matrimoniũ ſoluere, licentiã quidem nõ habere hoc agere: ſi verò permãſerit in huiuſmodi impia voluntate, & repudiũ marito tranſmiſerit: iubemus dotẽ quidem viro dari cõmunibus filijs ſecundùm legem ſeruandã. Si aũt filios non habuerit, lucrũ fieri marito: mulierẽ verò periculo iudicis audientis tradi Epiſcopo ciuitatis, in qua cõmuniter domicilium habuerint, quatenus illiꝰ prouidẽtia in monaſteriũ ipſa mittatur vt quoad vixerit, debet ibi conſiſtere: & ſi quidẽ filios habuerit huiuſmodi mulier, duas partes propriæ eius ſubſtãtiæ dare filijs: tertiam verò monaſterio, in quo mittitur, applicare iure proprietatis. Si verò filios nõ habuerit, ſint autem ei parentes, duas partes quidẽ illius ſubſtantiæ monaſterio pręberi vbi mittitur: tertiã verò partem illius parentibus dari, niſi tamen ſub poteſtate eam habentes, irrationabili repudio cõſenſerunt.

In

In hoc enim conſentientes, nihil eos penitùs ex ſubſtantia filiæ habere permittimus, ſed hæc omnia venerabili monaſterio volumus applicari. Porrò neque filijs, neq; parentibus exiſtentibus ei, omnem ſimiliter ſubſtantiam competere monaſterio. Et hæc quidem ſanciuit Iuſtinianus anno Chriſti 540. 15. Kalend. Ianuar.

Anno ſequente poſt Kal. Maij, hoc eſt, 14.
9 April. in hunc modum conſtituit: Si quando adulterij crimen probetur, iubemus illas pœnas peccantibus inferri, quas Conſtantinus diuæ memoriæ diſpoſuit: & illis ſimilibus ſubijciendis pœnis, qui medij miniſtri huiuſmodi Impio crimini facti ſunt. De ſubſtantia verò adulteri, ſi habeat vxorem, dotem & propter nuptias donationem ei ſaluari: aut partem à noſtra lege datam, ſi dotalia inſtrumenta nõ ſubſecuta ſunt. Reſiduam verò eius ſubſtantiã ſiquidem ſunt aſcendentes, aut deſcendentes, vſq; ad tertium gradũ, accipiant hi ſecundùm ordines & gradus. Si verò non ſunt huiuſmodi aliqui, fiſco hæc applicari iubemus.

Adulteram verò mulierem competentibus vulneribus ſubactam, in monaſterium mitti: & ſiquidem intra biennium recipere eam vir ſuus voluerit, poteſtatem damus ei hoc facere, & copulari ei, nullum periculum ex hoc metuens & nullatenus propter ea quæ in medio tempore facta ſunt, nuptias lædi. Si verò prædictum tempus tranſierit, aut vir priuſquã recipiat mulierem, moriatur, tonderi eam, & monachicum habitum accipere, & habitare in ipſo monaſterio, in omni propriæ vitæ tẽpore. & ſiquidem habeat deſcendentes, duas partes accipere eos ſubſtantię, ſecundùm legũ ordinem diuiſas: reliquam verò tertiam partem monaſterio, in quod mittitur, dari. Si verò deſcendentes non fuerint, ſed aſcendentes inueniantur, non conſentientes huiuſmodi iniquitati, quatuor vncias eos ſecundùm leges diuiſas accipere, octo verò vncias dari monaſterio, in quo includitur huiuſmodi mulier. Si verò neque deſcendentes neque aſcendẽtes habeat, aut aſcendentes conſenſerint huiuſmodi iniquitati, omnem eius ſubſtantiam accipere monaſterium illi conſeruandam: vt per omnes caſus viro pacta dotalibus illata inſtrumentis ſeruentur.

10 In dote itaque & † donatione filij ſemper proprietatem, pater verò ſeu maritus vxoris vſumfructum conſequitur. d. § quia verò, verſi. Si enim filios habuerit ex eodem matrimonio, iubemus etiam dotem, ſecundum quod de hoc cenſent leges, aliamq; mulieris ſubſtãtiam filijs conſeruari. in auth. vt liceat matri & auiæ. & ibid. in § quia verò quædam mulieres, &c. verſ. iubemus dotem quidem viro dari communibus filijs ſecundùm legem ſeruandam, &c. & auth. quod hodie, C. de repud.

Quia † verò nunc capitaliter recepto Saxonum iure in adulteras animaduertitur, nec virgis verberatæ in monaſterium amplius detruduntur, ideò cõſtitutioni Iuſtiniani locus reperitur, qua ſancit, bona damnatorum, ſeu proſcriptorum, non fieri lucro iudicibus, aut eorum officijs, neque ſecundùm veteres leges fiſco applicari: ſed aſcendentibus & deſcendẽtibus, & ex latere vſque ad tertium gradum, ſi ſuperſint. 11

Obſeruandum autem eſt, † ante tempora Theodoſij grauiſſimè reſponſum eſſe à Papiniano: Viro atque vxore mores inuicem accuſantibus, neutrum vindicari. Paria enim delicta mutua penſatione diſſoluuntur, l. viro 39. ff. ſoluto matrimon. & Scæuola ait in l. cùm mulier. 37. ff. eod. Cùm mulier viri lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinetur. Cur enim improbet maritus mores, quos ipſe aut ante corrupit, aut poſtea probauit. 12

CAPVT XVIII.

Quid ſi ex vno patre, diuerſis verò matribus liberi extent, & contingat patrem facultatibus labi, pręferendi ne erunt in dote, lucrisq; nuptialibus aliqui, an pro rata omnes concurrere debebunt.

SVMMARIA.

1 *In Dotis vindicatione prima vxor eiusq; liberi ſecundæ præferuntur.*
2 *Dotali re ſecundæ vxoris extante, eius liberi, primæ vxori præferuntur.*
3 *Dote primæ pro parte extante, in reſiduo exigendo filij primi matrimonij alijs præualent.*
4 *Dotalibus rebus nullis extantibus, nihilominus priores liberi potiores in vindicanda dote.*
5 *Dotis vindicatio obtinet, etiam mariti bonis confiſcatis.*

IVſtinianus diſtinctione quæſtionem hanc dirimit, in auth. vt exactione inſtante dotis primæ vel ſecundæ § his igitur. Aut res in dotem datæ tam à prima quàm ſecunda, aut vlteriore vxore apparent & extant, tunc neceſſarium eſt, filios prioris aut ſecundæ dotis ſuas habere: hoc eſt, liberi ex primo matrimonio procreati, in rebus dotalibus, matri ſuę ſoli ſuccedunt. Sicut ſimiliter ex ſecundo matrimonio ſuſcepti, dotem matris ſuæ ſoli nanciſcuntur. Hinc Ang. in auth. ſi quid ex rebus. C. qui potiores in pignore habeantur: Etiamſi in † dote exigenda vxor prima potior ſit ſecunda, & etiam eius filij: res tamen dotales ſecundæ vxoris ſi extent, liberos ſecundi matrimonij ſolùm eas adipiſci, nihilq; iuris prioris matrimonij liberos in ijs habere aſſerit. auth. ſi quid ex rebus. C. qui potiores in pignore habeantur. 1 2

Sin verò res dotales aliquę ſaltem appareãt, tunc liberi ex primo matrimonio liberis ſecundi 3

cundi matrimonij ſuperiores ſunt, in ijs quæ
deſunt doti non extanti,d.auth. vt exactione.
§.ſi verò nihil.verſi.in ijs quæ deſunt,ſuperio-
4 rem eſſe potiorem. Sin † autem nullæ pror.
ſus res in dotem datæ extent, appareantve,
tunc ſimiliter liberi prioris matrimonij in
bonis patris communis reſiduis,liberis poſte-
rioris matrimonij præponuntur, ea potiſſi.
mum ratione: quia mater, ipſiq́ue liberi ma-
tris perſonam occupantes,in bonis patris pro
dote data à matre, anteriorem hypothecam
habent,l.aſſiduis.12. C qui potiores in pigno.
re habeantur. Cùm igitur tempore priores
ſint,potius ius habent.c.qui prior.extr.de reg.
5 iur in 6. Quod † locum obtinet & procedit,e
tiamſi patris bona confiſcata fuerint. Ob ma.
ritorum enim culpam vxores inquietari le-
ges vetant.l.2 C.ne vxor pro marito l.1. C.ad
leg Iul.de vi public.l. res vxoris. C. de donat.
inter virum & vxor.Imò fiſco &omnibus cre
ditoribus præfertur.Panorm.in c.ex literis.ex
tra de pignor.Bald & Ang.in l.ſi marito.ff ſo
lut.matrimonio,cum ſimilibus.

CAPVT XIX.

Repræſentatio quid ſit, & quo iure fuerit introducta.

SVMMARIA.

1 *Verbum repræſentare,quid ſit communiter.*
2 *Repræſentatio in materia ſucceſſionis quid propriè ſignificet.*
3 *Repræſentationis definitio, eiusq; explicatio.*
4 *Repræſentationem iure diuino inductam.*
5 *Repræſentationem naturali æquitati inniti.*
6 *Repræſentationem omnium gentium iure receptam.*

PRæſentare, eſt offerre, & in medium ad.
1 ducere.Inde repræſentare, † eſt rurſus of.
ferre:quandoque repræſentare, eſt ſe ad certũ
diem ſiſtere.ita Cicero ad Tyronem libr.16.e-
piſt.14. dies promiſſorum adeſt, quem etiam
repræſentabo. item, ad certum diem aliquid
dare.Cic.ad Attic.lib.12 reliquæ pecuniæ, vel
vſuram Silio pendemus,dum à Faberio,vel a.
lio,... Faberio debet,repręſentabimus.inter.
dum eſt,rem aliquam, vel perſonam ſuſtine-
re.Cic.in Philip.1.de repræſentatione rei: ego
corp* libẽter obtulerim,ſi repręſentari morte
mea, libertas ciuitatis poſſet.& ad Attic lib.10.
mihi videntur iſtorum animi incendi etiam,
ad repræſentandam improbitatem ſuam. ſic
etiam perſonam alicuius repræſentare dici-
mus,veluti in comœdijs & tragœdijs.

Iiſdem ſignificationibus quoque, iuris no.
ſtri authores vſurpare ſolent,ita Vlpianus:re-
præſentatam pecuniam dixit,eam tranſactio-
nem oratio improbat,inquit, quæ idcircò fit,
vt quis repræſentatam pecuniam conſumat.
l.cum hi.8.§. eam tranſactionem oratio im-
probat.ff.de tranſact. & Marcellus, de repræ-
ſentatione temporis,quæro,inquit, cùm Sep-
titia deceſſerit, deinde filius, quintum deci.
mum annum agens, defunctus ſit, an repræ.
ſentetur fideicommiſſum,quintodecimo an-
no impleto? l. Publius Mæuius.36. §. Titia co.
dicillis, ff. de condit. & demonſtrat. & de ea-
dem ſignificatione Vlpianus:quotiens mulie
ri ſatiſdandum eſt, de ſolutione dotis, poſt
certum tempus, ſi maritus ſatiſdare non poſ.
ſit, tunc deducto commodo medij temporis,
condemnatio reſidui repræſentatur. l.ſi con-
ſtante. 24. §. quotiens. ff. ſolut.matrimonio.
& iterum Vlpianus: & verum eſt, commo.
dum in dote prælegata eſſe repræſentationis,
quamuis annua die dos pręſtaretur.l.1.in prin
cip. ff. de dote prælegata. & iterum Vlpianus:
alia eſt cauſæ cognitio illa, vtrùm differri de.
beat in tempus,pubertatis cognitio,an repræ.
ſentari. l.3. §. duæ autem ſunt cauſæ cogni-
tionis.

Propria † autem ſignificatione, & quoad 2
inſtitutum noſtrum,repræſentare nihil aliud
eſt,quam ingredi in locum patris,& ex perſo-
na eius ſuccedere Inde repræſentatio † eſt ius 3
ſucceſſionis,quo liberi vlteriores gradu, cum
proximioribus in hæreditate aui, vel patrui,
patris locum ingredientes, eiuſq; perſonam
repræſentantes,in ſtirpes ſuccedunt. Ius quis
dem dico, quemadmodum noſtri prudentes
dicunt,ius agnationis, ius cognationis, & de
ſimilib.Succeſſionis autem: quia repræſenta.
tio eſt ſucceſſio, vel ſucceſſionis ſpecies, quæ
opponitur ſucceſſioni ex proprio iure. addi-
di,quo iure liberi; quia ſoli liberi habent ius
repræſentationis,vt vlteriores cũ proximiori
bus admittantur,in hæreditate aui: ita, vt ne.
potes,vel vlteriores, vnà cum filijs admittan-
tur:patrui verò,ita, vt ſoli filij fratrum cũ pa.
truis ſuis,in patrui hæreditatẽ vocentur, quẽ.
admodum paulo pòſt dicetur.

Repræſentatio quo iure fuerit introducta.

Repræſentationem † diuino iure inſtitu. 4
tam eſſe,ſacræ literæ teſtatum faciunt: Thare
duos filios habuit,Abrahã & Aram. hic mor.
tuus eſt antè patrem, & reliquit filium Loth:
Thare mortuo, Abraham admiſit Loth, ne-
potem ex fratre ad ſucceſſionem, cumq́ue fra
tris nomine vocauit, tanquam frater eſſet,
aut certè fratrem repræſentaret,Geneſ.cap 11.
& duobus ſequentib. Non † minus quoque 5
repræſentatio hæc, naturali æquitate ſuſtine-
tur.nam ſi filius,ſuus hæres eſſe deſijt, in eiuſ.
dem partem ſuccedunt omnes nepotes, nep.
teſq́ue ex eo nati,qui in poteſtate ſunt, quod
naturali æquitate contingit,inquit Vlpianus:
l.1.§.ſi filius. ff. de ſuis & legitimis hæredibus.
Ideoq́ue † hæc repræſentatio, omnium gen- 6

tinm lure recepta & comprobata eſt, prout poſt Bald.refert Vaſquius parte 1.lib.3.§.27. limit.31. nu. 18. de primogenito loqnens Nam, vt Papinianus ait, non ſic parentibus liberorum, vt liberis, parentum, debetur hæreditas: cùm patentes ad bona liberorum, ratio commiſerationis admittit: liberos, naturæ ſimul, & parentum commune votum. l. ſcripto. in fin. ff. vnde liberi. & alibi idem Papinianus: nam etſi parentibus non debeatur filiorum hæreditas, propter votum parentum, & naturalẽ erga filios charitatẽ: turbato tamẽ ordine mortalitatis, non minus parentibus, quàm liberis, piè relinqui debet, l. nam etſi, in princ. ff. de inoffic. teſtam. ideoq; à noſtris tradi ſolet, filium cenſeri vnam & eandem perſonã, vnã carnem, vnam vtriuſque vocem, alterũ alterius eſſe partem: filium exiſtimari dominum bonorum patris, ſolamque ei deeſſe adminiſtrationem, & alia in eam rem, de qnibus latiſſimè Tyraq. in l. ſi vnquam, in præfa. à num.3. vſque ad num.37. C. de reuoc. donat. vbi multos effectus huius paterni amoris, vel coniunctionis recenſet. Denique repræſentatio hæc, & iure diuino, & naturali æquitate conſtat, lege 12. tabul. in ordine deſcendentium inducta eſt, vt paulo pòſt dicetur.

CAPVT XX.

Liberi, qui iure repræſentationis ſuccedunt, an ex ſua propria, an verò patris perſona ſuccedant. hoc eſt, an verè, an fictione quadam iuris.

SVMMARIA.

Repræſentationis iure ſuccedentes patris ex perſona venire, num. 2. & ſeq. Contrarium, nu. 8. & ſeq.

4 *Forma & origo à radice ducta in quolibet deriuato reperitur.*

5 *Generans quale eſt, tale & generatum.*

8 *Repræſentationis iure ſuccedentes ex ſua perſona venire, vbi varia rationes.*

9 *Ius potentius quod quis ex ſua, quàm quod ex aliena perſona habet.*

10 *Filius iure repræſentationis in gradum patris introiens, omnes eiuſdem gradus qualitates habet.*

QVæſtio hæc, varijs diſcrepantibusque opinionibus tractata rſt: multis placuit,
1 cum † filius, filiave, & ex altero filio nepos neptisve ad hæreditatem aui vocantur, hoc caſu nepotem, neptemve non ex propria, ſed patris perſona ſuccedere. ita Alexander: Mortuo patre tuo, viuo auo ſine impedimento legis Velleiæ ſuccedendo, in patris tui locum, rupiſti ani teſtamentum, & ad te hæreditas tota pertinuir. l. 2. C. de liber. præteritis. & Iuſtinianus: Cùm filius filiave, & ex altero filio nepos neptisve exiſtunt, pariter ad hæreditatem aui vocantur, nec, qui gradu proximior eſt, vlteriorem excludit: æquum enim eſſe videtur, nepotes neptesque in patris ſui locum ſuccedere. & iterum: Et quia placuit, nepotes neptesque. item, pronepotes, proneptesve in parentis ſui locum ſuccedere, &c. §. cum filius. Inſtitut. de hæredit. quæ ab inreſtato deferunr. & alibi Iuſtin. Nouel. 127. vel authent. vt fratrum filij ſuccedant pariter, &c. in princ. ibi, paternum ingredientes gradum, & illius ferẽtes portionem & Vlpianus in fragmentis tit. 26. æquum eſt enim, nepotes patris ſui loco ſuccedere, & eam partem habere, quam pater eorum, ſi viueret, habiturus eſſet, cum ſimilibus, quam ſententiam tuetur Bartol. & poſt hunc Lancelottus, Decius in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. idem Bartol. In l. liberorum, verſic. his præmiſſis. ff. de verbor. ſignific. Ioan. Fabr. in d. §. cum filius. Inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſta. Caſtr. & cæteri. in authent. poſt fratres. C. de legit. hæred. Ripa in l. in quartam. num. 198. ff. ad leg. Falcid.

Ac nouiſſimè † Tyraquellus nobilem illã 2 quæſtionem: An filius primogeniti, an verò patruus ipſius, in iure primogenituræ præferatur? poſt veteres tractans in tractat. de primogenitura, quæſtione 40. in cuius ſententiæ cõfirmationem, præter relatas iam autoritates, multa magnique ponderis argumenta adferri poſſunt, partim ex naturali ratione, partim ex iure noſtro, & Inſtituto deſumpta. Naturaliter quidem, quia, vt ſuprà dictum, pater & filius, cenſetur vna & eadem perſona, l. fin. C. de impuberum & alijs ſubſtitu. vna caro, vna vtriuſque vox: alter alterius pars, item filius viuente patre, quodammodò dominus eſt, bonorum paternorum. l. in ſuis. 11. ff. de liber. & poſthumis. Denique pater & filius, cenſentur eſſe in vno gradu. nec enim pater ſine filio dici, nec filius ſine patre eſſe poteſt. Ciuili autẽ iure, quia filius in locũ patris ſurrogatur, ſurrogatum aũt ſapit naturam eius, in cuius locũ ſurrogatur. l. 1. §. hæc actio. ibi, nam ſi in locum deficientis furti actionis, propter ſeruitutem hanc actionem ſubſtituit, prætor &c. ff. ſi is, qui teſtament. liber eſſe iuſſus erit. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. iudicio ſiſti. l. ſi & rem. 22. in fin. ibi, quia poteſt exiſtimari in locum hæreditariæ rei venditæ, pretium eius ſucceſſiſſe, & quodammodò ipſnm hæreditarium factum. ff. de petit. hæred. quo pertineut, l. 1. §. ſed & præpoſuit, ff de exercit. actio. l. ideoque. ff. de liberis & poſthum. l. Stichum qui meus. ff. de legat. 1. l. vxorem. §. teſtamento. ff. de legat. lib. 3. cum ſimilibus. Argumento eſt, quod Paulus reſpondit: Si ſponſus alienum annulum ſponſæ muneri miſit, & poſt nuptias, pro eo, ſuum dedit: quidam, vt Nerua, putant, fieri eum mulieris: quia tunc fa-

ctam

ctam donationem confirmare videtur, non
nouam inchoare, quam ſententiam veram
eſſe accepi, l. ſi donatæ. 36. ff. de donatio inter
virum & vxorem. & idem Paulus in alio ex.
emplo. in l. filiæ. 28. §. fina. ff. de condit. & de-
monſtrationib. quæ natura ſubrogationis,
maximè obtinet in ea, quæ natura fit, cuiuſ.
modi eſt nepotis in locum patris ſui, l. poſthu
morum. ff. de iniuſto rupt. & irrito facto teſta
ment. l. final. verſi. natura. C. de impuberum
& alijs ſubſtit.
3 Conſequitur igitur filium non ex ſua, ſed
ex patris perſona, quam repræſentat, ſuccede.
re. Hinc, ſi filius meus, me viuo moriatur, aut
qualibet alia ratione exeat de poteſtate mèa,
Incipit nepos neptiſque eius loco ſuccedere:
& eo modo, intra ſuorum hæredum, quaſi ag-
natione nanciſcuntur. ne ergo eo modo rum
pat mihi teſtamentum, ſicut ipſum filium,
vel hæredem inſtituere, vel exhæredare no.
minatim debeo. ne non iure faciam teſta.
mentum, ita & nepotem, neptemve ex eo, ne,
ceſſe eſt mihi hæredem inſtituere, vel exhære-
dare, ne fortè me viuo, filio mortuo, ſucce-
dendo in loco eius, nepos, neptisve, quaſi ad.
gnatione rumpant teſtamentum. idq́ue lege
Iunia Velleia prouiſum eſt, dicta l. poſthumo
rum. 8. l. Gallus. §. nunc de lege. in fin. & §. ſed
quid ſi is qui filium. ff. de liberis & poſthumis.
l. ſi auus. C. de liberis præterit. Nepotes enim
ſubducto filio è medio, rediguntur ad filij cō.
ditionem, l. ſed etſi in conditione. 6. §. nepo.
tes ff. de hæredib. inſtituen. Hinc quoque pri.
uilegium, dignitas, & beneficium parentum,
regulariter tranſit ad filios, l. emancipatum,
ff de ſenatorib. l. etiam. l. maritum, & l. ſequē.
ff. ſolut. matrimonio. l. in omnibus. l. priuile-
gium. ff. de regulis iuris. l. milites. l. diuo Mar.
co. C de quæſtionib. l. decurionum. C. de pœ-
nis, l. 1. C. de priuileg. eorum qui in ſacro pala-
tio militant. libro 12. cùm enim naſcatur ne.
pos ex ſtirpe priuilegiata, meritò eandem na-
turam priuilegij aſſumit, quam pater habe-
bat. Quia † forma & origo, quæ à radice du.
4 citur, in quolibet deriuato reperitur, l. in rati.
one. 11 §. ſi filio. ibi, vt enim opes patris, &
contributio legatorum inde capiunt & for.
mam & originem, ff. ad legem Falcid. l. qui id
quod. l. 33. in princip. ibi, cauſam enim & ori-
ginem, ff. de donatio. l. tutor. 69. circa mediū,
ibi, inhæret enim in vtraque cauſa. ff. de fide-
iuſſ. cum concord.
5 Quo † pertinent Phyſicæ doctrinæ: vnum.
quodque generat tale, quale ipſum generans
eſt. &, ſimile procreat ſimile ſuæ ſpeciei. item,
prima cauſa ſemper repræſentatur in ſecun-
da, in quam influit. item, quod ſtatuitur in
cauſa proxima, cenſetur ſtatutum in cauſa re.
mota, quæ per illam, vel ex illa deſcendit.
Quo etiam pertinet quod hęreditas, legatum,
fideicommiſſum, relicta ea lege, vt poſt mor-
tem ſuam ad alium quempiam res redeat, in-
telliguntur relicta, ſi is, cui primo loco relin.
quitur, decedat ſine liberis, etiamſi id expreſsè
dictum non ſit. ita grauiſſimè reſpondit Papi-
nianus: cùm auus filium, ac nepotem ex alte-
ro filio hæredes inſtituiſſet, à nepote petijt, vt,
ſi intra annum trigeſimum moreretur, hære.
ditatem patruo ſuo reſtitueret: nepos liberis
relictis, intra ætatem ſuprà ſcriptam, vita di-
ſceſſit. Fideicommiſſi conditionem, coniectu
ra pietatis reſpondi defeciſſe, quòd minus
ſcriptum, quàm dictum fuerat, inueniretur.
l. cum auus. 102. ff. de conditionib. & demon.
ſtrationib.
Quod reſpōſum Papiniani, paulò aliter re-
fert Iuſtinia. Cùm acutiſſimi, inquit, ingenij
vir, & meritò ante alios excellens Papinianus
in ſuis ſtatuerit reſponſis, ſi quis filium hære-
dem inſtituit, & reſtitutionis poſt mortem o-
neri ſubegit, nō aliter hoc videri diſpoſuiſſe:
niſi cum filius eius ſine ſobole vitam ſuam re
liquerit. Nos huius ſenſum mirati, pleniſſi-
mum ei donamus euentum: vt, ſi quis hæc di-
ſpoſuerit, non tantùm filium hæredem inſti-
tuens, ſed etiam filiam: vel ab initio nepotem
vel neptem, prōnepotem vel proneptem, vel
aliam deinceps poſteritatem, & eam reſtituti-
onis poſt obitum grauamini ſubiugauerit:
non aliter hoc ſenſiſſe videatur, niſi ij qui re-
ſtitutione onerati ſunt, ſine filijs vel filiabus,
nepotibus vel neptibus, pronepotibus vel pro
neptibus fuerint defuncti. ne videatur teſtator
alienas ſucceſſiones proprijs anteponere. l. cū
acutiſſimi, C. de fideicom.
Sicuti † etiam in caſu ſubſtitutionis, Papi. 6
nianum reſpondiſſe, refert Iuſtinianus, inqui-
ens: Cùm autem inuenimus excelſi ingenij
Papinianum, in huiuſmodi caſu, in quo pater
filijs ſuis ſubſtituit, nulla liberorum ex his pro
creandorum adiectione habita, optimo intel
lectu diſpoſuiſſe, euaneſcere ſubſtitutionem,
ſi is, qui ſubſtitutione prægrauatus eſt, pater ef
ficiatur, & liberos ſuſtinuerit: intelligentem
non eſſe veriſimile, patrem, ſi de nepotibus
cogitauerit, talem fuiſſe ſubſtitutionem, hu.
manitatis intuitu, hoc, & latius, & pinguius
interpretandum eſſe credidimus, &c. l. genera
liter. 6. §. cum autem. C. de inſtitut. & ſubſtitu.
tionib. Quam tamen conſtitutionem Iuſtinia
ni, ex relato reſponſo Papiniani, emanaſſe
puto. Quò etiam referri poſſunt fragiliora, &
imbecilliora: qui ſuccedit in locum alterius,
eò iure vtitur, quo ille vti poterat, cui ſucce.
dit, item, qui ſtipulatur, vel paciſcitur, non tan
tum ſibi, ſed hæredibus ſuis videtur etiam ſti.
pulari, & paciſci, l. ſi pactum. ff. de pactis, cum
ſimilibus.
Ex quibus omnibus manifeſtum redditur,
nepotem † non proprio iure, nec ex propria 7

perſona, ſed per repræſentationem in paternum locum ſuccedere, quod putauit Bartol. & Lancellot. Dec. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthumis. & in l. liberorum, verſic. his præmiſſis. ff. de verborum ſignificat. Ripa in l. in quartum, num. 198. & ſeq. ff. ad leg. Falcid. Caſtrenſ. in authen. poſt fratres fratrumque filios. C. de legit. hæred. Caſſan. in conſuetud. Burgund. de ſucceſſionib. rubr. 7. glo. 10. num. 5. Ioan. Fab. in §. cum filio. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. latiſſimè Tyraquel. multis comprobans de iure primogenitur. quæſt. 40. num. 30. & ſeq. vſque ad numer. 100.

8 Non obſtantibus † tamen iam adductis rationibus, in contrariam opinionem ſeceſſerunt plurimi, & quidem numero ſuperiores, nempè, nepotes, neptesve, pronepotes proneptesve, in cauſa repræſentationis, ex propria ſua perſona, nō autem patris ſuccedere. quod ſcripſit Bartolus ſibi contrarius, In l. ſi auus. C. de liber. præterit. Iaſon in l. Gallus. §. quid ſi qui filium, nu. 60 ff. de liber. & poſthum. Tyraquel. in dicta quæſt. 40 num 100. in rationibus pro patruo, Gabriel plures referens lib. 4. cap. de ſucceſſ. ab inteſt. concluſ. 1. in 7. limit. num. 26.

9 Cui quidem opinioni nec ſua deſunt argumenta, quibus apertum redditur, nepotem proprio iure, & ex propria perſona: nō etiam ex perſona patris, vel reſpectu patris ſuccedere. Expediti enim iuris eſt, vt nepos neptisve, ſui hæredes ſint, non ſufficit eum, eamve in poteſtate aui mortis tempore fuiſſe. Sed opus eſt, vt pater eius, viuo patre ſuo, deſierit ſuus heres eſſe, aut morte interceptus, aut qualibet alia ratione liberatus à patris poteſtate. tunc enim nepos neptisve in locum patris ſui ſuccedit, §. ſui autem. Inſtitut. de hæred. qualit. & different. l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liberis & poſthum. hæredib. inſtituend. Si igitur nepos neptisve, non aliter ſui hæredes fiunt, & patris locum ingrediuntur, quàm ſi pater deſierit ſuus hæres eſſe, vel morte naturali vel ciuili: conſequitur ex perſona patris, ius ſuitatis non tranſmitti in nepotem neptemve. Sed id, extincto iam & deleto iure ſuitatis, in patre, nepoti neptive ex propria perſona & qualitate competere. Hinc etiam Paulus, in ſuis hæredibus ait, continuationem dominij eò rem perducere, vt nulla videatur hæreditas fuiſſe, quaſi olim hi domini eſſent, qui etiam viuo patre quodammodò domini appellabantur: Vnde etiam filiusfamilias appellatur, ſicut paterfamilias. Sola nota hæc adiecta, per quam diſtinguitur genitor ab eo qui genitus ſit. Itaque poſt mortem patris non hæreditatem percipere videntur: ſed magis liberam bonorum adminiſtrationem conſequūtur, hac ex cauſa, licet illi non ſint hæredes inſtituti, domini tamen ſunt. Nec obſtat, quod liceat eos exhæredare, quos & occidere licebat. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum. quod non tantùm in filijs obtinet, ſed in nepotibus, & pronepotibus, & deinceps. Nam qui ex me, & vxore mea naſcitur, in mea poteſtate eſt. item qui ex filio meo & vxore eius naſcitur, id eſt, nepos meus & neptis, æquè in mea ſunt poteſtate, & pronepos & proneptis, & deinceps cæteri, l. 4. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Præterea à patre in filium tranſmiſſio non poteſt fieri, nec actu, nec potentia. non actu, quia pater in poteſtate ſui patris exiſtens, non habet ius in actu, quoad hæreditatem patris, nec reſpectu nepotis, quoad hæreditatem aui. Viuentis enim non eſt hæreditas, & quicquid filius acquirit, confeſtim acquirit ei, cuius eſt in poteſtate. Neque momento aliquo ſubſiſtit in perſona eius, cui acquiritur. l. placet. ff. de acquir. hæred. Neque potentia ſimiliter fieri poteſt tranſmiſſio: quia non niſi mortuo patre in poteſtatem aui redigitur. Ergo nepos non habet hoc ius repræſentationis à patre, ſed proprio iure. Deinde quoad ordinem ex tranſuersò ſuprà dictum eſt, repræſentationem in ſucceſſione ab inteſtato, in linea collaterali, lege duodecim tab. locum non habuiſſe, ſed nouiſſima Iuſtiniani cōſtitutione inductam fuiſſe, d. auth. de hæred. ab inteſt. ven. §. reliquum. verſ. huiuſmodi. Si igitur priuilegium eſt ſolis tantum filijs indultum, vt hi cū fratribus defuncti ſuccedant; obuium eſt fratrum filios, nō ex patris perſona, ſed proprio iure ſuccedere.

Quæ diſputatio vtilitate non caret. Potentius eſt enim † ius, quod quis habet iure proprio, quàm quod habet iure alieno. l. ſi filius. §. 1. ff. de fideicommiſſ. libert. l. pater. §. 1. ff. de legat 3. l. ſiquidem in bello, & ibi gloſſ. & Bartol. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. l. more. ibi, ſuo iure, non alieno beneficio. & ibi etiam Baldus, & recentiores, ff. de iuriſdictio. omnium judic. l. ſacroſanctæ. C. de ſacroſanct. eccleſ. Angel. conſi. 100. Dec. in l. 2. in 2. colum. ff. de reg. iur. 9

Illud verò obſeruandum, quādo filius per repræſentationem ingreditur patris locum, nō corrumpitur gradus, ſed filius ingrediens gradum patris, aſſumit omnes qualitates & prærogatiuas, quas pater ratione illius gradus habebat, dum viueret, & habuiſſet, ſi vixiſſet: quanquam ex perſona propria, & non ex perſona patris dicatur ſuccedere: perinde ac ſi nepos verè & omni tempore fuerit ille, in cuius gradum aſcendit, l. ſed etſi in conditione. 6. §. nepotes. ff. de hæred. inſtituend. Inde fit, quod ſublato patre nepos, iura ſuitatis quæ habebat pater, ſuſcipiat ipſe: & præteritus rumpat teſtamentum, æquè ac pater præteritus rupiſſet. l. poſthumorum. ff. de iniuſto, rupto & irrito teſtam. 10

teſtam.d.l.ſi auus.C.de lib.præt. §.poſthumorum.Inſtit.de exhæred.lib. Ita in alijs ſimilib⁹ cauſis, quibus filius patris locum ingreditur, patremq́ue repræſentat,quia tranſit in locum patris,ſuſcipit illius gradus naturam,induitq́ eiuſdem qualitates.

CAPVT XXI.

In ſucceſsione ab inteſtato, quando locum habeat repræſentatio.

SVMMARIA.

1 *Repræſentatio tantum in linea deſcendenti & collaterali obtinet.*

2 *Repræſentationis ius deſcendentium in infinitum eſſe,nu.6. & num.14.*

3 *Repræſentationis ius pronepotes non egredi, quibus iuris locis conuinci poſſet,num.4.& 5.*

6 *Pronepotum & nepotum appellationem ad vlteriores deſcẽdentes pertinere in cauſa ſucceſsionis.*

7 *Dictio,deinceps,aduerbium ordinis eſt, & gradatim quid fieri denotat.*

8 *Parentis appellatione omnes ſuperiores continentur.*

9 *Cæterorum,dictio,quid includat.*

10 *Tranſmiſsio iure repræſentationis differtur.*

11 *Repræſentatio in collaterali linea iure 12. tabul. non obtinuit.*

12 *Liberorum & deſcendentium, quàm collateralium cauſa, iure natura potior.*

13 *Parentis in liberos cuiuſcunq; gradus parem eſſe affectionẽ.*

15 *Caſus infrequentia regulam non euertit.*

16 *Repræſentationis ius locum habet & in fœminarum aſcendẽtium ſucceſsione.*

17 *Repræſentationis ius iure veteri in collateralibus non obtinuit.*

18 *Linea deſcendentium & collateralium differentia.*

19 *Repræſentationis ius in ordine aſcendentium non obtinet.*

1 MAnifeſti iuris eſt † repręſentationem in cauſa ſucceſſionis ab inteſtato, duobus ſolummodò caſibus admitti, nempè,in ordine deſcendentium, quoad hæreditatem aſcẽdentium:& in ſucceſſione collateraliũ, quantum ad hęreditatem patrui:diſpari tamen,diſcretoque iure,quod,vt cò melius perciplatur, aliquot concluſionibus expeditum reddam.

Prima concluſio.

2 Ius repræſentationis † in deſcendentiũ ordine, quoad aſcendẽtium hæreditatem in infinitum extenditur, hoc eſt, non tantùm nepotes,neptesve, pronepotes,proneptesve in aui vel proaui hæreditate parentis locum ingrediuntur: ſed etiam vlteriores, & deinceps cæteri:licet ex quorundã ſententia, vltrà pronepotes non extenditur.

Diſputatio hæc, vt certa firmaq; reddatur, vtriuſque opinionis fundamenta referam. Contraria enim iuxtà ſe poſita, magis illuceſcunt,ac vt vulgo dici ſolet:ferto viam aperit, qui per cõtraria ſcandit ſnerundi,itaq;,qui ius repræſentationis in deſcendentium ordine, quoad hæreditatem aſcendentium, in nepotibus & pronepotibus ſolummodò admittũt, ad vlteriores non extendunt. veluti, mortuo aliquo ab inteſtato, nepotes ex filio mortuo, vnà cum alio filio ſuperſtite, iure repræſentationis ad aui hæreditatem admitti : idemq́ue eſſe in pronepotibus, nempe ex nepote mortuo natis. nam & hos ſuccedere proauo vnà cum filio,& ſic cum patruo magno, licet pronepos ſit in vlteriori & remotiori g[illegible]adu. & hoſce tantum nepotes & pron[illegible]tes, repræſentare parentum ſuorum perſonas,& per cõſequens ſuccedere in ſtirpes, & non in capita. Neque extendi vel dilatari eiuſmodi repræſentationem vltrà pronepotes : vnde ex pronepote natum,abnepotem videlicet,vel vlteriorem,nunquam ſuccedere primo aſcendenti,& ſic abauo cum alio filio, nepote vel pronepote viuo: ſed excludi ab eis, vtpotè cum vltrà pronepotes non habeat locum repræſentatio. in quam ſententiam adferunt §.cum filius,verſi.pari ratione. Inſtitut.de hæred. quæ ab inteſt.defer.cum filius,filiave,inquit, & ex altero filio nepos neptisve exiſtunt,pariter ad hæreditatem aui vocātur,nec, qui gradu proximior eſt,vlteriorem excludit:æquum enim eſſe videtur,nepotes neptesve in patris ſui locum ſuccedere. Pari ratione, etſi nepos, neptisve ſit ex filio,& ex nepote pronepos proneptisve ſimul vocantur. Et quia placuit, nepotes neptesve,Item pronepotes proneptesve in parentis ſui locum ſuccedere, conueniens eſſe viſum eſt,non in capita,ſed in ſtirpes hæreditatem diuidi, vt filius partem dimidiam hęreditatis habeat,& ex altero filio, duo pluresve nepotes alteram dimidiam. Item,ſi ex duobus filijs nepotes neptesve exiſtant, ex altero vnus fortè,aut duo,ex altero tres aut quatuor, ad vnum aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel quatuor altera dimidia. ita Iuſtinian. quem locum Tribonianus,ex Gaij lib.3. Inſtitut. deſumpſit, qui locus extat in collatione legum Moſaīcarum & Romanarum, titu.16. cuius verba ſunt:cùm filius filiave, & ex altero filio nepotes neptesve exiſtunt, pariter ad hæreditatem vocantur,nec, qui gradu propior eſt vlteriorem excludit. Aequum enim eſſe videtur, nepotes neptesve in patris ſui locum portionemq́; ſuccedere. Pari ratione,etſi nepos neptisve ſit ex filio,& ex nepote pronepos proneptisve,ſimul vocantur. & quia placebat,nepotes neptesve,item pronepotes proneptesve in patris ſui locum ſuccedere,conueniens, non in capita, ſed in ſtirpem hæreditatem dinidi, vt filius dimidiam partem hæreditatis ferat,ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. Item ſi ex duobus filijs nepotes extent, ex altero filio vnus fortè vel duo,ex altero tres aut quatuor, alterã dimidiam.Sed paulò aliter idem locus in libro poſteriore Gaij Inſtit.titu.8.refertur. Si quando ali-

quis moriatur, & reliquerit filium aut filiam, aut ex alio filio mortuo nepotes, neptes, ſiue filij nepotes ex filio, defuncto patre vel auo, hac ratione ſuccedũt, vt filius ac filia ſuas partes accipiant, & nepotes ex filio, portionem, quam pater eorum erat habiturus, accipiant. Quia regulariter cõſtitutum eſt, vt inter ſuos proximior, latiore gradu poſitos nõ excludat, & non in capita, ſed in ſtirpem diuidatur hæreditas. Item ſi quis moriens filium non relinquat, ſed ex duobus maſculis filijs dimittat nepotes, hoc eſt ex vno filio vnum, vel duos nepotes, & ex altero tres aut quatuor similiter, ſicut ſuperius dictum eſt, in ſtirpem, non in capita hereditas diuidatur, hoc modo vt illi duo nepotes, ex vno filio, medietatem percipiant, & illi quatuor ex alio filio, aliam medietatem, hoc eſt, vt tales accipiant portiones, quales patres eorum, ſi vixiſſent, habituri eſſent. ita Caius. Vlpiani autem verba ſunt: ſi ex defuncto ſit filius, & ex altero filio mortuo, nepos vnus vel etiam plures, ad omnes hæreditas pertinet, nõ vt in capita diuidatur, ſed vt in ſtirpes, id eſt, vt filius ſolus mediam partem habeat, & nepotes, quotquot ſunt, alteram dimidiam. Aequum eſt enim, nepotes patris ſui loco ſuccedere, & eam partem habere, quam pater eorum, ſi viueret habiturus eſſet. ita Vlpia. & Paul lib. 7. ſent prout refertur in colla. leg. Moſaic. & Rom. tit. 16. poſt filios, filias, ad inteſtatorum ſucceſſionem, inter ſuos veniunt nepotes, neptes, pronepotes, proneptes, ac deinde maſculino ſexu poſt filium deſcendentes, ſi nullus parentum impedimẽto ipſis in aui poteſtate, vel proaui familia remanſerit. parentes enim liberis ſuis, cum quibus in parentum poteſtate fuerunt ipſi, ordine ſucceſſionis obſiſtunt. Filij, ſi cum nepotibus ex alio filio ſuſceptis, in familia retinentur, ab inteſtato ad patris ſucceſſionem, cũ fratris filijs vocantur, quibus in patris ſui partem venientibus hæreditas in ſtirpes, non in capita diuiditur ita vt filius, & plures nepotes, ſingulos ſemiſſes habeant. idque euenit, ſi ab eo ex duobus filijs, in patrum numero nepotes ſucceſſerint. hactenus Paulus: ita etiam Dioclet. & Maximia. nepotes ex diuerſis filijs varij numero auo ſuccedentes ab inteſtato, nõ pro virilibus portionibus, ſed ex ſtirpibus ſuccedunt. Et iterum ijdem Impp. Vt inteſtato defuncti filius ac nepos ex alio, qui mortis eius tempore in rebus humanis non inuenitur, manentes in ſacris, pariter ſuccedant: euidẽter lege 12. tabul cauetur: quod & honorarij iuris obſeruatio ſequitur. l. 2. l. 3. C. de ſuis & legit.

4 Ex quibus † locis Caij, in poſter. lib. Inſtit. & Vlpiani, Pauli & Impp. manifeſtum eſt, nepotes ex vno filio, cum altero filio in hæreditatẽ aui vocari, nulla facta mentione pronepotũ, vel proneptum: ex Iuſtiniani tamen ſententia pronepotes proneptesve, cum nepote fortè, vel patruo magno vocari, & conſecutiuè vlteriores in deſcendenti linea ad aſcendentium hæreditatem iure repræſentationis non admitti. Quæ opinio etiam confirmatur, ex alio Iuſtiniani loco. d. tit. de hæred. quæ ab inteſt. §. item vetuſtas. ibi, Diui autem principes non ſunt paſſi, talem contrà naturam iniuriam, ſine competenti emendatione relinquere, ſed cum nepotis & pronepotis nomen commune ſit vtriſque, &c. & iterum ibi, & quẽadmodum lex 12. tab filio mortuo, nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes, in locum patris ſui, ad ſucceſſionem aui ſui vocat, &c.

5 Quemadmodum † quoq; ex conſtitutione Leonis, in diuidendis rebus ab inteſtato defũctorum parentum, tam dos, quàm ante nuptias donatio confertur, quàm pater vel mater, auus, vel auia, proauus vel proauia, paternus vel maternus, dederit vel promiſerit pro filio vel filia, nepote vel nepte, pronepote vel pronepte, &c l. vt liberis. C. de collat. Eodem etiam modo, ex conſtitutione Theodoſij, & Valentin. quæ de vſufructu, ſi viua matre filij emancipati ſint, ſanciuntur, de nepotibus vel neptibus, ad pronepotes vtriuſq; ſexus extenduntur. l. ſi viua matre. in fin. C. de bon. mat.

Quibus iuris capitibus non difficulter apparet, ius repræſentationis, quo liberi in parẽtum ſuorum locum ingrediuntur, in aſcẽdentium ſucceſſione conſequenda, ſolis nepotib. vel neptibus, pronepotibus vel proneptib. cõpetere, nec ad abnepotes & vlteriores extendi vel porrigi, quod exiſtimauit Bart. in l. 1. §. ſed ſi quis. ff. de ſuis & legit. hæred. per text. ibi, ſed ſi quis non deſijt eſſe in poteſtate, ſed nunquam cœpit. vt putà, ſi filius meus, viuo patre meo ab hoſtibus captus eſt, mox ibi me patrefam. facto deceſſerit: nepotes in eius locũ ſuccedent. Non minus autem neptes quàm nepotes ſuccedent in locum parentum, &c. & alibi Bart. in Auth poſt fratres C. de legit. hæredib. idem tradit Fab. in d. §. cum filius. verſic. item nota. & Angel. ibid. num. 1. & in §. in multis. inſtitut. de ſucceſſ. libert. & alij, quos refert Gabriel. lib. 4. de ſucceſ. ab inteſtato, concl. 1. in 2. limit. ibi, Secundò limita, concluſionem procedere, quãdo agitur de ſucceſſione aui, vel alterius deſcendentis, vel de ſucceſſione patrui, auunculi, amitæ vel materteræ, non quando agitur de ſucceſſione vlteriorum tranſuerſaliũ, nam tum filius non ſuccedit in locum patris, vt concurrat cum patruis, &c. refert Port. in com. concl. lib. 1. concl. 33. §. ſecunda limitatio. Pariſ. conſ. 40. num. 29. nu. 30. lib. 2.

6 Quantumuis † autem non ſine prudentum principumque autoritate, ſuperiora proferũtur: attamen pleriſque placuit, eaq; ſententia maiore approbatione docentium, de iure reſpondentium, & iudicantium obtinuit, in or-

in ordine deſcendentium, quoad hæreditatem aſcendentium, ius repræſentationis in infinitum extendi.

Quæ ſententia firmis quoque rationum momentis ſuſtinetur & innititur: nam ſimiliter iuris authoritate conſtat, tam in cauſa ſucceſſionis ab inteſtato, quàm ex teſtamento nepotum, & pronepotum appellationem ad vlteriores, & deinceps cæteros pertinere deſcendentes. Sic Vlpianus: item qui ex filio meo & vxore eius naſcitur, id eſt, nepos meus & neptis, æquè in mea ſunt poteſtate, & pronepos & pronepris, & deinceps cæteri. Et alio loco Vlpianus, nepotes ex filio mortuo auo, recidere ſolent in filij poteſtatem, hoc eſt patris ſui. Simili modo & pronepotes, & deinceps, l.4.in fin.l.ſequen.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Et iterum Vlpian. nepotes autem, & deinceps cæteri liberi, qui ex lege Vellea inſtitui, non rumpunt teſtamenta: ſed omni cōditione inſtitui poſſunt, etſi redigantur ad filij conditionem; l. ſed ſi 6 §. nepotes.ff.de hæredib. inſtituen. & l.vterum Vlpian. Sciendum eſt autem, nepotes, & deinceps interdum, etiamſi parētes eos mortis tempore præceſſerint, tamē poſſe ſuos hæredes exiſtere, l.1 §.ſciendum ff. de ſuis & legitimis. Et Caius: Lege duodecim tabularum permiſſum eſt parentibus liberis ſuis, ſiue maſculini, ſiue fœminini ſexus, ſi modò in poteſtate ſint, tutores teſtamento dare. Item ſcire debemus, etiam poſthumis filijs, vel nepotibus, vel cæteris liberis, licere parentibus teſtamento tutores dare, &c. l.1.in princip.ff.de teſtamen.tut. Et Calliſtratus: Liberorum appellatione nepotes & pronepotes, cæterique qui ex his deſcendunt, continentur. Hos enim omnes liberorum appellatione lex duodecim tabularum comprehendit, l.liberorum 220. in princip.ff. de verborum ſignificatione & Iuſtinian. Quotiens aliquis vel aliqua, inteſtatus vel inteſtata, mortuus vel mortua fuerit nepotibus vel pronepotibus cuiuſcunque ſexus, vel deinceps alijs deſcendentibus derelictis, quibus vnde liberi, bonorum poſſeſſio minimè competit, &c. l. fina.in princ.C.de ſuis & legitim. Et alibi: Sui autē & neceſſarij hæredes ſunt, veluti filius, filia, nepos, neptisve ex filio, & deinceps cæteri liberi, qui modò in poteſtate morientis fuerint. §.ſui autem. Inſtit.de hæred.qual.& differ. Et iterum Iuſtinianus: Sancimus inquit, talibus nepotibus ex filia, vel pronepotibus ex nepte, & deinceps ſuperſtitibus agnatos nullam partem mortui ſibi vindicare, ne hi, qui ex tranſuerſa linea veniunt, potiores his habeantur, qui recto iure deſcendunt.

Quam conſtitutionem noſtram obtinere ſecundùm ſui vigorem, & tempora, & nunc ſancimus: ita tamen, vt, quemadmodum inter filios & nepotes ex filio, antiquitas ſtatuit, non in capita, ſed in ſtirpes diuidi hæreditatem: Similiter nos inter filios & nepotes ex filia, diſtributionem fieri iubeamus, vel inter omnes nepotes & neptes, & inter pronepotes & proneptes, & alias deinceps perſonas, vt vtraque progenies matris vel patris, auiæ, vel aui portionem ſine vlla diminutione conſequatur: vt, ſi fortè vnus vel duo ex vna parte, & altera tres aut quatuor extent, vnus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor, alteram dimidiam hæreditatis habeant. ita Iuſtinianus in §. final. verſicul. ſancimus. Inſtit.de hæred.ab inteſtat. ven.

Ex quo vel vnico loco apparet, quod de iure repræſentationis in nepotibus, neptibus, pronepotibus, proneptibus dicitur, idem in cæteris perſonis, quæ ex his deſcendunt, iure inductum eſſe.

Magis confirmatur hæc opinio ex nouiſſima conſtitutione Iuſtiniani, ex capit. primo Nouellæ 118. vel §. ſi quis igitur deſcendentium. verſicu. ſic tamen, vt ſi quem horum deſcendentium filios relinquentem, mori contigerit, illius filios aut filias, aut alios deſcendentes, in proprij parentis locum ſuccedere, ſiue ſub poteſtate defuncti, ſiue ſuæ poteſtatis inueniantur, tantam de hæreditate morientis accipientes partem, quanticunque ſint, quantam eorum parens, ſi viueret, habuiſſet, quam ſucceſſionē in ſtirpes vocauit antiquitas. Auth.de hæred.ab inteſt. ven. Sicuti etiā antiquus interpres Irnerius, qui multa ex Nouellis in epitomē redegit, quas noſtri Authēticas vocant, vlteriorum vocabulo vtitur. in ſucceſſione mortui patris ſa. ſiue filij ſa liberi eius, ſi ſint omnib. alijs prælati, ſuccedunt. Primi quidem gradus æqualiter ſuccedunt, nepotes & vlteriores in ſtirpes, &c. Auth. in ſucceſſione.C.de ſuis & legit.hæred.

Ex ſuperioribus itaque tam prudentum reſponſis, quàm nouiſſimo iure euincitur, ea quæ de nepotibus & pronepotibus in iure repræſentationis dicuntur, etiam ad deinceps cæteras perſonas & deſcendentes & vlteriores pertinere. Quæ quidem dictiones in infinitum extenduntur, producuntur, & dilatantur. Sic † de dictione deinceps, quæ poſt pronepotes ſemper repetita eſt, res plana eſt, vtpote, cùm ſit aduerbium ordinis, & propriè gradatim aliquid fieri denotet, quaſi per ſingula ſemper capita. vnde veteres deincipem, proximum quenque capitum dicebant, quemadmodum Principē, primum capitum. Cicero in libr.1. de diuinat. refert, Rhodium quendam morientem, ſex æquales nominaſſe, & dixiſſe, qui primus eorū, qui ſecundus, qui deinceps moriturus eſſet. & in ts

Academie.opinionib. & inſtitutis omnia te-
neri, nihil veritati relinqui, denique omnia
tenebris circumfuſa eſſe. quod etiam in iu-
re noſtro receptum eſt.

8 Ita Gaius † appellatione parentis, non tan
tùm pater, ſed etiam auus & proauus, & de-
inceps omnes ſuperiores continentur: ſed &
mater, & auia, & proauia, l. appellatione. 51. ff.
de verbor. ſignificat. quod etiam Vlpianus ex
ſententia Caſſij refert, parentem, inquit, hic
vtriuſque ſexus accipe. Sed an in infinitum
quæritur? quidam parentem vſque ad trita-
uum appellari aiunt, ſuperiores maiores di-
ci, hoc veteres exiſtimaſſe Pomponius re-
fert. Sed Gaius, Caſſius, omnes in infinitum
parentes dicit, quod & honeſtius eſt, & me-
ritò obtinuit, l. quique. 4. ff. de in ius vocan.
quod etiam Paulus ſcribit, l. Iuriſconſ. §. pa-
rentes. ff. de gradib. & affini. Idemque deno-
tat dictio, deinceps, infert quod dictio vltrà.
Ita Gaius: nurus appellatio, etiam ad pronu-
rum & vltrà porrigitur, l. nurus. 50. ff. de ver-
bor. ſignifi.

9 Eandem † etiam ſignificationem præſtat
appellatio cæterorum. Sic Vlpianus de alen-
dis parentibus à liberis. verùm autem tan-
tùm patrem, auumve paternum, proauum-
que, paterni aui patrem, cæteroſque virilis ſe-
xus parentes alere cogamur: an verò etiam
matrem, cæteroſque parentes, & per illum
ſexum contingentes cogamur alere, viden-
dum eſt, l. ſi quis. 5. §. verùm. ff. de alendis libe-
ris. Et alibi Vlpianus ad legem Iuliam & Pa-
piam, generi appellatione, & neptis, & pro-
neptis, iam ex filio, quàm filia editarum, cæ-
terarumque maritos contineri manifeſtum
eſt, l. generi. 136. ff. de verborum ſignificatio.
& iterum Vlpianus de nuru, vt Gaius ſcri-
pſit: nurus autem appellatione, & pronurum
cæteraſque contineri, nulla dubitatio eſt, l.
8. §. ſi quid vxori. verſicu. nurus. ff. de legat.
præſtan. ita pariter in alijs cauſis. Sic de hæ-
redibus, cæteriſque ſucceſſoribus. Vlpianus
in l. 4. § fina. ibi, ſiue hæredes eius, cæterique
ſucceſſores. ff. de priuileg. cred. Et iterum Vl-
pianus de lege Aquil. hanc actionem, & hæ-
redi, cæteriſque ſucceſſoribus dari conſtat, l.
inde Neratius. 23. §. hanc actionem. ff. ad le-
gem Aquiliam. Et iterum Vlpianus: patri au-
tem, vel domino ſocij, ſi iuſſu eorum ſocie-
tas contracta ſit, non eſſe hanc exceptionem
dandam: quia nec hæredi ſocij, cæteriſque
ſucceſſoribus hoc præſtabitur, l. verum. 63. §.
videndum. in fin. ff. pro ſocio. Sic Scæuola
quoque de cognatis: pater, filium hæredem
prædia alienare, ſeu pignori ponere prohi-
buerat: ſed conſeruare liberis ex iuſtis nup-
tijs, & cæteris cognatis fideicommiſerat, l.
pater filium. 38. in princip. ff. de legat. 3. & Ga-
ius de gradibus. ex transuerſo verò nun-
quàm eo gradu quiſquam concurrere po-
teſt, at in ſecundo & tertio, & deinceps in
cæteris poſſunt etiam ex transuerſo quidam
concurrere, & cum ſuperioris ordinis cogna-
tis, l. 1. in princip. ff. de gradibus. ac vt Vlpia-
nus ait, cæterorum & reliquorum appellatiõe
continentur, l. cæterorum. 160. ff. de verbo-
rum ſignifica. & Terentius: Clemens. cùm
optio duorum ſeruorum Titio data ſit, reli-
qui Mæuio legati ſint, ceſſante primo in ele-
ctione, reliquorum appellatione, omnes ad
Mæuium pertinent, l. dum optio. 17. ff. de op-
tio. lega. & extant infinita ſimilia exempla
in iure. Aequè eandem extenſionem præ-
ſtat appellatio deſcendentium, vt ſuprà co-
pioſè dictum eſt, item vocabulum ſuperio-
rum.

Accedit, quod filij, ſeu filiæ, nepotes aut
neptes, pronepotes aut proneptes, à patre vel
matre, auo vel auia, proauo vel proauia, ſcri-
pti hæredes, ſi ante apertas tabulas decedant,
tranſmittunt derelictam ſibi hereditatem in
liberos ſuos, cuiuſcunque ſint ſexus vel gra-
dus, l. vnica. C. de his qui ante apertas tabulas
hæreditatem tranſmittunt.

Atqui † difficilius inducitur tranſmiſſio, 10
quàm repræſentatio, l. emancipata, ibi, nul-
lam ad hæredes vindicationem ſucceſſionis
trãſmittere potuit. C. qui admit. ad bon. poſ-
ſeſſ. l. 3. C. de ſuis & legitimis. Si igitur tranſ-
miſſio fit ad omnes liberos in infinitum, cu-
iuſcunque videlicet gradus ſint, magis eſt ſta-
tuendum id in repræſentatione.

Præterea † repræſentatio in collaterali li- 11
nea, iure veteri, vel lege duodecim tabula-
rum non habuit locum, vt paulò poſt dice-
mus, ſolo Iuſtiniani beneficio introductum
eſt, vt fratrum filij, cum fratrib. defuncti ſuc-
cedant § Si verò nec fratres. Authent. de hæ-
redibus ab inteſtato ven. & Authen. poſt fra-
tres fratrumque filios. C. de legitimis hære-
dib. cùm itaque in collaterali linea ſit coar-
ctata repræſentatio expreſſim: Huiuſmodi
verò priuilegium inquit Iuſtinianus, in hoc
ordine cognationis, ſolis præbemus fratrum
maſculorum & fœminarum filijs aut filia-
bus, vt in ſuorum parentum iura ſuccedant,
nulli alij omninò perſonæ ex hoc ordine ve-
nienti hoc ius largimur. §. ſi igitur defunctus
neque deſcendentes. verſicul. huiuſmodi. d.
Authen. de hæred. ab inteſtat. ven. Non diffi-
culter colligitur in deſcendentium ordine re-
præſentationem ſine aliqua præfinitione ad-
mitti. eoque magis, ne Iuſtinianus parem
cauſam deſcendentium & collateralium vi-
deatur feciſſe, vel hoc caſu deſcendentes,
& collaterales exæquaſſe. Cùm † tamen 12
iure naturæ potior ſit cauſa liberorum,
vel

vel deſcendentium, l. nam etſi parentibus ff. de inofficioſo teſtamen. l ſcripto. ff. vnde lib. l. cùm ratio. ff. de bon. damnat. Sicuti etiam iure diuino. Geneſ. cap. 13. Leuitici cap. 25. Inprimis quoque iure ciuili & veteri, & media iuriſprudentia, & nouiſſimo, l. 1. § filius. & per tot. ff. de ſuis & legitimis hæredib. l. in ſuis ff. de liberis & poſthum. l. penult. C. de ſuis & legitimis. §. inteſtatorum. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſtato deferun. Authen de hæredib. ab inteſta ven. Authen. in ſucceſſione. C. de ſuis & legitim. itemque de iure prætorio, l. 1. & toto titu. ff. vnde lib. l. 1. & toto titu. C eod. l. 1 §. videndum. ff. de ſucceſſ. edict. l. ſuum hæredem. C. de iure deliber. §. ſunt autem. Inſtit. de bonorum poſſeſſ.

Quæ omnia naturali ductu rationis con-
ſtant. cùm † par & æqualis affectio parentum
13 inter liberos cuiuſcunque gradus, eſſe intelli-
gatur, & idem ſtudium propagandæ ſobolis: nam, vt Calliſtratus ait, natura nos quoque docet, parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt, filiorum appellatione, omnes qui ex nobis deſcendunt, continere. nec enim dulciore nomine poſſumus nepotes noſtros, quàm filij, appellare. Etenim idcirco filios filiaſque concipimus atque edimus, vt ex prole eorum, earumve, diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus, l. liberorum. 220. §. fina. ff. de verb. ſign.

Ex † hiſce igitur iuris noſtri autoritatibus,
14 & ex naturæ dictamine promanātibus ratio-
nibus conſtanter firmiterque eis accedo, qui ius repræſentationis in deſcendentium ordine, nō ad nepotes neptesve, pronepotes proneptesve tantùm extendunt, ſed ad omnes liberos cuiuſcunque ſint gradus.

Neque mutat, quod Iuſtinian. in d. §. cùm filius. Inſtit. de hæreditat. quę ab inteſtato deferun. ſcribit, nepotes neptesque, item pronepotes proneptesque in patris ſui locum ſuccedere. & in d. §. 1. Auth. de hæred ab inteſta. ven. ait, pręmortuo filio, aut filia, nepotes vocari: quod etiam alijs locis ſuprà adductis traditur. Quia hæc tanquàm exempla ad regulam adducuntur, qua traditur, cùm filius aut filia, nepos neptisve exiſtunt, pariter ad hæreditatem aui vocantur, nec, qui gradu proximior eſt, vlteriorem excludit. Quæ quidem exempla non reſtringunt alia iura, quæ repręſentationem deſcendentium, vltra nepotes neptesve, pronepotes proneptesve extendūt, & dilatant in quoſcunque gradus. Exempla enim, vt vulgò dicitur, non reſtringunt regulam iuribus vſitatis. quod eò plus dicendum eſt, cùm exempla loquantur de caſu, qui ἐπὶ τὸ πλεῖστον eueniat. rariſſimè enim parentes ad eam perducuntur ſenectutem, vt abnepotes ſuperſtites videant. Vnde obtinet, quod Pomponius & Celſus. & Paulus ſcribunt, iura conſtitui oportere in his, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, non quæ ἐκ παραλόγου. & ad ea potiùs debere adaptari ius, quæ & frequenter, & facilè, quàm quæ perrarò eueniunt. & quæ ſemel aut bis accidunt, prętereunt legiſlatores,
l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. ff. de legib. Si tamen † caſus re- 15
gulæ accidat, infrequentia regulam nō euertit, vnde inſignes errores deteguntur.

Primò, communis ſententiæ, quę traditur à Gabriello libr. 4. de ſucceſſion. ab inteſtato. concluſione 1. In ſucceſſione aui ab inteſtato filius ſuccedit in locum patris, & concurrit cum patruo, nume. 13. §. ſecundò limita concluſionem procedere, quando agitur de ſucceſſione aui, vel alterius aſcendentis, vel de ſucceſſione patrui, auunculi, amitæ, vel materteræ, non quando agitur de ſucceſſione vlteriorum tranſuerſalium, nam tunc filius non ſuccedit in locum patris, vt concurrat cum patruis: multis in hanc ſententiam adductis authoritatibus noſtrorum, tam id docentium, quàm de iure reſpondentium. Quam limitationem etiam refert Porcius lib. 5. concluſ. 33. in 2. limit. & conſi. 15. num. 5. multos alios accumulans.

In qua limitatione ſecunda impingitur. Primò, quod ius repræſentationis in deſcendentium ordine vel linea, non diſtinguunt ab ordine collateralium: ſed aui & patrui perſonam, pari ratione æſtimant. Secundò, quòd repræſentationis ius in ſucceſſione aui, ſoli nepoti ex altero filio attribuunt, cùm tamen id non tantùm pronepotibus, & proneptibus, verùm & cæteris ex his deſcendentibus competat.

II. CONCLVSIO.

Ius hoc † repræſentationis, quo filius in 16
patris locum ad aui hæreditatem vocatur, non tantum locum habet in aſcendentium maſculorum hæreditatibus, ſed etiam fœminarum, videlicet auiæ, & vlteriorum. Ad liberos enim matris inteſtatæ, hæreditas ex lege duodecim tabularum nō pertinebat, quia fœminæ ſuos hæredes non habent. Sed poſteà Impp. Antonini & Commodi oratione in ſenatu recitata, id actum eſt, vt ſiue in manum conuentione, matrum legitimæ hæreditates ad filios pertineant, excluſis conſanguineis, & reliquis agnatis. ita Vlpianus in fragmen. titu. 26. ac vt Gaius ait, nulla fœmina aut ſuos habet hæredes, aut deſinere habere poteſt, propter capitis deminutionem, l. nulla. 13. ff. de ſuis & legitimis hæredibus.

Iuſtinianus itaque, hoc etiam caſu ſanxit: quemadmodū inter filios & nepotes ex filio antiqui-

antiquitas ſtatuit, non in capita, ſed in ſtirpes diuidi hæreditatem. Similiter & inter filias, & nepotes ex filia diſtributio. nem fieri iuſſit, vel inter omnes nepotes & neptes, & inter pronepotes, & proneptes, & alias deinceps perſonas, vt vtraque progenies matris vel patris, auiæ vel aui, portionē ſine vlla diminutione cōſequantur, vt ſi fortè vnus vel duo, ex vna parte, & altera tres aut quatuor extent, vnus vel duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hæreditatis habeant, d. §. fina. Inſtit. de hær. quæ ab inteſt. def.

Ex quo vel vno loco euidenter apparet, liberos vtriuſque ſexus, vltra pronepotes, proneptesve, vocari in hæreditatem aſcendentium vtriuſque ſexus.

III. CONCLVSIO.

17 Veteri † iure, mediaque iuriſprudentia, in linea collaterali, vel ordine ex tranſuerſo, repræſentatio vel ſucceſſio in locum patris non obtinuit. Nouiſſimo autem iure, in ſolis fratrum filijs, vt hi cum defuncti fratre in ſtirpes ſuccedant, id permiſſum eſt. Lege enim duodecim tabularum inteſtatorum ingenuorum hæreditates, pertinent primùm ad ſuos, id eſt, liberos qui in poteſtate ſunt, cæterosque qui in liberorum loco ſunt. Si ſui hæredes non ſunt, ad conſanguineos, id eſt, fratres, & ſorores ex eodem patre, ſi nec hi ſunt, ad reliquos agnatos proximos, id eſt, cognatos virilis ſexus, per matres deſcendentes eiuſdem familiæ. Id enim cautum eſt lege 12. Tabul. Ac, ſi inteſtatus moritur, cui ſuus extabit, nec agnatus proximus familiam habeto. ita Vlpianus titu. 26. & Decius. Conſanguinitatis iure & fœminas ad inteſtatorum ſucceſſionem admitti poſſe, explorati iuris eſt. Proindè cùm fratris tui inteſtatò mortui ad te conſanguinitatis iure hæreditas pertineat: nulla ratione alterius fratris tui filij ad eandem ſucceſſionem aſpirare deſiderāt, & c. l. 3. C. de legitim. hæred. quod reſcriptum emanauit, anno Chriſti 251. Ita quoque Iuſtinian. Si plures ſint gradus agnatorum, apertè lex duodecim tabul. proximum vocat. Itaque, ſi, verbi gratia, ſint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus, frater potior habetur. §. ſi plures. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. lege itaque 12. tab. in agnatorum vel ex tranſuerſo ordine proximior excludit remotiorem, & vnuſquiſque iure proprio ſuccedit, non iure ſui prædeceſſoris, ideoque ius repræſentationis, quod liberis ſuis competit, locum non obtinet in collateralibus.

18 Differuntque † perpetuò hi duo ordines, deſcendentium nempè & collateralium: Primò, quia in liberorum linea, proximior vlteriorem non excludit, & ius repræſentationis in Infinitum durat, & in deſcendentes propagatur. Secùs eſt in ordine ex tranſuerſo: quia ante Iuſtiniani conſtitutionem proximior vlteriorem excludit, & ius repræſentationis non obtinet.

Secundò, in linea liberorum, hæreditates in ſtirpes diuiduntur. In collaterali linea in capita ſucceditur. §. hoc etiam. in fine. & §. hoc iure veteri. Inſtitu de legitim. agnat. ſucceſſ. prout ſuprà abundè dictum eſt. Iuſtinianus ergo beneficium hoc repræſentationis, quod lege 12. tabularum ſolis hæredibus ſuis competebat. & eadem lege 12. tabul. agnatis præcluſum erat, Nouella conſtitutione, fratrum filijs indulſit, vt hi vnà cum fratre defuncti in patrui hæreditatem, in ſtirpes ſuccedant, vltra fratrum filios, in capita fiat diuiſio. Si autem, inquit Iuſtinian. defuncto fratres fuerint, & alterius fratris aut ſororis, præmortuorum filij, vocabuntur ad hæreditatem iſti, cum patre & matre θείοις maſculis & fœminis. Et quanticunque fuerint, tantam ex hæreditate percipiunt portionem, quantam eorum parens futurus erat accipere, ſi ſuperſtes eſſet. Subijcit deinde. Huiuſmodi verò priuilegium in hoc ordine cognationis, ſolis præbemus fratrum maſculorum & fœminarum filijs aut filiabus, vt in parentum ſuorum loca ſuccedant, nulli alij perſonæ ex hoc ordine venienti hoc ius largimur. §. ſi igitur. verſicu. ſi autem. & verſicu. huiuſmodi. Authen. de hæredib. ab inteſtat. ven. & Authen. poſt fratres fratrumque filios. C. de legitim. hæred. de qua re infrà de ſucceſſione collateralium.

IIII. CONCLVSIO.

In † ordine aſcendentium, quo ad hæreditatem deſcendentium, ius repræſentationis locum non obtinet, de qua re infrà de ſucceſſione aſcendentium, caſu 1. concluſione quinta. 19

CAPVT XXII.

Caſus in quibus ius repræſentationis locum non habet.

SVMMARIA.

1 *In fideicommiſſo repræſentatio ceſſat.*
2 *Fideicommiſſum fratri relictum, an fratris filios contineat.*
3 *Pater teſtando plus filios quàm nepotes dilexiſſe præſumitur.*
4 *Animus, & affectus in diſpoſitione hominũ attenditur.*
5 *In fideicommiſſarium tranſeunt iura defuncti, actiuè & paſſiuè.*
6 *Patruus excludit fratris filium in iure patronatus.*

7 Patro-

7 *Patronatus ius non defertur iure hæreditario.*
8 *Patronatus ius eccleſiaſticum admittit repræſentationem.*
9 *Repræſentatio in tutelis non obtinet.*
10 *Succeſſio ſtatutaria vel conſuetudinaria an admittat repræſentationem.*
11 *Repræſentare proximiorem qui vult, neceſſe vt eo viuo conceptus ſit.*
12 *Repræſentatio vtrùm extra tertium gradum deſcendẽtium extendatur.*
13 *Repræſentatio vltra fratrum & ſororum filios in tranſuerſali linea non fit.*
14 *Qualitatis requiſitæ in filio defectus, in nepote facit ceſſare repræſentationem.*
15 *Repræſentatio in retractu non obtinet.*
16 *Lex aliquid ſtatuens, in caſibus priuilegiatis & ſpecialibus non procedit.*

Primus caſus.

1 PRimò † omnium caſus fideicommiſſi repræſentationem non admittit, hoc eſt, filius in patris locum nõ ſubrogatur, ſi fideicommiſſum relictum ſit, l. omnia. 32. §. in fideicommiſſo. ff. de legat. 2. In fideicommiſſo quod familiæ relinquitur: hi ad petitionem eius admitti poſſunt, qui nominati ſunt: aut poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore quo teſtator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati ſunt: niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit.

2 Quamuis † Accurſius ibidem exiſtimet, in fideicommiſſo quoque fratris prædefuncti filios cum fratre viuente admitti. per Anthent ceſſante. C. de legitimis hæredibus. Quem ſequutus eſt Alexander in conſil. 88. in volum. 1. & conſ. 137. eod. & cõnſ. 26. in 3. vol. incip. videtur fortaſſe. in 4. & 5. col.

A pleriſque tamen interpretibus communi ſuffragio hæc Accurſij opinio reijcitur. Raphael Fulgoſ. Bald. & Imola in d. l. omnia. 32. Iaſ. in l. 2. in 2. colum. C. de ſucceſſorio edicto. Alex. ſibi contrarius in conſ. 103. incip. conſideratis. in 3. col. In 2. libr. & in conſ. 4. incip. ponderatis verbis teſtamenti, col 4. & conſ. 129. incip. perſpectis his, col. 2. lib. 5. Cuman. in conſ. 106. incip. mulier inſtituit maritũ. Philip. Deci. in conſ. 1. Guliel. Bened. in d. c. Raynutius. fol. 99. primę partis, nu. 60. & 61.

Diuerſum enim eſt in fideicommiſſo fa
miliæ relicto, & ſucceſſione in ius hæredita
rium: cùm in filio, affectio animuſque teſta-
toris cõſideretur. Nam teſtator maiori amo-
re duci cenſetur erga fratrem viuẽtem, quàm
3 fratris præmortui filios. Item † pater teſtans,
plus filios, quàm nepotes diligere exiſtima-
tur. Quos enim nominauit, magis dilexiſſe
indicatur, l. quoties. 34. in princ. ff. de vſufru-
ctu. l. cùm pater. 77. §. fi. ff. de legat. 2. l. hæredes
mei. 57. §. fin. ff. ad S.C. Trebell. c. ſi quis iuſto.
de electionibus, libr. 6 Raphael & Bartol. in
d. l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. Bened. in lo
co iam allegato. Soc. conſ. 252. col. 2. in fin. Et
teſtator etiam quòties vocat filios ſuós, intel-
ligitur eos vocare qui primum locum occu-
pant, & ſecundo demùm loco nepotes. Alex.
in d. conſ. 88. Quoniam † in hominis diſpo- 4
ſitione mens & affectio inſpicitur, l. cùm vi-
rũm. 16. C. de fideicommiſſis. Alex. conſ. 91.
col. 1. & conſ. 94. col. 2. in 1. vol.

Pro qua excluſione nepotum adduci ſolet regula: vbi aliquid dicitur de duobus, de vno per prius, de altero per poſterius, intelligi debet de eo quod fit per prius. Signor. cõſi. 29. & Bald. in l. 1. C. de ſucceſſorio edicto. Sic verbum ſimpliciter prolatum, & in materia indifferenti, intelligendum eſt per prius, excluſo poſteriore. Cuman. conſ. 7. incip. mulier Inſtituit maritum. & Ang. conſ. 163. incip. diligenter & maturè.

Cùm itaque in fideicommiſſo conſideretur ſolummodò ipſa teſtatoris affectió, quæ maior eſſe ſemper intelligitur erga filios, quã nepotes, fratres quàm fratrum filios. Amor enim longiùs progrediendo attenuatur paulatim, & deficit, In ſucceſſione verò ab inteſtato ipſa legis diſpoſitio, quę filium in patris locum ſubrogat & cõſtituit, inſpiciatur: ideo in perſpicuo eſt, illo caſu ius repræſentationis locum non habere, hoc verò obſeruari.

Quamuis autem communis ſit hæc opi
nio, nihilominùs ab ea conſulendo & docen
do receſſit Chaſſanæus in conſuetudinib. Bur
gundiæ, fol. 160. Nam ad † quem bona alicu- 5
ius perueniunt per fideicommiſſum, dicitur
ſucceſſor, cùm loco hæredis habeatur, l. qui
quadraginta. 2. l. poſtulante. 44. ff. ad S.C. Tre
bell. & in eum iura defuncti actiuè & paſſiuè
tranſeant, l. 1. in princ. l. reſtituta. 37. & l. facta.
63. ff. eod. In omni autem ſucceſſione, tam
quæ ab inteſtato, quàm ex teſtamento obue-
nit, locum habet repræſentatio: igitur etiam
in fideicommiſſo. Qui enim totum dicit, ni-
hil excludit, l. Iulianus. nunc inſcribitur, te-
ſtatorem. 68. ff. de lega. 3. c. ſolitæ. extra, de ma-
ioritate & obedientia, arg. l. quæ de tota. ff. de
rei vendicatio. cum ſimilib.

Secundus caſus.

Eſt † in iure patronatus. Nam in hoc iure 6
filius non repræſentat patrem, ſed à patruo
excluditur. Si libertus, inquit Iulianus, inte-
ſtatus deceſſerit, relictis patroni filio, duobus
nepotibus, nepotes nõ admittentur, quandiù
filius eſt. Quia proximum quenq; ad hæredi-
tatẽ liberti vocari, manifeſtũ eſt, l. ſi libertus
præterito patrono. 23. l. cõmuni. ff. de bonis li-
bert. l. à duobus. ff. de operis libert. l. idẽ erit. §.
vlti. l. vtrùm portio. ff. de aſſignãdis libertis. l.
ſi ex duob. ff. eo. Bar. in l. re coniuncti, col. 12.
ff. de leg. 3. Bal. in Auth. ſi quas ruinas. C. de ſa-
croſ. eccleſ.

Ratio

7 Ratio † autem differentiæ eſt, quia ius patronatus non defertur iure hæreditario, l. vt iuriſiurãdi.§.vlt.ff.de operis libertorum. Ioan.Fabri in §. cùm filius. Inſt.de hæredit quæ ab inteſtato deferuntur. Deinde quoque ne libertus plures patronos habeat. Iaſ in L. ſi auiæ,col.2.C.de ſucceſſorio edicto. Vel etiam quia ius patronatus eſt perſonale, vnde nòn ita facilè tranſmittitur, vt nepotes cum patruis in locum defuncti veniant. Chriſtoph. Caſtellioneus in l. ſi duo patroni.in princ.ff. de iureiur. Iaſ.conſi.215.lib.2.

2 De iure † patronatus in bonis Eccleſiaſticis diuerſum quid obtinuit. Nã nepotes cum patruis ſuccedunt. Angel.& Fab.in §.cùm filius.Inſtit.de hæred.quæ ab inteſtato deferuntur quia Canones permiſerunt etiam ad extraneos, hoc ius tranſire, c. cùm ſeculum.in verb.emptorum. vbi Pañorm. extra, de iure patronatus.c.quoniam.eod. Innoc.in c.cùm Bertoldus extra,de re iudic.

Tertius caſus.

9 Eſt † in tutelis. Proximior enim gradu tutelæ onus adminiſtrat. l. ſi reliquero. 8.ff. de legitimis tutorib. Paulus interrogatus, Si pater reliquerit filium impuberem, & fratrem, & nepotem ex filio,quis eorum tutor eſſe debeat? Reſpondit, vtroſque eſſe tutores,ſi perfectę ętatis ſunt:quia eodem gradu ſunt.Subijcitur deinde reſponſum Caij: Si plures ſint agnati, proximus tutelam nanciſcitur,&c.l. ſi plures.9 ff.eod. Ratio fortaſſis ea eſſe poteſt, quòd tutelæ adminiſtratio melius vni, quàm pluribus committatur.iuxta illud,

Serius expediunt commiſſa negotia plures.

Et proximo ob ſanguinis propinquitatē, propter amorem. quem in pupillum habere iura præſumunt.Quò enim conſanguinitatis iure remotiores ſunt, eo ipſe amor langueſcit,& deficit magis.

Hæc limitatio, etſi duobus reſponſis confirmatur: æquior tamen mihi ideo non videtur. Nam cùm tutelæ onus graue ſit, l.tria onera.ff de excuſatione tutorum: eos omnes ad quos vtilitas & commodum ex impuberis hæreditate ſpectat, tutelæ onere grauandos eſſe, natura ipſa ſuadet, l.ſecundùm naturam.10.de regu.iur.§.fin. Inſtit.de legitima patron.tut.

Nec obſtat text.in d.l. ſi reliquero. 8. Quia per ius nouiſſimum expreſſè, Pauli Caijque reſponſa emendata & antiquata ſunt. §.fina. in princ.in Authen.de hæredibus ab inteſtato. Sancimus enim, inquit, vnumquemque ſecundùm gradum & ordinem, quo ad hæreditatem vocatur, aut ſolum,aut cũ alijs functionem etiam tutelæ ſuſcipere.

Quartus caſus.

Eſt † in ſucceſſione delata ex conſuetudine,& ſtatuto. In ea enim repræſentatio non admittitur, & filius in locum patris ſui non intrat,nec concurrit nepos in hæreditate aui cum patruo ſuo.allegato ſuperiùs conſil. Baldi 30.incip.præſuppoſito ſtatuto.in 2.colum. in 3.lib.Quem ſequitur Gulielmus Benedict. in d.c. Raynutius.fol.99. in 1.parte, nume.63. Quæ tamen limitatio ab Alexand.in d.conſil. 88. & Philippo Decio in l.1. nume.19.C.de ſecundis nuptijs, alijſque Interpretibus ſuperiùs relatis reijcitur. Neque ipſe ſuſtineri hãc poſſe exiſtimo: quia in ſucceſſionis caſu,appellatione filiorum veniunt etiam nepotes: ipſo quoque iure municipali. Caſtrenſ.conſi. 171.incip.præſens caſus. Ludouic. conſi.129. incip. Licet magna apud me fuerit dubitatio.& latè ſuprà in 3.ampliat.1.concluſione.1. caſus. 10

Quintus caſus.

Repræſentatio † tum demùm habet locum,ſi is qui vult alium proximiorem repræſentare, viuo eo conceptus eſt. aliàs enim ex perſona illius, quo viuo nondum conceptus eſt,in eius locum venire non poteſt, l.Titius. ff.de ſuis & legitimis. & l.1.§. ſi quis proximior.ff.vnde cognati. de qua re intrà in caſibus, quibus liberi à parentũ ſucceſſione pellũtur. 11

Sextus caſus.

Ex † quorundam opinione,quæ tamen reijcitur, in deſcendentium ordine ius repræſentationis vltra tertium gradum non extenditur:hoc eſt,pronepotes non egreditur.§.cũ filius. & ibi Ang.Aret.Inſtit.de hæred.quæ ab inteſtato.Bar.in l.1.§ ſi quis.ff.de ſuis & legit. hæredit. Interpret. in Authen. ceſſante C.de legitimis hæred.Quam repræſentationem in pronepotib. intellige extãtibus patruis, & ad ſucceſſionem ſimul vocandis.Si enim vel patrui,vel alij proximiores non eſſent,certè trinepotes ſuccederent.idque iure proprio,non iure repræſentationis. Accurſius verò in §. multis alijs caſibus,Inſti de ſucceſſione libertorum ad quintum gradum, hoc eſt,trinepotes deduci poſſe exiſtimat. Quem etiam ego ſequor, ex ea præſertim ratione, quòd Iuſtinianus generaliter & indiſtinctè de omnibus deſcendentibus in infinitum loquitur, c.3. verſi.ſic tamen.in Authen. de hæred.ab inteſtato. Et abſurdum ac iniquum eſt, abnepotem ſine cauſa à ſucceſſione ſui aſcendentis excludi. Generaliter igitur accipi debet. Lex enim generaliter loquens,generaliter modo accipienda eſt,l.1.§.generaliter.ff.de legatis preſtandis.&, Vbi lex non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus, l. 3.ff.de officio præſidis. Ad §. cùm filius, dupliciter reſponderi poteſt: Et quòd exempli gratia hoc dictum ſit, quæ regulam non reſtringunt, l.regula. 9.§.fin. 12

9.§.fin.ff.de iuris & facti ignorantia. Et quod Iuſtinianns præſupponebat in d.§.cùm filius, abnepotem non poſſe viuo abauo concipi, nec ſuum hæredem fieri. Et conſequenter ex perſona propria admitti non poſſe. Quamuis quandoque Angeli, Bartoliq́ue opinio comprobata receptaque ſit. Vide & huc repete quæ diximus ſuprà cap. 21.hoc libro concluſione prima.

Septimus caſus.

13 Eſt † in linea tranſuerſali, in qua ius repreſentationis non admittitur, niſi vſque ad filium filiamve fratris aut ſororis, Authentic. poſt fratres fratrumq́ue filios, vocantur quicumque gradu ſunt proximiores C.de legit. hæred. Quia ſucceſſio, qua deſcendentes ſuis ſuccedunt aſcendentibus, eſt naturalis & debita, l ſcripto, in fin.ff.vnde lib.& conſequenter eſt fauorabilis. Aliæ verò duæ, ſcilicet quando ordine turbato aſcendentes ſuis ſuccedunt deſcendentibus, aut collaterales ſibi inuicem, à iure naturæ declinant, l. nam etſi parentibus, 15.ff.de inoffic.teſtamen. Ideo reſtringi debet hoc ius repræſentationis, vt vltrà nepotes non porrigatur. Veluti, ſi Titius vita functus, ſuperſtites relinquat ex Caio fratre filios, exq́ue Sempronia ſorore nepotes, filij ex Caio fratre, Titio ſuccedunt: ac nepotes Semproniæ anteuertũt. poſt fratres enim, fratrumq́ue filios prior gradu, remotiorem excludit, d.Auth.poſt fratres. & §.ſi verò neque fratres. Auth.de hæredib. ab inteſtato venientibus. Collaterales enim cùm pro extraneis reputentur. §. cæteri, de hæredum qualitate & differentia: æquè ijs hæreditas non debetur, vt ſuis, ad quos hæreditas naturæ debito, & paterno voto ac deſiderio pertinet, d.l. ſcripto.

Octauus caſus.

14 Quando † qualitas requiſita in filio, non eſt in nepote, l.vlti.C.de naturalib.liberis, l r. C.de priuilegiis dotis, l.penult.§ ſi puellæ ff. de ritu nuptiar.Bar.in d l liberorum, col.4 ff de verbor.obligat. Bald.in repet.l. in ſuis.ff. de liberis & poſthum. 8. Alexand conſil.223. lib.1.& conſ.4.num.7.lib.4. Vnde filia ſuccedens in locum patris, ſuccedit vt filia, non vt maſculus.l.ſi quis ſub hac.l.plures.ff.de oper. libertorum. l.non tantùm.§. ſi emancipatus. ff.de bonorum poſſ.contra tab.l.Titia Seio.§. de vſuris.ff.de legat.2. l. adoptiuum.ff. de in ius vocando. l. ſi quis in ſuo.C. de inoffic.teſtamento.

Nonus caſus.

15 Eſt † in retractu. hic enim non competit de iure communi, ſed ex ſtatuto aut conſuetudine. edictum autem ſtatuti non ſic aperitur nepoti, vt edictum prætoris: quod etiam ei apertum non fuiſſet, niſi prætor expreſſiſſet, l.ſi poſt mortem.§.vlt.ff.de bonor.poſſeſſ. contra tab. Deinde ius repræſentationis competit ex iure quodam ſpeciali, non autem communi.§ ſi autem defuncti. Authentic.de hæred.ab inteſtato venientibus. Cùm itaque retractus etiam iure ſpeciali competat, non poteſt in eo locum habere repræſentatio, ne duo ſpecialia in re eadem concurrant: contra l 1.C.de dotis promiſſ.cùm ſimilib. Quin etſi repræſentatio eſſet beneficium iuris communis, id tamen non haberet locum in ijs quæ deferuntur iure ſpeciali, l. mulieri & Titio.ff.de conditionib. & demonſtration.

16 Nam aliàs lex aliquid ſtatuens non procedit in caſibus ſpecialibus & priuilegiatis, l.in teſtamentis, & ibi Fulgoſius.ff.de teſtamen.l. hac conſultiſſima, & ibi Accurſ. Rom. Corneus C. qui teſtamenta facere poſſunt, l. ſi adulterium §.liberto.ff.de adulterijs. Iaſon in l cohæredi.§. qui diſcretas.ff. de vulg. & pupill. Accurſ.in l.ſciendum, & ibi Bart.& alij. ff.qui ſatiſdare coguntur, & in l.ex teſtamento, & ibi Deci.C vnde liberi. Aretin.in l. Pantonius.ff.de adquirend.hæred. Baptiſta in l. omnes populi, verſicu.decimò quæritur.ff de iuſtitia & iure. Iaſon in l. ſi fideiuſſor.§ ſi ſatiſdatum ff.qui ſatiſdare cogũtur, & in l.iuſiurandum & ad pecunias.ff. de iureiurando. & in l.1.§ ſed & mihi.ff.de verbor.obligatio. & in l.1.ff. ſoluto matrimonio, & in l. poſtquàm liti.C.de pactis, & in l.fratres.C.de inofficioſo teſtam. & in Authen.ex cauſa.C.de liberis præteritis. Caſtrenſ. conſil.427. libr.1. Panormit.in c.verum.extra, de foro competenti. Dominic.in c.vlti. de immunitate eccleſiarum lib.6.

CAPVT XXIIII.

Caſus, in quibus liberi à parentum ſucceſsione pelluntur & arcentur.

SVMMARIA.

1 *Nepos poſt mortem aui conceptus eius hæreditatem legitimam an habeat. nu.5.& 7.*

2 *In fideicommiſſo familiæ relicto comprehenduntur ſolùm concepti tempore mortis teſtatoris.*

3 *Legatum relictum cognatis intelligitur de conceptis tempore mortis teſtatoris.*

4 *Nepos poſt mortem aui conceptus eius originem nec in odioſis nec fauorabilib. ſequitur.*

6 *Emphyteuſis recepta pro ſe filijs & nepotibus etiam comprehendit nepotesq́ue poſt mortem recipientis natos.*

7 *Nepos poſt mortem aui conceptus ſuccedit ex perſona patris iure tranſmiſsionis.*

8 *Crimen læſæ maieſtatis in patre excludit filios à ſucceſſione.*

9 *Pœna ipſo iure veniens, ſententiam tamen requirit.*

10 *Hæreſis in crimine qui liberi cum parentibus pœnam ſentiant iure Pontificio.*

11 *Naturales an contineantur nomine filij in crimine læſæ maieſtatis.*

12 *Crimen læſæ maieſtatis quod ſit.*

13 *Crimen læſæ maieſtatis eſt quid moliri in Pontificem.*

14 *Ab Eccleſia ad eam fugientem extrahere eſt crimen maieſtatis.*

15 *Legatum Principis, aut ab eo ſecuritatem datam offendẽs crimen maieſtatis committit. nu. 16.*

17 *Obſidibus pacis cauſa datis fugæ cauſam dans, maieſtatis crimen habet.*

18 *Hoſtibus literas aut nuncium mittens crimen maieſtatis ſubit.*

19 *Iuriſdictionem inuito Principe vſurpans, crimen maieſtatis committit.*

20 *Crimen maieſtatis læſæ eſt, patriam prodere, vel oppugnare.*

21 *Crimen maieſtatis eſt contra Principem aliquid machinari aut rebellare.*

22 *Bellum citra licentiam Principis mouens incidit in crimen maieſtatis.*

23 *Saluum conductum violans, criminis maieſtatis reus eſt.*

24 *Crimen maieſtatis eſt hoſtibus aut rebellibus pecuniam mutuo dare.*

25 *Crimen maieſtatis eſt priuatum carcerem exercere.*

26 *Tributum Principi per contemptum denegare, crimen maieſtatis eſt.*

27 *Furcas propria authoritate erigere, eſt crimen maieſtatis.*

28 *Crimen maieſtatis extra Imperatoris, Pontificis Romani, Regis perſonam aut liberam Remp. committens, an pœna l. quiſquis teneatur.*

29 *Reipub. nomen ad rempub. Romanam pertinere.*

30 *Criminis alieni ſucceſſor non conſtituitur.*

31 *Religionem bonorum incapacem ingreſsi liberi, parentibus non ſuccedunt.*

32 *Beneficia legum capacibus ſcripta.*

33 *Clericus in feudo quando ſuccedat.*

34 *Clericus in feudo proprio ſeruitium perſonale requirente non ſuccedit.*

35 *Clericus primæ tonſuræ ſuccedit in feudo.*

36 *Clericus fraude agnatorum ad ordines promotus, feudi ſucceſsione non priuatur.*

37 *Feudum ad fœminas tranſitorium tranſit in monſtroſum.*

38 *Monachus ab ordine diſpenſatus feudi ſucceſsionem habet.*

39 *Milites Rodienſium in feudo ſuccedunt.*

40 *Clericus in feudo Franco ſuccedit.*

41 *Clericus de ſcientia domini inueſtitus feudi ſucceſsionem habet.*

42 *Clericus ex conſuetudine in feudo ſuccedere poteſt.*

43 *Feudum acquiſitum pro ſe & ſucceſſoribus ſuis quibuſcumque admittit clericum.*

44 *Cardinales & Canonici regulares feudi ſucceſsionem habent.*

45 *Fratres tertij ordinis ſancti Franciſci, in feudo ſuccedunt.*

46 *Filius patrem teſtari impediens, à ſucceſsione remouetur.*

47 *Remoti ob crimen ab hæreditate, non ſuccedunt.*

48 *Fœmina regulariter à feudi ſucceſsione arcentur.*

49 *Filæ fœminarum propter matres, à feudi ſucceſsione excluduntur.*

50 *Fœmina ex pacto deficientium maſculorum in feudo ſuccedit.*

51 *Fœmina in feudo fœminino ſuccedit.*

52 *Feudum Francum non extante maſculo, fœminam admittit.*

53 *Feudum acquiſitum pro ſe, & quibus dederit vaſallus fœminam ſuccedere facit.*

54 *Feudum non extantibus deſcendentibus redemptum à fœmina, eam ſuccedere patitur.*

55 *Sterilis res & inculta in feudum data ſi exculta proprijs impenſis, hæreditaria fit.*

56 *Succeſsio fœminæ in feudo conſuetudine permitti ſamilia poteſt.*

57 *Feudum nouum datum fratribus & eorum heredibus maſculis & fœminis admittit fœminam ſucceſſorem.*

58 *Seruitium ob feudum debitum ſi per fœminam præſtari poſsit, eandem ſuccedere facit.*

59 *Fœmina in feudo paruo ſuccedunt.*

60 *Fœmina beneficio Principis de nouo inueſtita, ſuccedit.*

61 *Mutus, ſurdus, cæcus, an in feudo ſuccedant. & nu. 62.*

63 *Furioſus & demens an in feudo ſuccedant.*

64 *Primogenitus furioſus &c. locum facit ſecundo genito in regno aut principatu.*

65 *Princeps ex accidenti animi iudicio deſtitutus, per curatores adminiſtrat.*

66 *Furioſo natu genito filiusue an frater eiuſdem primogenituræ ius habeat.*

67 *Patris inhabilitas nocet in acquirendo per filium.*

68 *Patris inhabilitas nocet filijs naſcituris, non iam natis.*

69 *Furioſi dementes &c. ſi non monſtroſi, in priuatis ſuccedunt.*

70 *Prohibita vna perſona fœminina linea ſuccedere prohibentur omnes ex ea deſcendentes.*

71 *Succeſſor authore ſuo non debet eſſe melioris conditionis.*

72 *Medio ſublato extrema cenſentur ſublata.*

73 *Antecedente deſtructo, ſequitur conſequentis deſtructio.*

74 *Immunitas perſonæ data non relinquitur hæredibus.*

75 *Pacta vel ſtatuta excludentia fœminas ab hæreditate, excludunt & per eas deſcendentes.*

76 *Tranſitus per medium inhabile non fit.*

77 *Nepos ex inceſtuoſo ab auo hæres ſcribi non poteſt.*

78 *Maſculus ex fœmina proueniens quo ad excludendum alios à ſucceſsione pro maſculo non eſt.*

79 *Maſculorum appellatio in contractibus non continet maſculos ex fœminis.*

HActenùs dictum eſt, liberi legitimi & naturales quomodo ſuccedant: nunc commodè videndum eſt, quibus caſibus hi liberi à parentum ſucceſſione arceantur & pellantur.

PRIMVS CASVS eſt in deſcendente,
qui poſt mortem aſcendentis ſui conceptus
eſt. Nepos † enim poſt mortem aui concep- 1
tus, neque legitimam hæreditatem eius, tan-
quam ſuus hæres: neq; bon. poſſeſſionem, tan
quàm cognatus, accipere poteſt: quia lex 12.
Tabularum cum vocat ad hæreditatem,
qui moriente eo, de cuius bonis quæritur, in
rerum natura fuerit, l. Titius. 6. de ſuis & legi-
timis.

Sed tum demùm is, qui in vtero eſſe dicitur, ſuccedet, ſi viuo eo, de cuius bonorum poſſeſſione agitur, fuerit conceptus. Nam ſi poſt mortem, neque obſtabit alij neque ipſe admittetur, l. 1. §. ſi quis proximior cognatus. ff. vnde cognati, l. ſi quis filio, 6 §. 1. in verb. cæterùm Marcellus. ff de iniuſto rupto §. cùm autem verſ. planè Inſtit. de hæred. quæ ab inteſtato deferuntur. Accurſ. Cyn. Bald. Salicet.

Caſtrenſ.

Caſtrenſ. & alij In l.ſi quis filium.34. C de inoffic.teſtam Gloſſ Barto. Bald Ange. Salicet. qui ibidem dicit idem omnes tenere. Rapha. & Corn.in l.vlti.ff.ad S.C.Orphitia glo in d. l.prætor 8 ff.de ſuis & legit.hęred & in l.cùm emancipati 2 ff.de collatio. bonorum. & in § cùm autem quęritur & ibi Interpretes.Inſt. de hæred. quæ ab inteſtat. deferunt.& in § hi etiam.Inſtitu. de legit.agnat. ſucceſſio Cyn. Bald.Ang Raph Caſtr.& Corneus l.qui ſe patris vlt.C. vnde lib.Cyn.& Alberic.in Auth. itaque.C.communia de ſucceſſ. Vbi dicit Cynus, Hunc nec iure ciuili nec prætorio ſuccedere. Alberi.in Auth.ceſſante.C.de legitimis hæredib. Bart.in l.iura.7.ff.de legibus.& in l. vlt.ff.ad S C.Tertyl. Bal.in l.affinitatis.7.col. 1.verb.item nota quod in hac.C.communia. de ſucceſſionib. & conſil.67.incip.quia ſtatutum poſt princip.lib.1.& conſ.388.incip.punctus talis eſt,lib.3.vbi dicit: Hos poſt mortem conceptos, non comprehendi in ſtatuto loquente de nepote vel cognato,conſ.111.incip. ad conſer.colum.1.verſ.primo caſu,lib.2.vbi rationem reddit:Quia nulla iura conſanguinitatis habet cum auo.& cōſi 132 Incip.quanquàm ſuper hoc eod. & conſ.342.incip.caſus ſuper quo.lib.2. Et conſi.383.circa med.lib.2. & conſi.408.lib.3.Ang.conſ.321.vbi idem adſerit in materia feudali. Petr. Anchora.conſ. 365.Roman.conſi.442.Ferrar.in forma libelli,pro hæred.ab inteſtato ven. verſ.nullisque ſuperſt colum.3. Coru.conſi.165.colum.1.lib. 3.& conſi.7.col.1.libr.2. Et idem in aliorum ſucceſſionibus voluit Raphael Fulgo. conſil. 45.incip. quidam Franciſcus. & conſ.84.incip. ex facto proponitur. Aretin.§.1.de legitima agnatorum ſucceſſio Baptiſta Caccialupus inter conſil. Socin.in ſubſcriptione,conſil. 152.

Confirmatur hæc opinio per l. ſi ita.ff.de lega 3 & d.ll.Deinde ff.& nouiſſimo Iuſtiniani iure caſus hic apertè propoſitus fuit,& deciſus.Vnde correctio legum facilè pręſumenda non eſt, l.præcipimus.32.C.de appellationibus.l.vnica.C. de inofficioſis dotibus, l.illam.19 C. de collationib.§. conſideremus.in Auth de triente & ſemiſſe. præterea non entis,nullæ poſſunt eſſe qualitates, l. eius qui in prouincia.41.ff. ſi certum petatur. Nam neq; bonæ fidei neque malæ fidei poſſeſſor poteſt dici is,qui animum poſſidendi nunquàm habuit. Ita etiam qui tempore mortis aui nondum conceptus fuit, eius ſubſtantia non poteſt eſſe,d.l.1.§ ſi quis proximior cognatus.l. verum eſt.3.ff.de bonorum poſſeſ.ſecundùm tab. Cùm igitur auum nullo cognationis iure attigerit, ad hæreditatem eius ex propria perſona aſpirare nō poteſt,d.l.Titius.6. Hinc poſt Barto. Ioan.de Platea,Ang.Aret.& Porcus exiſtimarunt, ſtatutum quod nepotes propter parentum delictum exilio punit, hoſce minimè comprehendere.

Vnde † quoque in fideicommiſſo purè re- 2
licto familiæ, illi tantùm vocantur, qui fue-
runt tempore mortis teſtatoris, l. cùm ita.23.
§. in fideicommiſſo.ff.de legat.2.Ioan. Andr.
poſt Lamb.de Ramp.in addi. ad Spec.in rub.
de teſtam. colum.3. verſic. item Lambertus.
Signor.conſ.172. Petr. Anchora & Imol.in c.
indicante.4. extra,de teſtam.Alexand.conſ.
22.lib.3.& conſ.27.eo.lib.3.& conſ.13.lib.4.&
Ioan.Bapt.conſ ſeq.Soc in l.ſi cognatis.ff. de
reb.dub.& conſ.49.libr.1.& conſi.113.libr.3.&
conſ.10.lib.3.vbi refert idem cōſuluiſſe Alex.
& Sceuerinatem,& ſe ſubſcripſiſſe. Soci.conſ.
69 lib 3.& conſi.51.lib.4.Philip.Dec.in rub.C.
de ſucceſſion.& conſ.205.& conſ.364.colum.
1.Carol.Ruin.conſi.2 lib.1.Crot.& Ferdinan
dus de Loazes in l. filiusfamiliâs.97.§.diui.
verſi.7.quæritur,nume.528.ff. de legat.1. Al-
ciat.In l.pronunciatio.195 ff de verbor.ſigni-
ficat.Iaſ.in conſ.37 Steph.Bertrand.conſi 15.
num 37.lib.4.vbi id tradit,ad caſum non lon
gè noſtro diſſimilem.

Idem † etiam iuris ſtatuitur in legato pu- 3
rè relicto cognatis,ſiue conſanguineis,vt ſci-
licet non niſi illis competat, qui ſunt conce-
pti tempore teſtamenti, vel tempore mortis
teſtatoris. Et ſic eo tempore quo legatum de-
fertur, non quo poſteà concepti ſunt, l. ſi co-
gnatis.20. & ibi Barto. & alij,& inter cæteros
latiſſimè Socin.ff.de reb.dub.Ludouic.Rom.
conſi.31.& cōſi.134. vbi id intelligit,niſi aliud
conſtet de voluntate teſtatoris. Socin.d.con-
ſil.49.Alexand.conſi.14.libr.4. Guilielm.Be-
nedict.in repet.c.Raynutius.16. in verb. & ſo
boles.nume.38.extra, de teſtam.l.qui filiabus.
17.in prin.ff.de lega.1.Bald.in l.meminimus,
vlti.C.de legitimis hæred. Decius conſ.13.in-
cip.In appellatione. Bald.in d.l. qui ſe patris.
vlt.Specu.tit.de feud.§.vlti.Sic Felonia com-
miſſa à patre, non nocet filio poſteà conce-
pto.Spec.in tit.de feudis.§.vlt.

Sic bannum in nobiles, eorum filios, nepotesque, coceptum, poſteà conceptos non complectitur. Bart.in l.item prætor.ff.de ſuis & legitimis.

Sic probibirio alienationis extra familiã intelligitur de conceptis tempore teſtament. l.voluntas.C.de fideicommiſſis, & ibi Bal. & in d.l.ſi cognatis.

Idem in ſubſtitutione,quæ proximioribus
facta eſt. Baldus conſi.488.lib.5. Et conſi.344.
.dicit,hos † nepotes, poſt mortem aui conce- 4
ptos, nunquàm originem eius ſequi, nec in
fauore, nec in odio: vt qui ei nunquàm fue-
rint agnati, & cognati. Et alibi ſimiliter ſcri-
bit: Statutum, quo cautum eſt, neptem do-
tatam ab auo,non ſuccedere dotanti, nec de-
ſcendenti ab eo, non habere locum in ea,

quæ viuo auo concepta non eſt, vt quæ tunc propriè, neptis eius non ſit: nec poſt mortem ipſius poteſt incipere eſſe neptis eiuſdẽ. Subiungitque, Id non ſolùm procedere in materia ſucceſſionum, ſed etiam generaliter in alijs. Ideoq́ue in ſtatuto prohibente ne militũ nepotes intrent in palatium obtinere, conſi. 150. libr. 5. Et Philippus Corneus reſpondit, quòd auus non poſſit facere teſtamentum nepoti nõdum concepto, tempore mortis illius, nec ei ſubſtitutionem facere: cùm nunquàm fuerit in eius poteſtate, nec cenſeatur fuiſſe eius cognatus vel conſanguineus, conſ. 187. lib. 1 Pariter Ang. de Periglis ſcribit, reſpõſum Pauli Iureconſ. quo tradit, dominium rerum paternarum in filium continuari, nullum habere locum in eo qui poſt mortẽ aui conceptus eſt, l. in ſuis ff. de libe. & poſth. hęred. inſtit. & Aretin. conſi. 52. dicit: quòd licet dubium ſit an appellatione filij in teſtamento veniãt nepotes ſi tamen ipſi nepotes, nondum erant concepti, tempore teſtamẽti, nec tempore mortis teſtatoris, tunc haud dubiè non comprehendantur. per notata in d. l. ſi cognatis 20. In qua etiam ſententia fuit Baptiſta Caccialup. col. 2. Et refertur hic text. in l. emancipatum. 7. §. ſed ſi quis conceptus. ff de ſenatorib. Vbi non dicitur fuiſſe filius ſenatoris, niſi is qui conceptus fuit, dum pater ſenator fuit. Ac aliàs generale eſt, vt inſpiciatur tempus conceptionis, l. ex libera 6. C. de ſuis & legit. & l. ex facto. 17. §. ex facto. ff. ad S. C. Trebellianum, & d. l. emancipatum 7. §. 1. ff. de ſenatorib. Alber. in l. Diuo. 11. In prin. C. de quæſtionib. Caſtr. conſ. 252. lib. 2.

5 In † contraria tamen opinione fuit omniũ primus Pyleus, vetus iuris interpres, qui exiſtimauit nepotem poſt mortem aui conceptum ad hæreditatem aui vocari. Cuius opinio confirmari poteſt per reſponſum I. C. in l. peto. 71. §. fratre. ff. de leg. 2. vbi ſi res prohibita eſt alienari extra familiam, ſi alienata fuerit, poterunt etiam hi qui nati ſunt poſt prohibitionem eam reuocare, etiamſi cæteri omnes qui erant in familia tempore alienationis, ei conſenſerint. Quo reſponſo motus idem tradidit Raph. Fulgoſ. in l. quoties. 1. C. de fideicommiſſ. Corn. & Iaſ. ibidem. Ioan. de Imola conſ. 47. Bened. In d. c. Raynutius. 16. verb. & ſoboles. nn. 46. Dec. conſ. 38. & cõſi. 468. & conſ. 488. Crotus poſt Franciſc. Ripam in repetit. d. §. diui. col. 41. verb. ſeptimò quæritur, nn. 528. Cuma. in l. cùm ita §. vltimo. 23. ff de legat. 2. Alciat. in l. pronunciatio. 195. ff. de verbo. ſign.

6 Secundò facit, ſi † quis recepit emphyteuſim vel feudum pro ſe & ſuis filijs, & nepotibus :· etiam admittuntur ij, qui poſt mortem ipſius concepti ſunt. Bar. in d. l. item prætor. 8. ff. de ſuis & legitimis. & in l. quod dicitur. 86. & ibi Alex. & Imola ff. de verb. oblig. Bald. in l. ſi perſonam. 21. C. de fideicommiſſ. in l. qui ſe patris. vlti. C. vnde liberi. & in d. §. cùm autem, & ibi Ang. Aretin. Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſtato. Bald. in c. 1. tit. an agnati. d. conſi. 177. lib 5 & conſil. 200. in prin. eod. lib. Caſtrenſ d. l. ſi quis filium. 24. C. de inoffi. teſtamen Martinus Laudenſis c. 1. § hoc quoque & ibi Cardin. titu. de ſucceſſione feudi. Benedict. in d. c. Raynutius. verb. & ſoboles, num. 47. extra, de teſtamentis. Dec. in rub. C. de ſucceſſorio edicto. Carolus Ruinus conſi. 160. nu. 7. lib. 2.

Tertiò probatur c. 1. §. hoc quoque. titu. qui feudum dare poſſint: vbi ſcribitur agnatos admitti vſque ad ſeptimum gradum. Impoſſibile enim eſt, vt is qui ſeptimo gradu diſtat ab eo qui primum accepit rem in feudum, eo viuo conceptus fuerit. Et iſta quidem im poſſibilitas, vt dicit Bald. in d c. 1. titu. an agnati, apparet per rerum naturam, nec indiget alia probatione, l. vbi autem. 75 §. illud dubitationem. ibi, ſed ipſa natura manifeſtiſſimum eſt. ff. de verb. oblig.

Quartò per text. in tit. ſi vaſallus feudo priuetur, vbi dicitur vſque in infinitum. Quod declarat Bald. conſ 215. lib. 2. & tit. de natura ſucceſſionis feudi. Verùm vulgus Interpretũ reſpondere ſolet his obiectionibus: quòd hæ obiectiones veræ ſint in hiſce rebus, quæ citra hæreditatem nobis obueniunt, quemadmodum in iure patronatus, l. Paulus. 47. §. Paulus. ff. de bonis libertorum In hæreditate verò, quæ de iure ciuili defertur, nepotes conceptos poſt mortem aui, in hæreditatẽ aui minimè admitti. Quæ quidem opinio communis eſt, quantumuis refragetur Ang. & Raph. Fulgoſ. in l. quod dicitur. 86. ff. de verb. obliga. & Ang. conſ. 421.

CONCLVSIO.

Quamuis † autem citra repræſentationem, 7
nepotes concepti poſt mortẽ aui ad hęreditatem eius non admittantur: intelligi tamen id & accipi debet, eos quidem à ſucceſſione aui ex propria ipſorum perſona pelli: admitti autem ex perſona parentũ, iure videlicet tranſmiſſionis vel repræſentationis. Negari enim non poteſt, nepotem tanquàm deſcendentem ex auo propter ſanguinis iura admitti debere. Nam etſi poſt mortem concipiatur, deriuatur tamen, & ex auo deducitur: cùm inter aſcendentes & deſcendentes, in infinitum conſanguinitas & propagatio permaneat & duret. Accurſ. in §. ergo nõ omnes. Inſt. de nuptijs. Quam ideo quoq; opinionem ſequuntur multi. Dynus in l. Gallus. 29. in fin, ff. de liberis & poſthumis. Cynus, Bartol. Bal Salic. Caſtr. & alij in l. 1. C. de his qui ante apertas tabulas. Cyn. Bar. Bal. & Raph. in d. l.

ſi quis

ſi quis filium.24.C.de inofficioſ. teſtam. Bar. & Ang.in d.l.ſi filio,vlti in princ. ff.de liberis & poſthu.Bar.in d.l.quod dicitur.& ibi Imola,Alberic.& Iaſ.ff.de verb.oblig. Bald. & Salic.in l.vlt C.ad S.C.Orphitianum.Bald.in l. ſi in perſonam.21.colum.1.vol.1. & ibi Caſtr. Raph Corn.C.de fideicommiſſis.Rom.cōſi. 442.Corn.conſ.70.lib.4.Franc.Aret.in l.ven tre.83.ff.de acq.hæred.& conſ.143.Iaſ.conſ.34. lib.1.& conſ.105.lib.4.

8 SECVNDVS CASVS eſt † in liberis,quorum parentes crimine læſæ maieſtatis damnati ſunt. Illis enim qui criminis læſæ maieſtatis rei facti ſunt ipſa lege, initiò alienatio bonorum interdicitur, l. quæſitum. 15.ff.qui & à quibus manumiſſi:poſt condemnationē verò fiſco bona eorum ſtatim applicantur.

9 Quamuis † enim in pœnam ipſo iure incidant, damnatio tamen neceſſaria eſt, c.cùm ſecundum.19.de hæreticis.lib 6.Bart in l.Imperator.43.ff.de iure fiſci. & in l. ſi debitor.7. ff.de his quæ in fraudem creditorum. Bal.in l.quiſquis.5.C.ad leg.Iuliam maieſtatis. Aegidius Bellame.deciſ.690.& deciſ.725. Iaſ.in l.is cui bonis.6.ff de verb.oblig.

Horum itaque liberi à paterna, materna, omnium etiam proximorum hæreditate & ſucceſſione habentur alieni, l. quiſquis.5.§.1. C.ad l.Iuliam maieſtat. Teſtamentis extraneorum nihil capiunt: ſint perpetuò, inquit Imperator Archadius, egentes & pauperes: Infamia eos paterna ſemper comitetur, ad nullos vnquàm honores,ad nulla ſacramenta perueniant: ſint poſtremò tales, vt his perpetua egeſtate ſordētibus, ſit mors ſolatium, & vita ſupplicium.

10 Bonifacius † autem 8.diſtinctione vſus eſt in ſimili,nempè hæreſeos crimine, vt in talibus criminibus damnato patre comprehendantur ſolummodò filij & nepotes: hoc eſt, vt filiorum appellatio ad ſecūdum gradum per paternam lineam extendatur: damnata matre, ad primū gradum pœna producatur, c.ſtatutum.de hæretic lib.6.

11 Ego † quidem filiorum appellationē ſtrictè & propriè in duriſſima & acerbiſſima hac pœna accipiendam neque ad nepotes extendendam puto. l.quid ſi nepotes.6.ff.de teſtamentaria tutela.l ſed & milites.8 § fina ff.de excuſationibus: quia odia ſunt reſtringenda, fauores ampliandi,c.odia.ff.de regu.iur. in 6. Cumque hæc pœna naturam ipſam maximè conſideret,nempè quòd hæreditarij criminis exempla in filijs metuantur, naturales quoq; filios cōtineri dubium non eſt, c ſi gens Anglorum 56.diſt.text.& glo.in d c ſtatutum.15. Cynus & Salicet.in d.l. quiſquis. 5. Quamuis aliàs in legis diſpoſitione filiorum appellatione,naturales non contineantur. Philipp. Deci.in l.generaliter.6.C. de inſtitutionib.& ſubſtitutionib.col.5.nu.17. Ripa in l ex facto. 17.§.ſi quis rogatus,num. 69 ff.ad S.C.Trebellianum. Nam verba legis propriè & ſtrictè ſunt accipienda,l.1.C.ſi plures vna ſententia. l.ſi à te.9.ff.de exceptione rei iudicatæ. c.vbicunq;.4.de pœnis,lib.6.Bart.in l.ſi expreſſim. 19.col.2.ff.de appell.

In ipſa autem propria filiorum appellatione hanc adhuc mitigationem,nō abſque æquitatis ratione adhiberem, qua & Theodoſius vſus eſt, diſtinguendo eos liberos qui ante cogitatum perpetratumq; crimen læſæ maieſtatis,nati ſunt, ab ijs qui poſt admiſſum crimen in lucem prodierunt. Illos enim qui ante commiſſum crimen hāc vitam mortalem nacti ſunt, tantùm ſucceſſione arcendos exiſtimarē. Incapaces enim ab initio facti ſunt, & in fiſcū bona pœnæ nomine tranſlata fuerunt. In hos vero, hoc eſt poſt perpetratum crimen læſæ maieſtatis in lucem productos, ſeueritatem ab Archadio & Honorio Imperatoribus conſtitutam,adhibēdam dicerem: vt hi ab omni prorſus ſucceſſione,tam ab inteſtato quàm ex aliorum teſtamentis pellantur & arceantur, ac perpetuò infames ſint. In his enim maximè hæreditarij criminis exempla metuuntur.

Crimen † autem læſæ maieſtatis, hoc eſſe 12 intelligitur,quod initiò in vrbem populumque Romanum tentabatur: nūc quod in necem Principis virorumq; illuſtrium, qui conſilio & cōſiſtorio Principis interſunt, vel cogitatur vel perpetratur. Eadem enim ſeueritate voluntatē ſceleris, qua effectum iura punire voluerunt,d.l.quiſquis.in prin.

Quia verò multis modis nunc crimen læſæ maieſtatis committitur,quæſitum eſt, vtrū Archadij Conſtitutio in omnibus locum habeat? Qui † enim aliquid molitur in Pontifi- 13 cem Romanum,crimē læſæ maieſtatis committit,c.In primis.2.q.7. & ibi Præpoſitus per text.in c.fœlicis.vlt.de pœnis,lib.6.

Item qui † violenter,quem extrahit ab ec- 14 cleſia,qui ad eam confugit,ſimiliter læſæ maieſtatis crimine ſe reum facit,l.2.C.de his qui ad eccleſias confugiunt. Panor.in c.inter alia.col.8.in fin.extra,de immunitate eccleſ.& in c.pen.eod.tit. Nicol.Boer.in tract.de Seditioſis.col.12.nu.55. & 56. Hieronymus Gigas in tract.de Crimine læſæ maieſtatis,quæſt.10. vbi limitationes adducit. Item † qui vicarios 15 Regis vel Principis lædit,argum.c.nulli.3.q.1. & c.in nouo.21.diſtinct & c.qui vos.8.q.1.Raphael Cuman.conſil.153. Hippolyt.de Marſilijs conſil.1.nume.20.in 1.volum.Laurentius Cacagninus conſi.51.nu.6 Ang.in tracta.maleſic in verb. che hay tradito la tua patria. in verſi.quæro aliquis congregat.

Item † qui legatum vel ambaſiatorē Prin- 16 cipis offendit, vel ſecuritatem à Principe da-

tam rumpit. Bald. in c. 1. de officio delega per text. in l. oſſa. 8 §. final. ff. de relig. & ſumptib. fun. tex. in c. ex literis. eod. titu. Felin. in d. c. 1. Bar. in l. 1. verſ. circa hanc legem quæro. ff. ad l. Iul. maieſt. Mart. Lauden. in tract. de legatis prin. in quæſt. 18 & in quæſt. 31. & 38.

17 Item † qui obſidibus pacis cauſa datis occaſionem præbet fugæ, l. 1. ff ad l. Iul. maieſta. Bal. in l. ob æs. 12. C. de actio. & obligat. & in l. ob æs. 12. C. de prædijs minorũ. Quemadmo-

18 dum † quoq; hi qui nuncios, literasve inimicis mittunt, huius criminis rei efficiuntur, l. 1. ff ad l. Iul. maieſtatis. Bar. Cæpol. conſ. 17. nu. 30. Matth. de Afflict. in c. 1. in § & bona committentium, num. 65, in tit. quæ ſint regalia in vſib. feudorum Matt. de laude in tract. de crimine læſæ maieſt. quæſt. 2. Bocrius in tract. de ſeditioſis in 7. præſuppoſito, nu 15.

19 Quemadmodum † quoque is, qui iuriſdictionem ſibi cõtra voluntatem ſuperioris aſſumit, in hoc crimẽ incidit, l. 3. ff. ad l. Iul. maieſt. Anto. Corſet. in tract. de poteſtate regia. in 5. & vlt. parte in colum. 13 in verſ. quæro 87. vbi allegat Bar. in l. lex 12. tabularum. 3. ff. ad l. Iul. maieſt. Matth de Afflict. in d. c. 1. in § & bona committentium, nu. 109. tit. quæ ſint regalia in vſib. feudorum.

20 Nec † non & is qui patriam prodit, vel oppugnat, l. ſallaciter. vlti. § fin. C. de abolitio. l. 1, 2, 3 & 4. & l maieſtatis. 10 ff. ad l. Iul maieſt. l poſtliminium. 19 §. transfugæ. 19 ff. de capt. & poſt. l. omne. 6. §. exploratores ff. de re milit. Maria. Socinus conſ. 22. in 10. volum. per l. vtrùm. 6. ff. ad l. Pompeiam. de parricid. Alex conſ. 13 in 6. volum. Caſtrenſ. conſi. 171. in 1. volum. Bald. in l 2. C. de falſa moneta. Specul in tit. de probatio § 1. verſ. 10.

21 Item qui † aliquid contra principem machinatur, & ſe ei rebellem facit. Alber. Brun. conſ. 28. col. 2. Bart in extrauag. qui ſint rebelles. in verſ rebellando. Bald in l. amiſſione. 5. §. qui deficiunt, & ibi gloſſ. ff. de capite diminut Barto. in l. vtrùm. 6. ff. ad l. Corn. de parricid. Cardin. Clem. paſtoralis. colum. 1. in 7. notab. & Ioan de Imol. in colum. 4. num. 48. de re iudicata. Ioan. de Turre cremata in c. coniurationum, nu. 5. 11. q. 1.

22 Similiter † is quoque qui citra licentiã & voluntatem principis, alteri bellum mouet, l. 3. ff. ad l. Iul maieſt. l. Pantonius. 85 §. rei perduellionis. ff. de acquiren hæred.

23 Præthereà † hic etiam qui ſaluum conductum frãgit. Ang. in l. vtimur 5 ff. de ſepulch. violato Matt de laude, in tract de crimine læſæ maieſt quæſt. 6. qui allegat Bar. in l. 3. § trãſfuga ff. ad l Corne. de ſicar. & in l. nullã vim. C de ſuſceptorib & Arca lib 10. Lucas de Pẽna in l. 1. in verſ. & not. quod is. C. de nauicul. libr. 10. Paul. de Caſt in conſ 33 in 1. volum. & Felin. in c. ego enim. in colum. fi. in verſ. item inſert. in fin. nu. 12. de iureiuran. Nicol. Boer. deciſ. 179. nu. 2. in prima parte.

Nec † non is pariter, qui rebellibus vel ho- 24
ſtibus pecuniam mutuò dat, vel alio modo eos iuuat, promouetque. Mart. de Laud. in d. tract. de crimi. læſæ maieſt. in q. 4. & Matt. de Afflict. in d. §. & bona committentium, num. 66. d. titu. quæ ſunt regalia in vſib. feudorum. Ang. in l. in furti. 51. in §. ope. ff. de furtis.

Itẽ † qui priuatos carceres exercet, hoc eſt, 25
aliquẽ vltra 20. horas detinet, l. 1. C. de priuatis carcerib. & ibi notat Cyn. Bald. & Alberi. Iaſ. in l imperium. 3. ff. de iuriſdictione omn. iudic. Ioan. de Ana. in c. 1. in col. 2. de clerico percuſſore, extr. Pariſ. de Put. in tractat. de re milit. lib. 9. in §. an ſimiles, num. 8.

Item, † qui denegat tributum ſeu cenſum 26
ſoluere Principi in contemptum. Text. in extrauaganti qui ſint rebelles, in princ. in verb. cõtra honorem noſtrum. Text. in l 1. in verb. qui contra ſecuritatem. ff. ad l. Iul. maieſt. Ludouic. Montaldus in tracta. de reprobatione ſentent. Pilati, art. 3. num. 51. & 52. Faciunt huc notata Barto. in l. competit, 6 C. de præſcript. 30. annorum, text. in l. mediterraneæ. 8. C. de annonis & tributis, lib. 10. Glo. & Bald in l. 1. §. 1. ff. de publicanis. Panormit. in c. tua nobis. 26. de decimis. extra, & in c. ad audientiam, extra, de præſcript. Bald. in l. ſicut. C. de præſcriptione 30. annorum. Et ſequitur Alciat. in l. placet, nu. 11 C. de ſacroſ. eccleſ.

Denique † qui furcas, vel patibula propria 27
authoritate erigit. Bald. in l. data opera. prope fina. C. qui accuſare non poſſunt, per text. in l. 3. §. fina ff. ad l. Iul. maieſt. ibi. qui ve priuatus pro poteſtate, magiſtratuve, & tex. in l. eos. § qui ſe. ff. ad l Corn. de falſ. Idem voluit Gulielm. Bonr. in tractatu ſuo de caſibus, in quibus pœna mort. impon. nume. 3. qui habetur in 15. tomo tractatuum. Iaſon in d. l. imperiũ. in col. 8. verſ. 2. ff. de iuriſdictione omnium iudicum.

His † igitur & ſimilibus caſibus, cùm cri- 28
men læſæ maieſtatis committatur, quæſitum eſt, Vtrùm in ijs aſpera illa & grauis pœna locum habeat: an verò tum ſolùm cum contra Imperatoris, vel Pontificis Romani, vel Regis perſonam, aut Rem pub liberam, quæ ſuperiorem nõ agnoſcit, tentatum aliquid aut molitum eſt.

Et communi opinione receptum eſt, & comprobatum, hiſce tãtum caſibus, qui modò enumerati ſunt, grauiſſimæ illi & acerbiſſimæ pœnæ locum fieri: neq; damnationem memoriæ defuncti, non etiam excluſionem ab hæreditate paterna ad alios caſus extendendam & producendam eſſe. Gloſſ. in l. penult. C. ad legem Iuliam maieſtatis. in verb. meminiſſe. Sed ſolùm id obtinet contra illius memoriã, qui olim cõtra Remp. Roma-

nam

nam aliquid tentauerat:& nunc contra Impe
ratorem aut pontificem, eorumque conſilia-
rios aliquid molitur. l. fin. ff. ad leg. Iuliam ma
ieſt. vbi Vlpianus I.C. expreſſe ſcribit, quòd nō
omnis qui læſæ maieſtatis reus eſt, in eadem
conditione eſt, vt contra eum poſt mortē pro
cedi poſſit: ſed tantùm is qui perduellionis re-
us eſt, hoſtili animo contra rempublicam vel
principem animatus. Cæterùm ſi quis ex alia
cauſa legis Iuliæ maieſtatis reus ſit, per mortē
à pœna criminis liberabitur. In dictis itaque
duobus caſibus ſpeciale eſt, quòd bona defun-
cti ab eius hæredibus auferuntur. Azo in ſum-
ma tit. ad legem Iuliam maieſtatis. Odofred.
in l. eorum patrimonia. vltim. colum. 3. verſic.
ſecundo modo num. 15. C. de iure fiſci, lib. 10.
Et Bald. in conſ. 263. ſi quis commiſit. in 3. vo-
lum. Alexan. in conſ. 13. in c. conſideratis his,
quæ in themate. colum. 2. in 6. volum. vbi di-
xit, quod quando tale crimen eſt commiſſum
contra principem inferiorem, non habere lo-
cum damnationem memoriæ defuncti, nec
pœnam l. quiſquis. 5. C. ad legem Iuliam maie
ſtatis. quo ad filios. Idem tradidit Ioan. Igneus
in ſua diſputatione, An rex Franciæ ſubſit Im-
peratori, num 108. & Matth. de Afflict. in c. 1.
§. & bona committentium. colum. 1. num. 15.
in tit. quæ ſint regalia. in vſib. feudor. Et Franc.
Lucanus in tracta. de priuileg. fiſci. in 1. parte,
num. 11. & Angel. in conſ. 223. col. 1. in verſ. cō-
tratium eſt verum. & eſt text. in §. publicorū.
verſ. publica autem. Inſtit. de publ. iudic. glo.
in §. per contrarium. in verb. poſt mortem. In-
ſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. & in d. §. pu-
blicorum. in verſ. publica autem. in gl. in ver-
bo, memoria Inſtit. de publ. iudic. Obſeruan-
29 dum itaque eſt, † Reipublicæ vocabulum de
Romana intelligi, accipiq; debere. Dec. in cō-
ſi. 410. in cauſa mota, col. penult. verſ. & ita ex
omnibus. in 3. volum. Angel. in l. 1. C. ne ex de-
lict. defunct. colum. 1. in verſ. glo. ibi, ex duob.
& ſequitur Cæpol. in conſ. 17. viſa commiſſio
ne, colum. 5. num. 12. & num. 13. & d. l. fin. ff. ad
legem Iul. maieſt Quemadmodum & princi-
pis appellatio, Romanum denotat Imperato
rem: Dec in d. conſ. 410.

30 In † reliquis autem delictis omnibus extra
crimen læſæ maieſtatis, necnon hæreſeos, filij
ex delicto patris nōn tenentur, neq; ſucceſſi-
one pellantur. Crimen enim paternū, vel pa-
terna pœna, in alijs nullam maculā filio infli-
gere, nullumq; in ſucceſſione cōſequenda im
pedimentum adferre poteſt. Nam vnuſquiſ-
que, vt Calliſtratus ait, ex ſuo admiſſo ſorti
ſubijcitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſti
tuitur. l. crimen paternum. 26. ff. de pœn. l. 1. C.
de liberali cauſa. toto tit. C. ne filius pro patre.

Tertius caſus eſt in liberis, qui religionē bo
31 norum † incapacem ingreſſi ſunt, quales ſunt
Franciſcani, Ciſtercienſes, & alij mendicātes.
de quibus in c. vnico de religioſis domib. in 6.
c. exit qui ſeminat. §. ad hæc. ff. de verb. ſignifi.
lib 6. Clementina, exiui de paradiſo. § quia er
go in ſucceſſionibus. §. cumque annui reditus.
cod. Legum † enim beneficia capacibus ſunt 32
ſcripta. l. Lucius. 88. §. Titius. ff. de leg. 2. l. non
minus 31. ff. de hæred. inſtit. Hi verò pro mor-
tuis habentur. Bald. in Auth ingreſſi. C. de ſa-
croſan. eccleſ. c. 2. in verb. qui verò peculium,
extr. de ſtatu monach. c. qui ingredientibus. 19
quæſt. 3. Interpretes in Auth. ſi qua mulier. C.
de ſacroſ. eccleſ. c. ſcripſit nobis Theoberga.
22. 27. q. 2. Regulares autem tam monachi quā
Canonici, vnà cum alijs ad ſucceſſionem vo-
cantur. l. Deo nobis. 22. § hoc etiam cognitū.
C. de epiſc. & cler. Niſi talia ſint bona quæ in
monaſterium transferri non poſſint. veluti
feudum, in quo clericus non ſuccedit.

Quartus caſus: Clericus † in feudo non ſuc 33
cedit, c. 1. §. qui clericus. titu. ſi de feudo fuerit
controuerſia. c. 1. de milite vaſallo, qui bellica
arma depoſuit. Præpoſitus in c. 1. in §. & quia
vidimus. col. 1. titul. qui feudum dare poſſint.
Barbat. in rub. de feud. num. 1. cum ſequentib.
Alex. conſi. 10. vol. 5. num. 1. Panorm. & alij in
c. in præſentia. extr. de proba. & ibi Paul. Pariſ.
num. 192. Chaſſanæus in conſuetud. Burgun-
diæ, in tit. des fiedz. rubric. 3. § 5. fol. 114. col. 3.
num. 1. cum ſequenti. Franciſc. Curt. iunior in
tractatu feudorum. in 3. parte, in 10. quæſt. nu-
me. 13. vſque ad num. 19. Matth. de Afflict in c.
1. §. præterea ſi vaſallus. in glo. 3 num. 72. titul.
quæ fuit prima cauſa beneficiam amittendi.
& in c. 1. num 9. tit. de milite vaſallo, qui arma
bellica depoſuit: & in c. 1. nume. 32. tit. an mu-
tus vel aliàs imperfectus, in vſib. feudor. Idem
Matth. de Afflict. in conſtit. Neapol. lib 3. rub.
3. num. 5. Iaſ. in conſ. 117. volum. 4. num. 1. & in
conſ. 113. num. 2. volum. 1. Anton. Capit. in de-
ciſ. Neapol. deciſ. 31. num. 2.

DECLARATIONES.

Declaratur primò, † vt procedat in feudo
vero & proprio, pro quo debetur ſeruitiū per- 34
ſonale: diuerſum in eo, ex quo debetur ſerui-
tium reale ſtatuendum eſt. Panormi. in d. c. in
præſentia. colum. penult. & ibi Felinus nu. 46.
Paul. Pariſ. num. 193. extr. de proba. Carol. Rui.
conſ. 42. num. 9. volum. 1.

Declaratur ſecundò, ſi clericus ſit in ſacris 35
† conſtitutus, ſecùs ſi prima ſolummodò de-
coratus tonſura. Baldus quem ſequuntur alij
in d. c. qui clericus. Si de feudo fuerit contro-
uerſia. Præpoſitus in d. §. & quia vidimus. Cal-
deric. conſ. 2. in tit. de feudis. Curt. ſenior con-
ſi. 62. in 2. colum. verſ. ſexto me mouet. Alber-
tus Brun. conſ. 16. num. 1. & in conſ. 38. nu. 10.
Matth. de Afflict. in d. c. qui clericus. nume. 17.
tit. ſi de feudo fuerit controuerſia.

Declaratur tertiò, † niſi fraude agnatorum 36

ad clericatum detruſus eſt, vt hac ratione ſuc
ceſſione feudi eum priuarent interciperent-
que. Iacob. de Bellouiſo in c. 1. de feudo fœmi
næ. in 1. quæſt. Franciſc. Curtius iunior tracta-
tu feud. d. q. 10. num. 25.

37 Quartò, non † procedit in fœmina mona-
ſterium ingrediente. Eo enim caſu quo feu-
dum tranſit in fœminas, tranſit etiam ad mo
niales. Felin. in d. c. in præſentia, num. 47. & a-
lij. Alexan. in d. conſ. 10. num. 6. in 5. vol. Quos
ſequitur Franciſc. Curt. in d. tract. feud. in d. q.
10. num. 26.

38 Declaratur quintò, † in monacho qui ex di
ſpenſatione ſummi pontificis factus eſt Co-
mes. Bald. in conſ. 275. num. 7. volum. 2. Curt.
iun. in d. tractat. in d. quæſt. 10. num. 28. Chaſſa-
næus in loco modo allegato.

39 Declaratur ſexiò, † non procedere in Rho
diſſenſib. vel dominis de monte Caluario vel
Alpetrauia, qui militādo operam ſuā nauant
ſtrenuam. Bald. licet ſub dubio in conſ. 170.
nu. 2. vol. 2. Præpoſitus in c. 1. nu. 3. de milite va
ſallo qui arma bellica depoſuit, in vſib. feud.
Contrarium tamen adſerit Andr. Barbat. in
in rubr. de feud. num. 3. & in tract. de præſtan-
tijs Cardinalium, in 1. part. q. 5. num. 7. Quam
opinionem dicit de rigore iuris veriorem. Al
ber. Brun. In conſ. 17. Catel. Corta in memora
bilib. iuris, in verb. clericus, in fin. Chaſſan. in
conſuet Burgun in d. fol. 115. col. 3. nu. 18. Curt.
Iun. in tract. feud. in d. q. 10. num. 29.

40 Limitatur ſeptimò, † non procedere in feu
dò Franco & libero: quia in eo ſuccedit cleri-
cus, & etiam monaſterium. Bald. in c. inter di-
lectos. nu 5 & 6. de fide inſtrum. & in Auth. ni
ſi rogati C ad Trebel. num. 15. vbi allegat text.
in d. c. inter dilectos. nu. 5. & 6. & in l. ſi plures.
nu. 7. C. de condi. inſer. Alex. in d conſ. 10. nu.
15. volum. 1. Felin. in c. in præſentia. num. 45. de
probat. Barbat. in d. rubt. de feud nu. 2.

41 Declaratur octauò, † niſi clericus de nouo
inueſtiatur à domino ſciēte ipſum clericum.
Aluarot. in d. c. 1. in §. 1. de benefic. fœminæ.
Aret. in d. c. in præſentia. nu. 84. & Paulus Pari
ſius nu. 193. de probat. Franciſ. Curt. in d. tract.
feud. in d. q. 10. nu. 30. Alex. in d. conſ. 10. nu. 17.
Matth. de Afflict. in c. 1. in §. & hoc illud. nu. 8.
de beneficio feudi. & in c. qui clericus. num. 8.
ſi de feudo fuerit controuerſia.

42 Declaratur † nonò, ſi conſuetudine diuer-
ſum obſeruaretur, cùm conſuetudo ſpecialis
deroget generali conſuetudini feudorum: quia
generi per ſpeciem derogatur. c. Robertus. cū
ſimilib. de feudi cognit. ita concludit Bald. in
conſ. 170. num. 2. volum. 2.

43 Declaratur decimò, † nō procedere in feu-
do acquiſito pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus quiſ-
buſcunq;. per ea quæ notat Bald. in l. 1. num. 37
q. 34. ff. de rerum diuiſione. vbi dicit, quòd quā
do fuerunt appoſita dicta verba, tranſit feudū
ad extraneos, imò etiā ad legatarios Baldum
ſequitur Iaſon in l. quędam. 9. in §. nihil inter-
eſt. num. 3. ff. de edendo. Albertus Brun. in cō-
ſi. 16. nu. 8. Alexand. in l. ſi patroni. 55. in colum.
penult. ff. ad Trebel. & in l. Gallus. 29. in §. eti-
am. ff. de liberis & poſthumis. Idem tenet Bal-
dus in c. inter dilectos. de fide inſtrumento-
rum. & in c. quæ in eccleſiarum. num. 39. de cō
ſtitutionibus. Felin. in c. in pręſentia. num. 48.
de probat. Contrarium tamen tenet Barbat.
in rub. de feudis. num. 5 Quam opinionem ſe-
quitur Chaſſanæus ſub dub. vbi ſuprà, nume.
17. & Curtius in d. tractatu, quæſt. 10. nume. 31.
vbi remittunt ſe ad Felinum in d. c. in præſen-
tia. num. 48.

Declaratur vndecimò, non habere locum
in † Canonicis regularibus, prout concludit 44
Curt. ſen. in conſ. 31. & 32.

Declaratur duodecimò, nō habere locum
in Cardinalibus. Iaſ. per plura fundamenta in
conſi. 117. nu. 2. volum. 4. Quam opinionem
tenet etiam Matth. de Afflictis in c. 1. num. 10.
de milite vaſallo qui arma bellica depoſuit.
in vſib. feudor. vbi dicit, idem eſſe in archie-
piſcopis & epiſcopis, cùm ſint perſonæ illu-
ſtres, & poſſint ſeruire per ſubſtitutum. vt in c.
1. de re iudic. lib. 6. quod notat Bald. in l. nullus
28. C. de decurionib. lib. 10. Barbat. in d. rub. de
feudis. num. 32. in medio. & in tract. de præſtā-
tijs Cardinalium, in 1. parte, quæſt. 5. Præpoſi-
tus in c. 1. §. & quia. num. 47. qui feudum dare
poſſint.

Declaratur decimotertiò, † non habere lo 45
cum in fratribus tertij ordinis ſancti Franciſ-
ci. Roman. in conſi. 377. num. 14. Barbat. in c.
ex parte, num. 11. de feudis. Curtius in d. tracta-
tu feudorum, in 2. parte. quæſtio. 20. Antonius
Capitius Neapolitanus in deciſ. 10. nu. 3. & 17.
Præpoſitus Alexan. in c. 1. in §. & quia. num. 53.
qui feudum dare poſſint. in vſib. feud.

Quintus caſus eſt, † ſi filius patri, ne teſta- 46
mentum ſcriberet, impedimento fuit: tum e-
nim à paterna ſucceſſione pellitur ac remoue
tur. l. 2. C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit.
l. eum qui. 18. §. final. ff. de his quibus vt indig-
nis. Item tenetur læſo cui legandum erat in
duplum. §. & hoc peruenit. in Authentic. vt
nulli iudicum.

Sextus caſus eſt in profectitijs bonis, in qui-
bus liberi mortuo patre immediatè non ſuc-
cedunt, ſed neceſſe habēt ea cum reliquis fra-
tribus ſororibusve conferre. Quibus in medi-
um collatis viriles conſequuntur portiones.
l. ſi emancipati. C. de collationib.

Septimus caſus eſt, † Quotieſcunque filius 47
vel aliquis ex liberis ratione delicti vel admiſ-
ſi criminis ab hæreditate remouetur. l. 1. C. de
hæredibus inſtituendis. veluti ſi deportetur.
Eo tamen caſu via fiſco non aperitur: ſed ve-
niētibus ab inteſtato: quia aliud eſt capere, &
ei au-

ei anferri,& incapacem eſſe. Si enim capit, & ei aufertur:tunc fiſco accedit.l.aufertur hæreditas.2. ff. de his quæ vt indignis. Philip. Dec. in l.1.num.13.C.de ſecund.nupt.Quare inſtituto ſpurio hæreditas ad fiſcum non pertinet, ſed proximorum cognatorum eſt:cùm ſpurij ſint incapaces,nec aufertur eis vt indignis.Ita Accurſi in §.legari.Inſtitut.de legat. Cynus in d.l.1.C de hæred. inſtit.

48 Octauus caſus: præter † clericos fœminæ quoq; à ſucceſſione feudi arcentur. §. & quia. tit. qui feudum dare poſſunt. idq; ratione honeſtatis.non modo enim indecorum, ſed turpe eſt fœminas virorum cœtibus immiſceri. l.fin.C.de recept.arbit.item ratione fragilitatis.l.ſi pater.C.de ſponſal.denique quia feuda dantur,vt domini fideles habeant, quorũ ſeruitijs in bello vtantur.§.1.quib. modis feud.amittatur.tit.de noua forma fidelitatis.cum ſimilib.Bald.in l.quoties,num.7.C.de ſuis & legitimis hæred.Caſtrenſ.conſ.176.libr.1. Bart. conſ.72 & 92. Angel.conſ.262 & conſi. 331. Alexan.conſi.10.lib. 5. Marianus Socin. iunior, conſ 65.num.23.volum.1. Pariſ.conſ.4.& conſi.12.lib.1.& conſ.72.num. 75. lib. 4. Ludouic. Gozadin.conſ.8.nu.5.& conſ.10.num.13.& cõſi.26.nu.31.& conſ.56 num.16.Ripa conſi.1.nu. 69.lib.1.Iaſon conſi.8.nu.28.& conſ.9.nu.2 & conſ.114.lib.1.Carol.Ruinus conſ.167. nu.6.libro 5.Zaſius in tract.fend.in 8.parte, num. 36. Matth.de Afflict in §.filia, nu.1.tit.de ſucceſſ. feudi. Curt.& alij in tractatib feudorũ. Exiſtimarẽ ego rationem huius conſuetudinis deſumptam eſſe ex lege 12.Tab qua agnati tantũ ad ſucceſſionem vocantur, excluſis fœminis, idq; propter familiæ conſeruationem. & deinde etiam, vt bona penes eos remaneant qui Reip. in neceſſitatibus operam ſuam nauare ſtrenuam,eamq; ſubleuare poſſunt.

Ampliatur hæc concluſio, & extenditur e-
49 tiam † ad filios fœminarum. Nam hi etſi ldonei ſint ad militaria munia ſubeunda, à feudi tamen ſucceſſione, matrum cauſa arcentur. Quod Gloſſatori mirum videri non debet, in tit.1.in verbo,à ſucceſſione feudi, li.1.cum infecta radice infectũ habeatur omne id, quod ab ea protruditur.l.ſi viua matre.3. C.de bon. matern. Et initium quoq; cuiuſque rei inſpici & conſiderari debeat.l.qui id quod 33.ff.de donatio. Neque etiam hæres plus iuris,quàm penes defunctum fuit,habere poſſit.l.hæredem. 59.ff.de reg.iur.

Secundò extenditur,etiamſi feudum ſuſceptum fuerit pro ſe & hæredibus. Quia feudi appellatio intelligitur de maſculis,tit.de natura feudi.& ibi Bald.& tit.de alien.feudi.

50 Declaratur hæc concluſio primò: † fœmina ſuccedit, ſi pacto conuentum ſit, vt ſuccedat maſculis deficientibus, tit.de feudi cognitione,tit.de ſucceſſione fratrum 2. & tit.de co qui ſibi & hæredibus ſuis.& § ſimiliter, tit. de capitaneo qui curiam vendidit. Filiatum verò appellatio hoc caſu neptes non compræhendit,l.quid ſi nepotes.6.ff.de teſtam.tutela. ſicut ſimiliter,ſi vnius ſolummodò filiæ mentio facta ſit, in pacto reliquæ non admittuntur.argumento l.ſi vnus. 27. §. ante omnia ff. de pactis.Inde quæſitum eſt,quid ſi plures ſint filię,& pactum de vna filia conceptum eſt,nõ addito nomine,quæ ſuccedere debeat. Variatum eſt ſentẽtijs. Quidam ad primogenitam ſucceſſionem pertinere arbitrantur, l. boues. 89.§ hoc ſermone.ff.de verb. ſignific. Alij optionem domino relinquendam eſſe arbitrantur.argum.l.ſi quis ſeruum.8.§.ſi inter duos.ff. de leg.2. Alij controuerſiam à iudice dirimendam eſſe contendunt. Poſtremi actum hunc nullius eſſe momenti aſſerunt.argum. l. cũ ex ex pluribus.32.ff.de manumiſſis teſtamen Reiectis his opinionibus exiſtimo omnes filias pariter admittẽdas eſſe.argum. l. 1.C.ſi plures vna ſententia condemnati ſint.

Secundò, fœmina † ſuccedit in feudo fœminino.tit.de feudo fœminæ,titul.de natura ſucceſſionis feudi.Curt.in 3.parte, in 1. quæſt. nume.3. Quamuis Andr. de Iſernia in d. locis aduerſetur. 51

Tertiò, † fœmina nõ extante maſculo ſuccedit in feudo Franco, pro quo nullum ſeruitium domino eſt præſtandum.Bald.in d. §. ſimiliter.Roman.ſingu.178. Curt. in 3. parte in initio,num.4. 52

Quartò,fœmina ſuccedit in feudo,acquiſito iure & titulo emptionis.Curt.num.6.

Quintò ſuccedit, † ſi feudum cõceſſum ſit, pro ſe, & quibus dederit vaſallus nam cum ſit tranſitorium ad ſingulares ſucceſſores, & dicatur hæreditarium,quoad extraneos. titu.de feudo non habente propriam naturam feudi. glo in §. penult. tit. ſi de feudo defuncti fuerit controuerſia,trãſibit etiam ad fœminas. Baldus in l.2.ff.de ter.diuiſ. 53

Sextò,quando † vaſallus moritur ſine filijs & deſcendentibus maſculis, & filia feudum à domino redemit. tit. quemadmodum feudũ ad filios pertineat. Interpret. in tit. de natura ſucceſſionis feudi. 54

Septimò ſuccedit, † quando dominus dedit alicui rem ſterilem, infructuoſam, aquoſam,ſyluoſam & incultam. Et is deinde rem eam excolat proprijs impenſis, licet hæc res feudalis initio fuerit.Quia tamẽ deinde ſubacta & propria induſtria & labore exculta eſt, efficitur hæreditaria, & ad fœminas tranſit. argum.c.ad aures.7. extr. de rebus eccleſ. non alienandis. 55

Octauò ſuccedit, ſi † conſuetudine familiæ id permittatur: veluti in Anglia,Hiſpania. Hæc enim conſuetudo,quia irrationabilis nõ eſt,admittitur. argumento l. quod non ratione.38. 56

nc.38. ff. de legib. Ita quidem, vt vna familia hanc coſuetudinem inter ſe introducere poſſit. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in titu. de inſtrum edit. in §. compendioſi. Ang. & Imola in l. 4. ff de teſtibus & Cur. d. num. 10. Licet quidam id verum exiſtimauerint, in familia quę iuriſdictionem habet, aliàs ſecùs Alexan. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam. Cuman. in l. 3. ff. eõd. Quos tacitè refutat Curtius ex eo, quòd condere ſtatuta, & inducere conſuetudines, pertineat etiã ad eos, qui iuriſdictione careãt. de qua latè in quæſtione, An familia ſibi leges in ſucceſſione pręſcribere poſſit.

57 Nonò ſuccedit † fœmina in caſu noui feudi, quando duobus fratribus feudum ſimul eſt conceſſum, hac forma, Ipſis & eorum hæredibus maſculis & fœminis. Altero enim fratre mortuo, iſta filia patruum & patrui filium excludit. tit. de duobus fratribus à Capitaneo inueſtitis. Ratio. Quia hæc verba ſibi ſuiſq; hęredib. maſculis & fœminis, in duas ſingularitates reſoluuntur, ſcilicet fratri cuilibet, & hæredibus eorum maſculis & fœminis. Nam vterque videtur ſuis hæredibus proſpexiſſe, d. tit. de duob. fratrib. Non obſtat text. in tit. qui ſibi & hęredib. ſuis, vbi nepos ex filio excludit neptem ex altero filio: quia inueſtitura vni tãtum fuit facta, qui filios genuit. Et hoc caſu maſculus ſemper prefertur alijs fœminis à latere, etiamſi latiore gradu conſtitutus ſit ex vi pacti, d. titul. de duobus fratribus à Capitaneo inueſtitis. Noſtro caſu, duobus à principio inueſtitura facta eſt: vbi quiſquis ſuis deſcendentibus meritò proſpexiſſe cenſetur, & præpoſuiſſe collateralibus. Aluar. in §. quinetiam, titu. epiſcopum vel abbatem.

58 Decimò, quando † feudum conceditur pro eo ſeruitio, quod etiam fęmina ſubire poteſt. Iacob. de Beluiſo in d. §. quinetiam. Curt. in 1. parte 3. part. num. 12. vbi multas autoritates refert, & tandem eatu communem limitationẽ reijcit.

Vndecimò, fœminæ in feudo ligio, quemadmodum maſculi ſuccedunt Curt. num. 13.

59 Duodecimò, fœminę † in feudo paruo ſuccedunt, licet à magno repellantur, idq́ue ex cõmuni opinione Cuius authoritates referuntur à Curtio in d. 3. parte. num. 14. Quam limitationem ipſe reijcit, & non ſine ratione. quãuis enim in feudo exiguo iuramentum fidelitatis remittatur, remiſſa tamen non cenſentur ſeruitia. argum. l. hęc ſcriptura. 26. ff. de cõdit. & demonſtr.

Decimotertiò addit Alexan. quem ſecuti ſunt alij relati à Curtio, hanc limitationem ſi in ſententia lata, inter aliquas partes fiat mentio, tale feudum ſpectare ad Titium & filios, quod fœminæ etiam hoc caſu non admittantur, conſi. 1. libr 5. Verùm hanc limitationem rectè reprobat Curt. num. 15. ex regul. Quia in ſtatutis, vel alijs diſpoſitionibus hominis, maſculinum non concipit fœmininũ, authoritatibus per eum ibi adductis.

Decimoquartò, fœmina † ſuccedit, ſi ex be- 60
neficio principis de nouo inueſtita fuerit. §. hoc quoque. tit. de ſucceſſ. feud. Curt num. 16. Alias declarationes vide apud Curt. in 1. parte 3. part. Sonſbeckium in parte 9. à fallentia 6. vſque in finem.

Nonus caſus ſimiliter eſt de iure feudorũ.
Nam quæſitum eſt, † an mutus, ſurdus, cœ- 61
cus, claudus, vel aliter imperfectus in feudo ſuccedere poſſint. Hac de re in ipſo iure feudorum diuerſę ac diſcrepantes extant ſententiæ. Obertus & Gerardus exiſtimarunt poſſe. Quidam id negarunt tit. an mutus vel ſurdus. Hæc diuerſitas, in varias pariter opiniones Interpretes deduxit Iacob. de Beluiſo in d. titul. an mutus. exiſtimat hoſce imperfectos, in feudo ſuccedere non poſſe. Idq́ue ideo, quia ſeruitia præſtare nequeant, & qui ſeruire non poſſunt, in feudo non ſuccedãt. Quemadmodum clericus, fœmina, &c. Andr. de Iſern. hac in quæſtione dubia, ad beneuolentiam principis confugit, in beneuolentia enim principis ſolummodò poſitum, & collocatum eſſe ait, vtrùm velit eos recipere, necne. Aluarottus & alij diſtinctionem excogitant, vt mutus ſurdus, vel aliàs imperfectus, ſi vitium ſit fortuitum & accidentale, non priuetur, ſemel acquiſita feudi paterni ſucceſſione, & ita Oberti ſententiam obtinere dicunt. Si verò id genus vitia naturalia ſint, & ab ipſa mox natiuitate hominem comitentur, quod talibus ſucceſſio paterni feudi non deferatur Et ita locũ fieri ſecundæ opinioni exiſtimant, quia is feudo abſolutè ſeruire nequit.

Sanior eſt opinio, ſi dicatur, † ob vitium na- 62
turale, quod à natura habet. quia videlicet cœcus natus eſt, eum in feudo antiquo minimè ſuccedere Alimenta tamen ipſi pro qualitate perſonæ præſtanda eſſe: diuerſum, ſi vitium ſit accidentale. Licet enim perpetuum ſit, in feudo tamen antiquo nihil ideo incommodi vaſallus patietur Cęterùm, in feudo nouo, ſi vitium ſit naturale, res non habet dubitationem, quin huiuſmodi perſonæ imperfectæ feudum acquirere nequeant. Refert Plutarchus exemplum de milite claudo. Nam cùm Androclidas Lacon mutilatus inter bellatores ſeipſum locaſſet, & nõnulli eum prohiberent, quòd altero mutilatus erat crure. Atqui non fugientem, inquit, ſed manentem oportet cum hoſtibus ex oppoſito inſtructis pugnare. Et in Ageſilao ſcribit: Cùm quidam admiraretur Laconem, quem ipſe nõ nominat, claudum ad bellum exeuntem, ac equum quęreret, an ignoras, inquit, non fugientibus, ſed per manẽtibus in bello opus eſſe: Et in alio loco Lacon ait, claudus ad bellum egreſſus, cũ à

qui-

quibuſdam irrideretur, Non eſt opus,inquit,
fugientibus,ſed manentibus,ordinemque ſer
uātibus quod exemplum Valerius Maximus
refert libro 3 cap. 7. Cæterùm Ageſilaum La-
cedæmoniorum regem claudum fuiſſe ſcri-
bit Plutarchus,Probus Aemilius,Iuſtinus, O-
roſius,lib.3.cap.2,Nam Lacedæmonij, inquit,
in difficilimo rerum ſtatu maluerunt ſibi Re.
gem claudicare quàm regnum.Et ſimilia paſ-
ſim extant exempla.

Secunda quæſtio eſt de demente, furioſo,an & hi in feudo ſuccedere poſsint.

63 Dicendum eſt,† quemadmodum in feudo
paterno non ſuccedit mutus, ſurdus, cœcus,
aut aliàs imperfectus vitio naturali,ita nec fu
riolus,demens Nam vitium hoc animi, om-
nes corporis morbos ſuperat.Secus ſi vitio ac
cidentali furor ſuperuenerit, vel dementia,
quod morbo,incantamentis, aliaq́ue ratione
fieri poteſt.tit.an mutus. vel aliàs imperfect',
& ibi Cardinalis Alexand. & Aluarot. Ratio
huius rei non obſcura reddi poteſt. Quia quā-
do quis à natura naſcitur imperfectus,res in i-
pſius perſona deuenit ad caſum, in quo non
potuit vnquam cōſeruari in ſtatu ſuo, ac pro-
ptereà vitiatur.l.generaliter, & l. Vranius.ff.
de fideiuſſoribus. At quando eſt imperfectus
ex accidenti, habuit originem fundamentalē
tam in bonis patris, quàm ſua perſona: vnde
fortius eſt,;quòd duabus radicibus innititur,
quàm quod vna argum. Auth.itaque.C.com-
munia de ſucceſſionib.Et hoc eſt, quod Vlpi.
ait,Qui furere cœpit,& ſtatū,& dignitatem in
qua fuit, & magiſtratū & poteſtatem videtur
retinere,ſicut rei ſuæ dominium retinet, l.20.
ff.de ſtatu hom.Sic in ſucceſſionibus regnorū
& principatuum, vbi primogenitus ſuccedit
in regno,idem obſeruatur.

64 Nam † primogenitus regis aut principis,
quem natura ipſa, iudicio menteq; priuauit,
minimè ſuccedit, ſed ſecūdo genito locus fit.
Quia conſuetudo deferens regnum vel prin-
cipatum primogenito,intelligi debet de eo,q
naſcitur habilis, vel idoneus ad adminiſtrati-
onem, gubernationemq; reipub. Beneficia e-
nim legum capacibus ſcripta eſſe ac conceſſa
intelliguntur,non incapacibus. argum. l.Lu-
cius.§.Lucius Titius.ff.de leg.2.

65 Quòd † ſi ex accidenti in furorem incidat,
aut mente priuetur, ſuccedet: dabitur tamen
ei curator, qui regni gubernacula teneat, ad-
miniſtrationisq; onus ſuſtineat. Nam vt Bal-
dus ait, in perſona illius iam radicatum eſt
ius regiæ poteſtatis,in c.1. tit.de ſucceſſ. feudi.
per c.grandi.de ſupina negligentia prælator.
lib.6.idem alij multi tradunt.Archidiac. in §.
item obijcitur.2.quæſt.7. Ioan And In c cùm
inter vniuerſas. de elect. Ioan. Lupus in c. per
veſtras §.26 de donar.inter vit. & vxor. Bald.
in c.cùm in magiſtrum.de electio.Baptiſta Se
uer.in l.omnes populi.& ibi Bald. ff. de Iuſtit.
& iur.Martin. Laudenſis in tract.de primoge
nitura,colum.penult.& in tracta de principi-
bus. Anton. Corſerus in tractatu de poteſtate
& excell.Regum.Cardinalis Alexan.in c.1.ti-
tul.de feudo Marchiæ. Iacobin.de S.Georgio
in tract.feudorum,colum.3.Zaſius in tractatu
feudorum.parte 8.queſtione 3.Carolus Moly-
næus in conſuetud.Pariſi.tit.1.§ 8.glo.1. Fran-
ciſc.Aretin.in l.ex duobus.in princ.ff.de vulg.
& pupillari. Iaſ.& Franciſ.Ripa in l.nemo po
teſt.ff.de legat.1.Quamuis quidam exiſtiment
in omnem caſum furoris vel dementiæ,ſiue à
natura, ſiue accidēti oriatur, primogenitum
ſuccedere,ipſique curatorem dari debere.An
gel.in l.cùm prætor.§ non autem. ff. de iudi-
cijs. Quod apud Lacedæmonios quoque ob-
ſeruatum fuiſſe ſcribit Herodotus in Terpſi-
chore. Nam cùm Alexandrides Lacedæmo-
niorum Rex, duos liberos reliquiſſet: Cleo-
menem primogenitum quidem illum, ſed
mentis inopem: & Doricum iuniorem, qui
virtute omnibus æqualibus præſtabat. illi
Cleomenem in regno Dorico antepoſuerūt,
ex lege,quæ primogenitos præferebat,& ante-
ponebat.

Tertia quæſtio.

Quæſtionis iam eſt, cùm † primogenitus, 66
quem natura furioſum protulit à regni, feu-
dique ſucceſſione arceatur, quis primogenitu
ræ ius conſequatur, filiusne, ſi quem habeat,
an frater ſecundo genitus Superius traditum
eſt nepotem patruo anteferri, non in priuatis
modò bonis,ſed feudalibus quoque,& iure in
ſuper primogenituræ. Idq́ue expreſſim in fa-
cti noſtri quæſtione, Bald.reſpondit conſ.379.
incip conſuetudo,lib.2.Soci conſi.47.lib.ter-
tio.ex ratione quod in ſucceſſionum materia
paria ſunt,non eſſe in rerum natura, vel eſſe,
ſed à ſucceſſione excludi,l.1.§.vltim. ff. de bo-
norum poſſeſſio contra tabul.l.ſi necem §. ſi
deportatus.ff.de bonis libertorum. Filius ita-
que primogeniti admittetur,ac ſi primogeni-
tus in rerum natura non exiſteret. Licet enim
furioſus & demens idonei habileſque ad ſuc-
cedendum ex perſona propria non ſint, ſucce-
dere tamen poſſunt per curâtorem,l.vltim.§.
tali.C.de curatore. Omne igitur id quod ipſis
accedit,rectà in filium transferunt, tranſmit-
tuntq́ue.l.cùm hæres inſtituta, & ibi latè Ale-
xand.ff.ad Senatuſconſultum Trebellianum.
Sed quid dicemus? Abſurdum eſt plus iuris
habere hæredem, quàm eum cuius hæres eſt.
l. aliud eſt. §. abſurdum. ff. de regulis iuris.

Nec debeo melioris conditionis eſſe, quàm is
à quo ius in me tranſit, l. in omnibus § non
debeo.ff.eod.tit. Et quod alicui obſtat, ſucceſ-
ſoribus quoq; eius obſtabit.ff.eod tit. Et nemo
plus iuris in aliũ transferre poteſt, quã ipſe ha
bet, l.nemo plus.ff.eo.& hæres eiuſdẽ poteſta-
tis eſt, cuius fuit defunctus.l.hæredem.ff.eo.cũ
ſimilib.relatis à Dec in d.§.abſurdũ. Duæ ferè
67 adferri ſolent ſolutiones. Vna, † vt impedimẽ
tum pátris obſit filio, quandò patri inhabili,
per filium aliquid queritur: ſecùs ſi patri nihil
cõmodi inde ac emolumẽti eueniat.l.diui fra
tres.ff.de iur patronat.l.quæritur.ff.de bon.li-
bert.Ioan.Andr.in addit.ad Specu. in rubr.de
68 feud. colum.penult. Deinde † quòd inhabili-
tas patris non noceat filijs iam natis, præſer-
tim in ijs quæ ad ius naturæ pertinent, l.eman
cipatum.§ vlt.ff.de ſenatorib. l.3 ff.de interdi-
ctis & releg.l.2.C.de liber. & eorum lib. poſt-
eà verò natis obſit.l.diuo Marco.C. de quæſt.

Etſi autem diſtinctio hæc inter liberos na-
tos & naſcituros à multis pro diſſolutiõe hu-
ius obiectionis adferri ſolet, qua quoque vti-
tur Theodoſius Imperator in puniendo gra-
uiſſimo crimine læſæ maieſtatis: licet mini-
mè propoſitis obiectionibus conueniat, cùm
illæ non de filijs, ſed de quibuſlibet hæredibus
ſucceſſoribus loquantur. Huic tamen quæſtio
ni nullo modo accommodari poteſt: quia lo-
quitur de eo primogenito, qui natura, hoc eſt,
ab eo qui ſtatim tempore, quo rationis men-
tiſque integritas cognoſci aliquo modo, &
percipi poteſt, deprehenſus eſt mente errare,
vel furere. Hic igitur cum vxorem ducere nõ
poſſit, l.patre furioſo. ff.de his qui ſunt ſui vel
alieni iuris. ſequitur neceſſariò, nec filium ha-
bere poſſe. Nullo itaque exiſtente filio, dubi-
um non eſt, quin ſecundo genito primogeni-
turæ ius aperiatur, & patefiat.

Quartò quæri poteſt: an furioſi, dementes,
in alijs rebus priuatis, vel allodialibus ſucce-
69 dant? Certi indubitati iuris eſt, furioſos, men
te captos, & dementes, aut alio quouis animi
vel corporis morbo laborantes, in rebus pri-
uatis ſuccedere, modò non ſint monſtroſi. l.1.
& 2.ff de bonorum poſſeſſio.furioſo, infanti,
muto, ſurdo, cæco competente.l.vltim.§.tali.
C de curatore furioſi.l.humanitatis, & ibi An
gel.C.de impuberum & alijs ſubſtitutionib.§.
ſui autem.Inſtit.de hæreditatibus quę ab inte-
ſtato deferuntur, cum ſimilib.

70 Decimus caſus cõſtat regula generali: Pro-
hibita † vna perſona lineę fęmininę ſuccede-
re, prohibentur & deſcendentes ex ea omnes:
quod plus eſt, non modò deſcendentes, ſed il-
li quoque qui ea mediante defunctum attin-
gunt, l 1.& ibi notatur.ff.ſi quis aliquem teſta
ti prohibuerit.l mulieri & Titio ff de condi.
& demonſtr l.cùm quaſi §.ſed & ſi quis. ff. de
fideicommiſſ.libert. Confirmatur concluſio
hæc multorum interpretum traditis, conſili-
jsque.Bart in l.2.§.videndum. ff. ad S.C. Ter-
tyl.Bald.& alij in l.illam.C.de collationib. &
in l.maximum vitium.& ibi Salicet.C.de libe
ris præteritis.& in l Neſennius. ff.de negotijs
geſtis.& in l.quod verò.ff.de legibus.Angel.in
§.reliquum.in authen. de hæred. ab inteſt ve-
nientib.Anchoranus in repet.c.1.de conſtitu-
tionibus.lib.6.& conſi 389 Caſtrenſis conſ.27.
lib.2.Comenſis conſi.117.Bald conſi.467.lib.
2.Panorm.conſ.75 lib.1.Alexand.conſ.80 lib.
1.& conſ 174.lib.5.Bened.Capra conſ.1. & cõ-
ſi.136.Philip.Corn conſi.21 & conſ.335.lib.1.&
conſ.57.& conſ.116 & conſ.133.lib. 2. & conſi.
90 & conſi.97.& conſi.206.lib.3 & conſi. 254.
& conſi.276.& conſi.307.libr 4. Socin. conſi.
241.lib.2.& conſ.28 lib.4.Dec.conſ.85.& conſ.
311.Hippolytus de Marſilijs conſ.93. Et hoc eſt,
quod dicitur potentia ſuccedendi & excludẽ-
di, tranſmittitur ad mortem Bartol.in l.is po-
teſt.ff.de acquir.hæred. Ioan.And. in reg. ſine
culpa, de reg.iur.lib.6.

Rationes huius concluſionis, conſpicuæ
ſunt & euidentes.

Prima, quod ex radice eſt, eius naturam vt
ſequatur neceſſe eſt. Eruta quoque radice, ar-
borem ſiceſcere nõ minus neceſſe eſt, quàm
naturali ratione cognitum eſt. Ita quoque pro
hibita perſona à ſucceſſione, in aperto eſt, om
nes ſimul ex ea deſcendentes, nihil iuris am-
plius in ea ſucceſſione habere.

Secunda, cauſatum non poteſt habere plus
virium, quàm ipſa cauſa.

Tertia, ſucceſſor † non debet melioris eſſe 71
conditionis, quàm author ſuus. l. In his.§.1.l.
quod ipſis.ff. de reg.iur. & non debent admit-
ti, quorum repelluntur autores. c.licet ex qua-
dam.extr.de teſtib.

Quarta, † ſublata media perſona, non po- 72
teſt ſequens admitti, argum l.meminimus.C.
de legitimis hæredib & l. diuo Marco. C. de
quæſtionib.l hæredi § 1 ff.de pœnis. l. nullus.
C.de decurionib.lib.10. Sublato enim medio,
extrema videntur ſimul eſſe ſublata. Dyn. in
c.indultum, de reg.iur lib.6.

Quinta, ſucceſſio non fit per ſaltum: & id-
eo neceſſe eſt vt gradus præcedens ſit ſucceſſi-
bilis. deſtructo enim ordine, deſtruitur & or-
dinabile. argumen. eius quod tradit Iulianus
ſub l.tria prædia.ff.de ſeruitutibus ruſticorum
prædior.

Sexta, † deſtructo antecedente, ſequitur de- 73
ſtructio conſequentis.l.1.§.huius ff.de officio
eius cui mandata eſt iuriſdictio. latè Euerar-
dus de Midelburgo in loco ab antecedenti.

Septima, priuilegia conceſſa poſteris, non 74
extenduntur ad poſteros deſcendentes ex fœ-
minis. Sic Vlpianus: Perſonis datæ immunita
tes, hæredibus non relinquuntur, ſed & gene-
ri: poſteriſq; datæ cuſtoditæque, ad eos qui ex
fœmi-

fœminis nati ſunt, non pertinet. & Modeſti-
nus, Immunitates generaliter tributæ, eo iure
ut ad poſteros tranſmitterentur, in perpetu-
um ſuccedentibus durant. l. 1. & l. 4. ff. de iure
immunitatis. l. quiſquis. ff. de verb ſignific. l.
tale. §. fin ff. de pact. l. vacatio. ff. de munerib.
& honorib. l. moris. §. iſte. ff. de pœnis. l. annu-
am. ff. de annuis legatis. l. in annalibus. C. de
legatis.

Vndecimus caſus ex præcedenti naſcitur.

III. AXIOMA.

Hinc tertium axioma conſequitur. Nam
75 exiſtente † vel ſtatuto, vel pacto, quibus fœmi-
næ maſculis extantibus hæreditate intercipi-
untur & pelluntur, non modò hæc in fœmi-
nis ipſis locum habent: ſed ad maſculos ex hi-
ſce deſcendentes pertinent & accommodan-
tur. Bart. in l. 2. §. ſed videndum. & in l. vlti. ff.
ad S C. Tertyl. & in l. liberorum. & ibi Alex. in
addit. ff. de verb. oblig. Bald. in l. quod verò, ff.
de legib. & in Authen. quas ruinas C. de ſacro
ſanct eccl. & in l. venia. & ibi Raphael Fulgo.
Alexan. & recentiores C. de in ius vocand. &
& in d. l. maximum vitium, & ibi Salic & Ca-
ſtrenſ. C. de liberis præteritis, & in l. vlt. C. eod.
& in Auth. ceſſante. C de legit hæred. & in l.
illam. & ibi Caſtrenſis, C de collationibus, &
in l. ſi verò, § de viro, ff. ſoluto matrimonio,
& in l. Gallus, §. inſtituens, ff de liberis & poſt-
humis, & in l. ſed ſi, § liberos, & ibi Angel. Ca-
ſtrenſ. & Alexand ff. de in ius vocando, & in
l. ſi quis filium, l. ſancimus, ff. de inoffic. teſta-
men. Albeti. in Auth. itaque C. communia de
ſucceſſ. Cynus in l. 1. C quæ ſit longa conſuetu
do, & in Auth. poſt fratres, C de legit. hæredi-
bus. Raphael Fulgoſ. in l ſi vina, C. de bon. ma
ternis. Caſtrenſis in l. qui ſuperſtitis, in fin ff.
de acquir. hæred. & in l. ſi defunctus. C. de ſuis
& legitimis. & in d l. Gallus, §. nunc de lege, &
ibi Alex. Aretin. & Iaſ. ff. de liberis & poſthu-
mis. Ange in § neque illo, in Auth. de triente
& ſemiſſe. Iaſ. in l. ſi mater tua, colum. penult.
ff. de ſucceſſorio edicto. Idem quoque Cano-
num Interpretes tradiderunt. Spec. in tit. de lo
cato, §. nunc aliqua, verſ. 146. Anchor. in repe-
tit. c. 1. in 14. quæſt. princ extr. de conſuetudin.
Dominic in c. 1. de tempor. ordin. libr. 6. Et de
eodem negotio multę extant veterum, recen
tiorumque Iureconſ. conſultationes Bald cõ
ſi. 2. & conſ. 69 & conſ. 171. lib 2. & conſ. 293. li
bro 2. & conſ. 40. & conſ. 76. libr. 3. Caſtrenſis
conſ. 7. & conſ. 119. & conſ. 361 & conſ. 431. li. 1.
& conſ. 91 & conſ. 146 & conſ. 215. & conſ. 441.
lib. 2. Raphael Cuman conſ. 117. Roma. conſ.
40. & conſ 119 Alex. conſ 75 lib. 1. & conſ. 43.
lib. 2. & conſ. 51. lib 4. & conſ. 56 lib. 5 & conſ. 57
lib. 6. & conſ. 188 eod lib. Barbat. conſ. 47. libr.
3. & conſ. 61. li. 4. Curtius ſenior conſ. 45. Soci-
nus conſ. 5 conſ. 51. lib. 1. & conſ. 251. lib. 2. & cõ-
ſi 63 lib. 3 & conſi 73 lib. 4. Albertus Brun. con
ſi. 8 & in tractatu de ſtatutis mulierum, in 6 ar
tic. Bened. Capra conſ. 18. & conſ. 104. & conſ.
108. & conſ 137. Corneus conſ. 21. lib. 1. & conſ.
57. & conſ. 124 & conſ. 146. lib 2. Philippus De
cius conſ. 399 & conſ. 484. Rubeus cõſ. 16. Go-
zadinus conſ 26 col. 6 Curt iunior conſ. 5. col.
23. Matth. de Afflict. in conſtit Siciliæ.

Ratio huius † rei duplex adferri conſueuit. 76
Vna, quoniam maſculi ex fœminis deſcendē
tes, carēt principio producēte Fœmina enim
non eſt agens aptū ad operandum tranſmiſſi-
onem, licet maſculus ſit patiens aptum ad cõ-
firmandum, ſi fieret tranſmiſſio. Itaque ſicut
prædium medium, quod non ſeruit, impedit
tamen, l. qui ſella, §. ruſticis ff. de ſeruit. vrban.
præd vnde Caſtrenſis regulam colligit, quan-
docunque de vno extraneo ad aliud fit tranſi-
tus per medium, ſi illud medium ſit inhabile,
tranſitus impeditur ita Bald. in l. quoties C.
de ſuis & legitimis Alterā ratio ab eodem ad-
fertur: Mutato ſexu, non mutatur ratio exclu
ſiua in d l. maximum vitium argum l. illam.
C de collationib Mater autem excluſa eſt hæ
reditate, ergo & filius argum. l quæcunq; geri-
mus. ff. de actionib. & oblig. Subijcit: quia na-
ſcitur ex inhabili materia Mater enim, à qua
formam ſuccedendi ſumit, eſt inhabilis: ergo
quidquid ex ea ſequitur, inhabile, minuſque i-
doneum cenſebitur. argum l. 2. C. de libertis &
eorum libertis.

Inde euenit, quemadmodum filius illegiti
mus non ſuccedit patri: ita nec nepos, quan-
tumuis legitimus, l. fin §. quid enim. C. de na-
turalib. liberis. Ex † hac quoque ratione tradi- 77
tum à multis eſt, nepotē legitimum ex inceſ-
tuoſo, vel qui damnato coitu ſuſceptus eſt,
natum, nō poſſe ab auo teſtamento hæredem
inſtitui. Bald in l ſi quis inceſti, circa mediū.
C. de inceſtis nupt Alex. in d l. Gallus. § quid
ſi is, ff. de liber & poſthum. Specu in tit. de ſuc
ceſſionib ab inteſtato §. 1. verſi. quid ergo ſi ha
bens. Odofred. Rayner. & Cyn. in l. vltim. C.
de naturalib. liberis. de qua re latè vide Bart.
in d. l. Gallus. §. quid ſi is Bald. in l. ſi ſeruum. ff.
de acquir. hæred Ludouic Sard. In tract. legiti
mat. Bald. conſ 66 & conſ 146. lib 1. & conſi.
406. lib. 3. & conſi. 363. lib. 5. Caſtrenſ. conſ. 467.
lib. 2 Alexan. conſ. 148. lib 7. Corn conſ. 25 lib.
1. & conſ. 1. libro 3. Guido Papa conſ. 94. Dec.
conſ. 492.

Conſequitur † hinc quaſi appendix, maſcu 78
lum non eſſe cenſendum, qui ex fœmina na-
tus eſt, quantum ad ſucceſſiones & excluſio-
nes aliorum attinet reſpectu ipſius fœminæ.
Bald. in Authentica, ſi quas ruinas. & ibi Sali-
cet. C. de ſacroſ. eccleſ Bald. Salic Corn & Ca
ſtrenſis in l 1. C de condi inſert & in l. 2 C de
ſucceſſorio edict. Bald Angel. Caſtr. Alexā &

Socinus in l.ſed ſi hac.ff.de in ius vocando.& in l.Gallus,& ibi Iaſon §.nunc de lege.ff.de liberis & poſthumis.Ripa in l.ex facto.§.vltim. num.8.ff.ad S.C.Trebel.Philip.Francus in c.ſi pater.de teſtament.lib.6.Philip.Dec.in c.præſentia. extr.de probationib. Et eleganter Antonius Rubeus conſ. 22. vbi quatuor caſibus vel concluſionibus negotium hoc abſoluit.

Primò,in contractibus maſculorum appellatio non complectitur maſculos ex fœminis deſcendentes: quare ſi quis recipiat emphyteuſim pro ſe & maſculis deſcendentibus, nō veniet nepos ex filia.Bald.Angel. & Caſtrenſis in d.l.ſed ſi hac.§.qui liberos.ff.de in ius vocand.Caſtr.in l.Gallus.§.nunc de lege.ff.de liber. & poſthum.

Secundò, ſimiliter ſtatutum, quo diſponitur,vt mortuo quopiam cum deſcendentibus maſculis,fœminæ excludantur, non comprę hendit maſculos ex fœminis, idq́ue propter ſtatuti mentem,quæ agnationis conſeruandę rationem habuiſſe cenſetur quàm maximam. Corn.conſ.246.lib.2.

Tertiò, cùm inſtituti ſunt fratres teſtatoris,& ſi deceſſerint ſine liberis maſculis, ſunt ſubſtitutæ filiæ ipſius teſtatoris,hoc ſanè caſu filij maſculi ex filiabus fratrū ipſius teſtatoris, & ſic nepotes ipſorum teſtatoris fratrum,nō faciunt deficere cōditionem fideicommiſſi. Bal.in d.l.Gallus.§ nunc de lege.ff de liber.& poſthu.Bart.Bal.& Caſtr.in l.illā.C.de collat.

Quartò, ſi teſtator inſtituit plures filias æqualiter, & ſi vna ex his deceſſerit ſine liberis maſculis,ſubſtituit alias filias.Hoc caſu ceſſante ratione conſeruandæ agnationis,liberi maſculi admittuntur.

CAPVT XXIIII.

Quæſtiones aliquot circa hanc ſucceſſionem liberorum.

SVMMARIA.

1 *Succeſſionis modus,an conſuetudine induci poßit, & nume.3.*
2 *Aequalitatem inter liberos conſeruare lex ſtudet.*
4 *Fœmina extantibus maſculis quod non ſuccedant, ratione introductum.*
5 *Pacto priuatorum,an ſucceßioni modus dari poßit.*
6 *Pacto ſucceßiones non deferuntur, eſtq́; contra bonos mores.*
7 *Pacta ſucceſſoria iuramento non firmantur.*
8 *Milites de inuicem ſuccedendo conſtituere poſſunt.*
9 *Pater certum modum ſucceßionis conſtituere inter liberos poteſt.*
10 *Renunciatio hæreditatis iurata valet iure Pontificio.*
11 *Pactum de hæreditate tertij illo conſentiente, valet.*
12 *Pactum de certis quibuſdam rebus hæreditarijs, an valeat.*
13 *Pactio de certa parte per modum quota relinquenda, an valeat.*
14 *Fratrum mutua pactio de non ſuccedenda fœmina, valida.*
15 *Pactum in contractu matrimonij appoſitum de primogenito incerta re ſucceſſuro validum.*
16 *Fratrum mutua pactio de inuicem ſuccedendo, ſine liberis, valet.*
17 *Nobilium pacta, ne bona eorum ad fœminas deuoluantur, cum clauſula reuocandi, conſtant.*
18 *Arbiter ſucceßionis modum dare poteſt.*
19 *Pater præiudicat filijs in bonis quærendis.*
20 *Iuri futuro renunciare licet.*
21 *Pacta priuatorum ſucceſſoria, an conſuetudine aut ſtatuto firmentur.num.22.& 23.*
24 *Familiæ priuatæ, an certas ſibi condere leges ſucceßionum poßint,& nu.25.*
26 *Iuriſdictio an ad ſtatutorum condendorum ſubſtantiā pertineat.*
27 *Leges ſucceßionum,an priuati rectè condant, Authoris opinio,& nu.27.*
28 *Primogenitus ante patris dignitatem natus, an ius primogenituræ ad dignitatem habeat,nu.29.& ſeq.*
31 *Regis Darij filiorum,ante & poſt regnum natorum contentio de regni ſucceſſore.*
32 *Authoris opinio,natusne ante an poſt regnum adeptum præferatur,& nu.ſeqq.*
33 *Qualitas adiuncta verbo, intelligenda ſecundum tempus verbi.*
36 *Senatoris filius ante ſenatoriam dignitatem natus, eiuſdem beneficio gaudet.*
37 *Patris ſtatus fauorabilis tam ante, quàm poſt natis prodeſt.*
38 *Conditio ſeu ſtatus ſucceßionis conſideratur tempore mortis eius cui ſucceditur.*
39 *Primogenitus dicitur, qui tempore mortis patris alios antecedit.*
40 *Dignitas recedens ab indigno, applicatur proximiori gradui.*
41 *Succeßio ad quotum gradum extendatur iure veteri & nouo.*
42 *Legatum relictum cognationi, extenditur ad decimum gradum.*
43 *Succeßio Comitum & Baronum quoad agnatos primi ſtipitis, in infinitum eſt.*

PRima quæſtio eſt, An † conſuetudine vel 1
ſtatuto modus ſucceſſionis induci poſſit.
Hæc quæſtio non ſine cauſa mota eſt, cùm
prorſus contra ius ciuile & prætorium ſit, l.1.
C.vnde liberi.l.ſi poſt mortem.§.vltim. ff. de
bonorum poſſeſ.contra tabul.l.inter filios.C.
familiæ herciſcundæ. Authent. in ſucceſſione.C.de ſuis & legit.Nam † lex nihil æquè co 2
natur,nulliq́ue rei magis ſtudet, quàm æqualitatem inter liberos hoc caſu conſtituere.l. penult.C.communi diuid.l.vltim.C.communia vtriuſque iudicij.l.vt liberis.l.illud. §. vlt. C.de collationib.§.illud quoque. Authent.de nuptijs. Inde ſubſtitutio quoque generaliter, nec in certas partes facta inter liberos, intelligitur facta ad æquales partes.l.iam hoc iure.l. Lucius.ff.de vulgari ſubſtitut. l. in teſtamento.C.de militari teſtamen.l.2.l.quamuis.C.de impuberum & alijs ſubſtitut. Et verbum ambiguum, ad euitandam inæqualitatem inter liberos,aliam interpretationem recipit. Aretin.in l.qui filiabus, ff. de legat.1. Vnde quoque priuilegia conceſſa parentibus, ſi inter liberos teſtentur, & quæ continentur in l.vlt. C.famil.herciſcundæ. & in l. hac conſultiſſima,§.ex imperfecto. C.de teſtamentis. ita cō-

petunt

petunt, ſi pater æqualiter filios inſtituat. Roman.conſ.179.Philip.Dec.in l.1.num.2.C.vnde liberi.& conſi.349.& conſ.361.Dubium † i- 3
taque non eſt, conſuetudinem, itemque ſtatutum, iuri ciuili aduerſari. Quia tamen pro circumſtantijs temporis, loci, perſonæ, nonnunquàm à præſcripto iuris ciuilis diſceditur: ideò ius quoque ſucceſſionis propter rationabiles cauſas aliquibus adimi, alijs addi poteſt, modò legitima relinquatur, vt ſuprà libro 1. dictum fuit. Sic, quia multos imperitâre malum eſt, & melius regem eſſe vnum conuenit, primogenitura introducta fuit in imperijs, regnis, principatibus. Nam vt Homerus ait,

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.

Et Euripides:

ἰνδε ἀδαύαλs ἀνάτι μέλαθρα, κατὰ δὲ πόλιν.

Vnius poteſtas ſit & in re domeſtica, & in Republica.

4 Sic, † quia per fœminas familiæ tranſlatis inde opibus attenuãtur, ſtatuta condita ſunt, ne extantibus maſculis fœminæ ſuccederent, de quibus latè Interpretes in d.l.omnes populi, ff. de iuſtitia & iure. Andr.de Iſernia in c Imperialem §.præterea. tit. de prohibita feudi alien.per Frider. Aluarot. Martinus Laudenſis, & Card. Alexã.in c. mulier. tit.ſi de feudo fuerit controuerſia. Aluarot.in c.1.§.& quia tit. de his qui feudum dare poſſunt Calder.conſ. 17.Card.Florent.conſ.117. Panormi.conſi.12. lib.1. Alexan.ſibi contrarius conſi.87. libro 6. Cardin.Alexã. in c.per venerabilem. §. quod autem.extr.qui filij ſint legitimi & in c ius naturale.diſtinc.1.Benedictus in c.Raynutius, in verbo, in eodem teſtam num.158.163.& 168.extrà, de teſtam. Guido Papæ conſ.131. Ioan. Lopez in reper.c.per veſtras § 54. de donationib. inter virum & vxorem. Iacob. de S. Georgio in l cùm in antiquioribus, C.de iure deliberãdi. Stephan. Bertrandi conſi.78.lib. 3. Laurentius Pala, Ioannes Campegius, in tractatu de fœminis, quæ repelluntur à ſucceſſione. Georgius Natta, in c.quamuis, de pactis.lib.6.

Secunda quæſtio ex priori naſcitur, an pacto priuati hominis poſsit modus ſucceſsioni dari.

5 Omiſſa † longa diſputatione in aperto eſt, pactum illud minimè valere. l.ſtipulatio hoc modo concepta ff de verborum obligat. Stipulatio, inquit Iulianus, hoc modo concepta: Si hæredem me non feceris, tantum dare ſpõdes, inutilis eſt, quia contra bonos mores eſt ſtipulatio. Quemadmodum etiam ſtipulatio, qua cõuenit, vt me hæredẽ facias. l ex eo. C.de inutil. ſtip. Sic pari ratione pactũ, vt bona mulieris poſt eius mortẽ pertineãt ad maritum, non valet. l. hæreditas. C.de pact. conuen. Nec non quoque & hoc, quod dotali inſtrumento comprehenſum eſt, vt quæ matrimonium contrahit, æqualiter patri ſuccedat cum fratribus ipſo iure improbatur. l. pactum quod dotali, C. de pactis.

Ratio huius rei † duplex reddi poteſt. Vna, 6
quia ſucceſſiones per iuris modos, non per pacta deferri debent. l.4. ff de teſtam. Nam hæreditas defertur iure publico, & ſanguinis contemplatione, quare priuatorum pactionibus modus ſucceſſioni dari non poteſt l. ſi quando, §. 1. ff. de inofficioſo teſtamen. cùm aliàs pactio priuatorum iuri publico minimè derogare queat. l. ius publicum. ff. de pactis. ideò ſi velit diſponere de ſucceſſione, lex ipſi formam præſcripſit, nempè teſtamentum. Altera, quia eiuſmodi conuentiones bonis moribus contrariæ videntur. Nam liberam teſtandi facultatem adimũt, l. cùm duobus. § idem reſpondit. ff. pro ſocio. & captandæ mortis alienæ cauſam prębent, cùm ſtipulator certam ſpem habeat hęreditatem obtinendi mortuo promiſſore, qui promiſſionem ſuam mutare, aut reuocare non poteſt. l. ſicut. C. de actionibus & obligat. c. deteſtanda. c. ne captandæ. de conceſſ. præb. lib.6.

Ampliatur hæc cõcluſio primò in pijs cauſis. Caſtrenſ. in l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact. & in l. pactum. & ibi Aret & Roma. C. de collat. Iaſ. latè in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.

Secundò, in aliis quoq; fauorabilibus cauſis, d l. hæreditas. d. l. pactum.

Tertiò, Pactum hoc ita nullius eſt momen- 7
ti, vt nec iureiurando confirmetur: cùm ea quæ contra bonos mores ſunt, iuriſiurandi religione minimè robur ſumant. c. non eſt obligatorium, de reg. iur. lib.6. gl. in l. ſi quando. C. de inoffi teſt. & in l. pactum. & ibi Bald. Fulg. Rom & Caſtr. C. de collat. Iaſ in l. pactũ quod dotali. C. de pactis. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & ibi alij. Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſorib. & conſ. 8. & conſi. 272. Bald conſi. 441. lib 5. Alex. conſi. 28 lib. 3. Decius cõſ. 65. & conſ. 184. & conſ. 203. & conſ. 236. Dominic. in c. quamuis. & ibi Georgius Natta de pactis, lib. 6. Huic tamen ampliationi Baldus ſe opponit in c. moribus. tit. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dominum & agnatos vaſalli: vbi diſtinctiõem Bartoli reijcit, qui vult iuramento confirmari pactum de non ſuccedendo, in ſuccedendo infirmari, tum per reſcriptum Bonifacij VII. ſub c. quamuis de pact. libr. 6. tum quoque per ſuſpicionem captandæ mortis, quæ in hoc haud dubia colligitur, cùm imbecillitate hominum communi, facilè aliorum bonis inhiemus: in illa obſcura latet. Vtitur Baldus ratione non vulgari, quòd omnia ea iuramẽta, quæ non vergunt in diſpendium ſalutis æter-

næ, nec redundant in alterius detrimentum, ſeruati debeant. d. c. quamuis. Verùm Baldi opinio à pleriſque improbata eſt. Aluarot. in d. c. motibus Geminian. in d. c quamuis. Alexan. in d. l. ſtipulatio hoc modo. & in l. fin. C. de pactis. quam rem perſequitur latè Iaſ. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, nu. 12.

8 Limitatur primò † in commilitonibus: Si enim inter hos conuenerit vt alterutro mortuo, hæreditas ad ſuperſtitem deferatur, valet ea diſpoſitio, vt teſtamentum militare, & vltima voluntas, non vt pactum quod reuocari non poteſt, l. licet. & ibi Alex. Iaſ. & Alex. Dec. C. de pact. Nam voluntas militum quoquo modo declarata. pro iuſto teſtamẽto habetur, l. diuus ff. de teſtam. milit.

9 Secundò, inter † liberos quoq; pater eodẽ modo diſponere poteſt, valetq́; diſpoſitio, ſi reuocata non fuerit. l. vlt. C familiæ erciſcundæ. l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto. C. de teſtament.

10 Tertiò, in † renunciatione iurata, c. quamuis, de pact. lib. 6. & ibi omnes Interpretes, idq́; Pontificio iure tantùm. Licet enim cuilibet liberum ſit & permiſſum, iuri in fauorem ſui introducto, ſcienter renunciare, l. tres fratres, & l. fin. ff. de pact. l. mater. l. eum qui, ff. de inoffic. teſtam. l. qui Romæ. ff de verb. oblig. l. qui autem, ff. quæ in fraudem creditorum. l. non fraudantur, ff. de regul. iur. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. l. ſub prætextu. C. de tranſactionib. c. ſi diligenti. extr. de foro compet. id tamen non obtinet in ſucceſſionibus, cùm renunciatio hæc iuris autoritate improbetur. l. pactum quod dotali, C. de pact. rationibus ſuperius adductis. Nã ſucceſſiones per iuris modos, non per pacta deferri debent, l. 4. ff. de teſtamen. Defertur enim hæreditas iure publico, & ſanguinis contemplatione, huiuſmodi priuatorum pactionibus non attentis. l. ſi quãdo. §. 1. C. de inoffic. teſtam. Nouo tamen pontificum iure talis renunciatio iurata valet. d. c. quamuis. & ibi Interpretes. Iaſon in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. vbi Raphaelem reprehendit, qui diſtinguit, vtrùm filia renunciet hæreditati paternæ in manibus patris, an in manibꝰ fratris. Quemadmodum igitur ius ciuile hæc pacta, vt tibi hæres non ſim, & quo hæreditati renuncio, ſeruari nõ vult (l. pactũ quod dotali. C. de collat. Vtile enim viſum eſt legiſlatori, hoc remedio eis proſpicere qui facilè adducuntur, modico præſenti accepto, vt opulentam hæreditatem repudient. argum. l. vltim. C. de pactis pignorum) ita ius Pontificium iuramenti rationem habuit, idq́; renunciationi robur addere noluit. Quidam tamen exiſtimant, valere huiuſmodi renunciationẽ à filio factam, cùm filius à patre tantum accipit, quãta eſt eius legitima portio per l. 1. §. parens. ff. ſi à parente quis manumiſſus fuerit.

11 Quartò, cùm † paciſcor cum aliquo, non de eius hæreditate, ſed cuiuſdam tertij certo modo diuidenda. Hęc itaque pactio, ſi tertius conſenſerit, valet, modo vſq; ad mortem in eo conſenſu perſeueret, l. vlt. C de pact. l. quidam. §. vlt. ff. de donationib. l. 2. ff. de his quæ vt indignis.

12 Quintò, † ſi de certis quibuſdam bonis pactiones fiant, veluti de immobilibus tantùm, vel de certa re. Bar. & alij in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. & in d. l vlt. C. de pactis. idq́; plurimi iuris interpretes conſulti reſponderunt. Caſtrenſis conſi. 324. lib. 1. Alexan. conſi. 28. lib. 3. & conſi. 29. lib. 5. Albertus Brunus conſi. 8. Iaſon conſi. 5. lib. 3. Philippus Decius in d. l. pactum quod dotali num. 12. & conſi. 517. nume. 17. Pariſ. conſ. 72. num. 16. lib. 4. & Gratus conſ. 19. lib. 1.

Hanc tamen limitationem Alciatus non admittit: putat enim id pactum non ſolùm tunc non valere cùm de vniuerſa ſucceſſione agitur: ſed nec etiã de particulari. Pacto enim non poteſt quis ſucceſſionem neque particularis rei deferre. l. vlt. ff. de ſuis & legitimis. ita Alciat. in d. l. pactum quod dotali. nu. 19. Subiungit ex eo trãſactionem inter fratres, quòd in paterna domo non ſuccedãt niſi maſculi, non valere: quia obuentio hoc caſu inducitur. ſecus, ſi obligatio præſens induceretur, vt quia obligarent ſe inuicem, promitterentq́ue poſt mortem ſuam domum maſculis. Ratio ab eo omiſſa reddi poteſt: Quia idem de parte quod de tota hęreditate dici debet. l. quę de tota, ff. de rei vendicat. l. an pars. ff. pro derelicto. argu. l. qui ſcit, in prin ff de vſur. l. iuriſgentium. §. adeò, ff. de pactis. l. ſi ſeruus eius. ff de acquir. hæred. l. ſi duo. ff. de adminiſtr. tutorum. l. ratione. § prorſus. ff. ad legem Falcidiam. Et aliàs vulgati iuris eſt, partem etiam in toto cõtineri. l. in toto. ff. de regul. iuris l. ſi quis cum. ff. de exceptione rei iudicatæ. Inde partem qui contrectat, totum contrectare videtur. l. vulgaris. ff. de furt.

13 Sextò, valet † huiuſmodi pactio, ſi certa res etiam per modum quotæ relinquatur, idq́; ex quorundam opinione Cynus, Alberic. & Baldus in l. vlt. C. de pact. Quidam verò hoc quãdoque affirmarunt, quandoque negarunt, neque conſtantem ſententiam retinuerunt. Alexand. in d. l. vltim. & in l. ſtipulatio. & Decius in l. pactum quod dotali. num. 12 & conſ. 184. & Bertrand. conſ. 292. num. 4. lib. 1. & conſ. 33. num. 3. lib. 2. & conſ. 267. eod. libr. & conſ. 105. lib. 4. Petrus Anchoranus & Imola in rub. extrà de teſtam.

14 Septimò, valet † quoque pactum, quod fratres inter ſe faciunt in diuiſione bonorum, vt exiſtentibus maſculis ex eis fœminæ non ſuccedant, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato latè probat Ioannes Campegius in tractatu do-

tis,

tis,in vlt.parte,quæſt.79. & noſter Zaſius con
ſi.1.num.15.

15 Octauò,ſuſtinetur † quoque pactio in con-
tractu matrimonij facta, vt filius primus naſ-
citurus ſuccedat ex re quapiam,l.diul.verſ pa
ctis.C.de naturalibus liberis.& l. ſi inter. ff. de
pact.dotalib.Guido Papæ deciſ.267.incip. pa-
ctum factum.& deciſ.505.& ſing 323. Sequitur
eum Philip. Dec.in l. pactum quod dotall.C.
de pactis..& conſ.245. & conſ 318.& conſ.488.
Hieronym.Cagnola in repet.l.vltim.C.de pa
ctis.Stephanus Bertrãdi conſ.299.lib.1. & con
ſi.1.num.10.& 11.lib 2.& conſ.78. lib.3.

16 Nonò, indeà multis traditum eſt,† ſi duo
fratres pacti inter ſe ſint,vt præmorienti abſ-
que liberis alter ſuccedat, eiuſmodi pactum
infirmum non eſſe.Alberic.Salicet.& Iaſ.in l.
vltim.C.de pactis.Alberic.& Angel.in l.hære-
ditarium ff.de bonis authoritate iudicis poſ-
ſid.Alexan.Iacobinus à S.Georgio,Philip.De
ci.Iaſon in l licet,C.de pact. Imola & Roma-
nus in l.Attilius. ff.de donationibus. Guido
Papæ conſ.31.& conſ.214.Bartol. conſ. 72. Ia-
ſon conſ.211.lib.2.& conſ.8 lib.3 & conſ.17.&
conſ.60.eod.lib. Decius conſ.515.Bertran.con
ſi.121.Marian.Socin.conſi.143.lib 1.

17 Decimò, † valet quoque conuentio inter
nobiles fratres, & eorum nepotes, ne eorum
bona(nec paterna, nec materna, nec ex teſta-
mento,nec ab inteſtato, nec ex alio cõtractu)
deueniant in aliquas fœminas eorum, natas
vel naſcituras: etſi aliter ſit contra factum,
quòd propria liceat authoritate reuocare.
Bart.conſ 72.incip.ex facto quod ponitur,no
biles viri, &c. ſequitur Iaſon in d.l.ſtipulatio
hoc modo concepta.num.12.

18 Vndecimò,arbiter etiam ſententia ſua vel
laudo modum ſucceſſioni rectè dat.Finge,ar-
biter pronunciauit, vt ſi alter compromitten
tium abſque liberis decedat,quòd in talibus e-
ius bonis alter ſuccedat. Angel. conſ. 5. Alex.
conſi.59.lib.6.

Alciatus tamen cum limitatione quadam
intelligendum putat, vt procedat in his caſi-
bus,in quibus partes quoq; ipſæ eo modo cõ-
uenire potuiſſent,cùm omnis arbitrorum po
teſtas ex compromiſſi pacto pendeat. l.nõ di-
ſtinguemus,§.de officio. ff.de recept.arbitr.vt
quia ea bona fideicommiſſo ſubiecta iam eſ-
ſent,vel quia verba obuentionem non indu-
cerẽt, ſed præſentaneam obligationem, alio-
quin veriorem eſſe exiſtmat, opinionem eo-
rum qui arbitrantur huiuſmodi arbitri lau-
darium nullius eſſe momenti. Ange.conſ.196
Fulgoſ.conſ.73.

19 Duodecimò,† patet filijs in quærendis præ
iudicare poteſt.argum.l.quoties.verſic.planè.
ff.ſolut.matrimo.l.vlt.ff.de pact.l.qui autem.
ff.quæ in fraud.credi. ponit hanc limitationẽ
Thomas Parpalia in l.a.§.2.ff.ſol.matr.Quod
& alias in multis rebus fieri ſolet.Sic † renun- 20
ciatio in fraudem creditorum facta reuoca-
tur,in iure videlicet quæſito, non quærendo,
l.ſi ſponſus.§.ſin autem. ff de donat. inter vi-
rum & vxor.l. qui autem. ff. quæ in fraudem
creditorum.l.1.§.vtrum autẽ ff.ſi quid in frau
dem patroni.l.non fraudantur. ff. de reg. iur.
Sic à multis quoque traditum eſt,filiam dota-
tam,quæ renunciauit futuræ ſucceſſioni,non
poſſe reuocare donationem omnium bono-
rum,licet poſtea liberos habere incipiat, nec
ipſam,nec filios.Bald.& alij in l. vlt. C. de pa-
ctis.Imol.in l.qui ſuperſtitis, ff. de acquir.hæ-
red.Deci. in l.pactum.C.de collationib.Soci-
nus,Curt.iun.Decius & Alciat.in l.1. C.de pa-
ctis.Corn.conſ.11.& 206.lib.3.Iaſ.conſ.154.lib.
2.Philippus Francus in c.2.de pactis.lib.6.Ca-
rol.Ruinus conſ.169.num.2.& 11.lib.1. & con
ſi.60.lib.3.Rubeus conſi.99. Cuius rei ratio eſ-
ſe poteſt,quod ius nondum quæſitum, in bo-
nis quoque noſtris nondum eſſe cenſeatur, l.
ſubſtitutio.ff.de acquir.rerum dom. argum.l.
rem in bonis.ff.eod.tit. l. ſcribit. ff de auro &
argent. legat. l. nemo.§.Illud quæritur.ff.pro
ſocio.l.precia rerum.ff.ad legem Falcid.l.pro
fectitia.§.ſi pater.ff.de iure dot.l.1.§.vtrum au
tem.ff.ſi quid in fraudem patroni. Bald. in l.
1. C. qui admitti ad bonorum poſſeſſionem
poſſint.

Quæſtio incidens.

Quæſitum eſt † apud Veteres,an huiuſmo- 21
di priuatorum pacta conſuetudine vel ſtatu-
to muniri & firmari poſſint. Multi exiſtima-
runt non poſſe, quorum opinio duobus præ-
cipuè innititur ac ſuſtinetur rationibus. Vna,
prohibitum fieri per pactum,propterea quòd
bonis moribus contrarium eſt, cenſetur pro-
hibitum quoq; & interdictum, ne ſtatuto vel
conſuetudine inducatur. Bartol. in l. omnes
populi,& ibi alij.ff.de iuſtitia & iure. cum ali-
às ſtatuta & conſuetudines, contra bonos ac
receptos patriæ mores fieri non poſſint,c.cõ-
ſtitutiones,diſt.10.ita quidem vt princeps hu-
iuſmodi conſuetudinem corroborare, illiq;
vires authoritate ſua dare nequeat. Innoc. in
c.ad noſtram,extr.de probatio. Cuius rei ra-
tio in promptu eſt.Quia conſuetudo vim ha-
bet legis.l.de quibus. ff.de legibus. Lex autem
debet eſſe rationabilis, honeſta, ſancta. c.erit
autem lex.3.diſtinctio. l.conuenire. ff. de pa-
ctis dotalibus.l.ſi à reo. §.quod vulgò. ff. de fi-
deiuſſoribus, cum ſimilibus multis. Deinde
iuriſiurandi ſumma debet eſſe obſeruatio.
cùm hoc non corpus, ſed animam ipſam ob-
liget ac obſtringat: & huius violatio non cor
pori modò, ſed animæ diſpendium adferat,
ac interitum. Pactum autem contra bonos
mores,quantumuis iuriſiurandi religione fir
matum ſit, corruit & infirmum habetur: ea-

dem quoq; ratione nec conſuetudine robur ſumere debet. Hanc opinionem tutati ſunt Bald.in l.2.colum. 2. quæ ſit longa conſuetudo.quem ſequitur Alexan.ibidem. & in l.Arthemidoram. & in l. pactum quod dotali.& ibi Iaſon,C.de pactis.Alexand.Iaſon,& Iacobin.de S.Georgio in l.vltim.C.de collat.Alexand.& Iaſon in d.l.ſtipulatio hoc modo cōcepta.Et Iaſon in l. de quibus.ff.de legib.Phil. Dec.conſ.225. Qui tamen parum ſibi hac in cauſa conſtat in d.l.pactum.

22 Quidam † putarunt pactum de non ſuccedendo confirmari poſſe ſtatuto,vel conſuetudine:de ſuccedendo non poſſe.Bartol.in l.pactum.& ibi Bald.Salicet. Angelus,Caſtrenſis, Corneus,C.de collat. quod & Bald. exiſtimauit in d.l.de quibus.ff.de legib.& in l.cùm Arthemidoram,C.vt in poſſeſſ.legat.nomine.Imola in l.ille autem. ff. de hæred. inſtituend. Decius in d.l.pactum.C.de pactis. Viglius in §.acceſſit.tit.de teſtamen. ordinand. Vtuntur hi pro confirmatione ſuæ opinionis conſuetudine Mediolanenſi,& lege Salica ſub titul. de filijs natis ex matrimonio ad Morganaticam contracto, in vſibus feudorum. Et alio textu iuris feudorum,ſub titul.ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dominum & agnatos vaſalli.§.filij nati ex ea vxore. Ratio inſuper diſtinctionis huius adfertur à plerisque, quòd ſuſpicio illa captandæ mortis, nec non ademptio liberæ facultatis teſtandi, ceſſet in pacto de non ſuccedendo:ideò ceſſante ratione legis, ipſam quoque legem ceſſare debere, adſerunt. quemadmodum latè probat Tyraquel.in tract. ceſſante cauſa.

Et inde facilè pactum illud, cum nullam iniquitatis cauſam contineat, conſuetudine confirmari poſſe adſerunt: cùm interim aliud ob delinquendi cauſam improbetur, reijciaturq;.d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.d. l.pactum quod dotali.d.l.ſta l. vlt. C. de pactis, cum ſimilib.

Authoris opinio.

23 Ego puto † hoc caſu minimè diſtinctionē aliquam adhibendam:verùm exiſtimo pactis priuatorum vtroque caſu modum ſucceſſioni datum,ſtatutis,necnon conſuetudine corroborari,firmarique poſſe. Hac principaliter ratione, omnis ſucceſſio aut teſtamento defertur, aut inteſtato obuenit. cùm itaque ea quæ ex teſtamento ad nos deuoluitur, cōſuetudine immutari,& ſolennia iuris ciuilis hoc caſu inuerti poſſint,c.cùm eſſes. extr. de teſtamentis,cum ſimilib.quare non idem quoque in alia ſucceſſione dicemus?Cùm enim hę ſolennitates reſpiciant bonos tantum mores in iis ciuilis, meritò quoque contrarijs ciuium moribus tolli perimiq; poſſunt. l. omnes populi.ff.de iuſtit.& iure.Diuerſum verò dicendum eſt in bonis moribus, qui vel diuinum, vel naturale ius concernunt: quibus lex ciuilis minimè aduerſari poteſt.l.vlt.C.ſi contra ius vel vtilitatem public. in qua quoque opinione eſt Decius,Socin.in l.pactum quod dotali.C.de pactis.

TERTIA QVAESTIO.

An priuata familia certas ſibi ſucceſsionis leges condere poſsit.

Nihil vſitatius eſt in iure noſtro, quā quæſtiones † certas quoq; in dubium vocare: magis id vſu obſeruatur in iis quæ dubitationem vel ἀπορίαν quandam habent. Quare quæſtio hæc ſimiliter diuerſas ſortita eſt & nacta opiniones, ex vnius fundamenti vel adſertione, vel negatione ortas.Quidam enim putant ſtatuendi facultatem iis tantum permiſſam, & indultam eſſe,qui iuriſdictionem habent. Alij,ſtatuendi poteſtatem ex iuriſdictione non dependere adſerunt.Dum in hoc fundamento confligitur,aliqui priuatam familiam circa ſucceſſiones ſtatuere non poſſe, aliqui poſſe,contendunt. In hoc itaque conflictu cum vtrinque doctiſſimi clariſſimique iuris noſtri Interpretes concurrant & inter ſe depugnent, exiſtimaui mei muneris nō eſſe, vtriſque me obijcere,& manifeſto periculo exponere:præſertim cum vtriuſq; partis impetus,apertis legum ſententijs repelli, propulſariq; nequeat, vide Pariſ.conſ.72.num. 11. 12. & ſuprà lib. 12. Tybe.reſp.31.num.71.lib.1. Hoc meatum partium eſſe putaui,quid quiq; ſentirent,referre: iudicium Lectori, diſcretionem iudici relinquere: ſi tamen liberum eſt proferre iudiciū, quid ipſe ſentiam, indicabo. præſertim cùm hi ipſi Interpretes conſtanter non pedem figant,ſed velitationibus rem peragant: nunc cedant,nunc inſtent.Statuendi itaq; poteſtatē ex iuriſdictione vires ſumere, & ſine ea nihil hanc poſſe,tradiderunt plurimi, nempè Bart. in l.omnes populi.in 1 quæſt.ff.de iuſtit & iure Bald.in l.ſi quis iniquum.§.1.ff. quod quiſque iuris,& in l.vlt. & ibi Salic.C.de iuriſdict. om iud.& in l.decernimus. C.de ſacroſ. eccl. & in l.nulli.C.de ſententijs.& in l.2. C.quę ſit longa conſuetudo. & in c. cùm omnes. & ibi Imola,extr.de conſtitut.& in c.cùm cauſa,extrà de ſententia & re iudi.& in tit.de pace Cōſtantiæ.Angel.in l.imperium.ff.de iuriſd.omnium iudic.& l.is cuius. ff. de aqua pluuiali arcenda.Franc.Aretin.in l.teſtamenti factio. ff. de teſtamentis.Socinus in l.1.ff.de iuriſdictio. omnium iudic.Ripa lib.1.Reſponſorum cap. 2.num.14. Anchoranus in c.1.extr.de conſtitutio.Bald. conſ.31. & conſ. 143. & conſ. 267. & conſ.272.lib.1.& conſ.396.lib.4.Alexan.conſ. 311.lib.1. Matth. de Afflictis in præludijs conſtitutionum Siciliæ. 24

Maio.

Maiore hac propoſitione poſita, videlicet Statuere ſolummodò poſſunt, qui iuriſdictione muniti ſunt, ſubiecta minore. Priuatæ familiæ iuriſdictione carent, tanquàm collectione neceſſariò conſequente tradiderunt, inde nec condendi ſtatuti poteſtatem has habere. Ioannes Andreas & Hoſtienſis in c.vlt. extr. de officio ordinarij. Ioan. Andr. in c.vlt. de appellationib. lib.6. Interpretes in c.vlt de hæreticis, lib.6. poſt hos longo tempore Baldus idem docuit in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. & in l. nec quidquam §. vlti. ff. de officio proconſulis. & in l ex duobus. §. vlt. & ibi Imol. ff. de vulgari & pupil. Alex. referens alios & ſimul communi opinione hanc concluſionem receptam, comprobatamque eſſe adſerens, in l.1. ff. quod quiſque iuris. & in l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam. Iaſon in l. ſi quis à filio. §. vlt. ff. de leg.1.

CONTRARIAM OPINIONEM, ex negatione præcedẽtis maioris propoſitionis, parùm ſibi ipſis conſtantes plurimi adſeruerunt: nempè iuriſdictionem ad ſtatutorũ ſubſtantiam non pertinere, ſed citra eam ſtatuta condi, fierive poſſe. Iaſon in d.l. omnes populi. & conſi.71. libr.3. Decius in c. quæ in eccleſiarum. ext. de conſtitutionib. Alciatus in c. quod ſedem, nume.59. extr. de officio ordinarij. Cùm & quilibet populus, & quælibet vniuerſitas ſtatuere de ijs negotijs poſſint, quę eos ſolummodò attingunt, l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. c. ius publicum 1. diſt. nec tamen omnes populi iuriſdictionẽ habeant, ſed plerique ea careant, & deſtituantur. cuius rei exemplum, incommodè quidem, adſerũt de Iureconſultorum reſponſis. Hac maiore, hoc modo deſtructa, concludunt quamlibet familiam conſuetudinem inducere: vel ſtatutum quo ſucceſſionis modum ſibi ponunt, facere poſſe. Idque in teſtamentorum ſolennibus non obſeruandis. Ioan. Andreas tradidit, authoritate Vberti Bobij, in addit. ad Specul. in titu. de inſtrum. edit. §. compendioſè. verſicu. ſed nunquid dicemus. præter hunc multi alij id adſeuerãter docendo ac reſpondendo prodiderunt. Angelus ſibi contrarius, Imola & Raphael Comenſis in l. 3. ff. de teſtamentis. Iaſon ſibi quoque non conſtans, in d. l. omnes populi, colum.9. & ibi Crotus colum 4. de iuſtitia & iure. Campegius in tracta. de dote, in vltim. parte, quæſt 79. Andr de Iſern. in §. prætereà. titu. de prohibita feudi alienat. per Fadericum. Franciſc. Curtius Iunior in 3. parte, in 1. quæſtio. tractat. de feud. Bald. conſi.347. libr.1. Guido Papæ conſi. 131. Socin. conſ.61. lib.3. Carolus Ruinus ſibi contrarius, conſ.19. num.6. & conſ.34. num.5. lib.1. Pariſ. conſ.72. num.11. & 19. lib.4.

Authoris opinio.

26 Quid † nunc agemus? dubij ne prorſus incertique tanquàm [illegible] manebimus an in aliquam horum Interpretum inclinabimus partem? Sanè communi ferè receptioreque opinione adſeritur, quemlibet populum ſiue iuriſdictione munitus ſit, ſiue ea careat, ſtatutorum factionem habere: cùm id ſit, quare non de familia tanquàm populi parte idem dicemus? argumento l. quæ de tota. ff. de rei vend. & l. in toto ff de regulis iuris, cum ſimilib. ſuprà relatis. Verùm quid reſpondebimus, ſi obijciatur ſucceſſionem iuris eſſe publici, & priuatorum pactionibus immutari nõ poſſe, l. ius publicum. ff. de pactis. nec nõ quoque extare rationem conſpicuam, cauſamq́; apertam, quare hæc pacta improbentur, ne videlicet libera teſtatoris voluntas tollatur, vel reſtringatur, ne votum captandæ mortis inducatur. prætereà licet rei ſuæ quilibet moderator ſit, & arbiter l. in re mandata C. mandati. quando tamen poſt mortem ſuam quis diſponere vult, ſpeciali id legis indulgentia conceſſum eſt. Interpretes in l.1. C. de ſacroſ. eccleſijs: quia in id tempus diſpoſitio procedit, quo res amplius ſua non eſt, l. in tempus, ff. de hæredib inſtit. Facit itaque hoc legis indulgentia modò certa forma, ritúq; ſolenni teſtamentum condat, l.3 ff de teſtam. Aliter enim deferri non poteſt ſucceſſio, l.1. ff. de petitione hæredit. l. codicillis § fi. ff. de legat. 2. Quapropter quoties verba contractus nõ obligationem præſentem reſpiciunt, ſed futurã poſt mortem bonorum obuentionem actus eſt nullus: pacto enim hæreditas dari non poteſt, l. hæreditas. ff de pactis conuentis Quid ſi refellamus eorum confirmationẽ (qua collegijs, communitatibus, certæq́; ciuitatis parti, de rebus ad ipſos pertinentibus, ſtauere permiſſum eſſe dicunt) quòd id quidem verũ ſit, citra publici iuris diminutionem, detractionemque: noſtro verò caſu publicum de ſucceſſionibus ius immutari. quod nullo modo priuatorum pactis fieri debet.

Propter hunc itaque contrarium, pugnantemq́; ſententiarum conflictum, variæ à multis efficta ac excogitatæ ſunt ſolutiones: nempè, quòd vna domus vel progenies, vt ipſi loquuntur, poſſit & ſtatuere, & conſuetudinem inducere, de his quæ pertinẽt ad modum expediendi ea quæ incumbunt domui. aut progeniei: veluti circa onera inter eos diuidenda Diuerſum. In his quæ pertinent ad autorum deciſionem. Item hanc familiæ conuentionem confirmatam à populo valere, citra eam nihil virium habere, argum. eorum quæ tradit Bart. in d. l omnes populi, num.17. Iaſ. nu.41. & in l. de quibus nu 15 ff. de legib.

Authoris opinio.

Ego † hiſce omiſſis, exiſtimo priuatis fa- 27

milias,quæ omni carẽt iuriſdictione,neque aliàs ſtatutorum conficiẽdorum poteſtatem habent, proprias ſucceſſionis leges valituras condere ſibi non poſſe, conditas tamen & à principe confirmaras valere : citra eius verò confirmationem nullius eſſe momenti, nullumque prorſus robur habere, arg l.fin.C.de teſtib.& l.ſi quid extraordinarium.C.de legationib.libr.10. Bald. in l.humanum. in 4.notab.C.de legib.& in l.ſi.C.de iuriſd. omnium iudic Ioan.Baptiſta in d.l.omnes populi.nu. 8. Innoc. in c.ad ſedem. extr.de reſtitutione ſpoliatorum.addo inſuper hanc moderationem,in hac ſucceſſionnm tractatione extenſionem minimè admittendam eſſe:hoc eſt,à familia imperraium certum ſucceſſionis ab inteſtato modum, ad eam quæ ex teſtamento defertur, ſucceſſionem non transferri debere: idemq; vice verſa, nec de gradu in gradum deſcendenri, puta,ad collaterales, vel è contrà,obſeruari oporrere. per ea quæ tradit Bart.& alij in l.poſt dotem.ff.ſoluto matrim. & in Auth.qui rem.C de ſacroſ.eccleſ. Bald. in Auth.quas ruinas.C.eod.titu.& in l.etiam. ff.ſoluto matrimonio. & in l. ſi pupillorum. ff.de rebus eorum. Imol.in l.quod dicitur.ff. de verbor.obligat. Anchoran.conſil.339. Carolus Ruinus conſil.208.num.2.lib.1.& conſ. 108.lib.2.& conſ.9.lib.3.

QVARTA QVAESTIO.

27 Quidam † priuatus exiſtens, liberos ex iuſto matrimonio ſuſcepit : deinde ad dignitatem vel Regiam, vel Electoralem, vel aliam, in qua ius primogenituræ obſeruatur, euectus,alijs liberis auctus eſt. quæſtionis fuit apud Veteres, ad ſucceſſionem conſequẽdam primogenitusne is dici debeat, qui primus ex martimonio in hanc lucem prodijt,an is qui primus in dignitate patre conſtituto, hanc mortalem vitam nactus eſt.

Cùm in iure noſtro,non de omnibus caſibus qui in quæſtionem veniunt, expreſſim & ſpeciarim aliquid decidatur. ius enim noſtrũ finitum , certiſque legibus circumſcriptum eſt,caſus autem ſunt infiniti. Ideo argumentatione quadam vel ratiocinatione caſus expreſſos ad ſimiles transferimus , ex ijsque negotia propoſita dirimimus ac determinamus : id in hac quoque factum eſt quæſtione. Verùm quia magna eſt iudiciorum diuerſitas, & nõnunquàm à veris ſententijs ἐλογικῇ quadam diſceditur:ita in hac quæſtione non modò tam difficili quàm atdua, variatum eſt opinionibus , certum verò firmumque nihil deciſum,nihil traditum. Breuibus itaq; quid vel affirmando,vel negando obtineri hoc in negotio poſſit, videbimus : & ſi in dubijs ſententia libera cuique eſt, quid nobis videatur, indicabimus.

Opinio affirmatiua, qua aſſeritur, eum qui in regno primus natus eſt, primogenitum cenſeri.

Affirmando † itaque, eum qui poſt digni- 29
tarem à patre adeptam, in hanc lucem prodijt,primogenitum cenſeri,& in eo iure cęteris prioribus anteponi, multorũ, eorundemque præcipuorum ferè iuris noſtri Interpretum probari poteſt authoritatibus. Dynus in l.2.§.in filijs.ff.de decurionibus.Cynus in l.emancipatum.ff.de ſenatoribus. Alberic.Raphael Fulgoſ.in l.ſenatoris. & ibi Iacobus Rauani.ff.eod. Bald.in l. Imperialis.C. de nnprijs. Lucas de Penna in l.ſi ſenator.C.de ſenatorib.libr.12. Nicol.Peruſ.in tractatu de Succeſſionibus. in 1.parte, in ſexta ſpecie liberorum. Panorm. in c.licet. extrà,de voto.Philippus Decius in c. inter cæteras. extrà, de reſcriptis. Andr.Alciat.in l.bona fides.ff.depoſiti. Catrellianus Cotta in memorabilib.in verb. primogenitus. Horum omniũ opinio confirmari poreſt aliquor principum reſcriptis, quibus filij ante decurionatum nati priuilegijs parentũ non fiuuntur : ſed illi tantũ, qui patre decurione geniti ſunt,l.ſi quis decurio,aut ſubiectus,l doctitij,l.neminem.l.diuę memoriæ,l.vlti.C.de decurionib.libr.10.l.ex libera.C.de ſuis & legitim. Idem de filio militantis in ſchola agentium reſcripſit Leo: Si verò,inquit, poſtquàm adeptus fuerit principatum,ediderit filium : is qui natus eſt,etiam ſi in ſchola deuotiſſimorum agentium in rebus,militiam ſortitus non fuerit, ita liber ſit ac ſecurus,vt nec vllis cohortalis officij nexibus obligetur,quaſi iam ex patre libero, & ab hac conditione penitùs alieno, progenitus: cuius legis authoritate Lucas de Penna aſſerit, dignitatem patris nullum commodũ adferre filio antè uato.Et Ioannes de Platea indubitanter tradit, non dici filium Principis, qui antequàm pater principatum adſequeretur,natus eſt. Huc etiam pertinet quod alibi reſcriptum eſt, filium qui ante dignitatem à patre ſuſceptam in lucem prodijt, non ſequi paternã dignitatem, l. ſi ſenator.C.de dignitatib.lib.12.Præterea generale quoq; eſt,filios eam parentũ dignitatem ant cõditionem ſequi,in qua patentes vel tempore natiuitatis, vel conceptionis conſtituti fuerũt, & poſiti, l.2.C.de liberis & eorum libertis. Quemadmodum etiam filio naro poſt dignitatem amiſſam.dignitas illa nihil prodeſt,l.emancipatũ.§.1.ff.de ſenatorib. Quemadmodũ item è diuerſo non dicitur filius ſcenicæ,qui ſuſceptus eſt, poſtquàm mater deſijt ſcenica eſſe,l. imperialis.§. illud his adiungimus.C.de nuprijs.Argumento haberi poteſt id quod Pariſius ſcripſit deportato patrono filio eius cõpe-

tere

tere bonorum poſſeſſionem in bona liberti: nec impedimento ei eſſe talem patronum. l. ſi necem §. ſi deportatus. ff. de bonis libertorum.

30 Hinc † itaque ab Interpretibus traditum eſt, eum qui in hāc lucem prodijt, antequàm pater ad regnum adſciſceretur, vel ſacerdotio cohoneſtaretur, vel nobilitate amplificaretur, nec regis, nec ſacerdotis, nec nobilis filium dicendum eſſe. Accurſ. in l. Imperialis. § illud. C. de nuptijs. Bart. in l. ſi ſenator. C. de dignitatibus, lib. 12. & in l. cùm ſatis. & ibi Io. de Platea C. de agricolis & cenſitis. lib. 11. Bal. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. Petrus Anchoran. & Philip. Franc. in c. ne aliqui. de priuilegijs libr. 6. Ioan. de Anania in c. 2. extra, de Iudæis. Cardin. Alexand. in c. cùm itaque. 1. q. 4. Anton. Corſet. in tracta. de excellentia & poteſtate regia, quæſt. 219. Ex quo conſequitur, eos nec priuilegijs conceſſis regibus, nobilibus, & eorum filijs, frui & gaudere. Anchor. & Philip. Franc. in d. c. ne aliqui. Ioan. de Platea in l. cùm adoptiuū. C. de decurionib. lib. 10. Nec illuſtres nec nobiles effici. Accurſ. in l. Senatoris filium. ff. de ſenatoribus. nec denique in regno, vel alia illuſtri eminentique dignitate ſuccedere. Dynus in d. l. 2. § in filijs. ff. de decurionib. Cynus in l. emancipatum. ff. de ſenatorib. & alij, in principio huius quæſtionis relati.

31 Refertur † ab Herodoto & Iuſtino ſimilis hiſtoria de filijs Darij Hyſtaſpis. Cùm Darius Hyſtaſpis filius, Perſarum rex, aduerſus Græcos Aegyptioſque pararet exercitum, ingens inter eius liberos de principatu orta eſt diſſenſio: quoniam ex inſtituto Perſarum oportebat ita demùm regem ire in expeditionem, cùm regem ſucceſſorem declaraſſet. Erant autem Dario multi filij & in regno, & ante regnum ſuſcepti. Ex his Artobazanes maximus natu, ætatis priuilegio regnum ſibi vendicabat, quod ius & ordo naſcendi, & natura ipſa gentibus dedit. Porrò Xerxes controuerſiam non de origine, ſed de naſcendi fœlicitate referebat. Namque Artobazanem primùm quidem Dario, ſed priuato proueniſſe: ſe regi primum natum dicebat. Fratres itaq; ſuos, qui antè geniti eſſent priuato, priuatum patrimonium, quòd eo tempore Darius habuiſſet, non regnum ſibi vendicare poſſe: ſe eſſe, quem primum pater in regnum ſuſtulerit. Huc accedere, quòd Artobazanes non patre tantùm, ſed & matre priuatę fortunę, auo quoque materno priuato creatus ſit: ſe verò & matre regina natum, & patrem non niſi regem vidiſſe: auum quoque maternum Cyrum ſe regem habuiſſe, non hæredē, ſed conditorem tanti regni. Itaque etſi æquo iure vtrumque fratrem pater reliquiſſet, materno ſe tamē iure & auito vincere. Hoc certamen concordi animo ad patruum ſuū Artaphernem veluti ad domeſticum iudicem deferūt, qui domi cognita cauſa, Xerxem præpoſuit: adeoq; fraterna contentio fuit, vt nec victor exultauerit, nec victus indoluerit: ipſoq; litis tempore inuicem munera miſerint: & iucunda quoq; inter ſe, non ſolùm credula conuiuia habuerint: iudicium quoq; ipſum ſine arbitris, ſine cōuicio fuerit. Tantò moderatius tum fratres inter ſe regna maxima diuidebāt, quantò nunc exigua patrimonia partiuntur.

Opinio media.

Hactenùs omiſſa longa diſputatione, quæ facilè acutis conquiſitiſque rationibus ſtrui poteſt, breuiſſimè retuli quibus rationibus in iure noſtro comprehenſis, affirmatio vel aſſertio, qua filius primogenitus is eſſe dicitur qui in regno creatus eſt, comprobari & firmari poſſit. Nunc videndum eſt, verene hoc ab Interpretibus dicatur: an nimium dignitatis ipſius conſiderationem hi habuiſſe exiſtimentur, cùm ius & ordo naſcendi, & natura, plurimum etiam hac in parte ſibi vendicare debeant. Referam itaque primò aliorum quorundam diſtinctiones, deinde quid mihi hoc in negotio æquum bonumque videatur, indicabo.

Quidam igitur hanc aſſertionem indifferenter non accipiunt, verùm ad diſtinctiones confugiunt, exque ijs iudicium dirimere ac dijudicare conantur.

Primi † itaque ipſa verba conſtitutionum regni, quibus ſucceſſio in dignitatem paternam primogenito indulgetur, diligenter inſpicienda eſſe tradunt, conceptane ea ſint de primogenito ſimpliciter, an additum de primogenito Regis, vel Comitis, vel ſimiliū, qui commodum aliquod ac emolumentum ex primogenitura habent. Illo enim caſu primogenitum, patre priuato exiſtente, natum præferri: hoc verò alium qui in regno ſuſceptus eſt, vincere putant. cuius rei argumentum eſſe poteſt, quòd † qualitas iuncta verbo intelligatur ſecundum tempus verbi. Sic teſtamentum, ab eo qui poſteà Tribunus legionis factus eſt, ſcriptum militare nō cenſetur, l. Titius. de teſtamento militari. Sic is qui extraneo adſcripſit legatum, licet is poſteà viuo teſtatore in poteſtate habere cœperit, Senatuſconſulto de falſis non tenetur, l. de eo. §. vlt. ff. ad legem Cornel. de falſis. Sic quoque qualitas quæ nō fuit tempore maleficij, id aggrauare deinde nequit, l. in delictis. §. ſi damnum. ff. de noxal. actionib. Ita noſtro pariter caſu dicendum eſt, quando verbum primogeniti adiectionem qualitatis paternę adiunctam non habet, & iuri gentium, & ordini, & naturæ locum fieri: eumq; ſuccedere, qui ante regiam dignitatem, vel decurionatum ſuſceptus 32 33

ſceptus eſt: è diuerſo qualitas addita, aliud ſuadet, nempè in dignitate primò natum alteri anteponi, præferrique debere. Hanc diſtinctionem ſequitur Alu. Abbot & Cardina. Alexan. in tit. de feudo Marchiæ, in vſibus feudorum. & Felin. in c. prudentiam. extrà, de officio iudicis delegati.

34 Alij perpendũt, regnumne auitum fuerit, an à priuato modo quæſitum. in illo primogenitum ex naſcendi fœlicitate præferunt, in altero caſu in regia dignitate patre conſtituto, ſuſceptum anteponunt, repetita hinc Phyſicorum doctrina. Nam accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid. Qualitas autem adueniens enti qualificat & diuerſificat illud ens: c licet canõ. c. ſtatutum. de elect. lib. 6. Cùm ergo qualitas regalis adueniat enti poſt eſſe completum, & ſic poſt filium natum. Ergo non debet trahi retrò ad tempus in quo non erat illa dignitas.

35 Tertij † relicta aui qualitate, necnon verbis conſtitutionum, quibus ius primogenituræ defertur, diſtinctionem à bonis eius qui ad regium euectus eſt faſtigium excogitant. In hæreditarijs enim rebus, naturæ fœlicitate primogenitũ ſuccedere: in regno verò quod electione, aut alia cauſa citra hæreditatem obuenit, alterius qui patre rege genitus eſt: partes potiores eſſe, volunt & opinantur. Cuius quidem opinionis authores ſunt Guiliel. mus Cumanus in l. ſi ſenator. C. de dignitatibus, libr. 12. Ioan. Raynutius in c. præterea du. catus. titu de prohibita feudi alienatione per Fridericum. Bened. in c. Raynutius. in verb. in eodem teſtamento, nume 200. extrà, de teſtamentis. Iacob. de ſancto Georgio in tractatu feudorum, colum. 4.

Opinio negatiua, qua adſeritur, quoad ſucceſsionẽ in ius primogenituræ, eum cenſeri primogenitum, quem naturæ fœlicitas & priuilegium ætatis primum fecit, non alterum qui primus in regno ſuſceptus eſt. Quæ opinio verior eſt.

In omni quæ de quacunque re ſuſcipitur diſputatio, prima ferè omniũ diſſolutio accipi ſolet ex eorum qui de re ea ſcripſerunt iudicio traditisque, pòſt deuenitur ad rationes: ſic nos quoque primo videbimus, iuriſne authoritate hanc comprobare, alias infirmare poſſimus: pòſt ſi rationibus aliunde petitis, propoſito tamen noſtro accommodis certandum ſit, affirmatiuamne ſuperare & vin-

36 cere queamus opinionem? Ac † initiò ſatis commodè hanc ipſam opinionem Vlpiani reſponſum comprobat, qui ſenatoris filiũ dicit non tantùm accipiendũ eſſe eum qui naturalis eſt, verùm adoptiuum quoque: nec referre in ſenatoria dignitate conſtitutus cum ſuſceperit, an ante dignitatem ſenatoriam, l. ſenatoris filiũ ff. de ſenatorib. Sic alibi ſcribit, decurionis filium dici, qui natus eſt ex decurione. ſed & qui antequã pater decurio fieret, natus eſt, ne fuſtibus caſtigetur, ne in metallũ detur, l. 2. §. in filijs. ff. de decurionib. & iterũ: Omnibus liberis ne pœnis afficiatur prodeſſe, nõ modò qui poſt decurionatum, ſed etiã in plebeia familia ſuſcepti ſunt, l. moris. §. ſed vtrùm. ff. de pœnis Ita quoq; Theodoſius reſcripſit, aduocatum fiſci, à cohortis vel alterius vilioris conditionis nexibus cum liberis quandoq; genitis, liberos cuſtodiri, l. cùm aduocatiõ. C. de aduocatis diuerſorũ iudiciorum. Idem quoq; ſanciuit Anaſtaſius, vt aduocati præfecti, in aduocatis fiſci adſumpti, vnà cum liberis iam natis, vel poſteà procreandis, ab omni cohortalis, ſeu cuiuſlibet deterioris vinculo immunes ac liberi ſint, l. a. C. de aduocatis diuerſorũ iudicũ. Et Leo expreſſè in certa facti ſpecie reſcripſit, eum qui ante paternas illuſtres dignitates natus eſt, nullam inquietudinem pro curiali genere & conditione ſuſtinere debere, necnon liberos, qui vel iam ſunt, vel futuri ſunt, l neq; Dorotheum. C. de decurionib. lib. 10. In conſpicuo itaq; eſt, quoad dignitates paternas, quoad priuilegia, quoad immunitates nullum diſcrimẽ eſſe inter liberos ante dignitatem natos, & qui pòſt eſſe cœperunt. Inde † Baldus ſcri- 37
bit, quòd in fauorabilibus factum patris indiſtinctè ac ſine delectu & diſcrimine proſit liberis, tam natis, quàm naſcituris: ideoque recepto patre ad ciuitatem vel extimũ, omnes filij gaudeant eo extimo, l. a. C. qui ætate ſe excuſant, lib. 10. & latè in l. vlt. & ibi Alex. Corn. Franciſc. Aret. Iaſ. & Decius, C. de impuberum & alijs ſubſtit. At quid dicemus in ſucceſſione dignitatis adipiſcenda? Sanè aperta euidensq; eſt ratio (niſi expreſſim cõſtitutionibus ſanciatur primogenitum regi in dignitate poſito natum ſuccedere debere) eius quem ætatis priuilegium primum fecit potiorem eſſe cauſam. Certi enim iuris eſt, ſucceſſionem poſt mortem cõpetere, l. 1. § ſi impubes. ff. de collationibus. Is autem qui ante regnum natus eſt, ætatis priuilegio, naturæque fœlicitate primus eſt mortis tempore. Meritò igitur cæteris præferri debet, l. ſi quis filio exhæredato. ff. de iniuſto rupto & irrito facto teſtamento, l capitis. C. vnde cognati, l. 1. §. proximus ff. eo. l. non intelligitur. § quando. ff de iure fiſci. §. proximus. Inſtit. de legitima agnatorum ſucceſſ. præſertim † cùm non 38
oporteat quæri de conditione alicuius, niſi quando legatum vel hæreditas ad eum pertineat, l. non oportet. ff. de legat. 2. l. interuenit. ff. de legatis præſtandis. Conſequetetur inde

inde abſurdum, filium vnicum ante partum regnum in hanc lucem productum, ſucceſſorem idoneum non fore, quod falſiſſimũ eſſe communi experientia conſtat: necnõ & hoc quod ad proximiores ſucceſſio non ſpectaret, contra iuris naturæq; præſcriptum: deniqque quod in quibuſdam tantùm bonis ſuccederẽt, in alijs poſt dignitatem acquiſitam nihil iuris haberent, quod eſt contra omnem æquitatem, expreſſamque iuris traditionem, l.1.C.vnde liberi. l.ſi poſt mortem.§.vlt.ff.de bonorum poſſeſſ. cõtra tabulas l.inter filios. C familiæ erciſcundæ. Auth.in ſucceſſione. C.de ſuis & legitimis, arg l.penul.C.communi diuidundo.l.vlt.C. communia vtriuſque iudicij, l.vt liberis.l.illud.§.vlt.C.de collationib.arg l quæſitum.§ ſed ipſe.ff.de fundo inſtructo.l.Lu-ius ff.de vulgari & pupillari.l.in teſtamento C.de militari teſtamento, l. 2.l. quamuis.C. de impuberum & alijs ſubſtitutionibus, Quo pertinent, & argumenti loco eſſe poſſunt multorum Interpretum tradita. Bald.in l.filiæ.C.familiæ erciſ. Socin.in l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad S.C. Trebell. Bald. Ang.& Salic.in l.in teſtamento C.de teſtam. militari.Philipp.Deci.in l.1.C.vnde liberi.& conſi.41.& conſi 43.& conſ.319 & conſ.349. & 361.Alex conſi. 163.libr.6.Roman.conſ.385. Patiſ.conſ.24.nu.13.lib.2.

Præterea aliàs quoque regulare eſt, quod mortuo primogenito ſine liberis, ſuccedat ſecundo genitus, qui tum primum locum habere incipit. Matth.de Afflict.in c.1.nume.7. tit.hic finit lex, & incipiunt conſuetudines, & in c 1.tit. de filijs natis ex matrim. ad morganaticam. Alberic.in prooemio Digeſtorum.

39 Primogenitus † verò is dicitur, qui tempore mortis patris alios antecedit. Quia ſucceſſio habet naturam relationis ad tempus mortis, & ideo inſpicitur prioritas, quæ tũc in rerum natura verſatur, l.ex facto §.penult.ff.ad S.C. Trebel.§.proximus.Inſti.de legit.agnatorum ſucceſſ. Bald.in l.2.C.de iure emphyteutico. Alciatus in l.proximus.ff.de verbor. ſignific. Sic in ſimili exiſtente conſuetudine, vt primogenitus ex primo matrimonio ſuccedat in Baronia: quidam Baro tres vxores habuit, ex prima nullos liberos ſuſcepit, ex alijs multos. primogenitus ſecundi matrimonij, vi conſuetudinis vel ſtatuti dicit baroniam ad ſe pertinere. alij repulſione vtũtur, quòd verba in primogenitum concepta ſint: & quòd is intelligi debeat, qui ex primo natus eſt matrimonio. Traditum itaque eſt à quibuſdam, ad primogenitum ſecundi matrimonij baroniam pertinere, quia ſecundum matrimonium reſpectu tertij elicitur primum: & proptereà is dicitur filius primogenitus primi matrimonij, reſpectu ſequentium, Iacob. Aretin.Cynus, Alberic.& Bald.in l.ſi quis prioris C. de ſecund. nuptijs. Vnde ibidem Baldus ſubijcit: Si ex pluribꝰ matrimonijs liberi ſint, & is qui ex primo matrimonio primum locum obtinet, repudiet baroniam, quòd ille qui eum ſequitur, eam obtinere debeat. Refert exemplũ de Ludouico Apuliæ Rege, qui ſe ſodalitio Frãciſcano addixerat, cuius quidem rei ratio plana eſt.

Nam † dignitas quæ recedit ab indigno, 40
applicatur proximiori gradui, arg.l.3.§.emancipati.ff.de bonor. poſſeſſ. contra tab.c.licet, ext.de voto. Andreas de Iſern.& Card.in tit. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. Martin.Laudenſ.in tracta.de principib.Corſet.in tracta.de poteſtate & excellen.reg.quæſtio.74. Bellamer.conſil.33. argumento eius, quod multi conſulti reſponderunt. Anchor. conſi.27. Roman.conſi.438. Barbatia, conſil. 27.lib.1.& conſi.18 lib.2.Socin.conſi.113.lib.1. Carol.Ruin.conſi.119.nu.14.lib.2. Stephanus Bertran.conſi.23.nu.9.lib.4.

Cùm itaque in ſucceſſionibus dignitatum ordo naturæ inſpiciatur, indubitatum eſt, primogenitum ætatis priuilegio, & naturæ fœlicitate in dignitate paterna ſuccedere, alterumque in regno ſuſceptum, ab ea repelli: quod plurimi quoque noſtri docẽdo & conſulendo prodiderunt. Salicetus in l.imperialis.§.illud.C.de nuptijs. Alexan.in addit. Baldi in l. cùm in antiquiorib.C.de iure deliberandi.Franciſ.Ripa in c.inter cæteras.extr.de reſcriptis. Hæc breuiter ad quæſtionis huius explicationem adferre volui, plura poterunt ij addere, qui conſilio ſuo hoc negotium dirimere volent, qua in re authoritatibus hic adductis facilè adiuuabuntur.

QVINTA QVAESTIO.

Quamdiu duret ius ſucceſsionis ab inteſtato.

In † hac quæſt. diſtinguendi ſunt collate- 41
rales à deſcendentibus, bona allodialia à feudalibus vetus ius à Iuſtiniani conſtitutione. Olim itaque hoc eſt lege 12. Tabularum & edicto prætoris agnationis iure admittebantur ad hæreditatem, etſi decimo erant gradu: Proximitatis verò nomine, his ſolis prætor bonorum poſſeſſionem dabat; qui vſque ad ſextum cognationis gradum erant, & ex ſeptimo à ſobrino, ſobrinave nato, natave.§. fin.Inſt.de ſucceſſ.cognatorum. Sublata verò à Iuſtiniano omni cognationis & agnationis, ſuorum & emancipatorum differentia. Authen.de hæred.ab inteſt.venientib. hodiè tam agnati quàm cognati vſq; ad decimum tantùm gradum ſuccedunt. Accurſ.in Auth. in ſucceſſione. & ibi Barto.C.de ſuis & legitimis liberis.& in l.vlt.& ibi Bal.& alij.C.vnde legitimi.& in l.Iuriſcõſultus.§.parẽtes. & ibi

Alberic.

Alberic.ff.de gradib.affin. & in l.vacantia.C. de bonis vacantib. & in §.vlt. & ibi Ioan.Fabri. Inſtitu.de ſucceſſione cognat. & in §.hactenùs Inſtit de gradib.cognat. & in §.ſi verò neque fratres.in Authen.de hæred.ab inteſtato venientib. Azo in Summa Cod.de legitimis hæred. Hoſtienſ. in Summa, de conſanguinitate & affinitate.Cynus in l cùm rem alienam.C de legatis. Bal.Martinus Laudenſ. & Card.Alexan tit.de feudo Marchiæ.

42 Sic † fideicommiſſum, ſic legatum vni ex conſanguineis relictũ, intelligitur de his qui ſunt intra decimum gradum, non de vlteriorib.gloſſ.in c.poſtremò, & ibi Interpretes.extra,de appellationib.Anchoran.conſ.314.lib.3.Caſtrenſ.conſ.383.libr.1. Decius conſ.321.& conſ.323. Alciat.in l. pronunciatio.ff.de verbor.ſign.

In deſcendentium verò ordine ſucceſſio in infinitum propagatur & deriuatur: cùm hæc ipſa ſucceſſio ſit ius ſanguinis, l.ius agnationis, 34 ff.de pactis. Accurſ.in §. ergo non omnes.Inſt.de nuptijs,cum ſimilib.

In comitatu verò & baronia,quoad agnatos primi ſtipitis ſucceditur in infinitũ. Angel.in l.ſciant.C.de legitimis hæredib. Angelus Aretin.in § ſi plures. Inſtitu. de legitima agnatorum ſucceſſ. Cardin.Alexand.titu qui feudum pare poſſunt. Iaſon in l. exigendi.C. de procurat. Bald conſ.469.lib.1.& conſ.129. & conſi.293.libr.2. & conſ.330. libr.3. Benedictus Capra conſi 1. & conſi.136. Philipp. Dec. conſ.85.

Hæ ferè ſunt quæſtiones quæ frequenter proponi ſolent,quas quidem non ſolenniter diſcuſſas, ſed breuiter deciſas proponere volui. Nunc ad aliam legitimorum liberorum ſpéciem accedamus.

FINIS LIBRI QVARTI.

VALENTINI FORSTERI
IVRECONSVLTI PRAECLARISS.
DE SVCCESSIONE LIBERORVM CIVILIVM, VEL ADOPTIVORVM.

LIBER QVINTVS.

CAPVT I.

Liberi ciuiles vel legitimi, aut adoptiui qui dicantur.

SVMMARIA.

1 *Liberi legitimi qui dicantur.*
2 *Legitimorum liberorum duplex conſideratio.*
3 *Adoptio, item Arrogatio quomodo fiant.*
4 *Arrogatio vnde dicta.*
5 *Pupilli non arrogantur neq; mulieres alienæ poteſtatis.*
6 *Libertini quatenus ab ingenuis adoptari poſſunt.*

1 LIBERI † legitimi hi dicuntur, qui nõ ex nobis immediatè procreati, ſuſceptique ſunt: ſed quos ipſa lex liberos faciat, ad naturæ imitationẽ. Eſt enim adoptio iure ciuili inuenta, l.1. ff. de adoptionibus. §. minorem. Inſtit.eod.vnde & cognatio legalis dicitur.

2 Horum † autem liberorum duplex eſt conditio. Quidam enim adoptiui dicuntur, quidam arrogati. Adoptantur filijfamilias, qui in patris ſui poteſtate cõſtituti ſunt. arrogantur, qui ſui iuris ſunt. Huius adoptionis formulam recitat Gellius cap.19.lib.5. Cuius verba propter antiquitatis cognitionem adſcribam. Cùm in alienam familiam, inque liberorum locum extranei ſumũtur, aut per prætorem fit, aut per populum: quod per prætorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum arrogatio.

A doptantur † autem cùm à parente, in cuius poteſtate ſunt tertia emancipatione in iure ceduntur. Atque ab eo qui adoptat, apud eum apud quem legis actio eſt, vindicantur. Arrogantur ij qui cùm ſui iuris ſint, in alienam ſeſe poteſtatem tradunt, eiusque rei ipſi auctores fiunt: ſed arrogationes non temerè, nec inexploratè committuntur. Nam comitia arbitris etiam pontificibus præbentur, quæ curiata appellantur. Aetas quoque eius qui arrogare vult, an liberis potiùs gignundis idonea ſit, bonaque eius qui arrogatur, ne inſidioſe appetita ſint, conſiderantur. Iusqueiurandum à Q. Mutio Pont. Max. conceptum dicitur, quòd in arrogando iuraretur. Sed arrogari non poteſt, niſi iam veſticeps. Arrogatio † autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam tranſitus per populi rogationem fit. eius rogationis verba hæc ſunt: Velitis, iubeatis. iubeatis vti L. Valerius L. Titio tam iure, legeque filius ſibi ſiet, quàm ſi ex eo patre matreq; familias eius natus eſſet. Vtique ei vitæ necisque in eum poteſtas ſiet,

ſiet, vti pariendo filio eſt: hoc ita vt dixi, ita
5 vos Quirites rogo. Neque † pupillus autem, neq; mulier quæ in parentis poteſtate eſt, ar-rogari poſſunt. Quoniam & enim fœminis nulla comitiorum communio eſt: & tutoti-bus in pupillos tantam eſſe authoritatem, po teſtatemque fas non eſt, vt caput liberum fi-dei ſuæ commiſſum, alienæ ditioni ſubijciat.

Libertinos † verò ab ingenuis adoptari quidem iure poſſe, Maſſurius Sabinus ſcri-pſit. Sed id neque permitti dicit, neque per-mittendum eſſe vnquàm putat, vt homines, libertini ordinis per adoptionem iura inge-nuorum inuadant. Alioquin, inquit, ſi iuris iſta antiquitas ſeruetur, etiam ſeruus à domi-no per prætorem dati in adoptionem poteſt: Idque, ait, pleroſque iuris veteris autores poſ-ſe fieri, ſcripſiſſe. Animaduertimus in orati-one P. Scipionis, quam Cenſor habuit ad po-pulum de moribus, inter ea quæ reprehende-bat, quòd contra maiorum inſtituta fierent: id etiam eum culpauiſſe, quòd filius adopti-uus patri adoptatori inter præmia patrū pro-deſſet. Verba ex ea oratione hæc ſunt: In alia tribu patrem, in alia filium ſuffragium ferre. Filium adoptiuum tam procedere, quàm ſi ſe natum habeat, abſentis cenſeri iubere, vt ad cenſum nemini neceſſe ſit euenire.

CAPVT II.

Adoptiui filij quomodo ſuccedant patri adoptanti, vel adoptiuo.

SVMMARIA.

1 *Filiusfamiliâs à patre extraneo datus in adoptionem, in poteſtate patris ſui manet, & adoptanti ab inteſtato ſuccedit.*

2 *Adoptatus cum liberis naturalibus & legitimis adoptantis ſuccedit.*

3 *Adoptatus filius in ſucceßione patris adoptantis præfertur aſcendentibus.*

4 *Adoptatus in bonis adoptantis ius ſuitatis habet.*

6 *Adoptatus ſuccedit adoptanti ſi in adoptione permanſerit.*

6 *Adoptans pater adoptiuo nihil relinquere cogitur in teſtamento.*

7 *Adoptatus propriè non eſt filius.*

8 *Adoptatus filius non facit ceſſare conditionem, ſi ſine filijs.*

9 *Statuti verba non verificantur in caſu ficto.*

10 *Adoptiui filij cum naturalibus in viriles ſuccedunt adoptanti.*

11 *Patri adoptiuo an eadem quæ patri naturali debeatur reuerentia. nu. 12. & 14.*

13 *Dictio taxatiua, omnes caſus non expreſſos excludit.*

15 *Reuerentia non ſola poteſtas patria impedit ſine venia in ius vocationem.*

16 *Reuerentia qualis intelligatur in edicto de in ius vocando.*

Communis eſt hac in re iuris traditio, vt conſideretur & inſpiciatur, an ab extraneo adoptatus quis ſit, an verò ab aſcendente, hoc eſt auo.

I. CONCLVSIO.

De filio, qui ab extraneo adoptatus eſt.

Filiusfamiliâs † à patre naturali & legiti- 1
mo extraneæ perſonæ in adoptionem datus, licet in adoptantis poteſtatem minimè tranſeat, ab inteſtato tamen ei ſuccedit. §. ſed hodiè. Inſtitu. de adoptionibus. §. ſed ea omnia. verſi. Inuenimus. Inſt. de hæredit. quæ ab inteſtato deferuntur. Et ita quidem omnia iura patri naturali integra, illibataq; permanent, vt nunquàm in adoptionem datus fuiſſe exiſtimetur, l. penult. §. 1. C. de adoptio. Ideoque in bonis per adoptionem filio quæſitis, pater naturalis vſumfructum habet.

AMPLIATIO I. Quæ † ſucceſſio eti- 2
am locum habet, quando pater adoptiuus liberos poſthumos & naturales, hoc eſt, ex iuſto matrimonio ante vel poſt quæſitos, ſuperſtites habet. Nam nihilominùs adoptatus vnà cū natural. & legitimis ad viriles portiones vocatur, l. ſi te parens. §. C. de ſuis & legitimis hæredibus. Nec obſtat Authent. in ſucceſſione. in verb. ſola naturali. C. eod. Quia ea verba minimè ad adoptionem ſunt referenda: ſed ad differentiam patriæ poteſtatis, & emancipationis, ſexus.

AMPLIATIO II. Necnon † quoque 3
adoptatus ab inteſtato defuncto patri adoptiuo ſuccedit, etiamſi ſuperſtitem habeai adoptiuus pater aſcendentem, patrem nempè, vel auum, auiamve: nihilominùs ſi ſolus eſt, aſcendētibus in ſucceſſione ab inteſtato præponitur. Quod de rigore iuris verum eſſe ait Ange. In §. ſed ea omnia, nu. 6. Inſti. de ſucceſſionibus quæ ab inteſtato deferuntur.

Filius † enim adoptiuus in adoptantis pa- 4
tris bonis ius ſui hæredis obtinet, l. cùm in adoptiuis. 10. ſed ſiquidem in fi. C. de adoptionib. Sui verò heredes, extantes aſcendentes excludunt & ſemonent, § 1. Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſtat. l. 2. §. liberi. ff. ad S. C. Tertyl. Liberi, inquit Vlpia. defuncti, ſui quidem obſtabunt matri eius, tam virilis ſexus quàm fœminini, tam naturalis quàm adoptiui.

Diuerſum verò, ipſa æquitate ſuadente & ſuggerente, obſeruatur. Eo verò caſu, quando in fraudem parentum adoptio facta eſt, vt hac adoptione parentes hereditate priuentur & intercipiantur, l. 1. C. de inoffic. donationib. locus fiet. Omne † autem hoc quod 5
de ſucceſſione ab inteſtato dictum eſt, in filio adoptato, cum hoc moderamine intelligendum eſt, vt tum locum habeat, quando filius adoptatus in adoptione manſerit. Poſteaquàm enim adoptionis iura fuerint diſſoluta, nullus ei penitùs regreſſus erit ad ado-

ptiuum patrem extraneum,ſi moriatur inte
ſtatus:idemq́ue prorſus eſt,ac ſi in adoptionẽ
datus nunquàm fuiſſet, d.l.cùm in adoptiuis.
10.§.ſin autem.C. de adoptionibus: Quia fi-
lio naturali iura quidem naturæ integra ſem
per ſaluaq́; permanent Adoptatus verò, qui
ciuili vinculo aggregatus ad aliam familiam
eſt,ſimili vinculo diſſolui ab eadem, ſeiũgiq́;
poteſt. Nihil enim tam naturale eſt, vt I.C.
ait, quàm eodem genere quodq́; diſſoluere,
quo colligatum eſt,l.nihil tam naturale.36.ff.
de reg.iur. l. ferè quibuſcunque.196.ff.eod.l.
prout quidque.80.ff. de ſolutionib.

6 Sicut† ſimiliter in ſucceſſione ex teſtamen
to,filijs naturalib.& legitimis poſtponuntur,
ac deterioris conditionis ſunt. Nam pater
adoptiuus extraneus nihil adoptato filio te-
ſtamento relinquere cogitur: quidquid verò
teſtamẽto eis relinquitur, liberalitatis, id eſt,
non neceſſitatis. Quare querelam inofficioſi
teſtamenti, ſi præteritus prorſus ſit, nec mo-
uere poteſt, neque etiam bonorum poſſeſſio-
nem contra tab.petere,d §.ſed articulum.

7 Adoptiuus † enim proprius filius non eſt,
ſed fictus & imaginatius.Glo notab.in l filio
quem pater.ff.de liberis & poſthum.Imol.in
l.in ſuis.ff.eo.titu.Bald.in l.ſi arrogator.22 ff.
de adoptionibus. Ideoque legitimam non
detrahit,vt naturalis & legitimus. Item ſi fi-
lijs immunitates vectigalium conceſſæ ſint,
adoptiui minimè his fruuntur: quia adopti-
uo non conuenit nomen filij propriè. Ange.
Peruſ.in d l.cùm in adoptiuis 10.Hinc etiam
eſt quod conditio, Si deceſſerit ſine filijs, ve-
rificatur, etiamſi vita functus ſit,& relinquat
filios adoptiuos. l. fideicommiſſum.72.ff.de
cond. & demõſt.l.ſi ita quis.53 § fi.ff.de leg.2.

8 Is † enim qui hæreditatem reſtituere gra-
uatus eſt, adoptione fideicommiſſum elude-
re poſſet. Barto.in l.ſi cognatis.20.col.2.ff.de
rebus dubijs. Hinc dicimus filiationem pro-
bari plenè non poſſe,l.Lucius.82.ff.de condi-
tionib. & demonſtrationib. Adoptio verò
probari poteſt per teſtes, & per inſtrumenta:
propriè igitur filiatio non eſt, & conſequen-
ter filius adoptiuus propriè filius nõ eſt.Hinc
euenit etiam, vt donatio, quæ alioquin per
ſucceſſionem liberorum legitimorum & na-
turalium reuocatur, l. ſi vnquàm.8.C.de re-
uocan.donat.per adoptionem filiorum non
reuocetur.Alex.conſi.40.incip.ſuper primo,
col.fin.lib.4.latè Andreas Tyraq.in d.l.ſi vn-
quàm. Hinc ſimiliter euenit, vt propter tres
filios adoptiuos,nec à tutela,nec ab alijs one-
rib publicis excuſetur pater adoptiuus, § r.§.
adoptiui.Inſtit.de excuſat. tutor. l.ſextum de-
cimum,2 § adoptiui ff.de vacat.mune.Hinc
adoptiui in feudo non ſuccedunt, c.1.§.adop-
tiuus, ſi de feudo fuerit controuerſ.in vſibus
feudorum. Neq; in emphyteuſi,quæ ſuſcepta
eſt pro ſe & filijs ſuis. Spec.in §.nunc aliquæ.
tit.de locat.verſic.68.

Hinc † quoq; in ſtatutis corrigentib. filio- 9
rum appellatione adoptiui non cõtinentur:
quia verba ſtatuti non verificãtur in caſu fi-
cto,l.3.§.hæc verba ff de negot.geſtis, l.fin.C.
de his qui veniam ætatis impetrarunt. notat
Barto.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.Bal.
in l.Gallus.29.§. & quid ſi tantum ff. de libe.
& poſthum. Idemq́ue in ſtatuto exorbitanti
tenet Imol.ibidem. & in l.1.§. lex Falcidia.ff.
ad l.Falcid.

Quare ſtatuta excludentia fœminas à ma-
ſculorum ſucceſſione, non debent pertrahi
ad adoptiuos: ſed de legitimis & naturalibus
tãtùm intelligenda ſunt.Ioan.de Anania cõſ.
27.incip.viſo caſu. Quem Iaſ.refert & ſequi-
tur in l.qui,4.§.prætor ait.ff.de in ius vocan-
do.Bal.conſ.24.incip.ſtatuto lib.10.

Hęc verò adoptiuorum filiorum ſucceſſio
hanc inſuper limitationem recipit.Veteri iu-
re filius adoptiuus,quib.adgnaſcebatur, eorũ
& cognatus fiebat,& ad ſimilitudinem natu-
ralium ſuccedebat, l.2.§. parui autem refert.
ff.de ſuis & legitimis, l. qui in adoptionem,
23.ff.de adoptionib.Nouiſſimo verò Iuſtinia-
ni iure hoc correctum & emẽdatum eſt, nec
adgnaſcitur, vt anteà. Sed ad patris tantum-
modò ſucceſſionem ius habet, ad reliquos
autem agnatos, patriſq́ue extranei adoptiui
familiam,quaſi extraneus inuenitur.

Breuiter † igitur hæc adoptiuorum ſucceſ 10.
ſio ab inteſtato ſic ſe habet: Aut extant natu-
rales liberi & adoptiui, & tunc in viriles ſuc-
cedunt ſimul:aut adoptiui tantùm, & tum ſo
li ad ſucceſſionem vocantur.Ita verò ſi in ad-
optione tempore mortis permanſerint.

Quæri poterat, † patri adoptiuo extraneo 11
quid viciſſim pro adoptionis præmio contin-
gat & conferatur.Hoc præcipuè,vt in ius ſine
venia à filio adoptato vocari non poſſit. Idq́;
ex communi Interpretum ſententia in l.ad-
optiuum, 8 ff.de in ius vocando. pater enim
adoptiuus legis fictione pater eſt,l.filio quem
pater,23 ff.de libe.& poſthu. Patri autem na-
turali omnem reuerentiam filius debet, neq;
eum ſine venia in ius vocare poteſt, l. quique
litigandi,4.ff.de in ius vocando.& in l.fin.C.
eod. Ergo ad eandem reuerentiã patri ficto,
adoptiuo videlicet quæ præſtãda eſt patri na-
turali,obſtringitur & deuincitur. Et hãc opi-
nionem Azo ſequutus eſt atteſtante gloſſa in
d.l.adoptiuum.8.in verſ.peculium.Cui adhę-
rent Ange.Aretin.in §.ſed ea omnia, num.3.
Inſtitu.de hæred.quæ ab inteſtat deferuntur.
& Iaſ.in §.pœnales,nu.52.Inſt.de actionib.

Huic † verò opinioni Ioan.Faber cum Ac-
curſio aduerſatur,hiſce de cauſis.

Primò : Filius adoptatus ab extraneo in a-
doptiui patris poteſtate minimè eſt: ideoque
liberè

liberè ſine venia eum in ius vocare patrem
adoptiuum poſſe, Vlpianus tradit, l.adopti-
14 uum.8.ff.de in ius vocando. Deinde † natura
dictiõum taxatiuarum eſt vt omnes alios ca-
ſus, qui apertè expreſſi non ſunt, excludant, l.
ob æs.12.C. de prædijs minorum, l ſi C de pa-
tria poteſtate. In d l.cùm in adoptiuis 10 §.ſi
verò.C.de adoptionib. ponitur particula ta-
xatiua tantummodò, excipiens vnicũ caſum,
quo adoptio aliquid operaretur: videlicet, vt
ab inteſtato patri adoptiuo ſuccedere poſſit.
Ergo in reliquis caſibus adoptio pro nõ facta
habebitur, cùm patri naturali omnia iura ſal
ua integraque permaneant.

Quæ quidem Ioannis Fabri opinio facilè
euerti ac conuelli poteſt ex generali ratione,
quæ vocationem in ius aliquibus perſonis in
14 terdixit. Generaliter, † inquit Modeſtinus l.
C.eas perſonas, quibus reuerentia præſtanda
eſt, ſine iuſſu prætoris in ius vocare non poſ.
ſumus, l.generaliter.13 ff de in ius vocando.
Patria itaque poteſtas ſola in cauſa non eſt,
quo minùs quis in ius non vocetur. Verùm
ipſa reuerẽtia, quæ parentibus, patronis, alijſ-
que qui parentum vicem ſuſtinent, debetur.
Mater enim filium in poteſtate non habet,
non impunè tamen à filio in ius vocatur, l.
quique.4 ff.de in ius vocando. Sicut etiam fi-
lius emancipatus poſt emancipationem, pa-
trem in ius ſine venia vocare non poteſt, l.fi.
C.de in ius vocando. Vocatio igitur in ius à
patria poteſtate, quam Vlpianus conſidera-
uit, non ſolùm dependet: verùm etiam à re-
uerentia parentibus debita Licet igitur no-
uiſſimo iure patria poteſtas ſublata ſit, nihil.
ominùs tamen altera adhuc remanet ex vul.
gata Barto.theorica in l.liberotum.§ 1.per il.
lum tex.de verb.ſignifi. Quandocunque duæ
rationes prohibitiuæ concurrunt in aliqua
lege, vel ſtatuto: tunc licet vna tollatur ſeu
ceſſet, alteram tamen ſupereſſe ſufficit.

15 Reuerentia verò de ijs perſonis, quas præ.
tor in edicto ſuo cõſiderauit, intelligi debet.
Clericus enim, itemque ſenex, & aliæ perſo-
næ quæ reuerẽtiam merentur, in ius ſine ve-
nia impunè vocari poſſunt. Nec obſtat ſimi.
liter quod de taxatiua particula tantummo-
dò allatum eſt: quia hac particula Iuſtinianus
declarat, quid iuris filius adoptatus in ſucceſ-
ſione patris adoptiui ab inteſtato decedentis
habeat: non reſtringit ad alia, vtrùm adopta-
tus poſſit in ius vocare patrem adoptiuum,
nec ne.

CAPVT III.

Filius adoptatus ab aſcendẽte ſuo, tam paterno quàm materno, veluti auo, proauo, quomodo his ſuccedat.

SVMMARIA.

1 *Adoptatus ab aſcendente auo tam paterno quàm materno eius poteſtatis fit, iuraq. filiorum naturalium & legitimorum habet.*
2 *Adoptatus ab aſcendente acquirit ſuo adoptanti patri.*
3 *Vincula duo fortius ligant vno & nu. 11.*
4 *Adoptione per aſcendentem facta reſoluta filius in ius patris naturalis redit.*
5 *Adoptione finita ceſſat effectus eiuſdem.*
6 *Emancipatus à patre adoptiuo poſt mortem patris naturalis, an vtriuſq. patris iura perdat.*
7 *Ius quæſitum ſine facto eius cui acquiſitum non tollitur.*
8 *Alienatio in fraudem titulo oneroſo facta, non reuocatur.*
9 *Cognationis naturalis ius ſolùm in ſucceſſione inteſtati cõſideratur.*
10 *L. in adoptiuis 10. hodiè correcta. C. de adopt.*
12 *Succeſſionis duplici iure, an & quomodo quis gaudere poßit.*
13 *Affectum paternum nihil vincit.*

ADoptatus † ab aſcendente ſuo tam pa. 1
terno quàm materno, veluti auo, pro-
auo, in adoptiui aui poteſtatem plenam tran
ſit, omniaque iura filiorum naturalium & le.
gitimorum conſequitur: ac adoptiuo patri
tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, perin-
de vt naturales & legitimi, ſuccedit §. ſed ho
diè.verſ.ſi verò.Inſti.de adoptionib.l.cùm in
adoptiuis.10.§. ſi verò pater.C.de adoptioni-
bus. Quare vel præteritus, vel ſine cauſa exhe-
redatus, querelam inofficioſi teſtamenti mo
uere, autumque teſtamentum impugnare ac
euertere poteſt, l.1.l. non putauit.§. ſi quis e-
mancipatum. ff de bonor.poſſ. contra tabul.
§.adoptiui. Inſtit. de exhæred.liberorum.§.1.
Inſt.quib.mod.teſtam.infirm.

Filius igitur ab auo materno, qui eum in
poteſtate anteà non habuit.§ qui igitur.Inſti.
de patria poteſtate. itemque nepos ex filio e-
mancipato à paterno auo adoptati poteſtati
aui ſubijciũtur, ac patris naturalis iura diſſol.
uuntur. Ideoque teſtamento à patre naturali
præteriri poſſunt, neq; teſtamentum præteri-
tione rumpitur, & patris naturalis ſucceſſio-
nem eis moleſtare non conceditur, d.l.cùm
in adoptiuis.10 § ſi verò pater naturalis. & d.
§.adoptiui.& d.§.1.

Quicquid † quoque acquirit filius ab aſcen 2
dente ſuo adoptatus patri id adoptiuo, non
naturali cedit, d.§.ſi verò. Quia in vnam per-
ſonam concurrunt, & naturalia, & adoptio.
nis iura, ac patri adoptiuo & naturali vincu-
lo copulatus eſt, & adoptionis nodo conſtri-
ctus. Meritò igitur ad eum filius reſpicit, cui
eum & natura aggregauit, & lex per adoptio-
nem aſſignauit. Duo † enim vincula fortius 3
ligant quàm vnum, pluresque rationes for.
tiùs confirmant. Auth.itaque. & ibi notatur.
C.communia.de ſucceſſionib.l.re coniuncti.
87.& ibi Iaſ.ff.de leg.3.

Hoc † autem quod dictum eſt de filio ad. 4

 optato

ptato ab auo materno, Itemq́ue nepote ex fi-
lio emancipato ab auo paterno, verum eſt,
donec filius adoptatus in adoptiui patris po-
teſtate mãſerit, neq; emãcipatus fuerit Eman
cipatione enim talis adoptio diſſoluitur, &
tũc iterum ad patrem naturalem reuertitur,
d §. ſi verò. in fin neq; aliquod veſtigium ex
5 priſtino adoptionis iure retinet. Denique † vt
Papinianus ait. & patria dignitas quæſita per
adoptionem, finita ea deponitur, l. in omni
ferè. 13. ff. de adoptionib. idq́ue ex generali re-
gula: Adoptione ceſſante, ceſſat adoptiõis ef-
fectus: inſtitutio nempè, itemq́; ſucceſſio. late
And. Tyraq in tract Ceſſante cauſa, ceſſat ef-
fectus. Hieronymus Gratus conſi 124. incip.
cùm hæc. auſa, ol. 2. verſic. nec poteſt etiam
vt extraneus, lib 1. Et caſus eſt expreſſus in l. eã
quam 14 C. de fidei commiſſis. & in l. ſenato-
ris filius. 6. l. fœminæ 8. ff. de ſenatorib. l Seio.
10, § fin ff. de annuis legatis. l. qui tutelam. 28.
ff. de teſtamentaria tutela.

QVAESTIO.

6 Hinc quæſtio orta eſt: Quid ſi filius poſt
mortem patris naturalis emancipetur à pa-
tre adoptiuo, vtriuſque ne ſucceſſionem per-
det: an verò legitima à patre adoptiuo ipſi re-
linquenda erit? Iura enim adoptionis eman-
cipatione diſſoluta ſunt, & irrita facta. Iura
verò patris naturalis alijs legitimis ſucceſſo-
ribus acquiſita ſunt.

Quæſtio hæc duplicem opinionem nacta
eſt. Exiſtimauit enim initiò Accurſ. in §. ſed
ea omnia, in verb. vocabantur. Inſtit. de hæ-
redit quæ ab inteſt. deferuntur. quartam ei re-
linquẽdam, quemadmodum filio arrogato,
l Papinianus 8. §. penult. ff de inofficioſo te-
ſtamento Idem deinde Accurſ. in d. l. cùm in
adoptiuis. 10. in §. ſi verò pater naturalis. in
verb. reuerti. putauit omni eum beneficio ca
rere, & vtriuſque ſucceſſionem tam adoptiui
patris, quàm naturalis perdere: tum quòd ad-
optiõe iura patris naturalis amiſerit, quæ de-
inde iura alijs legitimis ſucceſſoribus quęſita
ſunt: tum etiam, quòd emãcipatione nullum
prorſus regreſſum ad adoptiuum patrem ha-
beat. Sibi igitur imputet, vt Accurſ. ait, quod
ſe emancipari paſſus eſt: cùm inuitùs nemo e-
mancipetur. § ſed etſi pater. Inſt. quib. modis
patria poteſtas ſoluitur.

Quam quidem opinionem alij ſequun-
tur. per textum in d l. cùm in adoptiuis. 10. §.
neque enim Martiani. Hac inſuper ratione
mori, quòd multiplex inconueniens ex eo
conſequeretur, ſi filius poſt mortem patris
naturalis ab adoptiuo emancipatus, denuò
ad patris naturalis ſucceſſionem, regreſſum
haberet aliquem.

7 Primò: Quia † ius alijs legitimis hæredib.
quęſitum, ſine ipſorum facto ipſis tolleretur:
quod fieri non poteſt, l. Id quod noſtrum. 11.
ff. de regul. iuris Deinde diſpoſitio alieni pa-
trimonij, ab alterius arbitrio voluntateq́ue
pendere nõ debet, l. illa inſtitutio. 32. in prin.
ff de hæredib. inſtituend.

Permitteretur autem iudicio patris adop-
tiui, ſi eum vel emancipet, qua ratione ad pa-
trem naturalem viuentem reuerteretur: vel
in poteſtate retineat, ac à ſucceſſione patris
naturalis auocet: hoc eſt, in patris adoptiui po
teſtate eſſet facere, vt bona patris naturalis,
vel ad filium ſpectarent, eum emancipando:
vel ad alios legitimos ſucceſſores, eum reti-
nendo. § ai hi. verſ. quod ideo placuit. Inſt. de
hæred. quæ ab inteſt. deferuntur.

Denique iniquiſſimum eſſet, bona quæ le-
gitimus ſucceſſor filio in adoptione exiſten-
te acquiſiuit, & per mortem patris naturalis
obtinuit: & deinde alienauit, præſertim titu-
lo oneroſo. putà venditione, aliove, à bonæ
fidei emptoribus reuocare, & emãcipato re-
ſtituere. Nam † alienatio à debitore in fraudẽ 8
creditorum facta titulo oneroſo, non reuo-
catur à bonæ fidei poſſeſſore, l qui autem. 6 §.
hoc edictum. ff. quæ in fraudem creditorum.

Non obſtare illis videtur, quòd contra æ-
quitatem omneq́ue ius ſit, filium ſine culpa
vtriuſque parentis ſucceſſione fraudari. Quia
lex quantumq́ue dura ſeruanda eſt, l proſpe-
xit. 12. ff qui & à quibus manumiſſi. Deinde
non veriſimile ferè eſt, talem caſum poſſe e-
uenire, attenta ſtorgẽ quã auus habet erga ne-
potem adoptatum loco filij.

Authoris opinio.

Angel. tamen in § ſed hodiè Inſtit. de ad-
optionibus, contrariam opinionem fouet.
Et hæc meo quidem iudicio, qualecunque id
eſt, & veriſimilior & æquior eſt. Nam † in hac 9
de ſucceſſionib. ab Inteſtato tractatione, pa-
tria poteſtas non conſideratur. verùm ſolùm
cognationis naturalis ius. Auth in ſucceſſio-
nibus, in fin. C. de ſuis & legitimis hæredibus.
Quod ius ſanguinis nullo ciuili iure dirimi
diſſoluiq́ue poteſt. l. iura ſanguinis. 8. ff de re-
gulis iuris. § fin Inſti. de legitima agnatorum
tutela.

Prætereà † dico l cùm in adoptiuis. 10 cor- 10
rectam eſſe per Auth. in ſucceſſione, quæ ſo-
lam naturalem rationem inſpexit & cõſide-
rauit. Lex enim penult. lata fuit & promul-
gata Kalend. Septemb. Lampadio & Oreſte
VV. CC Coſſ. hoc eſt, anno Chriſti 530 & 4.
imperij Iuſtiniani. quo anno menſe Decemb,
Digeſta componi mandauit. Nouella verò
118. vel Authenticum, de hæredib. ab inteſtat.
venientibus, ex quo tranſcripta eſt Auth. in
ſucceſſione. C. de ſuis & legitimis hæredibus.
anno Chriſti 543. imperij 17. poſt Coſſ. Baſilij
anno ſecũdo, hoc eſt, Auth. in ſucceſſione, 13.
annis

annis poſt latã legem, cùm in adoptiuis pro-
mulgata eſt, & ſic 13. annis recentior.

Exiſtimo igitur, filiumfamiliâs ſiue ab ex-
tranco, ſiue à coniuncto adopteiur, ſi emanci
petur, omnia nihilominùs iura in bonis pa-
11 tris naturalis libera reſeruare. Neque † aduer-
ſatur, quod de duplici vinculo concurrente
adduci ſolet. duplex vinculũ concurrens hoc
caſu ius naturalis filiationis immutare debe-
re, d. §. ſed hodiè. Quia nexus ciuilis & natu-
rale vinculum adoptionem quidem, in vtili-
tatem adoptiui commodumque eius confir-
mant, illudq́; duplex vinculum tantùm ope-
ratur, vt filius tranſeat in plenam poteſtatem
aui adoptãtis, & eidem ſuccedat ex teſtamen-
to & ab inteſtato, veluti filius legitimus & na
turalis, ad differentiam illius qui ab extra-
neo adoptatus eſt: non autem vt ijs vinculis
ius ſanguinis tollatur & adimatur.

12 Non obſtat, † etiam ſi dicatur, quòd nemo
duos patres habere, nec duplicis ſucceſſionis
commodo gaudere debeat, per ea quæ tradũt
Interpret. in l. Gallus. 29. in fin. princ. ff. de li-
ber. & poſthumis hæred. Quia facilè id fieri
poteſt, vt diuerſis reſpectibus diuerſos paren-
tes habeamus. fictè vnum, propriè verò & na
turaliter alterum. & talis quoque adoptio fa-
cta in augmentum & fauorem in odium de-
torqueri non debet, l. quod fauore. 6. C. de le-
gib. l. legata inutiliter. 14. ff. de adimendis le-
gatis. Cumq́; filio adoptato ab extraneo con
cedatur, vt adoptiuo patri ſuccedat, omniaq́;
intereà apud patrem naturalem integra ſibi
iura reſeruet: magis id in adoptione aſcẽden-
tium dici debet.

13 Poſtremò † de præſumptione, quòd in auo
adoptãte nulla fraudis ſuſpicio oriri aut col-
ligi poſſit, facilè reuellitur: quia nullus affe-
ctus paternum vincit, l. fin. C. de curatore fu-
rioſi. magis igitur vero ac naturali patri, quã
ficto fidendum eſt, l. cùm quidam. & ibi glo.
ff. de lib. & poſthu. hæred. licet etiam talis ca-
ſus rarò præſumatur contingere: ea tamen e-
tiam quæ rarò accidunt, non debent ſine con
grua prouiſione relinqui, l. ſi maior quinqua
genaria. 10. C. de legitim. hæred. Præſumptio-
ne itaque nulla à patris naturalis ſucceſſione
auulſus eſſe colligi poteſt.

CAPVT IIII.
Arrogati quomodo ſuccedant.

IS qui ſe arrogandum dat ſui iuris, patriaq́;
poteſtate ſolutus vt ſit, neceſſe eſt. Hic igi-
tur arrogatus in patris arrogantis poteſtatem
tranſit, §. 1. Inſtit. de adopt. & d. l. penult. §. fin.
C. eod. ac patri arrogatori tam ex teſtamen-
to, quàm ab inteſtato ſuccedit: ſi videlicet in
arrogatione vſque ad diem mortis perman-
ſerit, d. l. penult. §. fin. Roland. in Summa ſua
in 7. c. de inſtrumento adoptionis.

Quòd ſi teſtamento præteritus ſit, vel ſine
iuſta cauſa hæreditate prorſus excluſus, om-
nia primùm bona propria quæ in arrogãtem
tranſtulit, eorumq́; bonorum commodum,
& quartam inſuper partem bonorum arro-
gatoris conſequitur: non quidem per quere-
lam inofficioſi teſtamenti, verùm per con-
dictionem ex conſtitutione diui Pij l. Papini-
anus. 8. §. ſi quis impubes. ff. de inoff. teſtam. l.
ſi arrogator. 22. vbi Iaſ. num. 12. ff. de adoptio-
nibus, cum ſimilibus ibid. in gloſſ. in verbo,
quartam. adductis.

Ex cauſa verò legitima emancipati aut ex-
hæredati, in ſucceſſione bonorum arroga-
toris nihil iuris habent: bona tamen omnia
quæ ad arrogatorem attulerunt, integra re-
cuperant. § cùm autem. verſ. item non aliter.
Inſt. de adoptionib.

CAPVT V.
Ad feudi ſucceſsionem num adopti-
ui admittantur.

SVMMARIA.

1 *Adoptiuus in feudu non ſuccedit.*
2 *Adoptiuus in emphyteuſi non ſuccedit.*
3 *Saxonum ius variat in ſucceßione adoptiui ad feuda.*

CErti † exploratique Iuris eſt, quòd filius 1
adoptiuus in feudis non ſuccedat. tex. in
c. 1 §. adoptiuus. tit. ſi de feudo defuncti con-
trouerſia ſit, titu. 26. lib. 2. Appellatione enim
filiorum in materia feudali filij adoptiui nõ
veniunt, argum. l. ſi quis ita. in §. 1. ff. de legat.
2. Verùm in dubio naturales tãtùm filiorum
appellatione continentur, l. filium eum defi-
nimus. 6. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

Quare † ſi is, qui feudum habet, vita fun- 2
ctus fuerit, ſuperſtite filio adoptiuo, talis fi-
lius nec in feudo nec in emphyteuſi ſuccedit,
arg. l. filio quem pater. 23. ff. de libe. & poſthu-
mis hæredib. l. fideicommiſſum. 76. ff. de con-
ditionib. & demonſtratio. & ibi Bald. Inter-
pretes, in d. §. adoptiuus. Quibus adde Alexan
drum in conſi. 10. volum 5. Dec. conſi. 399. nu.
3. Socin. conſi. 10. num. 30. inter conſ. Alberti
Bruni. Oldendorpium in tract. de Succeſſio-
nib. ab inteſtato, num 34. Rochum de Curte
in tractatu Iuris patronatus, cap. 12. incip. Ipſe
vel is à quo cauſam habuit, quæſt. 34. num. 79.
Zaſium in tract. Feudorum in 5. parte, nume.
48. & in 8. parte, num. 25. & 90. Huius tamen
enunciati limitationes duas adfert Matthæ.
de Afflict. in c. 1. §. adoptiuus, nume. 3. quem
vide.

Quid de iure Saxonum
obſeruetur.

Diuerſæ † ſunt opiniones hac in cauſa: pri- 3

 mò

mò dicendum videtur, quòd filij adoptiui nõ ſuccedant per tex. poſt gloſſ in artic. 10. libr. 2. Wer Jemand Erbe zuſagt/nicht võ Erbſchafft oder Erbe / Sonder von gabe oder gedings wegen/das ſoll man halten vor vnrecht/vnd nicht glauben. Man möge dan bezeugen/daß das gelübt vor gericht beſtätigt ſey: Contrarium tamen Scabini obſeruant per eundem tex. in ñ.

CAPVT VI.

Quibus prætereà rebus adoptiui, iuſtorum filiorum iure vtantur.

SVMMARIA.

1 *Adoptionis vinculum ad ſucceßionem bonorum adoptantis efficax.*
2 *Adoptiui etiam in iure patronatus ſuccedunt.*
3 *Decurionis adoptiuus filius decurionis dicitur.*
4 *Adoptiui filij ſunt ſui hæredes.*
5 *Adoptiuus hæreditatem etiam non aditam ad ſuos tranſmittit.*
6 *Adoptiui naturales præcludunt aditum ad hæreditatem alijs.*
7 *Adoptiuus excludit adoptantis aſcendentes & vxorem.*
8 *Adoptatus impedit publicationem bonorum.*
9 *Fraudis cauſa adoptio quando facta dicatur.*
10 *Adoptati in fraudem alienata reuocant.*
11 *Adoptati ab aſcendente ſuo impugnant teſtamentum adoptantis.*
12 *Adoptatis legitima tutela deferuntur.*
13 *Pater adoptans inter filios adoptiuos teſtamentum condere poteſt coram duobus teſtibus.*
14 *Subſtitui poteſt adoptiuus filijs.*
15 *Filiorum appellatione etiam in odioſis continentur adoptiui.*

1 PRæterquàm † quod vinculum adoptionis efficax eſt, ad ſucceſſionem in bona parentum adoptiuorum conſequendam, l. ſi te parens. C. de ſuis & legitimis hæredib. l. penult. §. ſiquidem. C. de adopt. in pluribus prætereà alijs rebus, iuſtorum filiorum iure vtuntur & fruuntur. quod vt eò apertiùs fiat, per ampliationes more noſtro vſitato procedemus.

2 I. AMPLIATIO. Filij † adoptiui non tantùm in allodialibus bonis parentibus ſuccedunt, ſed in iure patronatus, & ſi à Regib. adoptentur, in regno quoque, quod multis conſtat exẽplis ſic Tiberius Auguſto, Nero Claudio, Traianus Neruæ, Antoninus Pius Adriano, & ipſi Pio, Antoninus Philoſophus & Iuſtino maiori Iuſtinianus per adoptionem in Imperio ſucceſſerunt, Cornel. Tacit. Suetonius. Diony. Aurelius, Aelius Lampridius, & alij. Et tradunt è noſtris Bald. in l. mulierem. C. de adoptionib. Et Cæſar Lambertinus in tractatu de Iure patronatus in 2. artic. in 7. q. lib. 1. & in 23. artic. 2. q eo. lib. Cuius rei ratio colligitur ex ſimili.

3 Nam † adoptiui peræquè dicuntur filij regis, ſicuti & ſenatoris, & decurionis, l. ſenatoris filium. & l. ſeq. ff de ſenatorib. Senatoris filium. inquit Vlpianus, accipere debemus non tantùm eum, qui naturalis eſt, verum adoptiuum quoque &c. Item ſenatoris filius eſt & is, quem in adoptionem accepit, quandiù tamen in familia eius manet. Quod Diocletianus quoq; in filio decurionis reſcripſit, cùm adoptiuum filium ait ex adoptantis dignitate decurionis filium effici, nulla dubitatio, ut pro atrocioribus iniurijs, eum quem ad vicem naturalis, ignoris tibi adſcribebas à præſide prouinciæ illicitis corporis cruciatibus adfici non oportuit &c. l. cùm adoptiuum C. de decurionib. lib. 10.

II Ampliatio. † Adoptiui filij, ſui efficiuntur hæredes, l. adrogato ff. de ſenat. l. cùm in adoptiuis. C. de adop. concluſionem hãc tradũt plurimi Bald. in d. l. cùm in adoptiuis & in l. eam quã. C. de fideicom. & in l. certũ. ff de iniuſt. teſta. & in l. 1. § ſuos hæredes. ff. de ſuis & legitimis. Roman. in l. venter. ff. de adquiren. hæred. per tradita ab Accurſio in l. 2. §. vltim. ff de hæredib. inſtituend. & Franciſcus Aretinus in d. l. venter & ſibi contrarius in l. Gallus. §. ſi eius ff de liberis & poſthum & in l. lege Cornelia ff de teſtamentis. Aduerſatur verò huic concluſioni Iaſon in d. l. Gallus. §. ſi eius, nume 9. & 10. vbi Aretinum ſecutus, dicit impropriè eſſe ſuum, addit tamen in ſucceſſiõe ab inteſtato ſuum eſſe hæredem. Habet enim adoptiuus filius iura ſui hæredis. Aliud autem eſt habere ius, & eſſe ſuum hæredem. 4

III. Ampliatio. Adoptiui † filios naturales & legitimos in hoc etiã maximè imitãtur & ſequũtur, quod hęreditatem non aditã, tranſmittunt ad ſuos hęredes. Accurſ. in l ſeruus. 3. §. vlt. in verbo, non mutat. ff. de hæred. inſtit. 5

IIII. Ampliatio † Exiſtentibus adoptiuis naturalibus, hoc eſt, ex concubina procreatis, nullus eſt ad hæreditatem locus. Ange. in §. vltima quidem. Authẽtico, quibus modis naturales efficiant. quod intellige ea ratione, eoque modo quo excluderentur à iuſtis filijs, qui ex matrimonio iuſto ſuſcepti ſunt: ne duo vincula minùs poſſint quàm vnum cõtra vulgatam reg. Authenticæ itaque. C. communia de ſucceſſionib. l. re coniuncti. & ibi Iaſ. ff. de leg. 3. 6

V. Ampliatio. † Aſcendentes quoque patris adoptiui, nec non vxorem antecedunt. Idque iuris rigore non æquitate, vt ſuprà tradidi. Angel. in § ſed ea omnia, nu 6. Inſtitu de hæredit quæ ab inteſtato deferuntur. Guilel. Bened. in repet. c Raynutius. in verbo, & vxorem Adelaſiam nu 748. extr. de teſtam. tex. in l. 2. §. liberi. ff. ad S. C. Tertul. & l. æquiſſimum. in prin ff. eo. 7

VI. Ampliatio. † Adoptiui perinde ac naturales & legitimi impediũt publicationem, 8

ſi non

ſi non frandis cauſa adoptio facta ſit. Ex bonis damnatorum, inquit Paulus, portiones adoptiuis liberis, ſi non fraudis cauſa facta eſt adoptio, non minus quàm naturalibus concedi æquum eſt.

9 Fraudis antem † cauſa adoptio facta videtur, etiamſi non in reatu, ſed deſperatione rerum per conſcientiam metu imminentis accuſationis quis adoptet, in hoc vt ex bonis q̃ ſe amiſſurum cogitat, portio detrahatur, l. vitim § ex bonis, ff. de bon. damnat.

10 VII. Ampliatio. Reuocantur † quoq; ea quę in fraudem alienata ſunt per Caluiſianam, ſeu Fauianam actionem. l. vlt. ff. ſi quid in fraudem patroni. Bald. in l. 2. C eo. tit Barr. in l. nō vſque. ff. ſi à patre quis manumiſſ. fuer.

11 VIII. Ampliatio. † Adoptati ab aſcendente ſuo tam materno quàm paterno, ſi fuerint ab iis præteriti, aut exhæredati, venire poſſunt contra teſtamentum illorum. l. 1. l. non putauit. § ſi quis emancipatum. ff. de bon. poſſ. cōtra tab § adoptiui. Inſtit. de exhæredat. liberorum. § 1. Inſtit. quibus modis teſtam. infirmentur. gloſſ. in l. filio quem pater. ff. de liberis & poſthum Cyn Salic. & Fulgoſ. in l. impuberē. C de adopt. Salic. in repet. l. ſi arrogator. & ibi Iaſon, ff eod. Iaſ. conſ. 144. lib 4.

12 IX. Adoptiuis † legitima tutela defertur. Alberic. Bald. Raphael contra gloſſ. in l. 1. ff. de legitimis tutorib.

13 X. Pater † adoptiuus teſtamentum coram duobus teſtibus condere poteſt inter filios adoptiuos. Hoc eſt beneficium Theodoſij ſub l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, ad adoptiuos quoq; transfertur. Ioan. Fabr. in d. §. ex imperfecto, in verb. parentibus.

14 XI. Filijs † adoptiuis ſubſtitui poteſt pupillariter, ad eam tamen partem quam conſecuturi eſſent: ſic Vlpianus. ſed an impuberi arrogator ſubſtituere poſſit, quæritur. Et puto, inquit, non admitti ſubſtitutionem, niſi fortè ad quartam ſolùm, quam ex bonis eius conſequitur, & hactenus vt ei, vſque ad pubertatem ſubſtituat, l. ſi arrogator. ff. de adoptionibus. Idemque reperiſt in l. ſed ſi, plures § in arrogato, ff. de vulgari & pupil. ſubſtitut. Quæ quidem quarta intelligenda eſt eius portionis, quam ab inteſtato habiturus fuiſſet, argumento l. parentibus, C. de inofficioſo teſtamento. Gloſſ. in Authentico de tricnte & ſemiſſe.

15 XII. Ampliatio. Quandoque † in odioſis quoque filiorum appellatio adoptiuos continet. ſic lege Iulia nec ſenator, nec ſenatoris filius, filia ve, nepos, neptis, pronepos, proneptis ve libertinam, vel eam cuius pater materve artem ludicrā fecerſſet, ducere poterat. Quid ſi nunc pater, antequam adoptaret, artem ludicram exercuit, poteritne filius eius adoptatus ſenatoris filiam citra legis Iuliæ pœnam ducere? Reſpondet Iulius Paulus, filium emācipatum rectè ducere. colligitur inde, ſi in poteſtate manſerit, lege Iulia teneri, l. lege Iulia, § hoc capite. ff. de ritu nuptiarum. Inde Albericus tradit in l. ſenatoris filium. ff. de ſenatoribus. ſi in ſtatuto vel iure municipali permittatur filium in locum ſuum ſubrogare, quod filius adoptiuus à patre in proprium locum ſuggeri poſſit.

CAPVT VII.

Quibus caſibus ſuperentur à filijs iuſtis, hoc eſt, ex matrimonio legitimo ſuſceptis.

SVMMARIA.

1 *Liberorum appellatione non continentur adoptiui.*
2 *Filiorum appellatione nepotes non continentur.*
3 *Adoptatus ius ſuorum extra adoptantis perſonam non habent.*
4 *Liberorum appellatione continentur adoptiui, ſi cum naturalibus concurrant.*
5 *Correlatiua, vt ſunt pater & filius, ita parentes & liberi.*
6 *Filiorum appellatione non continentur adoptiui, & num. 17.*
7 *Filiorum appellatio in ſtatutis adoptiuos non includit, & num. 10.*
8 *Verba characteres animi ſunt, à quibus in claris non receditur.*
9 *Priuilegia ex verbis interpretationem habent.*
11 *Statutum excluſiuum fœminarum, extantibus maſculis, adoptiuos non recipit.*
12 *Emphyteuſis vel feudi conceſſio non extenditur ad adoptiuos.*
13 *Adoptatus ab extraneo, non rumpit teſtamentum.*
14 *Alimenta extraneus adoptato non debet.*
15 *Legitima adoptato non debetur.*
16 *Legitimæ augmentum ex conſtitutione adoptiuos non reſpicit.*
18 *Priuilegia ob liberos conceſſa, non intelliguntur de adoptiuis.*
19 *Donationem omnium bonorum propter non exiſtentiam liberorum, adoptiuus non reuocat.*

QVIA ad naturæ imitationem lex filios facit, ita iiſdem quoque in multis iura iuſtorum liberorum concedit. Cum verò hęc ipſa imitatio legis naturam prorſus exæquare eam exprimere, illiſque par eſſe in omnibus non poſſit: aliqui inde caſus reperiuntur, quibus adoptiui filij à iuſtis ſuperantur liberis, deteriorisq; fieri conditionis incipiunt, quos pariter referam, non quidem omnes attamē præcipuos.

I. CASVS.

Adoptiui liberorum appellatione non cōtinentur. Liberorum enim appellatio natura- 1
lis eſt, & eos complectitur, quos naturæ, non legis beneficio adquiſiuimus. Vnde dicimur liberos generare, ſuſcipere, non adoptare: ſed filios cum hi naturales & ciuiles eſſe poſſint,

illi natura tantum adquiri. Ideo liberorum appellatione, nepotes, pronepotes, cæteriq́ue qui ex his deſcendunt, continentur. l. libero. rum, ff. de verborum ſignificat. l. ſed etſi § li. beros. ff. de in ius vocand. l. cognoſcere, ff. de verborum oblig. l. fin. ff. de pollicitationibus.
2 Filiorum † verò vocabulo, nec nepotes, nec deinceps deſcendentes comprehenduntur, l. quid ſi nepotes. ff. de teſtament. tutela. l. ſed & milites §. fin. ff. de excuſationib. niſi ex interpretatione quadam l. filium habeo. ff. ad S. C. Macedonianum. cuius rei ratio perſpicua eſt: Quia liberi à natura incipiunt, & in infinitum durante ea progrediuntur, filij verò legis
3 beneficio fieri poſſunt. Quare † cùm adoptati ab extraneo, ius quidem ſui hæredis ad eius tantummodò ſucceſſionem conſequātur, ad extranei verò patris familiam extranei habeantur: nec ipſa ad eos communionem aliquā habeat, ſed quaſi extranei ad illam familiam inueniātur. l. cùm in adoptiuis. §. ſed ne articulum, in fin. C. de adopt. meritò filij appellationem merentur, non liberorum. Vnde Gellius lib. 5. cap. 19. ait, extraneos adoptatos in liberorum locum ſumi, filios verò fieri. Nam aliud eſt fieri, & aliud in locum eius adſumi: ſic viuente aliquo, propter negotia autem occupato, aliquis in locum eius adſumi poteſt:
4 fieri verò is non poteſt. Quandoque † tamen concurrentibus & naturalibus & adoptiuis ſimul, hoc eſt, quando promiſcuè nominātur, liberorum vocabulo vtrique intelliguntur: veluti in l. liberos. & l. ſenatoris filium ff. de ſenatorib. l. 3. ff vnde liberi. l. 1. §. liberos. ff ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt. ſic Saluſtius ait: Ne ego meliores liberos ſumpſiſſe videar, quàm genuiſſe. Quamuis apud Græcos τεκνοποιῶ & παιδοποιῶ indifferenter dicatur; quacūque ratione comparemus nobis filios. Nam & παῖδα ποιεῖσθαι adoptare, & ποίησις adoptionē ſignificat. Demoſt. ἐν δὲ ἵππου τούτων μὲν δικαίως τὸ μέρος τῶν χρημάτων ἔχειν καὶ τὴν ποίησιν, ὁ πατὴρ αὐτὸν & ἀγαθῶς ἐποιήσατο. Et Plutarchus in Aemilio: τεσσάρων δὲ παίδων αὐτῷ ἀῤῥένων ὄντων, δύο μὲν πρεσβυτέρους ἐτύγχανεν ἐκδεδωκὼς ἑτέροις θέσθαι.

5 Conſequitur † inde ex correlatiuorum natura, & latinis proprio dicendi genere, parentum appellationem ad liberos. l. 4. ff. de in ius vocan patrum ad filios referri, Et eum à quo adoptamur patrem, ex quo gignimur parentem dici. quod diſcrimen & Diocletianus obſeruauit, vbi parentem vocat qui in adoptionem dedit: patrem, qui adoptauit. l. ſi te parēs. C. de ſuis & legitimis hæred.

6 Secundus caſus, quamuis † ad ſucceſſiones aliaq́ue multa ex parentibus commoda conſequenda filij ſint, filiorum tamen appellatione ſæpiſſimè non continentur, ſed extraneorum loco habentur: cuius rei aliquot adducam exempla, quæ vt eo melius intelligantur, membris quoque ſingula ſingulis, argumentatione quadam à connexis includam.

Tertius caſus: Communi itaque † ac recepta Interpretum enunciatione traditur, ſtatutum filiorum mentionem faciens ad adoptiuos nullatenus pertinere. Nam ſtatuta propriè & ſtrictè ſunt intelligēda: & ſtatuta tantū diſponunt, quantum loquuntur, nec vltrà ea ipſorū diſpoſitio eſt trahenda, l. quod cōſtitutum. ff. de teſtament. militari l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de adquirend. hæreditate. l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs re. ff. de verb. obl. l. 1 C. de hęred inſtit. idq́; ſępiſſimè reperijt ac inculcauit Bald. in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. & in l. 1. C. de hęredib. inſtituend & in l. teſtamentum. C. de teſtamentis. & in l, ſi furioſi. C de nuptijs, & in l. maximum vitium. C. de liberis præteritis. & in l. ita nobis. C. ad ad legem Iuliam de adulterijs. & in c. ſignificante, extr de appellat. Et conſ. 2. & conſ. 408. lib. 1. & conſ. 228. lib. 3 & conſ. 99. lib. 4. ac multis alijs. Corneus conſi. 287. libro 1. & conſ. 90. lib. 3. Soci conſ. 108. lib. 1. Decius conſ. 333. cum multis alijs. 7

Ratio huius enunclati conſpicua, planaq́ue eſt: Quiā † verba characteres ſunt animi, ideò in omnibus alijs negotijs inſpiciuntur & conſiderantur. & cùm clara ſunt, ab ijs minimè receditur, l non aliter, l. ille aut ille ff. de legat 3. l. ſi ita ſtipulanis. §. Chryſogonus. ff de verborum obligat. l. fideiuſſores magiſtratuum, § pro Aurelio. ff. de fideiuſſoribus. idq́ue non modò in ſtatutis, ſed ſtipulationibus, cōceſſionibus, contractibus, ſententijs obſeruatur, l. ſi iudex. ff de his qui ſunt ſui vel alieni iuris l. 1. C. de ordine cognit. Alexan. conſi. 174. lib. 2. Decius in l. ius noſtrum. ff. de regulis iuris. & conſi. 322. & conſi. 348. l. ſancimus. C. de fideiuſſorib. l. vltim. C. communia vtriuſque iudicii. l. vt inter. C. de inutilibus ſtipulationibus, l. ſi operas, C. de ſolutionibus. l. vltim. C. de pignorib. l. vltim. C. de rebus alienis non alienand. l. penultim. C de vſuris l. probationem. C. de probationib. Itemq́ue † priuilegia ex verbis interpretationem accipiunt, c. porrò, c. recepimus extr. de priuilegijs. c conſiderauimus. extr. de electionib. c. vltim. extr. de tranſlatione prælatorum gloſſ. in c. vt apoſtolicæ, de priuilegijs, lib. 6. Et inueſtituræ verba magis inſpici debent, quàm ipſa feudi natura generalis. c. 1. titul. de duobus fratribus. §. ſi cui titul. de capit. Corradi. in vſib. feudorum, cum ſimilib. 8

Maiori hac præmiſſa & confirmata minori locus ſiet apertus, necnon concluſioni, nēpè † ſtatuta propriè ſunt intelligenda. Adoptiui, filij ſunt ficti: igitur ſtatuti verbis non comprehenduntur. Minor facilè confirmari poteſt, per text. in l. fideicommiſſum. ff. de cond. & de- 9

& demonſtrationib l.filio quem. ff de liberis & poſth.l.cum in adoptiuis,§.ſed ne articulū, C. de adoptionibus,l.adoptiones, ff.eodem.l. mulierem.C.eodem. Ratio horum omnium textuum eſt, quia ad naturæ imitationem & ſimilitudinem adoptiuæ fiunt filij: vnde veri iuſtiq́ue filij habendi non ſunt. nam adſociantur, vt Caius Iureconſultus ait in lib.1.Inſtitutionum tit 4 cum igitur hi liberi non natura,ſed adoptione,& priuati hominis voluntate filij fiant, dubium non eſt, ſtatuti verbis eos minimè comprehendi : cum hoc naturales tantum reſpexiſſe liberos, nec conſideraſſe priuati hominis affectionem facilè colligatur. Iura enim conſtituuntur de ijs quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, non quæ ἐκ παρὰ λόγου.l.iura. ff. de legib. Huc referri poſſunt interpretū authoritates multæ. Alexand & Socin.in d. l. adoptiuum.ff de in ius vocando. Roman. & Alexand.in l.ſi quis vi. ff. de adquirenda poſſ. Bartolus in l.ſacrilegij ff.ad legem Iuliam peculatus.& in l.1.ff.de receptis arbitris,& in l.ſi is qui pro emptore, & ibi Iaſon,ff.de vſucapionibus. Bald. in l.ciues. C de appellationib & conſ.24. lib. 1. Anchorau.in c. ſi verò,extr.de ſent.excommun.

11 Quartus caſus: Ex eadem † præcedenti maiore propoſitione quaſi cohærens procedit alia illatio, nempè ſtatuto quod fœminas extantibus maſculis hæreditate arcet, auertitque,non complecti adoptiuos, vt hi fœminis obſtent. Iaſon in l. cum filiofamilias, nume. 165. ff. de legat. 1. per l. fideicommiſſum. ff. de conditionib.& demonſtrat & in l.2 § prętor ait.ff.de in ius vocand. Decius in c.in præſentia,extr.de probationib.Ripa lib.1.Reſponſorum,cap.3.

12 Quintus caſus : Conceſſio † quoque feudi & emphyteuſis facta pro ſe & ſuis filijs,ad adoptiuos minimè pertinet. c. adoptiuus. & ibi Bald. titul. ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & agnatos vaſalli. Inde notari ſolet, quod ſtatutum vel conſuetudo de ſimplici non extendantur ad fictum : quaſi filius adoptiuus non ſit ſimpliciter filius,ſed fictus. Principis tamen indulgentia admitti poteſt. Baldus in c.adoptiuus. per §. naturales Ita tamen, vt ſi ex pacto filiæ ſuccedant in feudo, adoptiuus repellatur. And.de Iſern in d. c.adoptiuus. De emphyteuſi tradit Speculator in tit.de locato. §. nunc aliqua. Imola in l. ſi ita quis §.is cui.ff.de legat.2. Bald. in d. l fideicōmiſſum.ff.de conditionib.& demonſtr. Paul. de Caſtro,& Socinus in l adoptiuum. ff.de in ius vocand.Iaſ.in l. 3. C. de iure emphyteutic. Philip.Dec.in l.generaliter.C.de inſtitution. & ſubſtitut.

13 Sextus caſus : Ab † extraneo adoptatus, & ab eodem præteritus, teſtamentum non rumpit.l.cùm in adoptiuis, verſ.ſed ne articulum. & ibi Bald.ac alij.C.de adopt. §. item non aliter.Inſtit.eod.

Septimus caſus : neque † hunc filium alere tenentur,vt naturalem. Accurſi. Ioan Fabri, & Aretinus in §.ſed & ea omnia.Inſtit.de hæredib. ab Inteſtato venientibus Speculator & Ioan.Andr.in addit.in tit. qui filij ſint legit.§. 1.Bald.in d.l.cum in adoptiuis. & in Authentica niſi rogati, C ad Senatuſconſultum Trebellianum. 14

Octauus caſus : Conſequitur † inde, quòd multominus legitima ipſi debeatur. Bald. in d.l.cum in adoptiuis.Franciſ. Aret. in l. ex facto,in princ.ff.de vulg.& pupil. 15

Nonus caſus: Hinc † multi tradunt conſtitutionem quæ legitimam filiorum auxit, filijs adoptiuis minimè prodeſſe.argumento eſt, quod tradidit Vlpianus ſub l. Papinianus. §. penultim. ff de inofficioſo teſtamento Nam ſi quis impubes arrogatus ſit ex ijs perſonis, quæ & citra adoptionem & emancipationem quæri de inofficioſo poſſunt:hunc puto, inquit, remouendum à querela, cùm habeat quartam ex conſtitutione diui Pij quod ſi egit,non obtinuit, an quartam perdat? Et puto, aut non admittendum ad inofficioſum: aut ſi admittatur, etſi non obtinuerit quartam,ei quaſi æs alienum concedendum. hāc concluſionem tradit Gloſſ.in Authen de hæredib.& Falcidia.in verbo, qualē. & in Auth. de triente & ſemiſſe, in verb. hoc obſeruando. Bartol & alij in l.ſi arrogator. ff. de adoptionib. Bened.Capra conſ 80. quibus aduerſatur Barbat. in c. Raynaldus. extrà de teſtamentis, & ante eum Cynus, & Albericus. 16

Decimus caſus. Inde † & hæc Iuris municipalis interpretatio defluxit, ſi ex omni eo quod quis in loco ſtatuti acquiſiuit, gabella ſoluenda ſit,quantumuis naturales filij parentibus ſuis ſuccedentes eximantur, filium tamen adoptiuum eam præſtiturum, ſoluturumque, cum nomen filij ſimpliciter prolatum, nulla adoptionis mentione facta non conueniat adoptiuo Angel. in l.cùm in adoptiuis.C.de adoptionib. Socinus in l.cùm auus. colum.23. ff.de conditio. & demonſtrat Georg Natta in repet.c.quamuis.colum penult. de pactis,lib.6. 17

Vndecimus caſus : Priuilegia † ob liberos conceſſa non intelliguntur de adoptiuis. Adoptiui filij,inquit Vlpianus,in numerum non proficiunt eorum liberorum, qui excuſare parentes ſolent,l. 2. §. adoptiui. ff. de vacatione & excuſatione munerum.§.1. inſtitutio. de excuſatio. tutorum. Gellius libr.5.cap. 19.refert orationem Scipionis, in qua inter cętera quæ reprehendebat, quòd contra inſtituta maiorum fierent, id etiam culpauit, quòd 18

filius

filius adoptiuus patri adoptatori inter præmia patrum prodeſſet. verba eius in ea oratione ſunt: In alia tribu patrem, in alia filiũ ſuffragium ferre. Filium adoptiuum tam procedere, quàm ſi ſe natum habeat, abſentis ceu ſeri iubere, vt ad cenſum nemini neceſſe ſit venire. Hac tamen oratione nihil effecit Scipio: permanſit tamen vſq; ad Neronis tempora, vt filij adoptiui prodeſſent ad conſequenda munera Factum enim poſtea eſt Senatuſconſultum, ne ſimulata adoptio in vlla parte muneris publici iuuaret. Cornelius Tacitus in libro 15. Percrebuerat, inquit, ea tempeſtate prauiſſimus mos cum propinquis comitijs, vt ſorte prouinciarum plerique orbi, fictis adoptionibus adſciſcerent filios, pręturasq; & prouincias inter patres ſortiti, ſtatim emitterent manu quos adoptauerant. Qui magna cum inuidia ſenatum adeunt, ibi naturę munus labores educandi aduerſus fraudem, & artes, & breuitatẽ adoptionis enumerat. Hæc Tacitus.

19 Duodecimus caſus: Deniq; donatio † omnium bonorum facta ab eo qui liberos nullos habuit, ſi deinde habere incipiat, reuocatur. l. ſi vnquam C. de reuoc. donat. Adoptione tamen ſibi filios poſteà quærens, donationem minimè reſcindit: hoc eſt, adoptiui filij donationem omnium bonorum non reuocant. l. cùm in adoptiuis. C. de adopt. l. vlt. §. ex bonis. ff. de bon. damnat. quod tamen iuſti filij faciunt. Ratio huius cõcluſionis in cõſpicuo eſt. Nam hac ratione donans ſemper donationẽ reſcindere ac infringere poſſet, quòd ſanè ijs quibus donauit, damnoſum foret, & æquitati aduerſaretur, ac repugnaret, dum ius alteri quæſitum auferre liceret: necnon ipſi quoque turpe futurum certam voluntatem ſuam reuocare, irritamq; hac ratione facere: ideò in ſimili Vlpian. ſcribit, eorum duntaxat pupillorum arrogationem permittendam eſſe tutoribus his qui vel naturali cognatione, vel ſanctiſſima affectione ducti adoptarent: cęterorum prohibenda eſt, ne ſit in poteſtate tutorum, & finire tutelam & ſubſtitutionem à parente factam extinguere, l. nec ei §. 1. ff. de adoptio. Et Papinianus quoq; fideicommiſſum à filijs relictum: Si quis ex his ſine liberis diẽ ſuum obierit, adoptionis commento non excluditur. l. fideicommiſſum. ff. de condit. & demonſtr. Et iterum Vlpian. Is cui in tempus liberorum tertia pars relicta eſt, vtiq; non poterit adoptando tertiam partem conſequi. Hanc opinionem plurimi iuris noſtri Interpretes comprobarunt tum docendo, tum cõſulendo. Caſtren. in l. 2. in fin C. ſi in fraudem creditorum. Iaſon & Philip. Dec. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitut. & ſubſtitutionib. Dec. in c. in præſentia. extr. de probationibus. Ripa in l. ſi vnquam. C. de reuocand. donationib. & ibi Tyraquel. Curtius iunior in l. 1. C. de pactis. Pariſi. conſi. 72. nume. 33. libro 1. & conſ. ſequenti.

VALENTINI FORSTERI
IVRECONSVLTI PRAECLARISS.
DE SVCCESSIONE LIBERORVM EXTRA CONIVGIVM NATORVM, QVALES SVNT NATVRALES TANTVM:

item legitimati per ſubſequens matrimonium, vel per principis reſcriptum, vel per oblationem curiæ: item ſpurij: deniq; illi, qui ex coitu quem leges non modo damnant, ſed capitali grauiori q; pœna vindicant, nati ſunt.

LIBER SEXTVS.

CAPVT I.

Liberi extra coniugium nati, in quotuplici repertantur differentia.

SVPERIVS dixi, Romanorum inſtituto, liberos quoſdã legitimos eſſe; quoſdam illegitimos: Illi in triplici erãt cõſtituti differentia, vt eſſent ex iuſto matrimonio nati, per adoptionẽ quæſiti, ex concubinatu ſuſcepti. Quia verò pontificum iure quibuſdã adſerentibus concubinaria, illegitima habetur coniunctio: ideò iam de varijs illegitimorum generibus tractandum erit. Illegitimi verò, noſtro nũc tempore in varia multiplicíq; inueniuntur differentia. Horũ enim aliqui ex eo prodeũt coitu, qui grauiſſimis capitalibusque pœnis à legibus vindicatur & coercetur. Alij ex ea cõiunctione naſcuntur, q̃ quidẽ lex nõ probat, nulla tamen pęna vindicat, verùm quaſi per diſſimulationẽ negligir, quales ſunt naturales, hoc eſt ex concubina ſuſcepti, item ſpurij: item nati ex meretrice, ancilla aliave vili & humili perſona, quarum cõſuetudo cùm legitima non ſit, nulla tamen pœna coercetur. Inter hos autem liberos illegitimos primi potioresq; ſunt naturales, vtpotè qui ex cõiunctione, quæ quàm proximè ad vxoriam accedit, mortalem hanc vitam nacti ſunt. Quare medij quandoq; vocantur, cùm concubinatus nec legibus improbatus, nec vxoriæ coniunctioni par ſit habitus Res hæc vt eo facilius intelligatur, in Tabulam omne liberorum diſcrimen complexus ſum, ex qua facilè res hæc in plano erit atq; perſpicuo.

TABVLA

TABVLA CONTINENS DISCRIMEN LIBERORVM TAM VETVSTO, quàm noſtris nunc moribus vſitato Iure.

- **Legitimi**, qui νόμιμοι poſſunt dici & fieri.
  - Naturæ *beneficio: ac dicuntur iuſti Liberi, ex iuſto videlicet matrimonio procreati: Græcè γνήσιοι, καὶ ἰθαγενεῖς, ἐκ νομίμων γάμων.*
  - Legis *beneficio: & dicuntur Adoptiui, ποιητοί, καὶ εἰσποιητοί, θετοί.*
    - Adoptiui *ſpecialiter*
      - A *parente.*
      - Ab *extraneo.*
    - Adrogati.
- **Illegitimi**, *qui ſic diximus fortaſſe, quod tali congreſſu ſunt nati, qui legitimus q̃ in Oeconomica & Politica cõſiſtit, cõtrarius eſt & aduerſatur, quacunq; tandē de cauſa. Hoc poſito, duo illegitimi congreſſus varij ſint modi viri cum muliere, diſtingui poſſunt.*
  - Primariò, *ratione potiſſimũ habita eius ſocietatis, quã vel tollit, vel inquinat, vel labefactat coitus iſte illegitimus. Ratio igitur habēda perſonarum, potiſſimùm verò patientis: hoc eſt, mulieris. Nã patiens perſona agenti* CONSANGVINITATIS VINCVLO *aut affinitatis.*
    - Iũcta eſt, *& exiſtit*
      - In *matrimonio*
      - Extrà *matrimoniũ*
      - Et *dicitur vtroq; caſu coitus*
        - Incœſtuoſus: *hoc eſt, conſanguineorum vel affinium abuſus. c. lex. 36. q. 1. Hinc ἔγκεστοι.*
        - Nefarius, *qui ex linea aſcendentium & deſcendentium proficiſcitur. Quamuis hi duo coitus cõfundantur, & promiſcuè aſſumantur pro ijs qui intra gradus quoſcunq; prohibitos concepti fuere. Hinc nefarij.*
    - Non eſt iuncta *agenti vel conſanguinitate, vel affinitate. At hæc tamen alij vinculo matrimonij.*
      - Iũcta eſt, *aut*
        - Deo. *Hinc ſacrilegi, quorum vel pater, vel mater, dum eos concepit, ſacris erant initiati, c. impudicas, c. virginibus.*
        - Homini: *& committitur adulterium. Inde adulterini liberi.*
      - Non eſt *iuncta: et ſic rur ſus veneris cõmercium habet cum*
        - Vno *ſolùm, ut interim quæ iuſta vxoris loco habetur: & cõcubina dicitur, vel παλλακή: & liberi fortaſſis propriè νόθοι.*
        - Pluribus, *quæſtus cauſa: & meretrix, à merendo dicitur. Liberi verò propriè ſpurij, vulgò quæſiti: varij, quaſi vario ſemine in lucem emiſſi ſint item Manzeres appellantur.*
        - Concubitus, *qui lege permittuntur, vel certè non caſtigantur, & propterea Liberorum ex hoc concubitu ratio habita fuit: in patre quidem aliquo modo, in matris verò hæreditate plenè.*
  - *Secundariò ratione habita cõditionis perſonæ patientis: vel*
    - Fortunæ
      - Libera.
      - Serua, *vel ancilla. Inter ſeruos enim non matrimonium contrahi dicitur, ſed contubernium iniri. Ex ſeruili igitur conſortio orti, Vernæ dicuntur. de quibus Inſt. de ſeruili cognat. Hodie ſeruitute ſublata, inter ſeruum & ancillam matrimonium celebratur, idq; Pontificio iure, c. 1. & 2. 29. q. 3.*
    - Patriæ
      - Peregrina: *quia inter ſolos ciues Romanos matrimonium contrahebatur initiò. Qui itaque impari connubio ſibi copulabat, veluti peregrinam, Latini nominis, aut externam aliam mulierem, ius Legitimarum nuptiarum minimè conſequebatur: nec Liberi, iuſti legitimiq; habebantur, nec pater poteſtatis in liberos Ius adipiſcebatur, nec filij familiæ patris, ſed matris participes fiebant & annumerabantur. Inde bellum ſociale ortum: inde tot leges latæ, Claudia, Petronia, Fuluia, Liuia, Licinia, Apuleia.*
      - Popularis
        - Patricia-
          - Priſcis *enim temporibus plebeij plebeis, patricij patricijs iungebantur: quod lege Canuleia immutatum eſt.*
        - Plebeia
          - Infamia *notata, & turpis: huic ſi ſenator, ſi perfectiſſimus, ſi duumvir, ſi ſacerdos matrimonio iungebatur, matrimonium non erat, nihil ad liberos, nihil ad vxores pertinebat. l. f. C. de naturalibus liberis.*
          - Honeſtæ *ac integra fama.*
    - AETATIS, *an*
      - Matura.
      - Immatura.
    - PVDORIS
      - Virgo.
      - Vidua.
      - Inde *raptus, ſtuprum: & liberi παρθένιοι ἐκ τῶν παρθένων ἐκ τῶν ἀπὸ* …

CAPVT II.

De naturalibus liberis, vel medijs.

SVMMARIA.

1 *Naturalis, dictio, quo ad liberos, varia.*
2 *Naturales olim, qui ex ciue Rom. & Latina procreati.*
3 *Naturales vocantur filij iuſti in iure, reſpectu adoptiuorum.*

1 DIctionis † naturalis, quoad liberos, varia
eſt ſignificatio: Naturales enim generaliter ab antiquis habebantur illi qui ex duobus qui extra matrimonium viuebant, cõiungi tamen matrimonio poterant, naſcebãtur.
2 Deinde † cùm iuſtum matrimonium non niſi inter ciues Romanos eſſet. Inſtitu. de patria poteſtate. & Inſtit. de nuptijs. in princ. & ciuis Romanus aliquam Latinæ conditionis vxorem duxiſſet, nec illa iuſta vxor dicebatur, & liberi inde ſuſcepti naturales tantùm erant, ac libertinæ conditionis cenſebantur. l. fin. ff. de iure deliberandi: ſeu quod idem eſt, de legatæ conditionis. Sic Liuius lib. 43. Alia, inquit, noui generis hominum ex Hiſpania legatio venit ex militibus Romanis & Hiſpanis mulieribus, cum quibus connubium non eſſet, natos ſe memorãtes ſuprà quatuor millia hominum, orabant, vt ſibi oppidum in quo habitarent daretur: Senatus decreuit Latinam eam coloniam eſſe, libertinorumque appellari. Et lib. 39. decretum à Senatu refert, vt Hiſpalæ Feceniæ, Libertinæ quæ iudicium Bacchanalium fecerat, ingenuo nubere liceret, neu quid ei, qui eam duxiſſet, fraudi, ignominięve eſſet, inde quóque eueniebat, vt naturalium numero haberentur nati ex ſeruo ancillaq́;. Nam ſeruus & ancilla matrimonium non dicebantur contrahere, ſed tantùm contubernium facere.
3 Præterea † iuſti quoque filij reſpectu filiorum adoptiuorum naturales vocantur. Sic id quod Iuſtinianus ait in tit. de adoptionib. filios naturales in poteſtate patris eſſe, intelligendum eſt de naturalibus & legitimis. Propriè tamen naturalium appellatione continentur illi qui ex concubina iuſta nati ſunt: hoc eſt, verbi naturalis quadruplex eſt ſignificatio. Verè & propriè naturales dicentur nati ex concubina, ſeu ex ſeruili conſortio. Latè, omnes nati ex ſoluto & ſoluta, inter quos iungi nuptiæ potuiſſent. Latiſſimè, quicunq; illegitimè concepti ex quolibet congreſſu, non impropriè etiam, vbi accipitur pro iuſto filio: quod quandoque contigit, vbi Iureconſulti inter ſe naturales & adoptiuos conferunt. Videndum iam eſt, an concubinatus permiſſus ſit: & quæ in concubinatum adſciſci, adſumique potuerit mulier.

CAPVT III.

Quo iure concubinatus ſit permiſſus.

SVMMARIA.

1 *Concubinatus an permiſſus ſit.*
2 *Nuptiæ ſecunda, iuxta veritatis rationem, fornicationis ſpecies.*
3 *Ius Concubinatu ius ciuile conniuet.*

IVs † ciuile concubinatum admiſit, non 1
quidem vt rem turpem inhoneſtamq́; approbaret: ſed vt ſub quadam diſſimulatione maiora delicta comprimeret, ac euitaret. Sicut lupanaria, vitandi rapuis, incœſtus, & adulterij cauſa permittuntur. Sicut item Apoſtoli ſecundas adire nuptias præceperunt propter
incontinentiam hominum. Nam † vt diuus 2
Chryſoſtomus ait, ſecundam quidem accipere, ſecũdùm præceptum Apoſtoli licitum eſt: ſecundùm autem veritatis rationem verè fornicatio eſt. Sed (cùm permittente Deo) publicè & licenter committitur, fit honeſta fornicatio. propterea benè dixit Chriſtus Matthæi 19. Quia Moſes hoc permiſit, & non præcepit. aliud eſt enim præcipere, aliud permittere. Quod enim permittimus, nolentes præcipimus, qui malas hominum voluntates, ad plenum prohibere non poſſumus. c. hac. 31. quæſt. 1. Sic & in pleriſq; Chriſtianorum ciuitatibus in vſurarijs, & alijs minimè ferendis, lex conniuet, ac diſſimulat, vt hac ratione maioribus
delictis occurrat. Conniuebat † igitur ius ciui 3
le in concubinatu, cumque extra legis pœnam eſſe volebat, vt longè maioribus periculis obuiam iret, modò illa aſſumeretur concubina, quam legibus habere licebat.

CAPVT IV.

Concubinatum iure ciuili permiſſum, nec Iuſtiniani conſtitutionibus ſublatum eſſe, quod plurimi putarunt.

SVMMARIA.

1 *Concubinatus an conſtitutione Iuſtiniani ſublatus.*
2 *Concubinatus quam proxime ad coniunctionem vxoriam accedit.*
3 *Monachis concubinatus à Iuſtiniano graui ſub pœna interdictus.*
4 *Clericus ſuſpectam domi fouens, à clero remouetur.*

FVerunt † qui dixerunt, concubinatum 1
multis Iuſtiniani conſtitutionibus improbatum fuiſſe: nempe Auth. de lenonibus. Authen. Scenicas non ſolùm ſi fideiuſſores præſtent, ſed etiam ſi iuſiurandum dent, ſine periculo diſcedere. & Auth. vt non luxurientur homines contra naturam. quibus conſtitutionibus grauiſſimè inuehitur contra libidines, his non ſolùm perpetrantibus pœnas attrahi, ſed libidinum cauſa ciuitates deleri, regna mutari, vaſtarique ſcribit. Licet autem concubinatum minimè probem, facilè tamen ſententiam illorum qui Iuſtiniano hanc prohibitio-

hibitionem tribnunt, conuelli ac euerti poſſe
video Nam Iuſtinianus in dictis conſtitutio-
nibus non loquitur de concubinatu, ſed de le
nocinio, vel lenonibus, qui prouincias & lo-
ca plurima circumeunt, & miſero modo iu-
uenculas decipiunt, & in ſuis habitationibus
conſtitutas habent cibum, veſtes, & alia ſub-
miniſtrantes. vt ipſæ quæſtum corpore faciāt:
lenones verò ex corpore earum accedentem
factumque quæſtum accipiant: hoſce leno-
nes nouiſſima ſupplicia ſubire vult. Sic in Au
then. vt non luxurientur, loquitur de horren
da contra naturam luxuria, & præpoſtero ve-
neris vſu, de quo D. Paulus quoque grauiſſi-
mè concionatur, cùm ait: propterea tradidit
illos Deus in paſſiones ignominiæ, nam fœ-
minæ illorum immutauerunt naturalem v-
ſum, in eum vſum qui eſt contra naturam: ſi-
militer autem & maſculi relicto naturali vſu
fœminæ, exarſerunt in deſiderijs ſuis in inui-
cem, maſculi in maſculos turpitudinem ope-
rantes, & mercedem quam oportuit erroris
ſui, in ſemetipſis recipientes. Propter hæc gra
uiſſima horrendaque delicta, ait Iuſtinianus,
& famem, & terræmotum, & peſtilētiam im-
mitti, & eos qui ſe talibus delictis miſericor-
dia Dei indignos faciunt, vltimis ſupplicijs
ſubdi mandat.

2 Concubinatus † autem, quàm proximè ad
cōiunctionem accedit vxoriam. l. item. §. par-
ui. ff. de leg. 3. ideò tantum abeſt, quod Iuſtinia
nus eum improbet, imò multis conſtitutioni
bus liberos ex tali coitu natos iuuat, ac ſucceſ-
ſionem in bona materna vnà cum alijs iu-
ſtis liberis æqualem, in paterna ex parte per-
mittit, ſimulque beneficium concedit legi-
timationis, quo ſui & legitimi efficiuntur, ac
omnia iura iuſtorum liberorum conſequun-
tur. Auth. quibus modis naturales efficiantur
ſui. Auth. quib. modis naturales efficiantur le-
gitimi §. conſideremus. Auth de triente & ſe-
miſſe. l. cum quis & duabus ſequentibus. C. de
naturalib. liber. In aperto itaque eſt, Iuſtinia-
num minimè de concubinatu in prędictis lo-
cis loqui, nec eum damnare.

3 Vno tamen † caſu concubinariā, vel forni-
catiam hanc coniunctionem reijcit, quod
plus eſt, cōiugium in ſacratis viris improbat.
Eum enim qui monaſticam profeſſus eſt or-
dinationem, & nuptias contraxerit, aut con-
cubinam habuerit, aut luxurijs vitam tradide
rit, excludi à clero & priuatam agere vitam,
iubet, indignumque ad militiam aut aliud of
ficium facit. Auth. de monachis §. ſi quis au-
4 tem monaſticam. Nec † monachis modo in-
terdicit, ſed & alijs clericis epiſcopiſque, quod
plus eſt, omnibus preſbyteris ſecundùm ſan-
ctarum regularum virtutem prohibet, mulie
rem aliquam in domo habere citra matrem,
aut ſororem, aut filiam, & alias perſonas quæ
omnem ſuſpicionem effugiunt, addit: Si neg-
lecta hac conſtitutione, mulierem in domo
ſua cum qua ſuſpectus eſſe poſſit, habeat, & ſe-
mel & ſecundò à ſuo epiſcopo, aut ſuis cleri-
cis admonitus, ne cum tali muliere habitaret
eijcere eam de ſua domo noluerit, aut accuſa-
tore apparente approbetur inhoneſtè cū mu-
liere conuerſari, tunc epiſcopo mandat, vt eū
à clero amoueat, curiæque ciuitatis cuius erat
clerus, tradat: epiſcopo verò ipſi nullam peni-
tus permittat habere mulierem: quod ſi de-
prehenſus fuerit, epiſcopatu abdicādum ſan-
cit, cùm ipſe ſe indignum ſacerdotio oſten-
dat, §. ſi autem tempore ordinationis. §. preſ-
byteros. Auth. de ſanctiſſ. epiſcopis. §. neq; au-
tem. Auth. quomodo oporteat epiſcopos. §.
ſed & ſi quis. Auth. de nuptijs.

CAPVT V.

Falſam eſſe quoque communem opinionem, qua adſeritur Pontificio iure concubinatum ſublatum.

SVMMARIA.

1 *Concubinam iure Canonum communiter, an habere liceat, & num. 2.*
3 *Concubitus extra matrimonium, abominatio coram Deo.*
4 *Conciliorum quæ auctoritas.*
5 *Iſidori laus.*
6 *Intellectus c. is qui, cum c. ſeq. 34. diſt.*
7 *Clerici concubinarij taxantur.*
8 *Concubitus fornicarius iure diuino prohibitus.*

QVemadmodum Iuſtinianus, laicis con-
cubinatum permittit. veteres enim de
hac re, leges nec corrigit, nec antiquat. ab † o- 1
mni autem fœminarum conſortio, quàm lō-
giſſimè clericos abeſſe vult: ita concilio Tole
tano vniuerſaliter illis, qui non habent vxo-
res, pro vxore concubinam habere permitti-
tur, citra communionis priuationem, tamen
vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ
ſint coniunctione contenti. c. is qui non ha-
bet. 34. diſtin. Et Iſiodorus ait: Chriſtiano nō
dicam plurimas. ſed nec duas ſimul habere li-
citum eſt, niſi vnam tantum aut vxorem, aut
certè loco vxoris ſi coniunx deeſt, concubinā.
c. Chriſtiano. diſtin. ead.

Cùm itaque concilio Toletano vniuerſali
ter, indiſtinctèque concedatur, habere concu-
binā ijs, qui vxoribus carent: & Iſiodorus in-
definitè loquatur, planum eſt omnibus con-
cubinariam coniunctionem eſſe indultam:
modo vnam, non plures habeant. At quid re-
ſpondebimus † communi Interpretum adſer 2
tioni. Nam & ſi habent ſuæ opinionis autho-
rem colendum venerandumq; D. Ambroſiū,
cuius verba diuinæ imprimis cōueniunt ſcri-
pturæ: & quia decretis inſerta ſunt, pari auto-
ritate cum concilio, necnon Iſiodoro vtun-

tur: Ait igitur D. Ambroſius: Nemo, inquit, ſi-
bi blandiatur de legib. hominum: omne ſtu-
prum, adulterium eſt, nec viro licet, quod mu
lieri non licet: Eadem à viro, quę ab vxore de-
betur caſtimonia. Quidquid in ea quæ non ſit
legitima vxor, commiſſum fuerit, adulterij
crimine damnatur. In eodem, nulli licet ſci-
re mulierem, præter vxorem, ideoque con-
iugij datum eſt tibi ius, ne in laqueum dia-
boli incidas, & cum muliere aliena delin-
quas: Tolerabilior eſt, ſi lateat culpa, quàm ſi
culpæ vſurpetur authoritas. Nec hoc ſolum
eſt adulterium, cum aliena peccare coniuge,
ſed omne quod non habet poteſtatem coniu-
gij: tamen iſte locus docet grauius eſſe crimē,
vbi celebrati coniugij iura temerantur, & v-
xoris pudor ſoluitur: ideoque cum prætende-
ret Abimelech, quod vxorem alienam eſſe ig
norauerit: quam ſororem ſuam eſſe vir ipſe
dixit, reſpondit ei Dominus. Et ego cognoui,
quia puro corde feciſti hoc, & peperci tibi, vt
non peccares in me: propter hoc nō ſum paſ-
ſus, te tangere eam. Cognoſcimus velut præ-
ſulem cuſtodemque eſſe Deum coniugij, qui
non patitur alienum thorum pollui. Et ſi qs
fecit eū peccare in Deum, cuius violet legem
& gratiam ſoluat: & qui in Deum peccat, ſa-
cramenti cæleſtis amittit conſortiū: Hæc Am
3 broſius, nunc ſub c. nemo. 32. q. 4. Hac † itaq;
in cauſa non hoc efficere volo, vt concubina-
tum defendam aut probem: Scio enim omnē
extra legitimum cōiugium commixtionem,
eſſe coram Domino abominationem, neque
tantum contaminantibus ſe libidine ac turpi
tudine pœnas mundanas, ac deinde æternas,
inferri: ſedhas inſuper familijs, dominijs, prin
cipatibus, regnis, ruinam euerſionemque at-
trahere. Volui ſaltem oſtendere de prohibi-
tione concubinatus nihil certi, nihilque fir-
mi in iure Pontificio extare, quod antehac o-
mnes negarunt, vel ſcientes tacuerunt. Nam
D. Ambroſius cōcubinarum ne mentionem
quidem facit, ſed loquitur de ſtupris, de adul-
terijs, quando ligatus ligatave, cum ſoluto ſo-
lutave ſe commiſcent. Prętereà † quanta ſan-
4 ctorum Conciliorum, quæ ſanctiſſimorum
plurimorumque epiſcoporum congregatio-
ne, ineuntur & definiunt, authoritas ſit, mei
officij non eſt dicere: veritus ne noſtri tempo
ris Theologi, aut in et dicto mecum conten-
dant, aut me ex iure manu conſertum vocēt,
quod temerè in proprias ipſorum irruerim
poſſeſſiones. Quare plus me concilio hi qui ſe
in hac opinione mihi opponent, tribuere ve-
lint, an D. Ambroſio ipſi cogitent. Ego ſanè
Concilij auctoritatem ita à multis & prędica-
tam & confirmatam ſcio, vt poſt ſummum
pontificem primæ præcipuæq; eius ſint partes
quemadmodum multi multis id probant ra-
tionibus Specul. Dominicus Iacobatius. Ioan.
Fabr. Frid. Nauſea, Albert. Pighius, & alij in li-
bris quos de auctoritate Concilij ediderunt.
Idem † de Iſiodoro dicendum eſt. Nam & 5
hic ſimiliter epiſcopus, ac doctrina, virtutib9
& crebris miraculis inſignis, longo poſt Am-
broſium tempore, concubinariam conſuetu-
dinem non improbauit, vna modò habeatur
non plures.
Cum † itaq; diuerſę nunc in iure Pontificio 6
vna eadēq; de re inueniātur ſentētiæ, dicendū
eſt aut Ambroſij verba, concilij Toletani de-
cretum, necnon Iſiodori autoritatem infrin-
gere, aut pontificem Roman. qui libros De-
cretorum confirmauit, dum repugnantes ſen
tentias inſeri paſſus eſt, nihil certi ea de re con
ſtituere voluiſſe. Quamuis autem pro diſſolu
tione huius obiectionis adferatur, concubinā
& in Toletani concilij decreto, & in Iſiodori
libro intelligendam eſſe vxorem, quæ ceſſan-
tibus inſtrumentis vnita eſt, & coniugali affe-
ctu adſciſcitur: quæ quidem quoad effectum
& reipſa vxor eſt, ob omiſſa tamen ſolennia
concubina vocatur. c. omnibus. §. 1. diſtin. 34.
Archid. Geminia. & alij in d. c. is qui. Cuilibet
tamen verba decreti Toletani, necnon Iſio-
dori inſpicienti, facilè conſtabit hac interpre-
tatione callida vim fieri & concilio & Iſido-
ro, cùm in vtroque mentio fiat, & vxoris, &
mulieris, & concubinæ, ac diſcernantur hę &
ſeparentur. Nec præſumendum eſt, Iſiodorū
Latinæ proprietatis ſtudioſiſſimum, confun-
dere hæc vocabula, & permiſcere voluiſſe: ta-
ceo quòd verba propria ad improprietatem
detorquenda non ſint. Sed † quid multum di- 7
ſputo de hac re, cùm omnibus obuiam ſit, &
tanquam in theatro publico conſpicuum, vl-
trà omnem hominum memoriam à clericis
vſurpatum eſſe morem, vt non vnam modò
focariam, ſed oblectamenti, variæque Vene-
ris cauſa plures habere: vniuſq; amiſſæ deſide-
rium, duabus tribusve ordinarijs, extraordi-
narijs infinitis reſarcire liceat: quod quando
mos eſt, crimen nunc non eſt, c. obijciuntur,
diſtinct. 32.
Hæc quidem adferre volui, non vt concu-
binatum probarem, nec etiam vt Pontificiā
amplitudinem peterem: à cuius quidem rei
ſuſpicione, quàm longiſſimè abeſſe velim: ve
rùm diſputādi ſolummodò cauſa id feci: quæ
diſputationes iuris noſtri interpretibus vſita-
tiſſimæ ſunt. Omnibus † enim nota ſunt diui- 8
na mandata, Non mœchaberis. item. Scorta-
tores & adulteros iudicabit Deus. item, Om-
nis ſcortator & contaminatus non habet hæ
reditatē in regno Chriſti & Dei: propter hæc
enim venit ira Dei ſuper inobedientes. Et ex-
tant irę Dei horrenda exempla, quibus oſten-
dit, ſe verè omnibus pollutis iraſci: & non re-
ſipiſcentes delere. Sic Sodoma deleta eſt, ſic
multis alijs vrbibus, regnis & imperijs exitio

fuerunt libidines,vt omnibus Grȩcis ciuitati-
bus Thebis,Athenis,Spartȩ. Sic plurimi reges
tragicis caſibus interierunt,vt Aegyſthus, Cly-
temneſtra,Macedonici ferè reges omnes,Ar-
chelaus,Philippus,Alexãder,Demetrius,Pro-
lomæi,Cæſares plurimi: ſic quoque tota trib*
Beniamin deleta eſt propter ſtupratam vxo-
rem Leuitæ. Et infinita alia paſſim extant ex-
empla.

CAPVT VI.

Concubinæ vocabulum explicatum.

SVMMARIA.

1 *Concubina veteribus non inhoneſtum nomen.*
2 *Pellex qua habeatur.*
3 *Concubina iure ciuili qua.*
4 *Vxor dignitatis nomen eſt, non voluptatis.*
5 *Vxor rerum mariti quodammodò domina.*
6 *Concubina ab inteſtato non ſuccedit.*

1 COncubinæ † appellatio apud veteres ni-
hil inhoneſtatis habuit, quippè quæ quã
proximè ad vxoriam accedat commixionẽ:
vnde à Græcis παλλακαὶ dicitur. Sic Homerus
Odyſſ.ξ. ἐμὲ δ' ὠνητὴ τέκε μήτηρ παλλακίς,& Ariſto
phanes ἴξω παλλακάς: qua ſignificatione puellæ
apud Dores vocantur. Appellabatur itaq; cõ-
cubina ea,quæ extra legis pœnam, & ſine me-
tu criminis haberi poterat. Sueton.de Veſpa-
ſiano: Inde quieti vacabat accubante aliqua
pallacarum, quas in locum defunctæ Cœni-
dis plurimas conſtituerat,quamuis Cicero in
libro 1.de Oratore eam concubinam vocet,
cum qua ſolemus verſari, dum adhuc nobis
cum alia eſt matrimonium, quod quidem iu-
re noſtro non conceditur.l.1. C. de concubi-
nis. Differt itaque plurimum ab amica, cuius
nomen quaſcunque meretrices continebar.
2 Necnon quoque à pellice. Nam † pellicẽ ſcri-
bit Maſurius, etiam habitam apud antiquos,
quæ cùm vxor non eſſet, cum aliquo tamen
viuebat. Flaccus verò ait, pellicem nunc vul-
gò vocari,quȩ cum eo cui vxor ſit,corpus mi-
ſceat. Inde apud Oratores & Poetas,pellex nõ
tam viri,quàm vxoris nuncupatur. Cicero in
oratione pro Cluentio: Vxor generi,nouerca
filij,filiæ pellex. Saluſtius in Ciceronem: Filia
matris pellex tibi iucundior atq; obſequenti-
or quàm parenti par eſt. Ouid.epiſt.9.

Nomine depoſito pellicis, vxor erit.

Sueton.de Cæſare: Prætereo adiectiones Do-
labellæ, In quibus enim Dolabella pellicem
reginȩ dicit Et Cicero in Saluſtium: omnium
cubiculorũm pellex, & idem poſteà adulter.
Pellex itaque nomen Latinum eſt, à pellicio,
non à Græco παλλακίς. vt quidam arbitrantur.
3 Concubina † itaque in noſtro iure dicitur li-
beræ conditionis mulier, quam nobis citrà le-
gis pœnã adſciſcimus. d.l o Maſurius. & cum
qua morari turpe non eſt. Accurſ.in l.ſi ea. &
ibi Bald.C.de condit.inſert. Quamuis autem
hȩc quam proximè ad vxorem accedat,vt lex
proteſtationem requirat. qui enim honeſtæ
vitæ, & ingenuam mulierem in concubina
tum habere maluerit, teſtationem adhibere
cogitur.l.3.ff.de concubinis. & leges quando-
que de ijs ſumunt argumentum.l.liberta ff de
operis liberrorum.l.qui concubinas. ff.de le-
gat.3.ac vt Vlpianus ait: Parui refert vxori, an
concubinæ quis leget, quæ eius cauſa empta
parataue ſunt. Sanè enim niſi dignitate nihil
intereſt. Vnde quoque † apud Spartianum de 4
Aelio Vero legitur, vxori cum ſuæ conquerẽ-
ti,quòd cum alijs fœminis cõſuetudinem ha-
beret,dixiſſe: Patere me & alias exercere cupi-
ditates meas. Vxor † enim dignitatis nomen
eſt,non voluptatis. Multo tamen arctius cum 5
vxoribus vinculum non corporum modò cõ
iunctione,ſed animorum perpetuò amore cõ
trahitur, rerumq; omnium inter ſe ſocios effi
cit, diuini humaniq; iuris communicationẽ
tribuit,l.1. ff. de ritu nupt. ob quod vinculum
vxor in poteſtatem viri tranſit,domina quo-
dammodò rerum mariti efficitur.l.1.ff.rerum
amotarum. Eius radijs fulget, Auth.de conſu
libus.§.itaque.dignitatem eius ſequitur. l.fœ-
minæ.ff.de ſenatoribus l.1.C de dignitatibus.
lib.12.domicilium & forum mariti ſortitur.l.
cum quædam puella ff. de iuriſdict. omnium
iudic.l.exigere.ff de iudicijs. nunquam à viro
niſi propter adulterium ſeparatur. Concubi-
na verò † corporis modo coniunctione an-
nectitur,relinqui poteſt, nec ab inteſtato ſuc- 6
cedit,l.1.ff.vnde vir & vxor. Gloſſ.in §. conſi-
deremus. Auth. de triente & ſemiſſe. Nec ap-
pellatione vxoris venit. l. ſi concubina. 17. ff.
rerum amotarum. l. donationes in concubi-
nam.32. ff.de donationibus. Licet enim quo-
ad matrimonij debitum,vel corporum com-
mixtionem,par ſit vxoris concubinæque con
ditio,vt Vlpianus ait: non tamen id in alijs ré
bus ſequitur, cùm à particulari ad vniuerſalé
argumentatio vitioſa reddatur.

CAPVT VII.

Quæ requirantur ad concubinatum, hoc eſt, quæ propriè dicatur concubina.

SVMMARIA.

1 *Concubina vt quæ ſit quid requiratur.*
2 *Concubina ſine teſtatione manifeſtante non habetur.*
3 *Concubina vt quæ ſit, domi retineri debet.*
4 *Naturales ſunt, qui ex concubina legitima ſuſcepti.*

IN concubinatu primò neceſſe eſt, vt am-
bo ſint liberæ conditionis, & ſine matri- 1
monio. Noluit enim lex quemlibet pro con-
cubina aſſumi, & haberi: verùm eam ſolum-
modò,cum qua nec adulterium nec ſtuprum
committi poſſit.l.1.§.1.ff.de concubinis. licet

ſit ingenua, vel obſcuro loco nara, vel quæ quæſtum corpore fecit, vel quæ damnata eſt etiam de adulterio.l.1. §. qui autem. l. in concubinatu.3.ff.de concubinis. §. ad hoc. in Authen.vt liceat matri & auiæ.l.nuper. C.de naturalibus liberis.l.etſi contra. C. de nuptijs. §. fin.Inſtitut.de nuptijs.c.tanta,ext.qui filij ſint legitimi.

2 Secundò,† vt concubina dicatur, neceſſe eſt conſenſum vtrunque expreſſim interceſſiſſe, præſertim ſi ingenuam in concubinatu habere voluerit,d.l in concubinatu.3. Sine teſtatione enim hoc manifeſtum faciente non conceditur. Conſenſus verò,etſi initio non adfuit,cum tamen deinde interueniſſe, vel talem eſſe qui ex iuris præſumptione colligi poſſit, ſatis eſt,veluti ex longa diuturnaque conſuetudine.Nam conſenſus qui ex preſumptionibus colligitur, etiam manifeſtus dicitur, l. licet Imperator.74.ff.de legat.1.l.manifeſtæ.38. ff.de iureiurando. Item, quòd vir proteſtetur eam ſe retinere velle pro concubina. Si enim conſenſus viri & mulieris ad concubinatum non accedat, ſtuprum cum virgine, viduave committitur.Bald.in l.eam quam.14.C.de fideicommiſſ.Ea enim proteſtatio hoc preſtat, ne talis coitus dicatur ſtuprum,nec puniatur. l.cum ſecundis tabulis.16 § quoniam.vbi Bartol.ff.de his quibus vt indig.

Tertiò requiritur,vt vnicã habeat. c. Chriſtiano.34.diſtinct.& Auth.quibus mod.naturales efficiantur legitimi.§.ſi verò effuſa. & §. conſideremus,de triente & ſemiſſe.

3 Quartò,† oportet vt vir eam in domo retineat.l.Maſurius 144.ff.de verborum ſignific. d. §.conſideremus. hoc eſt, vt ſimul cohabitent,vna eademque menſa vtantur.Quamuis Placentinus cohabitationem non requirat, per l.penultim. ff. de concubinis. oportet etiam eam tractari vt vxorem, in cohabitatione,in veſtitu, & indubitato affectu : idque vicinis ſcientibus, videntibus & audientibus. Angel. in §. conſideremus. per illum textum, Authen.de triente & ſemiſſe.colum.3.Baldus in conſi.202.in prima parte. Bartol.in l.ex facto.17. §. ſi quis togatus. ff. ad Senatuſconſultum Trebellian. Guilielm. Bened. in c. Raynutius,in verb. & vxorem nomine Andal.nume.105.fol.103.

4 Naturales † itaque liberi propriè illi dicuntur, qui ex concubina legitima ſuſcepti ſunt, d.c.tanta,& Authen.ex complexu,C.de inceſtis nuptijs.& vulgò baſtardi vocantur. Alexand.conſi.128.in penultim.colum.in 1.volu. qui quidem patris ſtatum non retinent, ideoque non niſi concedente patre, aut conſuetudine permittente eius arma inſigniaque geſtant. Bal. in dicta l.filium.6.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Bartol.in tractatu de inſignijs.& in l. pronunciatio. 195. ff. de verborum ſignificat Aluarottus in c.cæteri,num.8.titul. quis dicatur dux, marchio, in vſibus feudorum.

CAPVT VIII.

Hiſtoria ſucceſsionis naturalium in bona patrum ante tempora Iuſtiniani,in qua explicatur Antinomia quædam,& Alciati diſſolutio notatur.

SVMMARIA.

1 *Naturales an patri ſuccedant iure Digeſtorum, iuráq; ciuium Rom.habeant,& num.4.*
2 *Naturalium nomen à Conſtantino primum patefactum aſſerente Iuſtin quomodo accipiendum,nu.8.*
3 *Naturales iure Digeſt. hæredes inſtitui potuiſſe.*
5 *Alciati opinio de inſtitutione naturalium euerſa.*
6 *Liberi ſequuntur ciuitatem vnde pater oriundus.*
7 *Romæ natus,ciuis Romanus eſt.*
9 *Conſtantinus primus Imperator Chriſtianus.*
10 *Conſtantinus duas in ſucceſsione naturalium conſtitutiones edita.*

ANtequam ad ſucceſſionem naturalium
accedam, operæpretium me facturum
putaui,ſi quæſtionem difficilem,quæque mul
tis inuoluta,obſtructaque eſt legum difficulta
tibus,præmitterem: Naturalesne † liberi vete 1
ri Digeſtorum iure parentibus ſuccederent,
ac pro ciuibus Romanis haberentur? Cùm hi
ſoli legata, hæreditates caperent, teſtamenti
factionem haberent,iuris connubiorum par
ticipes eſſent,poteſtatem in filios,ius adoptio
nis,agnationis,togæ ferendæ,gentilitatis,mi
litandi in legionibus, immunitatem à ſuppli
cijs haberent?

Quæſtio hæc ex eo difficilior reddita eſt,
quòd Iuſtinianus in ſuis conſtitutionibus ait,
Naturalium nomen priſcis Romanorum tẽ 2
poribus penitus neglectum & ignotum,à Cõ
ſtantino primùm patefactum eſſe: ac paulo
pòſt adſerit, Valenti, Valentiniano & Gratia
no,primis, placuiſſe humanum aliquid circa
naturales agere, ac ipſorum curam ſuſcipere.
Authent. quibus modis naturales efficiantur
ſui,in princ.& §.diſcretis. Cùm tamen † in a 3
perto ſit,naturales inſtitui hæredes potuiſſe,
atteſtante Iauoleno in ea quæſtione, vtrùm li
bertinus filius iuſto filio par ſit, vbi ſententiã
Trebatij,qui filij appellatione libertinum cõ
tineri putabat,probat repudiata opinione La
beonis,qui eo loco verum filium accipi opor
tere affirmabat.l.final. ff. de iure deliberandi.
Sic Iulius Paulus ſcribit,filium naturalem co
hæredem, cum legitimo filio à patre inſtitu
tum,eidemque ſubſtitutum, ſi mortuo patre
filius legitimus moriatur ſuperſtite matre &
fratre naturali, quem cohæredem habebat,
ex ſubſtitutionis cauſa fratri impuberi non
ſucce-

ſuccedere, ſed ad matrem legitimi filij hæreditatem ab inteſtato pertinere. Aliter, ſi eiuſdem ætatis liberi inſtituti, inuicemque ſubſtituti fuiſſent: tunc enim altero defuncto intra pubertatem eius ſucceſſio nõ ad matrem, ſed ſubſtitutum eius deuoluitur, l. Lucius. 45. §. 1. ff. de vulg. & pupil.

Et Papinianus de facti ſpecie tali interrogatus: Volo prædia dari libertis meis, quod ſi quis eorum ſine liberis vita deceſſerit, partem ad reliquos pertinere volo. Quæſitum eſt an collibertus qui filium habebat, qui & manumiſſus erat, ſubſtitutum excludat, ac in patris locum ſuccedat? reſpondit, collibertum patris, eundemque filium, ex voluntate ſubſtitutionem excludere. l. cum pater. §. volo. ff. de legat. 2. Præterea ex Senatuſconſulto Tertylliano mater ad bona filij vulgò quæſiti venire poteſt. §. fin. Inſtitut. de Senatuſconſulto Tertylliano. Et liberi quoq; vulgò quæſiti ex Orphitiano Senatuſconſulto ad bona matris admittuntur. §. fin Inſtitut. de Senatuſconſulto Orphitiano. l. hac parte. l. ſi ſpurius, ff. vnde cognati.

Quia itaque apertiſſimè ac planiſſimè con-
4 ſtar, † naturales in vniuerſum hæredes inſtitui, ac eoſdem rectè ſubſtitui, & fideicommiſſa ijs relinqui potuiſſe ducentis & amplius annis, antequam Valens & Valentinianus ad imperiũ euecti ſunt, quid agemus? Iuſtinianumne inſcitiæ, ignorantiæq; arguemus: an verò Iureconſult. reſponſis parum fidei adhibebimus? Abſit vtrumque. Propter hanc difficultem veteres Interp. hanc ὑπεροψίαν quaſi prætereuntes, diſſimulanter neglexerunt. Vnus Alciatus omniũ primò rem aggreſſus, & hũc nodum ex temporum ſerie diſſoluere conatus eſt. Ait itaque: Si quis ciuis Romanus aliquam Latinæ conditionis vxorem, nec iuſtã eam vxorẽ, nec liberos inde ſuſceptos iuſtos, ſed naturales tantùm & libertinæ cõditionis fuiſſe. l. fin. ff. de iureiurand. His deinde æquiparat φυσικοὺς, id eſt naturales, qui ex concubina domi retenta, & quam habere licuit, nati ſunt: necnon quoque eos, qui ex matre nati ſunt, cum qua ſtuprum non eſſet, vt quia liberta ſit, quæ etiã innito patrono alicui ſe in concubinatum dederit: vel ingenua ſit, dum tamẽ obſcuro loco nata ſit, ſeu quæ corpore quæſtũ fecerit, l. palam. §. penultim. ff. de concubinis. Cum hiſce igitur omnibus ante Antonini tẽpora patrem teſtamenti factionem nõ habuiſſe, poſt habere cœpiſſe adſerit. l. cum tabulis. §. fin ff. de his quæ vt indign. Iſtis autem ſeu naturalibus ſeu nothis, lege antiqua nihil relinqui poterat: quoniam, vt Iuſtinianus ait, lex eos habebat tanquam ἐκφύλους καὶ ἀλλοτρίους τῆς ἑλληνικῆς πολιτεύματος: hoc eſt, peregrinos, & ab omni ciuitatis iure alienos, qui nihil ex teſtamento capere poterant. Poſt conſtitutionem verò Antonini, qua omnibus qui in orbe Romano eſſent, Ius ciuitatis communicatum eſt. l. in orbe. ff. de ſtatu hominum. cœpit quoque parentibus teſtamenti factio eſſe: poteratque pater tum eos cohæredes iuſto filio dare, vel ſubſtituere, vel aliter arbitratu ſuo eis legare, d. l. Lucius. ff. de vulgari & pupil. d. l. cùm pater. §. volo. ff. de legat. 2. d. l. fin. de iure deliberandi. Quæ quidem legandi, ſubſtituendique poteſtas, cùm non modò grauis, iuſtis eſſet liberis, ſed iniqua videretur, quòd parentes ab ijs interdum ad naturales magnam ſuorum bonorum partem transferrent: à Conſtantino coarctata fuit, l. 1. C. de naturalibus liberis: magis à Valentiniano coanguſtata, mox ab Honorio, deinq; à Iuſtiniano. Hæc ferè Alciatus.
Quemadmodum † aurem hic vir, non iuris 5
tãtùm, ſed omnium diſciplinarum ac linguarum peritiſſimus, ex temporum ſerie nodum hunc euoluere, difficilemq; hanc ἐναντιοφανείαν cõciliare conatur: ita eundem gladium, quo vtitur, in ſe vertit, ac (vt vulgò dicitur) ſeipſum iugulat. Ait Alciatus, ante Antonini conſtitutionem, qua omnibus in orbe Romano ius ciuitatis conceſſum eſt, patrem cum ijs liberis naturalibus qui ex Latina vxore ſuſcepti erãt, necnon alijs ex concubina natis, qui omnes libertinæ conditionis cenſebantur, nullam teſtamenti factionem habuiſſe, lata conſtitutione & communicato ciuitatis iure habere cœpiſſe quid nunc reſpondebit Alciatus, quãdo Trebatium producemus, qui tempore Ciceronis, ante Antoninum Pium centum & octuaginta quinq; aut circiter annis vixit? quid ad Labeonem dicet, inter quos diſputatio fuit, vtrùm libertinus filius pro iuſto filio, hoc eſt, ex legitimo matrimonio nato, habendus ſit? Qua denique ratione Papinianum ſub l. cùm pater. §. volo. ff. de lega. 2. Vlpianum ſub l. ſi ſpurius. ff. vnde cognati. Iulium Paulum ſub l. Lucius. § fin. ff. de leg. 2. Caium ſub l. hac parte. ff. vnde cognati. Tertyllianum conſulem, eundemque theologum, & Orphitium, ſenatuſconſultorum authores mendacij arguet, cùm hi omnes ante Antonini tempora vixerint. Deinde cõcedamus Alciato, verum eſſe ante Antonini tempora, ſi ciuis Romanus externam mulierem ſibi adiungebat, ex ea ſuſceptos liberos ius ciuitatis conſequutos non fuiſſe: cùm Id ſoli ciues ſplendoris cauſa præcipuum inter ſe, peculiareque cuſtodiebant: qua nunc ratione probabit, ſi ciuis Romanus ingenuam mulierem, ciuem Romanam, in concubinam adſumpſiſſet, & liberos ſuſcepiſſet, eos libertinæ eſſe conditionis, nec patrem teſtamenti factionem habuiſſe? quò nunc elabetur? Certi enim iuris eſt, neminem inſtitui potuiſſe, niſi ciuis eſſet Romanus.

Cùm itaque naturales ex ciue Romano &

Romana ſuſcepti, inſtitui potuerint; vt ſuprà
dictum eſt: conſequitur neceſſariò, patrum
eos ſtatum ſequutos fuiſſe, ac ius ciuitatis ha-
buiſſe, præſertim cùm concubinatus iure ciui
li conceſſus & permiſſus fuerit, nec turpis vel
inhoneſtus exiſtimatus. l. 3. ff. de concubinis.
Taceo quòd Senatuſconſulta de ciuium Ro-
manorum negotijs cauſiſque tantum fiebãt,
ad peregrinos exterosque non pertinebant,
cum hi ἀπόλιδες haberentur, l. 1. C. de hæredi.
inſtit. Et aliàs indubitati iuris eſt, originem,
manumiſſionem, adiectionem vel adoptio-
nem ciues facere. l. cines. C. de incolis. libr. 10.
6 Neque ciuitatem † ex qua nati ſumus, ſed vn-
de pater naturalem originẽ ducit, ſequimur
l. adſumptio. §. 1. ff. ad municipalem. Quemad
modum is quoque qui ex vico ortus eſt, eam
patriam intelligitur habere, cui Reipub. vicus
ille reſpondet, l. ille qui ex vico. & ibi Gloſſ. ff.
eodem. Quod ſi vulgò conceptus ſit, prima o-
rigo à matre, exque eo die quo ex ea editus eſt
numerari debet, l. 1. in fin. l. eius qui. ff. eod. In
7 dubitatum itaque eſt, † ſi quis Romę natus ſit,
eum ciuem iudicari, vel paterna vel materna
origine. denique ſolis ciuibus Romanis pate-
bant munera, dignitates, honores. l. 3. in prin.
ff. de muneribus & honoribus. Horum verò
ſpurij quoque capaces erant. l. generaliter. §. 1.
ff. de decurionib. l. ſpurij. ff. eod.

Cùm itaque in aperto ſit, non modò natu-
rales, ſed ſpurios, ſed inceſtuoſos, ius ciuitatis
habere: conſequitur neceſſariò, teſtamenti fa-
ctionem olim cum ijs fuiſſe. Tantum itaque
abeſt quòd veteribus legibus Romanis nomẽ
ipſorum incognitum fuerit, primusq; Con-
ſtantinus, referente Iuſtiniano, id patefecerit:
dico longè meliorem naturalium liberorum
conditionem ante Conſtantinum fuiſſe, quã
pòſt, primumque eum hanc parentum licen-
tiam coarctaſſe & reſtrinxiſſe.

8 Sed † qua ratione liberabimus Iuſtinianũ,
ne ignorantiæ conuictus fuiſſe videatur? Cõ
modè ἀντινομία hæc, quæ ex diametro quaſi pu-
gnat, hac ratione diſſolui poteſt, ſi dixerimus:
ante tempora Conſtantini naturales à paren-
tibus inſtitui potuiſſe tam in aſſem, quàm in
partem, itemque ſubſtitui: nihil autem olim
ante Conſtantinum traditum fuiſſe de ſucceſ
ſione ab inteſtato in bona patrum naturaliũ.
Quemadmodum enim leges ciuiles concubi
natum permittunt, & quaſi conniuent, me-
diumque inter legitimum illicitumque coi-
tum faciunt: ita pari ratione nihil quoque de
ſucceſſione in bona patrum ſtatuerunt, ve-
rùm id totum arbitrio & voluntati parẽtum
permiſerunt.

Hactenus oſtendi, parentes liberis natura-
libus non tantùm teſtamento aliquid relin-
quere potuiſſe: ſed licẽtiam habuiſſe eos quo-
que & in aſſem, & cum alijs in partem hære-
des inſtituere & ſubſtituere, & fideicommiſ-
ſum relinquere. Nunc breuiter recenſebo, q̃d
principes Romani ad horum ſucceſſionem
attulerint, diminuerintve.

Conſtantinus † igitur, qui omnium Impe-
ratorum primus Chriſtianam religionẽ pub- 9
licè profeſſus eſt, cum multa veterum vel imi
tanda, vel moderanda videret, plurimas tulit
leges, vt refert Eutropius, Victor, Sabellicus:
inter cæteras, de Naturalium ſucceſſione du-
as. Cùm enim omnibus paſſim permitteretur
parentibus, & quantum, & quæ bona vellent,
in naturales filios conferre, duas conſtitutio-
nes edidit: vnam, qua initiò ſenatorum & il-
luſtrium perſonarum cum vilibus perſonis
concubinatum improbauit, & natos ex huiuſ
modi viliſſimis mulieribus ſpurios eſſe ſanci
uit: & nihil nec per vltimam voluntatem, nec
contractũ à parentibus capere poſſe, ſed quod
eis legatum, quod donatum ſit, retractum, le-
gitimæ ſoboli, aut fratri, aut ſorori, aut patri,
aut matri reddi voluit. Alteram, qua de ſena-
toribus & in dignitate conſtitutis viris, hoc
in negocio editam cõſtitutionem, ad omnes
naturales patres tranſtulit, ac omnibus inter-
dixit parentibus, ne teſtamento naturalibus
aliquid relinquere liberis, neque liberi natura
les ex inteſtati ſucceſſione aliquid capere poſ-
ſent. l. fin. in verb. ſacris. C. de naturalibus libe
ris. Prima hac de re conſtitutio edita eſt anno
Vrbis 1088. anno Chriſti 337. cuius verba ſunt:

Imperator Conſtantinus A. ad Gregorium.

Senatores, ſeu præfectos, vel quos in ciuita
tibus duumuirilitas vel ſacerdotij, id eſt Phæ-
niciarchiæ vel Syriarchiæ ornamenta con-
decorant: placet maculam ſubire infamiæ, &
alienos à Romanis legibus fieri, ſi ex ancilla,
vel ancillæ filia, vel liberta, vel libertæ filia,
vel ſcenica, vel ſcenicę filia, vel tabernaria, vel
tabernariæ filia: vel humili, vel abiecta perſo-
na: vel lenonis, aut arenarij filia, vel quæ
mercimonijs publicè præfuit, ſuſceptos filios
in numero legitimorum habere voluerint,
aut proprio iudicio aut noſtri prærogatiua re-
ſcripti: ita, vt quicquid talibus liberis pater
donauerit (ſeu illos legitimos, ſeu naturales
dixerit) totum retractum legitimæ ſoboli
reddatur, aut fratri, aut ſorori, aut patri, aut
matri. Sed etſi vxori tali quodcunque da-
tum quolibet genere fuerit, vel emptione
collatum: etiam hoc retractum reddi præci-
pimus. Ipſas etiam, quarum venenis inficiun-
tur animi perditorum (ſi quid quæritur, vel
commendatum dicitur, quod his redden-
dum eſt quibus iuſſimus, aut fiſco noſtro)
tormentis ſubijci iubemus. Siue itaque
per ipſum donatum eſt, qui pater dicitur,
vel per alium, vel per interpoſitam perſo-
nam,

nam, ſiue ab eo emptum, vel ab alio, ſiue ipſorum nomine comparatum: ſtatim retractum reddatur quibus iuſſimus: aut ſi non exiſtant, fiſci iuribus vindicetur. Quòd ſi exiſtant, & in præſentia rerum conſtituti agere voluerint, pacto vel iureiurãdo excluſi, totum ſine mora fiſcus inuadat. Quibus tacentibus & diſſimulantibus, ad defenſionem fiſcalem duorum mẽſium tempora limitentur: intra quæ ſi non retraxerint, vel propter retrahendum rectorem prouinciæ (non) interpellauerint: quicquid talibus filijs vel vxoribus liberalitas impura contulerit, fiſcus noſter inuadat, donatas vel commẽdatas res ſub pœna quadrupli ſeuera quæſtione perquirens. Datum 12. Kalend. Auguſti, Carthagine, Nepotiano & Facundo Coſſ.

Poſt Conſtãtinum Iuſtinianus refert, Valentem, Valẽtinianum & Gratianum Impp. ediſſe conſtitutionem anno Chriſti 370. Qua placuit, ſi pater legitimam habuerit ſobolem, & præterea filios naturales, vt vnam vnciam filij naturales ſolummodò conſequerentur, neque pater ipſis ex vltima voluntate ampliùs relinquere poſſet. Quæ quidem Valentiniani conſtitutio in Cod. Iuſtinianeo non extat, verũ habetur in veteri Cod. Theodoſiano lib. 4. tit. 6. cuius hæc ſunt verba.

Placuit manentibus cunctis quæ de naturalibus liberis Conſtantinianis legibus cauta ſunt, hæc tantum modò temperare, vt is qui hæredem hæredisve filios ex legitimo matrimonio, vel nepotes qui filiorũ loco habendi ſunt, patrem quoq; matremve dimittit, ſi ex cõſortio cuiuſlibet mulieris naturales ſuſceperit, vnam tãtùm bonorum ſuorum vnciã naturalibus, vel mulieri donandi aut relinquendi habeat facultatem. ſi quis verò nullo ex his quos excepimus ſuperſtite moriatur, atq; ex muliere quam ſibi adiunxerat, naturalem pluresve dimittat, vſque ad tres tantùm, ſi noluerit, vncias tam in mulierem, quàm in naturales quo maluerit iure tranſcribat.

Quam conſtitutionem, Arcadius, Honorius & Theodoſius Iunior, anno Chriſti 407. denuò reuocarunt nunc ſub l. 2. C. de naturalibus liberis.

Matre vel legitimis filijs, vel nepotibus aut pronepotibus cuiuſcunque ſexus vno pluribusq; exiſtentibus, bonorum ſuorum vnam tantùm vnciam pater naturalibus filijs ſeu filiab. eorumq; genitrici: vel ſi ſola ſit concubina, ſemiunciam largiendi vel relinquendi habeat poteſtatem. Quicquid verò vltra modum conceſſum relictum ſit, legitimis filijs, vel matri, vel cæteris ſucceſſoribus iure reddatur.

Tandem Iuſtinianus duplicem circa ſucceſſionem liberorum naturalium conſtitutionem edidit: vnam quidẽ anno Chriſti 537. anno 2. Imperij, ſub tit. de Triente & ſemiſſe. §. conſideremus. alteram verò, anno Chriſti 539. Imperij 13. ſub titul. Quibus modis naturales efficiantur ſui. §. diſcretis. verſic. ſi quis autem defunctus fuerit. Quæ conſtitutiones in epitomen contractæ ſunt ſub Auth. licet. C. de naturalib. liberis. Conſiderat Iuſtinianus duplicem cauſam & teſtati & inteſtati. de quo negotio ſint hæ Concluſiones.

CAPVT IX.

In cauſa teſtati quid iuris habeant.

SVMMARIA.

1. *Concubinæ aut naturalibus vltra vnciam exiſtentibus legitimis relinqui non poteſt.*
2. *Naturalibus aut concubinæ vltra vnciam relictum cedit legitimis.*
3. *Naturalibus pater omnia bona relinquere poteſt, legitimâ parentibus ſaluâ.*
4. *Naturalibus omnia bona relinqui poſſunt neq; parentibus neq; vxore exiſtentibus.*
5. *Nepotibus & pronepotibus eodem iure quo naturalibus liberis relinqui poteſt.*

I. CONCLVSIO.

PAter † habens liberos legitimos, nec con 1
cubinæ, nec filijs ex ea naturalibus vltra vnciam, hoc eſt duodecimam partem omnium bonorum donare, aut teſtamento relinquere poteſt. Quæ vncia inter naturales & concubinam in æquales parteſque partes diuidi diſtribuique debet.

Si † verò hoc caſu vltra legitimum modũ 2
ad concubinam, naturaleſque aliquid tranſtulerit, omne id ad legitimos reuertitur, ac pro non donato, & pro non relicto habetur, l. matrem, & Auth. nunc ſoli. C. de naturalibus liberis. §. ne igitur. Auth. quib. modis naturales efficiantur ſui. Sic Iuſtinianus recenſens initiò quid Valenti, Valentiniano, Gratianoque, pientiſſimis Principibus viſum fuerit in naturalium ſucceſſione, ſubijcit: Ἵνα μὴ τοίνυν μέχρι παντὸς τοιοῦτο χρῆσθαι πλημμέλημα συγχωρούμενον, καὶ ὃ πράττειν ἔξεστιν ἐπὶ ξένοις καὶ μηδαμόθεν γνωρίμοις, τοῦτο ἐπὶ τῶν ἑαυτῶν φυσικῶν παίδων τοὺς ἀνθρώπους πράττειν κωλύωμεν. Διὰ τοῦτο διατάττομεν τῷ παρόντι νόμῳ, ὥστε εἰ μέν τις ἔχει παῖδας νομίμους, μὴ δύνασθαι τοῖς παισί, καὶ τῇ τούτων μητρὶ περαιτέρω μιᾶς καταλιμπάνειν οὐγκίας, ἢ δωρεῖσθαι τοῖς φυσικοῖς παισίν, ἢ τῇ παλλακῇ. τοῦτο γὰρ κύριον τῆς ἔμπροσθεν ἔχομεν διατάξεως. Ἀλλὰ κἂν εἴ τι πλέον ἐπιχειρήσειε δοῦναι, καθ' οἷον δήποτε τρόπον, τοῦτο τῶν παίδων γίνεσθαι τῶν γνησίων. κἂν παῖδες οὐκ εἶεν, παλλακὴ δὲ μόνη, ταύτῃ γε ἡμιούγκιον καταλιμπάνεσθαι ἢ δωρεῖσθαι συγχωροῦμεν. Hoc eſt: Ne igitur perpetuò huiuſmodi delictum admitti concedamus, & quod in peregrinis. & iis qui nulla nobis notitia coniuncti ſunt, facere licet, hoc in naturalibus ſuis liberis facere homines prohibeamus: propterea, præſente lege ſancimus, Si quis legiti-

legitimos filios habeat, ne iſtis filijs,eorumq́; matri,vltra vnciam vnam relinquere,aut etiam naturalibus filijs & cõcubinæ donare poſſit. Nam hoc in priore conſtitutione ratum ducimus. Sed & ſi quid ampliùs quocunque modo dare voluerit, hoc legitimorum filiorum fieri:& ſi filij non ſint, ſed ſola concubina, huic ſemiunciam relinquere aut donare concedimus.

II. CONCLVSIO.

3 Quòd † ſi legitimos liberos pater nullos habeat,ſed ſoli parentes ſuperſtites ſint: tunc naturalibus quidem omnia bona, vel inter viuos donare, vel ex teſtamento relinquere poteſt, ſola tantùm legitima parte parẽtibus reſeruata. Authen. licet patri.verſ.quod ſi.C. de naturalib. liberis. & in ipſa conſtitutione Iuſtiniani,ſub d tit.quib.modis naturales efficiãtur ſui. vbi ſic ait: εἰ δὲ ἔχοιεν ἄνιας τῶν ἀνιόντων, τὴν νόμιμον καταλιμπανέτωσαν μοῖραν, ἣν ὁ νόμος, καὶ ἡμεῖς ἐτάξαμεν. τὸ λοιπὸν ἅπαν εἰς τοὺς φυσικοὺς παῖδας ἄδειαν ἐχέτωσαν παραπέμπειν. Καὶ ταῦτα φαμὲν ἐπὶ τῶν ἐγγράφοις ἢ νομίμοις βουλήσεσιν ἀποτιθεμένων τὴν ἑαυτῶν γνώμην. hoc eſt: At ſi quos aſcendentes habeant hi quos prædiximus,legitimam eis relinquunto portionem,quam lex & nos cõſtituemus: quod ſupereſt, totum ad naturales liberos tranſmittendi licẽtiam habento. Atque hæc de his loquimur, qui ſententiam ſuam in ſcriptas ſeu legitimas reiecerunt voluntates: vel,vt vetus verſio ſonat: Si verò habuerint hi quos prædiximus, aliquos aſcendentium: legitimam eis relinquãt partem, quam lex & nos conſtituimus: reliquam verò totam in naturales filios habeãt relinquendi licentiam.

III. CONCLVSIO.

4 Nullis † extantibus liberis legitimis neque parentibus neque vxore pater naturalis omnia bona teſtamento naturalib.liberis relinquere poteſt, d.Auth quib.mo.naturales efficiãtur ſui.§.ſi verò filios,&c.vbi ſic Iuſtin.ait: εἰ μὲν τις παῖδας οὐκ ἔχοι γνησίους, ἢ ἄλλα τῶν ἀνιόντων, οἷς ἀνάγκη νόμιμον καταλιμπάνειν μέρος τῆς οἰκείας περιουσίας προσήκει τοὺς διατιθεμένους: ἄδεια ἔστω καὶ εἰς τὰς ιβ΄ οὐγκίας γράφειν τοὺς φυσικοὺς παῖδας κληρονόμους, καὶ διανέμειν αὐτοῖς, καθ' ὅπερ ἂν ἐθέλοιεν τρόπον τὰ πράγματα. καὶ εἴτε διὰ δωρεᾶς, ἢ ἁπλᾶς ἢ προγαμιαίας, εἴτε καθ' ἕτερον δίον δή ποτε τρόπον νόμιμον τὰς ἑαυτῶν εἰς ἐκείνους μετάγειν οὐσίας. οὔτε γὰρ οὐκ ἔτι δεήσονται λοιπὸν πρὸς ἀσέβειαν ἢ πρὸς ἐπιορκίαν ἰέναι, ἀλλ' αὐτόθεν τὴν ἑαυτῶν καθαρῶς διαθήσονται γνώμην. Hoc eſt, Cæterùm ſi legitimos filios,aut aliquem aſcendentium nõ habeat,licentia eſto naturales liberos vel in omnes duodecim vncias hæredes ſcribere, & res inter ipſos partiri, quocunque modo voluerint: & vel per donationes, ſiue ſimplices, ſiue ante nuptias,vel quocunque alio legitimo modo , ſuas in illos transferre ſubſtantias. Neque enim ampliùs eo pacto certis opus habebunt hominibus ad impietatem aut periurium propenſis,ſed per ſe manifeſtè ſuam diſponent voluntatem. Verſio vetus ſic habet: Si verò filios non habuerit quiſpiam legitimos, aut quenquam aſcendentium , quibus neceſſitas eſt legis relinquere partem propriẹ ſubſtantiæ competentem: teſtatori licentia ſit etiam in duodecim vncias ſcribere filios naturales hæredes, & diuidere inter eos quocunque voluerit modo res & per donationes:aut ſimplices, aut antenuptiales, aut per dotes,aut per alium quemlibet modum legitimum,ſuas in illos ſubſtantias tranſponere. Sic enim nequaquàm egebunt quibuſdam ad impietatem aut periurium præparatis: ſed ex ipſo ſuam diſponent purè ſententiam.

IIII. CONCLVSIO.

Omnia † hæc quę de naturalibus liberis primi gradus dicta ſunt, locum habent in nepotibus & pronepotibus, in cauſa tamen teſta.ti,l.vltim.§ final C. de naturalibus liberis.§. de nepotibus.in d. Authen. quibus modis naturales efficiantur ſui. & d.§.ſi quis autem defunctus fuerit. in princip. ſub dictione filiorum aut nepotum. 5

CAPVT X.

De ſucceſsione ab inteſtato in bona patris naturalis.

SVMMARIA.

1 *Vxori aut legitimorum liberorum exiſtentia excludit naturales à ſucceßione inteſtati, ali tamen debent.*
2 *Naturales ſuccedunt ab inteſtato in duas vncias non exiſtente vxore aut legitimis.*
3 *Naturalib. ex diuerſis concubinis nihil ex bonis patris debetur præter alimenta. & nu.4.*
5 *Nepotes iuſti ex naturali filio auo non ſuccedunt.*

I. CONCLVSIO.

NAturales † liberi, ſuperſtitibus legitimis & naturalibus liberis, vel ſuperſtite vxore legitima, patri omninò non ſuccedunt, verùm alimenta ſolummodò ipſis præſtantur.§.ſi verò effuſa concupiſcentia. verſicu.ſi quis igitur, d.Auth.quib mod naturales efficiantur ſui.ait D.Iuſtinian. εἰ μέντοι (δεῖ γὰρ διὰ πάσης ὁδοῦ ἀκριβείας τε ἡμᾶς καὶ εὐσεβείας ἐλθεῖν) χωρὶς παῖδας γνησίους καταλίποι καὶ νόθους, τὸ ἐξ ἀδιαθέτου μὲν οὐδὲν αὐτοῖς ὑπάρχειν παντελῶς βουλόμεθα. ἀποτρέφεσθαι δὲ τοὺς νόθους παρὰ τῶν γνησίων διατάττομεν, καὶ τὸ τρόπον τε, καὶ πρὸς τὸ τῆς οὐσίας μέτρον, παρὰ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ δοκιμαζόμενον, τοῦτο δὲ τὸ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις νόμοις ὀνομαζόμενον ἀγαθῇ γνώμῃ λεγόμενον. 1 Hoc eſt:Siverò(oportet enim per omnia nos diuerticula ſubtilitatis iuxtà ac pietatis ingredi) is qui legitimos habet filios, relinquat & ſpurios:tametſi nihil omninò illis ab inteſtato volumus accedere: tamẽ ſpurios ali à legiti-

legitimis ſancimus, prout decet, proque patrimonij menſura à bono viro comprobata, id quod à noſtris legibus boni viri arbitratu dicitur enutriri. in verſione veteri ſic habetur: Si quis igitur habens filios legitimos, relinquat & naturales ab inteſtato quidem nihil eis exiſtere omninò volumus: paſci verò naturales, à legitimis ſancimus, vt decet eos, ſecundùm ſubſtantiæ menſuram à bono viro arbitratam: quod videlicet apud noſtras leges viri boni arbitratu dicitur, hoc ipſo cuſtodiendo: vel ſi coniugem quidem haber, filios autem naturales & ex defunctа concubina ſibi natos, & illi aluntur ab eius ſucceſſoribus.

II. CONCLVSIO.

2 Sin † verò deſit ſoboles legitima, nec ſuperſit cõiunx legitima, tum naturales ex concubina quæ ſola fuit ei indubitato affectu cõiuncta, in duas paternæ ſubſtantiæ vncias ſuccedunt, d. Authen. quib. modis naturales efficiãtur ſui. §. diſcretis. de quo caſu Iuſtin. in d. Διατάξει, περὶ τῶν νόθων, ſic conſtituit: εἰ μὲν τοιγε τελευτήσοι, τῆς γνησίας αὐτῷ παντελῶς γονῆς οὐχ ὑπούσης, παίδων φαμὲν, ἢ ἐκγόνων, ἢ τῆς ἐφεξῆς διαδοχῆς, οὐδὲ νομίμης γαμετῆς, εἰ τελευτήσοι μὴ διαθέμενος τὴν οὐσίαν, καὶ ἀδιάθετος συγγενὴς τύχοι ἢ καὶ ἰουρὶ πατρωνάτους ἴσως τὴν διὰ κατοχὴν κατασείων καὶ στρατευόμενος, ἢ καὶ τὸ ἡμέτερον ταμεῖον (οὐδὲ γὰρ ἐκείνου τόγε ἐπὶ τούτου φειδόμεθα) εἶχε δὲ αὐτῷ κατὰ τὸν οἶκον, ἕως περιῆν, ἐλευθέραν δέ γε ἐν τῷ παλλακῆς σχήματι συνοῦσαν, καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς (τοῖς γὰρ τοιούτοις μόνοις ταῦτα νομοθετοῦμεν) ἔνθα παντελῶς ἀναμφισβήτητός ἐστιν ἥ τε τῆς παλλακῆς κατὰ τὸν οἶκον σχέσις, ἥ τε τῶν παίδων ἐν αὐτῇ γονὴ καὶ τροφὴ, δίδομεν αὐτοῖς, καὶ ἀδιαθέτων τῶν γονέων τελευτησάντων δύο τῆς πατρῴας οὐσίας ἔχειν οὐγγίας, ἅμα τῇ μητρὶ μεριζομένας, ὅσοι περ ἂν εἶεν οἱ παῖδες, ὥστε ἑνὸς παιδὸς ἀναλογοῦν καὶ τὴν μητέρα λαμβάνειν. Hoc eſt: Enimuerò ſi quis moriatur, neque vlla omninò legitima prole ſubſiſtente (nempè filijs aut nepotibus, aut reliqua deinceps ſucceſſione) neque vxore legitima: deinde moriatur non diſpoſita teſtamento ſubſtantia, & cognatio patronuſve fortè, aut fiſcus (nam neque illi in hoc parcimus) veniat poſſeſſionem bonorum interturbans, & prætendens: habuerit autem domi, quoad ſuperſuit, liberam mulierem concubinæ loco ſibi adhærentem, ex eaque liberos (ſolis enim huiuſmodi iſta ſancimus, vbi omninò tam concubinæ in domo retentio, quàm filiorum exinde procreatio ſimul & educatio indubitata eſt:) damus eis, vt vel ab inteſtato morientibus parẽtibus paternæ ſubſtantiæ ſextantem habeant, vnà cum matre partiendum, quotcunque numero filij ſint, vt ſcilicet vnius filij portionẽ etiam mater capiat. Veteri verſione ita traductum inuenies: Si quis aũt defunctus fuerit, legitima ei omninò ſobole non extante (filiorum dicimus aut nepotum, vel deinceps ſucceſſionis) neque legitima coniuge: deinde moriatur, non diſponens de ſubſtantia ſua: & veniat cognatio forſan, aut etiam manumiſſor, vtpote bonorum poſſeſſionem mouens, & inſurgens, aut etiam noſtrum ærarium (nam nec illi quantum ad hoc parcimus) ſit autem ei, donec vixerit, libera mulier in ſchemate concubinæ ſociata, & filij ex ea. (talibus enim ſolummodò hoc ſancimus, vbi omninò indubitatus eſt & concubinæ in domo affectus, & filiorũ ibidem proles) & alimentum damus eis, & inteſtatis parentibus defunctis duas paternæ ſubſtantiæ vncias habere cum matre partiendas, quanticunque fuerint filij, vt vnius filij portionem mater accipiat. Et hoc dicimus, ſi vnæ concubinæ ſocietur. aut filios ex ea habeat, aut etiam præcedente concubina morte forſan, aut ſeparatione, filij ei domi ſint: tunc enim damus eis ab inteſtato ad duas vncias vacationem. Quæ verba relata ſunt ad Auth. licet. C. de naturalib. lib.

EXCEPTIO.

Quæſtio iam oritur: Quid † ſi plures vnò 3 eodemque tempore probentur habuiſſe concubinas, puta Lugduni vnam, Bituiigibus alterã, Pariſijs tertiam? Et tum hi naturales ex diuerſis concubinis ſuſcepti, nihil prorſus ex paterna hæreditate adipiſcuntur, idque propter odium effuſæ libidinis, d. §. diſcretis. verſic. ſi verò effuſa, Authentic. quibus modis naturales efficiantur ſui. Vbi Iuſtinianus ait: καὶ ταῦτα μὲν, εἰ μιᾷ παλλακῇ συνοικοίη, καὶ παῖδας ἐξ ἐκείνης ἔχοι, ἢ καὶ προαπιχθείσης τῆς παλλακῆς θανάτῳ τύχον, ἢ χωρισμῷ οἱ παῖδες αὐτῷ κατὰ τὴν οἰκίαν εἶεν. τότε γὰρ δίδομεν αὐτοῖς τὴν ἐξ ἀδιαθέτου πρὸς διούγκιον κλῆσιν. εἰ δὲ ἀνακεχυμένα τὰ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῷ γένοιτο, καὶ ἄλλας ἐπεισαγάγοι τῇ προτέρᾳ παλλακῇ, καὶ πλῆθος ἔχοι γυναικῶν πορνευομένων. (οὕτω γὰρ εἰπεῖν κάλλιον.) καὶ ἐξ αὐτῶν παιδοποιούμενος πλειόνων, παλλακὰς ὅμως καταλιπὼν παλλακὰς: μισητὸς μὲν ὁ τοιοῦτος. πόῤῥω δὲ τῶν νόμων κατέπαξ μετὰ τῶν τοιούτων παίδων καὶ παλλακῶν ἀπελαυνέσθω. ὥσπερ γὰρ εἰ τις νομίμως συνοικοίη γυναικὶ, ἄλλας ἐπεισάγειν οὐκ ἂν δύναιτο τῷ συνοικεσίῳ συνεστῶτος, καὶ ἐξ αὐτῶν νομίμως παιδοποιεῖσθαι· οὕτως οὐδὲ μετὰ τὴν νοριζομένην (καθ' ὃν εἰρήκαμεν τρόπον) παλλακὴν καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνης παῖδας δώσομεν, εἰ καὶ τὸ πάρεργον ἐκεῖνος ἄλλο ποιήσαιτο, καὶ τούτοις τὴν διαδοχὴν εἰσάγεσθαι τὴν αὐτοῦ, ἔτι πλευτήσαντι ἀδιαθέτῳ. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο νομοθετήσαιμεν, ἀδιάκριτα μὲν ἔσται τὰ τῶν γυναικῶν, μᾶλλον δὲ εἰ ἔλαττον ἐρᾷ, ἀδιάκριτα δὲ τὰ τῶν παίδων, καὶ ἡμεῖς οὐ δίδομεν τοῖς ἀσελγαίνουσιν, ἀλλὰ τοῖς σωφρονοῦσι τοὺς νόμους: Hoc eſt: Atque hæc quidem, ſi vni tantùm concubinæ cohabitauerit, & filios ex ea habuerit: aut etiam prædiſcedente concubina, (morte fortè, vel ſeparatione) filij reſtiterint in ædibus. Tunc enim præbemus eis, vt ab inteſtato in ſextantem vocen-

voccntur. Cęterùm ſi nimiꝭ profuſâ libidine fuerit, & alias atque alias priori concubinas induxerit, & multitudinem fornicãtium (ita enim præclarius dicitur) mulierum habuerit, & procreatis ex hiſce liberis diſcedat, multis ſimul domi concubinis relictis, odio dignus eiuſmodi eſto, & lõgiſſimè ab hac lege protruſus cum iſtiuſmodi filijs & concubinis expellitor. Quemadmodum enim ſi quis legitimè cum vxore matrimonium colat, alias ſuperinducere conſtante matrimonio, & legitimè liberos ex ijs procreare nequeat: ita neq; poſt ſemel agnitam (quo diximus modo) concubinam: & ex illa ſuſceptos liberos, concedemus, vt ſi quid aliud extraordinaria prætereà libidine ſuſtulerit, illud quoque ad ſucceſſionem eius inducatur, moriatur inteſtatus. Niſi enim hoc ita lege cauerimus, neq; inter mulieres aliqua diſtinctio erit quam magis, aut quam minus amarit, neque inter filios.

4 Ex † reſcripto tamen Clemẽtis III. meritò ali debent. ſi enim neceſſaria ſubminiſtranda ſunt illis, qui ex ea nati ſunt, quam quis, priuſquàm duceret, per adulterium polluit: multò magis qui ex diuerſis concubinis nati ſunt, c. cùm haberet, & ibi Panormitanus, ac reliqui, extrà, de eo qui duxit in vxorem, quã prius per adulterium polluit. arg. Auth. multò magis. C. de ſacroſ. eccleſ. & Auth. multò magis. C. de epiſcopis & clericis. c. ſi in laicis. 38. diſt. l. qui indignus. ff. de ſenatorib. l. ne in ea. 22. §. 1. ff. ad l. Iuliam de adult. Accurſ. in l. 2. C. de patrib. qui filios diſtraxerunt.

III. CONCLVSIO.

5 De † naturalibus liberis ex vna concubina procreatis, quæ tradita ſunt, ad nepotes, pronepoteſque in ſucceſſione ab inteſtato non extendũtur. Hi enim nullo modo ad aui vel proaui paterni ſucceſſionem ab inteſtato admittuntur, l. fin. C. de naturalibus liberis. Angel. Aret. in §. nouiſſimè. Inſti. de Senatuſcõſ. Orpbitiano. cùm filius naturalis legitimatus auo paterno ab inteſtato non ſuccedat, ſed patri tantùm naturali. Albericus, Guilielm. Comenſ. Bald. in l. benignius. ff. de legib. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, col. 36 ff. de vſucapionib. Bald. in l. eam quam. C. de fideicommiſſ. & Socin. dubitans in l. Gallus. §. ſi eius. ff. de liberis & poſthum. Panorm. & Butrius in c. per venerabilem. in §. 1. extrà, qui filij ſint legitimi. Felin. in c. poſtulaſti. extrà, de reſcriptis. Felin. in c. nonnulli. extrà, eod. Franciſc. Cremona latè notab. 22. Corn. conſi. 1. libr. 3. Alex. conſ. 60. lib. 2. cum alijs quibuſdam conſilijs.

CAPVT XI.

Naturales filii quomodo ſuccedant matri.

SVMMARIA.

1. *Naturales cum legitimis in bona materna pariter ſuccedunt.*
2. *Succeßiones vicißitudinariæ ſunt. & nu. 9.*
3. *Naturales in feudo etiam materno non ſuccedunt.*
4. *Naturales habent querelam contra matris teſtamentum.*
5. *Legitima debetur naturalibus in bonis matris iure ſanguinis.*
6. *Naturales non querulantur contra teſtamentum patris.*
7. *Legitima ex bonis patris non debetur naturali filio.*
8. *Querela non datur vbi legitima non debetur.*

I. CONCLVSIO.

NAturales † liberi ex concubina liberæ conditionis procreati, vnà cum legitimis, æqualiter in materna veniunt bona, l. ſi qua illuſtris. in fin. C. ad Senatuſconſ. Orphitian. l. hac parte 2. ff. vnde cognati. §. vulgò quæſiti. Inſt. de ſucceſſ. agnat. §. nouiſſimè. ibi glo. Inſt. de S.C. Orphit. Idque authoritate S.C. Orphit. proli eſt indultum: ſicut ſimiliter Tertyl. S.C. conceſſum eſt matri, proli vt ſuccedat, l. quidam ancillæ, fin. C. ad S.C. Orphitia. ſucceſſiones † enim ſunt viciſſitudinarię, prout quis vel ſuccedit, vel ſucceſſione pellitur, ita ipſi ſuccéditur, l. ſi ab eo. l. lege 12. Tab. C. de legitim. hæred. l. communium 9. C. de naturalib. liberis. In quibus enim caſib. Inquit Imperator, naturales filios vocamus ad ſucceſſionem, in his quoque naturalibus patribus decentem ſeruent deuotionem. Vnde Accurſ. notat, diſpoſitionem ſuccedendi, & pietatem debere eſſe æqualem. Hinc etiam Salicetus tradit in l. qui ſe patris. vlti. C. vnde liberi. quòd parentes habeant bonorum poſſeſſionem Vnde liberi, vel Vnde parentes alteri ſimilem. Hinc Chriſtophorus de Caſtellione in conſ. incip. quoniam vt proponitur, conſultus reſpondit, prout filius patris vtrinque coniuncti ſuccedit patruo, excluſo filio fratris, ex vno tantùm latere coniuncti: ita & patruus coniuncti ex vtroque latere ſuccedit nepoti, excluſo altero fratre patris, coniuncto ex vno latere tantùm. 1 2

LIMITATIO.

Naturales † itaque etſi cum liberis legitimis ſuccedunt matri tam illuſtri fœminæ, quàm illi quæ illuſtris non eſt: Intelligi tamẽ id non debet de feudis. Nam in feudo fœminino, naturales illuſtri matri non ſuccedunt. Comprobat hoc pluribus rationibus Franciſc. Curt. Iun. in 3 parte ſui tractatus, nume. 3. Interpretes in tit. an maritus ſuccedat vxori. in vſib. Feudorum. Quod non difficulter conſtat ex §. naturales. tit. ſi de feudo controuerſ. inter dom. & agn. vaſal. vbi dicitur, quòd naturales filij, licet poſteà legitimi fiant, ad ſucceſſionem feudi nec ſoli nec cum alijs vocentur. Si non vocantur cum alijs: ergo legitimi in feudo ſoli ſuccedunt, excluſis naturalibus. 3

II. CON.

II. CONCLVSIO.

4 Naturales ... ita matri ſuccedunt, vt neglecti & præteriti, teſtamentum eius querela inofficioſi euertere poſſint, l. ſi ſuſpecta 29. §. 1. & ibi Paul. de Caſt. ff. de inoff. teſtam. Accurſ. Salice. & communiter Interpretes, in l. ſi qua illuſtris. §. C. ad S.C. Orphit.

5 Filijs † enim naturalibus in bonis maternis legitima debetur iure ſanguinis, ideo hæc querela eis competit, l. ſi ſuſpecta §. de inofficioſo. ... de inoffic. teſtamento. Bart. in l. 1. C. de inoffic. donatio. niſi mater ſit illuſtris, d. l. ſi qua illuſtris. §. & ibi Hieron. Cagno. nume. 43. In patre verò naturali diuerſum obtinet.

6 Quia † filij non neceſſitate ſanguinis, ſed ex voluntate patris ſuccedunt, l. 1. in verb. naturales ff. de bonorum poſſeſſ. contra tab. l. ideóque contra eius voluntatem non admittuntur. Phil. Dec. in l. liberi. nume. 9. C. de bonorum poſſeſſ. contra tab. per glo. in d. l. 1. in verb. naturales. Quam Barto. ibi ſequitur, & Bald. pro ſingulari annotat. in l. 1. C. quorum bonorum. Alexan. conſ. 74. viſo proceſſu. cir ca fin. lib. 2. And. So. in conſ. 58. lib. 2. & conſ. 49. in lib. 4. per glo. in § tam autem. in verb. naturales. Inſtitu. de inoffic. teſtamen. neque

7 † vlla eis legitima debetur ex bonis patris naturalis, l. ſi §. ſed hoc. C. de naturalib. lib. & ibi ... no atur. Bal. in l. generaliter. § cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. ... probatur reſponſo Scæuolæ in l. uxorẽ. 39. § pater naturalis. ff. de leg. 3. & l. hac parte 2. cum duabus ſequentib. ff. vnde cognati.

8 Qui enim teſtamenta euertere nequeunt inſtituta querela, eis nec legitima debetur, l. Papinianus. 8. §. ſed nec impuberis ff. de inofficio. Barr. in Auth. ... es quæ. C. communia. de legatis. & in l. Gallus. 29 § 1. ff. de libe. & poſthum. hæred. & ... idem Bald.

9 Hinc † Barto. ... in l. fina. in 1. col. ff. de his quibus vt indign. quod eo modo quo parentum hæredi ... naturales adipiſcuntur, parentes quoque naturalibus ſuccedant. refert & ſequitur Alexand. conſ. ... incip. viſo themate ... pro ... lib. Iaſ. in §. pœnales. Inſtit. de actionib.

CAPVT XII.

Quid iuris in ſucceſsione feudorum naturales habeant.

SVMMARIA.

1. *In feudis naturales non ſuccedunt.*
2. *Feudum conceſſum filijs natis & naſcituris datur naturalibus ſi ... ſolùm naturales.*
3. *Legitimatus cum clauſula de ſuccedendo in feudo ſuccedit.*

1 Certi iuris eſt, † naturales in feudo non ſuccedere. Naturales, inquit, filij, licet poſteà fiant legitimi, ad ſucceſſionem feudi, nec ſoli, nec cum alijs admittuntur. §. naturales. ... ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & agnatos vaſalli. in vſib. feudorum. Bald. in l. eam quam. C. de fideicom. Ioan. de Imol. in l. ex facto. C. de vulgari & pupillari. Curt. Iun. in 3. parte, quæſt. 17. nume. 39. Zaſius in 8. parte, num. 83. Andreas Tyraquel. multos accumulans in retractu tit. 1. §. 1. glo. 3. num. 6. Idque non ſolùm procedit in feudo paterno, ſed etiam materno. Andr. de Iſernia & alij. in d. naturales. Cùm enim feudum paternum à materno ibidem non ſeparetur, indifferenter idem de vtroque dicendum eſt, argum. l. de precio. ff. de Publiciana. & in l. nõ diſtinguemus. ... de recept. arb. Præterea non attenditur, ſoli ſint, an alij extent vna legitimi, d. §. naturales.

Excipiuntur tamen aliqui caſus: Primò, † quando conceſſum eſt alicui feudum pro ſe & ſuis filijs, natis & naſcituris: cùm tamen dominus ſciret eum naturales ſolũ filios habere, arg. l. ſi quis ita. ff. de teſtam. tutela. Curt. Iun. in d. tracta. in 3. parte, in quæſt. 17. nu. 40. Aluaro. in d. §. naturales. 2

Secundò, † niſi legitimatus ſit addita clauſula poteſtatiua, de ſuccedendo in feudis, glo. in d. §. naturales. & ibi Matth. de Afflict. & alij. de qua re infrà latiùs imò in tracta. de legitimatione per teſcriptura principis. 3

CAPVT XIII.

Filij naturales an in aliis quibuſdam negotiis quam ſucceſsionibus iure filiorum iuſtorum vtantur, & in quibus rebus ab iiſdem ſuperentur.

Quia naturales liberi aliquem ad bona parentum acceſſum habent, videndum eſt iam, in quibus præterea rebus iure filiorum iuſtorum vtãtur, in quibus ab ijſdem ſuperentur ac ſecernantur.

Cùm autem filiorum commoditas quam ex parentibus habent, in quatuor ferè rebus conſiſtat: aut in ſucceſſione, aut in contractibus, aut in ſtatutarijs acquiſitionibus, aut in iudicijs: videndum eſt, vtrùm in teſtamento paterno, contractu, ſtatutis, ſententia, filiorum appellatione veniant, & comprehendantur naturales.

Quia verò teſtati cauſa prior eſt, diſquirendi ſunt duo caſus. Primò, an pure nominati filij in teſtamento contineant naturales: Secundò, quid in ſubſtitutione.

CAPVT

CAPVT XIIII.

Appellatio filiorum in teſtamento purè facta, an complectatur naturales, aliter quam antea ab alijs tractata quæſtio.

SVMMARIA.

1 *Appellatio filiorum in teſtamento exiſtentibus legitimis naturales non includit.*
2 *Teſtati cauſa ad inteſtati regulas accommodanda.*
3 *Naturales quaſi extranei cenſentur ad bona patris extantibus iuſtis filijs.*
4 *Verba teſtatoris intelligenda ſecundùm tempus conditi teſtamenti.*
5 *Temporis tractu non conualeſcit, quod ab initiò non valet.*
7 *Confeſsio in tormentis ſine indicijs præcedentib. per indicia ſubſequentia non confirmatur.*
8 *Naturales etiam ſoli tempore conditi teſtamenti ſi legitimi poſt naſcantur, appellatione filiorum non veniunt.*
9 *Conditio in teſtamento vel diſpoſitio in futurum excludit naturales, ſi ante euentum iuſti naſcantur.*
10 *Liberi legitimi poſt conditum teſtamentum nati, & ante aditam hæreditatem mortui, non excludunt naturales.*
11 *Actio de dote ſoluto matrimonio nata, redintegrato matrimonio moritur.*
12 *Mens teſtatoris ante omnia inſpicienda.*
13 *Voluntas teſtatoris ex eius ſcientia conijcitur.*

QVæſtio hæc, quantumuis obſcura & inuoluta viſa ſit multis, facilè tamen diſſolui poteſt, ſi conſideretur & inſpiciatur, qui qualesve liberi, vel tempore facti teſtamenti, vel tempore aditæ hæreditatis, vel intermedio in viuis fuerint: num videlicet legitimi tantùm, id eſt, ex iuſto matrimonio procreati, an naturales ſoli, an legitimi cum naturalibus, an denique tempore facti teſtamenti, nulli extiterint.

I. CONCLVSIO.

1 Si † eo tempore quo teſtamentum conditum eſt, extiterint liberi iuſti, & vnà cum illis naturales quoque: tum ſine omni dubio filiorum appellatio in teſtamento ad naturales nõ pertinet. idq́ue ex triplici ratione. Primò, quia filiorum ſignificatione propria, illi tantùm accipiuntur, qui ex iuſto matrimonio hanc mortalem vitam nacti ſunt, l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, l. 2. §. liberos ff. de excuſat. tut. quæ quidem ſermonis proprietas in primis obſeruanda eſt vulgatis iuribus.

2 Secundò † cauſa teſtati ad cauſam inteſtati tanquàm regulam quãdam & normam accommodatur & dirigitur, l. 1. §. vocantur autem. l. illud §. 1. l. ſi in adoptionẽ. ff. de bonorum poſſeſſ contra tab. l. vnica. §. rectè. ff. ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt. Bartol. in l. fina. nume. 5. ff. ad Senatuſconſultum Tertyl. Bald. in l. Gallus § & quid ſi tantùm ff de liberis & poſthum. Alexand. Iaſon & Decius in l. filiæ dotem. C. de collationib. Ioan Rubeus in l. pater filium. num. 18. & ſeq. ff. de inoffic. teſtam. Corn. conſ. 1. nume. 14. libr. 2. Et ideo hi ſoli liberi, qui ad ſucceſſionem ab inteſtato vocantur, ſi prætereantur, teſtamentum rumpunt: alij non item, l. pater filium. l. poſthumus. §. ſi quis ff. de inoffic teſtamen. l. ſi poſt mortem. ff de bonorum poſſeſſ. contra tabulas.

Cùm † itaque naturales extantibus legitimis, quaſi extranei ad paternam hereditatem habeãtur. Auth. licet. C. de naturalib. libe. conſequitur neceſſariò, cùm ex ſucceſſione ab inteſtato, hoc caſu, niſi ad vnciam, idq́ue ex indulgentia beneficioq́ue Iuſtiniani vocentur, eos teſtatoris volũtate minimè comprehenſos cenſeri. Taceo, quòd teſtator in teſtamento agnatos cognatosve nominans, intellexiſſe ſemper proximos quoſque intelligitur: ſic pater teſtamentum condens, filiosq́; nominans, de ijs tantùm filijs ſenſiſſe cenſetur, qui ex iuſto prodierunt matrimonio. 3

AMPLIATIO: Hæc quidem concluſio locum obtinet, etiamſi ante aditam hæreditatem iuſti liberi omnes, ſolis naturalibus ſuperſtitibus, vitam cum morte cõmutaſſent. Quia enim teſtatorem ſemel de veris iuſtiſq́; filijs ſenſiſſe certum eſt, citra controuerſiam ab eius voluntate diſcedi minimè debet: præſertim † cùm ſermo teſtatoris non ad tempus mortis, ſed quando teſtamentum condiderunt, referri ſoleat. Præſens enim tempus intelligitur, ſi aliud comprehenſum non ſit, l. ſi ita. ff. de auro & argento legato l. fina. §. 1. ff. de leg. 2. arg. eius quod aliàs vulgò fertur. Id † quod initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere, l. quod ab initio. ff. de reg. iuris. cuius rei plurima extant in iure noſtro exempla. Hominis enim liberi, qui poſteà ſeruus effectus eſt, ſtipulatio non valet, l. inter ſtipulantem. § ſacram. ff. de verb. oblig. Sic aliàs teſtamentum initiò inualidum, tractu temporis non confirmatur, l. ſicut. C ad l. Falcid. Seruus quoque alterius, cui libertas data eſt, licet manumiſſoris efficitur, libertatem non conſequitur, l. ſi ſeruo. ff. qui & à quibus. Sic teſtamentum tacitum, quod ab impubere, à furioſo factum eſt, nec animi reſtitutione confirmatur. §. præterea. Inſti. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. Sic quoque Licinius ſcribit, inſtitutionem quę ab initio inutilis fuit, temporis tractu non conualeſcere poſſe, l. pen. ff. de reg. iuris. 4 5

Similiter † quoque liberatio facta à filio debitoribus paternis, viuente patre, quia ab initio fuit nulla, non recõualeſcit, etiamſi filius patri deinde ſuccedat. Bal. in l filiusfamil. ff. de ſolutionib. Quod & in mutuo contra S.C. 6

Macedo.

Macedonianum obſeruatur, l.1.l.Iulianus. l.
7 fi.ff.ad S.C.Macedonianum. Sic † confeſſio-
nem in tormentis factam, nullis præcedenti-
bus indicijs,& ob id irritam, non confirmari
per ſubſequentia indicia, multi conſulti re-
ſponderunt. Alex.conſ.179.lib.2.Rom.conſ.
177.& ſingulari.131 Hyppolyt de Marſil.in l.
1.& l.pen ff.de quæſtionib. Matth.ſil.ſing.15.
Lanfran.in c. quoniam contra. extra,de pro-
batio.

II. CONCLVSIO.

8 Licet † tempore conditi teſtamenti, teſta
tor nullos iuſtos habuerit liberos, ſed natu-
rales tantùm:poſt tamen, antequàm è viuis
concederet,iuſtos procreauit: hoc ſanè pari-
ter caſu, naturales filiorum appellatione in
teſtamento non cõtinebuntur, nec ſuccedẽt.
Quamuis enim pater videatur initiò quidem
cogitaſſe de naturalibus: quia tamen legiti-
mos cœpit habere liberos,facilè præterita cõ-
iectura paternæ voluntatis eliditur. l.Titius.
§ Lucius ff de liberis & poſthumis. cùm ag
naſcentibus nouis liberis, voluntas teſtatoris
mutari præſumatur,l ſi vnquàm. & ibi And.
Tyraq C.de reuoc.donat.
9 AMPLIATIO. † Concluſio hæc pro.
cedit,& locum habet, etiam ſi tempore con-
diti teſtamenti, in quo teſtator diſpoſitiuè ſe
in futurum retulit,vel conditionem adiecit,
naturales tantùm habuerit: ante euẽtum de-
inde conditionis,vel lapſum temporis iuſtos
habere incipiat liberos. Nam & hoc caſu filij
iuſti faciunt, ne conditio verificetur in natu-
ralibus. Ratio huius ampliationis ex veriſi-
mili teſtatoris voluntate, de qua in conclu.
ſiõe dictum eſt,deſumitur: cui accedit, quod
in conditionalibus diſpoſitionibus non in-
ſpiciatur tempus, quo profertur oratio, ſed
quando conditio exiſtit. Alex.conſi.26.vol.3.
& conſ.12.vol.4. Licet itaque quando ſermo
prolatus eſt,ſi conditio extitiſſet,ex volunta.
te teſtatoris conſequitur idipſum, de quo di.
ſpoſuit, naturales fuiſſent: quia tamen ante
euentum conditionis, vel temporis lapſum,
iuſti nati ſint filij,dubium non eſt quin hi il-
los excludant,anteuertantq́ue. Conſequitur
inde,ſi exiſtente conditione naturales tãtùm
adſint,quamuis iuſti filij naſcantur poſt illos
ſuccedere, nec hos regreſſum aliquem habe.
re:argumẽto eius quod Bartolus de compen-
dioſa ſubſtitutione adfert,quę ſecundùm va-
rios caſus nunc fideicommiſſaria, nunc vul.
garis, nunc pupillaris, initiò vſque fuiſſe fin.
gitur.in d.l.centurio.Quod & in pupillari ta-
cita,quæ ſub expreſſa continetur, cùm mater
poſteà mortua eſt,dici ſolet.Bal.in l.fin.C.de
inſtit.& ſubſtit.

III. CONCLVSIO.

10 Quando † teſtamenti tempore naturales
extiterunt, facto deinde teſtamento iuſti filij
in lucem hanc prodierunt,qui tamen ante a.
ditam hæreditatem periêre, naturales ſucce.
dunt, argumẽto eius quod Vlpianus de poſt-
humo ſcripſit. Poſthumus enim præteritus,
qui viuo teſtatore natus deceſſit,licet(inquit)
iuris ſcrupuloſitate nimiaq́ue ſubtilitate te-
ſtamentum ruptum videatur: attamen ſi ſig.
natum fuerit teſtamentum, bonorum poſſeſ
ſionem ſecũdùm tabulas accipere hæres ſcri-
ptus poterit,hæreditatemq́; obtinebit,l.poſt.
humus.ff.de iniuſto rupto & irrito facto te.
ſtamento. Cui accedit, quod ab initio teſta.
tor non obſcurè ſignificauit ſe naturales in.
telligere.quæ voluntas licet intermedijs libe-
ris iuſtis mutata eſſe cenſeatur, ijſdem tamen
deficiẽtibus, regreſſus denuò fit ad eos filios,
quos tempore teſtamenti intellexit, argum.
Auth.ei tamẽ.C.de temporum appel. l.ſicut.
C de præſcriptionib.30.vel 40.annorum,l.fi.
C.in quibus cauſis maiores, l.1.in fi.C.de an-
nali exceptione,l.1.C.de bonis maternis. Sic
quoque hypotheca ſoluitur, vendito pigno.
re ex voluntate creditoris: & tamen reinte.
gratur, ſi redeat in prioris debitoris domini.
um:item in conditionibus, ſi eueniat condi.
tio, tempus conditionis trahitur ad tempus
obligationis. Sic quoque actio rerum amo-
tatum ſoluto matrimonio inchoata, ceſſat
reintegrato eodem, l.reintegrato. l.vlti.ff.de
actione rerum amotarum.
Sic † actio de dote non competit,conſtan- 11
te matrimonio.facto diuortio competit. Re.
integrato iterum matrimonio déſinit com.
petere, etiam iam inchoata, l.ſi mulier. ff ſo-
luto matrimnn, l.penult.§.vxor.ff.eod.l.do-
tem.l.diuus.ff.de iure dotium.

IIII. CONCLVSIO.

Ex illa præſumpta voluntate non obſcurè
colligitur, teſtatorem,ſi nullos vnquàm legi.
timos filios.ſed ſolos naturales habũit,nomi
nando filios in teſtamento intellexiſſe natu.
rales, eoſq́ue ad ſucceſſionem vocaſſe. Nam
† mens teſtatoris in primis ſpectanda eſt, & 12
inſpicienda, l.quibus diebus.§.dominus.ff.de
cõditionib. & demonſt. & aliàs in ambiguis
orationib.mens proferentis accipi debet,l.in
ambiguis. ff.de reg.iur.l.inter ſtipulantem.§.
1.ff.de verb.obliga.l.veteris.ff.de pactis.Cùm
itaq; veriſimile ſit, eum de his ſenſiſſe quos
tum habebat, dubium non eſt quin ſuccedere
hoſce voluerit. Ex † ſcientia enim teſtatoris 13
voluntatẽ eius conijcimus & interpretamur,
l.prædia obligata. de fideicommiſſ.l.qui ha-
bebat.ff.de reb.dub. l. plenum.§. Equitij.ff.de
vſu & habitat. argu.l.cuius per errorem.ff.de
regu.iur.l.ſed etſi ſuſceperit.§.1.ff. de iudicijs.
l.hæredib.§.fin.ad S.C.Treb. Hinc Aluar.tra-
dit in §.naturales.tit.ſi de feudo fuerit cõtro-

uerſia inter dominum & agnatos vaſalli. Si
dominus feudum concedat alicui pro ſe &
ſuis liberis, natis & naſcituris, quem natura-
les tantùm habere liberos ſciebat, quòd na-
turales ad feudi ſucceſſionem admitti debe-
ant, dixi ſuprà cap proximo, nu 2. Quæſtione
hac ſatis dextrè faciliterque explicata, viden-
dum eſt de ſubſtitutione.

CAPVT XV.

An naturales filii in cauſa ſint, vt conditio ſi ſine filiis deceſſerit, deficiat, & an hi ſubſtiturum excludant, repudiata quorundam ſummorum virorum ſententia.

SVMMARIA.

1 *Naturales an faciant deficere conditionem, ſi ſine liberis.*
2 *Ad facti quæſtionem difficilis Iureconſulto reſponſio.*
3 *Iureconſulti de facto non reſpondent.*
4 *Naturales an faciant deficere conditionem, ſi ſine liberis Decij opinio.*
5 *Decij opinio euerſa.*
6 *Palæotti Cardinalis contra communem opinio refutata. nu. 8. & 9.*
7 *Conditio ſi ſine liberis fauore filiorum appoſita cenſetur.*
10 *Teſtati cauſa regulatur ad cauſam inteſtati, & quomodo. nu. ſeq.*
11 *Hæreditatem vbi lex vel S.C. capi prohibet, & bonorum poſſeſſio prohibetur.*
12 *Legitima cui non debetur nec teſtamentum rumpit.*
13 *Filia ſtatuto excluſa à ſucceſſione, ſi præterita eſt non habet querelam.*
14 *Querelam qui intentare nequit, neq; legitimam petit.*
16 *Opinio auctoris vtrùm conditio ſi ſine liberis ceſſet exiſtentibus naturalibus.*
17 *Fideicommiſſa, legata, &c. relicta, vt ad alios poſt mortē eius perueniant, intelligitur ſi ſine liberis. & nu. 18.*

1 Pone, † Tubero teſtator Titium inſtituit,
eidemque Caium, ſub conditione, ſi Ti-
tius ſine liberis deceſſerit, ſubſtituit. Titius
naturales filios habuit, in cauſa ne hi erunt,
vt Caius ſubſtitutus excludatur, auertaturq;,
Quæſtio hæc à duobus acutiſſimis Iuris auto-
ribus, in diſceptationem quæſtionemque vo-
cata eſt, Papiniano nempè, & Vlpiano: quæ
quia perdifficilis & obſcura eſt, in diuerſas
quoq; opiniones eos traxit. Papinianus enim
opinatus eſt, naturalem filium efficere, vt de-
ficiat conditio: & in libertino, eodemque col
liberto idem ſcribit. Vlpiano viſum eſt, quæ-
ſtionem eſſe voluntatis, de qualibus liberis
teſtator ſenſerit & hoc ex dignitate, & ex vo-
luntate, & ex conditione eius, qui fideicom-
miſit, accipiendum eſſe, l. ex facto. §. ſi quis ro
gatus ff. ad S.C. Trebellianum. Effecit itaque
obſcuritas hæc, & opinionum diuerſitas, vt
in diſſoluēda hac difficultate interpretes mul
tum operæ ſtudijq; poſuerint, ac plurimùm
2 laborauerint, cùm † ad facti quæſtiones diffi-
cilimum ſit Iureconſulto reſpōdere, referen-
te Gallo Aquilio: qui quoties de facti ſpecie
interrogaretur, reſpōdere ſolebat, Nihil hoc
ad ius, ad Ciceronem inquibat, Si quis ad eū
tale retulerat vti de facto reſponderet. Cice-
ro in Topicis. quod ex Vlpiano quoque pro-
batur, l. ſtipulatio iſta §. ſi quis ſicut ff. de ver-
borum obligat. & l. nec ſeruus. ff. de peculio.
Itemque ex Paulo in l. ſi tibi decem millia. §.
ſi pactus ff. de pactis.

Hinc † de voluntatis quæſtione, quæ facti 3
eſt, Iureconſulti non reſpondebant, l. 3. ff. de
auro & argento legato. l. 8. ff. quibus modis
pignus vel hypotheca ſoluitur, l. 44. & 94. ff.
de verbo. obligat. l. 122. ff. de verb. ſignific. In
hac igitur quæſtione Bartolus diſtinctionem
adhibuit: Aut, inquit, loquimur de naturali
in ſeruitute concepto aut de alio naturali.
Primo caſu, aut fuit conceptus in figura ma-
trimonij, & excludit ſubſtitutū Inſti. de ſeru.
cognat. in princ. l. Lucius. § fin. ff de legat. 2.
l. fin. ff. de iure deliberandi. Secundo caſu re-
currendum eſt ad diſtinctionem huius legis:
quia aut apparet de voluntate defuncti, quòd
de naturali ſenſerit, & voluntati ſtamus. Vo-
luntatem autem præſumi dicit, ſi verba diri-
gat ad talem, qui alios filios quàm naturales
habere non poterat: vt ad furioſum, l. heredi-
bus §. fina. ff. ad S.C. Trebel. vel ſi in alia parte
de naturalibus fecerit mentionem, arg. l. qui
filiabus. ff. de legat. 1. & l. cùm pater. § rogo. ff.
de legat. 2. Si verò de voluntate non appa-
reat, inſpiciendum eſſe ait, an fuerit in aliqua
dignitate poſitus, & tum de naturali non ſen-
ſiſſe cenſeri, argum l. 1. §. generaliter. ff de ven
tre in poſſeſſionem mittendo, l. 1. § de inſpi-
ciendo. ff. de ventre inſpiciendo. Hæc ſunt
quæ ad difficilem hanc intricatamque quæ-
ſtionem Bartolus adfert: cuius diſtinctionem
alij omnes non tantùm ciuilis, ſed Pontificij
iuris Interpretes amplexi ſunt, vno Decio,
necnon Palæotto, exceptis: quorum ille con-
trarium in alijs naturalibus, præterquàm in
ſeruitute ſuſceptis, adſerit: hic omni prorſus
voluntatis quæſtione neglecta & ſepoſita, ve-
tus Pandectarum ius hoc pariter caſu à nouiſ
ſimis Principum conſtitutionibus diſcernit.

Decius † itaque in c. in præſentia. extra, de 4
probationibus. Naturales quoſcunq; in cau-
ſa non eſſe, vt conditio deficiat, opinatur: ve-
rùm id ſolùm obtinere putat in ijs naturali-
bus, qui ſeruili contubernio ſuſcepti ſunt. Hi
enim pro naturalibus tantùm reputabantur,
cùm ſoli ciues matrimonium cōtrahere poſ-
ſent, & iuſti ex his ſolis ſuſciperentur liberi.
Putat igitur naturales ex ſeruorum conſor-
tio ortos, in cauſa eſſe, vt conditio Si ſine li-
beris deceſſerit, verificetur, & ſubſtitutum ex-
cludat: in cæteris non item. Probat opinionē
ſuam Papiniani authoritate, cùm & libertini
& col-

& colliberti faciat mentionem. Apertè igitur videtur conditionis euentum in naturalibus ex ſeruorum conſortio natis comprobare, in alijs non.

5 Ego † ſimpliciter puto Decium hac in re errare: quod cuilibet Latinum ſermonem intelligenti, & rectè inſpicienti ac cogitanti Papiniani verba, in aperto erit. Papinianus lib. 8. Reſponſorum ſcribit, etiam naturalem filium efficere, vt deficiat conditio: & in libertino, eodemque liberto hoc ſcribit. Subijcit Vlpianus: Mihi, quod ad naturales liberos attinet, volũtaris quæſtio videbitur eſſe, de qualibus liberis teſtator ſenſerit, &c.

Loquitur itaque Papinianus initiò de naturali filio, quem ſcribit efficere vt deficiat conditio. Subijcit Vlpianus ex eodem Papiniano quaſi ampliationem vel extenſionem, & in libertino eodemque colliberto hoc ſcribit, quaſi dicat: non tantùm naturales liberi, quales propriè illi ſunt, qui ex concubina iuſta in lucem prodierunt cauſam præbent, vt conditio ſubſtitutũ impediat: ſed id tamen quoq; ſcribit in libertino & colliberto. Addit præterea, quid ſibi videatur in quæſtione hac æquum, & ait: Quod ad naturales liberos attinet, voluntatis queſtionem ſibi videri, &c. diſtinguit itaq; haud obſcurè Vlpianus naturalem à libertino, collibertoque: in his quidem à Papiniano nõ recedens, in illo quæſtionem voluntatis eſſe dicens, quæ ex dignitate, & ex voluntate, & ex cõditione eius qui fideicommiſit accipienda ſit. qua in re Papinianum, qui indifferẽter naturalem efficere ſcribit, vt conditio deficiat, notat, vel potiùs reſtringit. Ex hac ſimplici explicatione facilè conſtat, Decium immeritò communem receptamq; opinionem impetere, ac Papiniani verba naturalibus in ſeruitute ſuſceptis attribuere tantùm, cùm ad omnes naturales pertineãt. Hoc itaque fundamento eruto facilius nihil eſt quàm alijs obiectionibus reſpondere. Nunc videndum ſe offert, Palæotti ne opinio ſubſiſtere queat?

6 Hic † omiſſis longis controuerſijs, quæ vt ipſe ait, ſolæ per ſe iuſtum volumen po... occupare, exiſtimat diſtinguendum e... tus Digeſtorum ius à nouiſſimis Iuſtin... conſtitutionibus. ſi enim ſecundũ priſca tempora loquamur: Credo, inquit, ſub ea conditione olim nunquàm naturales filios, ſiue ex ſeruili contubernio, ſiue ex cõcubinatu fuiſſe comprehenſos, cuius rei argumento eſſe dicit leges quamplures, in quibus cùm de filijs fit mentio, naturales tamen ſub matrimonij ſpecie natos, qui cæteris fauorabiliores eſſe ſolent, non aliter contineri volunt, niſi ea fuerit & manifeſta teſtantis voluntas, l. fina. ff. de iure delib. l. cùm pater. §. volo. ff. de lega. a. d. §. ſi quis rogatus. vt cùm hinc videamus ab his tunc tantùm excludi ſubſtitutos, cùm ita teſtator declarauit, iam inde apertum ſit, in reliquis quibuſcunque caſibus ſecùs dicendum, regulamque in contrarium potiùs ſtatuendam. Subijcit cauſam, propterea quòd ab inteſtato ij nihil eo tempore conſequebantur. Auth. quibus modis naturales efficiuntur ſui. At verò in ſubſtitutionib. cùm liberorum fit mentio, hi regulariter tantùm vocati cenſentur, qui ſubſtitutos ob legitimam ſucceſſionem valeant excludere. Socin. in l. cùm auus. ff. de condit & demonſt. Tyraq. in l. ſi vnquàm verbo ſuſceperit, num. 86.

Receptum † enim communiter illud eſt, conditionem illam, Si ſine liberis, filiorum ipſorum fauore appoſitam ſemper eſſe. Alex. conſi. 109. & conſi. 184. libr 2 Curt. conſi 46. vt tametſi ex teſtamento ijs quidem verbis non vocentur, eis ... ius ab inteſtato ſuccedendi, vnde ſubſtitutos excludat, ſit reſeruatum, l. Lucius. 2 & ibi glo fin. ff. de hæredib. inſtit. Dec in l. 1. C. de pactis, nu. 15. Quo fit, vt in his conditionib. neceſſariò de ijs tantùm filijs ſit intelligendum, qui ab inteſtato valeant hæredes eſſe, glo. in d. l. Lucius. Zuchar. in l. 1. C. de pactis, nu 70. concludit poſt alia, filios in conditionibus eos comprehendi tãtùm, qui ab inteſtato ſuccedere apti ſint (exceptis adoptiuis liberis, quorum gratia fideicommiſſo facilè fraus fieri poſſet, l. fideicommiſſum ff. de condit. & demonſtr. Dec. conſi. 199 & paucis alijs caſibus) hacque ratione olim ad naturales filios talem conditionem nõ pertinuiſſe quòd hi ab inteſtato legibus non agnoſcerentur, d. Auth. quibus modis naturales efficiantur ſui. & ſubiungit: Cùm hodiè nati in ſeruili conſortio, quàm primùm ad libertatẽ peruenerint, æquè ac legitimi, Iuſtiniani indulgentia approbẽtur. Inſt. de ſeruili cognat. in princ. in his iure optimo, omnia ac in iuſtis filijs eſſe obſeruanda, ideoq; ab his fideicommiſſum extingui. Naturales autem cæteros ex concubinis natos, qui ab inteſtato in duabus vncijs ſuccedunt, Auth. licet. C. de naturalib. lib. pro eadem etiam portione & ſubſtitutum ſemper excludere: quoniam ad hãc tantùm partem, quoad ſucceſſionem, pro liberis agnoſcuntur. Cùm enim in ſubſtitutionib. de his ſemper actũ cenſeatur, qui grauato poſſint hæredes eſſe: iã ſequitur vt pro qua portione eos vt filios lex agnouit, ad eandem & teſtator illos vocare voluiſſe exiſtimetur. 7

Hæc † diſtinctio, quam à præceptore Auguſtino Beroo, viro doctiſſimo habet, accurata quidem videri poteſt: longiſſimè tamen à Papiniani Vlpianique verbis abeſt. Breuiſſimè itaque contractis illis quæ Reuerendiſſ. Cardin. Gabriel Palæottus diffuſe adducit, quid mihi hac in cauſa videatur, explicabo. Tota Reuerendiſſimi Cardinalis diſputatio 8

duobus includi poteſt argumentis. Vno, quibuſdam legibus naturales liberi, qui ſub ſpecie matrimonij ſuſcepti ſunt, nõ aliter filiorum appellatione continentur, niſi ea fuerit manifeſta teſtantis voluntas. Conditio hæc, Si ſine liberis deceſſerit, dubia eſt, & incerta. ambigitur enim, vtrùm teſtator de naturalibus liberis ſenſerit. Non igitur comprehenſi cenſebuntur hoc caſu noſtro. Alterum argumentum eſt, Cauſa teſtati à cauſa inteſtati dependet. Naturales autem ab inteſtato olim parentibus non ſuccedebãt. Igitur conditio hæc, Si ſine liberis deceſſerit, ex teſtatoris voluntate ad eos pertinere non videtur, cùm teſtator exiſtimetur ſemper ſe ad legis præſcriptum accommodare & formare. Inde diſtinctionem excogitat, quòd veteri quidem iure ſubſtitutum minimè excluſerint, nunc pro ea parte qua ſuccedunt, excludant. Quid nunc agemus receptam ne præcipuorũ Interpretum ac multiplici diſputatione, longoque vſu approbatam opinionem reijciemus? an huic ſententiæ, quæ ſuis quoque, & ijs quidem argumentis grauiſſimis ac firmiſſimis inſtructa eſt, & munita, obſiſtemus? Ego ſanè hanc Auguſtini Beroi, & reuerendiſſimi Cardinalis Gabrielis Palæotti opinionẽ dupliciter conuelli poſſe video.

9 I. Ex † traditis Dialecticorum, quorum arguta acutaque diſputandi ratio, priori, & noſtro nũc ſeculo, noſtram nimium inuaſit Iuriſprudentiam, facilè argumẽtatio prima infringitur, cùm à particulari ad vniuerſalẽ procedat: quæ quidem argumẽtatio inualida prorſus eſt, ac inutilis. Quamplures, inquit, leges, in quib. cùm de filijs ſit mentio, naturales tamen matrimonij ſpecie natos, qui cæteris fauorabiliores eſſe ſolent, nõ aliter contineri volunt, niſi ea fuerit & manifeſta teſtatoris voluntas. Ex his itaq; paucis legib. filios in cõditionibus comprehendi eos tantũ, qui ab inteſtato ſuccedere apti ſint, neq; obſcurã teſtatoris mentẽ ad naturales continere, concludit. Verùm relicta Dialectica cõfutatione, quæro, quid reuerendiſſ. Cardinalis reſpõdere velit Papiniano, qui conditionem, Si ſine liberis deceſſerit, in qua teſtatoris voluntas manifeſta de naturalib. non extat, vt quã quoque voluntatis quæſtionẽ Vlpianus ideo eſſe dicit, expreſſe ſcribit etiam naturalem filium efficere, vt deficiat conditio. d. § ſi quis rogatus. Apertiſſimum igitur & planiſſimum eſt, vniuerſalem concluſionem de manifeſta teſtatoris voluntate, authoritate paucarum legum, in quibus naturaliũ expreſſim fit mentio ab eo extructam, conſiſtere nõ poſſe: cùm Papinianus, qui authoritate, iudicio, eruditione, facilè reliquos antecelluit, in obſcura quoque teſtatoris oratione naturales comprehendi voluerit. quod oſtendit particula Etiam. que ampliatiua eſt, vel extenſiua quaſi diceret: Non tantum legitimi, ſed etiam naturales faciunt deficere conditionẽ: nec non modò naturales ex concubinatu, ſed & colliberti & liberti. Non difficulter quoque ſecundum argumentum, quo exiſtimat illos tantũ filios, qui ſucceſſuri ab inteſtato ſunt, ſub ea conditione comprehendi: cùm cauſa teſtati ex cauſa inteſtati interpretationem ſuſcipiat, & ſecundùm eam reguletur, infringi poteſt ac debilitari pari ratione dialectica, vt in ſuperiori. In aliquibus: ergo in omnibus.

10 Verum † quidem eſt, cauſam teſtati regulari ſecundùm naturam & cauſam ſucceſſionis ab inteſtato, per iura ab eo non adducta, l. 1. §. vocãtur autem l. illud §. 1. l. ſi in adoptionem ff. de bono poſſ. contra tab. l. vnica §. rectè ff. ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabũt, cum ſimilib. At verò id obtinet in querela inofficioſi teſtamenti, in petitione bonorum poſſeſſionis in legitima.

11 Nam † vbicunque lex vel S C. vel conſtitutio capere hæreditatem prohibet, & bonorũ poſſeſſio ceſſat, l. non eſt ambigendum. § fi. ff. de bon. poſſeſſ. latè Alex. Iaſ. & Dec. in l. filiæ dotem. C. de collationib. Ioan. Rubeus in l. pater filium, nu. 18. & ſeq. ff. de inoffic. teſtam. Quare ſi quis ex his perſonis quæ ad ſucceſſionem ab inteſtato non admittuntur, de inofficioſo teſtamẽto egerit, & obtinuerit, nihil ei victoria non proderit, l. poſthumos § ſi quis. ff. de inoff. teſtam. l. pater filium. l. ſi poſt mortem. ff. de bon. poſſ. contra tab.

12 Quare † etiam ille cui legitima non debetur, teſtamentum non rumpit. Paul. Caſtren. & Imola in l. Gallus §. & qui ſi tantum. ff. de libe. & poſthu. hæred. inſt. per d. l. 1. & l. ſi poſt mortem. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab. inde

13 † ſi lege municipali, filia a ſucceſſione extantib. fratribus arceatur, ea præterita, querelam inofficioſi teſtamenti mouere nõ poteſt. Bar. in l. fin. ff. ad S C Tertyl. Bald. in l. maximum vitium. C. de liberis præteritis. Ioan. Plateus in § eadem hæc ratio, num. 20. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deferuntur.

14 Quòd † ſi querelam intentare non poterit, neque legitimæ ſupplementum petet, Bar. in l. cùm ex filio num. 3. ff. de vulgari & pupillari ſubſtitu. in l. Titio centum § Titio genero. nume. 6. ff. de cond. & demonſtr. per l. omnimodò. & l. ſi quis filium. C. de inoffic. teſtam. latè Corn. conſ. 1. num. 14 lib. 2.

Cùm itaque olim ante Conſtantinum, quoad ſucceſſionem ab inteſtato, extraneorum loco naturales haberentur, non quidem lege prohibente, ſed nihil hac de re ſtatuente: conſequitur, nec querelam inofficioſi teſtamenti eos inſtituere, nec bonorum poſſeſſionem petere, nec legitimam, nec dotẽ exigere potuiſſe. Admodũ igitur inconcinnè, nõ dicã

abſur-

abſurdè, de cauſa inteſtati ad cauſam teſtati argumentatur, hac ratione: Olim naturales non ſuccedebant patri ab inteſtato: ergo nec ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, in teſtamento comprehendentur, cùm illa conditio (vt ipſe ait) de ijs tantùm filijs ſit intelligenda, qui ab inteſtato valeant hæredes eſſe. quod falſum eſſe, ex Papiniani Vlpianiq; verbis conſtat Nam horum tempore ab inteſtato non ſuccedebant: & tamen vterq; eos contineri ſub cõditione, ſi ſine liberis deceſſerit, adſerit: Papinianus quidem indifferenter, hic cum declaratione Taceo, quòd ineptè [illegible] caſu à cauſa teſtati ad inteſtatam rat[illegible] tur. Præterea cùm liberorum appellatio naturales quoque complectatur, teſtatorem Titium inſtituendo, & liberorum mentionem faciẽtem, ſi nulli legitimi extent, naturalium conſiderationem habuiſſe, dubium non eſt, Non itaque tam ſuo patri ab inteſtato, quàm ex teſtatoris voluntate ſuccedunt.

15 Conuellitur † ex eo quoque altera Palæotti ratiocinatio, quam ex ſuperiori texit: quia cauſa teſtati ab inteſtati ſucceſſione depẽdet: ideo, inquit, naturales ex concubina nati, qui ab inteſtato in duabus vncijs ſuccedunt, pro eadem ſemper portione & ſubſtitutum excludunt. Præterquàm enim quòd cauſa inteſtati noſtro caſu, à cauſa teſtati non dependet, vt iam dictum eſt: reſponderi poteſt altero quoque modo, [illegible]los ſuccedere ex voluntate teſtatoris, qui patrem vel in aſſem vel certam partem, & eo è viuis ſublato, liberos inſtituit, quibus deficientibus ſubſtituto locum fieri voluit, argu. l. cùm pater §. voto. in verb. ex voluntate. Ex quo palàm eſt, cauſam teſtati, quæ à teſtatore dependet, non poſſe regulari à cauſa inteſtati, quæ patrem naturalem reſpicit. Succedent itaque in eam partem, in quã teſtator eos ſuccedere voluit. Nam aliàs pro parte inteſtatus, quantum ad naturales, pro altera parte, quoad ſubſtitutum teſtatus decederet: quod iura noſtra non patiuntur, l. inteſtatus. ff. de reg. iur.

16 Concludo † itaque contra Decium, Auguſtinum Beroum, & Reuerẽdiſſimum Cardinalem Palæottum, conditionem, Si ſine liberis deceſſerit, naturales omnes complecti, & efficere vt conditio deficiat: idque veteri Digeſtorum iure obtinuiſſe, & hodie obtinere: neque reformatam eſſe conditionem nouiſſimis Principum cõnſtitutionibus, quod reuerend. Cardin. Palçottus exiſtimauit, arbitror. quod plus eſt, auſim dicere, cõditionem eam, Si ſine liberis deceſſerit, ſi ad iuſtos tantùm referatur liberos, ſuperfluam videri.

17 Nam † certi indubitatique iuris eſt, hæreditates, legata, fideicommiſſa relicta ea lege, vt poſt mortem ſuam ad alium quempiam res redeat, intelligi debere, ſi is cui primo loco relicta eſt, decedat ſine liberis, etiamſi expreſſum non fuerit, l. cùm auus. ff. de conditio. & demonſtr. l. cùm acutiſſimi. C. de fidei. commiſſis. l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſtit. & ſubſtit. Quod quidem maximè procedit, ſi res ad alterum filiũ eius qui reliquit, reditura eſt, & ſic ad fratrem eius cui primò relicta fuerat. Nam hoc pariter caſu nepos illius cui res relicta eſt, præfertur patruo cui res reſtitui debebat poſt mortem patris nepotis, d. l. cùm auus. & ibi Cumanus. Bald. in l. cùm acutiſſimi. & ibi Caſtrenſ. Salic. Barbat. Carolus Ruinus conſ. 131. col. 3. nu. 4. lib. 3. Philip. Dec. conſ. 368. col. vlti. Ludouic. Gozadin. conſ. 4. nu. 15. latè And. Tyraq. in l. ſi vnquàm. in verb. donatione largitus. nu. 240. C. de reuocan. donationib.

18 Necnon † quoque lex ſemper ita interpretatur diſpoſitionem hominis, relinquentis quidpiam alicui poſt alium: vt intelligatur, ſi is cui primo loco relictum eſt, decedat ſine filio, l. non impoſſibile. ff. de pactis. l. vlti. C. de fideiuſſoribus Sic quoque aſſignatio liberti vni ex liberis, excludit reliquos fratres, donec is cui facta eſt adſignatio, vel ex eo aliquis ſupereſt, l. 3. §. vltim. ff. de adſignandis libertis.

CAPVT XVI.

Quia Vlpianus à Papiniano diſſentit, cuius opinio hoc caſu præualeat.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Senatuſconſultum Trebell.*

HActenùs † Decij, Auguſtini Beroi, & Gabrielis Palæotti opiniões retuli, & quid mihi hac in quæſtione probabile videtur oſtendi, quod ſanè veritatis inquirendæ cauſa feci. Nolim enim ad id hominum genus referri, qui ſententias rectas petulãtia quadam ingenij euertere, conantur. Quia verò Vlpianus à Papiniano hac in cauſa diſſentit. (hic enim conditionem, Si ſine liberis, naturalem etiam, & collibertum & libertum comprehendere ſcribit: ille, voluntatis quæſtionem eſſe dicit, quæ ex dignitate, ex voluntate, & ex conditione eius qui fideicommiſit, accipienda erit.) videndum iam eſt, quæ ſententia præualeat, indifferenter ne naturales efficiant, vt conditio deficiat, quod Papinianus ſcripſit: an verò ex coniectura voluntatis, qui fideicommiſit accipienda erit, quod Vlpianus, Papinianum notans, putauit. Negotium hoc non difficulter, explicari poteſt ex cõſtitutione Theodoſij, & Valentiniani, ſi dixerimus Papiniani opinionem præualere. Nam Theodoſius & Valentianus principes Romani, Papiniani ſcripta cæteris antefe-

runt, notaſque Vlpiani ad Papinianum expreſſe infirmant, cuius Conſtitutionis verba hæc ſunt:

Imperatores Theodoſius & Valentinianus A.A. ad ſenatum vrbis Romæ, poſt alia.

Papiniani, Pauli, Caij Vlpiani, atque Modeſtini ſcripta vniuerſa firmamus, ita vt Caium atque Paulum Vlpianum, & cæteros comitetur authoritas lectionis, quæ ex omni eius opere recitentur. Eorum quoque ſcientiam, quorum tractatus atque ſententias prædicti omnes ſuis operibus miſcuerunt, ratam eſſe cenſemus: vt Scæuolæ, Sabini, Iuliani, Marcelli, omniumque quos illi celebrarunt: ſi tamen eorum libri propter antiquitatis incertum, Codicum collatione firmentur. Vbi autem diuerſæ ſententiæ proferuntur, potiùs numerus vincat authorum: vel ſi numerus æqualis ſit, eius partis præcedat authoritas, in qua excellentis ingenij vir Papinianus emineat: qui vt ſingulos vincit, ita cedit duobus. Notas etiam Pauli atque Vlpiani in Papiniani corpus factas, ſicut dudum ſtatutum eſt, præcipimus infirmari. Vbi autem pares eorum ſententiæ recitantur, quorum par cenſetur authoritas, quòd ſequi debeat, eligat moderatio iudicantis. Pauli quoque ſententias ſemper valere præcipimus, &c. Datum 6. Idus Nouembris, Theodoſio Auguſto 7. & Valentiniano 2. Coſſ.

CAPVT XVII.

Si Vlpiani adhuc ſententiam, qui voluntatis quæſtionem eſſe dicit, cum aliis interpretibus ſequamur, quibus rebus colligetur teſtatorem ſub conditione, Si ſine liberis deceſſerit, naturales comprehendere non voluiſſe filios.

SVMMARIA.

1 *Dignitas perſonæ an faciat, conditione, Si ſine liberis excludi naturales.*

2 *Legatum obſcurum ex ſequentibus & præcedentibus intelligendum.*

3 *Conditio ſi ſine liberis in perſona eius qui legitimos habere nequit, naturales admittit.*

4 *Filiæ inſtitutæ adiecta conditio ſi ſine liberis naturales nō includit.*

5 *Naturales habere in fœminis quàm maſculis magis horrendum.*

6 *Conditio, ſi ſine liberis adiecta inſtitutioni filij excludit naturales.*

7 *Eccleſiam ſubſtitutam ſi ſine liberis an excludant naturales.*

8 *Conditio ſi ſine liberis à teſtatore adiecta quid ab ea quæ à lege venit, differat remiſsiuè.*

9 *Naturales non continentur conditione ſi ſine liberis, quoties legitimi ſuperſunt.*

VLpianus † ait, id accipiendum eſſe, ex dignitate, & ex voluntate, & ex conditione eius qui fideicommiſit, nihil prætereà addit: at verò quibus indicijs deprehendantur, quæ cōditiones, quæ dignitates, apertam faciant voluntatem, non dicit. Quia autē difficillimum eſt, voluntatem alterius cōijcere, de naturalibus ne ſenſerint, an nō: ideo quæſtio hæc multipliciter exercuit Interpretes, quorum tamen veſtigijs inhærentes, adducemus aliqua negotia, in quibus non obſcurè, colligere eſt, & conijcere teſtatorem ſub hac conditione, Si ſine liberis deceſſerit, naturales minimè comprehendere voluiſſe.

Primò itaque Interpretes Vlpianum ſecuti, dignitatem † conſtituunt in cauſa, quòd 1
naturales conditionem non faciant deficere: & quòd ſubſtituto locus fiat. nam non obſcurè colligitur, cum qui in eminenti dignitate, honoriſque faſtigio collocatus eſt & poſitus, non voluiſſe hæreditatem ſuam ad naturales filios inſtituti deuenire, cùm non parùm interſit teſtatoris eiuſmodi habere hæredes, qui omni macula næuoque careant. At dicemus ne cauſam hanc dignitatis tantam habere efficaciam, tantumque robur, vt citra omnem exceptionem naturales liberorum appellatione eximat? nō ſanè. Quandoque enim teſtatorē in dignitate poſitum, ac fideicōmiſſum relinquentem vel ſubſtituentem in conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit, interpretamur de naturalibus ſenſiſſe liberis. Veluti ſi in aliqua teſtamenti parte naturales nominaſſet, vel mentionem horum feciſſet, arg. eius quod Vlpian. de filiabus ſcribit. Qui enim filiabus legauit, ſi mentionem aliqua parte teſtamenti poſthumæ fecit, videtur in filiarum legato & de poſthumo ſenſiſſe, l. qui filiabus. ff. de legat. 1.

Sic † quoque alibi tradit legatum obſcu- 2
rum ex ijs quæ præcedunt vel ſequuntur, ſcripta, dijudicandum eſſe, l. ſi ſeruus plurimi. 1. §. fina. ff. eodem. l. hæredes. §. ſed etſi non tam. ff. de teſtib. l. Plautius l. ſpecies. ff de auro & argento legato. l. quoties C. familiæ erciſcund. glo. in c. cauſam. extra: de reſcriptis. Barto & alij in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad S.C. Trebellian. Inde Guido Papa in deciſ. 485. tradit conditionem, ſi ſine liberis ad maſculos quandoque reſtringi, ſi horum in teſtamento mentio facta ſit. Guidonem ſequuntur alij. Panorm. conſ. 17. Socin. conſ. 83. lib. 4. Dec. conſ. 270.

Prætereà † conijcitur quoque teſtatorem 3
nobilem in ea conditione, Si ſine liberis deceſſerit, naturales comprehendiſſe, ſi illum inſtituat, quem ſciuit non alios quàm naturales vel habere, vel habiturum eſſe liberos. quod Scæuola de furioſa ſcribit: Titius inquit, nepotes ex filia, & furioſam filiam ſuā hære-

des

des inſtituit, & fideicommiſit filiæ, vt ſi ſine li beris deceſſiſſet, pars ei data perueniret ad cohæredes, eam furioſam ipſe Titius in matrimonio collocauit, & enixa eſt filiā poſt mortem patris: quæſitum eſt, defuncta furioſa, ſuperſtite ex huiuſmodi coniunctione parta filia, an fideicōmiſſum ad cohæredes pertineret? Reſpondit, cùm filiam reliquiſſe proponeretur, fideicommiſſum non deberi. Claudius: Nam etſi matrimoniū cum furioſa non fuit, ſatisfactum tamen eſt eiuſmodi cōditioni, l. hæredib. § fin. ff. ad S C. Trebel.

4 Secundò colligi putant † teſtatoris voluntatem à naturalibus alienam fuiſſe in conditione, Si ſine liberis, quando filiam propriam inſtituit, vel grauat. Bartol. in d. l. hæredib § 1. Bald. in l. generaliter C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. ſi qua illuſtris C. ad S C. Orphitia. Angel. Imol. & alij in d. c. in præſentia. rationem ad-
5 dit Bart. Nam, inquit, † in fœminis magis horrendum eſt filios habere naturales, quàm in maſculis: idque non tantùm in filia, ſed extranea muliere obtinere. Ripa contra Alexandrum & Angelum tradidit in d. §. ſi quis rogatus, nu. 23. Quod tamē verum eſſe minimè puto in extranea, quia naturales ſemper matri legitimi ſunt hæredes §. vulgò. Inſtit. de ſucceſſ. cognatorum, cum ſimil. Cùm enim lex concubinatum permittat, & naturales liberos iuſtos ſucceſſores velit eſſe cum aliis legitimis, etiamſi illuſtris fuerit fœmina, l. penult. C. de Orphit. nihil ſanè veriſimilius eſt quàm teſtatorem ad hanc legis conſtitutionem ſe conformaſſe: in filia verò diuerſum ſtatuendum putarem. Nunquam enim pater turpem eius vitam comprobaſſe exiſtimandus eſt, idque Imol. & Alex. ſenſit in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. & Pariſ. in c. in præſentia num. 53. & 54. extr. de probat.

6 Tertiò, non † comprehendiſſe cenſetur teſtator naturales ſub appellatione liberorum, ſi proprium ſubſtituit filium. Cum enim dignitatem dicimus efficere, & in cauſa eſſe, vt conditio illa non deficiat in naturalibus: cur non ita magis dicemus in ſubſtituto filio proprio propter affectionem, ac ſoꝗ iꝰ paternam? idque Ripa quoque, aliorum opinione repudiata, exiſtimat in d. l. ex facto §. ſi quis rogatus, num. 24.

7 Quartò, † idem putāt eſſe in Eccleſia ſubſtituta propter fauorem piæ cauſæ. Bald in d. c. in præſentia. & ibi D. c. Quanuis Alex. & ante eū Ang. exiſtimēt, non inſpiciendam eſſe, nec in conſiderationem venire debere dignitatem ſubſtitutæ perſonæ ſed ipſius ſubſtituētis: quorum opinio præualuit, atteſtante Ripa.

8 Quintò, exiſtimant plerique † Interpretes hoc procedere in conditione, Si ſine liberis, per teſtatorem expreſſa. diuerſum in conditione, Si ſine liberis, à lege ſubintellecta, d. l. generaliter. § cùm autem C. de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus. Quæ verò poteſt eſſe huius diuerſitatis ratio? cùm teſtator ſemper intelligatur ad legis diſpoſitionem ſe accommodare. Alexander rationes tres adducit, quas Franciſcus Ripa recenſet, & coploſè explicat in d. § ſi quis rogatus, quò Lectorē breuitatis cauſa remitto.

Sextò: Extantibus liberis † naturalibus & legitimis, in aperto eſt, naturales conditione ea, Si ſine liberis deceſſerit, minimè contineri. Alexander & alij in d. l. ex facto § ſi quis rogatus. & latè ſuprà in Concluſionibus retulimus.

CAPVT XVIII.

An in contractibus liberorum appellatione contineantur naturales.

SVMMARIA.

1 *Emphyteuſis ſibi ſuiſq; liberis quæſita, an naturales admittat, num. 6. & 7.*
2 *Interpretatio verborum in dubio contra ſtipulantem fit.*
3 *Emphyteuſis conceſſa pro ſe & filijs, non includit fœminas.*
4 *Filiorum appellatio in contractibus non recipit nepotes.*
5 *Argumentum a contractibus ad vltimas voluntates quomodo procedat,*
7 *Palam te contra communem, ſententia diuerſa.*
8 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica ſibi ſuiſq; liberis conceſſa, naturales quatenus includat.*
9 *Naturales abſq; peccato concipi non poſſunt.*
10 *Naturalis in dubio præſumitur ſimiles ſibi ſuccedere voluiſſe.*

Fingamus aliquē † ſtipulatum eſſe ſibi ſuiſque liberis emphyteuſin: quæſtionis eſt, an emphyteuſis quandoq; ad naturales pertineat? Hac in cauſa diuerſæ extāt interpretum ſententiæ. Dyn. & poſt hunc Bald. in l. filiū ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris. & eius frater Angel. in l. generaliter § cùm autem. C. de inſti. & ſubſt. quos ſequitur Dec. in d. c. in præſentia. nu. 40. Hi inquam exiſtimant, naturales in hac cauſa non contineri appellatione liberorū: quòd in contractibus verba ſint propriè & ſtrictè accipienda. l. quidquid adſtringendę. ff. verb. oblig. Naturalis aūt propriè nō ſit filius. d. l. filium. Prætereà, † quia in dubio verba contra ſtipulantē ſunt interpretanda, cùm legē apertius dicere potuerit, l. veterib. ff. de pact. ſic ambigua oratio non nocet venditori, l. cū in lege. ff. de contrah. emp. l. 2 §. cùm Stichum. ff. de act. empt. arg. l. in cōtrahenda ff. de reg. iu. l. ſi arborē § fin. ff. de ſerui. vrb. præd. Accedit huc, † quòd emphyteuſis conceſſa pro ſe & filiis, nō cenſeatur cōceſſa pro fęminis. Archid. in c. in ſi quis ſuadēte. 17. q. 4. Imol. in c. potuit. ext. de locat. Lud. Rom. conſ. 35. Alex. conſ. 61. lib. 1. & conſ. 113 & conſ. 203. li. 2. Phillp. Corn. conſ. 64 & cōſ. 171. lib. 3. & conſ. 232. lib. 4. Dec. in l. fœminæ. nu. 104. de reg. iur. licèt aliàs regulariter appellatione filij fœminæ quoquè comprehendantur l. ſi quis ita ff. de teſtam. tutela. l. ſi ita ſcriptum. ff. de legat. 2. Proinde

4 in contractibus † appellatione filiorum non
intelliguntur nepotes. Bart. in l. liberorum. ff.
de verborum ſignifi. Hinc traditum eſt, ſtipu-
lationem de non offendendo aliquem, nec
ſuos filios, non extendi nec produci debere
ad naturales. Alex. in d. §. ſi quis rogatus. Cùm
itaque in contractibus appellatione filij non
contineantur fœminæ, nec nepotes: quantò
magis naturales excludi debebunt? quibus ad-
dit Bartol. in d. §. ſi quis rogatus quòd pater
ijs, cùm extranei ſint, non potuit ſtipulari. §.
alteri. Inſtitut. de inutil. ſtipulationib. quem-
admodum nec mater filio. l. debitor. ff. ad S.
C. Trebel.

5 Non obſtat, quòd † aliàs ab vltimis volun-
tatibus ad contractus ratiocinamur, quemad-
modum tradit Caſtr. in l. ſeruum filij. §. cum
qui ff. de legat. 1. l. pactum. ff de pactis. Euerar-
dus in Topic. Nam ratiocinatio hæc non pro
cedit, vbi agimus de extenſione verborum.
Propter teſtantium enim voluntates larga fit
interpretatio. l. in teſtamentis, ff. de regul. iur.
c. cùm dilecti. extr. de donationib. in contra-
ctibus verò, ſtricta. l. quidquid adſtringendæ.
ff. de verborum obligat. Inde Alexander regu
lam tradit, quòd in dubio non valeat argumē
tum de teſtamento ad contractus. d. conſ. 61.
6 lib. 1. & in conſ. 260. lib. 3 His tamen non † ob-
ſtantibus, crebriori ſententia contrarium à
plerìſque traditum eſt, nempè patrem natura
libus quoque liberis emphyteuſin ſtipulatum
cenſeri. Speculator in tit. de locato. § nunc ali
qua. Bartolus, Paulus Caſtrenſis, Raphael, A-
lexander & Ripa in d. §. ſi quis rogatus. Ioan.
Andr. Antonius de Butrio, Imola, Panormi-
ta. Berous, Patiſ. in d. c. In præſentia. Neglecta
7 † vtraq; opinione Reuerendiſſ. Cardinalis Ga-
briel Palæottus, nouam quandā ſibi fingit for
mamque ſententiam. Si quis enim ſibi & filijs
fuerit ſtipulatus, ſiquidem tum naturales ha-
bebat, de ijs omninò actum putat. Primùm,
quia verba hæc ſimpliciter ſunt enūciata quæ
ex proprietate & naturales complecti apta
ſunt, l. Lucius. §. fin. ff. de legat. 2. Deinde quia,
etſi non eſſet verborum proprietas, in conuē-
tionibus tamen contrahentium voluntatem
potius quàm verba ſpectaremus, l. in conuen-
tionibus, ff. de verborum ſignificat. Ex eo au-
tem hunc naturalibus ſtipulari voluiſſe hoc
caſu colligimus, atque in ijs vtrumque ex con
trahentibus conſenſiſſe, quòd ſcilicet ſoli tūc
hi filij ipſi ſtipulanti aderant. Adfert exem-
plum de feudo. Licet enim naturales à feudi
ſucceſſione arceantur. §. naturales. titul. ſi de
feudo fuerit controuerſia. ſi quis tamen ſtipu
letur ſibi & filijs præſentibus & futuris, & na-
turales ſolummodò habeat filios, hi ſanè ad
feudum admittendi erunt. Aluarottus, Mat-
thæus de Afflictis, & alij in d. §. naturales. Cu-
ius rei ratio in aperto eſt, cum voluntas con-
trahentium præſenti ſtatu & conditione a-
perta ſit, & contrahentes legem conuentioni
dare poſſint. Concludit itaque, naturales tum
ad emphyteuſin ex patris ſtipulatione admit-
tendos, ſi extabant, cùm ſtipulatio inita eſt, a-
lioquin ſi poſt id tempus in lucem fuerint ſu-
ſcepti, ſecùs arbitratur, cùm illa mentis conie-
ctura eſſet. Idem aſſerit, quoties vel tempore
ſtipulatiōis, vel poſt legitimi filij ſupereſſent.
Cùm enim hoc filiorum nomen diuerſas cō-
plectatur perſonas, ordine ſucceſſorio ij ſem-
per prius vocati intelliguntur, quorum poti-
or eſt in ſucceſſione ab inteſtato cauſa. Bart.
in l iuriſiurandi. § liberi de oper. liber. Et hāc
quidem Palæotti opinionem quia media in-
cedit via, ac rationi & æquitati maximè con-
ſentanea eſt, præ cæteris obtinere putarem.

Quid in emphyteuſi Eccleſiaſtica obſeruetur.

Negotium hoc † vnica concluſione ab In- 8
terpretibus abſolui ſolet, quod emphyteuſis
conceſſa ab Eccleſia pro ſe & filijs, non intel-
ligitur conceſſa pro naturalibus Barto Alex.
Ripa in d l ex facto §. ſi quis rogatus, addit Ri
pa ampliationes, necnon limitationes. Com-
modius ſic tractari explicariq; poteſt: Aut lo-
quimur de naturalibus qui tempore ſtipula-
tionis fuerunt nati, nullis alijs extantibus nec
futuris filijs ex iuſto legitimoq; matrimonio
ſuſceptis, quos iuſtos appellamus. Et tum in a-
perto eſt, emphyteuſin ad filios naturales per-
tinere, arg illius quòd traditur ab Aluar. & a-
lijs in d. §. naturales tit. ſi de feud. defuncti fue.
contr. Contrahentes enim certò colliguntur,
tū in illos tantum filios qui aderāt conſenſiſ-
ſe. Neq; † obſtat ratio ab interpretibus addu- 9
cta cùm huiuſmodi filij abſq; peccato conci-
pi nequeāt: quod cùm maximè abhorreat Ec-
cleſia, veriſimile non eſt de tali ſobole eā co-
gitaſſe: quia in his nulla tum, quādo concede-
batur emphyteuſis, verſabatur peccati ratio.
nati enim iam erant. Iaſon in l. nemo poteſt.
col. 9. ff. de leg. 1. Deinde poſito, non dato, pec
cati cauſam in conſiderationem venire, qua-
re diſcrimen conſtituemus inter emphyteu-
ſin eccleſiaſticam & aliam. cùm omnib. nunc
æquè concubinatus ſit prohibitus, & priuatus
quoque non præſumatur velle dare occaſio-
nem delinquendi. l. meritò. ff. pro ſoc.

Prætereà † ſi aliæ extent coniecturæ, quib9 10
colligi poſſit, aut conijci contrahentium vo-
luntas: dubium non eſt, quin ad naturales em
phyteuſis quoque pertineat. veluti ſi is cui cō-
ceditur, ex concubinatu ſit natus. colligitur
enim non obſcurè, hunc voluiſſe ſimiles ſibi
filios ſuccedere. Baldus in c. quæ in eccleſia-
rum. extrà, de conſtitutionibus. Huic tamen
ſententiæ Ripa ſe opponit, quòd Eccleſia
non cenſeatur inuitare inueſtitum ad peccan
dum,

dum : deinde, quia ab inteſtato ſuccedere ne. queant.

Ego quidem hoc pariter negotium ex priori diſtinctionis membro dirimendum eſſe cē ſeo: an videlicet hi tempore conceſſionis extiterint,& ſoli quidem. Conſequitur inde aliud diſtinctionis membrum, vt idem in naſcituris naturalibus non dicamus. Cùm enim in rerum natura tempore conceſſæ emphyteuſis non fuerint, planum & perſpicuum eſt, contrahentes de his ſentire nō potuiſſe: quia incerti fuerunt, liberoſne habiturus ſit is qui ſtipulatur necne. Et in talibus filijs conditio ſubintelligatur, Si naſcentur. quæ ad iuſtos tātùm filios pertinet, ac referri ſolet. ex eadem mentis coniectura colligit Ripa, nobilem aliumq; in dignitate poſitum non cenſeri naturales intellexiſſe filios. d. §. ſi quis rogatus, in ampliatione 2.

CAPVT XIX.

De ſucceſsione filiorum legitimatorum.

SVMMARIA.

1 *Legitimatio quid ſit.*
2 *Legitimandi modus triplex.*

1 LEgitimatio actus † eſt iuridicus quo is qui
illegitimè natus eſt, iura legitimorum fi-
liorum conſequitur. Huius legitimationis va
rij diuerſiq; modi à iuris tam pontificij quàm
ciuilis Interpretibus recenſentur. Tres autem
2 † maximè ſunt in vſu. Primus, per ſubſequens
matrimonium. Secundus, qui ſit Principis re-
ſcripto & indulgentia. Tertius, quando curiæ
liberi offeruntur. De his itaque ſingulis ſeor-
ſim & ordine dicam.

CAPVT XX.

Legitimandi modus per ſubſequens matrimonium, quando & quibus authoribus introductus fuerit.

SVMMARIA.

1 *Naturales per ſubſequens matrimonium, legitimantur ad omnia.*
2 *Temporum ſeries in iure plurimum lucis adfert.*
3 *Conſtantini conſtitutionem de legitimandis per ſubſequens matrimonium intercidiſſe.*
4 *L. 1. C. de naturalibus, intellectus.*
5 *Zenonis conſtitutio de naturalibus liberis legitimandis.*
6 *Naturalium legitimatorum per ſubſequens matrimonium diſcrimen ſuſtulit Iuſtinianus.*
7 *Liberi licet nulli ſequantur aut extent poſt matrimonium, legitimatio ante natorum tamen non impeditur.*
8 *Naturales etiam ex libertina per ſequens matrimonium legitimantur.*
9 *Naturales per ſequens matrimonium legitimantur, etiam exiſtentibus legitimis.*

PRimus legitimandi modus, omniumque
firmiſſimus is eſt, qui fit per ſubſequens
matrimonium: veluti, cùm is qui legitimam
habuit concubinam, eandem matrimonio ſi-
bi iungit. Liberi enim † omnes in concubina- 1
tu ſuſcepti, matrimonio ſubſequenti legitimi
redduntur: hoc eſt, omnia iura legitimorum
filiorum conſequuntur: nomen, ordinem, he
reditatem, l. 5 6 7. C. de natural. liber. §. fi. Inſti.
de nupt. §. fin. Auth. quib. mod. naturales effi-
ciantur ſui. §. fin. Auth. de nupt. & iure ponti-
ficio c. 1. c. tanta. extr qui filij ſint legitimi.

Quando, & quibus authoribus interdicta fuerit.

Series † temporum in omnibus rebus plu- 2
rimū lucis adfert, in iure verò præcipuè. Mul-
tum enim perſpicuitatis accedit, ſi conſidera-
tur, quo quæque leges conditæ ſint tempore,
quæ priores, quæ poſteriores, quæ quibus vel
addant, vel adimant: ſic & in legitimandi mo
do. Sciendum eſt † itaque, diuum Conſtanti- 3
num, qui veneranda Chriſtianorum fide Ro
manum muniuit Imperium, ſuper ingenuis
concubinis ducendis vxoribus, filijs quineti-
am ex eiſdem, vel ante matrimonium, vel po
ſtea progenitis, ſuis ac legitimis habendis, ſa-
cratiſſimam conſtitutionem edidiſſe: quæ ta-
men non extat. Nam lex † prima, C. de natu- 4
ralib. liberis, pertinet ad ſenatores & perfectiſ-
ſimos, & eos quos duumuirilitas, vel ſacerdo-
tij ornamēta decorant; vt, Hi infamiæ notam
ſubeant, ſi ſe ancillæ, ancillæ filiæ, vel libertæ,
vel libertæ filiæ, vel ſcenicæ, aut eius filiæ, vel
tabernariæ, vel eius filiæ, vel humili vel abie-
ctæ perſonæ, vel lenonis aut arenariæ filiæ,
vel illi quę mercimonijs publicè præfuit, iun-
gerent, matrimonium non eſſet, nihil ad libe
ros, nihil ad vxores perueniret. Poſt Conſtan
tinum autem † Zeno nouam conſtitutionem 5
promulgauit, ac priorem Conſtantini legem
renouauit Fl. Baſilio XI. & Armatio Coſs. an-
no vrbis 1229. indict. 14. anno Chriſti, ſecun-
dùm Haloand. 478. ſecundùm Contium, an-
no 476. l. Diui. 5. C. d. titu. Hac igitur conſtitu-
tione iuſſit eos qui ante hanc legem ingenua-
rum mulierum nuptijs minimè intercedenti
bus electo contubernio, cuiuſlibet ſexus filios
procreauerint: quibus nulla videlicet vxor
eſt, nulla ex iuſto matrimonio legitima pro-
les ſuſcepta, ſi voluerint eas vxores ducere,
quæ antea fuerant concubinæ, tam coniugiū
legitimum cum hiſce mulieribus ingenuis,
vt dictum eſt, poſſe contrahere, quàm filios v-
triuſque ſexus ex earundem mulierum prio-
re contubernio procreatos, mox poſtquā nu-
ptiæ cum matribus eorum fuerint celebratæ,
ſuos patri, & in poteſtate fieri, & cum his qui
poſteà ex eodem matrimonio ſuſcepti fue-
rint: vel ſolos, ſi nullus alius deinde naſcatur,
tam

tam ex teſtamento volentibus patribus etiam ex integro ſuccedere, quàm ab inteſtato petere hæreditatem paternam: pactis quæ matrimonij tempore ſuper dotibus vel ante nuptias donationis rebus ſubſequuta fuerint, etiã ad ipſorum perſonas pertinentibus, vt vnà cum fratribus ſuis poſtea ex eiſdem parentib. fortè progenitis, aut ſoli, ſi nullus alius ſit procreatus, dotis & ante nuptias donationis, pro tenore legum, nec minus pactorum emolumenta recipiant.

Vtraque igitur conſtitutione, & diui Conſtantini & Zenonis legitimatio admittitur, modò ſit ingenua mulier, & nulla ex iuſto matrimonio ſuſcepta proles.

I. Auctio circa hoc legitimationis ius.

6 Quia † verò eueniebat, vt quandoque quis mulierem in ſuo contubernio collocaret, nõ ab initio affectione maritali (eam tamẽ cum qua poterat habere connubium) & ex ea liberos haberet: poſtea verò ex eadem affectione ad nuptialia perueniret inſtrumenta, & alios iterum ex eodẽ matrimonio liberos procrearet, vnde controuerſiæ moueri inciperent inter liberos in matrimonio natos, qui ſe potiores & priores putabant in patrimonio paterno, ac alios, qui ante nuptialia inſtrumẽta in hanc lucem editi erant. Hanc itaq; controuerſiam quæ inter liberos verſabatur, D. Iuſtinianus conſtitutione edita ſuſtulit in l. cũ quis. 10 & diremit: ac ſanciuit in huiuſmodi caſibus omnes liberos, ſiue ante dotalia inſtrumenta editi ſint, ſiue pòſt, vna eademq; lance trutinari, & oẽs filios ſuos in poteſtate ſuis exiſtere genitoribus, vt nec prior nec iunior vllo habeatur diſcrimine: ſed qui ex ijſdem maiorib. procreati ſunt, ſimili perfruantur fortuna. Addit rationem, quòd affectio prioris ſobolis, & ad dotalia inſtrumenta efficienda, & ad poſteriorem filiorum edendam progeniem præſtiterit occaſionem: quare iniquiſſimum foret, ipſam ſtirpem ſecundæ poſteritatis priorẽ quaſi iniuſtam excludere, cùm gratias agere fratribus ſuis poſteriores debeant, quorum beneficio ipſi ſunt iuſti filij, & nomen & ordinem conſecuti. Edita autem eſt hæc conſtitutio 15. Kalend. Octob. Decio V.C. Cos. anno Chriſti 529. anno imperij Iuſtiniani 3. quo prior Codex Idib. April. editus eſt.

II. Auctio huius iuris. Anno pòſt, explica-
7 tionem huius legis edidit. Cùm enim † quidã callidè priorem cõſtitutionem interpretarentur, ſiue non progeniti fuerint poſt dotem cõſcriptam liberi, ſiue etiam ab hac luce ſubtracti: non anteriores filios iuſtos haberi, niſi in vtroque tempore viuentes & ſuperſtites liberi inuenianur. Hanc itaq; ſuperuacuam ſubtilitatem Iuſtinianus lege condita inhibuit, l. nuper. 11. Sufficere enim ſanciuit talem affectionem habuiſſe, vt poſt liberorum editionẽ & dotalia efficiant inſtrumenta, & ſpem tollendæ ſobolis habeant. Licet enim hoc quod ſperatum eſt, ad effectum non peruenerit, nihil anterioribus filijs fortuitus caſus derogabit. Ac generaliter definiuit, in huiuſmodi quęſtionibus, in quibus de ſtatu liberorum eſt dubitatio, non conceptionis, ſed partus tempus inſpiciendum eſſe: exceptis ijs tantummodò caſibus, in quibus cõceptionem magis approbari infantium conditionis vtilitas expoſtulat.

III. Auctio huius iuris. Quia verò † legiti- 8
matio Conſtantini & Zenonis, & hiſce Iuſtiniani cõſtitutionib. admittebatur, tum quãdo mulier & ingenua erat, & null legitima extabat proles. Iuſtinianus non hiſce tantùm caſibus indulgendam eſſe putauit legitimationẽ, ſed eã amplificauit & dilatauit. Si quis enim non ad ingenuam modò, ſed liberam ab initiò mulierem aut libertinam (cum qua tamẽ fas ſit matrimoniũ colere) concubinæ loco ſibi adhærentem dotalia ſibi conſcribat inſtrumẽta: ſiue legitimorum etiã iam filiorum pater conſtitutus, ſiue nullos eiuſmodi filios habens, vt & nuptiæ legitimæ ſint, & filij tam q antea ſuſcepti ſunt, quàm qui adhuc geſtãtur in vtero, æquè legitimi & patri ſui exiſtant: illo addito, quod tametſi pater alios poſtea filios nõ procreet, nihilomini c quoq; legitimos habeat filios, ſi dotali trumẽta conficiat. νεαρᾷ περὶ τῶν νόθων § ... τῶ περὶ ...

IIII. Auctio huius iuris nſiſtit in confirmatione & explicatione p entis conſti-
tutionis περὶ τῶν νόθων. Nam † in ella de in- 9
ceſtis nuptijs, quam edidit anno Imperij 9. 14. Indict. anno Chriſti 535. denuò conſtitutione περὶ τῶν νόθων. quoad hanc legitimationem non modò renouauit, ſed & expreſſè conſtituit, ſoluto matrimonio, & exiſtentibus ex eo legitimis & ſuis filijs, nihilominus naturales ante & poſt dotalia inſtrumẽta in lucem editos legitimari: vel ſi ſoli ante dotalia inſtrumenta procreati ſint, & ſi nemo poſt inſtrumentum natus ſit, aut etiam natus mortuus ſit: & eos peruenire ad hæreditatem tam ab inteſtato, quàm ex teſtamẽto, prout pater vel lex permiſit, inq; vices alter altori ſuccedet.

Verba Iuſtiniani de legitimatione per ſubſequens matrimonium:

ἐκ τῆς νεαρᾶς περὶ τῶν νόθων.

Εἰ τις τοίνυν προικῷα γράψοι πρὸς ἐλευθέραν μὲν ἐξ ἀρχῆς, ἢ καὶ ἀπελευθέραν γυναῖκα, ἥπερ ὅλως ἔξεστι συνοικεῖν, ἐν παλλακῆς σχήματι συνοῦσαν αὐτῷ, ἢ νομίμων παίδων, ἤδη πατὴρ καθεστὼς, ἢ καὶ παίδων οὐ γενόμενος τοιούτων πατὴρ, γνήσιον εἶναι τὸν γάμον καὶ τοὺς παῖδας, τοὺς δὲ προειληφότας, τοὺς δὲ κυοφορουμένους γνησίους αὐτῷ καθεστάναι διατιζομεν, καὶ κἂν εἰ μὴ γένοιντο μετὰ ταῦτα παῖδες αὐτῷ, ἢ καὶ γενόμενοι τελευτή-

τελευτήσαιεν οὐδὲ τοῖς πρότερον ἡ γνησία κατέστη κεν. ἡ γὰρ περὶ τοὺς ὕστερον γενομένους παῖδας αὐτῷ διάθεσις ἥ τε δι' αὐτὸν καὶ πρὸς τὸ προικῷον συμβόλαιον ἐκινήθη, αὐτὴ δίδωσι τοῖς δευτέροις παισὶν ἀφορμὴν τοῦ ἐσχάτου γνησιότητος. ὥστε ἄτοπον εἶναι τὴν ἀγαθὴν πρόφασιν, ἣν οἱ μετὰ ταῦτα παῖδες ἐξεῦρον, ἐκ τῶν προτέρων λαβόντες ταύτην, μὴ καὶ τοῖς ἔμπροσθεν τὸ γνήσιόν τε ἅμα καὶ ἀσυκοφάντητον περὶ τὰς τῶν πατέρων διαδοχὰς προξενῆσαι, ἐπεὶ οἱ μὲν νεώτεροι παῖδες ἐκ τοῦ νόμου γεγόνασι γνήσιοι τοῦ τοῦ προικῴου παρέχοντος. τὸ δὲ προικῷον αὐτὸ τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν πρόφασιν ἔσχηκεν ἐκ τῆς προτέρας συνηθείας. ὥστε μίαν ἀμφοτέρων ἐποιησάμεθα τάξιν, καὶ τὰς ἐξ ἐκείνου συκοφαντίας διὰ πλειόνων ἀνείλομεν διατάξεων, εἰπόντες, ὡς κἂν εἰ μὴ παιδοποιήσῃ ὕστερον ὁ πατὴρ, προικῷα δὲ ὅμως θοῖτο συμβόλαια, καὶ οὕτως οὐδὲν ἧττον γνησίους ἕξει τοὺς παῖδας. τοῦ μὲν γὰρ ἑτέρους αὐτῷ παῖδας τεχθῆναι, τύχης ἴσως, τὴν ἐξουσίαν τι καὶ τὴν ἄδειαν ἔχειν, ὥσπερ καὶ γενομένους ἀφελέσθαι.

Verſio Haloandri.

Reliquum eſt, vt quoque modos percurramus, qui à nobis inuenti ſunt, legitimorum ius præbentes his, qui antè ſpurij exiſtunt, quorum de ſucceſſiõe nihil laboramus. Eo enim, quòd ſemel legitimos eos fecimus, tribuimus vnà etiam, vt illas ſucceſſiones habeant: quas ſi habẽt, qui ſemper iã inde ab initiò legitimi conſtituti ſunt. Si quis igitur liberã ab initiò mulierem, aut etiã libertinam (cum qua tamẽ fas ſit matrimonium colere) concubinæ loco illi adhærentem dotalia conſcribat inſtrumenta, ſiue legitimorum iam filiorum pater conſtitutus, ſiue nullos eiuſmodi filios habẽs vt & nuptiæ legitimæ ſint: & filij tam qui antea ſuſcepti ſunt, quàm qui adhuc geſtantur in vtero, æquè legitimi & patri ſui exiſtãt, ſancimus. Et vt maximè poſthac filij ei non naſcãtur, aut nati mortem obeant: nihilominus tamẽ prior proles legitima exiſtit. Nam cùm ea ipſa affectio, quam circa progenitos iam ſibi filios habuit, quæ etiã ad dotale ipſum prouocanit inſtrumentum, eadem poſterioribus filijs anſam porrexerit, vt & ipſi legitimorum ius obtineant. abſurdum ſanè fuerit, bonam illam occaſionem, quam poſteà nati inuenerunt filij & à prioribus deſumpſerunt, non item prioribus legitimorum ius ſimul & nullis calumnijs expoſitam, paternam dare poſſe ſucceſſionẽ: cum manifeſtiſſimum ſit, quòd poſteriores quidem filij ex lege patri ſui facti ſunt, præbente hoc eis dotali inſtrumento: dotale autem inſtrumentum initium & occaſionẽ habuit ex præcedente conſuetudine. Quapropter vnum eundemq; ordinem vtriſq; attribuimus, & exinde cõſecutas calumnias pluribus cõſtitutionibus ſubuertimus illo dicto, quòd tametſi pater alios poſtea filios nõ procreet, nihilominus tamen ſicquoq; legitimos habeat filios ſi dotalia inſtrumenta conficiat.

Nam vt alij quidem ei gignerentur filij in põteſtate fortaſſe & arbitrio fortunæ poſitũ ſit, quemadmodum & vt nati eriperentur. Cæterùm ſignificationem illam affectionis de prioribus editam, quæ nimirum vel ante dotalia inſtrumenta legitimorum ius adhibuit, nihil eius generis eſt, quod ſanè penitus potuerit eripere. Multoque magis ex probabilibus rationibus hoc appoſitum eſt, ſi ante dotalia quidem inſtrumenta fœtus geſtaretur in vtero: poſt dotalia verò ederetur, quòd is ſibi ipſi auxilio ſit, vt qui vel ante ſe editis hoc præſtare poſſit. Adeoque inuenta à nobis eſt ratio quædam regulæ vim obtinens, quæ pulcherrimè nobis omnia, quæ de ſtatu naſcentium dici poſſunt, explicat. Nam cùm diſſidium ac dubitatio incidit, conceptionisne tempus potius, an natiuitatis attendendum ſit: rurſus ſancimus, vt propter puerorum vtilitatem non tempus conceptionis, ſed partus ſpectaretur: ita quidem, vt ſi huiuſmodi aliquas circumſtantias & factorum ſpecies contingat excogitari, in quibus conducibilius ſit tempus cõceptionis, quàm tempus partus: noſtro iuſſu illud potius obtineat, quod naſcenti magis expedit.

Et in Authentico, de inceſtis nuptijs, vel Nouella xij.

Εἰ γάρ τις καὶ γνησίων εἴη παίδων πατὴρ καὶ ἀπελθούσης αὐτῷ τῆς γαμετῆς ἐξ ἀνθρώπων [illegible] διαλυθείσης, ἔχοι τινὰ συνήθειαν πρὸς ἄλλην γυναῖκα, ἣν ἐξὸν ἦν καὶ νομίμως ἀγαγέσθαι γαμετὴν, καὶ γένοιντο παῖδες αὐτῷ πρὸ τῶν προικῴων συμβολαίων (εἰ γὰρ ταῦτα πράξειεν) ἢ καὶ μετὰ ταῦτα, ἢ καὶ μόνον [illegible] πρὸ τῶν προικῴων παῖδες δευτέρων, ἢ ὀψὲ γενομένων, ἢ καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι τελευτησάντων: [illegible] τοὺς δευτέρους εἶναι γνησίους, [illegible] καὶ ἐκ τῆς ἑτέρας γαμετῆς [illegible] νομίμοι τε καὶ γνήσιοι [illegible] τοὺς [illegible] παῖδας [illegible] νομίμοις τε καὶ γνησίοις [illegible], τῇ τῶν προικῴων συμβολαίων [illegible] ποιήσασα, γνήσιοι δὲ καὶ [illegible] ἐπὶ πᾶσι γνήσιοι [illegible] τοῖς τε ἐκ τῆς πρώτης γενομένοις, τοῖς τε καὶ [illegible] δευτέροις. [illegible] καὶ πρὸ τῶν προικῴων συμβολαίων ἐγίνοντο, [illegible] ἐπ' αὐτοῖς [illegible] τὸ συμβόλαιον τῶν προικῴων ἐτέχθη, [illegible] ἐτελεύτησε, [illegible] δίδωσιν [illegible] βούλεται [illegible] τρόπον τὸ [illegible] ἵνα μέντοι μὴ [illegible] ὁμοίως, ὅπως [illegible] τῆς διαδοχῆς πάντας [illegible] παῖδας [illegible] καὶ [illegible] καὶ [illegible] πατὴρ, [illegible] νόμιμοι [illegible] καὶ [illegible] τί γὰρ [illegible] φαίνεται [illegible] καὶ [illegible] γνησίοις τε [illegible] ἀποφῆναι, καὶ [illegible] καὶ [illegible] πᾶσι τὰ [illegible] πρός [illegible] πρῶτοι

Verſio Haloandri.

Si quis ènim cũ legitimorum filiorum eſſet pater, poſt coniugis ſuæ ex rebus humanis diſceſſum,

ſceſſum, aut ſecundùm leges ſoluto matri.
monio, cum alia muliere, quam per leges lice
ret vxorem ducere, conſuetudinem haberet,
& ante dotalia inſtrnmenta (ſiquidem hæc cō
fecerit) ſiue etiam poſtea naſcerentur ei filij
ante dotalia inſtrumenta nati reſtárent, alijs
aut non genitis, aut etiam poſt natiuitarem
mortuis: exiſtimarunt quidam non poſſe eos
qui ex ſecunda nati eſſent, legitimos exiſtere,
quandoquidem adhuc ſupereſſent alij ex alte
ra vxore legitimi & ſui filij: quod quidem nul
lam in ſe habet rectam reſonantiam. Nam ſi
eiuſmodi nos liberos legitimos & ſuos patri
declarauimus, ſola dotalium inſtrumentorū
confectione contenti, exiſtunt aut & priores
ſui, moritur pater relictis ſuis & legitimis libe
ris, tam ex priore, quàm etiam ex ſecunda vx.
ore progenitis, etſi ante dotalia inſtrumenta
procreati ſint, etſi nemo vlterius poſt inſtru.
mentum dotis natus ſit, aut etiam natus mor
tuus ſit, licentiamq́; ei lex tribuit, vt inter pro.
lem ſuam teſtetur, quo velit modo: vt tamen
in nullo leges offendat, quæ omnes ex æquo
filios ad certam ſucceſſionis partem vocare
ſolent. Sui igitur & legitimi cum ſint, perue.
nient ad hęreditatem tam ab inteſtato, quàm
ex teſtamento, prout vel pater, vel lex promi-
ſerit, inq́ue vices alter alteri ſuccedet. Quid e-
nim tandem aliud dicamus, cùm ipſa per ſe
legitimi & ſui appellatio ſufficiat declarare
ſub poteſtate patris eos exiſtere, & ex teſtamē.
to tribuere quæ leges tribuunt, & omnia obti
nere quæ eiuſmodi appellationem deceant.

CAPVT XXI.

Quæ requirantur ad legitimationem per ſubſequens matrimonium.

SVMMARIA.

Legitimatio per ſequens matrimonium requirit concubinam cum qua haberi matrimonium potuit.
2 *Pater naturalium, voluntatem legitimandi exprimere debet.*
3 *Patria poteſtas inuito patre nec conſtituitur, neque perditur.*
4 *Ratihabitio filij in legitimatione per ſequens matrimonium neceſſaria.*
5 *Legitimus filius ex naturali, an poſſet defuncto patre legitimationem per ſequens matrimonium approbare.*
7 *Dotalia inſtrumenta an requirantur ad legitimationē per ſubſequens matrimonium, & num. 7.*

1 PRimò † neceſſe eſt talem fuiſſe concubi-
nam, quæ in concubinatum recipi potuit.
l. nuper. 11. in princ. C. de naturalibus liberis.
§. fin. Inſtitut. de nuptijs. §. ſed quoniam. Au.
then. de filijs ante dotalia inſtrumenta natis.
§. ad hoc. Aûth. vt liceat matri & auiæ.
2 Secundò † requiritur expreſſa & aperta pa-
tris voluntas, qua declaret, concubinam ſe fu-
am ideò in vxorem ducere, vt filij hoc modo
legitimi efficiantur. Proteſtante enim patre,
ſe matrimonium cum concubina liberorum
legitimandorum gratia non contrahere ma-
trimonium legitimationi vires nullas, nul-
lumq́ue robur præbet. Nam voluntas patris
in primis conſideratur. §. ſi non ſolummo.
dò. in Auth quibus modis naturales effician-
tur ſui. Si † enim inuito patre ius patriæ pote. 3
ſtatis diſſolui & ſeparari non poteſt, §. fi. Inſt.
quib mod. ius patriæ poteſtatis ſoluitur. l. nec
auus. 4. C. de emancipa liber. multò minus fi-
lius patrem cōtradicentem, & nolentem vt ſe
in patriam poteſtatem recipiat, compellet. §.
generaliter. Auth. quib. mod. natural effi. ſui.
Tertiò, oportet † quoque conſenſum filij 4
accedere, d. §. generaliter. l. fin. ff. de his qui sūt
ſui vel alieni iuris. Bald. in l. benignius. 17. ff.
de legib.
Conſentire autem filius naturalis hoc lo-
co cenſetur, ſi taceat, non expreſsè contradi.
cat. Hinc naſcitur quæſtio.

QVAESTIO.

Quid † ſi naturalis filius, antequam matri. 5
monium conſumeretur, decedat relicto filio
legitimo, an & is ratam eam legitimationem
habere poſſit? Duæ ſunt contrariæ, I. conſul-
torum opiniones. Paulus hæredem ratum ha
bere non poſſe putat, id quod ignoranti dece-
denti quæſitum eſt. l. ſi is. 7. ff. rem ratam habe
ri. Iulianus contrà, geſtum nomine defuncti
ab hærede ratificari poſſe exiſtimat. l. ſi ſine.
22. § ſi procuratori ff eod Bart. itaque in l. bo
norum. 24. ff. eod. pro concilianda hac diuer-
ſitate vtitur diſtinctione: Aut hæres filius eſt,
& ratum habere poteſt, ideoq́; hoc ius ad na-
turalem filium delatum in nepotem tranſit:
aut extraneus eſt hæres, qui in patriam pote-
ſtatem redigi non poteſt, & eum ratificare nō
poſſe æquius eſt.
Poſtremò addiderunt † quidam, ad hanc 6
etiam legitimationem neceſſaria eſſe inſtru.
mēta dotalia, per l. cùm quis 10. l. nuper. 11. C.
de naturalibus liberis. tot tit C. de naturalib.
liber § fin. Inſtitut de nuptijs. & ibi gloſſ. & in
§ pactum. Authen. quibus modis naturales ef
ficiantur legitimi. & in §. reliqui. Auth. quibus
modis naturales efficiantur ſui. & in §. quia
verè dudum. Auth. vt liceat matri vel auiæ.
Verùm Canonum Interpretes hæc inſtru-
menta ad legitimationem nec deſiderari, nec
requiri, communi ſententia adſerunt. d. c. tan
ta 6. extrà qui filij ſint legitimi. Nam Alexan-
der pontifex Exonenſi epiſcopo reſcripſit, tā-
tam eſſe vim matrimonij, vt qui antea ſint ge
niti, poſt contractum matrimonium legiti-
mi habeantur, nulla prorſus mentione de in-
ſtrumentis facta. Si igitur derogat in cauſa
cauſante, quod matrimonium valeat ſine in.
ſtrumen-

ſtrumentis:ergo in cauſato, ſcilicet legitima-
tione,idem obſeruari voluit,cùm aliàs in ma
teria correctoria, facta derogatio principali,
fiat etiam in eo quod in conſequentiam eius
ſequitur.Gloſſ. & Bar.in l.1.& 2.ff.de legitim.
tut.& ſublata ratione legis aliquid inducentis
tollitur inductum.Auth.ingreſſi.C de ſacro-
ſanct. eccl. Deniq; in matrimonijs, tanquã ſpi
ritualibus negotijs,Canones ſequimur: à qui-
bus cùm nihil hac de re ſtatuatur, meritò ſen-
tentię verbisq́; illorum acquieſcere debemus.

7 Propter haſce † diſcrepantes Interpretum
opiniones ad diſtinctiones ventum eſt. Qui-
dam in illuſtribus inſtrumenta dotalia inter-
uenire debere arbitrati ſunt, §. illud quoque,
verſ.in maioribus,in Auth.quib.mod.natur.
effic.ſui.& §.quia verò legem. Auth. vt liceat
matri vel auię.In minoribus verò minusq́; il-
luſtribus, opus non eſſe exiſtimarunt, quòd
hæ cum ſcriptura trium teſtium contrahere
poſſint,d.§.illud quoq;. & § quia verò & hãc
opinionem ſequitur Placentinus, Gloſſ. in §.
1.in verb.inſtrumenta. Auth.quib mod.natu.
effic.ſui Antonius Roſellus in tract.legitima
tionis.in cauſa formali. In hac tamen cauſa à
communi Canoniſtarum opinione mini-
mè recedo, hanc verò addo moderationem,
modò conſtet patrem matrimonium ideò
contraxiſſe, vt filij per hoc legitimationem
conſequantur.

Hæc itaque legitimatio per ſubſequẽs ma-
trimonium tam in Imperatoria, quàm Ponti
ficia ditione obſeruatur. Prępoſ. Panorm An
ton.de Butrio in d c.tanta vis.6. & Panormi.
in c.1.in fine. extrà eodem. Felin. in c.ecclesia
ſanctæ Marię 10.num.62 extr de conſtitutio
nibus. Angel.Peruſ.conſ.29. Decius conſi.155.
& alij.

CAPVT XXII.

An matrimonium in articulo mortis contractum cum concubina, naturales legitimet.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium contractum in articulo mortis, an legitimet naturales.*
2 *Spes ſobolis non habenda in pactum deducta, matrimoniũ vitiat.*
3 *Matrimonium non impedit ſterilitas.*
4 *Matrimonium etiam ſine ſpe prolis ſubſiſtit.*
5 *Matrimonium in articulo mortis non contrahit ſenſu iudicioq́; ex infirmitate orbatus.*

1 QVæſtio † hæc ab omnibus non conſtan-
ter deciſa eſt, verùm diuerſas ſententias
nacta eſt. Aliqui enim matrimonium pror-
ſus non contrahi poſſe affirmant:quia matri-
monia principaliter inſtituta ſunt ſobolis
procreandæ,caſtitatis ſeruandæ cauſa De eo
verò qui in agone mortis eſt, nulla ſpes ſobo-
lis haberi,neque fornicatio timeri poteſt Ceſ
ſante itaq; cauſa, meritò effectus ceſſabit. de-
inde ex Baldi opinione in extremo vitæ ſpiri-
tu cum effectu nec dos cõſtitui, nec dotale in-
ſtrumentum confici poteſt. l. Iulianus. 20. in
fin.ff.de iur.dot. Multo minus itaq; legitima-
tio perficietur.ita Bald.in l.eam quam.C.de fi
deicommiſſ. Prætereà explorati iuris eſt, frigi
dos,maleficiatos, eosq; omnes qui ad debitũ
carnale præſtandum idonei non ſunt,à matri
monio contrahendo arceri,c 2. de frigidis &
maleficia.Illi maximè tales ſunt,qui animum
agunt. Vlterius quando eſt impedimentum
etiam non perpetuum, quod tamen non po-
teſt ſine corporis periculo amoueri : tum tale
impedimentum matrimonij contractum im
pedit,c.fraternitatis,6.de frigidis & malefic[i]a
tis.Tale autem impedimentum eſt in ijs, qui
in agone mortis conſtituti ſunt.

Rectius eſt vt dicamus, matrimonium eo
caſu cõtrahi poſſe,ac naturales legitimorum
filiorum iura aſſequi. Matrimonium enim
hoc caſu non dicitur ſolùm de præſenti con-
trahi,ſed magis retro talis habita affectio de-
clarari,l.cum quis.10. C.de naturalibus liber.
Deinde † ſpes ſobolis non habendæ, ſi in pa- 2
ctum deducatur,matrimonium vitiat, c. fin.
extr.de condit.appoſ.c tuæ.25.extr.de ſponſa-
lib c.de infidelibus 4. extr. de conſang. & af-
finitate. quod hic non fit. Item matrimoni-
um ſpirituale communiter cõtrahitur in ex-
tremis.c.ſicut nobis, extr. de regul.iur.Deni-
que propter pręſumptam contrahentis volũ-
tatem,quæ in contractibus, in vltimis volun-
tatibus, in alijsq́; actibus inſpicitur præcipuè.
Non difficulter enim colligitur, voluntatem
eius qui in extremo vitæ ſpiritu matrimoni-
um contrahit, eſſe, non vt nouos procreet:
ſed ſuſceptos antea, matrimonio legitimos
reddat & ſucceſſioni,ordini ac honori aptos
idoneosq́ue efficiat. Quare etiam non ſine
cauſa dubitatum fuit, an eam concubinam,
ex qua liberos nullos ſuſcepit,in vxorem hoc
caſu ducere poſſit. Præpoſit.in d.c.tanta.6.nu-
mer.7.

Quod verò matrimonium ideo contrahi, 3
impediatur,quia nulla ſobolis ſpes ſit, verum
non eſt. Nam † ſterilitas ſolà matrimonium
non impedit,l.ſancimus la 2.C de nup.Ideo-
q́ue Iuſtinianus legem Papiam emendauit,&
antiquauit,qua nuptiæ maſculis,fœminabus-
ve maioribus ſexagenario vel quinquagena-
rio interdicebantur. d. l ſancimus. & l. ſi ma-
ior.12.C de legit.hæred. Matrimonium enim
in multis, vt in ſenibus, legis eſt obſequium.
& humanitatis ſolatium c quod ſi dormierit
vlt.c.aperiant.12 31.q 1. Ac matrimonium di-
citur,† etiamſi omnis ſpes effectus matrimo- 4
nij deſit.c.omne itaque,11.c.beata.4.27.q 2.Sic
inter Ioſephum & Mariam matrimoniũ fuit,

licèt Maria poſt partum virgo manſerit. Refert beatus Hieronymus duo exempla, vnum de Macario, alterum de Alexandro Egeſippi filio. Beatus enim Macarſus, præcipuus inter Chriſti eremitas, celebrato nuptiarum conuiuio, cum veſperi thalamum eſſet ingreſſurus, ex vrbe egrediens tranſmarina, eremi ſolitudinem ſibi elegit. Item beatus Alexius Epiphanij clariſſimi Theologi filius, ſimiliter ex nuptijs diuina gratia vocatus, ſponſam deſeruit, & nudus Chriſto ſamulati cœpit. Horum exemplo patet, quòd ſponſi, ſponſarum non exquiſito ſuarum conſenſu, continentiam valent profiteri. Probatur idem authoritate Euſebij Papæ, dicentis: Deſponſatam puellã non licet parentibus alij viro tradere, licet tamen illi monaſterium ſibi eligere.

5 Addendum autem eſt, † ſi corporis quadã imbecillitate & infirmitate, ſenſu iudicioque orbatus ſit, matrimonium contrahi non poſſe, c. tuæ. 25. extr. de ſponſalibus. l. Iulianus. 21. ff. de iure dot. Itemq; ſi talis ſit concubina quę matrimonio copulari nequeat. Honeſtè enim quod non poſſumus, non poſſe dicimur, l. nepos Proculo 124. ff. de verb. ſignifica. cum ſimilibus. Adde nouiſſimè Franciſcum Sarmientum lib. 1. ſelect. interpr. cap. 6.

CAPVT XXIII.

An intermedium matrimonium impediat legitimationem, putà Caius ex concubina filium ſuſcepit: deinde relicta cõcubina, matrimonium cum alia contraxit, ex qua ſimiliter filium procreauit. Mortua hac vxore, concubinam matrimonio ſibi copulauit. An filius ex concubina natus, legitimus efficiatur ſubſequenti matrimonio, an verò intermedio matrimonio legitimatio impediatur.

SVMMARIA.

1 *Concubina cum liberis an legitimari poſſint per ſequens matrimonium, filio legitimo extante ex matrimonio intermedio.*
2 *Tempus præcedens & ſubſequens in præſcriptione contra pupillum coniungitur.*
3 *Nuptiarum cum fit in iure mentio, primæ intelliguntur.*
4 *Dos ex bonis communibus promiſſa, ſemel tantum debetur.*
5 *Statutum dotandi ſororem, ſi fratrem obliget, ſoluta ſemel, etiamſi deperdita ſit, fratrem liberat.*
6 *Gratia conſumpta dicitur vno actu.*
7 *Satiſdatio prima ab aduerſario accepta ſufficit.*
8 *Iuramentum delatum reuocatum, iterato non poteſt deferri.*
9 *Iudice ſemel electo, alius eligi, aut prior repudiari non poteſt.*
10 *Diſpenſatio cum illegitimo ad beneficium, intelligitur de primo, quo reſignato aliud non obtinet.*
11 *Actus intermedius extremorum coniunctionem impedit, aut vitiat, & num. 16.*
12 *Clericus gratiam vacaturæ habens contrahendo matrimonium, eam perdit.*
13 *Fictio ad impoſſibilia non extenditur, neq; quod iuri contrarium. & nu. 18.*
14 *Legitimatio per ſequens matrimonium requirit ante concubinatum, & poſt matrimonij continuationem. nu. 17.*
15 *Iura quatenus de primis actibus loqui intelligendum.*

PLurimi iuris noſtri Interpretes, matrimonio † intermedio legitimationem nõ impediri exiſtimant. Goſre & Hoſtienſ. in ſumma, de filijs preſbyterorum, in §. 2. Ioan. And. in c. tanta. 6. in verb. poſt contractum matrimonium. & ibi Anchora. colum. 3. verſic. ſecundò facit. Anto. de Butr. extr. qui filij ſint legit. Ioan. Andr. & Philip. Franc. in c. ſine culpa, de reg. iur. In 6. Bart. & Angel. in l. cum decem. 71. §. vltim. ff. de ſolut. Barto. in l. pen. §. vxor. vbi Bald. & Imol. ff. ſolut. matr. Alberic. Ioan. Faber & Bald. in l. cum quis. 10. C. de naturalib. libe. Angel. in §. ſi quis igitur. per text. ibi. Auth. quibus modis natur. effic. ſui, & conſi. 17. Caſtrenſ. in l. Pomponius. 13. §. quęſitum. & ibi Franc. Aret. & Iaſ. ff. de acq poſſ. 1

Rationes quibus hi, vt id dicant, permouẽtur, hæ ferè ſunt: Iuris diſpoſitio iubens, per ſubſequens matrimonium prolem legitimari, non diſtinguit, nec conſiderat matrimonium, intermedium fuerit necne? Vbi lex autẽ non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Satis igitur ad legitimationem conſequendam fuiſſe videtur, contractum celebratumq; eſſe matrimonium, nullo obſeruato temporis diſcrimine.

Secundò, † dici idem poteſt argumento appellationis. In compromiſſo, de proſequenda appellatione infra annum, & deinde deſerto, coniunguntur poſteriora tempora prioribus. Auth. ſi tamen. C. de temp. appellat. Idemque in præſcriptione contra pupillum obtinet. l. ſicut. 3 C. de præſcriptione 30. vel 40. annorũ. l fin. C. In quibus cauſis maiores. l. 1. in fin. C. de annali exceptione. l. 1. C. de bonis matern. Idemque in pignore obſeruatur, l. potior. 11. ff. qui pot. in pignor. l. ſi debitor. 4. §. 1. l. ſi conſenſerit. 7. ff. quibus mod. pignus vel hypotheca ſoluatur. Hypotheca ſoluitur, vendito pignore ex voluntate creditoris, & tamen reintegratur, ſi rẽdeat in prioris debitoris dominiũ. Item in conditionibus, ſi eueniat conditio, tempus conditionis trahitur ad tempus obligationis. Item in actione rerum amotarum, ea ſoluto matrimonio inchoata, reintegrato eodem ceſſat, l. reintegrato. 23. l. vltim. ff. de actione rerum amotarum. Item in dote: Actio de dote non competit conſtante matrimonio, facto diuortio competit: reintegrato iterum matrimonio, deſinit competere, etiam iam inchoata, l. ſi mulier. 20. ff. ſoluto matrimonio, l. penult. §. vxor, ff. eodem. l. dotem. 36. l. di-

l.dinus.41.ff. de iure dotium. Ius igitur legitimationis impeditum, intermedio matrimonio reuiuiſcit impedimento ſublato: ſicq; ſatis eſt, in principio & fine licuiſſe.

Addo. Sicut ſufficit in liberrare conſequenda, matrem, velu̇m conciperet, vel intermedio tempore liberam fuiſſe: ita ſimiliter in legitimatione conſiderari debet ſolum matrimonium, quocunque id tandem tempore celebretur.

Contraria opinio.

Quamuis autem hæc plauſibiliter, necnon quoque probabiliter à pleriſque Interpretib⁹ proferantur, multaque alia pro hac opinione effingi ac excogitari poſſint: nihilominus tamen ſubſequenti matrimonio, filios ex concubina ſuſceptos, propter intermedium coniugium, legitimari non poſſe, plurimis comprobari poteſt & Iureconſultorum reſponſis, & rationibus.

3 Quotieſcunq; enim † nuptiarum abſoluté in iure noſtro fit mentio, primę tantùm intelliguntur, non ſecundæ, l.cùm pater.79.§.pater cerram, ff de leg.2. Nam cautio de danda vel reſtituenda dote filiæ nupturæ, de primis tantùm nuptijs intelligitur, nec ad ſecundas extenditur nuptias. Ex quo Bart & Imol. ibi notant ſermonem ſimpliciter prolatum, intelligi de prima vice. vnde Bald. ait, Verba ſimpliciter prolata reſtringi ad primum actum.

Idem Papinianus quoque bis exiſtimauit. l.doris promiſſio 69. §.fin. ff. de iure dotium. Quod enim, inquit, vulgatū eſt doris promiſſionem in primis duntaxat nuptijs deſtinari, neque durare obligationem, ſi poſt alterius matrimonium ei nubat, cui dotem promiſerat, tunc locum habet, cùm interceſſerunt aliæ nuptię.& in l.inter ſocerum.26.in fin.ff.de pact. dotal. Poſt verum autem diuortium, renouatis nuptijs non committitur ſiſto ſtipulatio, licet defuncta ſit in matrimonio filia: quoniam ad primas nuptias pertinet. Itemq; & Iulianus in l.licet.18.ff.eod.& Modeſtin.in l.matrimonij.21.ff.qui & à quib.manumiſſi.

Matrimonij cauſa manumitti ancilla à nullo alio poteſt, quàm qui eā vxorem ducturus eſt. Quod ſi alter eam manumittat, matrimonij cauſa alter eam vxorem ducat: non erit libera, adeò vt nec ſi intra ſex quidem menſes eam repudiatam, poſtea manumiſſor vxorē duxerit: liberam non fieri Iulianus reſpondetit: quaſi de his nuptijs ſenatus ſenſerit, quæ poſt manumiſſionem nullis alijs interpoſitis ſequutæ fuerunt.

Ac alio loco Modeſtinus ſcripſit. Si extraneus dotans mulierem, ſtipulatus fuerit, eam dotem ſibi reddi diſſoluto matrimonio facto diuortio: ſtatim ita cōmittitur ea ſtipulatio, vt nec redintegrato matrimonio actio ex ſtipulatu quæſita intercidat: atq; etiam ita, vt ſtipulator non cogatur iterum eam dotem conſtituere, vt dicit ibi Gloſſ. per text. in l.dotem. 31.ff.de iure dotium.

Hiſc † ſimiliter de dote danda extat reſpō 4
ſum Iureconſ. Si enim inter plures fratres pactum ſit, vt dos filiarum ſoluatur ex bonis cōmunibus, intelligitur, vt ſemel tantùm dotetur, niſi aliter expreſſum actumve ſit. l. ſi ſocius pro filia.72. ff.pro ſocio. de quo vide Iaſonem in dicta l.diuortio. § quod in anno, colum. 2. verſicu. pro confirmatione, & in l.inter ſtipulantem. 83.§.ſacram.col.7.verſ.tu aduerte. ff. de verborum obligat. Tyraquel.in l. boues.§ hoc ſermone.ff de verb. ſignifi. in limit.9.num 4 & num.11.Anchora conſ.404. incip. tria dubia in cauſa Vlrici. Zaſius conſi. 36.incip.in cauſa mota per nobiles, colum vltim.lib.3.Inde Bald in l.vlt.colum.2. verſi.ſed nunquid eo caſu.C.de dotis promiſſione, authoritate dicti reſponſi.in l.ſi ſocius ſcribit, etiamſi iure municipali frater ſororem dotare teneatur: ea tamen dos ſi deperdita fortuitò fuerit, ſecundò vel iteratò non dabitur. Statutum † enim intelligitur de vna, ſiue de prima 5
dote tantùm Quam Baldi opinionē laſ. duobus in locis & commendat, & ſequitur, in l.in duobus.28 §.ſi ei qui colum.2. verſic. 13. facit. ff. de iureiurand & in l. diuortio.8. § quod in anno colum.2.verſi vbi ſuprà, ff ſolut. matr. Cattellianus Cotta in verb executores, col.1. Cui doctrinæ Baldi declaratio additur ab Alex.in l.ſi cùm dotem.22.§.1. ff ſolut.matri. de qua Tyraquel.in d.limit.9.qui refert Socin.in conſ.incip.cuius caput eſt. Suprà ſcriptis inſignis Doctor, colum.2.lib.4. Necnon quoque in alijs rebus idem obſeruatur. Semel enim commiſſa pœna, cōpromiſſum ſoluitur, nec amplius peti poteſt, niſi aliud actum ſit, l. ſi duo.39.§.1.ff.de arbitr.

Similiter is, qui Stichum † vel Damam, v- 6
trum eorum vellet, ſtipulatus eſt: & ipſe, aut procurator ipſius, cuius factum alter ratū babuit, alterum petijt, ſtipulatio conſumpta eſt, id eſt, alterum petere non poteſt. cuius quidē textus autboritate Bald.in c.in literis.9. verſi. ſi autem ſemel, extr. de officio delegati, dicit quòd conſumpta eſt gratia per vnum actum. Similiter ſerui optione legata ſemel dūtaxat optare poſſumus, l.ſerui electione. 5. in princ. ff. de leg.1.l.apud Aufidium 20. ff de opt.lega. vbi Accurſius alios textus adducit.

Similiter ſi ita legatum ſit, vt ſi legatarius perderet quod ei legatum eſt in teſtamento, 7
hæres rurſus id præſtet, non intelligitur, vt quoties perdiderit, toties id reſtituere teneatur: ſed tantùm ſi poſt præſtationem legati ſemel legatarius perdiderit, ita vt id de prima tantùm amiſſione intelligatur, l. fideicōmiſſa.11.§.ſi quis alicui dotem, ff.de leg 3.

7 Proinde † idem de ſatiſdatione Vlpianus in libr.52. ad edictum ſcripſit. l.ſi is à quo.3.§.ſi ſemel. ff. vt in poſſeſſione legati, Si ſemel ſatiſdatum eſt, rurſus caueri non eſt neceſſe, etiamſi fortè dicatur egenos fideiuſſores eſſe datos. Ipſa enim facilitati ſuæ expenſum ferre debet, quæ fideiuſſores minus idoneos accepit. Neq; enim oportet per ſingula momenta onerari eum, à quo ſatis petitur.

Idemque de récognitione Vlpianus ſcribit l.vlt.aliàs l.15.§ fin. ff. de rebus authoritate iudicis poſſidendis, vtrùm ſemel, an etiam ſæpius recognitio & diſpunctio concedenda ſit creditoribus, videamus. Et ait Labeo, amplius quàm ſemel non eſſe concedendam. Si quis tamen, inquit, iurauerit, non calumniæ cauſa ſe poſtulare, neque habere quæ depunxerit, iterum ei faciendam poteſtatem, nec amplius quàm bis. Et iterum Vlpianus in l. eum qui Kalend.41.ff.de verb.oblig. Is qui Kalendis Ianuarijs ſtipulatur, primas vel proximas intellexiſſe nullam habere dubitationem, palàm eſt. Ex quo Vlpiani loco Baldus colligit hanc doctrinam, quòd conceſſio præbendæ à Pontifice Romano, non appoſito tempore, intelligatur de proxima vacatura.

Et Iauolenus ſub l inter illam.217.ff.de verborum ſignific. Illud facito in diebus, ſi nihil præterea fuiſſet adiectum, in biduo conditionem impleri oportet. Nam cùm pluraliter proferuntur, non de vno tantùm poteſt intelligi, ſed neceſſe eſt duos ſaltē accipi. l. vbi numerus. 12. ff. de teſtibus. latè Tyraquell. in l.ſi vnquam.8.in verb. ſuſceperit liberos, nu.226. C. de reuocandis donationibus. Igitur cùm de duobus diebus in illis verbis intelligatur, ſequitur vt ex noſtra regula de duobus diebus intelligi debeat.

8 Imperator etiam Iuſtinianus reſcripſit, † iuramentum relatum, antequam vel iuretur, vel pronuncietur, poſſe reuocari: reuocatum verò non iteratò deferri. l.ſi quis iuſiurand.11. C.de reb.cred.& iureiurand. Cuius textus authoritate Bald.in Auth.habita colum.7. verſic. primò dubitatur, ſi ſcholaris. C. ne filius pro patre, ſcribit, quòd permiſſa variatio, intelligatur tantùm de prima, ita vt non liceat deinde amplius variare. Baldum ſequitur Iaſ. in l.prætor.20 § ſi aliquando.colum.3.verſic. tertiò nota ff de noui operis nunciatione. & in l.quidquid.99.colum.4.verb.item pro iſta. Gloſ.ff.de verb.oblig.& in l.edita.3.colum.4. verb.& attende diligenter. C.de edendo.

9 Vlterius Baldus interrogando, † an ſi ſcholaſticus ſemel elegerit vnum ex iudicibus, poſtea poſſit eundem repudiare, nec ad aliū prouocare, refert Accurſium in d. Authē. habita. qui exiſtimauit id fieri poſſe. Idque ad litis cōteſtationem per l.ſi conuenerit. 18. ff.de iuriſ. dict. omnium iudi. iuncta l.ſi cum dotem. 23. §. eo autem tempore. ff. ſoluto matrimonio. Inde ſingulariter reſpondet Calderinus conſi.21.incip.an laicus poſſit, licèt patronus laicus poſſit variare, intelligitur tamen vt ſemel id poſſit facere, & non pluries. Calderinum conſulendo ſequutus eſt Dec. conſ.609.incip. quæritur de duobus præſentatis. colum.2.verbo, ſecundò hoc probatur. Neque diſſimile Bartolus voluit in l. poſt legatum. 5.in princ. colum.vltim.ff de his quibus vt indignis. vbi tradit quòd quis non poſſit niſi ſemel ſuam poſitionem vel negationem reuocare. Huc ſpectat text.in c.ſi clericis. 11. in princ. de præbend.lib.6. vbi, ſi ſimpliciter mandatum fuerit à ſummo pontifice, aliquem prouideri de beneficio vacaturo, intelligitur de primo, ita vt ſi is pro quo mandatum fuerat, negligens fuerit in primo beneficio petendo, conſumpta extinctaque ſit ea gratia: quod ex eo textu notant Dominic.in 2.notabil. Philip. Franc. poſt princ.

Itemque huc pertinet Gregorij X. conſtitutio, c.ordinarij.3.ante fin.in verb. vel ſi ea quæ ſic obtinet.& ibi gloſ. extr.de offic. ordinarij. in 6. Ex quo non obſcurè colligitur quòd diſpēſatio ad duo beneficia, intelligitur de duobus primis tantùm.

Ac idem reſcripſit Bonifacius VIII. c.non poteſt.21.extr.de præbend.eod. lib. Si duo beneficia curam animarum habentia conferantur eidem, intelligatur de duobus primis beneficijs, quæ cum cura poſt dictum adultum obtinere contingit eundem. vbi Archidiaconus id confirmat per l. boues.89. §.1. hoc ſermone. ff.de verbor.ſignific quoniam duobus primis obtentis, impleta eſt gratia. Cuius §.1. authoritate idem voluit Innoc. in c. dudum. el.2.colum.penult.& ibi quoque Hoſtienſ. & alij extr.de elect.

Hinc deciditur, † quòd ſi pontifex diſpenſauerit cum illegitimo, vt poſſit obtinere beneficium, intelligitur de primo tantùm: ita vt ſi primum dimiſerit, non poſſit aliud vi illius diſpenſationis obtinere, quaſi ea gratia ſeu diſpēſatio per adeptionem primi ſortita ſit ſuum effectum. Archidiac.in c.1.ad fin. extr. de filijs presbyterorum. Quam deciſionem ſequuti ſunt domini Rotæ Romanæ, qui eam opinionem dicunt eſſe receptam, in deciſio. 339.incip.ſi legitimus.in 1.dubio. Lucas de Pēna in l.ſi quis decurio.55.col.2.ver.vnde ſecundùm quoſdam. C.de decurionibus, libr. 10. & non obſcurè Bald.in c.innotuit. 20. colum.1. verſi.quæro, diſpenſatum eſt.de elect. Philip. Dec.conſ.169.incip.circa primum videbatur. colum. 1. & conſ. 152. incip. cum reuerendiſſ. colum.2.num.4. 10

Hactenus exemplis iuris noſtri authorum oſtēſum eſt, & in nuptijs, & in dote, & in alijs rebus diſpoſitiones factas, ad primas pertinere, non

re,non ad ſecundas, multo minus ad vlterio-
res. Nunc neque obſcurè oſtendi poteſt alijs
argumentis, medium matrimonium legiti-
mationem infringere. Actus enim inter prio-
11 rem † & poſteriorem interueniens, vtrumq;
vel vitiat, vel coniunctionem extremorum
impedit. Sic vno contextu teſtari oportet,id
eſt,nullum actum alienum intermiſcere,l.hæ
redes palàm,21. in fin. ff.qui teſtamenta face-
re poſſint.Sic inutilis efficitur ſtipulatio,ſi an-
tequam reſponderetur,diſceſſit,l.1.§.qui præ-
ſens,ff.de verb.oblig. l continuus.137. ff. eod.
Sic quoque locus intermedius liber, ſeruitu-
tem agri ſuperioris impedit:& nouam incho
are oportet,l.cùm notiſſimi.7. §. ſed etſi quis.
C.de præſcript.30.vel 40.annorum.Sic poſſeſ-
ſio quam per colonum habeo,ſi extraneus eã
rem interim poſſederit, interpellatur. l. ſi de
eo.40 §.1.ff.de acquirend.poſſeſſ. Sic denique
electio etiam poſt publicationem conſenſu-
um,& collationis tractarum aliquandiu pro-
tracta,irrita redditur,ac infringitur. c cũ poſt
petitam.46.extr.de elect.

Magis itaque actus contrarius intermedi-
us,matrimonium videlicet,legitimationem
vitiabit. Sicut clericus quoque habens literas
12 ad † vacaturam, eam per contractum matri-
monij perdit.Gloſſ.in c. vnico, in verb. cleri-
calis.de clericis coniugatis, lib.6 Sicut etiam
is, qui iurat ſe contracturum cum aliqua ma-
trimonium,ſi poſtea cum alia contrahat, eti-
amſi eandem deſerat, & ad primam reuerta-
tur,nihilominus periurus efficitur. c.ſicut.22.
extr.de ſponſalibus.

Deinde legitimatio hæc fit per quandam
fictionem,quia fingitur hanc ſemper habuiſ-
ſe affectionem, hocque in concubinam ani-
mo fuiſſe, vt aliquando eam coniugio ſibi iũ-
geret,& copularet,l cùm quis.10.in verb. Po-
ſteà autem ex eadem affectione ad nuptialia
peruenit inſtrumenta.quaſi dicat: Poſtquam
in hac ſemper affectione permanſerit,vt eam
pro concubina haberet, & deinde nuptialia
perueniens inſtrumenta, atque alios ex eodẽ
matrimonio liberos procreauerit, ne illi qui
poſt matrimonium editi ſunt, totum ſibi vin
dicent matrimonium Atque ſic in eo reſcrip
to duo tempora in filijs ex vna eademq́; fœ-
mina ſuſceptis confert, tempus ante matri-
monium,quo eam pro concubina habebat,
& tempus poſtquam celebratum nunc & ini-
tum erat coniugium: Inter quæ duo tempo-
13 ra intermedium nullum fuit. Fictio au-
tem non fingit ſuper impoſſibili. l. ſi pater.
29 in fin.ff.de adop. notatur in l. Gallus.29.§.
ſi eius.ff.de libe.& poſthum.hæred.inſti. cum
ſimilibus recitatis ab Andr. Alciato in præfa-
tione præſumptionum. Nec ſuper eo quod iu
ri contrarium eſt,vel ei aduerſatur,l.talis ſcri
ptura.30.ad fin.ff.de leg.1,l.in bello.12.ff.de ca-
priuis & poſtlimin.reuerſis.l.ſi is qui pro em-
ptore.15. ff. de vſucap. Ars enim & fictio iuris
poſitiui,imitantur naturam, §. minorem.In-
ſtitut.de adopt. Eſt autem hoc caſu impoſſibi-
le,cum qui aliam ducit vxorem,retinere erga
cõcubinam affectionem primam.Inito enim
matrimonio cum alia, omnis planè ſubſequẽ
tis coniugij ſpes perijt ac intercidit. Quæ cùm
perierit,priſtinam quoque affectionem ſublã
tam omninò & deletam eſſe, nemo non vi-
det:niſi in ſuſpicionem captandæ hæreditatis
vxoris legitimæ, inſidiandæq́ue eius vitæ ma-
rirum deducere velis. Imò non tantùm fictio
ne quadam fingitur & colligitur affectionem
habuiſſe:ſed requiritur, in ea eum affectione
manſiſſe & perduraſſe, donec contraheretur
matrimonium. d.l.cùm quis. 10. d.l.nuper.11.
ibi,affectione præcedente.& in Authen.quib.
modis naturales efficiantur ſui. §. ſi quis autẽ
dotalia colum 5.

In caſu verò noſtro non potuit durare ea-
dem affectio. Quia habens vxorem, non po-
terat hanc retinere pro concubina, l. final. ff.
de diuortio. Igitur nec legitimatio fieri po-
tuit.

Prætereà vt † filij dicantur, & legitimẽtur, 14
requiritur, quòd concubina ſemper perman-
ſerit in concubinatu, & deinde in matrimo-
nio vſque ad mortem. § ſi quis igitur dotalia.
ibi, Affectus enim circa filios,ita ei procedens
qui eum etiam ad dotale prouocauit inſtru-
mẽtum,ipſe dedit ſecundis filijs occaſionem,
qui poſtea nati ſunt,legitimi iuris.Auth.quib.
mod.natur.efficiantur ſui.

Nec debet alio actu libidinis peccare. §. ſi
autem effuſa concupiſcentia ei fuerit,vt alias
ſuperinduxerit priori concubinas, & multi-
tudinem habuerit mulierum fornicantium,
(ſic enim dicere melius eſt) & ex eis filios ha-
bens moriatur,multas ſimul relinquens con-
cubinas: odibilis quidem nobis eſt iſte qui tã-
lis eſt,procul autem hac lege modis omnibus
cum talibus filijs & concubinis excludatur.Si t
cut enim quis legitimæ vxori coniunctus,ali-
as ſuperinducere nõ poterit matrimonio cõ
ſtante,& ex eis legitimè filios procreare:ſic ne
que poſt cognitã (quemadmodum diximus)
concubinam, & ex illa filios dabimus, ſi a-
liud opus libidinis egerit,etiam hoc ad ſucceſ
ſionem eius introduci,ſi mortuus fuerit inte-
ſtatus.Nam ſi hos non conſtituimus,indiſcre
tæ erunt mulieres,quem magis, aut quem mi
nus amauerint:indiſcreti etiam filij. Et nos
non præbemus luxuriantibus, ſed caſtè viuen
tibus legem. Quod ſi fecit, non debet ſubſe-
quens matrimoniũ legitimare,quaſi non ſint
filij verè naturales. Pro qua opinione reſpon-
ſum I.C. Triphonini in ſimili adduci poteſt.
l. in bello.12.§.facti.ff. de captiuis & poſtlim.
reuerſis. vbi Iuliani ſententiam comprobat,

qui ſcribit hæredi, ſuo tempore impleri vſucapionem, remanentibus iiſdem perſonis in poſſeſſione. Si autem mutetur ab eo qui erat, quòd tunc vel qualitas alicuius extremi, vel qualitas poſſeſſionis intertumpatur: ita hic ſimiliter interuentus vxoris medio tempore, alterat qualitatem concubinatus, & eius perſonam.

Ac generaliter dubium non eſt, animum patris lõgiſſimè à legitimatione abſuiſſe, poſt quam concubinam relinqueret, & coniugio ſe cum altera copularet. Nunquam enim ipſe diſſolutionis matrimonij habuiſſe cẽſetur. c. fin. de condit. appoſitis.

Authoris opinio.

Hæ diſſentientes & aduerſantes opiniones vtrinque ſuis partim iuris fundamentis, partim rationibus munitæ & confirmatæ, acres quoque & pertinaces defenſores nactæ ſunt.

15 Communi † tamen ferè omnium aſſenſu in eam opinionem inclinatum eſt, quòd filij ex concubina ſuſcepti, matrimonio, etiamſi intermedium cum altera interuenerit, legitimẽtur. Fundamentis itaque alterius opinionis, adſerentis legitimari non poſſe, hac ratione reſponderi poteſt.

Initiò negotium nullum facit, quod iura ſemper loquatur de primis actibus, qui fiunt ſine aliquo medio. arg. l. matrimonij cauſa. 21. ff. qui & à quibus. l. boues. 89. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignificat. l. dotis promiſſio. 69. ff. de iure dotium. l. inter ſocerum. 26. ff. de pactis dotal bus. Sicut & nomen hæredis intelligitur de primo. l. antiquitas. 14. C. de vſufruc. cũ ſimilibus ſuprà relatis. Cuius regulæ nonaginta exempla recenſet Andr. Tyraquel. in d. repet. l. boues. 89. §. hoc ſermone. Quia iura poſitiua, quæ legitimationem concedunt per ſubſequens matrimonium non faciunt differentiam, an ſit ſtatim ſequutum matrimonium, an fuerit illud intermedium.

16 Secundò, † non obſtat quod actus intermedius impertinens vitiet quod agitur: veluti in teſtamento, ſtipulatione, præſcriptione, poſſeſſione, ſeruitute, electione, &c. ergo fortius actus contrarius. Hi enim textus omnes in ijs procedunt, quæ vnum contextum requirunt, ſicut præſcriptio, poſſeſſio, &c. Præſcriptio enim eſt acquiſitio dominij per continuationem temporis: ſed iure cautum nõ eſt, ne matrimonium quod legitimat, nullum intermedium actum habeat.

Neque ſimiliter obſtat, quòd media impertinentia impediunt cõiunctionem extremorum, d. c. per tuas. 6. de conditionibus appoſitis. d. l. ſeruitutes, 14. ff. de ſeruit. d. l. qui ſella. 7. ff. de ſeruitutib. ruſtic. prædiorum. Quia, vt ſuperius dictum eſt, hi omnes actus cõtinuationem & coniunctionem requirunt. Quæ continuatio concubinatus & matrimonij expreſſa in iure noſtro non eſt.

Quartò, † facilè reſponderi poteſt ad id, 17
quòd continuata affectione, coitus concubinarius in matrimonium transfundi debeat. Nam ſatis eſt affectionem legitimandæ prolis præceſſiſſe, iuxta præſcriptum Imperatoris in l. cum quis. 10. C. de naturalib. liberis. licèt itaque tempore intermedio diuerterit à concubina, & matrimonium contraxerit cum alia, ac ita omnis prorſus affectio ceſſauerit ſoluto tamen matrimonio, eadem affectio reintegrari poteſt cum eadem concubina: cùm propter liberos iam ſuſceptos, tum ſuſcipiendos. quæ affectio ſuperueniens, ea eſt, de qua loquitur Imperator in d. l. cùm quis. 10 Alioquin ſequeretur, quod concubinatus diu & ſine interpellatione continuatus, potior eſſet quàm intermiſſus.

Poſtremò nõ obſtat, † quod de fictione obijcitur: fictionem nempè ſuper impoſſibili, 18
itemq; eo, quod iuri contrarium eſt, non fieri, d. l. Gallus. 29. §. eius qui. in fin. mag. Gloſſ. d. l. talis ſcriptura. 30. Ars enim & fictio naturam imitantur: Quia naturalis matrimonio interueniente, legitimus eſt, non eo tempore quo natus eſt. Idq́ue probo exemplo eorum, quæ tradita ſunt in nobili quæſt. ſeq.

CAPVT XXIIII.

Stante ſtatuto, vel loci conſuetudine, quod primogenitus legitimus ſolus ſuccedat, an filius legitimus & naturalis, hoc eſt, ex iuſtis nuptiis procreatus, filiũ naturalem, & deinde legitimatum per ſubſequens matrimonium, excludat.

SVMMARIA.

1 *Primogenitus, ſtante matrimonio, an excludat antegenitũ, & per ſequens matrimonium legitimatum.*
2 *Potior in iure conſequendo eſt, qui vinculum habet naturale & ciuile.*
3 *Legitimatio non trahitur retro in præiudicium alterius.*
4 *Reſtitutio non nocet cui ius quaſitum eſt.*
5 *Fauor contra fauorem non eſt ampliandus.*
6 *Primogenituræ ius debetur primo legitimè nato.*
7 *Legitimatio quadam fictio eſt.*
8 *Solennitas ad actum requiſita, poſt adueniens nihil operatur.*
9 *Facta pro infectis per legem haberi non poſſunt.*
10 *In Fictione tranſlatiua duo extrema habilia neceſſaria.*
11 *Fictio nunquam retro fingit, ſi æquitas aduerſetur.*
12 *Fictio in præiudicium iuris quaſiti non eſt.*
13 *Verba in potiore ſignificatu accipienda.*
14 *Liberi ex concubina ſimul cum vxore retenta, an poſt per ſequens matrimonium legitimentur.*
15 *Naturales ex Turca & concubina Chriſtiana nati, an legitimentur per ſequens matrimonium, Turca iam conuerſo.*

AD

1 AD hanc † itaque quæſtionem communi adſenſu reſponderi ſolet, quòd filius
legitimatus non præferatur in iure primogenituræ, naturali & legitimè nato quidem poſt
illum, ſed ante legitimationem?

Eſtque hæc concluſio plurimorum iuris
noſtri Interpretum firmata authoritate, &
munita multis rationibus. Sequitur eā Ioan.
And. in c ſine culpa. & in c. tanta. 6. poſt prin.
extra, qui filij ſint legitimi. & in c. ex parte. extra,
de reſcriptis. Bald. Angel. Paul. Caſtrenſ.
Iaſ. in l. quoties. 15. C. de rei vendic. Alber. in
l. filio. 23. ff. de libe. & poſthum. Bald. in l. eam
quam. 14. C. de fideicommiſſis. & in l. potior
eſt, 11. §. ſi paratus. ff. qui potiores in pign. habeantur.
Interpretes tam veteres quàm recentes, in l. Gallus. 29. in §. quid ſi tantum. ff. de liberis
& poſthum. Imola in l. ex facto. 43. colum. 4. ff. de vulgari & pupillari. & in l. ſi alienum.
49 §. in extraneis. ff. de hæredib. inſtituend. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, 15. col.
48. verſ. conſuetudo. ff. de vſucap. Petr. Anch.
in c. quamuis. 8. de reſcriptis. lib. 6. & in conſ.
319. & conſ. 427. Alexand. conſ. 25. col. 2. libr. 1.
Corn. conſ. 25. col. 1. libr. 3. Socin. conſ. 225. col.
10. lib. 2. conſ. 246. col. 4. lib. 2. Curtius ſenior
conſ. 18. Curt. iunior conſ. 157. colum. 2 num.
5. Ruinus conſ. 19. col. 3. lib. 1. & conſ. 106. col. 3.
lib. 3. Dec. conſ. 85. Iaſ. conſ. 192. col. 5. lib. 2. Marian.
Socin. Iunior conſ. 52. col. vlt. lib. 1. Ant.
Roſel. in tract. Legitimationum lib. 1. in cauſa
fina. col. 2. Ioan. Brunel. in tract. de ſponſa
lib. in concluſ. 2. in ampliat. 4. verſ. poſtremò
pro complemēto. Cattellianus Cotta in memorab.
in verb. primogenitus. Andr. Tyraq.
per aliquot paginas in tractatu primogenitorum.
in quæſt. 34.

Plurimæ rationes, quibus enūciatum hoc
confirmatur, adferri poſſunt.

2 In † omni iure conſequendo potior eſt is,
in cuius perſonam, vinculū & ciuile & naturale
prius reperitur, l. quoties. 15. C. de rei vēd.
Duo requiruntur ad tranſlationē dominij, titulus
& traditio. Solus enim titulus non ſufficit,
l. traditionibus. 20. C. de pactis. Is igitur in
quo & titulus & traditio concurrunt, præfe-
retur. exemplum eſt in pignore, l. Titius. 4. ff.
quæ res pignori. l. 1. l. qui balneum. 9. l. potior.
11. ff. qui potior. in pign. habeantur.

3 Secundò, † Legitimatio non trahitur retrò
in præiudicium alterius, §. liceat igitur.
In Auth. quibus modis natur. efficiantur ſui.
Bar. & omnes in d. l. Gallus. 29. §. & quid ſi tantum.
Bald. in conſ. 202. colum. 2. libr. 4. Andr.
Alciat. in lib. 3. παρέργων, cap. 12. Tyraquel. in l.
ſi vnquàm, 8. in verb. ſuſcepecit, nume. 64. C.
de reuocand. donat. per textum in c. quam-
4 uis. 8. de reſcriptis, libr. 6. vbi † reſtitutio, cuiuſmodi
legitimationem eſſe dicunt non ei
obeſt cui ius iam eſt quæſitum. Quod enim
hodie incepit valere, nōn retrotrahitur, c. r.
de ſponſalib. impuberum libr. 6. notatur in c.
non firmatur. de reg. iur. in 6. Legitimus igitur
filius, qui adeptus eſt ius primogenituræ,
non perdit illud propter legitimationē ſubſequentem
filij naturalis ante ſe nati.

Tertiò. Hinc conſequitur, cùm hæreditas
iuſti filij, hoc eſt, ex iuſtis nuptijs procreati, eſſe
incœperit (Filius enim, ergo hæres. Paulus
ad Galat cap. 4. l. in ſuis 11. ff. de liber. & poſthumis
hæredib. inſtit.) primùm quoque in iure
ſuccedendi fuiſſe conſtitutum, §. ſed ſui. Inſtitut.
de hæredum qualitate & differentia:
Quod autem illi quæſitum eſt, ſine facto eius
auferri non potuit, l. id quod noſtrum. 11 ff.
de reg iur.

Quartò. Fauor † contra fauorem amplian 5
dus non eſt, ſicut in ſimili dote, l. 1. circa prin.
C. de rei vxor. actio. l. vlti. C. qui potiores in
pig. habeantur. vbi fictio de dote non habet
locum in præiudicium alterius dotis: ex generali
reg. Ne id, quod legitimè factum fuerat,
ob ſuperuenientiam alterius vitietur, c.
factum legitimè. de reg. iur. in 6.

Quintò. Ius † primogenituræ non requi- 6
rit, vt primò quis natus ſit, ſed maximè vt legitimè
natus ſit. Ad eum igitur quem hæreditas
priorē fecit, ius primogenituræ ſpectabit,
iuxta ea quæ dicuntur in c. vlt 32. q 4. Primogenitus
quidem alter eſt ratione naturæ, non
autem ratiōe honeſtatis & iuris ciuilis, quod
ius ciuile ſucceſſores facit.

Sextò. Legitimatio † fictio quædam eſt: in 7
fictionib. verò quę ad principium trahuntur,
oportet eandem cauſam perſeuerare, l. vnica.
§. videamus. C. de rei vxor. actio. Poſtquā
verò vxorem duxit, fictio naturam mutat, &
ad id tempus non trahitur. Neque enim trahi
poteſt ad id tempus, ex quo iuris repugnantia
ſequitur: quia fictio neque ſuper impoſſibili,
neque eo quod iuri aduerſatur, fieri poteſt,
l. ſi is qui pro. 15. ff. de vſucap. l. 2. ff. de inoffic.
donatio. l. donationes. la. 1. C. de donation.
inter virum & vxorem, de quibus Tyraquel.
in l. ſi vnquàm. 8. in verbo, donatione
largitus, nu. 232.

Septimò. Solennitas † vel qualitas, ad rem 8
aliquam requiſita, in initio omiſſa, ſi deinde
addatur, nullius eſt momenti, l. obligari. 9 §.
tutor. & ibi notatur: ff. de authoritate tutorū,
l. matrem. 17. C. de probation l his verbis. 48.
§. interdum. & ibi Ang. ff. de hæred. inſt. notatur
à Iacobo Butrigario. & Barr. in l. quid ergo.
13. in prin. ff. de his qui notantur infamia.
Cyn. in l. vlt. C. ad S.C. Macedonianum. Bar.
in l. honorum. 24 ff. rem ratam haberi. At
qualitas legitimationis requiritur tempore
natiuitatis, vt dicatur primogenitus legitimus:
primogenitus igitur non eſt, qui non legitimè
naſcitur.

Octauò. Lege † ipſa fieri non poteſt, vt id quod factū eſt, pro infecto habeatur, l. in bello. 12. § factæ. ff. de captiuis & poſtlim. reuerſ. cum ſimilibus. Nam authoritas legum veritatem naturalem tollere nequit, neq; pactū, neque contractum, l. verum. 32. ff de regu. iur. Lex igitur quæ legitimationē per matrimonium introducit, nō poteſt facere vt primogenitus illegitimè ſit natus. Naturalia enim tolli non poſſunt, §. ſed naturalia. Inſt. de iure nat. gent. & ciuili.

10 Nonò. In † fictione tranſlatiua requiruntur duo extrema habilia, videlicet extremū ad quod, & extremum à quo. Quorum vnum ſi deſit, coniunctionem extremorū fieri non poſſe, nemo eſt qui dubitet. De extremo à quo, probatur in l. bonorum. 24. ff. rem ratam haberi. De extremo ad quod, probatur in donatione quę fit inter virum & vxorem, confirmatam per mortem viri, quæ retrotrahitur. Et tamen non propterea dicitur donatarius retrò habuiſſe dominium, propter defectum extremi. ad quod l. 2. C. de inoffic. donatio. Accurſius in d. l. Gallus. 29. §. ſi eius. In gloſſ. mag. in fin. Sed cùm exiſtit primogenitus legitimus, impoſſibile eſt ſecūdùm hoc tempus, quo legitimatio fit, quòd iſte naturalis legitimatus per matrimonium, naſcatur primogenitus poſt legitimationem, cùm alius eum antecedat.

Decimò. In iure Canonico certi ſunt caſus, quibus expectans beneficium ſuccedit in locum primi. De quibus per glo. in c. quia ſæpè. 15. de præbend. in 6. ſimiliter & ciuili inſtituto certi ſunt caſus, quibus in ſucceſſionib. hæreditarijs conſtitutus in loco ſecundo, in locū primi ſuccedit, in l. filius à patre. 28. § filius. de libe. & poſthu d. l. Gallus. 29 in princ. §. quid enim ſi nepos. ff. de libe. & poſthumis, l. 1. in §. ſi filius. vſque ad §. poſt ſuos. de ſuis & legitimis. l. poſthumus. 12. ff de iniuſto teſtamento. Sed modus legitimationis in eorum numero non eſt, per quos ſecundus conſequatur locum primi. Ergo à ſufficienti partium enumeratione, &c. Nec eſt arguendum de legitimatione ad alios caſus in iure expreſſos: Quia caſus omiſſus relinquendus eſt diſpoſitioni iuris communis, l. commodiſſimè 10. ff. de liberis & poſthumis. & in d. c. ſuſceptum.

11 Vndecimò Fictio † nunquàm fingit retrò. ſi ęquitas aduerſatur, l. poſtliminijs. Inde Bar. in l. ſi is qui pro emptore, 15 in 2. opp. princ. ff. de vſucap. ait, captum ab hoſtibus non recuperare poſſeſſionem, vt dicatur vſucepiſſe, ne locupletur cum aliena iactura.

12 Huic † adde, Quòd fictio nunquàm fit in pręiudiciū iuris, iam alteri quęſiti. Quia actio competens ſoluto matrimonio, per diuortium ceſſat, vbi eſt reintegratum matrimonium, l. ſi mulier diuerterit. 20. ff. ſolu. matrimonio. Et hoc prouenit non ex ficto matrimonio. Quia fingitur matrimonium non diſſolutum: quæ quidem actio non competit, quando debetur extraneo, l. ſtipulatio de dote, 64. ff de iure dot. Filio autem ſecundo verè quæſitum eſt ius primogenituræ, licèt effectus eius in ſucceſſionis ſpecie ſit dilatus. Si ergo eſt ei ius quæſitum, ſanè fictio quæ ex legitimatione per matrimonium facta oritur, minimè verò legitimum impediet, minuſque iure ſuo priuabit. Prætereà etſi fictioni locus eſſet, hic tamen nō procederet Nam quòd naturalis poſt matrimonium primum legitimatus, dicatur primogenitus, fit id ope fictionis. Sed ſtatuta quæ deferunt primogenitis ſucceſſionem, non verificantur in caſu ficto, l. 3. §. hæc verba. de negot. geſt. Huc etiā referri poteſt, quòd lex vel ſtatutum, quæ loquuntur de primogenito legitimo, debeat intelligi de eo qui eſt primogenitus verè, & non fictè, l. ſi ita quis. 58. §. 1. de legat. 2. Prædictis etiam addi poteſt.

Verba † debent capi in potiore ſignifica- 13
tione. § plebiſcitum. Inſtitu. de iure naturali, &c. l. 1. § 1. ff. ſi ager vectigal. Et in pluribus ſignificationibus ea debet potiùs eligi, quæ magis conuenit materiæ ſubiectæ, l. ſi vno. 17. ff. locati. & à verbis proprijs non eſt recedendum, l. non aliter. 67. de legat. 3. Sed in propoſito, cùm conſuetudo vel ſtatutum loquantur de primogenito legitimo, debent intelligi ex matrimonio, non propter matrimonium. Prætereà, licèt naturales contracto matrimonio legitimentur: ex communi tamen loquendi vſu, qui debet attendi, non dicuntur propriè legitimi, ſed legitimati. l. cùm legitimæ. 17. ff. de ſtat. hom. notatur in l. 1. ff. ad municipalem.

Quæri † vlteriùs non incommodè poteſt:
Quid ſi concubinam initiò habuit, vxorem 14
inde duxit, retenta nihilominùs concubina: an filij anteà nati, mortua vxore, per ſubſequens matrimonium legitimentur, & ſucceſſionis capaces reddantur. Vetus quidem Interpres Florianus, naturales huiuſmodi legitimari putauit. Aequius eſt, filios natos conſtante matrimonio, ex concubina, non legitimari. Nam hi legum beneficio digni minimè ſunt. Nuptię enim, & retentio concubinę opus ſimul fecerunt libidinoſum. Ideo ſi filij naturales iudicandi non ſunt, ac indigni legum beneficio habentur, §. nunc enim, verſic. & hoc dicimus. In Auth. de triente & ſemiſſe. §. ſi quis autē defunctus. Auth. quib. mo. nat. effic. ſui. iuncto §. ſi quis autē effuſa. Si verò effuſa, inquit Iuſtinianus, concupiſcentia ei fuerit, & alias ſuperinduxerit concubinas, & multitudinē habuerit mulierum fornicantium: (ſic enim dicere melius eſt) & ex

eis filios habens moriatur, multas ſimul deſerens cõcubinas, odibilis quidẽ eſt iſte talis: procul autem hac lege modis omnibus cum talib. filijs & cõcubinis excludatur. Sicut enim ſi quis legitimè copulatur vxori, alias ſuperinducere nõ poterit matrimonio conſiſtẽte, & ex his legitimos procreare: ita neq; poſt agnitam quo diximus modo cõcubinam, & ex illa filios dabimus. Idemq; pontifex Romanus reſcripſit, ſub d.c tanta. Similiter idem dicendum, ſi pro cõcubina alterius vxore vſus ſit, & ex ea liberos genuerit. Nam & hi nõ legitimabuntur, quia initium fuit illicitũ: ergo & hoc quod ſequutum eſt, illicitum habebitur, l. quod ait. 23. ff. ad l. Iul. de adulterijs. præſertim cùm ducere non potuerit eam in vxorem, quã prius per adulteriũ polluit, c. ſuper hoc. 3. c. ſignificaſti. 6. ext. de eo qui in vxorem duxit, quam per adulterium polluit.

15 Quid † ſi Turca mulierem Chriſtianã pro concubina habeat, & deinde conuerſus ad fidem, eandem in vxorem ducat, an filij nati in concubinatu legitimentur? Hoſtienſis, vir in noſtro iure magnæ authoritatis, exiſtimat non legitimari: quia tempore coitus non poterat eſſe matrimonium, c. caue. 27. q. 2. cum ſimilib. Roſellus diſtinguit: Aut talis, inquit, coitus Turcę erât approbatus: & tum ſequuto poſteà baptiſmatis ſacramento, proles eſt legitima: vt eſt caſus in c. fin. qui filij ſint legitimi. Coniunctio enim vnius iuridica eſt, vt in propoſito. Ergo mulieris coniunctio facit prolem legitimam, c. ex tenore. 14. extra, qui filij ſint legitimi. Vbi autem ſecundùm opinionem ipſorum infidelium talis coitus eſſet improbatus, Hoſtienſis opinionem obtinere putat.

Ego eo caſu ſine diſcrimine legitimari opinarer, idq; propter matrem fidelem: itemque conuerſionem ad fidem.

CAPVT XXV.

An nati ex incœſtu, vel aliàs illicito coitu legitimentur, facta diſpenſatione per pontificem Romanum.

SVMMARIVM.

1 Natus ex coitu illicito an legitimetur diſpenſatione Pontificia.

1 QVæſtio † diſtinctione diſſoluitur: Aut diſpenſatio ſe refert ad matrimonij initium, & tum proles legitima efficitur: quia indicatur matrimonium retro validum: & ſic filij iudicãtur eſſe ex legitimato matrimonio nati. Aut diſpenſat de præſenti occaſione futuri, & tum niſi diſpenſando proli apertè ſuccurreret, non legitimantur, argu. l. qui in prouincia, 57. ff. de ritu nuptiarum, l. ex libera. 6. C. de ſuis & legitimis. & ibi per Cynum.

CAPVT XXVI.

An liberi ex concubina quam Titius ſibi conſanguineam eſſe ignorauit procreati, ſubſequenti matrimonio legitimentur. Veluti Titius habuit concubinam, cum qua matrimonium eſſe non poterat: quia videlicet eum conſanguinitate attingebat, impedimentũ tamen hoc matrimonij Titius ignorans, eam in vxorem duxit: an filij legitimentur, & ſucceſsionis capaces fiant.

SVMMARIA.

1 Liberi ex ea cum qua matrimonium eſſe non potuit ignoranter concepti, an legitimentur per matrimonium.
2 Filij ex illicito matrimonio poſt ab eccleſia approbato nati legitimi ſunt detecto impedimento.
3 Ignorantia alterius coniugum purgat defectum.
4 Filius conceptus, & tempore impedimenti natus, impedimento ſublato legitimus eſt.
5 Roſelli opinio euertitur. & nu. 6.

INitiò † quidem legitimari nõ poſſe, facilè dici poterat: concubina enim eſſe non poterat, multò minus in matrimoniũ adſciſci. Glo. tamen in c. tanta. 6. ext. qui filij ſint legit. contrariũ decidit. Sicut enim defectus in matrimonio putatiuo, nõ reddit filios non legitimos: ita etiã defectus in cõcubinatu nõ impedit, etiã ſi ſit is in matrimonium deductus, c. quod nobis. 9. eo. tit. & ibi Anto. de Butrio. Sicut in non abſimili facti ſpecie idem deciditur à recentioribus. 1

Filij † enim ex clandeſtino & illicito matrimonio, quod deinde ab Eccleſia comprobatum eſt, nati, ipſa comprobatione, detecto impedimento, legitimantur: idque authoritate, d.c. quod à nobis. 9. extra, qui filij ſint legitimi. & d. l. qui in prouincia. 57. Nam diuturnitas temporis, & numerus liberorum, & alia, ibi conſtituunt prolem legitimam, non obſtante iuris ignorantia: itemque propter approbationem matrimonij ab Eccleſia factam. 2

Nec obſtat l. Paulus. 11. ff. de ſtatu hominũ, loquitur enim, quando vterque vitium ſcit: ſecùs, ſi vnus ignoret, d. c. ex tenore. 14. Indubitanter † enim iure canonico receptum eſt, quod vnius coniugis ignorantia, contracto matrimonio in facie Eccleſiæ, ſufficiens ſit ad faciendos filios legitimos vtrique parenti. Quod procedit etiam de iure ciuili, vt notãt Interpretes in l. qui contra. 4. C. de incœſtis nuptijs. In quo tamen loco Cynus ait, quoad ignorantes tantùm eſſe legitimos: quam Cyni doctrinam ſequi videtur Baldus in l. auunculo, vlt. ff. de condictione ſine cauſa. Quod 3

plus

plus eſt matrimonium, vt vulgò dicitur opinatum, & de quo certò nō conſtat, an in facie Eccleſiæ contractum ſit, licèt impedimētum detegatur, propter ignorantiam tamen coniugum de eo impedimento vires eas habet, eamq́; efficaciam, vt liberi legitimi reputentur, ſucceſſionis & aliorum iurium capaces fiant, reddanturque. Aut. de But. in c. cùm inter. extrà, qui filij ſint legitimi. Ioan. Lopez Hiſpanus in tracta. de matrimonio & legitimatione, in a. parte princip. verſ. quæ dicuntur ſponſalia. nu 10.

4 Necnon † in ſimili caſu idem receptū eſt: matrimonio enim contracto cum ea, cū qua tempore conceptionis non poterat eſſe matrimonium: quia tunc alteri nupta erat, legitimatur filius, ſi tempore natiuitatis in concubinam adſciſcere licuit. Hoſt. Ioan. And & Anto. in d. c. tanta. 6. arg. eorum quæ de ingenuitate dicuntur, §. ſufficit Inſti. de ingenuis. tex. in c. quod nobis. 9. extra, qui filij ſint legitimi: vbi apertè dicitur: Si qui autem de clandeſtino matrimonio poſtmodùm ab Eccleſia comprobato, generati fuerint, eos legitimos iuſtos filios & hæredes futuros. Huc pertinet reſcriptum Imperatoris in l. nuper, 11. in fine. C. de natural. lib. libe. & in §. ſi quis igitur dotalia. quibus traditur tempus natiuitatis, non conceptionis inſpiciendum.

5 Cui † tamen ſententiæ Roſellus in tractatu de legitim. in cauſa materiali opponit l. Paulus, 11. ff. de ſtatu hominum. aitque Ioan. Andr in titu de ſponſalibus. in ſumma, idem tenuiſſe: quòd videlicet tempore conceptionis requiratur habilitas. Ac ſimul reſponſum pontificis, in d. c. tanta. 6. inducit, coniuncto primo & ſecundo reſponſo, cùm talis ſic genitus, dicatur ſpurius.

6 At † communi tamen, receptaque opinione minimè eſt recedendum, tum propter plurimorum authoritatem, tum etiam propter matrimonij proliſque fauorem. Ad Roſelli obiectionem reſpōdet Brunellus in tract. de ſponſalib. in concluſ. 1. ampliat. 2. nu. 17. circa finem, quòd pontifex in d. c. tanta. 6. loquatur de prole ſuſcepta, id eſt, nata ex concubina, tempore primi matrimonij. Quæ proles, tanquàm ſpuria, non legitimatur per ſubſequens matrimonium. Secùs eſt, ſi ſolùm eſſet concepta, & ſoluto matrimonio nata. Hāc enim per matrimoniū legitimari adſerit. Si igitur quis habuerit concubinam vxorem alterius, quæ tum ex eo concepit, & marito illius concubinæ mortuo in matrimonium adſumatur. filij per matrimonium legitimantur niſi machinatio præceſſerit, d. c. ſuper hoc, d. c. ſignificaſti. extra, de eo qui duxit in matrimonium quam per adulterium polluit.

CAPVT XXVII.

Vtrum nati ex clerico in minorib. conſtituto & beneficiato per ſubſequens matrimonium legitimentur.

SVMMARIA.

1 *Liberi ex clerico in minoribus & beneficiato nati per matrimonium ſequens legitimantur.*

2 *Liberi nati ex ea cum qua tempore conceptionis matrimonium eſſe non potuit, non legitimantur.*

IOan. † Andr. in d. c. in culpa. in 6. colum. itemque Anton. de Roſellis in tracta. ſuo, in quæſtione in cauſa materiali afferunt, matrimonio legitimationem filios conſequi. Permouentur hi reſcripto Innocentij, nec non alijs quibuſdam rationibus, vt ibi per eos. Tanta eſt vis matrimonij, vt qui anteà geniti ſunt ex quocunque coitu, qui tamen poterat eſſe vxorius, ſi tunc adfuiſſet conſenſus. Si poſteà ille conſenſus ſubſequutus ſit per contractum matrimonium quandocunque, etiam alio matrimonio intermedio legitimentur. Item in ſanitate, vel in morte, dum demus eſſe matrimonium, habeantur legitimi. & eandem explicationem retinuit in d. c. ſine culpa, col. 9. 1

Secundò, & principum & pontificis reſcripto requiritur ſolummodò, quòd tempore contractus potuerit eſſe matrimonium: nec requiritur, quòd mulier fuerit in concubinatu.

Tertiò, comprobatur § ſi. Auth. de Inceſtis nupt. vbi ſolummodò requirit, quòd matrimonium potuerit eſſe.

Quartò, quia cùm clericus in minoribus etiam beneficiatus poſſit contrahere, etiā cum concubina: ergo fit legitimatio cùm ſufficiat & tempore coitus, & tempore contracti matrimonij, eum poſſe de iure ſuſtinere matrimonium, vt in d. c. tanta 6.

Neque obſtat, ſi obijceretur, concubinatum eſſe de iure Canonico reprobatum, tam in laicis præſertim, quàm in clericis. Hactenùs de liberis qui ex concubina, quæ indubitato affectu detinebatur, ſuſcepti ſunt, dictū eſt. Nūc de ijs liberis res poſtulat, vt dicamus, qui vel ex ſoluto & ſoluta prodierunt, vel ex ea cum qua tempore coitus matrimonium eſſe non poterat.

* In materia adde Octauianum Cacheranū deciſ. 154. per totum, Frāciſcum Sarmientum lib. ſelectar. interpret. 1. cap. 5. & 6.

An & hi per ſubſequens matrimonium legitimentur, hoc eſt, hæreditatis paternæ, itemque cognominis & dignitatis capaces fiant matrimonio ſubſequenti.

Primùm

Primùm itaque, eos qui ex ſoluto & ſoluta
hanc mortalem vitam nacti ſunt, legitimari
poſſe, rectè quidem & Ioan. And. & Panorm.
ſenſerunt, in d. c tanta. Ne plus iura videan-
tur fauere diuturno & continuo concubina-
tui, id eſt, confirmato & deliberato peccato,
quàm concupiſcentiæ ortæ ex quadam ani-
mi perturbatione, vel vehementi amoris aut
libidinis propellentis & incitãtis impetu ſu-
bito. Ideoque pontificia iura magis coitum
concubinatium exoſum habent, quàm for-
nicationem ſimplicem: vt patet ex notatis in
c. ex parte 9. extr. de teſtib.

2 Alij † verò omnes liberi qui nati ſunt ex
ea, cum qua tempore coitus non poterat eſſe
matrimonium, non legitimantur per matri-
monium, c. tanta. 6. in eodem reſpõſo. Cùm
enim in matrimonium peccauerint, non de-
bet eis, nec eorum proli ſubueniri.

Quæ quidem concluſio extenditur, vt filij
ex inceſtu nati, etiamſi parentes, diſpenſan-
te & concedente pontifice Romano, nuptias
cõtraherent, minimè tamen legitimi reddan
tur. Ioan. An. d & Panor. in d c. tanta. 6. Põtifi-
cum enim authoritas, legi diuinæ, cuius de-
bent eſſe ſacerdotes & cuſtodes præcipui, an-
teponi & præferri non debet.

Huc vſque digreſſione quadam, à præſen-
ti ſucceſſionis inſtituta tractatione, traditum
eſt, naturales liberi an legitimari poſſint.
Item, qui præter hos, & in quibus caſibus.
Nunc, vnde digreſſi ſumus reuertemur: ac
oſtẽdemus, an hi naturales legitimati, in hæ-
reditate legitima conſequẽda, iure iuſtorum
liberorum, hoc eſt ex legitimis nuptijs pro-
creatorum, fruantur.

CAPVT XXVIII.

Naturales legitimi ſubſequenti matrimonio quomodo ſuccedant.

SVMMARIA.

1 *Legitimati per ſequens matrimonium omnia iura legitimorum habent. & nu. 4.*

2 *Legitimati per ſequens matrimonium etiam exiſtentibus iuſtis liberis legitimi fiunt.*

3 *Liberi ex ancilla exiſtentibus legitimis ad ſucceßionem nõ legitimantur.*

1 Liberi † naturales, ex legitima concubina,
hoc eſt, ex duabus liberis perſonis, quæ
tempore partus matrimonio iungi potuerũt
nati, & ſubſequenti matrimonio legitimati,
omnia prorſus iura legitimorum aſſequun-
tur liberorum. Ideoque parentibus, alijſque
agnatis & cognatis ab inteſtato ſuccedunt,
perinde ac ſi ab initio legitimè nati fuiſſent.
Idque Iuſtinianus conſtituit anno imperij 3.
& 4. quib. priorem Codic. & Digeſta compo-
ni mandauit, l. cùm quis. 10. nuper. 11. C. de na
turalib. liberis. ac auxit in Auth. quibus mod.
nat. effic. ſui. & iterum in §. quibus connume-
rari. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deſer necnõ
eos, inquit, quos noſtræ amplexę ſunt cõſtitu
tiones, per quas iuſſimus, vt ſi quis mulierẽ in
ſuo cõtubernio copulauerit, nõ ab initio affe
ctione maritali: eam tamen, cum qua poterat
habere coniugium, et ex ea liberos ſuſtulerit:
poſteà verò affectione procedente, etiam nu-
ptialia inſtrumenta cum ea fecerit, & filios
vel filias habuerit, non ſolùm eos liberos qui
poſt dotem editi ſunt, iuſtos, & in poteſtate
patris eſſe: ſed etiam anteriores, qui & ijs qui
poſteà nati ſunt, occaſionem legitimi nomi-
nis præſtiterunt, &c. Idemque tertio deinde
anno, poſt editionem Inſtitutionum & Pan-
dectarum, denuò repetijt. Authent. de inceſt.
nupt. §. dubitatum. verſ. venient. Venient igi-
tur, inquit, etiam ab inteſtato, & ex teſtamen-
to (ſicut & pater & lex permittit) proprij exi-
ſtentes atque legitimi, alterutriſque ſuccedẽt.
Quid enim aliud decernimus, cùm ſufficiat
legitima & ſuorum appellatio, ſub poteſtatẽ
eos oſtendere, & dare etiam contra teſtamen-
tum quæ leges præbent, & omnia habere quę-
cunque huiuſmodi appellationem decent?
Quam Iuſtiniani conſtitutionem amplexus
eſt Alexander III. pontifex Rom. in c. tanta.
extra, qui filij ſint legitimi. Tanta eſt vis ma-
trimonij, vt qui anteà ſint geniti, poſt contra-
ctum matrimonium legitimi habeãtur: hoc
eſt, matrimonium ſubſequens omnia præce-
dentia vitia purgat & abſtergit, & efficit, vt le-
gitimi cenſeantur.

Quæ † quidem legitimatio locum habet, 2
etiam alijs legitimis exiſtẽtibus. §. ſi verò ſo-
lummodò. Authent. quibus modis natura-
les efficiantur legitimi.

Omninò enim, inquit, ſuis exiſtẽtibus, de-
inde naturalibus procreatis, aut primitùs na-
tis, nequaquàm legitimorum ius eis adijci-
tur: niſi forſan per cõſtitutiones noſtras, quæ
dotalium inſtrumentorum introduxerunt
modum. Et in Auth. quib. modis naturales
efficiantur ſui §. generaliter. in ver. omninò.

Omninò enim legitimis exiſtentibus, de-
inde naturalibus ſuperuenientibus nequa-
quàm, &c. vt ſuprà. Idemque, † etiamſi ex an- 3
cilla naturales procreati ſint, ſanciuit, §. finã.
Authen. de trient. & ſemiſſ. Quæ tamen legi-
timatio per nuptias conſummata, procedit,
ſi nulli extent legitimi filij. Sancimus, inquit,
ſi quis vxorem non habens legitimam, aut fi-
lios legitimos, ad ancillam propriam habue-
rit quandam meliorem ſententiam, & filios
protulerit ex ea in ſeruitute conſtituta: po-
ſteà verò libertate honorauerit & ancillam et
natos, & ius eis aureorum petierit annulorũ,
& regenerationis, & inter ingenuos ſecũdùm
iuſtos reduxerit modos, & nuptias cõſum-
mauerit, poſteà verò nuptialia conſcripſerit

documenta: & aut fuerint filij poſteà, ani nõ fuerint, (vtroſque noſtræ conſtitutionis amplectimur caſus:) fit & vxor legitima, & filij ſub poteſtate illius & ſui, & ab inteſtato hæredes genirori.

CAPVT XXIX.

Effectus legitimationis per ſubſequens matrimonium, citra ius ſucceſsionis ab inteſtato.

SVMMARIA.

1 *Effectus legitimationis per ſubſequens matrimonium varij effectus. nu. 2. & ſeq.*
2 *Liberorum appellatio in iure ad legitimatos per ſequens matrimonium pertinet.*
3 *Legitimati per ſequens matrimonium etiam quoad cognatos agnatosve legitimi ſunt.*
4 *Statutum de legitimè natis loquens etiam legitimatos per ſubſequens matrimonium continet.*
5 *Legitimati per ſequens matrimonium ius ſuitatis &c. habent.*
6 *Legitimatis per ſubſequens matrimonium legitima debetur.*
7 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium facta teſtamentum ante factum rumpit.*
8 *Legitimatus per ſequens matrimonium querelam inofficioſi habet.*
9 *Legitimatio per ſequens matrimonium infringit donationem omnium bonorum, & quid ſi nati ante donationem. nu. 10.*
10 *Natus ante legitimationem potior iure in primogenitura poſt nato.*
11 *Legitimati per ſubſequens matrimonium in feudo ſuccedunt.*
12 *Legitimatus principis reſcripto in feudo non ſuccedit.*
13 *Legitimati per ſequens matrimonium in emphyteuſi eccleſiaſtica ſuccedunt.*
14 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium excludit ſubſtitutum.*
15 *Liberorum iuſtorũ nomine in ſtatutis etiam legitimati per ſequens matrimonium intelliguntur.*
16 *Legitimati per conſequens matrimonium promoueri poſſunt ad ordines abſq; diſpenſatione.*

1 PRimus. † Filij hoc modo legitimati, dicuntur verè & propriè legitimi, & in nullo à legitimis differentes liberis, ac (vt Iuſtinianus loquitur) οὐδὲν ἀπεοικότες τῶν γνησίων, id eſt, nihil diſſimiles legitimis. in titulo περὶ τῶν νόθων, id eſt de ſpurijs, vel naturalibus. qui quidem titulus is eſt, qui in noſtris Codicibus inſcribitur, Quibus modis naturales efficiuntur ſui. Et in alio, μηδὲν τῶν γνησίων παίδων διαλλάττοντες: id eſt, nihil à legitimis filijs differentes §. ſit igitur licentia. Auth. quib. modis naturales efficiuntur legitimi.

2 Secundus † effectus conſequitur inde, quòd ius noſtrum, liberorum faciens mentionem, ad legitimatos huiuſmodi pertinear, & ijs quoque accommodandum, applicandumque ſit ex vulgata æquiparatorum doctrina. Bart. & alij in l. 1. ff. de legat. 1. præſertim cùm verè legitimi dicantur, non fictè. Barto. in l. ſi is qui pro emptore. in 3. quæſt. princip. ff. de vſucap. & in l ſi maritus § legis. ff. ad legem Iuliam de adulterijs. Bald. in l. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. & in l. nuper. C. de naturalibus libe. Caſtrenſ. in l. vltim. C. de his qui veniam ætatis imperrarunt. & in l. ſi ita quis. §. is cui. ff. de legat. 2. & in rub. C. de iureiurando. Socin in l. ſed ſi hac. § parronum ff. de in ius vocando. Iaſon in Authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. Eccleſ & in l. 1. C. de bonorum poſſeſſ. contra tab. & in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto C. de teſtamentis. & in l. morib. ff. de vulgari & pupillari. Raphael Cuman. conſ. 168. Alex. conſ. 2. libr. 1. & conſ. 68. lib. 2. Dec. conſ. 258.

Tertius † effectus: idq́ue ius legitimæ filiationis non modò apud parrem, vel matrem conſequuntur, ſed agnatos cognatosve omnes. §. proxima itaque. Auth quib. mod. naturales efficiantur legitimi. latè Panor. & alij, in d. c. tanta. 3

Quartus † effectus: quantumuis quoque ſtatuta propriè ſtrictéque ſint accipienda & intelligenda, l. quod conſtitutum. ff. de teſtam. militari. l. ſi ſeruum § non dixit prætor. ff. de acquiren. hæred. l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te. ff. de verborum obligat. l. 1. C. de hæred. inſtituend. cum multis alijs, ſæpiùs in hoc commentario repetitis: ſi tamen mentionem legitimè natorum faciant, hoſce quoque legitimatos complectuntur. Caſtrenſ. in d. l. fina. C. de his qui veniam ætatis imperrarunt. Crotus in l. Gallus. §. quid ſi tantùm, nume. 82. & 169 ff. de liberis & poſthu. hæred. inſtit. Campegius in tractatu de dote. in 1. parte. 5. partis princip. quæſt. 59. Anton. Butrig. in c. innotuit extra, de electionib. & in d. c. tanta. Decius in c. cùm in cunctis, nume. 29. extra de electionib. & conſi. 155. Pariſius conſil. 13. num. 40. lib. 2. 4

Quintus † effectus. Hinc oriuntur illa, quæ iuſtorum liberorum propria præcipuaque ſunt, quòd legitimatione ſuus efficiatur patri hæres. §. 1. Inſtit. de hæred quæ ab inteſtat. defer. §. ſi quis verò. §. liceat. Auth. quib. modis naturales effic. legit. & Auth. quib. modis naturales effic. ſui. l. diui. C. de naturalib. libe. Bar. in l. 2. ff. de vulgari & pupillari. Bald. in l. eam quam. C. de fideicommiſſis. Iaſ. in d. Authen. ſi qua mulier. & in d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. & in d. l. moribus. & in l. qui ſe patris. C. vnde liberi. Bald. conſil. 154. & conſ. 184. conſ. 202. lib. 2. Raph. Cuma conſ. 168. Raphael Fulgoſius conſil. 97 Socin. conſ. 63. lib. 3. 5

Sextus † effectus: ideoq́ue ei legitima debetur, quemadmodum liberis ex iuſto legitimoq́ue matrimonio ab initio procreatis, d. Authentica, quibus modis naturales efficiantur

ciantur ſui. Iaſon in l. ſi is qui pro emptore,
num.237.ff.de vſucapionibus.& in d.§.ex im
perfecto.& in d.l.moribus. Bald. in addit.ad
Specul.in tit.de donationib. & in c.de cauſis,
extra de officio delegati. Guilielmus Bened.
in d.c.Raynutius. in verb. & vxorem nomi-
ne Adeluſiam,nu.207.extra, de teſtam. Dec.
conſ.238.& 264. Cattel. Cotta in verbo Spu-
rius legitimatus.

7 Septimus † effectus. Quemadmodum quo-
que poſthumus præteritus teſtamētum rum-
pit,ita pari ratione teſtamentum ſubſequenti
legitimatione peræquè ac ſi poſt teſtamen-
tum legitimus natus fuiſſet,reſcinditur,Bart.
in d.l.ſi is qui pro emptore. Bald.in l filius à
patre.ff de liberis & poſthum. & in l.cùm in
adoptiuis.C. de adoptionib & in l 2.C. ſi in
fraudem patroni. Bald.& Imola in l.certum.
ff.de iniuſto rupto & irrito facto teſtam. Al-
beric.in rubric.C. de naturalib.liberis.Salice.
in Authen. item ſi quis C de naturalib. libe.
Socin.in l ſi cognatis.ff.de rebus dubijs Alex.
& Iaſ.in rubric ff.de libe. & poſthum.& Iaſ.
in rubr.C.de poſthum.hæred.inſtit.Fabianus
Grochi in Authent.nouiſſima C.de inoffic.
teſtam. Dec.in l.1.C de bonor.poſſeſſ contra
tab.Anton.de Butrio in c.venerabilem.& ibi
Card.Alexan.in § quod autem.extra,qui filij
ſint legitimi. Anton.Roſell in tractatu legi-
timat.lib.2. Iaco.de Belloniſu in §.quoniam.
Authent. quibus modis naturales efficiantur
ſui.Bald conſ.58.libr.2 & conſ 49.& conſ.68.
lib.4.Anchor.conſ.225 & conſ.290. Fulgoſ.
conſ.72.Caſtrenſ conſil.30.& conſ.180.libr.1.
Panorm.conſ 86.libr.1.Ludouic.Rom.conſ.
35.Curt ſenior conſ.13.& conſ.36 Iaſon conſ.
202.lib.2. Dec.conſ 52.& conſ.58.& conſ.257.
& conſ.338.& conſ.343.Socin. conſ.227.lib.2.
& conſ.63 nu.19.lib.3.

8 Octauus † effectus. Inde pariter oritur ac
fluit hoc quod legitimatus querelam inoffi-
cioſæ donationis inſtituere ac mouere po-
teſt.Bald.in l.1. num.33.C.de iure fiſci.libr.10.
Ant Rub.in l.Titia Seio. in §.Imperator, nu.
46.ff.de legat.2. Syluester Aldobrand.in §.fi.
num 8.Inſt.de nuptijs.

9 Nonus † effectus. Etiam donationem om-
nium bonorum infringit. Quamuis enim a-
doptione, vt ſuprà dictum eſt, & tractat Ca-
cheranus deciſ.Pedemontana 121.nu.9 ea nō
reuocantur: per legitimationem tamē matri-
monialem euertitur, ſitq; locus conſtitutio-
ni Conſtantini Imperatoris in l. ſi vnquàm.
C.de reuocandis donat. Nam in nullo à legi-
timo differt filio.Cùm itaq; hic donationem
hanc reſcindat, nulliuſq; momenti efficiat,
quare in vno eodemq; negotio diuerſa dice-
mus? Bald.in c innotuit.extra,de electionib.
Ang. & Salic.in l.ſi totas.C.de inoffic.dona-
tionib.Iaſ.in rub.ff.de libe.& poſthu.nu.4. &
in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.nu.42.ff.eod.
Franciſ.Ripa in d.l.ſi vnquàm. in 32.quæſtio.
Cacher.deciſ.121. Quod † quidem procedit, 10
etiam ſi nati ſint ante donationē, præſertim
in ea parte reuocanda quæ ad legitimam per-
tinet.Bal.in l.1.C.de reuocand.donat. Nicol.
Boer.deciſ.159.nu.12. Ripa in d.l.ſi vnquàm.
in verbo Suſceperit liberos,numer.71.Didac.
Couarr.lib.4.Decretal.in 2.part.§.2.num.29.
Matthæ.de Afflict.c 1.§.naturales.in 5.notab.
nu.55.titu.ſi de feudo fuerit controuerſ. inter
dom & agnatos vaſalli. Marian. Socin. Iun.
conſ.2.vol.1. Eſtque huius rei ratio in prom-
ptu, quia in naturali legitimato concurrit &
naturale & ciuile ius,cùm adoptio ciuili vin-
culo liberos aſtringat ſolummodò.

Decimus † effectus. Legitimatus ſubſequē- 11
ti matrimonio,ſi intermediæ non fuerint cū
alia nuptiæ,præſertim ſecundogenito legiti-
mè nato,l.cùm quis. l. nuper.C.de naturalib.
libe.§.vlt.Auth.quibus modis naturales effic.
legitimi.§ tribus. Auth. quibus mod.natura-
les efficiantur ſui.

Vndecimus effectus. Quod plus eſt, ſucce-
dit in feudo.Iacob.de Belloiſ. Matthæus de
Afflict.in §.naturales. tit. ſi de feudo defuncti
fuerit controuerſia inter domin.& agnat.vaſ-
ſalli. Alexand in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.
nume.18.& ibi Ripa nume.48.ad S.C.Trebel.
Ripa in d.l.ſi vnquàm. nume.88.C. de reuoc.
donatio. Ioan.Crotus in l.Gallus.§.& quid ſi
tantùm.num.32.ff.de libe.& poſthum. Ioan-
nes Rub.in l.Titia Seio,in §.imperator.num.
46.ff.de legat.2.Iaſon in l.generaliter.§ cùm
autem.C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib.
Coraſius in l.pro parte.num.14.ff.de ſeruitu-
tib. Guilielmus Maynerius in l. quoties.nu-
me.14.ff.de regulis iuris. Alciat.in l.ex facto.
nume 7.ff de vulgari & pupillari. Hoſtienſis
& Ioannes Andreæ in c.lator.extra, qui fi-
lij ſint legitimi. Decius in c. cùm in cunctis.
nume.26.extra,de electionibus. Panormita.
in d.c innotuit.& in d.c.tanta. Bernardus de
Luco in regu.211.in 1.limit. Nicolaus Boerius
in deciſ.123.nume.4. Chaſſaneus in conſue-
tud. Burgundiæ, in rubrica 8.§.3.numer.6. Ia-
ſon conſ.148.nume 6.libr.4. Bartholom.So-
cin conſ.3.nume.11.libr.3 Marc.Mant.conſi.
45.num.15. Qua † in re differt ab eo qui prin- 12
cipis indulgentia & reſcripto natalib. reddi-
tus,& legitimus factus eſt. Hic enim ad feudi
ſucceſſionem non admittitur. c. naturales d.
tit.ſi de feudo controuerſia fuerit inter dom.
& agnatos vaſalli.

Duodecimus † effectus. Quod de feudo di- 13
citur, idem in emphyteuſi Eccleſiaſtica ob-
ſeruatur. Ioan. de Imola in l. quod dicitur,
nume.10.ff.de verborum obligationib. Ale-
xand. in d.l.ex facto. Ripa in d.l. ſi vnquàm.
numer.89. & in rubrica de iudicijs. numer.85.

Iaſon in l.generaliter.nume.10 C.de inſtitut: & ſubſtitu.Ioan.Crot.in d.l Gallus § & quid ſi tantùm.nume.169. Coraſ.in d l.pro parte, nu.14.ff.de ſeruit. Decius in d.c.innotuit.nu. 26.extr.de electionib.Chaſſan in d.rub.8. Pariſ.conſ.13.nu.43.lib.2.

14. Decimustertius † effectus. Legitimatio hoc efficit, vt etiàm ſubſtitutus excludatur. Veluti Triphoninus inſtituit Caium, ſubſtituit ei Tertyllium,addita conditione: Si Caius deceſſerit ſine filijs legitimis. Caius diem obijt relicto filio legitimato:ſubſtitutus ſanè non admittetur, nec deficiet conditio in legitimato.Alber & alij in l.generaliter § cùm autem C de inſtit & ſubſtit. Imola & recentiores in d.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad S. C.Trebell. Ripa in rub ff.ſi certum petatur. num 3.Ioan. Anto.Rub.in d.l.Titla Seio.nu. 46 ff.de leg.2. Anton.de Butrio in d c innotuit & Philip.Deci.in c.cùm in cunctis.Ioannes Andreæ in addit.ad Speculat.titu.de ſucceſſionib ab inteſtato. Anchoran.conſil.225. Caſtr. conſi.30.lib.1.Decius conſi.155. nu.7. & conſ.284.nume.9. Carolus Ruinus conſ.163. nu.7.& 6.lib.3.

Decimusquartus effectus. Vulgara, & ſæpiùs nunc eſt repetita traditio, Propriè ſtatu-
15 ta intelligenda & accipienda eſſe. Sub † hac itaq; proprietate verborum,comprehenduntur etiam iuſtorum filiorum appellatione,legitimati. Bald.in l.eam quã nu 26.& in l.cùm acutiſſimi.num.7.& ibi Iaſ.C.de fideicomm. Bald. Alexand. Socin. & Iaſ in l.ſed ſi hac §. patronum.ff.de in Ius vocando. Corneus & Franciſc. Aretin. in l. liberos C. de collationib.& Aretin.in l.Gallus.§. ſi eius.ff.de liber. & poſthum.Socin.in l.cùm auus.ff.de conditio.& & demonſt. Iaſ.in l.cùm filiofam.ff.de legat.1.& in l generaliter § cùm autem.C de inſtit.& ſubſtitu. & in l.1.C.de bonor.poſſeſſ. contra tabulas.Caſtren.conſi.27.lib.2.& conſil.34.& conſi.202 eodem,libr.2.Alex.conſi. 2.libr.1.& conſ.60.libr.2.Socin.conſi.63.& 65. lib.3.Iaſ.conſ.68 libr.3.Philippus Decius conſil.365 Ratio reddi poteſt non obſcura:Statuta in ſucceſſionib. præferentia maſculos fœminis ad conſeruationem familiæ maximè reſpiciunt ne per fœminas quę in aliam tranſeunt transferunturque familiam, attenuentur patrimonia, quemadmodum abundè in primo diximus libro. At per legitimatos ſi vel ſoli,vel vnà cum alijs extent,familiæ conſeruantur, cùm & agnationem, & inde nomen, & alia eò pertinentia conſequantur. Meritò itaq; & propter exæquationem cum iuſtis liberis, ac vt Iuſtinianus loquitur, quòd nihil interſint, οὐδὲν ἀπολειπόμενοι τῶν γνησίων, & propter ſtatuti mentem includentur comprehendenturque.Alexand.conſ.2.lib.1. Barbat.conſ.68.lib.4. Soc.conſ.63.libr.3.Philipp. Dec.conſ.707.& conſ.316 & conſ.365.& cõſi. 423. Angel.ante hos conſil.17. Incip. comes Brandiſius. Sali.in Auth.ſine legitimis C.de naturalib. liberis. & in l. Imperialis.§. ſicitaque.C.de nuptijs.

Decimusquintus † effectus.Denique abſq; 16
diſpenſatione ad ſacros ordines promoueri poſſunt, beneficiorum, nec non ſummarum dignitatum capaces ſint. Gloſſ. in d c. tanta.& in d.c.innotuit. Franc. Ripa in d.l.ſi vnquàm,numer.87. Guilielm.Mayne.in d.l. quoties,nume 14. Iaſ.in d.l.generaliter. Coraſ.in d.l.pro parte,nume.4.Ludouic.de Sardis in tracta. de ſucceſſ. natur. in c.de legitimat effectu.num.5. Nicol.Boer.deciſ.69 nu. 4.Pau.Pariſ.conſ.13.nu.45.lib.2.Laur.Syluan. conſ.3.num.23.Calder.conſ.2.ſub rubr.qui filij ſint legitimi.

CONCLVSIO.

Hi ferè ſunt effectꝰ eius, quę per ſubſequẽs matrimonium fit, legitmatiõis. Horum verò omnium cauſa duabus ferè nititur & iuuatur rationibus. Vna quidem, quæ ex aperta Iuſtiniani conſtitutione dependet:altera quę huic cauſam præbuit, & matrimonij vires concernit.Nam Iuſtinianus voluit,legitimatos in nullo diſſimiles eſſe à verè legitimis: οὐδὲν ἀπολειπομένους τῶν γνησίων, καὶ μηδὲν τῶν ὁμιλίμων παίδων διαλλάττοντας. Meritò itaque & propter expreſſas hac de re ſanctiones,& propter cauſas quoque rationabiles, legitimati omnia iura,dignitates, ordinem iuſtorum liberorum conſequuntur: ac vt Iuſtinianus loquitur, οὐδὲν διαφέροντας τῶν γνησίων ὄντας μὲν τοι, ὥστε μὴ πλέον ἔχειν τὴν ἐξ ἀρχῆς γνησίων ἐκείνους τούτων ἐλάχιστον ἔχοντας.

CAPVT XXX.

Quibus caſibus hi effectus ceſſent.

SVMMARIA.

1. *Nepos patris naturalis præmortui non legitimatur matrimonio aui & auiæ poſt contracto.*
2. *Inuiti liberi non legitimantur.*
3. *Beneficium non datur inuito.*
4. *Concubina etiam domi non retenta poteſt per ſubſequens matrimonium cum filijs legitimari.*
4. *Liberi vulgò concepti non legitimantur per ſubſequens matrimonium.*
6. *Matrimonio non legitimè contracto filij non legitimantur.*
7. *Adulterini liberi per matrimonium non legitimantur.*
8. *Inceſtuoſi non legitimantur ſubſequente matrimonio.*
9. *Nobilis vilem vel notatam vt legitimentur liberi de iure ciuili ducere vxorem non poteſt, iure Pontificio ſecus. & num.10.*
11. *Ex Iudæa aut Sarracena liberi per ſequens matrimonium non legitimantur.*

PRimus † caſus eſt in nepote, cuius pater, 1
antequàm auus concubinam, & nepotis auiam

aulam in matrimonium ſumeret, vita functus eſt. Nam licèt coniuges deinde fiãt auus, auiave, attamen nepos ius legitimæ filiationis non adipiſcitur: idque propter intermediam perſonam ſublatam, patrem nempè, arg.l.qui libertinus.§.poſthumus.ff. de operis libert.l.ſi filium.ff.de gradib.affin.Bal in l.benignius.ff.de legib. Alexand.in l.Gallus.§.ſi eius.ff.de libe.& poſthu. Caſtren.in l.in ambigua.ff.de legib. Iaſon in l ſi is qui pro emptore,nu 121.ff.de vſucapionib. Andreas Alciat in tractatu præſumptionum in princip. num.10. Anton.de Butrio & Præpoſitus in c. per venerabilem. extra qui filij ſint legitimi. Ludouic.de Sard. in tracta.de naturalibus liberis, c. de legitimatione per verum matrimon.quęſt.5.nu.19.Cattellianus Cotta in memorab in verbo Legitimatio.Hippol.ſingu. 121. Chaſſ.in conſuetu.Burgun.in tit.des ſucceſſions.fol.:86.

2 Secundus † caſus conſiſtit in cõſenſu filij. Diſſentienti enim, ſubſequenti matrimonio legitimatio non confertur, cùm nemo inuitus in patriam debeat redigi poteſtatem,§ generaliter. Authent. quibus modis naturales efficiuntur ſui.§.final.Authen.quibus modis naturales efficiuntur legitimi, l. inuiti ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, l. qui liberatus.ff.de patria poteſtate. §.fina Inſtit quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. Guiliel. de Cuneo, Alberic.Caſtrenſis & Fulgoſius in d.l.benignius. Franciſc.Aretin.in l.Gallus.§. forſitan,nu.46.ff.de liberis & poſthum.& ibi Bartholomæ.Socin nu.5.Angel.in § fina.nu. 9.Inſtit.de nuptijs.Guilielm.Maynerius in d. l.quoties.nume.97.ff.de regul.iuris Angel.in Authen. quibus modis naturales efficiantur legitimi,in princ. Matthæus de Afflictis in §. naturales,num.26. tit. ſi de feudo fuerit controuerſia inter domi.& agnatos vaſalli.And. Barbat.in l.cùm acutiſſimi, num.251.C.de fideicommiſſ. Martin. Laudenſis in tractatu de legitimatione,nu.100. Ludouic.de Sardis in tracta. de naturalibus liberis c. de legitimatione,num.2. Nicol.de Vbald.in tractatu de legitimatione, c. de cauſa formali legitimationis,nu.11. Ioannes Brunellus in tracta. de ſponſalibus,concluſ.2 nume.16. Cuius rei
3 ratio in promptu eſt: Quia † beneficium inuito non datur, l.inuito. l. beneficium.ff de regul.iuris.l.ſoluendo.ff.de negotijs geſtis.l. ſolutionem.l ſoluere ff.de ſolutionib l.1.ff. de liberali cauſa,l.ſi quis in conſcribendo.C. de pactis.l nec emere.C. de iure deliberandi, cum ſimilibus.

Hunc tamen effectum quidam reprobant, nec conſenſum filij neceſſarium eſſe putant. Præpoſ.in d.c.tanta,nume.23.& in d.c.per venerabilẽ.§.quod autem,nu.17.Ange.conſ.17. num.5. Didac.Couar.in epitome de ſponſal. in 2.parte,c.& §.20.nume.17. Verùm horum opinio facilè ex ſuperioribus conuellitur, ac euertitur.

Tertius † caſus eſt in muliere,quę non fuit 4
in ſchemate cõcubinæ domi retentę.§.ſi quis autem defunctus. Authen.quibus modis naturales efficiuntur ſui, §.conſideremus. Authent. de triente & ſemiſſe. Idque ciuili iure obtinet. Diuerſum pontificum conſtitutionibus traditur: quibus hodiè concubinatus improbatus eſſe dicitur, gloſſ. in c.innotuit. & ibi Ioan And.Imola Panormita. & alij.extra,de electione. & in d.c.tanta. & in d.c. per venerabilem. Cum omni itaque muliere,ex qua citra nuptias liberos ſuſcepimus,contractũ matrimonium, legitimationem efficere arbitrantur: ne diuturno magis faueatur peccato,quàm momentaneo,c.fin.extra,de conſuet.c.cùm haberet,extr.de eo qui duxit in vxorem,quam per adulterium polluit. Baldus cõſ.129.lib.2.& cõſ 206.lib 3. Nicol.de Vbal. in tract.de ſucceſſionib. ab inteſtato.in 1.parte,nu.58.Syluester Aldobrand.in §.fi.num.11. Inſt.de nuptijs.

Quartus † caſus eſt in filio vulgò conce- 5
pto:veluti Titius ex opere charitatis,vt ipſi in ſalutem æternam proficeret, quemadmodũ pontifex loquitur,duxit in vxorem eam quæ quæſtum corpore fecit, & vulgò concepit,licèt is ſæpiùs commiſceri cum ea ſolitus ſit:filius tamen ſubſequenti cum eadem matrimonio non legitimatur. Nam incertum eſt, cuius ſit filius: ideoque legitimatio ipſi tanquàm extraneo non proderit,pręſertim cùm incertitudo aliàs vitiet actũ, l. Idem Pomponius.ff.de rei vendicat.§.incertis.Inſt.de lega. Hanc opinionem tradit Ludouic. de Sardis in tractatu de natural.liberis.in c.de legitimatione per verum matrimon. quæſt.7. nume. 21. Mayner.in d.l.quoties,nu.16.ff.de regulis iur.Iaſ.conſil.234.lib.2. Bald.in l.eam quam, nu.24 C.de fideicommiſſ.

Quintus † caſus eſt, quando matrimoni- 6
um non eſt ritè contractum, §. ſi verò etiam: & § ſeq Authent.quibus modis naturales efficiantur ſui,c.cùm inhibitio extr.de clandeſtina deſponſat.c.ex tenore.extra,qui filij ſint legitimi. Matthæ.de Affl.ct.in d.§.naturales, nume.32.titu. ſi fuerit controuerſia inter domin.& agnatos vaſalli.Hoſtienſis in ſumma de clandeſtina deſponſat §.fina. Berous quæſtione 107.num.1. Marian.Socin.conſi.31.nu. 46.libr.2.

Sextus † caſus verſatur circa impedimen- 7
ta matrimonij, quando videlicet vel tempore conceptionis, vel natiuitatis, non poterat legitimum iniri matrimoniũ, inter eos qui ſe commiſcuerunt.Inde conſequitur,liberos ex adulterio ſuſceptos, ſubſequenti matrimonio cũ adultera minimè legitimari, d.c. tãta.

verſ.nihilominùs ſpurius erit filius,& ab hereditate pellendus: & ibi Interpretes,extra, qui filij ſint legitimi. Nam vt legitimationi locus fiat,& aperiatur, oportet ex ſoluto, ſolutaq; liberos ſuſceptos fuiſſe,d.c.tanta.Bald. in l.Paulus.ff de ſtatu hominum. & in l. ex libera.C de ſuis & legit. Mayne.in d.l.quoties, nu.9. & Syluester Aldobrand.in d.§.fi. nu.11. & ibi Ioan.Fabri. Inſt.de nuptijs.Ioan. Andr. Anton.de Butr.Panor.& alij in d.c.tanta.

8 Magis † eſt, vt de incœſtuoſis idem dicamus liberis.Interpretes in d c.tanta.Bart.in l. in concubinatu.ff de concubinis.Bal.in l etſi contra.C.de nuptijs.Ioan Crotus in l.Gallus. §.& quid ſi tantum, nume.170.ff.de liberis & poſth.Ioan.Fabri in §.fi.Inſt.de nuptijs.Franciſ.Curt.ſenior conſ 73.nu.18.Marian.Socin. conſ.31.lib.2 Hippolyt.ſing.121.

9 Inde † conſequitur,vt quidam putant,nobilem matrimonio ſibi adſciſcentem vilem vel notatam mulierem, ex qua anteà liberos ſuſtulit, nihil filiationis legitimæ in eos conferre. Ange.in Authen.quibus mod.naturales efficiantur legitimi.in princ.& in § ſed illud.nu.4. Bald.in Authen.item ſi quis.C.de naturalibus liberis. & in l.2.C. quib. res iudicata non nocet. Syluester Aldobrand in d.§. fi.Bartholom.Cæpoll.cautela 250. Curt.Iun. conſ.130.nu.10.Marian.Socin.conſ.3.num.2. libr.1.Carol.Ruin.conſ.111.nu.5.libr.1. Quod quidem verum eſt ex ciuili præſcripto. Viliſſimarum enim & abiectiſſimarum fœminarum nuptiæ in clariſſimis viris improbātur, l.Imperialis.C.de nuptijs.l.humilem.C.de incœſtis nuptijs.

10 Diuerſum † iure Pontificio conſtituitur. Matrimonium enim cum meretrice vel alia notata viliq́ue muliere contractum, valet, c. integritas.§.fin.c.non eſt culpandus,32.q.1.c. quemadmodum,extra,de iureiurando.Nam vt Clemens III.reſcripſit, Inter opera charitatis non minimum eſt, errantem ab erroris ſui ſemita reuocare. Subijcit: Statuimus,inquit,vt omnibus qui publicas mulieres de lupanari extraxerint, & duxerint in vxores, quod agunt, in remiſſionem proficiat peccatorum, c.inter opera.extra, de ſponſalibus.à qua tamen hoc modo conſequenda peccatorum remiſſione, Deus optimum quemque, cuſtodiat: cùm emendatio,morum in hiſce fœminis rarò,aut nunquàm expectanda ſit.

Exiſtimarunt itaque multi noſtro nunc ſeculo, quo pontificio plus quàm ciuili obſtringimur iure,legitimationem eam firmam validamq́ue eſſe. Nicolaus de Vbaldis in d.tractatu de ſucceſſionibus, nu. 61.& 62. Anton. de Buttio in d.c.tanta. Franciſ.Ripa in d.l.ſi vnquàm,nu.55. C.de reuocand.donat. Iaſon conſ.234.libr.2. Dec.conſ.155.nu.1. Laurent. Syluan.d.conſ.3.nu.44.

Hinc quoque oritur ac fluit,filios † ex Saracena,vel Iudæa, vel alia gentili ac ethnica fœmina ſuſceptos, ſubſequenti deinde matrimonio minimè legitimari: cùm eo tempore,quo vel concepit vel peperit,matrimonium cum illa contrahi non potuerit,c.caue. 28.q.1.c.ius gentium 1.diſt.Couarru.in epitome de ſponſalib.in 2.parte,in cap.6 §.11. 11

CAPVT XXXI.

De liberis qui per Principis reſcriptum legitimentur. Quo iure hi & in ſucceſſionibus conſequendis,& alijs rebus quæ iuſtorum liberorum propriæ ſunt,vtantur.

SVMMARIA.

1 *Legitimatio per reſcriptum Principis quid.*
2 *Legitimatio per reſcriptum virum ante tempora Iuriſconſultorum cognita.& nu.3.*

ANtequàm effectus huius legitimationis profeſtam,operæprecium me facturum exiſtimo,ſi prius dixerim,qui legitimandi facultatem habeant. Deinde,qui legitimationem petere poſſint. Poſtremò, de iure quod tam in ſucceſſionibus, quàm alijs rebus liberi hac principis clementia legitimati, conſequuntur.

Quid ſit legitimatio hæc.

Legitimatio, † quæ principis reſcripto fit 1
(vt à definitione ordiar) eſt actus voluntariæ iuriſdictionis, qui per principem exercetur, quo illegitimi iuſtorum liberorum iura aſſequuntur. Voluntariæ quidem ideo: quia non fit niſi inter volentes.§ generaliter. Authen. quibus modis naturales effic.ſui. Nam ſi ſoluere ius patriæ poteſtatis inuitis filijs, non permiſſum eſt patribus: multò magis ſub poteſtatem redigere inuitum filium & nolentem, ſiue per oblationem ad curiam, ſiue per inſtrumentorum dotalium celebrationem, ſiue per aliam quamlibet machinationem, tanquam fortem mementem paternum,iuſtum non eſt. Neque imperij & legiſlatoris ponimus proprium: quod & in adoptione obſeruatur,l.in adoptionib.5.l.neque abſens. 24.l.non poteſt.31.ff.de adopt.

Hanc † verò legitimationem Bartolus an- 2
te tempora Iuſtiniani, Iureconſultis & Imperatoribus cognitam fuiſſe adſerit.in l.Gallus.29.§.nunc de lege.ff.de libe & poſthu.hæred. per reſponſum Martiani I.C. in l. qui in prouincia.57.ff.de ritu nuptiarum.

In libro ſecundo de adulterijs Papiniani Martianus notat: Diuus Marcus & Lucius Imperatores,Flauiæ Tertullæ per Menſorem libertum ita reſcripſerunt:Mouemur & temporis diuturnitate,quo ignara iuris in matri-

monio

monio auunculi tui fuiſti: & quòd ab auia tua collocata es, & numero liberorum veſtrorum, idcircoq; cùm hæc omnia in vnum concurrant, cõfirmamus ſtatum liberorum veſtrorum in eo matrimonio quæſitorum, quod ante annos quadraginta contractũ eſt, perinde ac ſi legitimè concepti fuiſſent.

3 Verùm † atteſtante ipſo Iuſtiniano, ab eo primùm in fauorem illegitimè natorum liberorum, inuentum, introductumq; hoc ius fuit. §. Illud tamẽ à nobis ſancitum eſt, d. Authen. quibus mod. naturales effic. ſui. vt plurima alia, quæ ad fauorem liberorum parentumq; naturali ratione pertinere videbãtur. Neque Martiani reſponſum hoc quod Bartolus voluit, probat. Nam de liberis in matrimonio quæſitis loquitur: cui matrimonio, quia Flauia ignara iuris, auunculo ſuo ab auia collocata erat, inceſtus crimen obijciebatur. Ideo ipſa commiſeratione liberorum, libellum principi obtulit, qui & temporis diuturnitate, & errore, & numero liberorum motus, confirmat, non legitimat.

Verba diui Iuſtiniani de hac legitimationis ſpecie, quæ fit principis indulgentia, ex conſtitutione de naturalibus liberis, aut περὶ τῶν νόθων alias ſub Authentico, quibus modis naturales efficiantur ſui.

Κἀκεῖνο μέντοι παρ' ἡμῶν προσετέθη, ἵνα εἴ τις βούλοιτο γνησίαν τὴν ἑαυτοῦ καταστῆσαι γονὴν, ἀπορεῖν δὲ γαμετῆς τῆς τῶν τοιούτων παίδων μητρὸς, ἢ τοὺς μὲν παῖδας ὑπεραγαπῴη, τὰ δὲ τῆς γυναικὸς οὐκ ἀναμάρτητα πρὸς αὐτὸν εἴη, οὐδὲ ἀξίαν αὐτὴν ἡγοῖτο νομίμου τινὸς ὀνόματος, καὶ διὰ τοῦτο τελευτησάσης τῆς γαμετῆς ἢ γνησιότητος οὐκ ἀξίας περὶ τοῦ συνοικεῖν νομιζομένης, ἢ καὶ τοῦ πράγματος ὑπὸ τῶν παίδων κακουργουμένου, καὶ διεπίπτειας τῆς γυναικὸς ἀποστερουμένης, ἢ παρὰ τῶν παίδων, ἢ ἄλλως ἴσως εὐπορίας αὐτῷ συμβάσης τινὸς ἵνα μὴ τῇ γνησιότητι τὴν χάριν ὁ πατὴρ ἢ ἐπικαρπίαν προτελευτησάσης τῆς μητρὸς ὡς παρὰ ὑπεξουσίων τῶν παίδων ἔχοι θεραπευόμενος, εἰ δὲ παῖδας γνησίους οὐκ ἔχοι, νόθους δὲ μόνον αὐτοὺς μὲν γνησίους ποιῆσαι βούλοιτο, τὴν γυναῖκα δὲ οὐκ ἔχει παντελῶς, ἢ ἔχοι μὲν, οὐ μὴν ἀναμάρτητον, ἢ οὐ φαινομένην, ἢ ἄλλως προικῴων συμβολαίων ποιήσεως εὐπορίαν οὐκ ἔχοι (τί γὰρ δεῖ πρὸς ἀκριβὲς ἅπαντας αὐτῶν ἀναλαβεῖν) δίδομεν αὐτῷ παρρησίαν τοῦτο, ὅπερ ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ἐπράξαμεν, πρὸς γνησιότητα τοὺς παῖδας ἀγαγεῖν τοὺς νόθους, γνησίων (καθάπερ ἔφθημεν εἰπόντες) οὐκ ὄντων διά τινος τοιαύτης ὁδοῦ.

Ὥσπερ γὰρ εἰσὶ τρόποι τινὲς οἱ ἄγοντες εἰς ἐλευθερίαν τε ἅμα καὶ εὐγένειαν ἄγοντες, καὶ ἀποδιδόντες τῇ φύσει: οὕτως εἰ καὶ ὁ πατὴρ οὐκ εὐποροίη γνησίας γονῆς, βούλοιτο δὲ αὐτοὺς ἀποκαταστῆσαι τῇ φύσει, καὶ τῇ ἄνωθεν εὐγενείᾳ (ὥσπερ ἐξ ἐλευθέρας αὐτῷ γένοιντο) καὶ γνησίους τὸ λοιπὸν καὶ ὑπεξουσίους ἔχειν, τοῦτο πραττέτω δι' ἡμετέρας ἀντιγραφῆς. ὃ δὲ δὴ τὴν ἀρχὴν ὅτι ἡ φύσις τοῖς ἀνθρώποις διενομοθέτει μόνη, πρὶν τοὺς ἐγγράφους εἰσφοιτῆσαι νόμως. οὐδὲ γὰρ διαφορὰ νόθου τε καὶ γνησίου. ἀλλὰ τοῖς προτέροις χρόνοις οἱ πρῶτοι παῖδες (καθάπερ ἀρχόμενοι τοῦ παρόντος εἴπομεν νόμου) ἅμα τῇ προόδῳ γεγόνασι γνήσιοι. καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐλευθέρων ἡ μὲν φύσις πεποίηκεν ἐλευθέρους ἅπαντας, οἱ πόλεμοι δὲ τὴν δουλείαν ἐξεῦρον: οὕτω κἀνταῦθα ἡ μὲν φύσις γνησίας προήγαγε τὰς γονάς, ἡ δὲ ὕστερος ἐπιθυμία ἐπεισήγαγε τὸ νόθον ἐν ταῖς πολιτείαις προσεισηνέγκατο. ὥστε τῶν ὁμοίων παίδων γινομένων, δεῖ καὶ τὴν θεραπείαν ἐκ τῶν ἴσων ἐξευρῆσθαι, τὴν μὲν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν, τὴν δὲ ἐφ' ἡμῶν.

Ἔστω τοίνυν ἄδεια τῷ πατρὶ ἐπὶ τῶν εἰρημένων θεμάτων τὴν μητέρα ἐπὶ τοῦ προτέρου σχήματος καταλιμπάνοντι, δέησιν ἐπιδοῦναι τῇ βασιλείᾳ, τοῦτο λέγουσαν, ὡς βούλεται τοὺς νόθους αὐτοῦ παῖδας ἀποκαταστῆναι τῇ φύσει, καὶ τῇ ἄνωθεν εὐγενείᾳ τε καὶ γνησιότητι, ὥστε ὑπεξουσίους αὐτῷ καταστῆναι, μηδὲν τῶν νομίμων παίδων διαλλάττοντας, καὶ τούτου γινομένου τὸ ἐντεῦθεν τοὺς παῖδας ἀπολαύειν τῆς τοιαύτης βοηθείας. εἰ γὰρ δὴ τούτῳ τῷ τρόπῳ πάσας τὰς τοιαύτας τῆς φύσεως ἐλαβάσεις τε καὶ ἐκποιήσεις ἐπὶ τῶν νομίμους ἐχόντων παῖδας θεραπεύομεν, οὕτω συντόμῳ συμμαχίᾳ ταύτην ὁδὸν ἐπανορθούμενοι φύσεως.

Εἰ μέντοι γε ὁ μόνων φυσικῶν παίδων πατὴρ διά τινας τύχας ζῶν οὐκ ἰσχύσειε τοῦτο πρᾶξαι, τελευτῶν δὲ ἐπί τινι τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων θεμάτων γράψειε διαθήκην, βουλόμενος αὐτοῦ γνησίους εἶναι τοὺς παῖδας διαδόχους: καὶ δίδομεν τοῦτο αὐτοῖς παρρησίαν, δεομένων μέντοι καὶ οὕτω τῶν παίδων μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν, καὶ τοῦτο διδασκόντων καὶ δεικνυόντων τὰς τοῦ πατρὸς διαθήκας, καὶ κληρονομούντων κατὰ τὸν νόμον, καὶ τοῦτο δῶρον ἐχέτωσαν πατρός τε καὶ βασιλείας. ταυτὸν γάρ ἐστιν εἰπεῖν φύσεώς τε καὶ νόμου.

Καθ' ὅλου δὲ ἐφ' ἁπάντων τῶν διὰ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων τρόπων ἀγομένων εἰς γνησιότητα, τό τε ταῦτα κρατεῖν βουλόμεθα ἡνίκα καὶ οἱ παῖδες τούτοις στέργοιεν. εἰ γὰρ λύειν τὰς ὑπεξουσιότητας ἀκόντων τῶν παίδων οὐκ ἐφειμένον ἐστὶ τοῖς πατράσι, πολλῷ μᾶλλον τὸ εἰς ὑπεξουσιότητα φέρειν ἄκοντα τὸν παῖδα, καὶ μὴ βουλόμενον, εἴτε διὰ τῶν εἰς βουλὴν ἐπιδόσεως, εἴτε διὰ τῶν τῶν προικῴων συμβολαίων ποιήσεως, εἴτε δι' ἑτέρας οἵας δήποτε μηχανῆς, ὅπως καὶ τύχῃ δεδοσιότα πατρῴαν, οὐ δίκαιον, οὐδὲ βασιλείας τε καὶ νομοθεσίας τίθεμεν ἴδιον.

Εἰ δὲ πλειόνων ὄντων τῶν παίδων, οἱ μὲν ἕλοιντο, οἱ δὲ παραιτήσαιντο: τοὺς ἑλομένους γενέσθαι γνησίους, τῶν ἄλλων ἐν τῇ νοθείᾳ μενόντων. καὶ ταῦτά φαμεν οὐδὲ ἵνα τῶν ἔμπροσθεν ἀναιρῶμέν τινας τρόπων, ἀλλὰ καὶ τοῦτον προστιθέντες τοῖς ἄλλοις, ἐφ' ὧν ἐκείνους λαβεῖν οὐκ ἔστιν. ὅλως γὰρ γνησίων ὑπόντων, εἶτα νόθων ἐπιγενομένων, ἢ προγενομένων, οὐκ ἂν γνησιότης αὐτοῖς προστεθείη, πλὴν εἰ μὴ πάντως ἢ διὰ τῆς βουλῆς, ἢ διὰ τῶν ἡμετέρων διατάξεων, αἳ διὰ τῶν προικῴων συμβολαίων εἰσαγάγοιντο τρόπον.

Verſio Haloandri.

Sed & illud lege comprehenſum fuit, vt ſi quis progeniem ſuam legitimam velit reddere, neque ſuppeditet vxor talium filiorum mater: aut cum incredibili amore filios complectatur, mulieris tamen mores vitio non careant, neq; dignam ipſam ducat aliquo legitimo nomine: & propterea defuncta vxore, aut indigna reputata, qui cùm matrimonio colleretur: aut etiam malitioſè à filijs cir-

cumuento negotio, & de induſtria muliere abſcondita, noua fortè opulentia vel per filios, vel aliunde illi obueniente, ne legitimorum iure ab ipſis agnito, præmorienteq́; matre, pater vſumfructum vt in filijsfamiliarū haberet. Si quis igitur non legitimos, ſed ſpurios tantùm habeat, velitq́; eos legitimos facere, vxorem autem vel omninò nō habeat: aut habeat quidem, non tamen vitio carentē aut prodeuntem in conſpectum, aut alioqui conficiendorum dotalium inſtrumētorum copiam nō habeat (quid enim, ſi alter eorum ad ſacerdotium acceſſerit?) ſancimus, damusque ei licentiam (id quod antea fecimus) vt ſpurios filios per huiuſmodi aliquam viam ad ius legitimorum producat, non ſubſiſtentibus videlicet (vt diximus) legitimis. Quemadmodum enim certi modi ſunt, qui ſeruos ad libertatem ſimul & ingenuitatem reducunt reſtituuntque natalibus: ita & ſi patri legitima proles non ſuppetat, velitque naturæ eos & primææ ingenuitati reſtituere (modò ex libera procreati ſint) legitimosq́; & in ſua de cætero poteſtate habere: facito id per noſtrum reſcriptum. Neque enim initiò, cùm ſola natura mores & viuendi leges dictaret hominibus, antequā ſcriptæ leges ſubijſſent, differentia aliqua inter ſpurium fuit, & genuinum ſiue legitimum: ſed primis parentibus primi liberi (vt ſub initiū præſentis legis diximus) ſimul atque in lucem prodierunt, legitimi facti ſunt. Et quemadmodum in liberis hominibus ex equo natura omnes liberos fecit, bella autem inuenerunt ſeruitutem: ita & hic natura quidē genuinas produxit progenies, diuerſio verò ad concupiſcētiam ſpurium quaſi quoddam fermentum admiſcuit. Vnde ſimilibus paſſionibus exortis, æquum fuit, partim per maiores noſtros, partim per nos, ex æqualibus & remedium inueniri.

Eſto igitur patri, qui matrem in priore forma relinquat, in prædictis caſibus licētia, maieſtati Imperat. offerre preces, quæ declarent velle ſe ſpurios filios ſuos reſtituere naturæ & primææ ingenuitati, iurique legitimorum, vt ſuæ poteſtati ſubditi ſint, in nullo à legitimis differentes liberis: eoque facto, filios exinde tali perfrui auxilio. Vna enim hac ratione omnes huiuſmodi exceſſus adinuenitionesque naturæ in his qui legitimos non habent filios curabimus, tam paucis auxiliaribus copijs tantum naturæ impetum coercentes. Sanè ſi naturalium tantummodò filiorum pater per aliquos caſus fortuitos id facere nequeat, moriens autem de aliqua prædictarum ſpecierum teſtamentum ſcripſerit, volens legitimos ſibi filios ſuos heredes eſſe, damus ei hujus quoq; licentiam: ſi tamē poſt patris mortem, filij etiam ſic preces fundant, & hoc doceant, patrisq́; teſtamentum oſtendant, & ex lege hæreditatem adeant: habento & hoc donum paterno imperialique beneficio, aut (quod idem eſt dicere) naturæ & legis.

In vniuerſum autem in his qui per prædictos modos ad legitimorum ius producuntur, nunc demùm iſta obtinere volumus, cùm etiam filij hæc amplexentur. Nam ſi patriæ poteſtatis iura inuitis filijs diſſoluere patribus permiſſum nō eſt, multò magis inuitum & nolentem filium in ius patriæ poteſtatis redigere, ſiue per oblationem ad curiam, ſiue per dotalium inſtrumentorum confectionē, ſiue quocunque alio commento, fortè paternam etiam reueritum fortunam, iuſtum nō eſt, & maieſtati imperatoriæ ac legiſlationi proprium non facimus. Si verò multis exiſtētibus filijs, alij amplectantur, alij recuſent: eos tantùm qui id amplectuntur, legitimos fieri, cæteris ſpurijs manentibus. Atque hæc dicimus, non vt vllum ex prioribus modis tollamus: ſed vt hunc quoque cæteris, in quibus illos capere non licet, apponamus. Omninò etenim ſubſiſtentibus legitimis, deinde ſpurijs vel poſt vel etiam ante legitimos natis, niſi prorſus per curiam, aut noſtras conſtitutiones, quæ dotalium inſtrumentorum rationem introduxerunt, ius legitimorum nō adijciatur. Hactenùs Iuſtinianus. Nūc ad methodicam tractandi rationem hac in cauſa accedam.

Qui poſsint legitimari oblatione principi facta.

Iuſtinianus ait νόθοι. legitimari poſſe, d.§. ἔσω τοίνυν ἀδιαίτως παρ᾽ ἡμῖν περὶ τῶν νόθων. quam appellationem Haloander vertit in ſpurios: vetus interpretatio ad naturales referr. Quæſtionis iam eſſe poteſt, vocabulum νόθοι quos denotet liberos.

CAPVT XXXII.

Quia νόθοι legitimari poſſunt Principis indulgentia, videndum eſt, qui propriè dicantur νόθοι, reiecta veterum opinione, nec non Alciati & Haloandri interpretatione, ſubijciuntur aliquot quæſtiones.

SVMMARIA.

1 *Nothi qui in Conſtitutione Iuſtinianea dicantur. num. 2. 3. & 6.*

4 *Natalium reſtitutioni quando locus.*

7 *Legitimari an poſſint per reſcriptum nati ex coitu legibus damnato.*

8 *Reſcriptum legitimationis ſine clauſula non obſtante &c. an valeat.*

9 *Clauſula derogatoria generalis in ſpeciali lege prohibitis, non valet, in generalibus ſecus. & nu. 13.*

11 *Illegitimitatis ſpecies an in reſcriptu declaranda.*

Hac

1 HAC in re valdè variatum eſt ſententijs. Iſidorus lib. 11. Etymolog. νόθους vocat, q ex matre ignobili, patre verò illuſtri, hāc mortalem vitam nacti ſunt. Hoſtienſ. in Summa de conſang. hanc ſignificationem ad eos qui ex inceſtu prodierunt, refert. Ioannes Andr. exiſtimat ijs conuenire, qui ex adulterio concepti ſunt. Alciatus eos putat νόθους dici, qui ex ancillis & meretricibus quæ propè ad concubinarum ſimilitudinem accedunt, ſuſcipiuntur. lib. parerg. 4. cap. 5. Ripa illos intelligit, qui ſunt vulgò expoſiti, nullamq́ue parentum notitiam habent: quaſi minimè noti, per quandam ἀντίφρασιν. Nonnulli, omnes ex quolibet damnato coitu, quaſi ex nota & infamia ortos. Quid nunc in tanta diuerſitate dicemus? Vnum certum eſt, νόθους à nota vel noticia minimè dici: cùm omnibus Græcum ſermonem intelligentibus notum & apertum ſit, νόθον dictionem eſſe Græcam, quam Quintilianus Latinum nomen nondum inueniſſe ait lib. 3. cap. 8. neque in Iureconſultorum quoq; libris vſurpata reperitur. Primus Iuſtinia. neglecto latino ſermone, cùm cōſtitutiones quæ νεαραὶ dicuntur, Græco ſermone conſcripſiſſet, vſus eſt hoc vocabulo, περὶ τῶν νόθων. Quo verò ſenſu, vt modò dixi, dubitatum & variatum eſt opinionibus.

2 In † hac tamen diuerſitate nec vetuſtioribus, nec Alciato adhæreo. Exiſtimo itaque, Nothos propriè dici eos, quos naturales vocamus. quam quidem ſignificationem veram eſſe facilè ex ἐπιγραφῇ τῆς νεαρᾶς περὶ τῶν νόθων deprehenditur. Nam in tota ea conſtitutione nihil aliud agit, niſi vt naturalibus vel nothis ſubueniat, ac ius legitimorū liberorum ipſis benignitate Imperatoria indulgeat, vel per ſubſequens matrimonium, ſeu per oblationem principi vel curiæ. Nec non interdum quaſi declaratiuè in vna & eadem periodo, νόθους vocat καὶ δὲ φυσικούς, naturales, quòd à ſola natura geniti ſint, à iure nec recepti, nec reiecti, c. final. 32. quæſtione 4. l. 3. ff. de concubinis. Ac in vltim. §. expreſſe τῶν νόθων ſignificatione φυσικοὺς intelligit. nam ait: Τελευταῖον δὲ ἡμᾶς τὸ νόμιμον μέρος ἐκδέχεται. ὥστε καὶ αὐτὸ τὴν προσήκουσαν τάξιν λαβεῖν, καὶ δῆλον καταστῆναι, τίνες οὐδὲ αὐτοῦ τοῦ τῶν νόθων ἄξιοι καθεστᾶσιν ὀνόματος. πρότερον μὲν γὰρ, πᾶς ὁ ἐκ συμπλοκῶν (ἃς οὐ γὰρ καλέσομεν γάμους) ἢ νεφαρίων, ἢ ἰγκέστων, ἢ καταδεδικασμένων προελθὼν, οὗτος οὐδὲ φυσικὸς ὀνομασθήσεται, οὐδὲ ἀνατραφήσεται παρὰ τῶν γονέων, οὐδὲ ἕξει τινὰ πρὸς τὸν παρόντα νόμον μετουσίαν.

Taceo, quòd Iuſtinianus modò relatis verbis, ſpurijs naturaliū nomen præſcindat: neq; à parentibus educari, nec aliquam ex ea conſtitutione communionem habere ſanciat. Iu
3 lius † Pollux quoq;, nothi ſignificatione intelligit eum, qui ortus eſt ἐκ ξένης ἢ παλλακίδος, hoc eſt peregrina ſiue concubina. Et Heſich. interpretatur νοθογένητα, liberos μὴ γνησίους, ſed ex ſcorto, aut amica, aut ſerua, aut concubina ſuſceptos. Præterea † locus ſit huic reſtitutioni 4
natalium tum, quando vel defuncta eſt vxor: aut indigna reputata eſt, qua cum matrimonium coleretur, aut etiam malitioſè à filijs circumuento negotio, & de induſtria abſcondatur: aut alioquin conficiendorum inſtrumentorum copiam nō habeat. Quæ quidem omnia non ad alium coitum, quàm concubinarium, referri poſſunt: cùm dotalium inſtrumentorum confectiò, necnon matrimoniū, primam legitimationem conficiant. Ob defectum igitur vxoris, quæ vel ipſa natura prohibente in matrimonium adſciſci nequit, veluti quia vita functa eſt: vel ob accidens, veluti quia mores eius vitio non carent, aut copia eius deſtituitur, altera hæc legitimatio principis indulgentia introducta eſt. Vnde apparet, Haloandrum, itemq́ue Alciatum, τὴν νόθων ſignificationem contra mentem Iuſtiniani, ad ſpurios transferre. Hos enim quàm maximè exoſos habet, omniq́ue legum beneficio indignos iudicat: illos magna benignitate proſequitur, ac ius legitimorum liberorum tribus hiſce modis indulget ac impartitur. Addo, di
ctionem † νόθον, à priſcis inde Græcorum tē 5
poribus ad Iuſtinianum vſque, nec ignominioſam nec probroſam fuiſſe, ac ſemper naturales filios denotaſſe, qui ſcilicet ex παλλακῆς, quam & amor, & formæ deſiderium conciliarat, naſcebantur. παλλακὴ enim iuuencula dicebatur, quam ſibi loco coniugis adſciſcere olim permittebatur. Sic apud Homerum ſolus Menelaus gloriatur ſe παλλακὰς non habuiſſe, quoniam Helenæ nulla par eſſe poterat forma. Hi igitur ex παλλακῶν nati pro veris ferè filijs habebātur, neque dedecori illis dabatur. Agamemnon alloquitur Teucrum blandiēs & laudans, atq; nothum Telamonis vocat.

Sic Priamus ſibi ex Hecuba, iuſta vxore, Hectorem filium vnicum fuiſſe ait. At Achillem ac alios, οὓς ἔτικτον δὲ γυναῖκες ἐν μεγάροισιν: atque adeò ſibi ex vna pallace nouendecim fuiſſe iactat, Iliad. ω.

πεντήκοντά μοι ἦσαν ὅτ' ἤλυθον υἷες Ἀχαιῶν,
ἐννέα καὶ δέκα μέν μοι ἰῆς ἐκ νηδύος ἦσαν.
τοὺς δ' ἄλλους μοι ἔτικτον ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκες.
τῶν μὲν πολλῶν θοῦρος Ἄρης ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν,
ὃς δέ μοι οἶος ἔην, εἴρυτο δὲ ἄστυ καὶ αὐτούς,
τὸν σὺ πρῴην κτεῖνας ἀμυνόμενον περὶ πάτρης
Ἕκτορα, &c.

Et † quia certus eſt concubitus, hoc eſt, 6
quia certo patre, licet citra matrimonium ex concubinatu naſcuntur: ideo νόθοι quaſi γνόθοι
dicti ſunt, etſi Euſtathius inconditè & ridiculè à priuatiua particula νη & θῶος, hoc eſt, νόμι- 7
μος dici putat, quòd non legitimo ſint nati thoro. Conſtat itaque expreſsè, νόθους eſſe eos, qui domi citra legitimum thorum ſuſcipiuntur,

piuntur, ὡς ἐκ τοιούτων γαμικῶν τῶν μειγάζοντων: & ſpuriorum appellationem minimè ad eos pertiuere, niſi generali quadam ſignificatione, & κατ᾽ ἐξοχὴν eos ita vocare malis: præſertim cùm verè Latinum vocabulum, quo nothi ſignificātur, nondum iuuentum ſit.

An nati ex coitu legibus improbato, legitimari poſsint.

7 Accurſius † exiſtimat, poſſe, in §. vlt. Auth. quibus modis naturales efficiantur ſui. & in l. 1. C. de naturalibus liberis. & in Auth. ex complexu. C. de inceſtis nup. argum. l. ſi quis. ff. de legat. 3. l. quæris. ff. de natal. reſtit. l. digna. C. de legib. & conſuet. addita tamen clauſula, Non obſtante tali lege.

An in hac legitimatione ſpuriorum, omiſsio huius clauſulę in reſcripto impetrato, non obſtante tali lege, irritam reddat efficiatq́; legitimationem.

8 Quidam adſerunt, clauſulam hanc neceſſariam non eſſe: quia reſcripta impetrata ſuper ea re, quæ contra iuris & honeſtatis diſpoſitionem eſt, valent, dummodò ex certa proſmanauerint principis ſcientia. Ibidem Vlpia. 14. §. vlt. ff. de excuſat. tuto. l. quidam conſulebant. 57. ff. de re iudic. c. nonnulli. extr. de reſcriptis. Accurſ. in l. fin. C. ſi contra ius vel vtilit. public. & in d. §. vlt. Authen. quib. mod. naturales efficiantur ſui. Ioan. Andr. in c. 1. extr. de cōnſtitur.

Quidam omninò contrariam tuentur, & probant ſententiam: Sardus verò diſtinctione quæſtionē hanc dirimit ac conciliat. Quandoq; impetratio reſcripti iure communi eſt vetita: & tum omninò hāc ipſam clauſulam adhibere oportet. l. 1. C. ſi nuptiæ ex reſcripto petantur. Aut non eſt prohibita, licèt iuri hęc impetratio aduerſetur, quemadmodum noſtro fit caſu: & iterum diſpeſcit, aliquem nę lędat. His caſibus citra clauſulam valebit, modò principi conſter cauſa. Tertiò verò, citra eam reſcriptum nullas vires, nullumq́; robur habebit, præſertim ſi legitimatio hæc damnū inferat aliquibus: veluti ſi liberi iuſti, ad quos hæreditas paterná iam deuoluta eſt, extent. l. nec damnoſa. l. reſcripta. C. de precib. Imperatori offerend.

An ſufficiat generalem inſeri clauſulā, non obſtante lege aliqua: an oporteat facere mentionem τῆς παραγραφῆς τῶν νόμων circa finem.

9 Breuibus reſpondendum eſt: In † ſpuriorum legitimatione ſpecialem clauſulam, qua Iuſtiniani conſtitutioni derogetur, inſerendā eſſe, cū Iuſtinianus ſpecialiter & expreſſe ſpurios legum beneficio ac legitimatione indignos iudicet. πρότερον μὲν γὰρ πᾶς, inquit, ὁ ἐκ συμπλοκῆς (οὐ γὰρ καλέσομεν γάμον) ἐνεφαρίου, ἢ ἐγκέστου, ἢ δὲ τῶν κωλυομένων προϊὼν, οὗτος οὐδὲ φυσικὸς ὀνομασθήσεται, οὐδὲ ἐπιτροφήσεται παρὰ τῶν γονέων, οὐδὲ ἕξει τινὰ τὸν παρόντα νόμον μετουσίαν.

In generali † verò prohibitione, generalis 10
clauſula ſufficit, non obſtanre lege aliqua: vt ſic generi per genus, ſpeciei per ſpeciem derogetur. arg. l. legatorum. 34 §. qui plures. ff. de legat. 2. Vnde conſequitur: legitimationem naturalium eo caſu, quo mater vxor eſſe poſſit, quia ſpecialiter prohibita non eſt, generali clauſula abſolui, & rectè perfici.

An illegitimitas ſpecificè declaranda ſit: hoc eſt, an expreſsè quali coitu ſuſcepti ſint, in libello declarari debeat: an verò ſufficiat, preces conceptas eſſe generaliter de illegitimitate.

Non ſine cauſa quæſitum hoc fuit. Neque
† enim moribus, neque rationi, neque æquita 11
ti videbatur conuenire, vt quis proprium ſuū dedecus, propriamq́ue ignominiam detegat: quod & Baldo occaſionem præbuit, ita quandoque vt ſentiret, in l. ſi qua illuſtris. C. ad S.C. Orphit. Verior tamen & iuſtior eſt ſententia eorū qui arbitrantur, quo coitu ſuſcepti ſint, vulgatone, an adulterino, an inceſtu, an nefario, precibus inferendum eſſe: ne obreptione precum, legitimationem adſequuti dicantur: & ne hac inquiſitione neglecta, illi quos leges omninò exoſos habent, & beneficio indignos iudicant ſuo, indulgentia principis iuuentur. Anton. de Butr. in c. per venerabilem. col. 15. extr. qui filij ſint legitimi. Felin. in c. poſtulaſti. col. 4. extr. de reſcriptis. Philip. Franc. in c. 1. extr. de filijs preſbyr. Dec. conſ. 338. & cōſi. 579. Corn. conſ. 245. lib. 1. Iaſon conſ. 11. & 68 lib. 3. & conſ. 90. lib. 4.

CAPVT XXXIII.

Quæ requirantur ad hanc legitimationem.

SVMMARIA.

1 *Conſenſus liberorum in legitimatione per reſcriptum neceſſarius.*
2 *Infans legitimari poteſt, modò ratam habeat maior factum.*
3 *Furioſus licet conſentire nequeat, legitimari poterit.*
4 *Abſens vel ignorans legitimari poteſt.*
5 *Legitimatio & emancipatio quaſi à pari procedunt.*
6 *Furioſo patre natus filius, an legitimari poßit.*
7 *Nepos naturalis ex filio prædefuncto naturali, ab auo legitimari poteſt.*
8 *Legitimatio adoptioni adæquatur.*
9 *Nepos naturalis ex iuſto filio, an ab auo, filio inuito, legitimetur.*
10 *Legitimationis petitæ, cauſa libello inſerenda, & quæ.*
11 *Procurator, an pro alio legitimationem impetrare poſſit.*
12 *Legitimationis impetratio fit per ſupplicationem.*

13 Legi-

13 *Legitimatio per alium quam per patrem proponi & offerri poteſt.*
14 *Reſcriptum per procuratorem ſpecialem à principe impetratur.*
15 *Intellectus & ratio decidendi, l. omnes. 2. C. de his qui veniam, &c.*
16 *Filij præſentia in legitimatione non neceſſaria.*
17 *Liberi iuſti ſi ſint, legitimatio impetrari non poteſt.*
18 *Cauſa in impetratione legitimationis, debet exprimi.*
19 *Delicti remiſſionem à principe impetrans, delicti cauſam exprimere debet.*
20 *Cauſa expreſſio ſpecifica pro impetranda legitimatione neceſſaria.*
21 *Legitimatio an ſine cauſæ inſertione fieri poſſet, & nume. 23.*
22 *Legitimandi poteſtatē à principe habēs, quatenus legitimet ſine cauſæ inſertione.*
24 *Citatio cognatorum in legitimatione an neceſſaria*
25 *Ius quæſitum in ſpe, non eſt conſiderabile.*
26 *Patris ſolius voluntas ſine conſenſu agnatorum in legitimatione obtinenda ſufficit.*

Primum requiſitum.

1 IN hac legitimatione,† conſenſus liberorũ
requiritur præcipuè. Generaliter autem,
inquit Iuſtinianus, in omnibus qui per prædi-
ctum modum deducuntur ad legitimum ius,
tunc hoc volumus obtinere, dum & filij hoc
ratum habuerint. Nam ſi ſoluere ius patriæ
poteſtatis inuitis filijs non permiſſum eſt pa-
tribus: multo magis, ſub poteſtatem redigere
inuitum filium & nolentem, ſiue per oblatio
nem ad curiam, ſiue per inſtrumentorum ce-
lebrationem, ſiue per quamlibet aliã machi-
nationem. Nam ſicut inuitus non emancipa-
tur, ita nec inuitus in poteſtatẽ redigitur. Hinc
oriuntur quæſtiones variæ.

I. QVAESTIO.

An infans, an furioſus, an abſens, & an is qui matrem celat & occultat, oblato per principem libello ſupplice legitimentur.

2 Ac initiò † elici poterat, nõ reddi hoc mo-
do legitimos. Cùm enim conſenſus in ijs acti
bus, quibus quis patriæ poteſtati ſubijcitur, re-
quiratur: is ſanè hic deeſſe videtur. Aequius ta
men eſt, infantem rectè hoc caſu legitimari,
licet enim conſenſum non habeat, l. 1. §. im-
puberes. C. de falſa moneta, cum ſimilibus. ni
hilominus tamen ritè rectéq; legitimabitur,
idque emancipationis exemplo. Nam ſicut
inuitus & reluctans filius non emancipatur,
ſic nec inuitus in poteſtatem alterius redigi
debet. d. § generaliter. Auth. quib. mod. natur.
effic. ſui. In infante autem emancipando con
ſenſus eius non requiritur. l. iubemus. C. de e-
mancip. liber. Ita neque noſtro caſu adhibere
eum oportet, hoc ſolummodò deſideratur,
vt maior factus, ratam hanc legitimationem
firmamq; habeat. d. §. generaliter. in initio. In
† furioſum verò Angelus Peruſinus putauit 3
legitimorum liberorum ius conferri nõ poſ-
ſe, quia omni prorſus conſenſu deſtituatur:
neque ſpes ſit, rectum eum recuperaturum eſ
ſe vnquam iudicium. Verùm benignius iudi-
catum eſt à pleriſque contra Angelum. Bene-
ficium enim legitimationis à principe cõceſ-
ſum & indultum eſt in fauorem liberorum.
l. nuper, in fin. C. de natural. lib. ergo ſine con
ſenſu ipſorum rectè perficitur.
De abſentibus vel ignorantibus receptior
eſt ſententia,† legitimari eos poſſe. d. §. gene- 4
raliter, in princ. Nam Iuſtinianus requirit tã-
tum ratihabitionem, quæ adhiberi deinde, &
præſtari quocunque tempore poteſt, l. iube-
mus. C. de emancipat. liberorum. Poſtremò,
& hi qui matrem occultarunt, hoc conatu pa
trem fraudare ſua voluntate, & ius liberorũ
abijcere nequeunt. Committunt enim in pa-
trem iniuriam atrocem, dum eum à matri-
monio auellunt & impediunt. §. hi igitur li-
centia. Authen. quibus modis natural. effic. le-
gitimi. Generalis † itaque in hac legitimatio- 5
ne regula eſt, quòd legitimatio hæc, & in pa-
triam poteſtatem redactio ea forma fiat, qua
filij patriæ poteſtati eximuntur, d. §. generali-
ter. Clari autem iuris eſt, patrem certis quibuſ
dam de cauſis filium aliquando inuitum à pa
tria poteſtate liberare poſſe. Bartol. in l. quidã
cum filium. 132. ff. de verborum oblig. Iiſdem
igitur caſibus poterit filium inuitum & relu-
ctantem legitimare.

II. QVAESTIO.

De patre ſimiliter quæri poteſt, † ſi & is fu- 6
rioſus ſit, an filius nihilominus rectè legitime-
tur? Dubium non eſt, filium ſupplicationem
hac de re principi offerre poſſe: ac impetratã
legitimationem ratam & firmã manere, exẽ-
plo oblationis curiæ § ſi quis igitur fuerit. Au
then. quibus mod. naturales efficiantur legiti
mi. Idq; maximè verum eſt in iure legitimo-
rum conſequendo: non autem vt ſuus redda-
tur patri filius §. ſi verò ſolummodò. Authen.
quib. mod. naturales effi. leg. & §. ſi verò is qui.
Auth. quib. mod. natur. effic. ſui.

III. QVAESTIO.

Quid † ſi naturalis vita decedens, & ipſe li- 7
beros naturales relinquat: rectène auus legiti-
mationem petet? Variatum eſt opinionibus.
Vetus enim Interpres Guilielmus de Cuneo,
exiſtimat non poſſe, cùm oporteat per medi-
um peruenire ad extremum. Butrigarius pu-
tat, Cunei opinionem in legitimatione reſti-
tutiua procedere, in collatiua verò non. Ro-
ſelli opinio veritati cõſentanea maximè eſt:
exiſtimat is legitimationem, nulla adhibita
diſtinctione fieri poſſe: exemplo † adoptionis 8
cui legitimatio ſimilis eſt, vt Accurſ. ait in l. 1.

ff. ad

ff.ad municipalem. Nam adoptatur nepos, filio iam è viuis egreſſo. l. adoptare. 37. ff de adoptionibus. Ita etiam legitimabitur. idq; Bartolus etiam ſenſit in l. Gallus. 29. §. nunc. ff. de liberis & poſthumis hæredibus inſtituendis. Cunei verò opinio falſo fundamento nititur, cùm quilibet aſcendentium deſcendentes curiæ rectè offerat, §. ſi quis igitur. Authen. quibus mod. natur. effic. ſui. Pari igitur ratione, oblato Principi libello ſupplice, legitimationem valituram impetrabit.

IV. QVAESTIO.

9 Inde naſcitur quæſtio: Quid † ſi filius iuſtus filium habeat naturalem, poteritne ab auo hic naturalis, etiam ſine filij conſenſu legitimari. Diſtinctione dirimitur quæſtio hæc. Aut vult eum legitimare, vt filium filij viuentis: hoc eſt, vt filio ſuo filius ſit legitimus, & ſic nepos legitimus efficiatur. & non poteſt contradicente filio id facere. §. ſed & ſi quis nepotis loco. Inſtit. de adopt. § generaliter. Auth. quibus mod. naturales efficiantur ſui. Aut ſolùm vult ſibi nepotem legitimare, & non vt ſit filius filio legitimus, poterit, renitente quantumuis filio. d. §. ſed & ſi quis.

Secundum requiſitum.

10 Clari apertique iuris eſt, † patrem principi hac de re ſupplicem libellum offerre debere, ac ſimul petitionis ſuæ cauſam inſerere: neq; vxorē vel vita functam, vel mores eius vitio non carere, ac indignam à ſe reputari, qui cũ matrimonium colat: aut etiam malitioſè circumuento negotio, & de induſtria abſcondi mulierem, noua fortè opulentia vel per filios vel aliundè ipſi obueniente, ne legitimorum iure ab ipſis agnito, præmorienteq; marre pater vſumfructũ vt in filijs familiarũ haberet. §. καλῶς οὖν μὲν τοι παρᾶ. πῶς αὐτῶν.

QVAESTIO.

An per procuratorem legitimatio rectè impetretur.

11 Vetus Interpres † Butrigarius exiſtimauit non rectè impetrari, in l. poſt mortem. §. neq; etiam. & in l. neque abſens. ff. de adoptionib. quòd nec abſens nec diſſentiens arrogetur. Cui adoptioni legitimatio confertur, & exæquatur. Accurſi. in l. 1. ff. ad municipalem. Verùm receptius & benignius eſt, tam ex parte patris, quàm filij, procuratorem interuenire poſſe Bart. in l. Gallus. 29 §. forſitan. ff. de libe. & poſthum hæred. inſtit. quem, referente Iaſone, omnes ibi ſequuntur. Bald. Salicet. in l. poſt mortem. 25. § fin. ff. de adoptionib. Bald. Cynus, in l. excuſare. 28. ff. de excuſationibus tutorum. Baldus in l. nec mulierem. 3. C. de vindicta libertate. & in l. fin. C. de adop. refert plurimorum authoritates. Iaſon in d § forſitan. vbi eam communi opinione receptam, comprobatamque adſerit. Confirmatur autem hæc opinio plurimis rationibus. Impetratio † legitimationis per ſupplicationem 12 fit. d. § ſi verò ſolummodò. Auth. quibus modis naturales efficiantur legit. §. ſi verò is qui. Auth. quibus modis naturales efficiantur ſui. In ſupplicatione autem, vel precibus quę principi offeruntur, non quæritur per quos preces offerantur. l. vniuerſis 6. C. de precibus Imperatori offerendis Igitur nec hic.

Deinde † iam de iure ciuili, quàm Pontificio præſcripto, legitimatio etiam per alium, 13 quàm per patrem proponi & offerti poteſt §. ſi quis igitur ex qualibet. ibi, vel alius offerat. in Auth. quibus modis naturales efficiantur ſui. c. per venerabilem & ibi Archidiacon. extrà, qui filij ſint legit. Magis igitur per procuratorem negotium hoc abſoluetur & conficietur. Preterea communis eſt regula: Per procuratorem † qui ſpeciale ad aliquod negotiũ 14 expediendum habet mandatum, rectè à principe reſcriptum, & ſi id ad lites gratioſum ſit à quocunque peti ac impetrari, c. nonnulli. 17. c. ex parte. 28. extr. de reſcript. Poſtremò ſatis eſt, ſi filius voluntatem patris oſtendat: nec requiritur, quòd pater ſit præſens. Auth. ſi quis. C. de naturalib. liberis. Non dubiè igitur per procuratorem legitimatio impetrata valebit. Facilè verò ea, quæ pro contraria opinione adferuntur, reuelli ac euerti poſſunt. Primò itaque negotium non facit Vlpiani reſponſum in l. poſt mortem. 25. §. fin. ff. de adoptionibus Quia longè diuerſa diſcrepansq; ratio eſt. Adoptione efficitur filius, qui non eſt: in legitimatione is qui filius eſt, ex illegitimo legitimus redditur. quod lex facilius concedit. Gloſſ. in l. talis ſcriptura. 30. §. final. ff. de legat. libr. 1.

Neque † obſtat Conſtantini Imperatoris 15 reſcriptum, in l. omnes. 2. C. de his qui veniã ætatis impetrarunt: vbi adoleſcentes qui honeſtate morum præditi, paternam frugem vel auorum patrimonia gubernare cupiunt, & ſuper hoc imperiali auxilio indigere cœperunt, ita demum ætatis veniam impetrare audent, cum viceſimi anni metas impleuerunt: ita vt poſt impetratam ætatis veniam, ijdem ipſi per ſe principale beneficium allegantes, per ſcripturam annorum numerum probare cogantur.

Quia reſponderi poteſt, Aliquando requiritur præſentia perſonæ ad cognitionem cauſæ, quæ ſine ea fieri nequit: veluti hoc caſu, quando minor vult impetrare veniam ętatis, requiritur vt minor ſit præſens, quò ex aſpectu, ex ſermonibus, an ſit idoneus ad adminiſtrandum patrimoniũ cognoſcatur: quod in abſentia fieri non poteſt. Multa enim ex facie morumq;

morumq; compoſitione & ſermonibus iudi-
cantur.
Sicut etiam præſentia deſideratur in crimi
nibus,quæ corporis pœnam infligunt,ac inge
runt.Nam hoc ſimiliter caſu procurator non
admittitur.l.penult.13.§.ad crimen.ff.de publ.
Iudic.l.ſeruum quoque.33.§ publicè vtile eſt,
16 ff.de procuratoribus. in † legitimatione verò
pręſentia non requiritur:quia ſolius patris eſt
petitio, & ſupplicatio, vt ij liberi quos ſuſce-
pit,legitimentur:principis verò conceſſio. Pa
tris eſt liberos tanquam ſuos agnoſcere,& ſu-
um de ijs ferre iudicium.
In principis autem facultate eſt, paternum
hoc iudicium de liberis confirmare & appro-
bare.Ideoque cum in voluntate patris,dantis
libellum,plurimum ſitum ſit:ſufficit eam ſo-
lummodò voluntatem patefacere,quocunq;
id fiat modo,quacunque ratione.

Tertium requiſitum.

17 Secundò, † in precibus principi offerendis
neceſſariò requiritur, nullos legitimos libe-
ros patrem naturalē habere d.§.ſi quis ergo li
beros.§.iſω τci.ωρaſ αα αα,ε̃ τiγi τω̃ νο̃ϑωρ.ſi enim
non exprimatur,non valet.Ioan.Andr.in tit.
de ſucceſſ.ab inteſt § 1.

Quartum requiſitum.

18 Oportet quoque † cauſam legitimationis
addi & inſeri:de quibus in d.§.τα-θ.ο μλω τ.. &
& in d.§.Iς ν τοινω.Idq; ex quorundam ſenten-
tia.l.vniuerſa.7. C.de diuerſis reſcriptis,& ſi-
mile extat reſcriptum Alexandri tertij ponti-
ficis ad Eboracēſem archiepiſcopum, de pre-
ſbytero detinente fornicariam, & ob id ab of
ficio ſuſpenſo, & impetrante abſolutionem,
reſcribit:Si literas à nobis obtinuerit, quæ fa-
cti ſeriem non contineant,nolumus illas ſibi
prodeſſe. Idemque reſcripſit Innocentius ter-
tius Epiſcopo Immolenſi,c.dilectus filius.26.
extr.de reſcriptis.
19 Quare neceſſe eſt, † vt Is qui à principe re-
miſſionem delicti impetrat, cauſam delicti li
bello dato inſerat. veriſimile enim non eſt,
principem,qui iuſtitię adminiſtrator eſt,con-
ceſſurum fuiſſe delicto fortè grauiori indul-
gentiam.Bald.in l.præſcriptione.2.C.ſi con-
20 tra ius vel vtilitatem publ. Ideò † tradit Ioan.
Andr.ſi aliquis,ſpuriū ſe dicens, legitimatio-
nem impetrauerit, cùm tamen ex inceſtu o-
riginem ducat, quòd non valeat legitimatio.
in addit ad Spec.tit.qui filij ſint legit.quia ex-
preſſio ſpecifica & particularis faciēda eſt, ar-
gum.c.non poteſt.21.de præbend.lib.6.& arg.
l.vim paſſam.39.§ pręſcriptione.ff.ad leg.Iul.
de adult.Cui doctrinæ accedit Accurſij autho
ritas in l.Barbarius.3.ff.de offic præt.& in l.an
tepen.ex quibus cauſis infamia irrogetur.
21 Quidam diſtinctione vtuntur, † princeps-
ne ipſe legitimet, an alius qui hanc legitiman
di poteſtatem à principe habet,hoc beneficiū
conferat.Illo enim caſu nullam inſertionem
cauſę vel explicationem requiri,hoc verò de-
ſiderari putant,argum.c.aliorum.8.q.3.
Ludouicus Sardus in tract. de naturalibus
liber.in c.requiſita in legitimatione impetrā-
da,verſ.nonò quęritur,primum diſtinctionis
membrum admittit.Idque vt faciat,primò o-
mnium authoritate Speculatoris adducitur,
in titul.de legitimat.§.nunc breuiter. verſi.&
nota.
Deinde l.1.C.de ſententiam paſſis.vbi An-
toninus Auguſtus Iuliano Liciniano in inſu-
lam deportato, & ab Opilio Vlpiano legato,
oblato,reſpondet:Reſtituo te in integrū pro-
uinciæ tuæ. Quæ ſanè verba apertè putat oſtē-
dere,principem ſine inquiſitione cauſæ,& re-
ſtituere,& pœnam remittere, & legitimare
poſſe.Reſpōdet idem Sardus authoritati Ac-
curſij in d.l. Barbarius.3. & in d. l.antepenult.
exiſtimantis principem non reſtituere ſine iu
ſta cauſa hoc modo: quod ſola voluntas prin
cipis ſatis iuſta reputetur cauſa.atteſtante idē
alibi quoq; Accurſio in l.relegati. 4. ff.de pęn.
Præterea inquit in §.illud. Auth. quib.mo-
dis naturales efficiuntur ſui,datur forma legi
timationis; neque vlla tamen cauſę adhiben-
dæ & referendæ fit mentio.
Aliud verò diſtinctionis membrum:de eo
qui † ex principis indulgentia legitimationis 22
beneficium conferre poteſt, quadam ſubdi-
ſtinctione diſpeſcit. Aut, inquit Sardus, mera
eſt reſtitutio ſine diſpēſatione, qualis eſt legi-
timatio naturalium,tum non requiritur cau-
ſæ inſertio,quia lex non exigit. d. §.illud.Aut
eſt legitimatio ſpuriorum,vel aliorum nato-
rum ex damnato coitu:vel etiam naturalium
in caſu in quo extant legitimi: vel eorum ma
ter poteſt eſſe vxor,& hoc ſanè caſu cauſas ex-
plicare oportet : niſi & ad eam rem plenā ha-
beat à principe ſibi conceſſam indulgentiam.
Omnium † optima hac in quæſtione Bar- 23
toli eſt ſententia.Exiſtimat is,quando nulli a-
lij filij legitimi extāt, cauſæ expreſſionem mi-
nimè requiri.Bartol.& alij in l.Gallus.2. §. &
qui ſi tantùm,probari apertè hæc ſententia po-
teſt.Auth quibus mod.naturales effic.legit.&
Auth.quib.mod.naturales effic.ſui.qui textus
generaliter loquuntur, nec cauſam requirūt.
Alexander Bartoli opinioni addit, ſi ſit facta
legitimatio à Comite Palatino,tum omninò
cauſæ recitationem accedere oportere. conſ.
188.colum.fin.volum.6. Sequitur eum Calde-
rinus conſ 3.& 5.Barbat.conſ.49.incip.Scribi-
tur ſapientiæ vol.2.

Quintum requiſitum.

Quintò quæritur, † an citatio agnatorum
& cognatorū requiratur & neceſſaria ſit Qui-
dā omninò eam interuenire debere, & faciē-
dam

dam eſſe arbitrantur. Iacob. de Bellouiſu in §. quoniam. in Auth. quib. mod. naturales effic. ſui. Idem Caſtr. conſ. 225. Alexand. conſ. 6?. & conſ. 94. in 1. volum. Laudenſis in tract. legitima. in 15. & 16. colum. Anton. de Butr. in c. per venerabilem, in 18 col.

Verior & ſanior eſt opinio, ſi dicamus: aut pater ipſe petit legitimationem, & tunc citatio agnatorum, vel eorum conſenſus minimè exigitur. In patris enim poteſtate & facultate eſt, de bonis rebusq; ſuis pro placito diſponere, imò quoque abuti, l. 1. C. de inoffic. donat. Ergo magis per actum ciuilem, vel priuilegium à principe conceſſum, id ei facere permittetur. l. 1. de emancip. liberorum. Taceo,
25 quòd † illud ius quæſitum in ſpe, agnatis non eſt conſiderabile, vt interpretes loquuntur. Bartolus & alij in d. l. Gallus. 29 §. & qui ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. Iaſ. ibid. num. 130. Crotus num. 59.

26 Solius igitur † patris voluntatem inſpiciendam, agnatorum verò conſenſum minimè conſiderandum eſſe, pleriq; interpretum tradunt, in d. §. & qui ſi tantum. Sequitur Panormitan. in c per venerabilem. extr. qui filij ſint legitimi. Roſellus in tract. de legitima. in cauſa formali. Præpoſit. in d. c. per venerabilem. charta 5. & 6. col. 3. & 4. cum alijs accumulatis per Socin. 126. colum. 2. in princ. volum. 2. cōſi. 95. incip. nulli dubium. num. 4. vol. 4. Capra conſ. 2. colum. 4 & 5. Corn. conſ. 34. volum. 1. Barbatius conſ. 99. in 1. Corneus conſ. 1. vol. 3. Decius conſ. 15. num 2. conſ. 307. num. 3. conſ. 397. num. 7. conſ. 393. nume. 5. Curtius conſ. 95. colum. 15. conſ. 73. colum. 30. Bal. in procemio Codicis, & in l. nam ita diuus. ff. de adop. Aretinus & [illegible] in d. §. & quid ſi tantùm. ibi Socin. num. 21. & in conſ. 93. num. 14. volum. 3. Addit Roſellus, ſe eam Bartoli & aliorum interpretum opinionem exiſtimare veram, quò ad bona ipſius patris. verùm patre inſtituto, & grauato ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & natura vel legitimatis reſtituere hęreditatem, tunc quia fieri poſſet præiudicium fideicommiſſarijs, ipſos citandos eſſe, d. l. nā ita Diuus. 39. ff. de adopt.

Sin verò poſt mortem patris legitimatio petatur: & tum Bartolus putat, quando impetrans hoc facit mediante voluntate patris, nō requiri ſimiliter citationem. argumento Authen. item ſi quis. C. de naturalib. Diuerſum ſtatuendum eſt, ſi de patris voluntate dubitetur, nec aliquid certi conſtet. Hoc enim caſu cū præiudicium alijs adferatur, meritò citabūtur. l. final. C. de natal. reſtitut. l. 2. l. penultim. l. fin. C de adoptionibus. quo neglecto, legitimatio quoque infringetur ac reuocabitur. l. Diuus ff. de iure aureorum annulorum. Niſi & hoc pariter caſu princeps ſciens delatam hæreditatem eſſe, nihilominus reſcribat, non obſtante, &c. Sardus in d. tract. de naturali liberorum ſucceſſione.

CAPVT XXXIIII.

Summus Pontifex an legitimare, & extra ſuam iuriſdictionem exiſtentes poſsit.

SVMMARIA.

1 *Pontifex Romanus eſt inter omnes principes maior.*
2 *Legitimare Papa etiam non ſubditum & vbilibet an poßit. num. 12. & ſeqq.*
3 *Iuriſdictioni Papæ in ſpiritualibus omnes ſubijciuntur.*
4 *Diſpenſatio Papæ ſi correctoria iuris ſit communis vltra caſum expreſſum non extendenda.*
5 *Papa an ad ſecularia diſpenſare aut legitimare poßit.*
7 *Legitimatio, iuriſdictionis voluntariæ eſt.*
8 *Iuriſdictio voluntaria prorogari poteſt.*
9 *Pater an filium ſola nominatione legitimare poßit.*
10 *Principe alicui iuriſdictionem dante, ius legitimandi retinet.*
11 *Matrimonium iuris eſt Pontificij.*
13 *Actus legitimandi, iuriſdictionis eſt actus.*
14 *Legitimatione præiudicium fit venientibus ab inteſtato.*
15 *Ius legitimandi eſt ex reſeruatis ſoli Principi.*
16 *Legitimatio hæredem facit eum, qui hæres non erat.*
17 *Summus Pontifex quatenus extra iuriſdictionem legitimare poßit, varia diſtinctiones. & nu. 20.*
18 *Authoris opinio.*
Examinatur c. per venerabilem. extr. qui filij ſint legitimi. ibid. & num. 19.
21 *Epiſcopus legitimare non poteſt.*
22 *Principi ſoli ius legitimandi reſeruatum.*
23 *Imperator an legitimare poſſet non ſubditos imperio, num. 25. & 26.*
24 *Legitimatione reſtitutio fit bonorum, & hæreditatis quis capax efficitur.*
27 *Comes Palatinus viuente patre, etiam in terris Eccleſiæ legitimare poteſt.*
28 *Imperator eſt fons omnis iuriſdictionis, eamq; vbique locorum exercet.*
29 *Imperator etiam ante coronationem legitimare poteſt.*
30 *Reges Hiſpaniæ, Galliæ, Daniæ, Angliæ, an legitimare poſſint.*
31 *Rex in ſuo regno leges rogat & abrogat, vectigalia pro beneplacito indicit.*
32 *Legitimare Duces, Marchiones, &c. ſubditos ſuos non poſſunt.*
33 *Differentia legitimorum & naturalium à iure ciuili eſt. & num. 34.*
35 *Argumentum à lege ad ſtatutum validum.*
36 *Statutum & conſuetudo, pari paſſu ambulant.*
37 *Conſuetudo cuius initij non extat memoria, pro priuilegio eſt.*
38 *Ius municipale circa hæreditates, teſtamenta, contractus, &c. validè conſtituit.*
39 *Legitimatio ſolius Principi reſeruatur.*
40 *Spurios legitimandi poteſtate ordinaria Principi ademptum.*
41 *Natalibus reſtituere, decuriones nequeunt.*
42 *Generi per ſpeciem derogatur.*
43 *Generali conceßioni non includitur, quod quis ſpecialiter conceſſurus non eſſet.*
44 *Incluſio vnius, alterius excluſio.*
45 *Contrariorum eadem diſciplina.*
46 *Argumentum à maiori ad minus, validum in iure.*

47 *Spurij*

47 Spurij ab omni commodo ſucceſsionis paternæ arcentur.
48 Spurijs & iure diuino ſucceſsio paterna præcepta.
49 Prohibitus in cauſa, prohibetur in cauſato.
50 Lex iuſta, honeſta, poſsibilis, naturæ & conſuetudini conformis eſſe debet.
51 Concubitus illiciti pœna tam in progeniem, quàm in ſceleris authorem manat.
52 Affectiones omnes animus paternus ſuperat.
53 Conſuetudine quod contra bonos mores eſt, induci non poteſt.
54 Iudici ſeculari in ijs quæ peccata ſouent, iudex Eccleſiaſticus inhibere poteſt.
55 Ciuitas naturales ad ſucceſsionem paternam legitimare poteſt.
56 Conſuetudine longæua, cuius initij non extat memoria, etiā ſoli principi reſeruata acquiruntur, & nu. 57.
58 Præſcriptio & priuilegium eius temporis, cuius memoria nō eſt, à pari procedunt.
59 Spurios legitimare, non eſt munus Imperatoris.

1 PRimò pontifex Romanus. Eſt enim inter omnes principes maior. c. ſolitæ 6. extrà,
2 de maioritate & obed. Legitimare verò † poteſt quemlibet, & vbicunque locorum, etiam non ſubditum ſuæ iuriſdictioni, quo ad cauſas ſpirituales, c. per venerabilem. 13. in princ. extr. qui filij ſint legit. vbi Innocentius Tertius ait: Quod autem ſuper hoc Apoſtolica ſedes plenam habeat poteſtatem, ex illo videtur, quòd diuerſis cauſis inſpectis, cum quibuſdam minus legitimè genitis non naturalibus tantùm, ſed adulterinis etiam diſpenſauit, ſic ad actus ſpirituales illos legitimãs, vt poſſint in epiſcopos promoueri. Ex quo veriſimilius creditur, & probabilius reputatur, vt eos ad actus legitimare valeat ſeculares, præſertim ſi præter Romanos pontifices inter homines
3 ſuperiorem alium non cognoſcant. In † ſpiritualibus igitur cauſis omnes pontificiæ iuriſdictioni ſubijciuntur. c. inter corporalia. 2. extr. de tranſl. et c. de prudentia. 3. extr. de dote poſt diuortium reſtituenda. c. cauſam quæ inter 4. extr. qui filij ſint legitimi. c. nouit. 13. ext. de iudicijs.

Legitimat verò pontifex Romanus dupliciratione. Aliquandò enim diſpenſat, hoc eſt relaxat, veluti iure communi ſpurij eccleſiaſtici ordinis incapaces ſunt: ſpurium itaque ſi idoneum ordini Eccleſiaſtico reddat, cum eo
4 diſpenſat. Hæc † diſpēſatio cùm corrigat ius, & odioſa ſit reſtringenda ſemper eſt, nec trahēda vel extendenda vltra caſum expreſſum, c. quod dilecto 3. extr. de conſang. & affinit. l. ex facto. 43. ff. de vulgari & pupillari. Ideóque hæc diſpenſatio cauſæ cognitionem requirit, notat. in c. de multa. 28. extr. de præben. c. cùm ad monaſterium. 6. extrà, de ſtatu monachorum.

Alia diſpenſatio propriè dicitur legitimatio, quæ perſonam incapacem & minus idoneam ac illegitimam, iuris alicuius capacem reddit.

I. QVAESTIO.

An ad res ſeculares fieri poſsit legitimatio.

Dubitari † ſanè non incommodè poterat. 5
Pontifex enim ſolarum animarum curam gerere, de temporalibus verò rebus minimè ſolicitus eſſe debet, c. nouit. extr. de iudic. Nec, vt Innocentius Tertius Prælatis per Franciam conſtitutis reſcripſit, humanæ conſtitutioni, ſed diuinæ potius inniti debet. Quia, inquit, poteſtas noſtra non eſt ex homine, ſed ex Deo. Nullus qui ſit ſanæ mentis, ignorat, quin ad officium noſtrum ſpectet, de quocunque mortali peccato corripere quẽlibet Chriſtianum. Idemq́; Alexander Tertius reſcripſit Exonenſi & London. epiſcopis. c. lator. 5. c. cauſam. 7. extr. qui filij ſint legitimi.

Verùm eò nunc Pontificia authoritas proceſſit, vt de hac poteſtate quæ ſolius principis Romani Initiò propria erat, & ſumma, diſputare iam & ambigere non modò ſuperuacaneum, ſed ridiculum planè ſit, & abſurdum. Ne tamen vi quadam & potentia hanc & ſimiles poteſtates, quæ ad ſolum principē pertinebant, ad ſe pertraxiſſe videretur: donationem à Conſtantino Imperatore pontifici Romano factam, in prætextum adducunt, ac vim honeſto donationis titulo palliant, eaq́ue donatione plenam ſimul iuriſdictionem & adminiſtrationem collatas ſibi fuiſſe contendunt. Cùm enim in principem plenum imperium lex Regia contulerit, l. 2. ff. de orig. iuris, dubium non eſt, quin princeps illud abdicare, & in alium transferre potuerit. Accurſius in l. legatus. 20. ff. de officio præſidis, cum ſimilibus.

Summam itaque poteſtatem, planeq́ue Regiam, pontifex Rom. cùm occuparit, & ad ſe pertraxerit: nemini dubium eſt, quin nævum cum illegitimæ natiuitatis tollere prorſus, & auferre, exemplo Imperatoris Roman. poſſit. d. c. per venerabilem.

II. QVAESTIO.

An in alios pariter qui eius iuriſdictioni ſeculari ſubiecti non ſunt, hoc beneficium reſtituendorum natalium, rectè à pontifice conferatur.

Hac quidem † in quæſtione variatum eſt 6
ſententijs, vt tradit gloſſ. in d. c. per venerabilem. 13. Quidam enim pontificem legitimare poſſe etiam eos, qui ipſi aliàs ius dicenti impunè non parerent, his ferè de cauſis exiſtimarunt. Pontifex Romanus in ſpiritualibus, quæ longè temporalia antecedunt, legitimandi habet poteſtatem, c. 2. c. quantò. extr. de tranſlatione epiſcop. c. cùm infirmitas. 13. extr. de pœnitentia & remiſſione. multo magis in ſeculari.

cularibus id ei indultum, permiſſumque erit.
Innoc.in d.c.per venerabilem.13.arg. Authen.
multo magis,C.de ſacroſanct.eccl.

Cùm igitur pontifex vbilibet terrarũ,quo-
ad ſacros ordines,& ſpurios,& adulterinos,i-
doneos reddat : poterit etiam quoſlibet alie-
rius quoque iuriſdictionis legitimate, ipſiſq;
iuſtorum natalium ius tribuere.

7 II. Deinde hæc † legitimatio iuriſdictio-
nis eſt voluntariæ.l.fin.& ibi notatur.ff.de his
qui ſunt ſui,vel alieni iuris.§.generaliter.Au-
thē.quib. mod.naturales efficiantur ſui. Vbi-
libet igitur rectè exercetur. Hinc conſequitur
hanc legitimationem protogari poſſe, cùm
8 iuriſdictio † voluntaria prorogationem ad-
mittat, l. ſed etſi ſuſceperit. 52. ff. de iudiciis.
Item,in non ſubditum fieri, l. fin. ff. de offic.
præfecti vrbis,l.1.ff. de iudiciis.c.ſignificaſti.18.
extr.de foro com.

9 III. Præterea † pater poteſt legitimare libe
ros, ſuſceptos ex muliere ea cum qua matri-
monium contrahere licitè poterat, ipſa no-
minatione filiorum.veluti ſi dicat, Hic filius
meus eſt.§.ad hoc. Auth. vt liceat matri vel a-
uiæ. Magis igitur pontifex Romanus. Ex quo
quidem argumento colligitur,legitimationē
ad iuriſdictionem non pertinere. quod alias
etiam non difficulter apparet ex l.1. & toto ti-
tu.ff.de iuriſdict. omnium iudi. nullibi enim
legitimationis mentio fit.

10 IIII. Deinde, † ſi legitimatio iuriſdictio-
nis eſſet,inhæreret territorio.l.pupillus.239 §.
territorium.ff.de verborum ſignific. Sed hoc
non fit. Princeps enim transferendo iuriſdi-
ctionem, legitimationem tanquam ſibi pro-
priam retinet.Bald.in l.repetita.37. C.de epiſ-
copis & clericis.& in l.1. C.de ſumma trinita-
te & fide Catholica.

V. Poſtremò confirmari poteſt hæc opi-
nio,argumēto firmiſſimo.Reſcriptum Inno-
centij factum eſt ad nobilem virũ Montispeſ-
ſulani,in prouincia Narbonenſi.

Apertè igitur conſtat, pontificem Roma-
num non eos ſolummodò qui eius iuriſdicti-
oni ſubditi ſunt,natalibus reſtituere : ſed om-
nes vbicunque terrarum ſint, modò pontifi-
cia authoritas in ſpiritualibus eò ſe extendat,
legitimos reddere poſſe, etiam ad hæredita-
tes : præſertim cùm ius legitimationis proce-
dat & oriatur à matrimonio. Ex matrimonio
enim ſolùm filij iuſti legitimiq; naſcuntur. l.
filium eum definimus.6.ff.de his qui ſunt ſui,
vel alieni iuris.§.legitimi.Auth.quibus mod.
naturales effic.ſui.

11 Si ergo pendet à matrimonio, & ſolus pō-
tifex poteſtatem habet diſponēdi de ipſa cau-
ſa cauſante, in aperto eſt, eum quoque rectè
circa legitimationem poteſtate ſua vti. Quod
autem in cauſis matrimonialibus Canonum
decreta antecedant ius ciuile, dubium nō eſt.
Exempla adduci poſſunt multa. Nati ex ma-
trimonio inito inter filios duorum fratrum,
ſunt legitimi de iure ciuili.l.legatum.4. C.de
condit.in ſert.Canonum decretis pro illegiti-
mis habentur.c.non debet 8. extr. de conſan-
guinitate & affinitate

Similiter ius ciuile matrimonium tutori
cum pupilla,præſidi prouinciæ cum prouin-
ciali interdixit.l.etſi contra 6.C.de nuptiis. &
toto titul C.de interdicto matrimonio inter
tutorem & pupillam. ius Canonum per-
mittit.

Item, in matrimonio quod filiusfamilias
contrahit,neceſſariò patris conſenſus requiri
tur.l.Paulus.11. ff. de ſtatu hominum.l.vnica.
C.de rei vxor.actio. Pontificum reſcriptis cō-
ſenſus parentum neceſſariò adhibendus non
eſt,c.fin.extr.de raptorib.cum ſimilibus.

Ex eo igitur cùm ſolius matrimonij tracta
tio ad pontificem pertineat, & legitimatio-
nis beneficium ab eo pariter petendum ac im
petrandum eſt. Argumento à contrario. Qui
enim principalis curam non habet, neque ac-
ceſſorij, vel eius quod inde conſequitur, habe-
bit.c.3.extrà,de dona. inter virum & vxorem.
Et acceſſorium naturam ſui principalis ſequi
tur.c.acceſſorium.42. extr.de regul.iur.

Hinc domini conſiſtorij Romani conclu.
156.deciderunt : principem legitimare ſpuriũ
non poſſe, cùm de matrimonio diſponendi
nullam facultatem habeat.

Hæc quidem † opinio ſuis rationibus iiſ- 12
demque ſatis firmis comprobata, & confir-
mata, aduerſantes tamen plurimos iuris no-
ſtri interpretes habuit. In primis verò veteres
Canonum gloſſatores, Bartolomæum Brixi-
enſem, Laurentium Vincentium, & Tancre-
dum,qui floruerunt anno Chriſti 1300 Quos
ſequutus eſt Bartol. in l. qui in prouincia. 57.
ff.de ritu nupt.& in l.1.C.de ſumma trinitate,
in quam ſententiam Innocentius quartus, &
ipſe pontifex Romanus, aliquo modo incli-
nat,in c. per venerabilem. 13.extr.qui filij ſint
legitimi. & multi alij. Neque ſanè de his deſti-
tuuntur rationibus.

Primus actus legitimandi, eſt actus iuriſdi-
ctionis, d.c. per venerabilem. 13.verſ.rationi- 13
bus. Pontifex igitur actum eum extra ſuum
territorium non rectè exercebit,l.fin. ff.de iu-
riſdict.omnium iudic.c. nouit. 13. de iudiciis.
c.cauſam.7. extr. qui filij ſint legitimi. Maior
confirmatur : Quia diſpenſatio, quæ vel con-
tra legem eſt, vel eam tollit, iuriſdictionis eſt,
c.2.de conſtit.lib.6.

Non tantum voluntariæ, ſed & contentio-
ſæ. Nam † per legitimationem præiudicium 14
fit venientibus ab inteſtato. l. nam ita diuus.
39. ff. de adoptionibus. & notat Bartolus in l.
Gallus.29. §. & qui ſi tantum. ff. de liberis &
poſthum.hæredib.inſtituend.

Secun-

15 Secundus: Deinde ius legitimationis † eſt ex reſeruatis ſolius principis. §. fin. Auth. quibus mod. naturales effic. ſui. Ergo in præiudicium ſuperioris non videtur poſſe fieri, etiam vi protogatæ iuriſdictionis, d. c. per venerabilem. 13. verſ. inſuper cum rex ſuperiorem in temporalibus minimè recognoſcat, &c. præſertim cum abſurdum ſit, conſenſu priuatorum poſſe in aliam iuriſdictionem fieri protogationem facta enim hac legitimatione, ſuccederet legitimatus, contra conſtitutionem Imperatoriam: & nolente Imperatore, ac vetante, hæreditatem conſequeretur.

16 Tertius: Præterea † legitimatio magnæ eſt poteſtatis, facit enim hæredem eum, qui non eſt initio hæres. §. dubitatum. Auth. de Inceſtis nuptijs. quòd prætori non licebat. Nam quaſi hæredem facit. §. 1. Inſtitut. de bonorum poſſeſſione.

Hæc igitur legitimatio ad aliam iuriſdictionem extendi non debet: ſicut nec præſes poteſt dare tutorem, ortum ex alia ciuitate, l. neque. 5. C. qui dare tutores poſſ. ſicut etiam nec iudex poteſt dare iudicem alienæ iuriſdictionis, l. vnica. C. qui pro ſua iuriſdictione iudices dare poſſint.

17 Ob † has itaq; rationes, quæ pro vtriuſque opinionis confirmatione adduci poſſunt, Innocentius & Pontifex, & iuris Canonici doctiſſ. interpres variat, & diſtinctionem pro cõciliatiõe vtrinſq; opinionis adducit. Pontifex legitimans non ſubditos ad ſpiritualia, per cõſequẽs legitimat ad temporalia, quæ perſonæ cohærent: veluti ad honores, dignitates: non aũt ad ea quę perſonæ non cohęrent, quia nõ poteſt tollere ius alteri quæſitum.

Ioannes Andreæ alia ratione hanc diuerſitatem conciliare ac componere nititur. Aut Pontifex legitimando confert legitimationẽ ad matrimonium: & tum, inquit, legitimatio extenditur, quoad omnem effectum, ad omnia vbique loca. Aut legitimat non diſponendo circa matrimonium, ſed ſimpliciter iura legitimationis concedendo: tum legitimatio diſpenſatio quædam eſt. Quæ cum ſtrictè intelligenda ſit, c. 2. de filijs preſbyter. In 6. extra pontificis Rom. territorium vires nullas, nullumq; robur habet. Quæ quidem Ioannis Andreæ opinio aliquibus viſa eſt æqua.

Tandem Antonius Roſellus pariter ad diſtinctiones confugit, in lib. 2. cap. 1. nu. 16. Aut pontifex circa matrimonia aliquid in non ſibi ſubditos diſponit, idq; circa ea quæ initia matrimonij reſpiciunt: & tum vbique ex tali matrimonio nati, legitimi cenſentur. veluti inter tutorem & pupillam iure ciuili matrimonium contrahi non poterat, neque filij legitimi habebantur.

Pontifex itaque eos legitimos reddidit, & matrimonia iniri poſſe inter tutorem & pupillam decreuit. Ea legitimatio ex iure pontificio orta, vbique locum obtinet, vireſque ſuas exerit: ſic & in nuptijs ſine conſenſu patris contractis, & alijs quibuſdam rebus. Aut legitimat prolem iam editam, idq́ue quadam diſpenſatione ſuper matrimonio, vel reſpectu matrimonij, & ſimiliter legitimatio valebit in quocunq; loco: ratio, quia diſponens ſuper principali, & maiori, vel ſpirituali, videtur voluiſſe ſimul de temporalibus diſponere. Nec obſtat, quòd præiudicat alteri, non ſubdito: quia hoc non facit principaliter, ſed in conſequentiam: ſicut aliàs eximendo ſeruum à dominica poteſtate, vel filium à patria poteſtate. Aut legitimat, nõ ratione matrimonij, ſed iura legitimationis confert. Et tum pariter ea legitimatio valet.

Authoris opinio.

In hac † igitur tam multiplici, tamq́ue diſſentiẽte interpretum opinione, meo quidem iudicio ad verba reſcripti Innocentij Quarti, in d. c. per venerabilem. 13. in quo totius diſputationis fundamentum conſiſtit, recurrendũ & confugiendum eſt, ac ex ipſis verbis totius huius diſputationis vis deſumenda. Eo igitur reſcripto duo agit Põtifex Romanus. Primò, ad ſupplicationem nobilis viri in Monteþeſſulo, qua filios ſuos legitimari petit, ne eis in hæreditate conſequenda, natalium obiectio noceret, reſpondet, eiq́ue legitimationem liberorum petitam concedit. 18

Quòd autem pontifex hanc licentiam legitimandi filios huius nobilis habeat, & ne de vi ac efficacia legitimationis dubitaretur, tres rationes ſubijcit. Prima quidem authoritatem prædeceſſorum continet, qui filios naturales, item qui adulterinos ſacris ordinibus idoneos reddiderunt.

Cum igitur in ſpiritualib. hoc licuerit prędeceſſoribus, magis licere ſibi putat in temporalibus legitimationem conferre.

Deinde per ſimile id quoq; probat, cùm eo ipſo, quòd aliquis ad Epiſcopalem dignitatẽ euehitur, ſacra patris egreditur: hoc eſt, patrię poteſtati amplius ſubiectus non eſt.

Poſtremò, ſimplex Epiſcopus ſcienter ſeruum alienum ordinare poteſt, & iugo domini eximere: & ordinatus hoc modo, iugum euadit ſeruitutis. Concludo igitur, cùm in ſpiritualibus diſpenſetur, conſequenter intelligi de temporalibus diſpenſatum.

Alterum caput † reſcripti habet prohibitionem. Rex Galliæ per epiſcopum Remenſem curauerat ſe ſeparari à Regina. Eius exemplo multi alij regem ſequuti, vxores ſuas ſimiliter repudiarunt. Primùm itaque ſeparationem Regis legitimè factam fuiſſe oſtendit, & cauſas diſpenſationis ſubiungit: deinde diſſolutiones coniugij ab alijs factas improbat, & 19

pœnas conſtituit: Canone, inquit, vetante, ta-
les ad ſacros ordines promoueri: ſecularibus
quoque legibus non ſolùm repellentibus eos
à ſucceſſione paterna, ſed negantibus ipſis eti-
am alimenta, petitioni tuæ non duximus an-
nuendum.

Non difficulter itaque conſpici poteſt, &
colligi, diſtinctionem Innocentij, itemq; Io-
annis Andreæ opinionem, falſo effectas, ac
prætet mentem Romani pontificis excogita-
tas eſſe.

20 Vera igitur prima eſt † opinio, quæ adſerit
Pōtificem Roma. legitimationis beneficium
cnnferre poſſe etiam illi, qui pontificiæ ditio-
ni ſubditus non eſt: non ſolùm in ſpirituali-
bus, ſed etiam temporalibus, vt apertè colligi
tur ex d. c. per venerabilem. 13. Confertur be-
neficium legitimationis In filios nobilis, cu-
ius ditio ſubdita eſt regno Galliæ: & cōfertur
non ad ſpiritualia, ſed ad hæredItates conſe-
quendas, à quibus propter natalium obiectio-
nem tepellebantur aliàs.

Legitimationis verò huius imperratę cau-
ſa eſt conſideranda, quòd Pontifex ipſo hoc
caſu diligenter fecit. Cauſam præbuit obten-
tioni precū, pietas, & amor patris in liberos:
ſeu votum paternum, quo lIberis ſemper ſuis
bona ſua relinquere cupiunt.

Quotieſcunq; igitur pater ipſe preces ſuas
pro legitimādis liberis, vel pontifici, vel prin-
cipi offert, etiamſi alterius iuriſdictionis ſit,
legitimatio tamen impetrata omninò vale-
bit: neq; precibus paternis & pietati qua libe-
ros agnoſcit, ijſque paternam affectionem &
officium oſtendere conatut, oberunt ea quæ
de aliena iuriſdictione obijciuntur. Quia legi
timatio iuriſdictio non eſt, cùm non refetas
tur in ijs quæ ad iuriſdictionem pertinent, l. 1.
& toto tit. ff de iuriſd. ſed eſt beneficiū quod-
dam, quod ſoli Pontifici, itemq; principi Ro-
mano in ſignum ſupremæ poteſtatis ac emi-
nentiæ ſingulare ac proprium eſt: quo benefi
cio ex iuſta & ardua cauſa legitimationem cō
ferunt, ac eos quos lex iuſtos non agnoſcit li-
beros, pronunciant eſſe legitimos, & ijs om-
nia iura iuſtorum & legitimorum liberorum
largiuntur ac concedunt. Pro qua opinione
in argumentū adduci poteſt reſponſum Mar-
tiani in l. a ff. de offic. proconſ. Omnes procō-
ſules ſtatim, quam vrbem egreſſi fuerint, po-
teſtatem habent manumittendi: itemq; apud
eos fieri poſſunt adoptiones.

III. QVAESTIO.

An Epiſcopus legitimationis conferendæ poteſtatem habeat.

21 Communis † eſt omnium iuris pontificij
Interpretum traditio, eum hac poteſtate deſti
tui: cùm legitimatio ſoli pontifici inter eccle
ſiaſticas perſonas reſeruata ſit. not in c. quod
tranſlationem. 4. extr. de offic. lega Solam ve-
rò diſpenſandi poteſtatem habet. Innoc. in c.
penult. & fin. extr. de filijs preſbyt.

Hactenus de pontificia authoritate in con-
cedenda legitimatione dictum eſt. Commo-
dè nunc ſubijciendum & tractandum eſt de
poteſtate Imperatoria in hac legitimatione.

Imperator an legitimare poſsit.

Legitimatio enim hæc magis † ad princi-
pem, quàm ad pontificem ſpectat & pertinet. 22
Solius enim principis eſt, in priuatis publicis-
que cauſis extra negotia Eccleſiæ authoritatē
ſuam accommodare, & eas diiudicare. Neq;
Iuſtinianus ipſe alij, præterquam ſoli principi
conceſſam eſſe atteſtatur, §. fin. Auth. quibus
modis naturales efficiantur ſui. Hæc à nobis,
inquit ſancita ſunt, & nulla penitus ignoran-
tia noſtrorum erit legum. & paulo pòſt: Quæ
igitur placuerunt nobis, & ad hominum me-
delam atque naturæ ſupplementum per hāc
legem decreta ſunt, tua ſublimitas faciat om-
nibus manifeſta, &c.

I. QVAESTIO.

In diſceptationem vocatum eſt, an Impe- 23
ratot eos qui ipſi ſubditi non ſunt, legitimare
poſſit. Hæc quidem quæſtio ſuperiori de pon-
tificia authoritate diſſimilis non eſt, & diſſen
tientes ſimiliter habuit opiniones. Iacob. de
Bellouiſu affirmauit, Imperatorem etiam nō
ſibi ſubditis efficaciter legitimationem indul
gere ac conferre: quia legitimatio iuriſdictio-
nis eſt voluntariæ. Ergo locus non curatur.
quilibet enim illi ſe ſubijcere poteſt. l. a. ff. dè
offic. proconſ.

Deinde † legitimatione reſtituitur quis ho- 24
noribus, item capax ſucceſſionum efficitur,
§. dubitatum. Auth. de incœſtis nupt §. ſi quis
ergo. Auth. quibus modis naturales effician-
tur ſui. Reſtitutio autem natalium, itemque
diſpoſitio circa ſucceſſiones ad principē præ-
cipuè pertinent. Et principis conſtitutiones
his in cauſis, etiam in pontificijs & alijs ditio-
nibus obſeruantur: igitur priuilegia quoque
& beneficia ab Imperatore collata, vbiq; ob-
ſeruabuntur.

Contrarium quidam † opinati ſunt. Gl. In- 25
noc. & Panorm. In d. c. per venerabilem, & in
c. 1. diſt. 10. argum. l. neque. C. qui tutores dare
poſſunt, & In l. 1. C. qui pro ſua iuriſd. iudicem
dare poſſunt. & in l. iubemus C. de naturalib.
liberis. Præterea quòd Pontifex in tempora-
libus in terris proprijs pleniſſimam habeat iu
riſdictionē. d. c. per venerab. 13. & in clem. Ro-
mani. de iureiur. Si ergo pleniſſima præditus
eſt iuriſdictione, eandem vt & Imperator ha-
beat, ratio non admittit, cū duo in ſolidū do-
mini eſſe non poſſint. l. 3. §. fin. ff. commodati.

Roſel.

Roſellus vir æqui iudicij, in tractatu de legitimis lib 2. verſ. viſo namque. nu. 29. diſtinctionem adducit. Aut quæritur, inquit, an proprium ſubditum, qui domicilium ſuum in ditionem pontificiam trãsfert, legitimare poſſit: an verò ſubditum pontificis, qui & originem & domicilium in pontificia ditione habet. In primo quidem caſu iuriſd. contentioſam vltra imperij ditionem extendere & prolongare non poſſe ait: quia Pontifex donatione Conſtantini plenam poteſtatem & iuriſdictionem conſequutus eſt, & diſtinctum ac ſeparatum patrimonium habet à bonis imperij. Sin verò exerceat iuriſdictionem voluntariam, & tum quidem legitimationem fieri poſſe, & valere adſerit, argum. l. 2. ff. de offic. proconſulis.

In hac tamen legitimatione inſpiciendũ eſſe putat, an Imperator ſuper ipſa matrimonij radice velit diſponere, & legitimationem conferre: an verò de nouo legitimare, quoad ſucceſſiones, nihil diſponendo ſuper matrimonio. Illo enim caſu actus Imperatoris vires nullas, roburq́; nullum habet: quia diſponit ſuper iure non ſubiecto, matrimonio videlicet, quod non poteſt etiam in propria ditione. Matrimonium enim quiddam ſpirituale eſt, & ad pontificis officium pertinet, c. 1. 10. diſtinctione.

Hoc autem caſu, ſi videlicet circa temporalia legitimet, vel aliam legem condat, actus is etiam à pontifice ipſo approbatur, c. ſi in adiutorium 10. diſt quia tum Imperator nõ de iure quod alterius eſt, ſtatuit, ſed de proprio.

26 Propter haſce † aduerſantes ac diſcrepantes ſententias, in quartam opinionem receſſum eſt, quæ à Baldo excogitata initiò, communi deinde recentium Interpretum ſuffragio confirmata & approbata eſt: legitimationem nempè precibus paternis obtentam ab Imperatore, vbique locorum valere, licet in eum collata ſit, qui ditionis eſt vel pontificiæ, vel alterius quæ Romanum Imperatorem ſuperiorem non agnoſcit.

27 Reſpicitur † enim in legitimatione voluntas patris iuſta & pia, cui meritò princeps adſentiri debet. Neque ea res à iuriſdictione dependet, ſed à mera facultate, & ſolius principis beneficio, quo paternis precibus locũ dat. Crot. in l. Gallus. 29. §. & quid ſi tantum. num. 79. vbi ait hanc eſſe communem opinionem. Bened. Capra. conſ. 2 col. 3. Caſtren. conſ. 220. & conſ. 224. Dec. conſ. 55. num. 7. vbi addit, viuẽte patre per Comitem Palatinum poſſe fieri legitimationem etiam in terris Eccleſiæ: idemq́; repetit Dec. conſ. 307. num. 7. & 8.

28 Imperator † enim dicitur dominus totius mundi, l. deprecatio. 9. ff. ad legem Rhod. de iactu. declarat Bald. in l. pen. in prin. C. de bonis quæ lib. & Bart. in procemio Digeſt. Et eſt fons totius iuriſdictionis, à quo reliqui omnes deriuantur. Ioan. Andr. addit. ad Specu. in titul. de iuriſdictione. Quam ideo in qualibet mundi parte iuſtè & meritò exercet. Bal. in c. 1. qui feudum dare poſſ. & in c. 1. de pace iuramento firmanda: hoc eſt, fundatam habet iuriſdictionem vbique locorum: potiſſimum in his, quæ in ſignum ſupremæ poteſtatis ac eminentiæ ipſi reſeruata ſunt, præſertim cùm talis actus priuatiuè præſcriptus non appareat: iuxta notata per Bald. in l. Imperium. 3 ff. de iuriſd. omnium iud. Panorm. in c. cum nõ liceat. 12. col. fin. extr. de præſcript. Bartol. in l. hoſtes. 24. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Socin. expreſſè conſ. 47. nu. 37. Decius d. conſ. 55. nu. 7. & latè conſ. 307. num. 9. Iaſ. in l. fin. num. 18. ff. de iuriſd om. iud.

Hæc † verò legitimandi poteſtas, quæ ſoli principi & pontifici reſeruata eſt, ab electo Imperatore, licet coronatus nondum ſit, rectè vſurpatur. Cynus in l. benè à Zenone. 3. C. de quadriennij præſcriptione. Roſel. lib. 2. nu. 33. verſ. quæro rurſus. 29

II. QVAESTIO.

Commodè ex his ſeſe offert quæſtio. Dubium non eſt, legitimandi poteſtatem ſolius principis Romani propriam eſſe, atteſtãte id diuo Iuſtiniano, quam deinde pontifices quoque vi donationis Conſtantini vſurparunt.

Quæri igitur nunc poterat, An † rex vel Hiſpaniæ, vel Galliæ, vel Angliæ, vel Daniæ, aut ſimiles, hanc legitimandi poteſtatem habeant? Et ſanè non abſurdè dubitari poteſt. Solius enim principis propria eſt. §. fin. in Auth. quib. mod. naturales effic. ſui. Argum. d. c. per venerabilem. 13. 30

Non igitur hi vel alij reges legitimare poterunt. Deinde Imperator dominus totius mundi dicitur. d. l. deprecatio. Neceſſariò itaque ſequitur, reliquos omnes ſubditos eſſe. Quod ſi ſubditi ſunt, non poterunt ea quæ ſolus princeps in ſignum ſupremæ poteſtatis ſibi reſeruauit, vſurpare, & ſibi adſumere.

Vera quidem hæc eſſet opinio, ſi Romanum Imperatorem agnoſcerent dominum & ſuperiorem, nec eius iuriſdictionem ac Imperium detrectarent. Nunc quia veteris Reipublicæ Romanæ ſplendor & potentia concidit, & multæ prouinciæ in propria regna redactæ ſunt, verior eſt opinio, omnes Reges & poteſtates ſuperiorem non agnoſcentes, hãc legitimandi poteſtatem in ſuos ſubditos habere, eaq́; vti poſſe.

Etſi enim ſoli † principi Romano hęc poteſtas ac eminentia initiò competebat, hi tamen principes hanc ſibi facultatem legitimãdi certa ratione & authoritate ſumpſerunt. 31 Cùm itaque Reges in ſuis regnis & legum ferendarum, & abrogandarum, ac vectigalium

imponendorum poteſtatem habeant: quæ e-
tiam ſolius principis ſunt, l. fin. C. de legibus.
c. ſuper quibuſdam. 26. de verborum ſignific.
tit. de pace firmanda, & eius violatoribus. in
vſibus feudorum. quare non & legitimandi
authoritate in ſuos ſubditos vterētur, ac prin
cipum maieſtatem in hac quoque, vt in alijs,
imitarentur?

Vtrùm Ducibus, Marchionibus, Comitibus, an & his legitimare liceat.

Plurimi iuris noſtri interpretes, ijq́; magni
32 nominis, exiſtimarũt poſſe. Verùm † vt vt hæc
ab alijs tradantur. æquior tamen, & iuri ac ra-
tioni magis conſentanea ac cõuenientior eſt
opinio, hoſce inferiores nec arrogare, nec le-
gitimare, nec alios actus principi in ſignum
maieſtatis reſeruatos exercere, aut ſibi vſurpa
re poſſe. De arrogatione textus eſt expreſſus
in l. 2. ff. de adopt. in Inſtit. in princ. l. arroga
tiones, 6. C eod. de legitimatione, §. fin. Auth.
quibus modis naturales efficiantur ſui. Non
obſtat, quod obijciunt: geſta, actaq́ue per Du-
ces, Comites, Barones, in eorum ditione, æ-
quiparari geſtis Imperatoris in imperio. Quia
malè colligitur à particulari ad vniuerſale:
In aliquibus æquiparantur Imperatori, in ad-
miniſtratione, & in alijs quibuſdam, igitur in
omnibus. Nemo enim tam turbidæ mentis
eſt, qui eos pro Imperatore colat. Neque ha-
bent hi omnia iura in ſcrinio pectoris, vt Im-
perator. l. omnium. 19. C. de teſtamentis. De-
inde Imperator hos actus ſibi reſeruauit, qui
ad eius ſplendorem, maieſtatem & authorita
tem amplificandam pertinent.
33 Quod ſecundò obijciunt, † differentiam le
gitimorum & naturalium à iure ciuili intro-
ductam, eodem iure tolli, infringiq́ue, verum
non eſt: quia ipſa ratio naturalis diſcernẽdos
dictat liberos ex iuſto matrimonio ſuſceptos
ab ijs qui citra matrimonij honeſtatem naſcũ
tur. Præterea poſito, non autem conceſſo, nec
dato, quod de iure ciuili differentia libero-
rum introducta, eodemq́ue iure tolli poſſit:
Reſponderi tamen poteſt, tolli poſſe, ab his vi
delicet qui tollendi habent poteſtatem, non
ab omnibus. Solus autem Imperator hanc le-
gitimationis conferendæ poteſtatem habet,
dictis iuribus. Ideoq́ue ſolius principis reſcri-
pto, differentia hæc naturalium & legitimo-
rum ad patris petitionem ſpeciali indulgen-
tia & conceſſione meritò deletur, ac extin-
guitur.

An ciuitates iure municipali, legitimationis beneficium naturalibus, vel ſpurijs conferre poſsint.

Quæſtio hęc ſimiliter dubias opiniones na
cta eſt. Quidam exiſtimarunt, ciuitates legiti-
mationis beneficium conferre, & impertiri
poſſe, hiſce præcipuè de cauſis. I. Differentia
liberorum † de iure ciuili introducta eſt. Na- 34
turalium, inquit, nomen Romanæ legiſlatio-
ni dudum non erat in ſtudium. & deinde: Nõ
enim fuit in principio, quando natura homi-
nibus ſanciebat ſola, antequam ſcriptæ proce
derent leges, quædam differentia naturalis at-
que legitimi: ſed primis parentibus primi fi-
lij, etiam ipſo proceſſu nati, legitimi fiebant.
& ſicut in liberis natura quidem fecit liberos
omnes, bella verò ſeruitutem adinuenerunt:
ſic etiam hinc nobis natura legitimas protu-
lit ſoboles, ad concupiſcentiam verò facta cõ
uerſio naturale ius eis inſeruit. §. illud. Auth.
quib. mod. natural. effic. ſui. Ergo iure munici
pali ſimiliter legitimari naturales liberi poſ-
ſunt, quia ius municipale pars eſt iuris ciuilis.
l. omnes. 9. ff. de iuſt. & iure.
Deinde id † quod lege poteſt ſanciri, poteſt 35
etiam ſtatuto induci, d. l. omnes. Per legem
autem, vel Iuſtiniani conſtitutionem, natura-
les legitimantur. d. Auth. quibus modis natu-
rales efficiantur ſui. Ergo etiam per ſtatutum
legitimi reddentur, præſertim cùm ſtatutum
legem ciuilem è medio tollat & pellat. c. fin.
extr. de conſuet.
Tertiò, ſtatutum † & conſuetudo pari paſ- 36
ſu ambulant. Nam ex eodem fonte, conſenſu
nempè populi, oriuntur & promanant. d. l. o-
mnes. ff. de iuſtitia & iure. l. de quibus. 31. ff. de
legibus.
Ea autem † conſuetudo, cuius initij memo 37
ria non extat, ius ſiue priuilegium inducit. l.
hoc iure. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia-
na, & æſtiua. l. 1. §. vlt. ff. de aqua pluuia arcend.
c. vltim. extr. de conſuet. c. conqueſtus. 9. q. 3. c.
mala. 80. diſtinct.
Similiter igitur & pari ratione, ſtatuto vel
iure municipali introducetur beneficiũ hoc,
quo illis qui ex iuſtis nuptijs procreati non
ſunt, legitimorum & iuſtorum liberorum ius
impertiatur ac concedatur.
Poſtremò † ius municipale circa hæredita- 38
tes, teſtamenti factiones, contractus, & ſimi-
les res rectè diſponit ac ſtatuit: hoc eſt, poteſt
hæredem facere eum qui de iure ciuili hæres
non eſt: item poteſt filiofam. teſtandi faculta
tem concedere, qui aliàs à teſtamẽti factione
arcetur. Hæreditatis autem capiendæ facultas
effectus eſt legitimationis. Cùm igitur facul-
tem habeat circa effectus, habebit etiam ipſi-
us legitimationis tanquam principalis confe
rendæ poteſtatem.
Etſi verò non quidem incommodè pro tu
tanda hac opinione hæc adduci & proferri
poſſunt: contraria tamen & aduerſante ſen-
tentia, hæc ipſa opinio eliditur ac euertitur.
Ac initiò multis rationibus non difficulter
comprobatur, naturales iure municipali nec
legiti-

legitimari: ſpurios verò ad ſucceſſionem eorum, à quorum aliàs hæreditate de iure ciuili pelluntur, nec vocari, nec admitti.

39 Legitimatio † actus eſt ſoli principi proprius præcipuus & peculiaris, quem in ſignũ ſupremæ poteſtatis ſibi reſeruat & vſurpat, d. §. περὶ τῶν νόθων. vel Authen. quibus modis naturales efficiantur ſui. Sicut & arrogatio apud ſolum principem rectè perficitur, §. 1. Inſt de adoptionib.

Ciuitates igitur eum actum vſurpare nequeunt, ſicut nec arrogationem exercẽt: quia iura ea quæ ſuperioribus in ſignũ eminẽtiæ et maieſtatis cuiuſdã competunt, ab inferiorib. aſſumi introducive nullo modo poſſunt.

Principaliter verò iure municipali conſtitui non poteſt, vt ſpurij legitimẽtur. Ius enim legitimandi naturales, principi Romano, quem nunc Imperatorem dicimus, tantùm competit.

40 Ius autem † legitimandi ſpurios, de ordinaria poteſtate ipſi eſt ademptum. Primùm quidẽ, inquit Iuſtinianus, omnis qui ex complexibus aut nefarijs, aut incœſtis, aut damnatis proceſſerit: ipſe neque naturalis nominatur neque alendus eſt à parentibus, neque habebit quoddam ad præſentem legem participium. §. ſi Auth quib mod. naturales efficiantur ſui. Multò magis igitur ciuitatibus hæc legitimandi poteſtas adempta erit.

Quòd ſi tamen princeps ex quadam poteſtatis plenitudine & ſupereminentia ſpurios legitimet, neceſſe eſt eum vti clauſula derogatoria, qua legitimationis beneficium, certis ex cauſis motus, contra Iuſtiniani præſcriptum indulſerit.

Huic autem grauiſſimæ conſtitutioni D. Iuſtiniani derogari iure municipali non poteſt: cùm legem hanc quæ ſpuriorum legitimationem interdicit & prohibet, tollere nequeat, vt in Auth. caſſa. C. de ſacroſan. eccleſ. Auth nauigia C. de furt.

Deinde legitimatio eſt natalium reſtitutio, § ſi quis ergo. Auth quib. mo. naturales effic. legitimi. § ideo. Authen. quib mod. nat. effic.
41 ſui. † Reſtitutionem autem natalium ordo decurionum nequit facere, licet loco populi in ciuitate præſit, l. 1. ff. de natalibus. Cùm ergo nõ poſſint natalibus reſtituere, multò minus legitimabunt.

At dices: Imperator ciuitatibus, itemque ditionibus ſtatutaria & municipalia iura ſibi condere permiſit: igitur videtur etiam conceſſiſſe, vt legitimationis beneficium conferant.

42 Reſpondeo: † Vulgatum eſt iuris axioma, quòd generi per ſpeciem derogetur, l. vxorẽ, 39. §. feliciſſimo. l. ſeruis vrbanis. 99. §. ſi alij vernæ. ff. de leg. 3. l. ſanctio legum. 41. ff. de pœnis. l. ſi de certa. 31. C. de tranſactionib. c. 1. de reſcriptis, c. 2. ſtuduiſti. extra, de officio legati. c. dudum. 14. c. quamuis. 38. de præbend. lib. 6. c. qui ad agendum. 4. de procuratorib. libr. 6. Euerard. in loco à generalitate.

Licet † igitur generalis conceſſio ſtatuendi, permiſſa ſit à Principe: non tamen continebitur ea conceſſione, id quod princeps in ſignum ſummæ poteſtatis & eminentiæ ſibi reſeruauit. Quia veriſimilis ratio ſuadet, generali conceſſione id non venire neque contineri, quòd ſpecialiter conceſſurus non fuiſſet, arg. l. 1. C. quæ res pign. obl. poſſ. vbi in obligatione generali pignoris ea non veniunt quæ nemo ſani iudicij ſpecialiter obligaret, & l. qui peculij. 46. ff. de peculio. Facilè itaque, colligi poteſt, principem minimè concedere voluiſſe legitimationem. 43

Quartò. † Vnius incluſio eſt alterius excluſio, text. vulgat. in l. cùm de lanionis. 18 §. cui fundus ff. de fundo inſtructo legato. Legato enim fundo inſtructo, & mancipijs, Caſſius reſpondit, reliqua mancipia quæ nominata non ſunt, legata nõ cenſeri. Incluſio enim & fundi, & certorum mancipiorum, facit vt de reliquis mancipijs nõ intellexiſſe paterfamiliâs cenſeatur: ſimilis tex. in l. ſi cùm dotẽ, 23. ff. ſoluto matrimo. 44

Ciuitatibus autem permittitur tantùm legitimatio, quæ fit per oblationem curiæ, §. ſi quis igitur. Auth. quib. mod. naturales efficiantur ſui.

Altera igitur legitimatio, quæ fit reſcripto principis, & quæ ipſius propria, præcipua et peculiaris eſt, ad ciuitates non pertinebit, nec ſpectabit.

Quintò. † Contrariorum eadem eſt diſciplina, l. qui accuſare. 8. ff. de accuſationib. l. quemadmodũ. 8. ff. de acq. poſſ. l. etſi contra. 35. ff de vulg & pup. § 1. Inſt. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. §. furtorum. Inſt. de obligat. ex delicto. late Euerard. de Midelburgo, in loco à contrarijs. 45

Ciuitas autem facere nequit, vt is qui filij nomen adeptus eſt, illud ipſum perdat & amittat, §. naturalia. Inſtit. de iure naturali gentium & ciuili. Igitur econtrà non efficiet, vt qui filij nomine dignus non eſt, filius reddatur efficiaturve. §. quoniam autem. verſi. eos enim. Eos enim, inquit Iuſtinianus, qui ſemel ex odibilibus nobis, & propterea prohibitis nuptijs procedunt, neque naturales vocati, neque participanda eis vlla clementia eſt. Authen. quibus modis naturales efficiantur ſui.

Sextò. † Argumentum à minori ad maius in iure noſtro validum eſt, l. fin. iuncta gloſſ. & ibi Ioan. de Platea libr. 10. C. qui ætate. c. cùm in cunctis. 7. in prin. & ibi gloſſ Ioan. de Anan. Panorm. Ioan. de Imola extra, de electione. l. 3. C. de condictione indebiti, l. ſi 46

quando.15.C. de teſtib.l. ſi non ſinguli.5.C.ſi
certum petatur.text.in Auth.multò magis.C.
de ſacroſan.eccleſ.c.ſi dominus.& ibi glo.ex-
tra,de ſimonia,l.1.§.ſed conſultò.& ibi gloſſ.
ff.de his quæ in teſtamento delentur,l.qui pi-
gnoris.36.& ibi Ioan.de Imola.ff.de acq.poſſ.
cum ſimilibus recitatis à D. Euerardo in lo-
co à minori.

Perſona autem quæ illégitima eſt, per ci-
uitatem habilitari, idonea & apta ad admi-
niſtrationem bonorum reddi non poteſt,ar-
gum.l.penul.C. de his qui veniam ætatis im-
petrarunt. Multò minus itaque is qui ad ipſa
bona capienda incapax eſt, ciuitatis præſcri-
pto idoneus reddetur.

47 Ex † eo cõſequitur, Cùm ciuitates ſpurios
legitimare nequeant,neq; hęreditates iiſdem
dare,nec circa eos diſpenſare poſſe: quia hæ-
reditates pattũ ſpuris ſtatuto deſerre, eſt tol-
lere & perimere effectus illegitimitatis, præ-
ſertim verò cùm ſpurij ab omni commodo
bonorum paternorum ipſa lege iubente, &
honeſtate dictante, arceantur & pellantur.
Auth.ex cõplexibus. 6. C.de incœſtis nuptijs,
l.ſi quis C.eod.

Nihil itaque magis à iure municipali a-
lienum eſſe debet,quàm peccatum fouere, li-
bidinibus viam aperire, & legitimis hæredi-
bus commodum hæreditatis auſerre: ac eos
qui rationi ipſi, quæ caſtitatem docet & præ-
ſcribit,exoſi ſunt,iuſtis legitimiſque hæredi-
bus vel conferre, vel præponere: quod qui-
dem ne principi, qui legum condendarum
poteſtatem habet,licet.§.fina. Authen.quib.
modis naturales effic.ſui. argum. l.quoties.2.
l. nec damnoſa.3.C. de precibus Imperatori
offerendis.

48 Deinde † apertè iure diuino prohibetur
& interdicitur, ne ſpurij ſuccedant. Geneſis
21.c. Eijce ancillam hanc, & filium eius. non
enim erit hæres filius ancillæ, cum filio meo
Iſaac.Et repetitur à Paulo in epiſtola ad Gala.
4.à D. Auguſtino in c. non omnis.32.q.2. Et
Idem Auguſtinus in libr. Quæſtionum ſuper
Leuitico cap.77.ita ait: Quid eſt,Quicunque
dormierit cum cognata ſua, ſine filijs morie-
tur, cùm filij ex huiuſmodi coniunctionibus
& antè nati ſint,& hodiè naſcantur? An hoc
intelligendum eſt ex lege Dei conſtitutum,
vt quicunque ex eis nati fuerint, non reputen
tur filij, & nullo parentibus iure ſuccedant?
Nullo itaque pariter modo, ſtatuta iuri diui-
no contraria & aduerſantia condent.

VIII. Præterea ex eo quoque opinio hæc
confirmatur,iure municipali nec naturales,
minus ſpurios, ſucceſſioni aptos ac idoneos
49 reddi efficive poſſe.Prohibitus † enim in cau
ſa,prohibetur in cauſato. Populo autem le-
gitimandi poteſtas adempta eſt. Ergo & ſuc-
ceſſionis dandæ vel conferendæ indignis, &
legibus exoſis perſonis, facultatem nullã ha-
bebit.

IX. Ponamus, non tamen demus hanc
ſucceſſionem expreſſim iure diuino non im-
pugnari, non improbari: non tamen adhuc
valebit, vel vſurpabitur: quia ratio docet &
explanat, appetitum hunc inordinatum fu-
giendum eſſe.

Nam † omnis lex debet eſſe honeſta,iuſta, 50
poſſibilis, ſecundùm naturam, & ſecundùm
conſuetudinem.Quid eſt autem inhoneſtius
quàm cauſam & occaſionẽ delinquendi præ-
bere,ac hominũ voluntates,quæ ſuapte ſpon
te quaſi cęco quodam impetu ad libidines ſe-
runtur ac rapiuntur, & vix vllis pœnis coer-
ceri & refrenari poſſunt, quaſi præmijs qui-
buſdam propoſitis incitare? Ideoque propter
effrenatæ libidinis odium hæreditatę priuan
dos eſſe,etiam concilio Toletano nono con-
ſtitutum fuit.

Hoc † enim caſu vltio non ſolùm in au- 51
thores ſcelerum,verùm etiam in progeniem
damnatorum inſertur,c.cùm multæ.15.q.vlt.
Facilè enim prudentes putarunt libidines co
erceri alia pœna non poſſe, quàm ſi liberi ex
damnato illicitoq; coitu cõcepti,omni bene-
ficio paterno excluderentur:quod duriſſimũ
& grauiſſ.eſt ipſis parentib.l.cùm iſti quidẽ.ff.
de eo quod met.cau §.fi.Inſti.de noxal.actio.

Nam cùm ipſa natura ad propagationem
omnes propellat & incitet, nihilque patres
æquè agãt quàm vt liberis,quàm poſſint, pro-
ſpiciant longiſſimè: & augmentandis ditan-
diſque ſolum illis ſtudium omne ſuum po-
nant:durius ſanè nihil, neq; acerbius aliquid
accedere ipſis poteſt, quàm liberos, partem
corporis,egentes ac omnibus honoribus in-
dignos habere, & à naturali officio diuelli &
reprimi: cùm † paternus animus reliquas om 52
nes affectiones ſuperet, ac magis parentes (vt
I C.ait) in pœnis & corpore liberorũ, quàm
proprijs afficiantur calamitatibus,d.l.iſti qui-
dem.8. in fi.ff.de eo quod met.cauſa.§ fi.Inſt.
de noxal.act.§.generaliter. in Auth.conſtitu-
tio quæ de dignitatibus.

Cùm itaque & iure diuino,& ipſa ratione
ſpurij in hæreditate parentum conſequenda
indigni habeantur: nemini non obuiam eſt,
ciuili vel municipali præſcripto contrarium
induci non poſſe.

Quæ † contra mores, inquit D.Auguſtin. 53
hominum ſunt flagitia, pro morum diuerſi-
tate ſunt vitãda: vt pactum inter ſe gentis aut
ciuitatis conſuetudine, vel lege firmatũ,nulla
ciuis aut peregrini libidine violetur, c.quæ cõ
tra mores.38.diſt. Sicut ſimiliter neq; conſue-
tudine aliquid, quod cõtra bonos mores eſt,
introduci permittitur, c.conſuetudo 5. di-
ſtinctione, c.ex parte.10.extra,de conſuetud.
quemadmodum nec pactum valet, quod de-
linquen-

linquendi occaſionem & irritamenta præ-
bet,l.non impoſſibile.50.ff.de pact. & ibi glo.
Bald.in l.1.C.de ſumma trinit. & l.1.C.de na-
tural.libe. Bart.in l.3.ff.de teſtib. Iaſon in l a,
C.de iure aureorum annulorum.

54 Inde Ludouic.Sard.in tract. de natural. li-
be.ſucceſſ.num 33. & in 2.ſpecie legitimatio-
nis ait, venerabili conſiſtorio Bononienſi
pronunciatum fuiſſe, etiam ſi ſtatuto conſti-
tutum ſit,vt ſpurij ſuccedant, & ſucceſſio pe-
tatur per ſpurium à iudice ſeculari: nihilo-
minùs tamen iudicem Eccleſiaſticum inhi-
bere poſſe, & mandare iudici ſeculari, ne in
cauſa procedat. Quia omne illud quod cau-
ſam delinquendi vel peccandi inducit aut
præbet,rectè tolli,emendari, & corrigi debet
per iudicem Eccleſiaſticum, c.multi.18.2.q.1.
c.nouit.13.extra, de iudicijs, c.peruenit.2.de
iureiurando, c.cùm inter.5.extra,de conſuet.
& c.ex parte.10.extra,eo.

Nam hoc caſu iudex Eccleſiaſticus, & qui
curam animarum gerit, interpellabit iudicē
ſecularem: & non obtemperantem,excom-
municatione puniet, ac omni hominum &
ſacrorum commercio eximet, c. ad inſtan-
tiam.33.q.3.c.ſolitæ. extra, de maioritate & o-
bed.d.c.per venerabilem.c.cùm laicus.de fo-
ro competenti,lib.6.

CONCLVSIO.

55 Aequo † igitur & bono maximè congruēs
ac conſentanea eſt opinio, nec ſtatuto, nec
conſuetudine ſpurios hæreditatum paterna-
rum percipiendarum capaces,dignoſque fie-
ri reddive poſſe.in naturalib. verò diuerſum
ſtatui debet. licèt enim ciuitas legitimorum
liberorum ius naturalibus minimè tribuat,
aut impertiatur, circa hæreditates tamen ip-
ſorum rectè diſpenſat ac diſponit: quia ſpu-
rijs vetita eſt clementiæ participatio, quam
ipſi populus indulgere nequit,niſi legem im
pugnare ac euertere contra omnem iuris &
æqui rationem velit. Bartol. in l. omnes po-
puli.ff.de iuſtitia & iure. & in l.1.C de ſacroſ.
eccleſ. & d.Authen.caſſa.C.de ſacroſ. eccleſ.
& Auth.nauigia.C.de furtis.

In naturalibus verò diuerſitas rationis, di-
ſparem quoque ſententiam produxit, cùm
naturalibus non ſit vetita clementiæ partici-
patio. Quamuis enim princeps legitimatio-
nem naturalium, tanquàm ſignum ſuperio-
ritatis ſibi reſeruauerit: non tamen ſibi ſoli
retinuit poteſtatem diſponendi de eorum
ſucceſſione,d.l.omnes populi. Nam aliud eſt
de ſtatu perſonæ diſponere, aliud de hæredi-
tate agere, l.1.C. de ord.iudic.l.2.C. de ſenten
tiam paſſ.& ff eod.Bald.in l.1.C de nat.reſtit.
Idque principaliter tum, quando expreſſim
delicti materia ſubeſt.Ludouic.Sard.in d.tra-
cta.in ſec.legitim.ſpecie,nu 33.& 34.

An ciuitates liberæ præſcriptione ius legitimandi, quod ſolius Principis, pontificisque Romani proprium eſt ac peculiare,acquirere poſſint.

Quidam † putant ciuitates, ſi vſæ ſint be- 56
neficio legitimādi per tale tempus, cuius ini-
tij memoria nō extat ius vel beneficium hoc
præſcriptione adquiſiſſe. Hac enim conſue-
tudine,vel hoc vſu per tanti temporis ſpaciū,
cuius initij memoria non extat,etiam ea quæ
princeps ſibi reſeruauit, quæruntur, c ſuper
quibuſdam 26. de verborum ſignificatio.
qualia ſunt pedagia,guidagia, ſalinaria, quæ
inter regalia recenſentur tit.56. lib.2.titu.quæ
ſint regaliæ.in vſibus feudorum. Bartol.in l.
quidam conſulebant 57.de re iudica & in l.3.
ff.de minoribus. Et tale tempus priuilegium
inducit, & ius conſtituit,l 3.§.ductus aquæ.ff.
de aqua quotidiana & æſtiua. latè Aymon.
Crauetta in tracta. de Antiquitate temporis.
Antonius † verò de Roſellis hac in quæſtio- 57
ne diſtinctionem adhibet, ac legitimationē
naturalium & ſpuriorum diſcernit & ſepa-
rat. Exiſtimat igitur,ciuitates vel reſpublicas
liberas ius legitimandi naturales eius tempo
ris ſpacio, cuius initij memoria non extet,
præſcriptione comparare.

Diuerſum verò putat obtinere in ſpurijs,
quòd hæc conſuetudo ligitimandi nunquàm
propter turpitudinem præſcribatur, c.fin.de
conſuetud in 6.tum quoque,quòd hęc legiti-
mario clauſula derogatoria indigeat, quàm
ciuitates nullo vnquàm tempore quantum-
uis hominum memoriam excedente ſibi pa-
rant & quærunt. Auth.nauigia.C. de furtis.l.
deprecatio.ff.ad l. Rhod.de iactu.

Neque obſtat c ſuper quibuſdam. 26. quia
loquitur de reſeruatis principi, quæ tempore
cuius memoria extat nulla,præſcribuntur,&
loco priuilegij haberi incipiunt. Nam † præ- 58
ſcriptio cuius initij memoria non eſt in con-
trarium,& priuilegium à pari procedunt, l.1.
§ final. & ibi gloſſ l. in ſumma.2 §. item Va-
rus.ff de aqua pluuia arcēda, d.l.ductus aquę,
c.ſuper quibuſdam.26 c.nouit. 13 extra,de iu-
dicijs.c.cùm contingat.13.extra,de foro com
petenti.Bald.conſi.295.volum.1. Caſt.conſil.
325.Panor.in c cùm nobis extra,de præſcript.
Bart.in l. ſi publicanus.§ fina.ff. de publican.
Dec.conſ 341.poſt med.& conſi 490. Iaſ in l.
de quibus.colum 12.ff.de legib. & in l. impe-
rium. colum 9.ff.de iuriſdict. omnium iudi-
cum & in l.Is qui putat.2.ff.de acquirend.hæ-
reditate.

Legitimare † autem ſpurios, hoc eſt, eos 59
qui extra concubinatum ex turpi ac inhone-
ſto complexu ſuſcepti ſunt, Principis non eſt
munus

munus: imò apertè Iuſtinianus hoc interdixit & prohibuit § fina. Auth. quib. mod. nat. effic. legit. cùm omnes doceamur authoritate nutuque legum, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates: & quàm longiſſimè princeps abeſſe debeat ab omni libidine effrenata confirmanda & iuuanda.

CAPVT XXXV.

An Comites Palatini legitimare poſſint: item in quibus rebus hæc legitimatio differat ab ea, quę à pontifice & principe ipſo fit: item in legitimatione hac imprimis inſpiciendum eſſe priuilegium comiti Palatino conceſſum, et hunc tenere illud edere, vel oſtendere: item quæ ſit differentia inter legitimationem & diſpenſationem: item in hac legitimatione verba priuilegij diligenter attendenda eſſe, an dirigantur ad legitimationem ſolam, an ad diſpenſationem ſolam, an ad vtramque ſimul. Præterea priuilegium diſpenſandi tãquam odioſum reſtringi & coarctari: cauſam quoque diſpenſationis neceſſariò inſeri debere, ſine causa non diſpenſationem, ſed diſſipationem eſſe. Denique an comes Palatinus filios ſacerdotum rectè legitimet.

SVMMARIA.

1 *Legitimare poſſunt, quibus ius hoc à Principe conceſſum.*
2 *Comitum Palatinorũ legitimatio quid ab ea qua per Imperatorem fit, differat.*
Legitimatio à Comite Palatino facta ſine cauſæ cognitione nulla, ibidem.
3 *Cauſa putatiua non vera in legitimatione per Comitem Palatinum non ſufficit.*
4 *Comes Palatinus in præiudicium tertij legitimare non poteſt.*
5 *Comes Palatinus non vtitur clauſula derogatoria non obſtantibus.*
6 *Comes Palatinus legitimando vocare an agnatos & omnes quorum intereſt neceſſe habeat. & nu. 7.*
8 *Legitimandi poteſtas ex tenore priuilegij dependet. num. 10. & 15.*
11 *Priuilegium oſtendere debet qui ſe id habere aſſerit.*
12 *Comiti Palatino ſine exhibitione priuilegij non creditur.*
13 *Legato à latere non creditur extra ea quæ ſunt in commiſſione.*
14 *Notario aſſerenti in inſtrumento exhibitum Authenticum priuilegium Com. Palat. non creditur.*
16 *Diſpenſatio à legitimatione diſtinguitur.*
17 *Diſpenſatio in legitimatione non continetur.*
18 *Diſpenſandi priuilegium odioſum, ideoq́ cauſam requirit diſpenſatio.*
19 *Diſpenſatio requirit citationem agnatorum et intereſſentium.*
20 *Diſpenſatio requirit cauſam quæ conſtet & rationi & iuri conſonet.*
21 *Comiti Palatino cauſam interueniſſe aſſerenti non creditur.*
22 *Comes Palatinus an ſacerdotis filios rectè legitimet.*

DVbium † non eſt, legitimorum libero- 1
rum ius eos illegitimis impartiri poſſe, cùm hanc legitimandi poteſtatem ex ſingulari principis indulgentia conceſſam & permiſſam habeant. Bald. in l. 1. C. de ſeruit. & aqua. & in l. 2. C. de precibus Imperatori offerendis. & in l. cùm filius. 29. ff. de teſtam. militari. & in l. 1. ff. de tutorib. & curatoribus datis ab his. Caſtren. & alij in § & quid ſi tantum. l. Gallus. ff. de libe. & poſthu Canoniſtæ in d. c. per venerabilem. Benedict. Capra conſ. 2. col. 3. & 4. Corneus conſ 1. col. 3. verb. his tamen. lib. 3. Soc. conſ. 63. Incip. viſis. nu. 3. vol. 3. Curt. conſil. 73. incip. ſupra memorata. col. 8. Dec. conſ. 55. incip. & pro tenui. col. 2. verſ ſed prædictis. conſ. 307. incip. viſo. Alex. conſ. 70. inc. magnificus, nu. 5. vol. 7. Et hæc quidem legitimatio per comitem Palatinum facta, eas habet vires, vt hac ratione legitimatus æquè legitimus eſſe putetur, ac is qui ab ipſo Imperatore legitimitatis iura cõſequutus eſt. glo. in l. 1. ff. de tutoribus.

In quibus tamen rebus hæc legitimatio differat ab ea, quæ à Principe ipſo fit.

Legitimatio † comitum Palatinorum in 2
aliquibus, ab illa quæ à ſummo Pontifice vel Imperatore immediatè confertur & proficiſcitur, diſcrepat. Primùm enim comes Palatinus neceſſe habet, vt diligenter & ſedulò inquirat & perueſtiget cauſam. Franciſc. Curt. conſ. 16. col. 9. In fi. verſ. fortius ex quo. Nam ſi cauſæ cognitionem omittat vel negligat, legitimatio eius tanquam iniuſta reijcitur Bar. in l. ſi teſtamentum. in verſ. item poteſt C. de teſtam. & in rubr. C. de precib. Imperatori offerendis. Interpretes poſt Panor. et Prępoſitus in d. c. per venerabilem. 13. Iaſ. in l. Gallus. 29. §. & quid ſi tantum, nu. 116 ff. de libe. & poſthumis. Curt. conſ. 73. Barbat. conſ. 303. col. 8. volu. 2. & Curt. conſ. 16. colum. 9. conſ. 17. col. fina. Alex. conſ. 202. colum. 7. volum. 2. Licet enim Imperatoria benignitate hæc ipſi facultas attributa ſit, certum tamen eſt, in Imperatore hãc ad maiorem gloriam ſplendoremq́ue reuocandam eſſe.

Neque † ſufficit in comite cauſa putatiua. 3
Curt. conſ. 64. & ſeq. incip. ſerioſa narratione. Iaſon in d. §. & quid ſi tantùm, num. 97. & 142. Crotus num. 65. Aretin. col. pen. verſ. circa tertium.

Deinde † in præiudicium tertij legitimare 4
nequit

nequit allegatis authoritatibus, etiamſi verba priuilegij concepta ſint, in facultatem exercendi & faciendi omnia ea quæ Imperatori hoc caſu permittuntur & cõceduntur. Decius conſ 23.nu.9.& 10.conſ.345.num.1.conſ. 357.nu 5.& 6.

5 Conceſſa † enim poteſtas legitimandi, intelligitur conceſſa ordinariè, non in his quæ ſpectant ad plenitudinem, ſplẽdorem & maieſtatem imperatoris. Curt.conſ.13.incip. ſtatuto col.3. Nõ enim poteſt vti clauſula, non obſtantib. Bald.in l.2.C de ſeruit.& aqua. col. 7.q.18. Iaſon in d.§.& quid ſi tantum. nu. 92. cùm princeps hæc pari qua ipſe vtitur poteſtate, in alium conferre non exiſtimetur.

6 Prætereà † comes in legitimatione faciet mentionem agnatorum, ac eos omnes citabit: quorum intereſt, ne legitimatio ea pro ſubreptitia habeatur per ſupeadicta iura. quibus adde Ioan. Andreæ in addit. ad Speculat. In tit de ſucceſſ.ab inteſta, Iaſ.in d.§.& quid ſi tantum, nume. 202. Caſtrenſ.conſ. 223. incip. ſuper eo colum.3. Roman conſ.226.& ſeq.& conſ.282. Alexan.conſ.25.col.penul. & conſi. 67.col.6.& conſ.94 col.4.vol.1. Barbat.conſ. 5.volu.1.Curt.conſ.16.& 18 & 19 vbi declarat, quali ratione talis expreſſio fieri debeat. notat quoque Socin.conſ.251.incip.quoniam in præſenti.

7 Quamuis † Paulus Pariſius conſ.1. volu.2. num.59. exiſtimet propter tenorem priuilegij conceſſi per Imperatorem comiti Palatino, rectè riteque legitimationem abſque citatione agnatorum, vel illorum, de quorum præiudicio agitur, perfici & abſolui: quod & Baldus longè antè exiſtimauit in l. nam ita diuus.39.col.1.ff.de adopt. Decius in d.§.& quid ſi tantum.& ibi Iaſon fuſius, colum.fin. & in rub.de reſcriptis. Panorm.in c.cùm olim.12. extra,de re iud.& ibi Felin.co um.4.in fin. & colum ſeq Socin.conſ.164.col.7.vol.2.conſ. 120.in fin.volum 3. Rationem adducit, quòd legitimatio ex benignitate principis obueniat, quæ citationem minimè deſiderat, nec indiget. Baldus in d.l nam ita diuus.39.& in l.1. C. de iure aureorum annulorum, per text.in Auth.item ſi quis.C.de naturalib.liberis. Iaſ. in d.§ & quid ſi tantùm, num.105. De.conſil. 150.col.2.vol.4.

I. Notabile.

9 Cùm † autem omnis legitimandi facultas ex tenore priuilegij dependeat ac æſtimetur, c.porrò.7.extra de priuilegijs, l.fideiuſſores.68 §.pro Aurelio.ff.de fideiuſſoribus.& in l.ſi quis ſtipulatus.112 ff.de verbor.obliga.Caſtren.conſ.161.incip.in præſenti cauſa. & conſil.227.incip.ſuper primo dubio. Bald.conſil. 129.incip.pactum. volum.2.& conſ.363.incip. præmittendum.volum.1.Alexan.conſ.67.incip.ſuper primo quæſito, volu.1. Socin conſ. 212.col.2.vol.1.& cõſ.63.incip.viſis, col.3.vol. 3.cum alijs quæ traduntur ab Interpretibus in d. c.per venerabilẽ.13. & in d §. & quid ſi tantum. vbi apertè Caſtrenſ.in fin. ait, quòd comes poſſit exercere omnia etiam extraordinaria, quando in priuilegio Imperator ipſi hanc facultatem conceſſit. & ibidem Iaſ. nu. 97.& 98.

Quare † inſpiciendum eſt in primis priuilegium comitis Palatini. Si igitur tenor priuilegij ad ſucceſſiones tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſe referat & exerat, legitimati ſuccedent. Dynus in tracta ſucceſſ. ab inteſtat. Ioan Andr.in addit. ad Speculat. in titu.de ſucceſſ ab inteſt. Anton.in d.c per venerabilem. & ibi Panor.col.antep.verſ.2. requiritur. Caſtr.conſ.227.aliàs 24.incip. ſuper primo dubio, col.3. Alex.conſ.2.incip. viſis, col.5.verſ. ad prædicta. & conſ.139. incip.eleganter, col.2. volu 1. Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore, 15.num.541.ff.de vſucap. 10

Pro certiſſima igitur regula obſeruetur; poteſtatem comitis Palatini legitimantis, totam depẽdere & æſtimari à facultate ſibi conceſſa. Socin.conſ 212.col.1.in princip. & col. penult. verſic.confirmatur.volum.2.& conſ. 63.num.3.volum.3. Laudenſ.in d diſput.col. 15.Caſt. & Aret.in d.§ & quid ſi tantum.

II. Notabile.

Ideoq; † is qui facultatem & priuilegium ſe habere adſerit, oſtendere hoc priuilegium & edere cogitur, d.c.porrò.7.de priuilegijs.l. fideiuſſores 68.§. pro Aurelio.ff.de fideiuſſ.l. ſi quis ſtipulatus 112.ff.de verbo.oblig. Caſtr. conſ.161.incip.in præſenti cauſa.& conſ.227. incip.ſuper primo dubio. Alexan.conſ.67.incip.ſuper primo quæſito.vol.1. Socin.conſil. 212.col.2.volu.2. & conſ.63. incip.viſis. col.1. volu.3. Interpretes in d.c.per venerab.13.& in d.§ & quid ſi tantum. 11

Quæ † quidem exhibitio adeò neceſſaria eſt, & requiritur, vt Comiti Palatino adſerenti de ſua poteſtate minimè fides citra editionem adhibeatur. Franc.Curt. multorum authoritates adducens conſ.16.incip clarus vir. colum.3. & conſ 73. incip. ſuper memorata, colum.3.& ſeq. Dec.conſ.288.incip.quæritur, col.penul.in fi.num 8 & 9. vbi concludit, comiti adſerenti non eſſe credendum: prout 12
† etiam non creditur legato à latere, in his quæ non veniunt in commiſſionem. Panor, & Feli.in c.quod ſuper his.7. extra,de fide inſtrumentorum. Neque hoc caſu longitudo temporis, quo ſe pro comite geſſit, & ab omnibus ita habitus & reputatus fuit, eum ab exhibitione priuilegij eximit. Alex.conſ.1.col. fin.vol.7.Soci.conſ.29.incip, viſo inſtrumento, volu.1. 13

Quod

12 Quod† plus eſt, nec tabellatio affirmãti ſe vidiſſe αὐθεντικὸν inſtrumẽtum poteſtatis & ſacultatis legitimandi creditur. Intetpretes in Authen ſi quid in aliquo.C. de edendo.& in c.fi.extra,de fide inſtrumentorum.

15 Fundamentum † itaque totius huius legitimationis, quæ à comite fit, conſiſtit in verbis & tenore priuilegij, vel originalis, in quo ſolus diligentiſſimè conſiderãdus eſt, & perpendendus.Bald.in c.1.§.fin.tit.quid ſit inueſtitura,per text.l.conſtitutionib.24.ff.ad municipalem Franciſ.Curt.conſ.16.col.1.verſ.& Iſte ſtylus.Bal.in l.1 in fin.C.ad S.C.Velleian. cum alijs ibidem citatis. & per eundem Curtium in d.conſ.16.& 17.col 4.verſ.& faciunt. Firmat Alberic. Roſat. in l.de quibus.31.col. 46.ff.de legib. & alia accumulat Felin. in c.2. de reſcriptis. ac extat deciſio Matthæi de Aff. flict.253.incip.duo,col.verſ.6.

III. Notabile.

16 Hoc† verò caſu notanda eſt & obſeruanda differẽtia inter legitimationem & diſpenſationem.Legitimatio reſpicit naturales tantùm,diſpenſatio verſatur circa ſpurios,& circa habilitationes perſonarum, vt Interpretes loquuntur.

Animaduertendum itaque eſt, & diligenter conſiderandũ, an in priuilegio cõceſſa ſit poteſtas diſpenſandi & habilitandi,an legitimandi. Quia † diſpenſatio circa ſtatum perſonarum ad legitimationem non pertinet, nec in ea continetur.Barbar.multis hanc ſententiam probans, conſ.58. incip. ſapienter dicit pſalmiſta col.3.verſ.& præmitto.& verſi. modò arguo.vol.2. Curt.d.conſ.16.& 17.col. 3.& conſ.73. fol.7. verſ. veniamus ad 4.dubitationem.Corn.conſ.34.incip.in litera,vol.1. Soc.cõſ.246. verſ.4.& vlt.vol.2.& alia adducit Dec.conſ.52.col.fi.& conſ.338.Incip.in caſu,nu.3.& conſ.28.nu.6 & 393.nu.10.

IIII. Notabile.

18 Nam † priuilegium diſpenſandi tanquàm odioſum reſtringi debet,ac coarctari. In omni igitur diſpenſatione neceſſariò requiritur cauſa aliqua,ob quam diſpenſet. Nam cauſa nulla exiſtente,non diſpenſatio, ſed diſſipatio dicetur. Ioan.monachus in c.vnico.de ætate & qualit.lib.6.Roſellus in tracta.legit.in cauſa formali. Curt.d.conſ.16. & 17. Dec.d. conſ.288.num.8. & conſ.307.num.10. & 12.& conſ.393.num.11.& conſ.343 col.1.& 2.Socin. conſ.246.& conſ.251.incip. quoniam. col. 13. verſ.non omitto,vol-2. Interpretes in d.§.& quid ſi tantùm.Præpoſ.in d.c.per venerabilẽ.

19 Inde † etiam in diſpenſatione citatio agnatorum, vel aliorum quibus intereſt,requiritur & deſideratur. Bald. in l. ſi teſtamentũ. verſ.item poteſt.C.de teſtamentis.& in rubr. C.de precibus Imperatori offerendis. In 3. q. Alex.conſ.94.col.fi.vol.1.Roſel.in tract.legitim. dum loquitur de cauſa fin. plenè perſequitur.Franc.Curt.conſ.16.col.8.& conſil.18. conſ.73.Felin in d.c.quæ in eccleſ.nu.49.Dec. ibi nu 30.& ſequitur idem Dec.cônſ.288. inc, quæritur.nu.8. & cónſ.393. incip.cõſultus.nu. 11.& conſ.3.incip.in caſum. nu.9. & cõſ.345. nu 1.& conſ.357.nu.5.& 6.

Neque † præſumitur cauſa, verùm opor- 20
tet eam in conſpicuo eſſe, & ratione niti, ac
iuri congruere. Bald.in d.l.ſi teſtamentum.
& in d.l.reſcripta.7. & Alex.d.conſ.94.vol.1.
col.pen.Dec.conſ.308 & d.conſ.307.num.9.&
conſ.393.nu.11. verſ. & certò concludendum
eſt. vbi apertè ait, tales cauſas debere appare-
re & exprimi: neque † comitem Palatinum 21
adſerentem, quòd cauſa interuenerit, fidem
mereri,per ea quæ tradit Bart.in l.ſi fortè.8.ff.
de conſtit.pecun. gloſſ. & Doct. in l. ſi dona-
tione.13.C.de collat.Caſtr.conſil.91. ſuper eo
quod quæritur. Ancho.conſ.227. incip.ex tenore.& conſ.421.incip.circa primum.Calderinus conſil.3. in titu. qui filij ſint legitimi. Curt.conſi.18.Socin.in d. §.& quid ſi tantùm, circa finem.& conſi.95 colum.fina.vol.3. Iaſ. in d. § & quid ſi tantum.nume,132. Croius ibidem fol.11.col.3.in 4.limit. & Dec. authoritates accumulans conſi.338.nu.7.& in conſ. 307.nu 6.& alibi pluries.

An Comès Palatinus, filios ſacerdotis rectè legitimet. 22

Quidam † exiſtimãt,filios presbyterorum aut canonicórum à comite Palatino legitimari poſſe. Verior eſt opinio Barbatiæ, negantis comitem Palatinum hoſce ſacerdotũ filios legitimare, conſ.58.col.3. & ſeq. volu.2. Idq; multis comprobat rationibus, quas breuitatis cauſa omitto.Barbatiam ſequitur Decius d.conſi.338.nu.6. & conſ.288.col.1. & diffuſius conſ.150. nu.4.concludens, laicum nõ rectè legitimationis ius in clericum conferre,quòd clerici iuriſdictionem protogare & extendere etiam in his quæ ſunt iuriſdictionis voluntariæ nequeant.idque Soc.comprobat d.conſ.65.col.3.& ſeq.vol.3.& Dominicus de S.Geminiano in c.ſi annum.§.ſi verò.col. 2.de iudicijs libr.6. & in c.ſi diligenti.12.c.ſignificaſti. 18. extra,de foro competenti.& in c. at ſi clerici.4.de iudicijs. Bald.in l.1.C.de iure aureorum annulorum. Panormit.in d.c.per venerabilem.13.col.4.Corn.conſ.1.col.6.ver. non obſtat,vol.3.Curt.conſi.83.& 136.Ruinus conſi.vlt.in 5.volu.Ripa in c.2.col.3. extra, de iudicijs.

Hactenùs dictum fuit,qui legitimari,itèm à quibus legitimatio peti, vel qui eam cõferre poſſint. nunc videbimus an poſſit legitimatio fieri in præiudicium tertij.

CAPVT

CAPVT XXXVI.

An legitimatio in præiudicium tertij fieri poſsit in iure quæſito.

SVMMARIA.

1 *Lex omnium regina princips imperare debet.*

2 *Locupletari quem cum iactura alterius naturalis ratio vetat.*

3 *Ius gentium Principem tollere non poſſe.*

4 *Dominium quia iuris gentium eſt, à Principe tolli non poteſt.*

5 *Princeps auferendo alicui rem ſuam ex plenitudine poteſtatis precium rei refundere debet.*

6 *Ratio vtilitatis publicæ facit auferre poſſe principem rem priuati.*

7 *Princeps legitimando poſt mortem patris non tollit ius alijs quæſitum.*

8 *Dominium aditione actu ciuili quæſitum, ad ius gentium pertinet.*

9 *Legitimatio in præiudicium agnatorum & quorum intereſt à Principe fieri nequit.*

10 *Princeps an ius ciuile quod circa hæreditates eſt tollere poſſit. & nu. 12.*

11 *Imperator dominus mundi in defenſione, non res priuatas alijs auferendo, & infrà.*

13 *Priuilegia legitimandi concessa intelliguntur, ne ius tertij lædatur.*

14 *Priuilegij verba dubia interpretanda, ne ius tertij offendant.*

16 *Priuilegia quæ contra ius commune conceſſa, ſtrictiſſimè accipienda.*

1 PRinceps † legum & Iuſtitiæ cultor eſſe debet præcipuus: lex enim omnium regina, vt Plutarchus ait, imperabit principi, non quidem ea ſemper quæ in libris, quæ in tabulis ſcripta eſt. Sed maximè viua inſita ratio, ſemper coniunctus & familiaris principi.

2 Cùm † itaque naturalis ratio æquum iudicet, neminem cum detrimento alterius locupletiorem fieri debere, nec ſine cauſa res ſuas alicui auferendas: quid æquius eſſe poteſt, quàm hanc naturalem rationem ſequi? quid iniquius, quàm vim & tyrannidem exercere?

3 I. Deinde † certi iuris eſt, ſupremum principem, ea quę iuris gentium ſunt, nec tollere, nec ijs derogare poſſe, l. fi. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. & Canoniſtæ in c. quæ in eccleſiarum. 7. & ibi maximè Felin. nu. 36. & Dec. nu. 31.

4 Dominiorum † autem diſtinctio ex iure gentium defluxit ac promanauit, l. ex hoc iure. §. ff. de iuſtitia & iure, l. 1. ff de acquiren. rerum dominio.

Non poteſt igitur ſine cauſa dominium rerum alicui adimere, & in alium transferre. Archidia. Gemin. & alij in c. ius ciuile. 1. diſt. Innocen in c. quia plerique. 8 extra, de immunit. eccleſ. cum alijs traditis à Panorm. in d. c. quę in eccleſiarum. 7. & ibi Felin. nu. 17. & ſeq. Dec. num. 29. & 31. Bar. in d. l. fina. & in proœmio Pandectarum, col. 3. quem ſequitur Bal. in l. reſcripta. 7. col. fina C de precibus Imperatori offerendis. Alex. conſil. 89. incip. excellentiſſimi, col. pen. vol. 5. Dec. conſ. 357. incip. in cau. col. 3. nu. 5.

Inde † traditum quoque eſt: Etiamſi prin- 5
ceps ex plenitudine poteſtatis, & maieſtatis (de qua latè in l. item ſi verberatum. 15. ff. de rei vend. & in l. 2. C de quadriennij præſcrip. cum ſimilib.) rem alicui adimat, qui preciũ illi qui eius rei dominus eſt, exoluere ac præſtare debeat. Archidiac. in c. per principalem. fin. 9. q. 3. & traditur in l. ſerui. C. pro quibus cauſis. & ibi Bald. Felin in d. c. quæ in eccleſiarum. 7. nume. 41. & 42. & Dec. nu. 26. & nu. 29. verſ. & certè precium. & nu 31 circa fi. ver. ſed optimè. Ange. & apertius in conſ. 352. nu. 6. vbi addit hoc procedere, etiamſi princeps aliquem ex cauſa priuet dominio ſuo, vel etiamſi clauſula addita fuerit, nõ obſtãte, &c. Iaſ. in l. fin colum. 2. C. ſi contra ius vel vtil.

Solius † enim vtilitatis publicæ ratio rem 6
alicui auferri & adimi permittit, d. l. item ſi verberatum. 15. & l. venditor. 14. §. ſi conſtat. ff. communia prædiorum. Bartol. in proœmio Dig colum 3. Felin. in d. c. quæ in eccleſ. Quæ ſi non adſit, tertij ius illæſum ſaluumque manebit per iura & deciſiones, de quibus ſuprà. & Felin. in d. c. quæ in eccleſ. nume. 54. Decius nume. 38. Niſi res parui ſit præiudicij, & modica læſio inferatur, iuxta ea quæ habentur in l. quoties. 2. C. de precibus Imper. offer. Anton. Panormita. & Imol in d. c. quæ in eccleſ. 7. Felin. nu. 67. Hinc Bald ſimiliter apertè infert, quòd habens poteſtatem diſpenſandi cum ſpurijs, non poſſit diſpenſando alijs dominium rerum quęſitarum vel tollere vel diminuere: quia dominiorum diſtinctio ex iure gentium originem ſumpſit, d. l. ex hoc iure; quod violare, eſt ordinẽ iuris & æquitatis inuertere.

Inde † Bartol. in d. l. Gallus. 29. §. & quid ſi 7
tantum. expreſſè decidit, quando princeps legitimat poſt mortem patris, quòd tum legitimando non tollat ius quæſitum alijs: & potiſſimùm quando illi hęreditatem adierunt, vel poſſeſſionem bonorum apprehenderunt. Aditione enim dominium eis adquiſitũ fuit, l. cùm hæredes 23. ff. de acquirend. poſſeſſ. Secùs antequàm hæreditas adeatur. Hanc Bartoli opinionem ſequitur & confirmat. Bald. in l. Deo nobis. 44. in fin. C. de epiſco. & cler. Caſtrenſis in d. §. & quid ſi tantum, colum. penul. verſic & prædicta. & verſicu. ſi verò. & verſ. ſi autem facta ſit. & Alexan. ibi col. pen. verſ. circa ſecundam, num. 26. Aret & Socin. col. penul. num. 24. Iaſ. nu. 121. & ſeq. 2. & Moderni Hiſpani ibidem. Qui quidem omnes vnanimi conſenſu adſerunt talem legitimationem nõ poſſe tollere dominium per aditionem hæreditatis quæſitum.

4 Addit † Galliaula ibidem nume.90.& 94. & Crotus nu.66.& ſequenti. vbi ſimul Dyn. qui contrarium opinatus eſt, reſpōdet, quòd tale dominium quæſitum per aditionem & apprehenſionem bonorum, ad ius gentium referatur, licèt per modos ciuiles quæſitum ſit. Ideoque per principem legitimatione tolli nequeat. Expreſſius ſentit & tradit hoc Felin.in d.c.quæ in eccleſiarum,7.nu.67.& ſeq. & num 71.

Licet Dec.ibi,nu.36.opinetur, dominium hac ratione quæſitum auferri poſſe: cui tamē communis, receptaque omnium ferè Interpretum opinio refragatur iuribus & authoritatibus ſuprà adductis. quibus adde Bart.in d.l.ex hoc iure.5. Bald.in l.1.C.de iure aureor. annul. Alexan.in l.cùm hæredes.23.ff.de adquit.poſſeſſ.& expreſſius Aretin.in l.3. in col. fin.ff.de teſtam. Galliaula colum.fina.In fin. ibid.adducens glo. Bart.in l.fi.C.ſi contra ius vel vtil.publ.& ibid. Iaſ.nu.3.verſic.7. limita. quibus locis Decij obiectionibus dilucidè & peſpicuè reſpondetur.

9 Communi † itaque & æquitati in primis conſentanea opinione receptum eſt, legitimationem in præiudicium damnúmque agnatorum, aut eorum quibus intereſt, non fieri, à principe factam non valere, neque ipſis ius quæſitum auferri: quod & multorum Imperatorum reſcriptis ſancitum eſt, ne reſcripta quæ iniuriam alteri damnumq́; adferūt, impetrata valeant, l.quoties.2.l.nec damnoſa.3.ait Conſtātinus Fiſco, nec iuri contraria poſtùlari oportet. & Theodoſius: Reſcripta contra ius elicita, ab omnibus iudicibus refutari præcipimus: niſi fortè ſit aliquid, quòd non lædat alium, & proſit petēti, vel crimen ſupplicantibus indulgeat, l.reſcripta.17.C de precib.imperat.offerend.

10 Obijci autē ſolet: Primò, † hæreditates regulantur ſecundùm ius ciuile, c. quo iure.28. diſt.glo.in l.1.ff.de adquiren.hæredit.& in lege obuenire.130.ff. de verborum ſignificatio. Princeps igitur eos qui aliàs ad hæreditates conſequendas nec idonei nec apti ſunt, legitimos, ac hæreditatum conſequendarum capaces efficere, illudq́ue ius ciuile circa hæreditates immutare poteſt, argumento c.propoſuit.de conceſſ.præb.c.innotuit, 20.extra, de elect.§.penul. Inſti.de iure naturali gentiū & ciuili. Bart. poſt glo.in l.fi.C. ſi contra ius vel vtilitatem pub.& omnes Canoniſtæ in d. c.quę in eccleſiarum,7.& poſt alios Felin.nu. 30.extra, de conſtit.

Deinde, † princeps dominus eſt totius mūdi, l.deprecatio.9.ff.ad l.Rhod. de iactu. cum ſimilib. nec conuenit de eius poteſtate diſputare, l.2.& 3.C.de crimine ſacril. Quare res alicui auferre, & alij addicere, ipſi licet, & permiſſum eſt.

12 Facilè † his obiectionibus reſponderi poteſt. Verum quidem eſt principem Romanū, ea quæ iuris ciuilis ſunt immutare, ac circa hæreditates adipiſcendas vetus ius Romanum emendare, & corrigere poſſe, inde tamen nō ſequitur, principem Romanum pro ſua poteſtate, eorum quæ iuris gentium ſunt, tollendi poteſtatem habere. Nam quæ iuris naturalis ſunt, ſemper firma atque immutabilia permanent §.pen. Inſtit.de iure naturali gent.& ciuili. Quid autem magis naturale, quàm ſubditos tueri, iiſq́ue & ipſorum bonis defenſionem ac tutelam præbere? Quid iniquius, quid quoque à principe, & omni ratione alienius, quàm ſine cauſa bona alicui adimere? Princeps enim ac omnis magiſtratus lex animata dicitur cumq́; omnis lex debeat eſſe honeſta, vtilis: præcipuè principi incumbit, vt honeſtatem colat, & iuſtitiam: quæ iubet & dictat, neminem lædere, ius ſuum cuique tribuere. Quod obijcitur, Imperatorem totius mundi dominum eſſe: verum quidem eſt, quo ad protectionem & defenſionem, nō autem quoad rerum ſingularium & priuatarum dominium.

13 Princeps † itaq; ſi iuſtitiam præ oculis habebit, nemini rem ſuam auferet ſine cauſa: quorundam tamen, quominùs in matrimonium redigatur, impedire poterit. Ex eo rectiſſimè ſequitur, neq; à comite Palatino pręiudicium aliquod damnúmq́ue tertio adferri legitimatione poſſe. Cùm enim ſummo principi hoc non liceat, multò minùs comiti Palatino id permiſſum erit: cùm aliàs priuilegia legitimandi ita conceſſa eſſe intelligantur, ne tertius inde damno iniuriaq́ue afficiatur, iuxta c.quamuis.8.de reſcriptis lib.6.l.2 §. meritò.§.ſi quis.ff ne quid in loco publico.& in l nec auus,4.C de emācip liberorum. Bar. in l.impuberi.41.In 2.col.ff.de adminiſt.tutelæ.& in d.l.Gallus 29.§.& quid ſi tantùm, colum.pen. cum alijs adductis per Felinū in c. nonnulli,28.de reſcriptis, num 49.& in d.c.1. de reſcriptis.in 6.nume.19 gloſſ.in l.fina.§.in computatione C de iure delib.& ibi Alexan. col.penul.& vlt.num.10.Dec.in d.c.1.num.6. Felin.in c.ſuper eo 15.nume.4 de offic deleg. Dec.ibi num.1.& alijs ſequentib. Decius in c. quæ in eccleſiarum.7.nume.35.

14 Ideo † ſi quid habeant dubij verba priuilegij, ſemper interpretanda ſunt, ne damnum præiudiciumve tertio inde inferatur & accedat, text.in c.eos.2.§.1.de temp.ord.lib.6.& ibi Geminianus & alij ſcribentes. Panorm. in c. certificari, 9.col 3. de ſepulturis. cum alijs accumulatis per Florianum in c. 1. extra, de reſcriptis, col.7.nu.18.& ſeq. & per Dec.ibi col. 5. verſ. ſecundò limitatur.

Strictiſſimè † enim accipiuntur, cùm contra ius commune conceſſa apparent, c.priuilegia.

legia.4.in 3.diſt.Ioan.And.& Anton.de But. in c.olim.16.de verb.ſignifi.Imola in l.etiam.19.ff.ſoluto matrimonio. & in c. cùm adeò.17.c.cauſam quæ.18.de reſcriptis.c.2.de decimis.in 6.c.dilecti.de donat.d.l.2.§.ſi quis à principe,c.cauſam quæ.18.de reſcriptis.cum alijs ibi adductis per Felin.col.9.nume.44.& ſeq.verſ.interpreratio priuilegij.& nu.61.forma legitim.vide Cagnol.Chaſſan.fol.290.

CAPVT XXXVII.

Effectus legitimationis per reſcriptum principis in cauſa teſtati: an videlicet per legitimationem verè legitimi reddantur, ita vt nulla re à legitimis ſuperentur, an præteriti teſtamentum patris ſubuertant, an debeatur ipſis legitima in bonis paternis, an in ſtatutis excludentibus fœminas extãtibus maſculis huiuſmodi legitimati comprehendantur appellatione maſculorum, an agnaſcantur patri & cæteris, an legitimatio hæc per principis reſcriptum retrotrahatur ad tempus natiuitatis, an denique excludant eiuſmodi legitimati ſubſtitutum vel fideicommiſſum.

SVMMARIA.

1 *Legitimati per reſcriptum an iuſtis liberis adæquentur. nu.5.7.& aliquot ſeq.*
2 *Legitimum eſſe vel illegitimum iuris eſt non naturæ.*
3 *A lege introducta, iuris ſunt.*
4 *Legitimati ſui habentur.*
6 *Dictio nihil vniuerſalis eſt.*
7 *Legitimatus quemadmodum & legitimus rumpit teſtamentum.*
11 *Legitimatus an contineatur ſtatuto excludente fœminas extantibus maſculis.nu.19.& 34.*
12 *Legitimati in ſucceſſionibus per omnia legitimis exæquati.*
13 *Natalibus à principe reſtituti ingenui ſiunt.*
14 *Legitimi ſunt qui ex iuſtis nuptijs procreati.*
15 *Diuerſitas nominum diuerſitatem effectuum cauſatur.*
16 *Antecedens à quo remouetur, remouetur & conſequens.*
17 *Diuerſo iure res vna & eadem non cenſenda.*
18 *Legitimatus ab Imperatore dignitatum eccleſiaſticarum capax non eſt, neque emphyteuſis eccleſiaſtica.*
20 *Naturalis legitimatus an faciat locum, l. vnquam.C. de reuoc.donat.*
21 *Relictum Titio & liberis ſuis non comprehendit legitimatos.*
22 *Conſuetudo primogenitum præferens, excludit legitimatum.*
23 *Poſtliminij iuris reſtitutio & legitimatio æquiparantur.*
24 *Contraria duo ſimul in eodem ſubiecto eſſe nequeunt.*
25 *Legitimatos verè legitimos non eſſe qui defendant.*
26 *Simile nullum eſt idem.*
27 *Benedicti Plumbini diſtinctio quatenus legitimati verè legitimi dicantur.*
28 *Diſtinctio Socini quatenus legitimati verè legitimi dicantur.*
29 *Legitimatus ad petitionem patris ſi prætereatur à patre teſtamentum euertit.& nu.32.*
30 *Legitimatus poſt mortem patris teſtamentum eius non euertit.*
31 *Legitimatis debetur legitima in bonis paternis etiamſi à Comite Palatino legitimentur.n.33.*
34 *Statutum excludens fœminas extantibus maſculis an includat legitimatos.& nu.ſeq.*
36 *Legitimatus per reſcriptum agnaſcitur patri, & agnatis.*
37 *Legitimatio cum reſtitutione trahitur retrò ad tempus natiuitatis in nondum realiter acquiſitis.& nu.40.*
38 *Aditio hæreditatis ius ſuccedendi & acquiſitio ſunt de iure ciuili.*
39 *Princeps quæ iuris ciuilis ſunt liberè immutat, & de ijs diſponit.& nu.44.*
40 *Legitimans per reſcriptum tollit ius ſucceßionis quod eſt in ſpe non quod in re.*
41 *Legitimatus à principe an excludat ſubſtitutum & fideicommiſſarium.nu.42.43.47.& ſeq.*
43 *Clauſula ex certa ſcientia quid operetur, item de plenitudine poteſtatis.& ſeq.*
45 *Principem cum legitimando velle ſubſtituto præiudicare conſtat, citatio non requiritur.*
46 *Iure primæuo omnes legitimos natos.*
48 *Intellectus naturalis verborum in teſtamento pro coniecturanda mente teſtatoris accipiendus.*
49 *Cauſa naturalis potius quàm accidentalis attendenda.*
50 *Ratio ciuilis naturalia iura non vincit.*
51 *Monaſterium loco filiorum eſt.*
52 *Princeps an de plenitudine poteſtatis voluntatem teſtatoris euertere poßit.nu.54.& 55.*
53 *Hæreditatum delationes reguntur principum conſtitutionibus.*
56 *Subſtitutus ad actum legitimationis citandus.*
57 *Legitimatio ad inſtantiam patris quatenus agnatis non citatis præiudicet.*
58 *Subſtitutus item fideicommiſſarius ad legitimationem citandus.*
59 *Comes Palatinus non citato ſubſtituto cui præiudicatur legitimare non poteſt.*
61 *In ſpurijs conquinatur nobilitas.*

CIrca † hunc locum primò omnium quæritur, an per legitimationem hanc verè legitimi reddantur, ita quidem, vt in nulla re à legitimis ſuperentur, ac in omnibus pro liberis iuſtis ac legitimis habeantur: an verò fictione quadam legitimi fiant. Quæſtio hæc in diſceptationem ſatis muniris veriſimilibuſque rationibus deduci poteſt. 1

Initiò itaque pro ea opinione qua adſeritur, legitimatos & iuſtos filios exæquatos eſſe, nec in aliquo differre, hæc præcipuè adduci poſſunt.

I. Aliquem † eſſe legitimum, aut illegitimum, iuris eſt, non naturæ.§.liceat. Authen. quibus modis naturales efficiantur legitimi, §.natura ſiquidem.& §.quod.Authen.quibus modis naturales efficiantur ſui. 2

Lex igitur eandem differentiam tollens,

 ſtatim

ſtatim veros filios efficit, non tales qui per fi-
ctionem quandam legitimi eſſe cenſentur,
argumen. l. ſi vnus. 28. §. pactus. ff. de pactis.
quod Iaſon exiſtimauit in l. 1. in 2. colum. C.
de bono. poſſeſſione contra tabul. & in l. hac
conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto. in 1. col. C.
de teſtam.

3 II. Omne † id quod ab ipſa lege induci-
tur, ius eſſe nemo dubitat, l. legitima 6. ff. de
pactis, d. §. liceat. ſed ea quę ſunt iuris, verè in-
ducuntur: non fictè. Verè igitur legitimi per
principem redduntur. Curt. conſi. 13. in 7. col.

4 III. Legitimati † dicuntur ſui, text. in ru-
bric. περὶ τῶν νόθων. ſub Auth. quibus mod. na-
turales efficiantur ſui & in §. 1. verſ. ſuorum
hæredum iura nanciſcuntur. Inſtit. de hære-
dit. quæ ab inteſta. defer. & §. liceat igitur. ibi,
ſuos de cætero. in Authen. quibus modis nat.
effic. legit. Inde Iaſon in l. hac conſultiſſima.
21. §. ex imperfecto. in 1. colum. legitimatum
ſuum appellat. & in l. moribus. 2. in 5. colum.
ff. de vulgari & pupillari, dicit eos habere iu-
ra ſuitatis.

5 IIII. Similiter † probatur in §. ſit igitur
licentia. verſ. nihil à legit. filijs differentes. &
in §. & quoniam variè. in verſ. nihil diſſimi-
lis legitimis. in Authen. quibus modis nat.
effic. ſui. Cùm igitur in nullo differant, in om-
nibus exæquati dicentur. Quicquid igitur de
legitimo conſtitutum eſt, transferri ſimiliter
ad legitimatum poterit, l. 1. & ibi Bar. & Iaſ. ff.
de leg. 1. l. 2. C. communia. de legatis.

6 Eſtque † conſideranda hoc caſu generalis
dictio negatiua Nihil, quæ vniuerſaliter ve-
rificari debet, vt Interpretes loquuntur: aliàs
oratio redderetur falſa, l. ſi is qui ducenta. 14.
§. vtrum. ff. de rebus dubijs. Bart. & Bald. in l.
1. C. quomodo & quando iudex. Alexand. in
apoſtilla ad Bartol. in l. legitimos. 5 §. in legi-
timis. ff. de legit. tut. Iaſ. in l. naturaliter. 12. §.
nihil commune. in 3. col. ff. de acq. poſſ.

7 V. Inde † Bal. in d. c. de cauſis, 4. in penul.
col. extra, de offic. deleg. Ioan. And. in addit. ad
Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. circa fin. Be-
nedict. de Plumbino in diſputatione ſua, quæ
incipit, Statuto Piſano cauetur. deciđũt, quòd
ſicut legitimis in bonis allodialib. debetur le-
gitima, ita etiam legitimatis.

8 VI. Inde † etiam filius legitimatus æquè
teſtamentum rumpit, ac legitimus. §. genera-
liter. in fin. Nam ſicut in cæteris ab initio le-
gitimis, oportet etiam in his fieri ſucceſſio-
nes, l. filius à patre. 28. §. ſi quis eo tempore. ff.
de liberis & poſthumis hæredibus. & ibi hoc
notat Baldus cum plurimis concordantibus:
& Iaſ. in rubr. C. de poſthum. hæred. inſtit. &
in l. qui ſe patris. 3. in 4. colum. C. vnde liberi.
& in rub. ff. de libe. & poſthu. Curt. conſ. 35. in
3. colum. & in conſ. 13. in 4. col. ibi, adde quòd
pater legando. Fulgoſ. conſ. 65. in fin. Ancho.
conſ. 292. Incip. in ſucceſſione ab inteſtato.

VII. Inde † quoque ſi promiſſi ſint cen- 9
tum floreni filijs naturalib. & legitimis, com-
prehenduntur etiam legitimati. Ang. conſil.
71. incip. arbiter & arbitrator. Curtius in con-
ſil. 25.

VIII. Hinc † Baldus decidit in d. c. de cau- 10
ſis. 4. ſicut pater poteſt diſponere de bonis
ſuis cum filio, coram duobus teſtibus. l. hac
conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto. C. de teſta.
ita etiam cum filio legitimato. ſequitur Iaſ.
in d. l. hac conſultiſſima. 21. & in l. morib. 2. in
5. col. ff. de vulg. & pupil.

IX. Statutũ, † quod extantibus maſculis, 11
fœminas ab hæreditate arcet, locũ habet in
legitimato: ita vt is quoque fœminam exclu-
dat, & hęreditate auertat. Bar. in l. eam quam.
14. in 6. col. verſi. item fuit quæſitum à me. in
10. col. verſ. ſed pone ſtatutũ. C. de fideicom-
miſſ. Caſt. in l. ſed ſi hac. 10. § patronum. ff. de
in ius vocando. & in l. fi. C. de his qui veniam
ætatis impetrarunt. Aret. in l. vt liberis. 17. C.
de collationib. & in l. Gallus. 29. §. ſi eius. ad
fi. ff. de libe. & poſthu. traditur à Barbatio in l.
cùm acutiſſimi. 30. C. de fideicommiſſ.

Quamuis contrarium opinentur Caſtren.
conſ. 196. incip. ſuper primo dub. in 3. colum.
In impreſſ. noua. & in conſ. 252. incip. quæſtio
iſta determin. Curt. conſ. 13. Incip. ſtatuto Ia-
nuæ. & conſ. 16. incip. Clarus vir Iacob. in 3. &
4. col. & in conſ. 35. in 5. col. & in conſ. 37. inc.
ſuper memorata facti narratione. Socin. cõſi.
256. in pen. col. verſ. ſed reſtat nunc videre de
filiabus. Dec. conſ. 50. in prin.

X. Legitimati † & legitimi omninò in 12
ſucceſſ. exæquati ſunt, & par ipſorum in hæ-
reditatibus conſequendis conditio facta eſt.
Ideoque agnatis vt legitimi ſuccedunt, d. §.
generaliter. in fin. Auth. quib. mod. nat. effic.
ſui. Bart. Bald. in l. communium. 19. C. de na-
turalib. libe. Anton. de Butr. in c. per venera-
bilem. 13. extra, qui filij ſint legitimi. Ang. in §.
filium. d. Auth. Panorm. in conſ. 88. incip. in
quæſtione quæ vertitur inter Iulianum. Lau-
denſ. in diſputatione quæ incipit, Angerius
in 20. col.

XI. Natalibus † reſtituere, & libertos fa- 13
cere ingenuos, pari paſſu ambulant, & de v-
no ad aliud procedit argumentatio. Prin-
ceps autem natalibus reſtituendo, verè facit
libertum ingenuum, l. quæris. 3. ff. de natal. re-
ſtitutione. Gloſſ. in l. manumiſſiones. 4. ff. de
iuſtitia & iure.

XII. Plus eſt eſſe legitimatum, quàm ad-
optatum, quia hic naturalia primordia ha-
bet, adoptatus verò ab extraneo ciuilia tan-
tùm. Bald. in l. ſi te parens. 5. C. de ſuis & legi-
timis hæredibus, item fauorabilior eſt legiti-
matio quàm adoptio. Baldus in l. neque ab-
ſens. 24. circa fin. ff. de adopt. A maiori itaq;,
cùm

cùm adoptiuus efficiatur filius, magis legitimatus effici debet filius.

Contraria opinio.

Hæc quidem pro parte adfirmatina adduci potuerunt .Nunc ſi quis contrarium adſerere velit, neq; is ſanè deſtituetur rationibus.

14 Primò † itaque facit, legitimi ac iuſti filij dicuntur illi qui ex iuſtis nuptijs procreari & ſuſcepti ſunt, l.filium eũ.6.ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.§ legitimi. Auth.quib.modis naturales effic.ſui,c.liberi dicti ſunt,16.32. q 4.Hic autem nuptiæ non interuenerunt:hi itaque iuſti filij dici non poſſunt.

15 II. Diuerſitas † nominum inducit diuerſitatem effectuum, l. ſi idem.7.C.de codicill. l.à nullo.4.C.de ferijs.c.ad audientiam.12. & ibi Panor.in 2.not. de decim. ſed verus filius apppellatur legitimus: hic autẽ legitimatus. à ſeparatis itaq; non fit illatio. l. eum actum. 18.ff.de negot.geſt.

16 III. A † quo remouetur antecedẽs,ab eodem remouetur etiam conſequens. l.ſeruus. § fi.ff.de remiſſionib. latè Euerardus de Midelburgo in loco à deſtructione antecedẽtis. Antecedens autem filiationis veræ, matrimonium videlicet, ſubmotum eſt : igitur & conſequens.

17 IIII. Vna † & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, l.Titiæ ſi non nupſerit,99. ff.de condit.& demonſtr. Sed legitimatus à principe,licet quoad ſucceſſionem in allodialibus habeatur pro legitimo, in omnibus tamen non, quia in feudo non ſuccedit, §. naturales.Si de feudo def.fuerit contr. Ad omnia itaque legitimatus non eſt.

18 V. Legitimatus † à principe Romano nõ poteſt dici legitimus,quoad dignitates Eccleſiaſticas. Anton.de Butr.in d.c. per venerabilem.13.Benedictus Plumbinus in d.diſp.ſtatuto Piſano,in 2.col. Barbat.conſ.27. in 21.col. In 1.vol.Curt.in d.conſ.13.

VI. Sicut nec ad emphyteuſin Eccleſiaſticam.Bald.in l.generaliter.6.§.fin.C.de inſt.& ſubſtitu. quia non ſunt verè legitimi,c.innotuit.20.de electionib. & ibi Bald. & in c.quæ in eccleſiarum,7.in 18.col.extra,de conſtit.& in addit.ad Spec.in tit. de locat.in 10.colum. verſ.emphytenſis eccleſiaſtica.Ioan.de Imola in l. quod dicimus.231. in antepen.colum. ff.de verbor.obligat. Alexan.in l.ex facto.16. §.ſi quis rogatus.ff.ad S.C.Trebell. & in conſil.94.in 3.colum.in 1.vol.vbi rationem addit propter nobilitatem Eccleſiæ concedentis, quæ taliter natos abhorret:cùm ſine peccató mortali concipi non potuerint, & in conſil. 125.in 1.col.in 1.vol.Anchor.conſ.406.incip. in Chriſti nomine.Corn.conſil.1.nu.121.vol. 2.cum concord. multis.

19 VII. Statutum † excludẽs filiam dotatam ab hæreditate, extantibus maſculis deſcendentibus, non comprehendit legitimatum: per ea quæ adducta ſunt à Curt.cõſi.13.& cõſ. 125.& Dec.conſ.50.Raphael Fulgoſ.conſil.12. per totum.

VIII. Text. † eſt in l.ſi vnquam.8.C.de reuocan.donat.quò apertè oſtẽditur, quod per ſupcruenientiam liberorum legitimorum reuocetur donatio. Quod tamen non obtinet in naturalibus legitimatis. Bal.in l.2.ad finẽ. C.ſi quid in fraudem patroni. Iaſ.in l.Gallus. 29.§. & quid ſi tantum in 17. col.ff. de libe. & poſthum. & in l.cùm acutiſſimi.30. col.1.C. de fideicommiſſ.& in rub.C.de poſth.hæred. inſtit.Curt.conſ.73.in 31.col. & Salic.in l.ſi totas 5.C.de inoffi.donat. Soc.conſ.126.Tyraq. latè in d.l.ſi vnquàm.8. 20

IX. Relictum † alicui pro ſe ſuiſque liberis,non comprehendit legitimatos,tex.& ibi Salice.in l.fin.C.de his qui veniam ætatis imper. Alex in l.ex facto.16.§.ſi quis rogatus.ff. ad S.C.Treb.& in cõſi.60.incip. viſa legitim. in 2.vol. 21

X. Similiter nec conſuetudine quę primogenitum pręfert, legitimatus continetur.Iaſ. per multa in l.quoties.15. in 1.col.C. de rei vẽdic.Butrig.in c.tãta. 6.extra,qui filij ſint legit. And.Tyraq.latè in tract.de primogenitura. 22

XI. Reſtitutio † iuris poſtliminij,& ius legitimandi,æquiparantur,l.ſi quis filio exhæredato.6.§.quatenùs.ff.de iniuſto rupto & irrito facto teſtamento.interpretes in l.Gallus. 29.§.& quid ſi tantum.ff.de libe.& poſthu.vis autem iuris poſtliminij conſiſtit in fictione, l.poſtliminium.19.ff. de captiuis & poſtliminio reuerſis. notatur in l. ſi is qui pro emptore.15.ff.de vſucap.ſimiliter itaque & legitimatio in fictione conſiſtet. Nam legitimatio retrotracta fingit eum legitimum, neque medio tempore ſpurium fuiſſe, l.fi.ff.de nat.reſt. §.illud. Auth.quibusmod.naturales effic.ſui. Legitimatio enim dicitur quędam reſtitutió natalium.Inde Salic.in l. etiam.C.de appell. legitimatum vocat imaginem repræſentatã: & Bald.eum comparat illi qui vſum togę accepit,l.ſed ſi accepto.30.ff.de iure fiſci.& in c. 1.in 5. colum. extra,de conſtitut. ait, quòd legitimatio ſit ſimilis alchimiæ,quæ facit apparere quod non eſt.& in c.fi.in 2.colum.extra, de tranſl.prælat.dicit,quòd legitimatus ſimilis ſit medicato à morbo, in quo ſemper remanent aliquæ cicatrices. 23

Quia cùm natus ſit ex concubina, non deſinit eſſe naturalis : ſicut qui ſemel fuit hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres, l.& ſi ſine.8.§. ſed quod Papin.ff.de minorib.Gloſſ.in l.ſubſtitui.7.ff.de vulga. & pup. & ſemel facta, infecta fieri non poſſunt, l.in bello. 12. §. factæ. ff.de captiuis & poſtliminio reuerſis.

XII. Duo † contraria non poſſunt eſſe in 24

vno eodemq́; ſubiecto, l.1. C. de furtis. c. ſolicitudine 54. extra, de appel. Non igitur poterit eſſe verus filius & fictus.

Poſtremò Iuſtinianus ait, Facimus eum filium quaſi ex quadam machinatione. §. filiũ. Authen. quibus modis naturales effic. ſui. verè igitur legitimus non eſt, ſed per fictionem, argumen. l qui in prouincia. 57. §. diuus in fi. ff. de ritu nuptiarum. ibi, perinde ac ſi legitimè nati fuiſſent. & §. ſi verò. Authen. de inceſtis nuptijs, c. cùm inter. extra, qui filij ſint legitimi. vbi ait, habuerũt, l. 2. C. de iure aureorum annulorum.

25 Et † hanc opinionem, quòd legitimati verè legitimi filij non ſint, tenuerunt & tutati ſunt Iacob. de Bellouiſu, in §. trib. Auth quib. mod. naturales effic. leg per l. 1. §. ſi quis filiũ. ff ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt. Iacob. Butrig. in proœmio Codicis. Bald. in l. eam quam. 14. C. de fideicommiſſ. & in l. quoties. 15. C. de rei vẽdicatione. & in c. 1. extra, de conſtit. & in l. fi. C. de his qui veniam ætat. impet. & in l. Gallus. 29 § ſi eius. ff. de libe. & poſthu. & in l. ſi ita quis 51. §. cui. ff. de lega. 2. Barbat. conſ. 27. in 1. vol. Soc. in conſ. 256 in fi.

Principali fundamento contrariæ opinionis, quod deſumitur ex § ſit igitur licentia. verſ. nihil à legitimis filijs differentes. Barb. in d. conſ. 27. reſpondet. Cùm ſint ſimiles, nõ
26 eſſe legitimos verè: quia † nullum ſimile eſt idem. Bart. in l. quod Nerua. 32. ff. depoſiti. Felin. in c. capitulum ſanctæ Crucis. 30. extr. de reſcriptis. Iaſ. in l. qui liberis. 8 ff. de vulgari & pupillari ſubſtitutione. & Guiliel. Bened. in c. Raynutius. 16. in verſic. mortuo itaque teſtatore, num. 37. & 38. extra, de teſtam.

27 Hac † igitur in quæſtione, quæ quidem argumentis & rationibus ſatis firmis vtrinque excogitatis, in diſceptationem deducta eſt, ſanior videtur diſtinctio Benedicti Plumbini in diſput. incip. ſtatuto Piſano, quam recitat & approbat Curt conſ. 73. incip. ſuper memorata facti narratione. in 22. col. Aut, inquit, quærimus, an legitimatus ſit verè legitimus, vera & originaria legitimatione, quæ ex matrimonio, quod eſt facti, procedit: ſecundùm l. filium definimus. 6. ff. de his qui ſunt vel alieni iur. Et dicendum eſt, quòd non ſit verè legitimus: ſecundùm l. qui in prouincia. 57. §. diuus. ff. de ritu nuptiarũ. Quamuis enim nati ex putatiuo matrimonio appellentur legitimi, c ex tenore. 14. extra, qui filij ſint legitimi iſtud tamẽ intelligitur de fictione quadã, non veritate: prout etiã ſenſit gloſſator in §. ſi verò hęc noſtra lex. Auth de inceſtis nupt. Quia vt filij dicantur verè legitimi, requiritur matrimonium, quod facti eſt, d. l filium. 6. iuncta l. conſilio. 7 § fi. ff. de curat. furioſi. & l. Paul. 11. cum gloſſ. ff. de ſtatu hominum. Ea autẽ quæ facti ſunt, non poſſunt per principẽ induci, niſi mediante fictione. argumento l. in bello. 12. § factę ff. de captiuis. Bart. in d. l. ſi is qui pro emptore. 15. & per fictionem viæ veritatis non delentur. l. in rebus. 30. C. de iure dotium. gl. in c. ſuſceptũ 6. de reſcriptis lib. 6.

Cùm igitur ab Imperatore, vel alio habente legitimãdi poteſtatem, remoueatur antecedẽs, diſpoſitio nempè ſuper matrimonio, vt dictum eſt: pari modo remouebitur conſequens, propria ſcilicet & vera legitimatio, quæ ſola ex matrimonio oritur ac promanat. Aut verò loquimur de alia legitimatione in genere: quando inhabilitas procedit de iure ciuili, vt in l. ſi contra. 4. cum gloſſ C. de inceſt. nuptijs. & tot. tit. de iure dot. & in l. 1. C. ſi rector prouinciæ Et tum princeps legitimando confert veram legitimationem, quo ad ea quæ iuris ſunt ciuilis: quia hi æquè ac verè legitimi ſuccedunt, l. imperialis. 23. verſ. itaq́;. verſi. nam omni macula. C. de nuptijs. l. qua in prouincia. 57. §. diuus. ff de ritu nup. Et ſic debet intelligi, l. ſi is qui pro emptore. 15.

Socinus † verò, vir patrum memoria longè doctiſſimus, hoc caſu exiſtimauit legitimatum à tempore legitimationis, verè dici legitimum, conſ. 226 in 1. col. idq́ue authoritate Bald. in l. eam quam. 14. C. de fideicom. quod extremum temporis quo legitimatur, ſit verum: licet quoad tempus natiuitatis fictè ſit legitimus, quod & putauit Ioan. Andreæ in reg. ſine culpa. de reg. iur. in 6. vbi ait, quòd iura, quæ dicunt, quòd legitimati non differunt à legitimis, intellligi debent ex tempore legitimationis. Et Iaſon quoque docendo adſerit, quòd legitimati per ſubſequens matrimonium nihil differant à filijs legitimis & iuſtis: ſecùs in alijs, in l. vnica. in 11. & 12. colum. C. quando non petentium partes & in l. generaliter. 6. §. cùm autem. in 6. col. C. de inſtit. & ſubſtit. 28

II. Effectus.

Legitimatus † à principe ad petitionem patris, & præteritus, teſtamentum eius ſubuertit. §. generaliter autem. in fine. Ratio. Nã ſicut in cæteris ab initio legitimis, oportet etiam in his fieri ſucceſſiones. Authen. quibus modis naturales effic. ſui. Legitimi autem, hoc eſt, ex iuſtis nuptijs procreati liberi, præteriti teſtamentum rumpunt, l. ſi filius qui in poteſtate, 7. l. inter cætera. 30. ff. de liberis & poſthum. hæred. inſtit. §. 1. Inſtit. de exhæredatione. & tot. titu. de iniuſto rupto & irrito facto teſtamento. Itemq́ue bonorum poſſeſſionem contra tab. §. ead. Inſti. de hæred. quæ ab inteſtato deferuntur. 29

Similiter igitur liberi petente ac ſupplicante ipſo patre legitimati, ac ab eo pręteriti, teſtamentum ac paternum iudicium conuellent. quod & plerique ſenſerunt. Baldus in l.

filius

filius à patre. 28.ff. de lib.& poſth. Bald. & Imol.in l.certum. 8. in prin.ff.de iniuſt.rupr. &irrit.fact.teſt. Dec.in l.liberi.1.num.10.C.de bon poſſ.contra tab. vbi allegat Butrig. in c. per venerab 13.extrà, qui filij ſint leg. Alex. in rub ff. de lib.& poſth. And. Barbat. allegans alios in l. cum acutiſſimi.30.nu. 236. C.de fideicom. Tyraq.in l.ſi vnquam.8.in ver. ſuſceperit lib.num. 66. C.de reuoc. don. Roman. conſ 29 Dec.conſ.52.in prin. & conſ.342. col. pen & 345.nu 8.Nicolaus Sicul.conſ.87. Ruinus conſ.67 col.fin.textus in l.qui in prouincia.57. §.diuus. ff.de ritu nupt.& multis adductis aliàs.

Bald.in l.cum in adoptiuis.10. col.3. C.de adopt.l.certum 8.de iniuſto rupto & irrito facto teſtam.Caſtrenſ.conſi. 221.incip.ſuper puncto. Alex. conſi.139. incip.eleganter.colum.1. num.14 vol.1 Socin.conſ.226.col.2. verſic.ex qua concluſ.vol.2. qui adſerit hanc eſſe communem,licet in d.rubr.de libe. & poſthu. nu. me. 89. & 12. aliqua in contrarium adducat, quibus Iaſon num.3. & ſequentibus reſpõdet, adducens alias concord. deciſiones. & idem in l.ſi is qui pro emptore.15.num.2.6. Dec cõſi.264.num.2.

30 Limitatio. Modò † legitimi filij ius viuente & petente patre conſequutus ſit. Diuerſum enim,ſi patre mortuo legitimationem impetraſſet, obſeruatur: tum enim minimè euertet. Ratio: Quia contra defuncti voluntatem non debet auferri hæreditas his,quos ipſe habere ſibi voluit hæredes l. fin. ff de hæredibus inſtit. Prætere ea conceptus & natus poſt mortem teſtatoris, teſtamentum eius non rumpit.l.ſi quis filio exhæredato.6. in princ. ff. de iniuſto rupto & irrito facto teſtamento. ergo nec legitimatus. Auth.licet. C.de naturalibus liber. Deinde in legitimatione requiritur filij conſenſus. Eadem itaque ratione patris conſenſus interuenire oportet.

Tertius effectus.

31 Legitimatis † debetur legitima in bonis paternis.Bald in c.de cauſis.4. colum.pen.extr. de officio delegati.Caſtrenſis conſ.221.col.4. Alex.conſi.vlt.col.fin.volum.5.Curt. conſ.13. colum.4.num.13 qui multorum authoritates collegit.Deci. conſ. 257. incip.quæritur.col.1. text.in §. illud. Auth. quibus mod. naturales effic. ſui. Fabianus de Grochis in repetitione Auth.nouiſſima.col 4.nu.26. & ibi Iaſ. num. 14.C.de inoffic.teſtam. Pariſ.conſi.55. num.3. vol.3.& conſi.7.col.2. Quia † legitimati præte
32 riti teſtamẽtum peræquè ac iuſti liberi reſcindunt.Nam hoc caſu in nullis differunt ab his §.illud. Auth.quibus mod.natur.effic.ſui. Iacob.de Beluiſo in §.ſi quis autem.& Ang.in §. fin eod tit.qui allegat text. in §,illud,in Auth. de monachis.& l. nõ putauit.8. ff.de bon.poſſ. contra tab.l.filio.17. in princ. ff.de libe. & poſthum.l.communium 9.C.de natural. libe. §. hoc idem obtinet.in Auth. de triẽte & ſemiſſe. Cui verò debetur legitima ex teſtamento, ei etiam neceſſariò debetur ab inteſtato: quia legitima teſtati oritur à legitima inteſtati.l.cũ quæritur.6.C.de inoffic.teſtam.

Hic † autem effectus obtinet, etiamſi legitimatio à Comite Palatino fiat & conferatur. 33
Pariſ conſ.1.vol.2.Caſtrenſ.conſ.222. Decius conſ.288.cum alijs ſuprà traditis. Nam à Comite petente patre legitimatus, partem cum filijs iuſtis facit,eamque illis minuit. Ratione Catellianus Cotta in lib. Memorabilium, in verſ.Legitimatio,adfert:ne abſurdum ſequatur,quod pater teneatur ad duas legitimas.cuiuſque eo loco Socin conſ. 246. col. 4. vol. 2. quos refert & ſequitur Hippolytus Riminaldus in l.poſthumo.85. C.de bonorum poſſeſſ. contra tabul.

Quartus effectus.

Statuto extãte, † ne fœminæ hæreditatum 34
capaces ſint, extantibus maſculis legitimis & naturalibus,etiam legitimàtus includitur, & fœminæ arceantur. Bal.in l.cũ quam.14. col.6. verſi item fuit queſitũ.& in l.cùm acutiſſimi. 30.verſic.quæro nunquid. C.de fideicommiſſis.Caſtrenſ.in l.ſed ſi hac.10. § patronum. ff. de in ius vocando.& conſ.223.incip.ſuper eo. colum vltim.cum alijs adductis per Iaſonem in d.l.cùm acutiſſimi.30. & in d. l.ſi is qui pro emptore. 15. nume.227. vbi adſerit, ſe plenius conſultum ita reſpondiſſe,ſuamque ſententiam in iudicijs obtinuiſſe. Crotus in l. Gallus. 29 § & quid ſi tantum.fol.8.verſic.tertiò principaliter quæro Decius in l.liberi.1. nume. 10. C.de bonorum poſſeſſ.contra tabul. Caſtren. Alexan.Socin.& Iaſ.in l.ſed ſi hac.10.§.patronum ff.de in ius vocando Corn & Aretin in l.liberos 18. C. de collationibus. Tyraquellus in l.ſi vnquam. 8. in verſic. ſuſceperit liberos, num.67 C.de reuocand.donatio. Alexan.cõſi.2.colum.penult.volum.1. & plures alij citati per Decium in conſ.365.incip.viſo, num.7. & conſi 366.incip.pro declaratione.colum.2. & ſequen. & alij plures à Croto in d.§.& quid ſi tantum.fol.11.colum.2.& ſequent.num. 75. & 76.verſi quarto ſtatutum.vbi legum & rationum authoritate opinionem iſtam optimè tuetur.& demum num.77. ſufficienter omnibus obiectionibus reſpondet.

Eandem ſententiam ſequuti ſunt alij Doctores relati per Albertum Brun. in tractatu de ſtatuto excludente fœminam, articulo duodecimo,quæſtione 4.folio 62.colum.3 & 4. vbi ipſe comprobat & ſequitur hanc opinionem, quòd in ſtatuto includatur legitimatus per Comitem Palatinum, ad excluſionem fœminarum, maximè quando ſta-

tutnm vtitur nomine naturalibus,illis videli
cet filijs vel maſculis.

35 Aliqui tamen cxiſtimarunt & opinati sũt,
† legitimatum ſtatuto excludente, fœminas
non contineri. Dec.conſ.52.incip.viſo. & cõ-
ſi.492.incip.quæritur.& conſ.ſeq. Bald.conſi.
102 eſt conſiderandum. volum. 4. Anton. in
c tanta.6.in c.per venerabilem.13.extr.qui filij
ſint legitimi.& plures alij relati à Franc.Curr.
conſ.16. & cõſ.73. incip.ſuper memorata.col.
19.& ſeq.Soc.conſ. 246. incip. elegauter, col.
pen. & fina.volum.2.& Dec.d.conſ. 52. & Ia-
ſon in l.ſi is qui pro emptore.15.num.277.& à
Crot.in l.Gallus.29.§ & quid ſi tantum. char.
11.col.1.& alijs ſeq.num.77. verſi. contrariam
tamen opinionem.

Quintus effectus.

36 Filius † legitimatus per reſcriptum Princi-
pis,agnaſcitur patri & cæteris agnatis : De pa-
tre dubium non eſt, quia tranſit in eius pote-
ſtatem.§.generaliter. Auth.quibus modis na-
turales efficiantur ſui. modò filius conſenti-
at.Similiter etiam agnaſcitur reliquis agnatis
ipſis conſentientibus:eo præſertim caſu, quo
natalibus prorſus reſtituitur.Ratio huius axi-
omatis hæc eſt.Quòd filius quandoque agna-
tionis iuri eximitur, iure ciuili introductum
eſt, Ergo à principe tolli poteſt obſtaculum
hoc,& effici vt agnatus fiat.gloſſ. in Authen.
ex complexu C.de inceſtis nuptijs.§.fin. Au-
then. quibus modis naturales efficiantur ſui.
Deinde beneficium principis latiſſimè eſt in-
terpretandum.l.fin.ff.de conſtitutionibus. cõ
prehendit igitur agnatos quoque. Ideoque ſi
iure municipali extantibus agnatis, fœminæ
hæreditate arcentur, huic legitimato etiam
locus fiet ac aperietur. Hippol. Rimlnal.in l.
poſthumo.2.num.114.C.de bonorum poſſeſ.
contra tab.Dec.conſi.307.num.13.Crauet. cõ-
ſi.138.num.4.

Sextus effectus.

37 Legitimatio † quando fuit reſtitutiua, eti-
am in præiudicium aliorum reſpectu tamen
iuris nondum realiter quæſiti, ſed exiſtentis
in ſpe, retrotrahitur ad tempus natiuitatis.
Princeps enim,vel habens poteſtatem à prin-
cipe, legitimando & primæuis natal.reſtituẽ-
do,tollit ius adeundi,& ſpem ſuccedendi quã
habebant alij, legitimatione nondum facta:
principaliter,ſi hoc animo ea legitimatio cõ-
feratur & indulgeatur.vt alijs in iure quærendo
hoc præiudicium adferatur.Bart.in d.§.& qd
ſi tantum.& ibi Ang.col.12.verſic.reſtat nunc
diſcutere,Caſtrenſ.colum.penult. Alexan.co
lum.penult.& Iaſon num.81. Crot.nume.67.
Claud.colum.antepen.Roſel.in d. tract.in 2.
lib.in loco de effectu legit.Sard.in 7.art.prin-
cip.Præpoſitus in c.per venerabilem. 13.char-
ta 8.colum.1.verſi.priuſquam,& charta 31.co-
lum.4.verſi.quæritur.de eleg.

Ratio:Quia † aditio hæreditatis,ius ſucce- 38
dendi,& acquiſitio iuris ſunt ciuilis, l.lege ob
uenire,ff.de verbor.ſignificat.§.diſponat.Au-
then.de nupt.gloſſ.in c.ius naturale,in 1.diſt.
traditur in l.ex hoc iure. 5. ff. de iuſtit. & iure.
& plenè per Canoniſtas in c. quæ in eccleſi. 7.
de conſti.ſentit expreſſè Caſtr.in l.cum hære-
des.23.ff.de adquir.poſſeſſ.& in l. 3. ff. de teſta-
mentis,& ibi Aretin.& Lancellotus, Decius,
& idem Caſtr in d.§.& quid ſi tantum. col.pe
nult.verſi.ſi autem facta ſit, vbi adfirmat, ius
ſuccedendi eſſe de mero iure ciuili.& ibi Ale-
xan.colum.penult.idem ſequitur & compro-
bat Aret.col.13.& 15 & Iaſon num.122. & repe
tentes:volentes ius ſuccedendi eſſe de iure ci-
uili:& quòd in bonis non dicatur. l. precia re-
rum.63.ff.ad leg.Falcid.& firmat Bald in l.qui
ſe patris.3.C.vnde liberi. & in Authen. ſi qua
mulier.in fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Cal-
det.conſi.3.col.fin.in tit. qui filij ſint legitimi.
& Anchoranus ad id adducens rationes.con-
ſi 308.incip.prima facie.col. 1. verſic. præſup-
poſito:vbi ait : Hæreditatis & ſucceſſiones, i-
temque bona temporalia regulari ſecundum
conſtitutiones ciuiles ſequitur Panorm.con-
ſi 8.incip.illud in ſumma,in fin. Alex.in rub.
& diffuse conſ.2.col.12.& antepen. verſic.nec
ad hoc obſtat,vol. 1. Canoniſtæ, & inter eos
inprimis Præpoſitus d.c. per venerabilem. 13.
chart.6 col.1.& ſeq.& in terminis noſtris Bal.
conſ.119 incip.quidam vxoratus.vol.5.Socin.
conſ.120.num.10.& 11.volum. 3. vbi latiſſimè
perſequitur Dec.conſ.390.num.10.

In † his autem quæ ex ciuili preſcripto ori- 39
untur, Imperator liberam habet poteſtatem
diſponendi & immutandi, c.innotuit. 20.de
electione,c.propoſuit.4. extr.de conceſſ.præ-
bend.notant omnes in c.1. de conſtit. & in c.
quæ in eccleſiarum.7.eod.tit.Glo & interpre-
tes in l.fin.C.ſi contr.ius vel vtil.publ.Bart. &
alij omnes in d.§. & quid ſi tantum. per textũ
in l.2.ff.de natal. reſtit. Præpoſitus & veteres
interpretes in d.c.per venerabilem. 13.charta
6.col.1.& 2.Alex adducens alios in conſ.2.vo
lum.1.Soc.in conſ.251.col.12.& ſeq.& conſ.159
colum.2.verſ.ſed iterum.volu.2. & conſ.120.
incip.memini.num.3.volum.3.Franciſ.Curt.
conſ.49.colum.18.& ſeq & colum.77.in fine.
Brun.latè conſ.1.colũ.5.& 6.& conſ.2.col.7.in
fin.cum multis ſimilibus.

Poterit † igitur in iure quærendo filios le- 40
gitimos anteuertere, ac liberis naturalib9 per
legitimationem vnà locum facere:in quæſito
verò iure diuerſum obſeruari debere, æqui &
boni ratio ſuadet. Tollit enim ſolummodò
ius adeundi,& ius ſuccedendi:cùm adhuc nõ
ſit ius quæſitum in re : ſed ſpes tantummodò
ſucceſſionis competat. ita Bartol. communi-
ter ab omnibus approbatus, dicto §. & quid ſi
tantùm,

ſi tantum.& ibi Caſtren.col.penult.volens i-
ſto caſu ſufficere ſolùm voluntatem:ſequitur
Alexan.ibid. col.pen. & Aretin. colum.15.&
Socin.num.23.& Iaſ.num.96.& 122. Claud. &
Dec.col.fin.& alij repetentes,præ ceteris Cro.
num 67.& Bon.col.fin.Brun.d.conſ.1.col.7.
Alex.conſ.2.fol. 2. vbi per multas rationes &
fundamenta concludit,principem poſſe præ-
iudicare ſubſtituto & fideicõmiſſario, & tol-
lere ius ſuccedendi ſola voluntate & ſine cau
ſa.Cùm Imperator iuri ciuili detrahere, illud
minuere & augere ac amplificare poſſit.argu-
mento c.innotuit.20.extr.de electio. Baldus
conſ.214.incip.caſus.volum.2.conſ.119.incip.
quidam.volum.5.

Septimus Effectus.

41 Legitimatus † à principe excludit ſubſtitu-
tum,vel fideicommiſſarium:veluti, Aurelius
inſtituit filium Tertylium: etſi hic ſine libe-
ris naturalibus & legitimis deceſſerit, ſubſti-
tuit Caium. Tertylius naturalẽ filium Sem-
pronium habuit, quem legitimari curauit.
Quæſtionis eſt, An hic Sempronius legitima-
tus ſubſtitutum Caium excludat. Communi
præcipuorum,& principum in iure noſtro in-
terpretum ferè omnium opinione, poſt lon-
gam acutamq́ue diſputationem receptum eſt
& obtinuit, legitimatum excludere ſubſtitu-
tum: & Caio ſubſtituto locum nullum in ea
hæreditate, cuius per ſubſtitutionem adipiſ-
cendę ſpem habuit, reliquum eſſe. Interpretes
in d.l.generaliter.6.§.cum autem.& ibi præci-
puè Iaſon nume.7.& Alex.C.de inſtit. & ſub.
ſtit. Barto.Socinus & alij in d.l.Galius.29.§.&
quid ſi tantum.in fin.Alex.col.pen.Aret.col.
15.& Soc.num.23.& Iaſ.num.96.& 1221. & De
ci.col.fin & alij repet.ibi maximè Crot.num.
67.Interpretes omnes,& ibi Alex.Franc.Ripa
in l.ex facto.16.§.ſi quis rogatus.ff.ad S.C.Tre
bel.Barbat.in l.cùm acutiſſimi.30.charta 27.
& ſequen.C.de fideicommiſſ hęredit.Butrig.
in c.per venerabilem.13.extr.qui filij ſint legi-
timi.Ange.in diſp.in c.nobilis quidam gene-
re. Anchoran. conſ. 215. incip. in Chriſti no-
mine videtur.& conſ.218. incip. ſuper puncto
iſto plura ſubtiliter,&c.& conſ. 223. incip. vi-
dendum.& conſ.506.incip. circa primum du-
bium.Calderic.conſ.1.titu. qui filij ſint legiti-
mi. Alex. d. conſ.2.volum.2. plurimas addu-
cens in vtramque partem rationes. & notat
Roſelius in d.tractatu,in 2.lib. dum loquitur
de effectu.col.5. & penult. verſ. ſed dubitatur.
& col.3.Laudenſ.in eod.tractat.col.22.Ludo-
uic.de Sardis in d.tract.in 3.parte.7.artic.quæ-
ſtio.7.& quæſt.9.& 10.dum tangit de expreſſi-
one in 6. artic. & communiter omnes recen-
tes in d.§.& quid ſi tantum.Soci.col.fin.& Ia-
ſon col.fin.Præpoſ.recitando & referendo a-
lios in d.c.per venerabilem.13.chat.29. col. 1.
& ſeq.verſ.vndecimò quæro. Comprobat Al
bertus Brun. allegatione aliarum deciſionũ,
in d.c.1.col.10.verſ.tertiò aduertendum. Bar-
bat.conſ.24.col.fin.vol.2.Bald.conſ. 466. in-
cip.ſuper eo.col.2.verſ. ſequitur videre. Cor-
ne.conſ.177.in fin.vol.1.& plenè tangit Soci-
nus d.conſ.251.vol.2.col.3. verſ.quibus pręſup
poſitis.& verſ.ſeq.diffusè Socin.in d.conſ.63.
incip.per totum.& conſ.65.num. 10. & conſi.
87.num.27.& conſ 110.num.7.& 8.ac ſeq.vol.
3.Plenè examinat Dec.conſ.384.num. 9.& 12.
conſ.269.num.10.& conſ.292.num.6.& con-
ſi.288.num.8.& 365.nu.6.& conſ.ſeq.nume.4.
& conſ.399.num.6.& in conſ.nouiter impreſ
ſo.23.num. 8. quibus in locis † allegantur aliæ 42
deciſiones & rationes, quibus legitimatum
excludere, ac anteuertere ſubſtitutum, ſi ex-
preſſim princeps ad hunc effectum legitima-
tionis beneficium intuierit,ac induiſerit, cõ-
probatur. Et quòd dicatur ideò contuliſſe, ſi
addita ſit reſcripto clauſula, Non obſtante, cõ
firmat d.conſ.119.& Alex.conſ.2.vol.1. com-
muniter omnes in d.§.& quid ſi tantum. Bal-
dus & alij in l.ſi teſtamentum.10.C.de teſtam.
Roſel.d.tract. dum loquitur de cauſa forma-
li,colum.4.verſicu.vltim. Ludouic.de Sardis
in d.tract.in 3.parte. in 6.artic. quæſt.11. & c.1.
& interpretes,pręſertim Prępoſitus in d.c.per
venerabilem.13.char.10.col.4.& ſeq.Socin.d.
conſ.63.col.3.& conſ.41.num.2.& 5.vol.3.
Ampliatio. Præſertim † verò hoc proce- 43
dit,quando addita eſt clauſula, quæ aliàs ſo-
let apponi, Ex certa ſcientia. Hæc enim tollit
omnem ignorantiam. Ex hac enim facilè col
ligi & iudicari poteſt, eius animi, eiuſq́ue ſen-
tentiæ principem fuiſſe, quòd præiudicare a-
lijs in iure quærendo, vel ſpe ſucceſſionis vo-
luerit. Caſtrenſ.conſ.105.incip.donatio prędi-
cta colum.2.allegando glo.in c.ad hæc.de re-
nunciatione.& Alex.conſ.215.incip.nec argu-
endi.volum.2.colum.6. cum alijs ſuprà alle-
gatis per Decium conſ.269.num.9. vbi etiam
alias allegat deciſiones, iiſq́; motus opinatur
aliquem non debere admitti, nec audiri con-
tra illud quod princeps facit ex certa ſcientia,
ſecundùm Bald.in c.1.§.ſi quis autem.de pace
Conſtantiæ.in vſib. feudorum. Et quòd factũ
ex certa ſcientia Principis in dubium maxi-
mè reuocari debeat.Bart.in l.conficiuntur.8.
ff.de iure codicillorum.Dec.conſ.373.num.7.
& conſ.390.num.14.Quò etiam pertinet vſita
ta clauſula, De plenitudine poteſtatis. Nam
& hæc,robur hoc,haſq́; vires habet, vt à prin-
cipe facti ratio peti aut poſtulari non debeat.
Interpretes in d.l.Galius.§ & quid ſi tantum.
vbi Iaſon colum.9.verſ. ſed pauca. Quod ad-
huc locum obtinet & procedit, etiamſi hi qui
bus legitimatio obeſt, nec admoniti de ea,
nec citati fuerint.Bart.in d.§.& quid ſi tantũ:
& Iaſon poſt alios num.140.verſicu.4.& vlt.
concluſ.

concluſ.Socin.num.30.circa finem,& cõmu-
niter ferè omnes.
44 Maximè autem † princeps illud facere po-
teſt, cùm non tollit ea quæ iuris ſunt natura-
lis,quod nequit facere,§.ſed naturalia. Inſtit.
de iure naturali,gentium & ciuili:ſed auferat
quod iuris eſt poſitiui, cuius ipſe vel tollendi
vel corrigendi facultatem habet.l.fin.C.de le
gib.Crotus in d.§.& quid ſi tantum, num. 72.
Ludouic. de Sard. in d. tractatu, in 3. parte.&
Præpoſitus in d.c.per venerabilem.13.chart.6.
colum.3.Alexan.pleniſſimè in d. conſi. 2. col.
11.& ſequent.verſic.non eſt dubium. vbi con-
cluſionem probat duplici ratione:tum atten-
ta plenitudine poteſtatis,quæ tollit defectum
citationis:tum etiam , quia ſi ipſi quorum in-
terſuit,fuiſſent citati, & comparuiſſent : non
tamẽ potuiſſent obuiare voluntati ipſius prin
cipis,vel voluntatem principis impedire. Ex
quo fit,vt in tali actu citatio minimè requira-
tur. Adducit deciſiones vtramque rationem
probantes,de quibus & plenè Brunus conſi. 1.
colum.10.verſ.ad id quod dictum fuit.& con
ſi.2.colum.10.verſic. ſed prædictis. Expreſſè
Bald. adducens aliam rationem d. conſi. 119.
volum.5.latè proſequitur Socin.conſ.251.vol.
2.colum.10.& colum.13.& 14. verſic.nec huic
concluſioni.& verſic.confirmat, & verſic. ex
quibus.verſ.ſecunda ratio.concludens, quòd
45 quoties † de mente voluntateq; legitimantis
cõſtat,quod velit præiudicare ſubſtituto,nul-
la requiratur citatio.conſ.226.colum. 2. eod.
volum.2.conſ.3.& colum.3.num.8. volum. 3.
d.conſ.63.nu.14.& 16.conſ.87.num.27.& con
ſi.120.num.7.10.14.& fin.volum. 3. Plures ad-
ducit rationes conſi.171.nu.6. verſi.quia clau-
ſula,Ex certa ſcientia excludit ipſam citatio-
nem.Alexander conſ.2. Innocentius in c.niſi
cum pridem.10.de renunc. & in c. cum olim.
12. de re iud. Sicut etiã clauſula De plenitudi-
ne poteſtatis citationem excludit. Alex. cõſ.
36.incip. in cauſa,col.pen.conſ.30.incip.pon-
deratis,col.3.vol.5.Curt.conſi.67.col.9.Soc.d.
conſ.63.Dec.conſ.191.nu.6. & 7. & conſi. 269.
nu.10.in fin,& conſ.373. num. 7. & conſ. 290.
num.16.& conſi.1.nouiter impreſſo num.9.&
10.Fell.in d.cum olim.12.col.10.Alber.Brun.
conſ.15.col.4.firmat Roſel.in ſuo tract. Vbal.
de ſucceſſ.ab inteſtat.char.12.col.2.verſ.poſſet
tamen.& verſi.ſeq. Dec.conſi.269.nu.16.
46 Ratio huius effectus,† quòd legitimatus ex
cludat & anteuertat ſubſtitutum in hoc con-
ſiſtit. Primæuo iure omnes naſcebantur legi-
timi, neque aliqua erat filiorum differentia.
De iure enim poſitiuo inductæ fuerunt dictæ
differentiæ, quæ poſtmodum per hanc legiti-
mationem fuere ſublatę,& facta eſt reductio.
ad illud primæuum ius,vt dicit tex in d.auth.
quib modis naturales efficiantur ſui. §.natu-
ra ſiquidem,vt ſuprà dictum fuit.plenè tradit
Lud.verſ.in d.tract.in prin.col.1.& 2. q.1. & 2.
Præpoſitus in d.c.per venerabilem.13.chart.25
col.2.in fin.verſi.ſextò principaliter quæro,&
col.3.& charta 26.colum.1.& 2. verſ 4. eſt ſci-
endum vbi conſiderant plura tempora: &
concludunt, quod iura legitimandi fuere de
iure ciuili introducta ad tollendum obſtacu-
lum & illam differentiam quę introducta fu-
it poſt ius primæuum , vt reſtituerentur pri-
mis natalibus.
Conſequenter igitur princeps legitimatio
ne,differentiam ex ciuili inſtituto ortam,qua
alij legitimi dicuntur,alij naturales, tollendi
& auferendi poteſtate præditus eſt. Alex.con-
ſi.2.col.15.verſi.& ideò non procedit.& col.ſe
quen.Aret.poſt Baldum in d. §. & quid ſi tan-
tum,col.13. Petrus de Vbald. dicto tractatu de
ſucceſſionibus ab inteſtato,chart.10.col.3.ver
ſic.ſed pone quod Paulus.& verſ.ſequent.So-
cinus conſ.226.vol.2.col.penult.
Hic effectus legitimationis, quantumuis
multorum authoritatibus confirmatus ſit ac
comprobatus : aliquorum tamẽ opinione in
dubium vocatus eſt, quorum quidam hunc
effectum negant:quidam ad diſtinctiones, &
ad mentem verborum confugiunt.

Authoris opinio.

Ego † quidem totius huius effectus diſpu- 47
tationem duobus capitibus inniti & ſuſtineri
puto. Quorum vnũ circa præſumptam teſta-
toris mentem verſatur:alterum in vi & auto-
ritate principis poſitum collocatumq; eſt, mẽ-
tem teſtatoris vt colligant eliciantq; : ad ver-
ba ſubſtitutionis quidã confugiunt , eaq; dili-
gentiſſimè perpendenda & conſideranda ar-
bitrantur: quidã verò verborum nullàm rati-
onem habendam. Verùm pro indubitato ex-
iſtimandum eſſe putant, voluntatem teſtato-
ris ſine omni dubio eã fuiſſe, vt illi ſolummo
dò filij intelligerentur,qui tempore cõditi te-
ſtamenti,legitimi ac naturales fuerunt. Quo-
rũ quidem opinionem tanquã veriorẽ ample
ctor. veriſimile enim non eſt , teſtatorem vo-
luiſſe hæreditatem ſuã deuolui ad eum,qui ex
concubinatu ſuſceptus eſt. Neq; rationi con-
ſentaneũ eſt,patrem filio ad delinquendũ viã
aperire aut monſtrare voluiſſe. Verùm facilè
colligitur , teſtatorem hac ratiõe ſubſtituiſſe,
vt filium ſuſpectum de illicito amore ad con
iugium pertraheret , aut ſi diuellere non poſ-
ſet, hæreditas ad ſubſtitutum pertineret.
Deinde hac teſtatoris voluntate coniectu- 48
rãda & colligenda , verba propria ſecundùm
verum intellectum, & naturalem accipi & in
telligi,non ad ea quæ per accidens fiunt , trãſ-
ferri debent.l.fin. C.de his qui veniam ætatis.
l.ex ea parte.121.§.in inſulam. ff de verborum
oblig. c. ſuſceptum.6.de reſcriptis.in 6. Quia
ad id quod frequenter accidit, non ꝙ iure ex-
traordinario & ſingulari contingit,referũtur
& ac-

& accommodantur, l. 4. ff.de fideicommiſſ.
libert.l.nam ad ea.5 ff.de legibus.c.ſæpè.18. de
reſtitut.ſpoliatorum.Gloſſ.& interpretes,prę
cipuè ſaliccetus in l.non hoc.4. C.vnde legiti-
mi. Bald.in l. neque natales. 10. C de probat.
Hippol Riminald in repet l.emancipati. nu-
me.119 C.de collationibus. Et conditiones te
ſtamentis appoſitæ ita implendæ ſunt, vt teſ
ſtator voluit, non prout in effectu iuris conſi
ſtunt,l.qui hæredi.44.l.Mæuius.54. ff.de con-
ditionibus & demonſtr.

Tales verò legitimati ſunt legitimi ex acci
denti quodam.non ſua natura :argumento l.
ſi ſtipulatus.4. ff.de vſuris. Ideo ad hoſce ver-
ba teſtatoris deduci non debent: ſicut in ſimi
li,cum in caſum mortis ſtipulamur, de natu-
rali intelligimus morte,non de ciuili. d.c.ſu-
ſceptum.de reſcriptis.in 6. c.placuit. 316. quæ-
ſtione.1.d.l.ex ea parte.121 §.in inſulam. Item
cum de legitima ætate loquimur, intelligi-
mus naturalem,non eam quæ beneficio prin-
cipis ſuppletur.l fin. C.de his qui veniam ætа-
tis impetrarunt.

49 Et naturalis † cauſa præcipuè attendenda
eſt,non accidentalis.l.qui habet.3. ff. de tutel.
c.requiſiuiſti.15.extr.de teſtament.

50 Item † ciuilis ratio iura naturalia non vin
cit.§.naturalia. Inſtitut de iure naturali, gen-
tium & ciuili. Item, non ſufficit aliquid fieri
ciuiliter, niſi fiat naturaliter, l. fideicommiſ-
ſum 75.ff.de conditionibus & demonſtratio-
nibus,d.l.fin.

Inde facilè colligitur, verba illa teſtatoris
non de ciuiliter legitimo,ſed eo qui natura le
gitimus eſt, intelligi accipiq; debere.

51 Sicuti † in ſimili monaſterium loco filio-
rum habetur. §.de præſenti. Authent. de ſan
ctiſſimis epiſcop. c.in præſentia. 8. de probat.
Non tamē habetur loco filiorum ex proprio
corpore deſcendentium, ſecundùm Iacob.de
Belloviſu in d. §. de præſenti : cui accedit Ho-
ſtienſ.in c. Raynutius 16.de teſtam.

Ex voluntate itaque teſtatoris præſumpta,
quam filio ſuo, ſi ſine liberis naturalibus legi-
timis deceſſerit, Titium ſubſtituit, non diffi-
culter colligitur, teſtatorem intellexiſſe libe-
ros ex iuſtis nuptijs procreatos,non legitima-
tos. Abſurdum enim omninò videtur, patrē
voluiſſe filij delicto conſenſum adhibere, &
illud probare. Cùm ratio ipſa aliàs dictet, in-
tereſſe vnicuique teſtatori,vt dignitas famaq;
illibatæ remaneant & conſeruentur. l. Iulia-
nus 26.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtam.

Alterum fundamentum in vi & poteſtate
legitimationis conſiſtere dixi. ex eo nunc ori
tur quæſtio, An † princeps hanc voluntatem
52 teſtatoris ſua authoritate, & poteſtatis pleni-
tudine euertere, legitimato locum facere, ac
ſubſtitutum repellere poſſit.

Suprà dictum eſt, principem Romanum,
Pontificem, itemque Comitem Palatinum
legitimatione ius legitimorum ac iuſtorum
liberorum concedere, impertiri ac conferre
poſſe d §.licet.d.§.illud. Authen. quibus mo-
dis naturales efficiantur legitimi. Cùm enim
iure ciuili filiorum diſtinctio introducta fue-
rit,d.§ illud.cum ſimilib⁹ ſuprà relatis, haud
dubiè tolli,mutatique pari principum volun
tate & authoritate poteſt. vt in ſimili dicitur
in l.Imperialis.23.§.itaque.§.omni macula.C.
de nupt. notatur in Clem. 1. de immunitate
eccleſ. vt ſingularis eſt gloſſ. quæ concludit,
quòd vbicunque princeps tollit conſtitutio-
nem, mandans eam haberi pro infecta, tollū-
tur omnes actus prę[illegible] & conſummati.quā
gloſ.ſequitur Cardinal.in d.Clem.1.& in c.ad
petitionem.22.extr.de accuſ & in c quia dili-
gentia 5.extr.de elect. & electi poteſtate. Pan.
in c.ſi aliquando.41 extr.de ſententia excom.
& in c.quæ in eccleſiarum.7.extr de conſtit.

Sicut & † hæreditatum dilationes princi- 53
pum conſtitutionibus reguntur, ac gubernan-
tur.c.quo iure. 58.diſt. quod enim principi ge-
neraliter legem condere volenti placuit, lex
eſt generalis:quod ſpecialiter, ſpecialis & pri-
uata l.1.ff.de conſtitu.arg.d.c ex tenore.14. in
verſi. legitimum reputantes.

Vnanimiter † igitur hac in cauſa conclu- 54
ditur ac deciditur, principem ad petitionem
patris filium naturalem legitimare, & in hæ-
reditate conſequenda vel quærenda impedi-
re ſubſtitutum,ac ius quærendum intercipere
ipſi ac præcludere poſſe, vt ſuperius multis au
thoritatibus probatum fuit. Secùs in iure iam
quęſito. Paul Pariſ.conſ.6.per totum. vbi mul
torum authoritates adducit, volum.2.

Hinc quidam † exiſtimāt, legitimationem 55
qua ſubſtitutus excluditur viuente teſtatore,
ad petitionem patris naturalis fieri debere.
Poſt mortem enim ſi ab Imperatore impetre
tur, ſubſtitutum non anteuertere: quia morte
teſtatoris, teſtamentum vires aſſumpſit, ac vo
luntas perfecta iam & abſoluta reuocari am
plius & infringi nequit. Nihil enim magis
conuenit, quàm vt teſtatoris voluntas, quæ
amplius redire non poteſt, obſeruetur. l. 1. C.
de ſacroſanct. eccleſ. Quare cùm ſubſtituto
ſpe certa & conſiderabili ius quæſitum ſit, Im
perator beneficio ſuo, vel conceſſione dam-
num ipſi in eo iure adfert nullum. Bartolus
in l.is poteſt 18.colum.3. ff de acquirenda hæ-
reditate.& ſequuntur ibi Alexander & alij. A-
lexander conſ. 94. colum. penultim. volum.
1.& conſi. 67. vbi refert Anchoranum & ali-
os, columna 4. volumine primo, conſi. 217.
incip.viſis,colum. 2.volumine ſecundo. Bru-
nus d. conſ. 15. Repetentes Hiſpani, in d.§.&
quid ſi tantum,num. 19. latè Socinus d. conſi.
251.colum.13. & ſequent. verſic. ſed iſta ratio,
quòd auferri non poteſt,&c.

56 Hinc ſimiliter † & ſubſtiturum, & fideicōmiſſarlum ad actum legitimationis citandos eſſe adſerunt neglecta ea citatione actum corruere, neque alicuius eſſe momenti arbitrantur: cùm Imperator ius ipſis ſubſtitutiōe quęſitum adimere citra iniuriam, à qua longiſſimè abeſſe debet, nequeat. Bart. in d. §. & quid ſi tantùm verb. quandoq;.

57 Licet autem verum ſit, † agnatos ad legitimationem, quæ fit perente patre, citari minimè debere, vt ſuprà dictum & probatum fuit, iſtud tamen procedit reſpectu bonorum, ſuper quibus pater diſponendi plenam poteſtatem habet: reſpectu autem bonorum ſubiectorum fideicommiſſo, pater nec ſtatuere, nec aliquid quod in detrimentum aliorum redundaret, agere potuit. Ideoque diuerſum dici debet, citandos nempè eos quorum intereſt, & validam legitimationem aliàs non fieri, argumen. l. nam ira diuus. 39. ff. de adoptionib. & l. de vnoquoque. 4. ff. de re iudicata. firmat Socinus in d. §. & quid ſi tantum, num. 27. & in tertia concluſ. & Iaſon ibi, nume. 130. 133. & ſequen. & num. 139. & ſequen. & num. 91. & ſequen. Crotus ibidem num. 59. & 60. & 71. Repetentes Hiſpani num. 189. & ſequen. Præpoſi. in d. c. per venrrabilem. 13. charta 6. colum. 3. & colum. 26. Albertus Brunus conſi. 15. Laudenſis in tract. legitimationis, colum. 18. verſic. circa hæc. Roſellus eod. tractatu, lib. 2. dum loquitur de cauſa formali, col. 2. verſic. ſed ego intelligo.

58 Communi itaque ſententia traditur, † ſubſtitutum & fideicommiſſarium ad legitimationem citandos eſſe. Socinus d. §. & quid ſi tantum, colum. fin. num. 30. & Iaſon num. 139 & ſequen. Crotus num 71. Repetentes Hiſpani num. 189. & ſequen. Socin. conſi. 246. incip. eleganter. verſic. t. conſiderando conſ. 251. incip. quoniam in præſenti, colum. 10. verſi. ſed præmiſſis, & colum. ſequenti. volum. 2. d. conſi. 63. volum. 3. Decius conſ. 23. nouiter impreſſo. aliàs conſ. 425 colum. 3. & 4. num 10. vbi allegando plures deciſiones & conſilia, concludit: Subſtitutum & fideicòmmiſſarium non excludi per legitimatum, ſi non fuerint citati in ipſa legitimatione.

Quamuis Ioannes Franciſcus Ripa in l. ex facto. 17. § ſi quis rogatus. ff. ad Senatuſconſultum Trebellianum, diſtinctionem adducat inter principem legitimantem, qui pro plenitudine poteſtatis ſine citatione eorum, quorum intereſt, ſubſtituto ius auferre poteſt, vt Ipſe vult: cui etiam Pariſius aſſentitur, modò appareat de expreſſa voluntate legitimantis, volentis præiudicare ſubſtituto. conſ. 1. nu. 80. verſi. nam dico. volum. 2.

59 Et inter Comitem Palatinum, cui id, non citato † ſubſtituto, facere non licet, nec permittitur. Bartol. in l. ſi teſtamentum. 10. verſi. item poteſt. C de teſtamentis. & in rubr. C. de precib. Imperatori offerend. Alexand d. conſi. 94. col. final & Roſellus in d. tractatu, dum loquitur de cauſa finali, verſic. ſcilicet dubitatur. in fin. Curt. d. conſi. 73. charta 5. 6. 7. in 4. dubio, facit reg. ius noſtrum, de regul. iur. Panormitan. & Præpoſitus in d. c. per venerabilem. 13 charta 12. colum 4. verſicu. requiritur: dicens, in legitimatione cauſam requiri. Iaſ. d. §. & quid ſi tantum num. 116 & Barbat. conſi. 103 colum. 8. volum. 2. Curt conſ. 16. colum. 8. & 9. & conſi. 17. colum. fin. & 19. & conſi. 35. colum. 10. conſ. 54. col 7 in fin. & Alex. conſ. 202. viſa leg. colum. 7. volum. 2.

Verùm à communi † opinione recedendum minimè puto, propter quæſitam enim ſpem cōſiderabilem, & propter teſtatoris voluntatem, quæ pro lege obſeruatur, citationem vtroque caſu requiri, & multorum authoritate, & ipſa æquitate motus exiſtimo. Niſi tamen princeps ex certa ſcientia & cauſa hoc faceret: quod & Pariſius ſimiliter opinatus eſt. 60

Ripa declarationes adducit ad hanc concluſionem, qua traditur, ſubſtitutum à legitimato excludi, & antreuerti: quas originaliter ex Imolenſi in d. §. ſi quis rogatus, deſumpſit: quarum prima eſt, vt vera non ſit concluſio, in eo teſtatore qui vel dignitate, vel nobilitate antecelleret: quod etiam ſuprà de præſumpta teſtatoris voluntate dictum eſt. Quia dignitas diminueretur, ſi ad eam perſonam quæ næuo & macula illegitimitatis notata & deſœdata eſſet, hæreditas deuolueretur. In † 61 ſpuriis † enim, vel illis qui extra nuptias ſuſcepti ſunt, denigrata & coinquinata eſt nobilitas. Vnde licèt ex capite cognatorum ſpurij ad ſucceſſionem vocentur, l. hac parte. 2. l. ſi ſpurij. 4. ff. vnde cognati. ab hæreditate tamen nobilium matrum excluduntur. Auth. ſi qua illuſtris. C. ad Senatuſconſultum Orphitianum.

Hinc ſimiliter, ne ſenatores, humiles abiectasque perſonas ſibi coniugio iungerent, Valentinianus Imperator reſcripto ſuo inhibuit, l. humilem. 7. C. de incœſtis nuptijs: quod & olim lege Papia ſancitum fuit. l. lege Papia. 23. ff. de ritu nupt. Ideò inhoneſtam olim ducens, à patre exhæredari poterat: quod hodie correctum & mitigatum eſt. Auth. vt cū de appellat. cognoſcitur.

Vnde non difficulter colligitur, teſtatorem minimè intellexiſſe de filio naturali & poſtea legitimato: cum talem ſobolem videatur exhorreſcere, & odio habere. d. l. ex facto. 17. §. ſi quis rogatus. in verſic. hoc ex dignitate. Gloſſa in d. l. generaliter. 6. § fin. & ibi Alexander in §. cum ante, colum. fin. & ibi Scribentes notant. Alexander conſ. 2. colum. 4. verſicu. vndecimò probatur. 25. circa primum, col. 2.

& conſ.

& conſi 67.incip.conſideratis.volum.1. Socinus in d.l.Gallus.29.§.ſi eius,num.5. in ſecundo caſu.Decius conſi.24.colum.4. nume. 12. Brunus conſi.15 colum.3.in 3.dubio.Interpretes in d.c.per venerabilem. 13. idque non tantùm verum eſſe in viro claro & nobili,ſed locum ſimul habere in homine plebeio adſerit.Andr.Barbat.num.228.in d.l.cum acutiſſimi.30.qui citat c.ſi gens Anglorũ.11.56.diſt facit l.palam.43.ff.de ritu nupr.de qua limitatione & nos ſuprà.

CAPVT XXXVIII.

Effectus legitimationis per reſcriptum principis in cauſa ſucceſsionis ab inteſtato,nempè quod in ſucceſsione ab inteſtato omninò iuſtis liberis exæquati ſint.

SVMMARIVM.

1 *Legitimati per reſcriptum legitimis in ſucceſſione inteſtati adæquantur.*

1 LEgitimati † principis reſcripto in ſucceſſionibus ab inteſtato omninò iuſtis liberis exæquati ſunt: neque aliqua prorſus eſt differentia inter iuſtos liberos,hoc eſt ex iuſto legitimoque matrimonio ſuſceptos, & hoſce naturales, poſtea per reſcriptum principis legitimatos.

Liceat igitur,inquit Iuſtinianus,patri,ſi legitimam non habeat ſobolem, filios reſtituere naturæ & antiquæ ingenuitati, ſi ex libera ei fiant, & ſuos de cætero & ſub poteſtate habere.Neque enim à principio,quando ſola natura ſanciebat hominis (antequam ſcriptæ prouenirent leges) fuit quædam differentia nat.atque legitimi:ſed antiquis parentibus antiqui filij mox vt præcedebant, fiebant legitimi, & ſicut in liberis natura quidem liberos fecit omnes bella verò ſeruitutem adinuenerunt. Sic etiã hinc natura quidem legitimas produxit ſoboles:attamen ad concupiſcentiam diuerſio naturales eis immiſcuit. tãquam ergo ſimilibus paſſionibus factis,oportet etiã medelam ex qualitatibus inueniri.illam quidem à prædeceſſoribus noſtris, hanc verò à nobis. Et in Authen. quibus modis naturales effic. ſui. c. 3. de tertio modo legitimationis per principis reſcriptum.verſ generaliter. in fin.Quapropter his à nobis ſancitis atque manifeſtatis,quo conueniat modo ad ciuitatem Romanam,legitimorumque ius tranſire, nihil de ſucceſſionibus ſuper talibus eſt dicendum.Nam ſicut in cæteris ab initio legitimis, oportet etiam in his fieri ſucceſſiones, vt tradunt ad plenum Canonum Interpretes in d. c.per venerabilem.13. maximè dominus Præpoſitus charta 4.colum.1.In fine.& colum.2. vbi allegat alias deciſiones Bartoli. Omnes Interpretes iuris ciuilis in d. §. & quid ſi tantùm.& in l.ſi is qui pro emptore. 15. ff. de vſucapionibus.Alexan.d.conſi.2.conſi.70. num. 4.volum. 6. Roſellus in tractatu legitimationis, dum loquitur de effectu legitimationis. Curt.conſ.16.colum.6.& conſ.13.& 15. & conſi.72.colum. 2.verſicu.corroborantur. Socin. conſi.65.& 95.volum. 4. & alij multi quotum ſuprà facta eſt mentio. quibus adde Decium conſ.258.colum.3. & 4. conſ.315. nume.7. & 8. conſ.ſequenti, colum.3. & 4.& conſ.315. num. 7.& 8. & conſ. ſequent. colum. 2. & 3. & conſil.52.& conſi.399.num.5.& 6.& conſil.275. nu. 6. & conſ. 316. num.10. conſi. 284.num.15.

CAPVT XXXIX.

An in feudis legitimati per reſcriptum principis ſuccedant.

SVMMARIA.

1 *Legitimati per reſcriptum in feudis non ſuccedant.*
2 *Legitimatus per reſcriptum neque in feudo paterno, neque materno ſuccedit.*
3 *Inueſtitura facta pro ſe & filijs,ſi alios quam naturales nõ habeat,ijdem in feudo ſuccedunt.*
4 *Princeps legitimans cum clauſula poteſtatiua ſuccedendi in feudo,ſuccedere legitimatum in feudo an faciat,& nume.7.*
5 *Feuda originem habent ex bono publico.*
6 *Feuda ex iure poſitiuo promanarunt.*
8 *in Feudalibus contrahitur.*
9 *Feudum Princeps ſine cauſa vaſallo non aufert, ſi tamen ſucceſſio dependet à futuro ſecus.*
10 *Agnati in feudo ſuccedunt iure ſucceſſionis,non iure cõtractus.*
12 *Princeps licet non in totum tollat,ius tertij prorogare tamẽ poteſt.*
13 *Agnati in legitimatione naturalis ad feuda quo caſu non vocentur.*
14 *Clauſularum,Motu proprio,Ex certa ſcientia, Plenitudinẽ poteſtatis,in priuilegijs vis,& quid ſi per æquiualentia verba,& num.15.*
16 *Princeps legitimando ad feuda, non includit eccleſiæ feudum.*
17 *Legitimatus ſimpliciter ad feuda non cenſetur ad feuda dignitatis.*
18 *Legitimatio generalis ſufficit ad ſucceſſionem feudi, ſi feudum ſit hæreditarium.*
19 *Pater poteſt legitimationem petere pro filio in hæreditarijs feudis in præiudicium agnatorum.*
20 *Feuda in regno Caſtiliæ & Burgundiæ ad inſtar patrimonialium redacta.*

IN hac † quæſtione deciſio eſt aperta,legitimatos reſcripto principis ad feudi ſucceſſionem non admitti.c.naturales. tit.ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & agnatos vaſalli,in vſibus feudorum. Naturales filij licet poſtea fiant legitimi, ad ſucceſſionẽ feudi nec ſoli,nec cum alijs admittuntur.Accedunt authoritates multorum Interpretum qui hanc Oberti Hortenſij ſententiam tan- 1

quam æquitati maximè conſentaneam com-
probant, nempè Interpretes omnes in d.c.na-
turales, Bald.in l.eam quam.14. C. de fideicō-
miſſis. Alexand.in l.ex facto.17.§.ſi quis roga-
tus.ff.ad Senatuſconſultum Trebellian.Cur-
tius iuniot in tractatu feudorum, in 3. parte,
quæſt.17.num.39. Vdalr.Zaſius in 8.parte,nu-
me.83. Paris de Puteo in tract.de reintegratio-
ne feudi.fol.79.num.8. Molynæus in conſue-
tud.Pariſ.tit.1.§.8.gloſſ.1 quæſt.8.nume.38.Ra
phael Cuman.conſ. 168. Ioan. Andr. in c.ſine
culpa.13.de regulis iur.in 6. Matth.de Afflictis
deciſ.195. latè Corn. conſi.1.num.114.volum.
2.Bald.in c. quæ in eccleſiarum.7.colum. pe-
nulti. extr. de conſtitutionibus. & conſil. 129.
lib.3. Socinus conſ. 3. incipiente, In cauſa do-
mini.lib.3.Philippus Decius in conſ.155. Mar-
cus Mantua conſ.48. num. 2. Zaſius in tracta-
tu feudorum, in 8.parte, num. 83. Paris de Pu-
teo in tractatu de redintegratione feudi. fol.
79.num.8.Andr.Tyraquel.in tracta. de vtroq;
retractu.tit.1.§.1.glo.2.nu.6.

AMPLIATIONES.

Extenditur & producitur hæc concluſio.
2 Primò,† vt non ſolùm procedat in feudo pa-
terno, verùm etiam materno. Quia nec in eo
ſuccedit filius naturalis. Iacob. de Ardizone
in ſumma ſua, Andreas de Iſernia, & alij in d.
c.naturales.Ratio. Textus non diſtinguit feu-
dum paternum à materno, ideò nec nos di-
ſtinguere debemus, l.de precio.10.ff.de Publi-
ciana.l. non diſtinguemus. 37. ff. de receptis
arbitris.

Secundò non ſuccedunt, ſiue ſint ſoli, ſiue
alij legitimi extent.d.c.naturales. verſi.nec ſo
li, nec cum alijs.

Tertiò, Idque nou ſolùm obtinet in ſucceſ
ſione ab inteſtato, ſed & in ea quę ex teſtamē-
to defertur. Martinus Laudenſis in d. §. natu-
rales Curt.in d.q.17.num.40.

Rationes duæ adduci ſolent ab Interpreti-
bus. I. Ne fiat domino feudi præiudicium.
Alex.conſ.2.conſ.25.& conſ.67.in vol.1.conſ.
97.in 2.volum. Anton.de Butr.in d. c. per ve-
nerabilem.13.col.antepenult.

Deinde ne & agnatis præiudicium adſera-
tur, quod in dubio principem facere voluiſſe
non præſumitur, l.nec auus.4. C.de emancip.
liberorum.

3 Limitatur & reſtringitur primò, † vt ſuc-
cedant, quando dominus conceſſit feudum
vaſallo pro ſe & ſuis filijs natis & naſcituris:
& ſciuit vaſallum non alios filios habere, ni-
ſi naturales tantum. Hoc enim caſu naturalis
in feudo ſuccedit. Aluar.in d.c.nat. Idque pro-
pter ſcientiam domini.argum.l.ſi quis ita. 16.
ff.de teſtam.tutela.Curt.in d.tractatu, nume.
40.Nam ſecundùm Aluarotum, quilibet po-
teſt inueſtiri, etiam ſeruus, ſi placeat domino.
c.1.§.perſonam. titu.per quos fiat inueſtitura.
Bald.in l.eam quam.14.C.de fideicommiſſ.&
& tradidit in vſib. feudorum. ſequitur Fran-
ciſc.Ripa in d.l.ex facto, §.ſi quis rogatus, nu-
me.12.

Secundò.Niſi † princeps naturali legitimo 4
rum liberorum indulſerit cum hac clauſula,
Vt ſuccederet in feudis, non obſtantibus iuri-
bus in contrarium diſponentibus.

Poteſtas enim & maieſtas principis tātum
habent virium, vt legitimatione ad feuda,
ſpeciali, capacem eum ac idoneum reddant,
& efficiant. Gloſſ.in d.§.naturales. In verſi. le-
gitimi. quam gloſſam ſequuntur ibi omnes
Interpretes: eſtque communiter approbata ſe-
cundùm Matthæum de Afflictis in 2.not. nu-
me.1.ſequitur Anton.Rub.conſ.33.num.3.Pa-
ris de Puteo in tractatu de reintegratione feu
di, fol.79.num,3.Stephanus Bertrandus conſ.
112.num 25.volum.2. Tyraquel. In tract. Lig-
nagier.§.1.gloſ.3.num.6.Bald.conſ.214.incip.
caſu 5.volum.2.& Canonum Interpretes in c.
lator.5.& in d.c. per venerabilem. 13.maximè
d Præpoſitus charta 13.colum.3. verſic. quæro
ſextò, & colum.4.& charta ſequent. Socin.d.
conſ.3.num.7.verſi.ſed præmiſſis.& alibi plu-
res.& Alexan. d.conſ.2.colum. 18. verſic.non
obſtat quod habetur conſi.67.cōſideratis his,
volum.1.Dec.conſ.275.incip.in cauſa.col.fin.
cum alijs concordantijs. Eſtq; hęc communis
& indubitata concluſio.

Ratio huius legitimationis hæc eſt:† Quia 5
feuda proceſſerunt, & originem duxerunt ex
bono publico.c.1.de prohibita feudi alienati-
one per Lotharium.& tit.de prohibita feudi
alienatione per Frideri.§ præterea ſi quis.An-
dr.de Iſern. In prælud. feudor. & alibi pluries
notatur in deciſ.conſtit.Neapol.19.incip.qui-
dam Baro.verſ.ad primum.& deciſ.361.incip.
monaſterium, col.penult.

Ac ex iure poſitiuo † promanarūt Ancho- 6
ranus conſi.208.incip.1.facie. Et expreſſius ac
clarius Raphael Cuman.conſi.168. incip. Re-
uerendus pater.colum.pen. verb.cæterùm po
ſito: adducens notata per ſcribentes in prælu-
dijs feudorum, Socin.d.conſ 3.num.8. Decius
conſi.390.num.11. Albertus Brunus conſ.1.co-
lum.5.verſi.1. Quia & conſi.2. incip. Quod eſt
dictum. Ioan.Campegius colum.7.verſi. Ali-
quando etiam, & conſ.300.colum. 2. & fin. &
Moderni poſt tractatum de feudis conſ. 1. in-
cip.idem voluit.col.10.& ſeq.

Poteſt igitur princeps hoc ipſum ius vel ad-
iuuare, vel ſupplere, vel emendare. Quemad-
modum etiam ſuperius traditum fuit, quòd
principi ex ſola voluntate, & ſine cauſa in prę-
iudicium aliorum ijs etiam minimè citatis,
tale ius poſitiuum immutare & tollere libe-
rum ſit ac permiſſum, per ea quæ ſuprà latè
diffuſeque probationis loco adducta fuerunt,
& eſt

& eſt gloſſ.communiter approbata in d.c.na-
turales, cui adde Caſtellianum Conam, in
verb.legitimatus ad ſeuda.

Contra hanc tamen ſecundam limitatio-
7 nem in contrarium faciunt hæc. Primò † in
feudis antiquis paternis,ſi vnus ex vaſallis mo-
riatur ſine filijs, alij agnati tranſuerſales ſuc-
cedunt c.1.§.quia vidimus, tit.qui feudum da-
re poſſunt. & ibi Andr. Iſernia & alij ſcriben-
tes.Bald.in c.1.§.ſi capitanei,de ſeudo March.
& in Auth.defuncto, C.ad S.C.Tertyllia.

Cùm itaque agnati illud ius iam quæſitum
habeant, Imperatori non licebit ad ſucceſſio-
nem legitimare, & hac ratione feudum anti-
quum intercipere.

8 Secundò, † in feudalibus dicitur contrahi.
Bart.& moderni in l.iuris gentium.§.quini-
mò.ff de pactis.Curt Zaſius & Sonſbeck.in ſu
is tractatibus,omnes feudiſtæ in præludijs.Cō
tractus autem ſunt ex iure gentium, vt in d.l.
iuris gentium 7.in princip. Vnde ab Impera-
tore non poſſunt tolli. Gloſſ.& communiter
Doctores in l. fin. C. ſi contra ius.Canoniſtæ
in c.quæ in eccleſiarum.7. extr.de conſtit. Sa-
lic.in conſ.incip Comes Palatinus.& in qua-
dam diſput.incip.Mediolanenſis. Ludouicus
Sard. in d. tract.in 3. parte, in 7.artic.dum lo-
quitur de effectu legitimationis,quæſt 12.Ro-
ſel.eodem tractatu. Alexan.conſ.60.Incip.viſ-
ſa.in 2.vol.Signorol.conſ.220. Alber.Brunus
in d.conſ.15.colum.antepen. Præpoſitus in d.
c.per venerabilem.13.charta 3 col.3. verſ.quar-
to ſextò & col.4. verſ.ſed quarto.& charta 14.
In quibus quidem locis vnanimi cōſenſu tra-
dunt,principi non licere,ad feuda exiſtentib.
agnatis,quibus inde damnum emergit nō ex-
iguum,legitimare.

9 Deinde princeps † non poteſt ſine cauſa ta-
le dominium vtile, quod habet vaſallus prop
ter inueſtituram ſibi vel ſuis anteceſſoribus fa
ctam,adimere.c.1. titul.de natura feudi.& ibi
Bal.& c.1.§ fin. qui feudum dare poſſunt.cum
alijs accumulatis per Albert Brun.conſ.1. co-
lum.3.& 4.verſ.circa ſecund.& cōſi.2.col.4.5.
& 6.verſic. difficultas ergo reſtat. Excepto ca-
ſu ſeudi noui: quia tū de ſolius principis præ-
iudicio agitur, & ideo eius conſenſus ſolus
ſufficit. Sequitur hanc Ludouici Sardi & Ro-
ſelli opinionem Zaſius in 8.part.num.8.Nec-
non quoque caſu iuſtæ cauſæ,aut Reipublicæ
neceſſariæ. Quam opinionem Carolus Moli-
næus dicit eſſe veram,in conſuet.Pariſien.tit.
1.§.8.gloſſ.1.q 8.num.39.& in addit.ad Alexan
drum,conſ.60.lib.2.

His tamen obiectionibus facilè reſponde-
ri poteſt hoc modo. Et primò quòd dicitur,
ius quæſitum agnatis per legitimationem nō
poſſe auferri,quia veniat ex contractu,qui eſt
de iure gentium,cuius iuris obſeruatio etiam
principem ipſum cogit & obſtringit: nihil fa-
cit. Nam agnati † in feudo ſuccedunt non iu- 10
re contractus,nec pacti, ſed iure ſucceſſionis.
Quæ ſucceſſio cum iuris poſitiui ſit, bene à
principe immutari & euerti poteſt. Ioā.Cam-
peg.conſi.2.colum.6. verſi præmitto quòd a-
gnatus.& col 7.verſi præmitto tertiò.colum.
6.Modern.poſt tractatum de feudis conſ.1.co
lum.10.& 11.& colum penult.verſi.minus et-
iam obſtat.Albertus Brunus d.conſ.1. colum.
8.verſic.ex prædictis.Socin.conſ.10.incip.viſa
colum.6.7.8 & 9.In quo quidem conſilio pau
lò aliter hanc obiectionem diluit,vt intelliga
tur quando ex contractu quæſitum eſt ius de
præſenti & immediatè:ſecùs, quando depen-
det ex futuro, vt eſt ſpes ſucceſſionis. Nam
tunc conſideratur ius poſitiuum,cuius tollen-
di immutandive princeps facultatem habet,
quam amplectitur etiam Pariſ.conſ.1.lib.2.

Secundò † reſponderi poteſt ad aliam ob- 11
iectionem, quòd principi non liceat vaſallo
auferre vtile dominium, quæſitum propter
inueſtituram. Nam intelligitur, quando eſt
quæſitum de præſenti: ſecùs, ſi pendeat ex fu-
turo.vt dicit Albert.Brun.d.conſ.1.colum.8.
& 9.& Ioan.Campeg.d.conſ.2.colum.9. Faci-
lius enim tollitur ius quærendum,quàm quę-
ſitum. l. fin. C. de acquir.poſſeſſ.cum alijs ad-
ductis per Socin.conſ.198.1.aſpectu. verſ.quar
to prædicto.volum.2.Dec.conſ.269. nume.8.
vbi etiam dat aliam ſolutionem,dicens,quòd
tollere ſpem ſuccedendi agnatis eſt modica
læſio, ex quo eorum ius eſt incertum, nec de
præſenti iuribus per eum ibi allegatis. Prin-
ceps enim legitimando † non tollit totaliter 12
agnatis ſpem ſuccedendi,ſed potius differt &
prorogat. Quod quidem de plano per princi-
pem poteſt fieri:vt traditur per Interpretes. l.
fin.C.ſi contra ius vel vtilit.publ.cum alijs ad
ductis per Albert.Brun.in d.conſi.1.colum.8.
verſi.4.facit, & conſi.2. verſic.confirmatur e-
tiam,& conſi.10.colum.9.verſ.pro prædictis.
vbi tradit, quando princeps directò non au-
fert alicui ius competens,ſed procedit remo-
uendo obſtaculum, & faciendo capacem de
incapaci,quòd valet eius diſpoſitio, etiam ſi-
ne cauſa.argumento.l.quæris.3. ff.de natal.re-
ſtit.& in Auth.quibus mod.naturales effician
tur legit.cum alijs allegatis per Brunum, quē
ſequitur Campeg.d.conſ.2. & traditur per Al
bert.Brunum conſ.10.colum.9. Cuman.con-
ſi.168.

Aliter quoq; reſponderi ſolet,quòd per le-
gitimationem non tollitur ſucceſſio, ſed de-
tur noua forma: quod quidem principi libe-
rum eſt facere. Nam per hanc nouam formā
Imperator derogat conſuetudini feudorum,
quam conſuetudinem expreſſe vult non ob-
ſtare legitimationi à ſe factæ: Imò expreſſe il-
lam hoc caſu tollit, dum derogat conſuetu-
dinibus.

13 Neque negotium faceſſit, ſi † dicatur citationem agnatorum neglectam: quia vt ſuprà dictum eſt, cùm conſtat de mente principis volentis præiudicare, & expreſsè legitimare ad feuda, non requiritur citatio agnatorum. Cumanus jn d.conſi.168.colum.penult.verſi. non obſtat quòd tertio.Socin.d.conſi.3.num. 38.& conſ.10.Decius conſ.269.num.8. & quatuor ſeq.Alb.Brun.d.conſ.1.col.10.verſ.ad id quod dictũ fuit. præſertim ſi illa clauſula ad-
14 ijciatur † Motu proprio, ex certa ſcientia, & Plenitudine poteſtatis non obſtãte. expreſsè Soc.d.conſ.3.nu.9.& 10.& alijs ſeq.Dec.d.conſi.390.& conſ.269.col.5. Albert.Brun.d.conſi. 1.colum.penult.Socin.d.conſi.11. col. penult. deciſ.Neapol.195.

Nam quotieſcunque hę clauſulæ vel in priuilegijs, vel legitimatione adduntur, Iuri tum poſitiuo, vel ciuili derogant: ita quidem, etiamſi ſpecialiter, & in indiuiduo non adſit, generaliter tamen additæ adhuc ſufficiant. expreſſe Socin.d.conſ.3.num.8.colum.6.& 7. & d.deciſ.conſ.Neap.195.Cuman.d.conſ.168.colum.fin. Albert.Brun.conſi.1.colum.16.verſi. ad illud. Mod.in tract.de feudis, in 3 part.princip.chart 30.quæſt.31.circa finem, & in d.con-
15 ſi.1.colum.16. Quia ſatis eſt † verba æquipollentia appoſita fuiſſe, veluti Non obſtantibus omnibus legibus, conſtitutionibus, & quibuſnis in contrarium facientib. Hæc enim clauſula derogatoria generalis tantùm operatur, quantum clauſula ſpecialis derogatoria, in hac legitimationis materia. Alex.conſi.187.in 7.colum.in 5.volum.per gloſſ.in l.1.iuncto textu.C.de nat.lib.& ibi Bald. & Ang. & Anch. conſi 323.

16 Declaratur hæc † limitatio ſecunda, vt locum minimè ſibi vendicet in feudo eccleſiaſtico. Licet enim Imperator expreſſe legitimet ad feuda: talis tamen legitimatio ad feuda eccleſiaſtica, cùm hæc eius iuriſdictioni exempta ſint, minimè referetur. l.conſulta diualia.23.C.de teſtamentis.traditur in c.nouit.13. extr.de iudic & ita tenet Bald.In l.eam quam. 14.C.de fideicom.& conſi.129.incip.ad [illegible] tiam.vol 3.conſ.214.incip.caſus eſt, vol.2. ALnarottus in d.c.naturales.col.pen.verſic.quæto an Imperator, vbi adducit alios idem ſentientes, & extat ampliſſ.conſ.D.Signorol.pręallegatum 220.col.4.& ſeq.vbi ex pluribus affirmat Imperatorem legitimando etiam ad feuda, non poſſe præiudicare directo domino feudi eccleſiaſtici: prout etiam conſuluit Alb.Brun.d.conſ.15. col. pen. & ad id poſſunt adduci quæ ponit Dec. in d. conſ. 85. col.pen. num.8.verſic.poſtremò.Sequitur Curt.conſi. 65.colum.13.in fine.& latè diſputat Laudenſis in diſp.incip.Angerius.Matth.de Afflictis deciſ.Neap.386.col.fin.Bald,conſ.273. volum. 1. Soc.conſi.65.num.7.8.& 9. multorum authoritates adducens, vol.3. Idemq; in emphyteu ſi eccleſiaſtica obſeruatur.Bald.in l.generaliter. 6.§.cùm autem.C.de inſt. & ſubſt.& in c.quæ in eccleſiarum.7.vbi alij interpretes.extr.de conſt.Dec.conſi.275 & conſi.284 Angel.conſil.402.

Secundò declaratur ſecunda limitatio: Le-
gitimatus † ſimpliciter ad feuda, non tamen 17
cenſetur legitimatus ad feudum dignitatis. Bald.in d.l.eam quam.14.col.10. verſi. quęro vtrum. Neq; etiam ad feuda quæ habent magnam iuriſdictionem. Anchor.conſi.308.inc.1. facie. Ratio eſt, quia in hiſce feudis ſplendidioribus concedendis, non faciles inueniuntur principes. Marti. Laudenſis in d.c.naturales.Sequitur Curt.conſi.127.colum. 4. quamuis deinde idem Curt.in tractatu feudali.in 8. quæſtione 1.part.concludat ſecundùm Bal.& Aluarot ibi relatos, quòd feudum Marchionatus vel Comitatus dicatur feudum dignitatis, quando ab Imperatore, vel alio principe conceditur.c.1.de feud. Marchiæ.

Tertio limitatur hic nonus effectus, quod
† videlicet legitimari per principem in feudo 18
non ſuccedant, d.c.naturales Niſi feudum ſit hæreditarium: hoc eſt, pro ſe & hæredib. ſuis conceſſum. & ſic, quandocunque feuda ſunt conceſſa ad inſtar patrimoniorum, vel allodialium bonorũ, tum ſufficit generalis legitimatio, ad hoc vt naturalis in feudo ſuccedat. Quia tale feudum nunquam tranſit ad agnatos, niſi agnati ſint hæredes primi inueſtiti, vel ab eis deſcendentium, vel vaſalli defuncti.interpretes in c.1. tit.de eo qui ſibi & hæredib.ſuis.& ibi Andr.de Iſern. Alex.d.conſ.10. Bart.In l.vt intiſiutandi.7.§.ſi liberi ff de ope. libert. Albert.Brun.in d.conſ.1. & diffiſius in d.conſ.2.in fin.& conſ.11.colum 4 & 5. Decius d.conſ.390.num.14.verſi. non obſtat Matthæus de Afflict.in deciſ.Neap.195.Carol.Molinæus in d.conſuet.Pariſ.nu.39. allegans plures alios. Ideò in † talibus hæreditarijs feudis, 19
pater libello ſupplici principi oblato poterit legitimationem à principe petere, vt filius etiam ad dicta feuda hæreditaria perueniat in præiudicium agnatorum, qui poterant ſuccedere. Interpretes in l. Gallus.29.§.& quid ſi tãtùm.ff.de liber.& poſth. Præpoſitus in d. c.per venerabilem.13.18.col.qui filij ſint legit.Idque maximè, quando pater non habet alios filios. Alex.in l.ex facto.17.col.8.ff.de vulg. & pupil. Bald.in l.nam ita diuus.39.in 1.col.ff.de adop. Anchor.conſ.349.incip.prima facie, refert & ſequitur Matth.de Afflict.in d.deciſ.195.

Hodie † in regno Caſtiliæ feuda hæredita- 20
ria ſunt, & ad inſtar patrimonialium redacta, l.12. in legib. de toro. Similiter in Burgundia, Chaſſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ, in tit.de Fief.rubr. § .3.fol.111.col. 4.num.24. Guido Papæ in deciſione 59.

Quid

Quid iuris Germanorum moribus hoc caſu ſit.

De conſuetudine Germaniæ, ne ea cauſa in diſceptationem deducatur, apponi ſolet in Inueſtitura. Erben ihm vnd ſeinen ehlichen gebornen leibs lehens erben. quæ verba excludunt legitimatos.

CAPVT XL.

De legitimatione, quæ fit per oblationem curiæ.

SVMMARIA.

1 *Curia à quo, & quomodo inſtituta.*
2 *Parochiæ hodie Curijs antiquitùs inſtitutis quodammodò adæquata.*
3 *Curiata comitia quæ, & vnde dicta.*
4 *Decuriones vnde dicti.*
5 *Decurionum officium moleſtum & laborioſum.*

1 PRopter † antiquitatis cognitionem paulò altius ordiar, ac à quibus Curiæ inſtitutæ ſint, & quid fuerint, repetam. Dionyſius Halycarnaſſeus libr. 2. hiſtoriæ Romanæ ita ſcribit: Diuiſa in tres partes omni multitudine, ſingulis partibus præfectum conſtituit eũ, quem illuſtriſſimum ac nobiliſſimum cenſebat: tum ſingulas trium partium rurſus in decem partes diſtribuit, totidémq́; ſingulis præfectos dedit, qui eſſent fortiſſimi. Ac maiores quidem partes tribus, minores curias appellauit, vt etiam ad noſtram vſque ætatem vocantur. Quæ verba ſic Græcè reddere poſſumus, vt Tribus ſit φυλὴ & τριττὺς, Curia autem φρατρία & λόχος. Et ij quidem, qui tribuum præfecti erant, φύλαρχοι & τριττύαρχοι, quos Romani vocant tribunos: Curiarum verò φρατρίαρχοι & λοχάρχοι, quos illi curiones appellant. Diuiſæ autem rurſus ſunt curiæ in decurias, vocabaturque ſingularum præfectus Decurio.

Poſtquam autem hoc modo omnes in tribus & curias deſcripti ſunt, ſolum vrbanum vniuerſum in 30. æquales partes diſtribuit, ac ſingulis curijs ſuam partem attribuit: exempta ex ſingulis tantilla portione, quæ ſufficeret templis delubriſque conſtruendis, ſimulque parte aliqua in commune relicta. Et alio loco eiuſdem libri de Romulo: Sacra ſua ſingulis curijs conſtituit, ſuis cuique diuis, quos venerari ſemper deberent, aſſignatis. Et ſacris faciendis certos ſumptus definiuit, quos ex ærario ſuppeditari oporteret.

Porrò autem, vnà cum ſuis ſacerdotibus ſacris, ſibi ſolennibus peragendis, curiales adeſſe oportebat: vnaque epulabantur ferijs, in curialibus triclinijs, cænaculisve Erant enim ſuæ cuique curiæ cænationes in quibus communis veluti focus ſingulis curijs cõſeruatus erat: haud ſecùs quàm apud Græcos in πρυτανίοις. Huiuſmodi autem ędes curiarum nomine etiam Curiæ appellabantur, quòd nomen noſtra adhuc ætate retinent. Et in alio loco eiuſdem libri: In omnibus curijs Iunoni Quirinæ poſitæ ſunt: quę etiam nunc hoc tempore ponuntur. Eodem libr. de Numa loquens: Vnum ſacerdotum collegium fecit 30. curionum, quorum (vt dixi) munus erat, pro curialibus ſacra facere. & paulo pòſt: His quidem de cauſis Romulus non fecerat commune totius vrbis templum Veſtæ, nec Veſtales virgines inſtituerat, ſed de vnaquaque 30. curiarum ſuam quandam Veſtam ſtatuerat, in qua epulabantur curiales Sacerdotes autem peragendis ſacris non alios quàm præfectos curiarũ. Et Pompon. in l. 2. de orig. iur. Poſtea aucta ad aliquem modum ciuitate, ipſe Romulus traditur populum in 30. partes diuiſiſſe, quas partes curias appellauit, propterea quòd tũc Reipub. curam per ſententias earum partium expediebat. & ita leges quaſdam, & ipſe Romulus ad populum tulit. Ex quibus locis apparet, 2 curias Romæ fuiſſe, populi tales quaſdam partes, quales ſunt noſtræ in vrbibus parochiæ: vt rectè admonuit Bud. in poſterioribus annot. in Pand. Vt enim noſtræ parochię habent deſtinatas quaſdam domus, in certa quadam vrbis parte ſitas, quæ communia ſacra, ædem ſacram communem, ſacrorum cõmunem adminiſtrum habent: ita curiæ incolarum erant vrbis partes, non modò loco, ſed etiam ſacris ſibi particularibus diſtinctę. Quod verò dixi incolarum vrbis tantũ fuiſſe curias, cùm ex Dionyſij verbis paulo antè citatis intelligi poteſt: tùm verò ex eo, quòd qui in municipijs & colonijs ciues Rom. habitabant, ſua quędam in ſuis vrbibus ſacra habebant, nõ ſecùs quàm qui Romæ erant. Quod vel inde apparet, nam Milo legitur ad procedendum flaminem Lauinium profectus, pridie quàm Clodium occidit. Nec erat neceſſe, ſua ſacra eos relinquere, qui ciuitate donabantur, niſi in vrbem migrarẽt. Nam quos migraſſe Romam reperimus, eos ſimul per curias Romanas deſcriptos fuiſſe, ex eo intelligi poteſt, quòd de Sabinis nominatim ſcribit Dionyſ. lib. 2 eos qui in ciuitatem recepti ſunt, cum Tatio per tribus curiaſque fuiſſe deſcriptos Quod idem de alijs etiam populis, qui Romam migrare euerſis eorum vrbibus coacti ſunt, ſcribit Suetonius.

Erant † igitur curiata comitia, in quib. po- 3 pulus curiatim ſuffragium dicebat: hoc eſt, in quibus populi per curias diuiſi, ſententia rogabatur: & quòd plures curiæ ſtatuiſſent, id iuſſum populi eſſe dicebatur.

Hinc † Decuriones Pomponius ex eo di- 4 ctos ait, quòd in initio cùm coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui ducerentur,

conſilij publici gratia conſcribi ſolita ſit, l.pupillus.238.§.decuriones. ff. de verb. ſignif. Arcadius Imperator curiales tales appellat. l. ſi quis curialis.12.C.de epiſcop.& cleric. l.curiales.C.de decurion.lib.10. vnum enim idemq́; ſignificat decurio, l.cum ancilla.3.C.de inceſtis nuptijs. l.communium.9.§.illo videlicet. C.de nat.lib.

5 Hoc autem munus, † cùm plurimi propter immenſam negotiorum molem, ſummosq́; adminiſtrationis labores ſubterfugerent, & detrectarent: Iuſtinianus conſtitutionem edidit, qua ſancinit, ne aliquis ſe liberum eſſe, niſi certis modis, quos ipſe præſcripſit, à curialibus conſortijs eſſe putaret. ſi quis, inquit, vel ſummum patriciatus honorem fuerit conſequutus, ſiue inſulis conſulatus honorarij aut ordinarij fuerit ampliatus, vt vel conſul vel conſularis efficiatur, ſeu præfectorum prætorio inſulas ſuſceperit gubernandas, vel vrbicariam, in ipſo tamen actu meruerit præfecturam, nec non magiſtri militum gerendum ſuſceperit officium, is gaudeat ſe huiuſmodi conditionis eſſe exortem, &c. l.fin. C.de decurio.C.lib.10.

6 Curia igitur † hodie vniuerſitas eſt, cui omnes electi ad conſilium ciuitatis inſerũtur, inde Sardiſius Florentinus arbitratur, omnes eos qui ad regimen ciuitatis, vel Reipublicæ gubernationem ſuſcipiuntur, decuriones vocari, ſiue curiales: ideoque ſi hi decuriones aliquem qui ex concubina natus eſt, in eum ordinem aſſumant, hunc naturalem effici legitimum, & omnia iura hiſce liberis à Iuſtiniano indulta conſequi & nanciſci.

CAPVT XLI.

Qui primùm introduxerint hunc legitimandi modum, & quibus incrementis auctionibusq́; profectionem conſecutus ſit.

SVMMARIA.

1 *Legitimationis modum per oblationem curiæ qui primùm introduxerint, & extenderint. nu.2. & 3.*

4 *Conſtitutio Iuſtiniani de legitimationis modo per oblationem curiæ.*

1 MOdus hic † legitimãdi per oblationem curiæ, inſtitutus fuit à Theodoſio, filio Theodoſij: & Valentiniano, nepote Valentiniani: Eudoxo & Dioſcoro Coss. anno Vrbis 1195. indictione 10. anno Chriſti 444. ſecundũ Haloandrum: vel anno 442. ſecundùm Cõtium. Quo anno etiam Theodoſianus liber omnium legum legitimarum principum in vnum collatarum editus eſt, ſcribente id Proſpero.

Hi itaq; Imperatores conſtitutionem primi ediderunt: qua ſi quis naturalem duntaxat fœcunditatem ſortiatur, ſeu liber ipſe, ſeu curiæ nexibus ſit obligatus, & tradendi filios naturales vel omnes, vel quos quem ve maluerit, eius ciuitatis curiæ, vnde ipſe oritur, & in ſolidum hæredes ſcribendi liberam ei conceſſit facultatem. ac ſubiecerunt, in quibus curijs poſſint offerri: & quod agnita hæreditate paterna, curialem fortunã non euicerit: & quòd ad conditionem, in qua pater eos amplificatis opibus eſſe voluit, etiam inuiti cogantur accedere.

Prima auctio huius legitimationis.

Poſt Theodoſium Iun. & Valentinianum III. Imper. hac ipſa in cauſa conſtitutionem promulgarunt Leo & Anthemius, Iordane & Seuero Coss. anno Vrbis 1223. indictione 8. anno Chriſti, ſecundùm Haloandr. 472. vel ſecundùm Contium. Qua conſtitutione renouauit præcedentem, vt nec renunciandi eis, aut alienandi vel repudiandi paternas hæreditates, aut donationes in fraudem curiæ concedatur facultas: ſed muneribus patriæ ſuſceptis patrimonia ſubire cogantur. Addidit Theodoſianæ legi: Ex curialibus hiſce genitos, vel naſcituros filios, ſimiliter paternæ cõditioni ſubiacere. 2

Secunda auctio huius legitimationis.

Leonem & Anthemium † in hoc legitimandi genere ſubſecutus eſt Iuſtinianus. Hic anno Imperij ſui ſecundo, anno verò Chriſti 528. conſtitutionem edidit, ac ſanciuit, qua ratione naturales liberi effecti legitimi, per curiæ oblationem ſuccedant, aut illis ſuccedatur. hoc eſt, quomodo & ipſi ſuccedãt, & quorum hæreditates capiant, quique rurſus ad ipſorum hæreditates admittantur, & quibus offerantur. Quæ res prioribus conſtitutionibus variè propoſita fuit. Tandem in conſtitutione περὶ τῶν νόθων totam hanc cauſam integrè abſoluit ac perfecit: quod & in alijs duabus ſpeciebus præſtitit. Quia verò ad ipſos fontes ſemper recurrendum eſt, ideò verba Iuſtiniani ſubijciam. 3

Verba Diui Iuſtiniani, de hac legitimationis ſpecie, quæ fit per oblationem curiæ, ſub conſtitutione de naturalibus liberis, vel περὶ τῶν νόθων, aliàs, ſub Authentico, quibus modis naturales efficiantur ſui.

Πρῶτος μὲν οὖν τρόπος αὐτοῖς γνησιότητος ὑπῆρχε, ὃν τὰς πόλεις εὐθὺς ὠφελῶν, ὁ Θεοδόσιος ὁ θειότατος τε καὶ νέας εἰσηγήσατο μνήμης. νομοθέτη δὲ ἐπ᾽ αὐτῷ τὸ δύνασθαι τοὺς νόθους παῖδας ἢ πάντας, ἢ τινὰς ἐπιδιδόναι τοῖς βουλευτηρίοις. ἢ τὰς θυγατέρας ἁρμόζειν βουλευταῖς. καὶ ἐπείπερ ὁ τρόπος οὗτος οὐχ ἁπλῶς εἶχε τὴν νομοθεσίαν, ἀλλὰ 4

ἀλλὰ πολλάκις τὰ μὲν περὶ τῆς ἐπιδόσεως εἴρηται, τὰ δὲ περὶ τῶν διαδοχῶν, πῶς τε αὐτοὶ, καὶ τίνων κληρονομοῦσι, καὶ περὶ ἑτέρων αὖθις αὐτῶν κληρονομούντων, δίκαιον ᾠήθημεν τοῦτο δὲ πρῶτον τὸ τῆς νομοθεσίας διαθέσθαι κεφάλαιον, οὕτως ἐπὶ τοὺς λοιποὺς τρόπους τοὺς εἰς γνησιότητα φέροντας ἐλθεῖν. τὰ γὰρ ἐντεῦθεν εὔκολα πάντα ἔσται.

Εἴτε τοίνυν εἴη νόθων τε παίδων πατὴρ, εἴτε βουλευτὴς ὢν, εἴτε ἐλεύθερος βουλῆς, ὅσαι ἔξω τούτου, εἴτε καὶ αὐτῶν, εἴτε γνησίων εἴη παίδων πατὴρ, εἴτε καὶ μὴ μόνων νόθων, ἐπιδιδόναι τῷ βουλευτηρίῳ κἂν εἰ τυχὸν ἐλλου- στρατείας εἶεν οἱ παῖδες ἐπαλλήλως, πλὴν εἰ μὴ πολιτείας, ὑπὲρ ἀνθρώπους. κἂν εἰ βουλευταὶ καταστᾶσι, τοῦ τῆς ἐλευθέρας ἐποίησεν τύχης.

Ὁ δὲ τῶν ἐπιδόσεως τρόπος, εἴτε γένοιτο παρὰ τοῦ πατρὸς ζῶντος, εἴτε κοινῇ τοῦ μὴ ἐπιδοίη (τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῶν Θεσσαλικῶν εἴρηται, νόθου παιδὶ βουλευτῇ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐν τῇ διαθήκῃ γενομένῳ, καὶ τοῦτο αὐτὸ ἐξείπομεν κατὰ τὴν ἐκείνου θέαν. καὶ οὕτως αὐτοῦ ἐπιδεδωκότι, καθάπερ οἱ λέγοντες τοῦ τῆς αὐτοῦ λέξεως γεγραμμένη φησὶ διάταξις) εἴτε οὖν κατὰ τοῦτον τρόπον γένοιτο δὲ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀναγραφεὶς βουλευτὴς, εἴτε πλευτῶν ἐν διαθήκῃ γράψειε δεῖν αὐτὸν βουλευτὴν, εἴτα ἐκεῖθεν ἕλοιτο τὴν γραφὴν: γνήσιος εὐθὺς γίνεται τῆς νοθείας καθάπαξ ἀπαλλαγμένος. εἴτε καὶ πλευτήσαντες τοῦ πατρὸς ἑαυτὸν ὁ παῖς, ἢ παῖδες ἐπιδοῖεν, δεῖ οὕτως μέντοι γνησίας γονῆς, καὶ οὕτως ἔσονται γνήσιοί τε καὶ βουλευταί. ὥστε παρὰ τῆς μὲν ἑκόντων νοθῶν ἐπιδῶσι τῇ βουλῇ τινὲς δυχὶ γνησίους παῖδας, οἱ δὲ αὐτομάτως εἰς τοῦτο ἰὼν τὴν καὶ ταῦτα μόνον ἀνεῳχθεῖσι) ἣν κἂν οὐδεὶς τῶν γνησίων παίδων ὑπείη. οὕτω δὲ οὖν τε τῶν ἐπιδόντων ἴσων τὸ διαφόρως νομοθετηθὲν ἡμῶν εἰς τὸν παρόντα νόμον ἀναθέμενον, οὐχ ὥσπερ ἦν, οὐδὲ ὡς ἔτυχε, τῆς ἐπιδόσεως ἴσου, δεῖ γε καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ τε ἤδη φανερὸν, καθ᾽ οὓς ἐπιδοθήσονται.

Εἰ δὲ οὖν ἔστι ἐκ νόθου ὁρμώμενος πόλεως, εἴτε βουλευτὴς, εἴτε ἐλεύθερος τῆς τοιαύτης εἴη τύχης, ἔξεστι τὸν ἑαυτοῦ νόθον ἐπιδοῦναι τῷ βουλευτηρίῳ τῆς πόλεως ἐκείνης, ὅθεν ὥρμητο. εἰ δὲ οὐ πολίτης, οὐδὲ αὐτὸς καθεστήκοι, ἐκ χωρίου δὲ ὢν ἐλεύθερος ἢ κώμης ὥρμητο, ἐξεῖναι παρὰ τοῦ παιδὸς ἐπιδοῦναι τῇ πόλει, ἢ ἑαυτὸν ἐπιδεδωκότι, ὑφ᾽ ἣν τὸ χωρίον ἢ τὰ τῆς κώμης τελοίη. πρόδηλον δὲ, ἐπειδὴ ὁ πατὴρ αὐτὸν ἢ πάππος ἐπιδοίη, ἢ καί τις τῶν ἀνωτέρων προγόνων, καὶ γνησίους ἔχων παῖδας τούτῳ προσυπομείχθη. εἰ δὲ καὶ αὐτός τις ἑαυτὸν ἐπιδοίη, τοῦτο ἔστι μὲν, εἴηκε μὴ ἕτεροι γνήσιοι καθεστᾶσιν ἀδελφοί.

Εἰ μέν τοι τις τῶν ἐπιδοῦναι δέον μέλλοι τοὺς ἑαυτοῦ νόθους τοῖς βουλευτηρίοις, ἢ ἐκεῖ, ἢ τῆς μεγάλης ὥρμητο πόλεως, ἢ ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, τούτῳ δίδομεν, εἰς ἣν ἂν βούληται μητρόπολιν τὴν ἐπίδοσιν ποιήσασθαι.

Καὶ τοῦτον εἶναι τὸν κανόνα καὶ ἐπὶ θυγατέρων, ὥστε ἁρμόζειν αὐτὰς βουλευταῖς, ἢ καὶ τῆς πόλεως ἀφ᾽ ἧς ὥρμηται, ἢ ὑφ᾽ ἣν τὸ χωρίον ἢ κώμη τελοίη. εἰ δὲ ἐλεύθερος ἅμα, καὶ Ῥωμαῖος ὑπάρχων τις εἴη, ἐπὶ τῶν βουλευτηρίων ἑτέρας οἷας δύναται, μητροπόλεως μέντοι καὶ τούτως ἡμῖν μέντοι βουλευτηρίων μέλοι, καὶ οὗτος ὁ τρόπος εὑρίσκει τῆς γνησιότητος, ὅτι δίδομεν τῷ βουλευτῇ νόθων ὄντι μόνων παίδων πατρὶ, κἂν ἐκ δούλης αὐτοὺς ἔχοι, καὶ ἐλευθεροῦν, καὶ ἐπιδιδόναι τῇ βουλῇ, κατὰ τὸ ἔμπροσθεν εἰρημένον. καὶ ἔτι μειζόνως τὸ πρᾶγμα νομοθετοῦμεν, ὥστε κἂν εἰ μὴ ὁ πατὴρ ἐπιδοίη, ἐλεύθερος δὲ ἔχοιτο ὁ παῖς γένηται δυνήσεσθαι, καὶ ἑαυτὸν ἐπιδιδόναι τῷ βουλευτηρίῳ, δηλαδὴ κἀνταῦθα γνησίας οὐχ ὑπαρχούσης γονῆς.

Καὶ ἐπειδήπερ ποικίλως, καὶ τὰ ἐπὶ τῶν τοιούτων προσώπων διαδοχῆς νενομοθέτηται, οὐκ ἀπὸ τρόπου δοκοῦσιν ἡμῖν, καὶ τὰ περὶ τῆς διαδοχῆς (καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν) διορίσασθαι.

Εἰ δὲ τοίνυν νόθος κατὰ τοῦτο τὸ σχῆμα (τὸ ἐκ τῆς ἐπιδόσεως φαμὲν) γένοιτο βουλευτὴς, ἔσται τῷ πατρὶ καὶ ἐξ ἀδιαθέτου διάδοχος, καὶ ἐκ βουλήσεως, οὐδὲν ἀπολειπόμενος τῶν γνησίων, ἢ ἐκ δωρεᾶς λαμβάνων δυνάμενος τοῦ πατρὸς, οὕτω μέντοι ὥστε μὴ πλεῖον ἔχειν τοῦ ἐξ ἀρχῆς, γνησίων ἑνὸς τοῦ πάντως ἐλάχιστον ἔχοντος.

Ἅπαξ δὲ καταδεξαμένους ἐκείνους τὴν ἐπίδοσιν, καὶ διὰ τοῦτο εἰς γνησίας ἀναβάντας, οὐκ ἔξεστι μὲν ἀναχωρεῖν αὐτοὺς τῆς τῶν πατέρων κληρονομίας, ἢ δοκεῖν δεῖν τῆς δωρεᾶς τῆς εἰς αὐτοὺς γενομένης καὶ συγχωρεῖσθαι ὑπ᾽ αὐτῶν ἀφίεσθαι, καὶ τῆς τύχης ἀναχωρεῖν. μένοντες δὲ γὰρ βουλευταὶ, τὸ καταλειφθὲν ἢ δεδωρημένον κατὰ τὸ ἔμπροσθεν εἰρημένον ἕξουσι μετ᾽ αὐτῶν.

Εἰ μέντοι γε ἐξ ἀρχῆς παραιτοῖντο τὴν ἐπίδοσιν, καὶ μένοιεν ἐλεύθεροι, καὶ ἐν νοθείᾳ τοῦ γενέσθαι καὶ πλουσιώτεροι, καὶ βουλευταὶ, προσποιοῖντο εἶτα φανεῖεν ὑστέρῳ, ἢ ὡς δλόκληρον, ἢ ἐκ μέρους νεμόμενοι τὰ δωρηθέντα, ἢ καταλειφθέντα αὐτοῖς πράγματα, ἢ καὶ ἐκποιήσαντες φεύγοιντο πάντως τῇ βουλευτικῇ τύχῃ, καὶ ἄκοντες, ἵνα μὴ νοθεύοντες ὑποφανεῖεν τῇ νομοθεσίᾳ, καὶ τὰ μὲν κερδαίνοντες μένοι τὰ προφάσει τῆς ἐπιδόσεως, ἀποσεισάμενοι δὲ τὴν τύχην, δι᾽ ἣν τῶν κερδῶν ἠξιώθησαν.

Καὶ ταῦτα ὁμοίως νομοθετοῦμεν ἐπί τε τῶν ἀρρένων ἐπιδεδομένων τῇ βουλῇ, ἐπί τε τῶν γαμουμένων βουλευταῖς θυγατέρων, οὐδεμιᾶς οὔσης διαφορᾶς, εἴτε διὰ ἀρρένων τις βουλεύοι παίδων, εἴτε διὰ τὸ ἐπὶ ταῖς θυγατράσι γαμβρῶν τὸ βουλευτήριον αὔξειν βούλοιτο. καὶ τό γε ἐπ᾽ αὐτῷ διὰ τῶν ἐκείνου παίδων καινοὺς προσεισάγειν τοῖς προτέροις βουλευτὰς τοὺς ἐκείνων υἱεῖς.

Τὸν δὲ κατὰ τοιαύτην αἰτίαν εἰσποιούμενον τῇ γνησιότητι παῖδα, αὐτῷ μόνῳ τῷ φύσει νόμιμον ἀποπλουμένον, ἐν μὲν γὰρ τῇ τρίτῃ ταύτῃ συγγενείᾳ τοῦ πατρὸς, φαμὲν δὲ τῶν τε ἐξ ὧν ἐκεῖνος γέγονε, τῶν τε ἑκατέρωθεν, τῶν τε ἐξ αὐτοῦ προελθόντων, πατέρα μὲν αὐτὸν μόνος ἐκ τινος μηχανήματος συγγενεῖ. θεσπίζομεν γὰρ, ὥστε τὸν ἐπιδιδόμενον τῷ βουλευτηρίῳ φυσικὸν ἤτοι μόνον τῷ πατρὶ γνήσιον γίνεσθαι διάδοχον, μηδεμίαν μέντοι μετουσίαν ἔχειν εἰς τοὺς ἀνιόντας, ἢ κατιόντας, ὅ ἐστι πλαγίους συγγενεῖς ADGNATOS ἢ COGNATOS τοῦ πατρὸς, ἢ ἵνα ἔχειν μετουσίαν εἰς τὴν ἐκείνων διαδοχὴν λοιπὰ πλὴν εἰ μὴ γράψειεν ἢ αὐτοὺς ἐκείνους, ἢ παρ᾽ ἐκείνων γραφῇ. μόνῳ γὰρ τῷ πατρὶ γίνονται γνήσιοι, καὶ συγγενεῖς εἶναι πιστεύονται.

PRIMVS itaque modus ad legitimorum ius perueniendi, protinùs ipſas etiam ciuitates adiuuat, quem piæ recentiorisque memoriæ Theodoſius introduxit. Sancitum namque ab illo eſt, vt quis naturales filios, vel omnes, vel ex ijs certos poſſit offerre curijs, aut filias iungere decurionibus. Et quia hic modus non ſimpliciter in leges relatus eſt, ſed variè de oblationibus ſimul & ſucceſſionibus, tum quomodo ipſi, & quorum hæreditates capiant, quique rurſum ad illorum hæreditates admittũtur, proditum eſt: iuſtum putauimus, hoc ſanè caput ſanctionis primùm diſponere, & ita ad cæteros modos, quibus ad ius legitimorum peruenitur, tranſire: quæ enim exinde conſequentur, expedita ſunt admodum, & facilia.

Si quis igitur naturalium filiorum pater
ſit,ſiue & ipſe decurio ſit, ſiue curiæ nexu li-
ber:licentiam habebit hoſce, aut certos ex ijs
(ſiue legitimorum prætereà filiorum pater
ſit,ſiue non,ſed ſolummodò naturalium)of-
ferre curiæ,etſi filij ſuſcepti illuſtres dignitate
ſint?niſi tam ampla fortè,vt homines,tamet-
ſi decuriones, hac ſortuna liberos redderet,
& immunes.

Siue autem oblationis modus à patre fiat
adhuc ſuperſtite,cùm quis in communi con-
ſeſſu filium offerat: id enim in Philocalo ſa-
ctum eſt,qui naturalis exiſtens,à patre in Bo-
ſtrenorum ciuitate decurio ſactus eſt,cùm pa
ter hoc ipſum publicè ante omniū illic con-
ſpectum protuliſſet,& ita ipſum obtuliſſet cu
riæ, prout Leonis pientiſſ. principis de hoc
conſcripta,inquit,conſtitutio. Siue igitur eo
modo publica proclamatione aliquis à patre
fiat decurio, ſiue moriens pater in teſtamēto
ſcripſit, fieri eum decurionem debere: dein-
de is ſcripturam amplectatur, protinùs fit le-
gitimus, in vniuerſum iure illegitimorum
liberatus: ſiue etiam defuncto patre,ſeipſum
filius aut filij offerant, non tamen ſubſiſtēte
prole legitima: erunt ſic quoque legitimi, &
decuriones. proinde pater quidē, vel exiſten-
tib. legitimis,etiam illegitimos filios curię of
ferre poterit: qui verò ſua ſponte ad id pro-
greditur,tunc ſolùm audietur, cùm nemo ex
legitimis ſuperſit filijs. atque eſto quidem ob-
lationum ratio per excellentiam ita ſancita,
prout à nobis in præſentem repoſita eſt legē:
ſed non ſimpliciter, neque temerè, vt res tu-
lerit, celebrabitur oblatio. oportet enim &
modos,per quos offerētur manifeſtos facere.

Igitur ſi quis ex aliqua ciuitate originē tra-
hat, ſiue decurio, ſiue etiā eiuſmodi ſortuna
liber, poterit vtiq; naturalē filium ſuū ciuita-
illius, vnde originem ducit, offerre curiæ: ſi
tis verò ciuis ipſe nō ſit, ſed ex prædio aliquo
libero,aut pago ſit: à patre offeratur, vel ſeip-
ſum ciuitati illi offerat, ſub qua id prædium
aut pagus cēſetur. Illud autem iam antè con-
ſtat, quòd ſi pater quidem, aut auus, aut qui-
cunque inter aſcendentes parens ipſum ob-
tulerit: licèt legitimos habeat filios, poſſit ta-
men hoc facere. Si verò quis ſeipſum offerat,
tunc demùm permittimus, cùm non alij le-
gitimi fratres ſubſunt. Cæterùm ſi ex his qui
naturales ſuos offerre poſſunt curijs, quiſpiā
vel ex ampla hac vrbe, vel inſuper ex ſeniore
Roma originem habeat: huic licentiam da-
mus, vt in quamcunque metropolim velit,
oblationem peragat. Eandemq́ue regulam
eſſe volumus & in filiabus, vt iungere eas de-
curionibus, vel eius ciuitatis vnde originem
trahit, aut ſub qua prædium aut pagus cenſe-
tur, liceat: vel ſi quis liber, ſimul & Romanus
aut Byzantius ſit, alicui cuiuſcunque alterius
ciuitatis, metropoleos tamen.

Certè tantam curiarum ſollicitudinem
gerimus, & ita nobis hæc ad ius legitimo-
rum perducendi ratio placet, vt decurioni,
qui naturalium duntaxat filiorum pater eſt,
& ſi ex ancilla eos ſuſceperit, manumittere
ipſos (& vt à nobis dictum eſt) offerre curiæ
permittamus. Inſuper etiam magnificentius
eam rem ſancimus, vt tametſi pater non of-
ferat, ſimulatque tamen ſemel filius liber fa-
ctus ſit, poſſit vel ſeipſum offerre curiæ, vide-
licet hoc quoq; caſu legitima prole non ſub-
ſiſtente. Et quia variè ea quoque quæ iſtarum
perſonarum ſucceſſionem concernunt, legi-
bus ſunt incluſa: non ab re nobis fore vide-
tur, ſi ipſam etiam ſucceſſionis rationem (vt
prædiximus) definiamus.

Si quis igitur ſpurius ea forma (nempè per
oblationem curiæ) ſactus ſit decurio: erit pa-
tri & ab inteſtato hæres, & ex vltima volun-
tate, in nullo diſſimilis legitimis. Poterit eti-
am ex patris donatiōe capere: ſed ita, ne quid
ampliùs habeat quàm vnus aliquis ex verè, &
iam inde ab initio legitimis, qui omniū mi-
nimam partem habet. Simulatque verò ſe-
mel illi oblationem amplexi ſunt, & propte-
rea ad legitimos conſcenderunt: non permit
timus, vt à paterna hæreditate abſtineant, aut
denuò putent ab ea ſe ſortuna diſcedere poſ-
ſe, ſi in ipſos collatam & agnitam à ſe dona-
tionem dimittant. Manentes enim decurio-
nes, relictum donatumve ſecundùm menſu-
ram à nobis prædictam obtinebunt.

Enimuerò ſi cùm initiò oblationem recu-
ſent, malintq́ue manere liberi, vel cum ma-
cula & iure illegitimorum, quàm ditiores
fieri & decuriones exiſtere: poſt deinde vide-
antur vel in ſolidum, vel pro parte donatas,
aut teſtamento relictas res poſſidere, aut etiā
alienaſſe: omninò curiali ſortunæ vel inuiti
obnoxij erūt, ne quo modo hanc nobis cor-
rumpere videantur ſanctionem · & cum lu-
cra per cauſam oblationis captēt, ſortunam
à ſe repellant, per quam tamen lucro dignati
ſunt. Atque hæc ſimiliter ſancimus tam in
maſculis, qui oblati ſunt curiæ, quàm filiabus
quæ nubunt decurionib. nulla differētia exi-
ſtēte, ſiue per liberos maſculos aliquis curia-
lia ſubeat munia, ſiue filiarum interuētu per
generos ampliorem reddere curiā voluerit,
& (quantum ad ipſum) per ſuos liberos prio-
rib. nouos decuriones illorum adijcere filios.
Eum autē filium qui per huiuſmodi cauſam
ad ius legitimorum redactus eſt, duntaxat ei
qui ipſum genuit, legitimum reddimus: non
verò etiā triplici illi cognatiōi patris (nempè
eorum ex quib. vel ipſe progenitus eſt, vel qui
ex vtroque conſiſtunt latere, vel qui ex ipſo
proceſſerunt) quodam veluti commēto cum
cognatum facimus. Sancimus enim vt natu-

ralis

ralis filius, qui offertur curiæ, patri ſolummodò legitimus ſucceſſor fiat. nõ tamen vt communionem aliquam habeat cum aſcendentibus aut deſcendentibus, aut ex tranſuerſo adgnatis cognatiſq; paternis, vel etiam communionem aliquam habeat in illorum ſucceſſione. Conſimile priuilegium ipſi quoque dant [illegible]s, vt ſicut nec cognatis patris, nec illis filius [illegible] ſucceſſor, ita nec illi ad eius vocentur ſucceſſionem, niſi ipſe vel illos hæredes ſcribat, vel ab illis ſcribatur: ſoli enim patri le[illegible]mi fiunt, creduntúrque eſſe cognati. [illegible] verba Iuſtiniani [illegible]uli. nũc breuiter videndum eſt, quomodo hæc ipſa legitimatio perficiatur: hoc eſt, qui poſſint curiæ offerri, à quibus & quo in loco.

CAPVT XLII.

Qui poſsint offerre curiæ liberos legitimandos, videlicet pater, auus, & cæteri aſcendentes: deinde filij defuncto patre ſeipſos: filius item ex ancilla natus, & manumiſſus. Deinde quales liberi offerri debeant: item quibus, & vbi, denique quo modo.

SVMMARIA.

1 *Pater filium offerre curiæ poterit etiamſi iuſtos habeat.*
2 *Curiæ offerre pater vel ex pluribus vnum aut plures poteſt.*
3 *Auus nepotes curiæ offerre poteſt.*
4 *Liberi defuncto patre etiam ſeipſos offerre poſſunt.*
5 *Ex ancilla natus manumiſſus ſeipſum offerre curiæ poteſt.*
6 *Curiæ offerri qui poſſint.*
7 *Inuitus nemo curiæ offertur.*
8 *Oblatio curiæ vbi facienda.*
9 *Forma oblationis curiæ.*
10 *Teſtamento liberi curiæ offerri poſſunt, & legitimi fiunt.*

1 PRimò † pater, ſiue & ipſe decurio ſit, ſiue curiæ nexu liber, ſiue legitimorum præterea filiorum pater ſit, ſiue non, ſed ſolummodo naturalium. §. [illegible] nunc in Authent. quibus modis natur. efficiãt. ſui. §. ſi quis igitur.
2 Offerendi † verò licentiam habet, vel omnes, ſi plures ſint, vel certos ex iis: & ſi filij ſuſcepti illuſtres dignitate ſint: niſi tam ampla fortè, vt homines tametſi decuriones, hac fortuna liberos redderet, & immunes, d. §. ſi quis igitur fuerit.
3 Secundò, † auus, aut quicunq; inter aſcẽdentes, rectè naturales nepotes curiæ ſplendori immiſcet, licèt legitimos quoque & is habeat liberos, d. §. [illegible] verſi. [illegible] §. ſi quis igitur ex qualibet. verſi. palàm verò eſt, d. Authen. quib. mod. natur. effic. ſui.
4 Tertiò, † filius vel filij defuncto patre ſeipſos rectè curiæ offerunt, non tamen ſubſiſtente prole legitima. Qua in re filius decurio oblatiõe patris ſuperatur: cùm pater vel exiſtentibus legitimis, etiam illegitimos filios curiæ offerre poſſit. Qui verò ſua ſponte ad id progreditur, tunc ſolùm audiatur, cùm nemo ex legitimis ſuperſit filijs, vel cùm non alij legitimi fratres ſuperſint. §. [illegible] verſic. [illegible] §. ſi quis igitur fuerit. verſic. proinde d. Auth. d. §. [illegible] verſ. [illegible]

Quartò, † filius ex ancilla natus & manumiſſus, licèt pater eum non offerat, curialem fortunam per ſeipſum rectè ſubit: ſed tamen hoc quoque caſu legitima prole nõ ſubſiſtente. §. [illegible] & d. §. ſi quis igitur ex qualibet verſi ſic itaque nobis. 5

Curiæ † offerri poſſunt liberi naturales: Item filiæ naturales, ſi nubant, eius ciuitatis, vnde originem trahit pater, aut ſub qua prædium aut pagus cenſetur decurionibus. Vel ſi quis liber ſimul & Romanus ſit, cuiuſcunque alterius ciuitatis, metropoleos tamen, d. §. [illegible] d. §. ſi quis igitur. verſic. & hanc eſſe regulam, d. Auth. quibus modis naturales efficiantur ſui. Præterea rectè etiam offeruntur, filij ex ancilla ſuſcepti & manumiſſi §. [illegible] verſic. [illegible] d. §. ſi quis igitur. in fin. Conſentire † autem in oblatione debent. nam inuiti in patriam poteſtatem rediguntur. §. [illegible] §. ſi verò recuſauerint, d. Auth. 6 7

Offerre † debet eos pater, ſiue ſit decurio, ſiue ea fortuna liber ciuitatis illius, vnde originem ducit curiæ. Quòd ſi cui non ex vrbe, ſed ex vico vel poſſeſſione qualibet oriundo, naturales liberi contigerint, eoſque velit curiæ ſplendore honeſtare, & hæreditatis opibus adiuuare, eius ciuitatis adſcribendi ſunt ordini, ſub qua vicus ille vel poſſeſſio cenſetur. Quòd ſi alterutram Regalium ciuitatum patriam ſortiatur, hoc eſt, vel Conſtantinopoli vel Roma originem habeat, liberum ei eſt, ſuſceptam ex inæquali cõiugio ſobolem, cuiuſcunq; ciuitatis decurionibus immiſcere, & in quamcunque velit metropolin oblationem peragere. Et omnia ea quæ hoc caſu de patre cõnſtituta ſunt, eadem in filio ſeipſum offerente ſanciuntur. nam & is in iis locis curiam, ſi ſe offerat, conſequetur; l. 3. C. de naturalib. libe. d. §. [illegible] & §. ſi quis igitur ex qualibet. in princ. 8

Offeruntur † in communi conſeſſu, publica proclamatione: quod in Philocalo, qui à patre in Boſtrænorum vrbe offerebatur, fieri debere, reſcribit Leo Imp. l. 4. C. de natural. liberis. 9

Secundò † rectè offeruntur, ſi moriens pater in teſtamẽto ſcripſerit, Si plures habuerit, vel omnes vel certos ex his decuriones fieri debere: 10

debere: deinde hi ſcripturam amplectantur. Nam & tum protinùs fiunt legitimi, & in vniuerſum iure illegitimorum liberati.

Tertiò, filij quoque ſeipſos offerre poſſunt, vt modò dictum eſt.

CAPVT XLIII.

Effectus huius oblationis. efficiũtur oblatione hac decuriones & hæredes ab inteſtato.

SVMMARIA.

1 *Naturalis curiæ oblatus patri ex teſtamento, & ab inteſtato hæres eſt cum legitimis liberis.*
2 *Curiæ oblati conſentientes pœnitere non poſſunt.*
3 *Curiæ oblati quoad ſucceſsionem ſolis patribus fiunt legitimi.*
4 *Legitimatis per oblationem non ſuccedunt cognati, neque aſcendentes aut deſcendentes.*

1 NAturalis † ea forma, nempè per oblationem curiæ factus decurio eſt patri, & ab inteſtato hæres, & ex vltima voluntate, in nullo diſſimilis legitimis: poteſt etiam ex patris donatione capere, ſed ita ne quid ampliùs habeat, quã vnus aliquis ex verè, & iam inde ab initio legitimis, qui omniũ minimã partem habet, §. εἰ τίς τοίνυν νόθος. § & quoniam variè, d. Authen. quibus modis naturales efficiantur ſui.

2 Filij † naturales Curiæ oblati, ſimulatque oblationem amplexi ſunt, & propterea ad legitimos conſcenderunt liberos, ſiue abſtinendo ab hæreditatibus, ſiue abdicãdo donationes, curialem velint euitare fortunam, non tamẽ poſſunt, poſteaquàm paternarum opũ, vel in ſolidũ, vel ex parte reperti fuerint poſſeſſores, licèt eas alienauerint, omnimodò ad conditionem, in qua pater eos amplificatis opibus eſſe voluit, etiam inuiti coguntur accedere, idque ex conſtitutione Theodoſij, Valentiniani, Leonis & Iuſtiniani, l. 3. l. 4. C. de naturalib. lib. §. ἅπαξ δὲ &c §. & quoniam variè. verſicu. cùm ſemel autem. d. Authen. & §. ἐν μὲν τοίνυν ἐξ ἀρχῆς. & d. §. ſi verò ab initio.

3 Filius † naturalis qui per huiuſmodi cauſam, ad ius legitimorum redactus eſt, duntaxat ei qui ipſum genuit legitimus fit, non verò etiam triplici illi cognationi patris, (nempè eorum, ex quibus vel ipſe progenitus eſt, vel qui ex vtroque conſiſtunt latere, vel qui ex ipſo proceſſerunt.) Fit igitur legitimus ſolummodò ſucceſſor patri, qui curiæ eum obtulit, non tamen communionem aliquam habet cum aſcendentibus, deſcendentibus, aut ex tranſuerſo agnatis, cognatiſque paternis, vel etiam communionem aliquam ha-
4 bet in illorum ſucceſſione. Conſimile † priuilegium ipſe quoque habet, vt ſicut nec cognatis patris, nec illis fit iſte ſucceſſor: ita nec ad eius vocantur ſucceſſionem, idque ex Iuſtiniani ſanctione, edita anno Chriſti 528. & repetita ſub νεαρᾷ περὶ τῶν νόθων §. τὸν δὲ κατὰ τοιοῦτον αὐτὸν ἀπὸ ὅμιλον. & §. filium verò per huiuſmodi cauſam: quia itaque minus iuris liberi, oblatione curiæ legitimati habent, videndum eſt, quibus rebus ab alijs legitimatis ſuperentur.

CAPVT XLIIII.

In quibus legitimatio hæc per oblationem curiæ à cæteris differat.

SVMMARIA.

1 *Oblatione curiæ filij legitimantur etiamſi alij ſuperſint legitimi & iuſti.*
2 *Legitimati per oblationem ex teſtamento minimam partem accipiunt.*
3 *Legitimatione per oblationem curiæ approbata, neceſſarij ſunt hæredes.*
4 *Legitimatus per oblationem curiæ ſoli patri fit legitimus.*

OBlatus † curiæ per patrem legitimus redditur, etiamſi alij ſuperſint patri legitimi liberi, d. l. 3. l. 4. d. §. εἰ δὲ τοίνυν ὑπὸ νόθων παίδων πατὴρ & d. §. ſi quis igitur fuerit. quod & in legitimatione per matrimonium obſeruatur. In alia verò, quæ principis indulgentia confertur, diuerſum ſancitum eſt. legitimis enim extãtibus naturalibus legitimorum ius denegatur, vt ſuprà abundè dictum eſt. 1

II. Legitimati † per oblationem curiæ, teſtamento nõ plus conſequi poſſunt, quàm vnus cui minus relinquitur: legitimati verò tam matrimonio, quàm Principis reſcripto à reliquis iuſtis liberis in nullo differunt, § generaliter. d. Authen. quibus mod. naturales efficiantur ſui. 2

III. Approbata † ſemel tali oblatione & legitimatione, non poſſunt curialia officia ſubterfugere, nec paternã hæreditatem, nec donationes repudiare, ſed ſtatim hęredes neceſſarij efficiuntur, d. l. 3. l. 4. C. de natural. libe. d. §. & quoniam variè. 3

IIII. Filius † per oblationem legitimus redditus ipſi ſoli genitori legitimus fit, reliquis minimè: hoc eſt, ſolummodò patri ſuccedit: ad aſcendentes verò, vel deſcendentes, vel ex latere agnatos vel cognatos, nullum habet participium, d. l. 9. & d. §. filium verò per huiuſmodi cauſam. Reliqui legitimati agnoſcũtur omnibus agnatis, vt ſuprà abundè diximus. 4

CAPVT XLV.

Qua ratione ipſis ſuccedatur.

Quia

QVia locus hic apertè & perſpicuè ab ipſo Iuſtiniano propoſitus eſt, ideo ipſa verba Iuſtiniani adſcribere malui, quàm παραφραστικῶς tractare, præſertim cùm vtile ſit ex ipſis fontibus rem petere, neque commentarijs ſemper inhærere.

Verba Iuſtiniani circa ſucceſsiões in bona legitimatorum per oblationem curiæ.

Νομοθετητέον δὲ τίνες τοὺς οὕτω γενομένους γνησίους ἀπολαύουσι διάδοχοι. εἰ μὲν γὰρ ἔχοι παῖδας ὁ τοιοῦτος, ἢ ἐγγόνους, ἀπὸ γνησίων αὐτῷ γενομένους γαμετῶν, καὶ εἶεν τούτους καὶ βουλευτὰς καθεστῶτας· πάντως ἂν αὐτῷ διαδεχέσθωσαν. τί γὰρ νομιμώτερον γνησίων παίδων πρὸς πατρῴαν διαδοχήν; εἰ γε παῖδας ἔχοι μὴ βουλευτὰς ὄντας οἵποτε γενομένους αὐτῷ, τηνικαῦτα τὸ νόμιμον μέτρον, εἰς τὴν βουλήν τε καὶ τὸ δημόσιον ἀφικνείσθω, τὸ λοιπὸν δὲ ὅσον δή ποτέ ἐστιν, εἰς ἐκείνους τοὺς παῖδας τοὺς μὴ βουλεύοντας ἰέτω.

Εἰ δὲ καθόλου μηδεμία αὐτῷ καθεστήκοι γονή, τελευτήσει δὲ ἀδιάθετος, τὸ μὲν ἐννεαούγκιον ἡ βουλὴ καὶ τὸ δημόσιον ἐχέτωσαν κατὰ τὸ πρώην ἤδη παρὰ τῆς ἡμῶν νενομοθετημένον. εἰς δὲ τὸ λειπόμενον τριούγκιον, οἱ ἐκ τοῦ νόμου καλούμενοι πάντως ἥξουσιν. εἰ ἴσως διάθοιτο, ἐπὶ τοὺς γραπτοὺς ἐλεύσεται κληρονόμους. ἅπαξ γὰρ αὐτὸν γενόμενον βουλευτὴν ὁ νόμος λαβὼν καὶ ἐγγράψας βουλευτηρίῳ, καὶ τὰς διαδοχὰς αὐτοῦ, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν τεταγμένην ἰδέαν τοῦ βίου διαδοχήν τε καὶ πορείαν.

Εἰ δέ τις ἢ τῶν ἐκ τοῦ γένους, ἢ καὶ ἔξωθεν, ἢ καὶ γεγραμμένος τυχὼν, ἢ καὶ μὴ γεγραμμένος βουληθείη προσελθεῖν τῇ βασιλείᾳ, καὶ ἑαυτὸν ἐπιδιδόναι τῇ βουλῇ, ἄδειαν ἐχέτω τοῦτο πράττειν, καὶ τὸ ἀφωρισμένον τῷ βουλευτηρίῳ μέρος λαμβάνων γινέσθω βουλευτής, καὶ τῆς τε τύχης, τῶν τε λειτουργημάτων διάδοχος, εἰ τοῦτο ἡ βασιλεία ἐπινεύσειεν.

Εἰ δέ τις γνησίους μὲν οὐκ ἔχοι παῖδας, νόθοι δὲ αὐτῷ καὶ μόνοι καθεστᾶσι, ἐξέστω μετὰ τοῦ τῆς βουλῆς ὄχλου αὐτῷ γράφειν αὐτοὺς κληρονόμους, καὶ ἡ γραφὴ δὲ αὐτὴ πάσης ἐπιδόσεως ἔστω. καὶ μὴ δεείσθω ποτὲ ἐκ τῶν παλαιοτέρων ἑτέρας τῆς θέσεως, μηδὲ τῆς ἐν ἡμῖν προσθήκης ἐπιδόσεως, ἀλλ' αὐτόθεν γραφέντες, εἴγε ἐλεύθεροι καθεστᾶσι, βουλευταί τε ἅμα καὶ κληρονόμοι γινέσθωσαν, καὶ ἐχέτωσαν, καὶ αὐτοὶ τὸ τῆς περιουσίας ἐννεαούγκιον καθάπερ ἂν ὁ πατὴρ αὐτοῖς διανείμῃ. εἰ δὲ καὶ τὸ πᾶν αὐτοῖς βουληθείη καταλιπεῖν, ἔξεστι πρᾶξαι κάλλιον, πλὴν ἀλλά τι ἐννεαουγκίου πάντως αὐτοῖς καταλιμπανέτω, γινώσκων, ὡς κἂν αὐτοῖς ἐγκαταλίποι ἔλαττον, ἀλλ' ἐκ τοῦ νόμου πάντως ἡ ἀναπλήρωσις τῆς οὐσίας ἔσται. οὗτοι δὲ, εἴπερ ἕλοιντο, βουλευταὶ γινέσθωσαν.

Εἰ δέ τινες μὲν ἕλοιντο, τινὲς δὲ παραιτήσαιντο, ἐπὶ τοὺς ἑλομένους τὰ τῶν παραιτουμένων ἀφικνείσθωσαν μέρη. εἰ δὲ ἅπαντες ἀπείποιεν, τηνικαῦτα, ὡς ἀπαιδίας οὔσης, οὕτως ἐπὶ τὴν βουλὴν ἐρχέσθω τὸ ἐννεαούγκιον ἅπαν. εἰ δὲ ὁ μὲν στερήσοιτο παίδων, δὲ αὐτῷ γνησίων οὐκ ἔστιν ἀφορμὴ, τηνικαῦτα τὸ μὲν νόμιμον μέρος ἐπὶ τοὺς τῆς ἀδιαθέτου κληρονόμους ἐρχέσθω. Οἱ παῖδες δὲ οἱ νόθοι εἰ βούλονται ἑαυτοὺς ἐπιδοῦναι τῷ βουλευτηρίῳ, τοῦτο ποιείτωσαν καθάπερ ἂν ἐθελήσειαν, εἴτε πάντες, εἴτε τινὲς ἐξ αὐτῶν, καὶ πάντως ἐννεαούγκιον τῆς περιουσίας εἰς τοὺς βουλευτὰς, ἢ τὸν βουλεύοντα περιστήσεται.

Εἰ δὲ καὶ ἐκδόσεις αὐτῷ παρθένοι εἶεν, εἴγε αὐτὰς ἐλευθερώσειεν, ἢ πρότερον, ἢ ἐν τῇ διαθήκῃ, καὶ ἐπιδοίη τούτοις, καὶ οὕτω προσερχέσθωσαν, καὶ ἴσως ἂν βουλευτοί, καθάπερ ὁ διαθέμενος ἐβουλήθη, ἢ καθάπερ ἡ αὐτῶν ἐπιθυμία ὑπέσχηκεν. ἐπιδόντες γὰρ ἑαυτοὺς τῇ βουλῇ, λήψονται (καθὸ προείρηται) τὸ ἐννεαούγκιον. πανταχοῦ γὰρ βουλόμεθα, κἂν εἰ μὴ διάθοιτο, κἂν εἰ μὴ βουλησάμενος ἀπέλθοι, τοὺς εἰς τὴν βουλὴν ἐρχομένους λαμβάνειν ἐννεαούγκιον.

Εἰ δὲ ἐλευθερώσοι μὲν μόνον, οὐ μὴν ἐπιδοίη, οἱ δὲ καὶ οὕτω βούλονται εἶναι, εἴτε τινὲς ἐξ αὐτῶν πρὸς τὸ βουλευτικὸν αὐτῶν ἰδεῖν, ἐχέτωσαν τὸ ἐννεαούγκιον τῶν βουλευόντων, ἢ τοῖς βουλεύουσι κατὰ τὴν ἀναλογίαν διδόσθω.

Εἰ δὲ μηδεὶς τῶν νόθων ἢ βουληθείη ἢ ἐπιδοίη, τηνικαῦτα τὸ ἐννεαούγκιον ἡ βουλὴ λαμβανέτω, δῆλον δὲ, ὅτι συμπαρακολουθήσει, πανταχοῦ τὸ δημόσιον κατὰ τὴν περὶ τούτου τεθειμένην παρ' ἡμῶν διάταξιν.

Τὸ μὲν οὖν περὶ τῶν νόθων τῶν διὰ τῆς εἰς βουλὴν προσόδου γινομένων γνησίων, καὶ τρόπον, καθ' ὃν ἐπιδίδονται, καὶ τῶν διαδοχῶν ταύτῃ καθαρῶς ἡμῖν νενομοθετήσθω.

Hoc eſt: Sanciendum autem quoque eſt, quinam his ipſis ad legitimorum redactis ſucceſſores efficiantur: & quidem ſi talis filios habeat, aut nepotes ex legitimis illi prognatos vxoribus, atque (vt poteſt fieri) exiſtentes & ipſos decuriones: omninò ei ſuccedūto. quis enim plus iuris in paterna obtineat ſubſtantia, quàm legitimus filius?

Si verò filios habeat, qui decuriones non ſint, quandocunq; illi genitos: tunc legitimã portio ad curiam, & in publicum decurrat: reliquum verò quantuluncunque ſit, ad eos peruenito filios, qui curiæ munijs adſtricti non ſunt.

Si in vniuerſum nulla ei proles exiſtat, & moriatur inteſtatus, dodrantem quidem habeto curia & publicum, prout iam antè à nobis ſancitum eſt: ad reliquum verò quadrantem omnes qui lege ad eius vocantur hæreditatem, perueniant: aut ſi teſtatus fuerit, adſcriptos hæredes deuoluetur. ex quo enim ſemel lex ipſum decurionem factum ſuſcepit, & curiæ adſcripſit: ſimul illi & ſucceſſiones eius, & omnem aliam deputatam vitæ continuationem & progreſſum attribuit.

Si quis tamen vel huic generi coniunctus, vel extraneus, vel ſcriptus forte teſtamento hæres, vel non ſcriptus, maieſtatem adire voluerit Imperatoriã, & ſeipſum offerre curiæ, habeto huius agendi licentiam, vt & deputatam curiæ partem capiens, & decurio fiat, & fortunæ ſimul ac ciuilium munerum ſucceſſor, ſi maieſtas ad hoc Imperatoria annuerit.

Si cui verò, tametſi legitimos filios nō habet, ſpurij tamen, & quidem ſoli ſint; integrũ ei eſto cum onere curiæ, hos etiã hæredes ſcribere, & ipſa planè ſcriptura pro quacunq; oblatione eſto, neque opus habeto (id quod in antiquis traditur legibus) aliquo alio additamento, aut dum ſuperſtes fuerit, oblatione, ſed indidem ſcripti (modò liberi ſint)

ſint) decuriones ſimul & hæredes exiſtunto:
habentoque & ipſi patrimonij dodrantem,
prout pater inter ipſos eum partitus fuerit.
Quòd ſi totum quoque aſſem eis relinquere
voluerit, multò etiam præclariùs egerit, cæte-
rùm vſque ad dodrantem omninò eis hære-
ditatem relinquito: certò ſciens, quòd etſi mi
nus reliquerit, prorſus tamen ſubſtantiæ ex le
ge ſupplementum ad dodrantem vſque futu-
rum ſit: at illi, ſiquidem patrimonium cupiũt
percipere, etiam decuriones ſunto: ſi partim
amplectãtur, partim recuſent eorum portio-
nes, qui recuſant ad eos qui amplectũtur, per-
ueniunto: ſi omnes repudient, tunc quaſi nul
lis exiſtentibus liberis, totus eo caſu dodrans
ad curiam peruenito.

Si verò & ipſe tacuerit, neque vlla ei ex le-
gitimis ſuperſit ſoboles: tunc legitima quidẽ
portio ad hæredes ab inteſtato deuoluitor:
ſpurij autem, ſi voluerint ſeipſos offerre cu-
riæ, hoc faciunto, prorſus ſiue omnes, ſiue
quidam ex ijs voluerint, dodrante patrimo-
nij omninò ad decurionem decuriones ve
deſcrendo.

Inſuper ſi ex ancilla natos habeat, ſiquidẽ
vel ſuperſtes eos, vel in teſtamento manumi
ſerit, obtuleritq́; curiæ: amplexantor hi quo-
que, & decuriònes ſunto, prout teſtator vo-
luerit, ipſorum ve deſiderium conſtituerit nã
qui ſe curiæ offeruut, percipient (vt dictum
eſt) dodrantem. vbique enim volumus, ſiue
teſtamenti tabulas conficiat, ſiue abſque no-
uiſſima expreſſa voluntate decedat, eos qui
curiam ingrediuntur, dodrantem accipere.
Verùm ſi manu tantùm emiſerit, non etiam
curiæ obtulerit, & hi, vel quiſpiam, vel quip-
piam ex illis ſic quoque oculos ad curiam re-
ferre voluerint, tribuitor & hic dodrans de-
curioni decurionibus ve pro portione: ſi verò
nemo ex ſpurijs vel voluerit, vel ſe obtulerit,
tunc dodrãtem curia capito. Certum autem
eſt, quod vbique & eodem ordine publicum
conſequetur, quemadmodum de hoc à no-
bis propoſita complectitur conſtitutio.

Quod igitur ad ſpurios, qui per ingreſſum
curiæ legitimi fiunt, & ad modum quo offe-
runtur, itemque ſucceſſiones attinet, hoc pla
nè modo à nobis ſancitum eſto.

CAPVT XXXXVI.

De ſucceſsione ſpuriorum, & qui dicantur ſpurij.

SVMMARIA.

1 *Spuriorum nomen apud antiquos primum nomen fuit.*
2 *Spuriorum nomen hodie ignominioſum, & qui ſpurij dicantur. nu. 3. & ſeq.*
7 *Mulier vim paſſa adulterij aut ſtupri damnari non debet.*
8 *Affectus indubitatus concubinatus cauſa eſt.*
9 *Spurij propriè qui ſint.*

TRaditum huc vſque fuit, liberi natura-
les & legitimi, hoc eſt ex iuſtis nuptijs
procreati: itemque legitimi, quos lex filios ſe-
cit, & deinde legitimati quomodo ſuccedãt.
Nunc videndum eſt de ſpuriorum ſucceſſio-
ne, num & hi in parentum præmortuorum
ſucceſſione aliquid iuris habeant: priuſquàm
verò ad ipſam tractationem accedo, pauca
de ſignificatiõe huius vocabuli præmittam.
Vocabulum † ſpuriorum apud Romanos 1
primum erat nomen, vt Sext. Decius, Caius,
& Quintus. plurima extant eius rei exempla
apud Ciceronem. Cicero In Bruto: Spurius
Albinus lege Manilia à Grachanis iudicibus
damnatus. & paulò antè: Fuerunt etiam in o-
ratorum numero mediocriũ L. & Sp. Mum-
mij fratres, quorum extãt amborum oratio-
nes. Simplex quidem Lucius fuit & antiquus:
Spurius autem nihilo quidem illo ornatior,
ſed tamen adſtrictior. Fuit antem doctus ex
diſciplina Stoicorum. multæ ſunt Sp. Albini
orationes.

Et in lib. 2. de Orat. Sp. Canuleius ex vulne-
re ob Rempub. acceptó claudus. Et in Bruto,
Spurius Torius agrum publicum vitioſa &
inutili lege leuauit.

Et in orat. pro Milone: Occidi, occidi non
Sp. Melium, qui annona leuanda, iacturiſque
rei familiaris, quia nimis amplecti plebẽ pu-
tabatur, in ſuſpicionẽ incidit regni appeten-
di. Et in Cat. Sp. Poſthumius, T. Vetruuius
Coſſ. Caudino prælio à Samnitib. ſuperati
ſunt. Ex his non difficulter apparet, Modeſti-
ni, & aliorum deriuationẽ, qui à turpi & de-
fœdato coitu, eos ſic dictos putant falſum eſ-
ſe. Plut. in Probl. de hoc verbo loquens, ita in-
quit: Spurius primùm nomen eſt apud Ro-
manos, vt Sextus & Decius & Caius. Prima
autem nomina nõ tota ſcribunt, ſed aut vna
litera, vt T. Titum: aut duab. vt Cn. Cneum:
aut trib. vt Sex. Sextum, & Ser. Seruiũ, ſic ſpu-
rius Sp. ſcribebatur. Eos autem qui ſine pa-
tre erant, qui ἀπάτορες Græcè dicuntur S. & P.
deſignabant, quaſi ſine patre. Deinde † igno- 2
minioſum vocabulum eſſe cœpit, quo nota-
ri ſolebant illi, qui ex iuſtis nuptijs procreati
non erant. Primò enim de iure ciuili natus
ex ſeruo & ſerua, licèt pro vxore habita fue-
rit, Spurius dicebatur, l. cum ancillis. C. de in-
ceſt. nuptijs. Secundò item ex ſoluto inge-
nuo & ſerua, l. ex libera. 6. C. de ſuis & legiti-
mis.

Tertiò † pluralitas etiam concubinarum, 3
eodem tempore retentarum, facit filium eſſe
ſpurium. §. ſi quis autem in tantam. Authen.
quib mod. natur. efficiantur ſui.

Quartò, † natus ex concubina, licèt vnica 4
& in domo retenta ab vxorato, ſpurius eſt:
quia lex ciuilis vnicam ſolam concubinam,
& à ſoluto retentam tolerat, l. 1. ff. de concu-
binis

binis, l. fin. C. communia de manum. Bal. in l. mater. & in Auth. licet. C. de natur. lib.

5 Quintò, † is qui conceptus eſt apud hoſtes ex patre, & reuerſus eſt cum matre ſola: quia videlicet pater apud hoſtes mortuus eſt, ſpurius eſſe putatur, l. diuus. 26. ff. de capt. & poſtliminiò reuerſis.

6 Sextò, † item illi qui ex furtiuo acceſſu ad virginem aut viduam, vel cum vi, vel ſine vi compreſſam, ſuſcipiuntur. Caccialup. in d. Authen. ſi qua illuſtris. Quamuis Bald. in l. eam quam. 14. in 8. col. C. de fideicommiſſ. & in d. Authen. ſi qua illuſtris exiſtimet, ex muliere vel virgine, quæ vi cognita fuit, & prægnans reddita, ſpurium dici non poſſe, quoad
7 matrem: quia † facta contra voluntatem, facienti non imputantur, c. presbyteros. 33. 50. diſtinctio. Et ea quæ vim patitur, non eſt in ea cauſa, vt adulterij vel ſtupri damnetur, l. ſi vxoris 5. ff. ad l. Iuliam de adulterio. & extant grauiſſima dicta beati Ambroſij, Auguſtini & Hieronymi relata in c. 1. & 2. & 3. & ſequen. 32. quæſtione 5. Quam Baldi opinionem ſequitur Hippolyt. de Marſil. in l. vnica. C. de raptu virginum, & in l. 1. §. prætereà. in 3. & 4. col. ff. de quæſt.

8 Septimò, † is ſimiliter, qui ex ancilla natus eſt. Nam licet inter dominum ſolutum, & ancillam poſſit eſſe concubinatus: ad hoc tamen vt ancilla dicatur concubina, neceſſe eſt eam retentam fuiſſe nomine concubinæ. Non enim ſequitur, fuit ancilla, igitur concubina. Quia non cohabitatio inſpicitur, ſed affectus indubitatus, in figura quaſi matrimonij, præcipua concubinatus cauſa eſt, l. item legato. 47. §. parui autem refert. ff. de legatis 3.

9 Proprio † tamen & ſpeciali nomine illi dicuntur ſpurij, qui vulgò concepti ſunt, & patrem demonſtrare non poſſunt: vel qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem habere non licet, l. vulgò concepti. 23. ff. de ſtatu hominum. Quales ſunt, qui ex meretrice, quæ publicè corpus ſuum proſtituit libidini, quæſiti ſunt, l. quia ſemper. 5. & ibi Baldus. ff. de in ius vocando. Secundò illi quoque qui ſuſcipiuntur, ex coitu ſoluti, cum ſoluta, quæ tamen ob libidinem corporis ſui copiam omnibus non fecit. Et hi denique, qui ex eo coitu nati ſunt, quẽ lex nõ punit nec vindicat, ſed tolerat & conniuet, vt maiora peccata euitentur, c. meretrices 12. 32. quæſt. 4. l. ſi ea 22. l. quæ adulterium. 29. C. ad l. Iul. de adulterijs. & ſpurij appellantur. Hoſtienſ. in ſumma tit. qui filij ſint legitimi, vbi ait: Quotieſcunque reperiatur in iure mentio ſpurij, intelligi de ſpurio vulgò concepto, non de eo qui natus eſt ex damnato improbatoque coitu.

CAPVT XLVII.

Spurij an aliquid iuris in hæreditate paterna habeant, tam in ſucceſsione ab inteſtato, quàm in ſucceſsiõe ex teſtamento. nec habere oſtenditur per ampliationes, quibus ſubiiciuntur reſtrictiones vel exceptiones.

SVMMARIA.

1 *Spurij neque patri neque per patrem coniunctis ſuccedunt.*
2 *Spurij etiamſi certum patrem habeant non tamen illi ſuccedunt.*
3 *Spurius nec filius neque agnatus aut cognatus genitoris eſt.*
4 *Spurijs neque teſtamento neque donatione aliquid relinquitur.*
5 *Statutum permittens teſtamenti factionem patri cum ſpurio improbatur.*
6 *Inſtitutio filij ſpurij ipſo iure nulla.*
7 *Teſtamentum factum ad pias cauſas pauperibus & coniunctis non extenditur ad ſpurios.*
8 *Spurius non comprehenditur appellatione coniunctorum.*
9 *Spurius neque lucratiuo titulo neque oneroſo à patre quicquam accipit ne quidem per interpoſitam perſonam.*
10 *Subſtitutio facta filio ſpurio nulla eſt.*
11 *Donatione collata in eccleſiam vt deus aliquid in ſpurium conferatur quoad ſpurium nulla eſt.*
12 *Spurij in feudo non ſuccedunt.*
13 *Spurij relictum à patre nullo tempore praſcribunt.*
14 *Spurius iure diuino patri hæres non eſt.*
15 *Inſtitutio ſpurij ſub conditione ſi legitimabitur valet.*
16 *Spurius inſtitutus ſub conditione ſi legitimabitur pendente conditione per bonorum poſſeſsionem petitam, adminiſtrationem habet.*
17 *Spurij ſocio inſtituto à patre ſpurij iure honeſtatis medietatem habet.*
18 *Socius omnium bonorũm ratione ſocij habet communitatem omnium bonorum.*
19 *Spurio ſi monaſterium ingrediatur, à patre quid relinqui poteſt.*
20 *Spurius legitimatus à principe patri ſuccedit ex teſtamento & ab inteſtato ſicut iuſti liberi.*
21 *Spurius principis eius liberalitatem donatione, teſtato & inteſtato percipit.*
22 *Spuria à patre principe dotari poteſt.*
23 *Principi non dicitur, cur ita facis.*
24 *Angelus reprobatus quod nimium licentia principibus tribuat.*
25 *Spurius hæres fideicommiſſarius vniuerſalis eſſe poteſt.*
26 *Spurio alimenta debentur iure Canonum.*
27 *Alimentare ſpurium licet ſub pœna patri prohibitum ſit, impunè tamen alimentat.*
28 *Dos inſtar alimentorum eſt.*
29 *Ius Canonum in alimentandis ſpurijs in vtroq; foro obſeruatur.*
30 *Spurio pro alimentis quid teſtamento relinqui poteſt.*
31 *Dos filiæ ſpuriæ à patre relinqui poteſt.*
32 *Spurio pro alimentis relicta ad eius hæredes non tranſeunt remiſsiuè.*
33 *Succeſſor patris ſpurij alimenta debet ſpurio.*
34 *Spurijs diuino cultui mancipatis licitè aliquid à patre relinquitur.*

35 Nepotes ſpurij ab auo alimentandi.
36 Spurio aliunde habenti alimenta nil ſuppeditandum.
37 Pater ipſe agens ad alimenta ſpurio non obligatur.
38 Spurijs alimenta denegantur ex cauſa qua iuſtè exhæredari poſſunt.
39 Nepos iuſtus ex ſpurio ab auo rectè an inſtituatur deficientibus legitimis. nu. 42.
40 Inſtitui poteſt qui non eſt prohibitus.
41 Incapacitas filij ad nepotes non extenditur in his quæ aliunde proueniunt.
43 Affectio in nepotem ex filio prouenit.
44 Contractus reprobatus odio eius cui iuratur iuramento nõ firmatur.

1 SPurij † patri nullo modo ab inteſtato ſuccedunt, minus aſcendentib. vel cõiunctis per lineã paternam, l. hac parte. 2. l. ſi ſpurius inteſtato deceſſerit, iure conſanguinitatis aut agnationis, hæreditas eius ad nullũ pertinet. Quia conſanguinitatis, itemque agnationis iura à patre oriuntur, &c. ff. vnde cognati. §. vulgò quæſiti. Inſt. de ſucceſ. cognator. Vulgò quæſitos nullos habere agnatos manifeſtum eſt, cùm agnatio à patre, cognatio à matre ſit. Hi autem nullum patrem habere intelliguntur. Eadem ratione inter ſe quidẽ videri poſſunt conſanguinei eſſe, quia conſanguinitatis ius ſpecies eſt agnationis. Tantùm ergo cognati ſunt ſibi, ſicut & matri.

2 Quod † quidẽ adhuc procedit & obtinet, etiamſi patrem habeãt certum: veluti ſi quis natus ſit ex ancilla & domino ſoluto: vel ex liberta, & ſoluto: vel ex ſoluto & concubina, cùm tamen eodem tempore aliam etiã concubinam haberet. Bart. in l. ſi ff. de his quibus vt indignis. Bal. in l. 1. C. de ſumma Trin. & in l. vnica. C. de his quæ pœnæ nomine. Ang. in l. teſtamenti factio. 3. ff. de teſtam. Caſtr. conſ. 181. refert & ſequitur alios Ioan. Baptiſta. Caccialupus in l. ſi qua illuſtris. 5. nu. 71. C. ad S.C. Orphitianum.

3 Ratio † huius cõcluſionis eſt: quia ſpurius iuris cenſura ſine patre eſſe cenſetur, ideo agnatus & conſanguineus reputari nequit, d. l. ſi ſpurius. 4. d. §. vulgò quæſitos. Nec dicitur filius, nec agnatus, nec cognatus genitoris. Bal. in l. humanitatis. 9. in penul. charta. C. de impuberis & alijs ſubſtitutis. Nec reputatur coniuncta perſona Innoc. in c. nonnulli. 28. extr. de reſcriptionib. Bald. in l. cùm acutiſſimi. 30. C. de fideicom.

In ſpurium filium nec donatione aliquid conferri, nec teſtamento aliquid à patre relinqui poteſt. Authen. quib. modis natur. effi. ſui. vel vt Græca conſtitutio inſcribitur in περὶ τῶν νόθων. Vbi Iuſtinianus hic loquitur: πρότερον μὲν γὰρ πᾶς ὁ ἐκ συμπλοκῶν (οὐ γὰρ καλέσαιμεν γάμον) ἢ νεφαρίων ἢ ἰγκέστων, ἢ διὰ τῶν κεκωλυμένων προελθὼν, οὔτε φυσικὸς ὀνομασθήτω, οὐδὲ ἀνατρεφέσθω παρὰ τῶν γονέων, οὐδὲ ἕξει τινὰ πρὸς τὸν πρότερον νόμον μετουσίαν. Auth. ex complexu. C. de incœſt. nupt. Et extat conſtitutio D. Conſtãtini in l. 1. C. de nat. lib. quæ tamen conſtitutio in ſenatores perfectos ſacerdotes concepta eſt, ne hi humiliũ & abiectiſſimarum perſonarũ nuptijs ſe dedecorarẽt, quare ſanè ad hoc propoſitũ eam allegari non poſſe, non incommodè obijci poteſt.

De hac concluſione Bart. In l fin. ff. de his quib. vt indign. & in l. ſi is qui ex bonis, & ibi Interpretes. ff. de vulg. & pup. Ioã. de Garton. repet. l 1. nu. 101. cum alijs. C de ſec. nupt. Iac. de S. Georg. in l. qui teſtamẽtum. 27. nu. 5. cum alijs. ff. de proba. Ioan. Coraſ. in l. hæres inſt. 3. nu. 5. C. de imp. & alijs ſubſtit. D. de Segura in rep. l. cohęredi. 41 in §. cùm filiæ, nu. 122. ff. de vulg. Panor. & Canoniſtę in c. cùm haberet. 5. extra, de eo qui duxit in vxorem, quam per adulterium polluit. Philip. Dec. in c. in pręſentia. 8. nu. 105. cum ſeq. extra, de prob. Couar. in epitome de Sponſal. in 2. parte, cap. 8. §. 5. & 6. Guiliel. Bened. in rep. c. Raynut. in verſ. & vxorem nomine Adeluſiam, deciſ. 5. nu. 122. cũ ſeq. extra, de teſtam. Ange. de Gãbellonib. in tract. de teſtam. in glo. 85. Ioan. Beſſau. in cõſi. Aluerinæ. c. 12. de ſucceſſ. & teſt art. 11. Matth. de Afflict. in deciſ. regni Neap. dec 96. Chaſſ. in conſuet. Burg. in tit. des ſucceſſions. rub. 8. §. 3. ſol. 284. col. 2. nu. 1. cum alijs. Berni. in tracta. de publ. conc. pag. 310. verſ impropriè Papa. à nu. 1. vſq; ad nu 5. Nic. de Vbald. in tract. de ſucceſſ ab int. in 1. parte, nu. 44. Laudenſ. in tracta. de legit. nu. 72. Roland. Bononienſ. in tract. de teſtam. rub. 18. Ioan. Dilect Gualdẽſ. in tracta. de arte teſtandi, tit. 1. caut. 14. Nicol. Boer. in dec. 227. Bart. Socin. in conſ. 69. vol. 1. Paul. Pariſ. conſ. 11. nu. 10. vol. 2. Philip. Corn. conſ. 25. & in conſ. 310. volu. 1. & in conſ. 217. libr. 3. & conſ. 236. lib. 2. Alex. conſ. 74. libr. 3. & in conſ. 150. lib. 2. Calcan. in conſ. 62.

Extenditur † & producitur hæc concluſio 5
ad ſtatuta. Hęc enim ſi teſtamenti factionem inter patrem & ſpurium permittant ac indulgeant, tanquam peccatum fouentia, & honeſtati contraria improbãtur, & communi iuriſprudentium ſuffragio reijciuntur: cùm hi iuſtitiæ cuſtodes ſint, & honeſtas ipſorum oculis ſemper obuerſari debeat, arg. l. conuenire. 5. ff. de pact. dotal. & in c. quendam. 25 de iureiur. Bal. in l. cunctos populos, nu. 13. Aret. nu. 15. Caccial. nu. 170. C. de ſumma Trin. Are. in l. teſtamenti factio. 3. ff. de teſta. Iaſ. in l. ait prætor. in 1. nu. 12. de iureiur. Guiliel. Bened. in c. Rayn. 16. in 1. nu. 39. & hanc opinionem communem eſſe adſerit Philip. Dec. in præſentia. 8. nu. 124. extra, de prob. & in c. 2. in 2. lect. in 2. notab. extra, de conſtit. Gualdenſ. in tracta. de arte teſtan. in titu. 1. caut. 14. nume. 1. Berm. in tracta de pub. conc. pag. 344. à num. 63. vſque ad nu. 65. Ferdin. Loazes in tracta. de matrimonio in 2. dubio. in 2. fund. pro parte negatiua, nu. 7. & in tract. de conuerſione pagano

ganorum,col 22. nu 7. Nic. Boer. dec. 127. nu. 9. Frideric. de Senis conſ. 377.

6 II. Hinc † conſequitnr, inſtitutionẽ quoque filij ſpurij, ipſo iure irritam, nulliusq; momenti effici, cùm ipſo iure nihil ex patrum hæreditatib capiant d § fi. Auth. quib. mod. nat. effic. ſui. & in d. Authen. ex complexu l. ſi ſpurius. 4. ff. vnde cognati. Accurſ. in l. ſi pater. 4. & in l. nec apud. 7. C. de hæred. inſt.

7 III. Quod † adhuc obtinet, etiamſi pietatis intuitu bona ſua pauperibus & coniunctis diſt. ibuenda teſtamento mandarit: nam hoc quoq; caſu executor teſtamenti nihil in ſpurium teſtatoris conſerre poterit valiturum. Bald. in l. id quod pauperib. 24. nu. 34. q. 22. C. de epiſc. & cler. Fel. in c. nõnulli. 28. §. 1. col. 19. verſ. limita. 5. extr. de reſcr. & ante eum Alex. in l. ex facto 17. §. ſi quis rogatus el. 1. in 25. col. verſ. adde etiam in hac quæſt ff. ad S.C. Treb. & in conſ. 60. incip. viſa legitimatione, col. 3. verſ. hoc præſuppoſito lib. 2.

8 Ratio Quia † ſpurius non venit, nec comprehenditur appellatione coniunctorũ, præterea nec executor contra prohibitionem iuris, bona illa in prohibitam interdictamque perſonam diſtribuet, ne concedatur per indirectum, quod prohibetur directè cenſetur enim patris iuſſu & voluntate id feciſſe, cùm factũ executoris, & relictum teſtatoris, pro vno eodemque habeantur, l. vnum ex ſamilia 69. §. ſi Falcidia quæratur. ff. de legat. 2. vbi text. dicit, quòd electus non dicitur capere ab illo, qui eum elegit, ſed ab illo cuius iuſſu electus fuit. Hanc opinionem ſequitur Bal. in l. ab eo 9 C. de fideicomm. & pro iſta opin. eſt text. in l. ſi is qui. 6. ff de vulgari. vbi qui non poteſt capere per ſe, nec alio mediante, nec etiam videtur datum arbitrium executori, vt diſponat contra ius, vt in l. quanquam. 62. ff de ritu nupt. & in l. Lucius 21. ff. ad municipales. Corn conſi. 236. num. 10. volum. 2. Bermond. in tracta. de publicis concubinar. pag. 311. num 8 Gual. in d. caut. 14. nume 9. Bened. in d. c. Rayn. in verſ & vxorem etiam in 5. deciſ. num. 122. Alex conſi. 54. num. 1. volum. 7. Laur. Calcan. conſi 62. num. 7.

Huic tamẽ ampliationi plurimi Interpretes aduerſati ſunt, quos & recitat & declarat Nic. Boer. in deciſ. 127 num 14. & 15.

9 IIII. Conſequitur † inde ſpurium, nihil quoque à patre nec ex cauſa lucratiua, nec onerosa neque per ſe, neque per interpoſitam perſonam capere, l 1 & ibi gloſſ Cyn. Bartol. & Bald. ac Salicet C. de naturalib. liber. Qua in re contrarium de contractu oneroſo. Accurſ. alibi adſeruit in l. qui teſtamentum. 28. in gloſſ. 2 ff de probat. Accurſij ſententiam ſequitur Bald. In l. ſi is qui 6. ff de vulg. & pupill. quæ opinio à poſteriorib. Iac. Butrig Sal. & Floriano, ibidem reiecta eſt, quos ſequitur Gualdenſis in d. tracta. de arte teſtandi. titu. 1. cautela 14. nn. 3. Guiliel. Bened. in d c. Rayn. 16. in d. deciſ. 5. nu. 129. Aret. in l. ſi is qui ex bonis. 6. nu. 6. in fi ff. de vulg. & pup. Bermond. in d. tracta. de publicis concubin. pag. 325. nu. 32. verſ. & prædicta concluſio.

V. Subſtitutio † filio ſpurio ſacta nullius 10
eſt momenti. directè enim, omiſſa interpoſita perſona, ſucceſſione ſubſtitutionis vulgaris hæreditas ea adquiritur. Inſtit. de vulga. & pup. quod quidem maximè tum procedit, ac locum habet, quando grauatus eſt filius naturalis & legitimus reſtituere hæreditatem ſpurio, l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulga. & pupil. Diuerſum obtinet, ſi ſpurius legitimo filio ſubſtitutus ſit pupillariter. Decedente enim iuſto filio in pupillari ætate locus erit apertus ſpurio. nam licèt prohibeatur ſuccedere patri, non tamen ex eo à fraterna ſucceſſione pelletur arcebiturque. ſi enim is qui ex bonis teſtatoris ſolidum capere non poteſt, ſubſtitutus ſit ab eo pupillariter, ſolidum ex ea cauſa capiet, quaſi à pupillo capiet, l 6. ff. de vulg. & pup. glo. in §. fi. Auth. quib. mod nat. effic. ſui. & ſequitur hanc diſt. Guliel. Bened. In d. c. Raynut. 16. in verb. & vxorem nomine Andeluſiam deci. 5. nu. 128. Couar. in 4. Decr. in 2 parte, cap. 8 §. 5. nu. 4. Berm. in d. tracta. de publ. concub. pag. 316. nume. 17. verſicu. ſed an ſpurius.

VI. Spurius † ita hæreditate paterna auel 11
litur, vt nec mediante donatione eccleſiæ facta, vt eadem deinde aliquid in ſpurium ſuũ conferat, capere aliquid, aut conſequi poſſit. Ratio. Quia ſecũda donatio cenſetur & præſumitur eſſe remuneratio quædam erga hæredes teſtatoris quæ in perſonam ſpurij conferri ipſo iure prohibetur. Bald. in l. eam quã. 14. num. 40. C. de fideic. Addit tamen deinde hanc limitationem aut mitigationem, Niſi eccleſia inſtituta, vel cui à patre donatũ quid eſt, illud ipſum poſteà in ſpuriũ ratione paupertatis, aut pietatis; aut expreſſa cauſa remunerationis communicet aut transferat, ſequitur Baldum Alexan. in conſi. 54. nu. 1. volu. 7. Bermond. in d. tracta. de public. concubinar. pag. 312. num. 10.

VII. Magis † eſt, vt idem in feudo dica- 12
tur. ſi enim naturales non ſuccedunt, multò minus locũs erit ſpurijs, argum §. item naturales. tit. ſi de feudo defuncti fuerit controu. Bald. in conſil. 207. num. 1. vol. 2. Ioan. Andr. in c. latorum. 7. & in c. per venerabilem. 13. extra, qui filij ſint legitimi. Berm. in tracta. de pub. conc. pag. 311. num. 6.

Poſtremò, † concluſio noſtra extenditur 13
ac producitur, ſpurij nullo vnquàm tempore relictum à patre præſcribunt, Bald. in l. id quod paupetib. colum. fin. C. de epiſ & clericis, & in l. nulla. verſi. 2. quæro. C. de rei vind.

per gl.in l.nemo.ff.de vſucap.pro legato. Salic.in l.1.C.pro hærede.Alex.conſil.74.num. 7.vol.3.Corn.conſ.236.num.4.volu.2. Franc, Balb.in tracta præſcriptionum. in 4.parte,4. partis princ. quæſt.18. & in repet.l.Celſus,nu. 9.ff.de vſucap.

14 Hæ † autem ampliationes omnes non ſolùm iuris ciuilis authoritate nititur: verùm iure inſuper diuino probantur Geneſ.21.Eijce ancillam & filium,quia non erit hæres filiꝰ ancillæ cum filio liberæ.Et Apoſtolus ad Galat.4.c.non omnis.12. 32.quæſt.2.c dicat.10.aliquis.32.q.4. Auguſti.in c quid eſt.2. 35.q.7.

15 Primò † excipitur caſus Inſtitutionis ſub conditione,Si legitimabitur.Hęc enim inſtitutio valet. Bald.Imo.& Alex.in l.Gallus.29. §.quid ſi is.ff.de libe.& poſthu. Albe.de Roſ. in l.libertas teſtamento. 18. per illum text.de manum.teſtament.l. quod conditionis.36.ff. de don.cauſa mortis.Gloſſ.in l.final. in 6.intellectu.ff.de reg.Catoniana,quam ad hoc al. legat.Bald.in l.ſeruis.4 C.de legat.facit text. in l.in tempus.62.ff.de hæredib.inſtit. & in l. ſicut.3.in fin. & ibi gl.ff.quib.mod.vſusfruct. amittatur.& hãc opinionem communi conſenſu interpretum approbatã eſſe dicit. Lancellotus deciſ.in d §.quid ſi is.& ibi Iaſ.num. 5.Ioan.Gualdenſis in tracta. de arte teſtandi, titu.1.caut.14 nume.15. Cattellianus Cotta in memor.in verb.ſpurius.el.3. Lancellot.Galliaula in l.Gallus.29.§.& quid ſi tantùm, nu.
16 4.ff.de liber. & poſthum. pendente † autem conditione, donec legitimetur, poterit petere bonorum poſſeſſionem, ex qua obtinebit adminiſtrationem hæreditatis,antequàm legitimetur,l.ſi quis inſtituatur hæres. 23. & ibi Bartol.& alij interpretes.ff.de hæredib. inſtituend.Bald.in l fina.ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Couartu.in Epito.de ſponſ.in 2. parte.in 8.cap.§.5.num.12. Curt.Iunior conſi. 84.nume.4. Ioan.Gualdenſ. vbi refert alios contrarium tradentes in tract. de arte teſtan. in d.caut.14.nume.15. Bald.conſ.456.in 5.volum.conſ 387. incip. reſpondendo ad dubia in lib.vlt.& in l.1.in 3.colum.in 6.q.C.de inſt. & ſubſtit. & in d.l.Gallus.29.§.quid ſi is.verb. inſtituens.in vlt.not. & ibid.ff.Alex. & Iaſ.cũ multis concordantijs.Iaco.de Aret.in l.liber. tas.ff.de manumiſſis teſtament. & Caſtr.in l. ſeruis teſtamento. 4.C.de legat.vbi reprobat Bal.qui in hoc variauit.in l.eam quam. 14. in antepen.volum. ex his apparet.C. de fideic. Lud.V.Luſitanus.& Soc.in l.quidam relegatus.6.ff.de reb.dubijs.

Sicut in ſimili legatum factum rebelli vel bannito ſub conditione cùm erit capax, vel cum banno ſoluetur, valet, neque interim ad fiſcum pertinet. Cæpolla caut. 193. incip. Nota quiuis.

17 II. Locus † non eſt concluſioni,ſi ſocietatem & communionem bonorũ coierit cum eo qui à patre ſuo naturali hæres inſtitutus eſt.nam hoc caſu medietas hæreditatis ad eũ quoque pertinebit:Idq́ue multorum Iuris noſtri Interpretum traditum eſt ſententijs. Bar. in l.ſi is qui duos.3. ff.de liber.leg. Bald. in l. 1.colum. vlt.C.pro ſocio Salic.in l.ſi ſocietas. 4.C.eod.tit.& in l.ſocietatem. 77.el.1.ff.eod. Crot.in repet.l.filius.117.§. diui.col.26. verſi. 6.& vlt.ſalit.ff.de leg.1.Ioan.And.Petr.Anch. & Felin.in c.2.extra,de Iudęis.Barb.in c.Raynald.18.charta antep. extra,de teſtib.& in rubric.extra,de reb.eccleſ.non alien. col.12. vel 12.limita.Idem Barb.conſ.36.incip.ſapienter, col.8.libr.2.conſ.44.incip.quod eſt in ſimili, col.vlti.eod.libr.2.& conſi.83. in c.illud adſeram.colum.2. lib.3.& conſ.5.in c.illud in medium.colum.7.verſ.faciat etiam.libr.4. Cæpolla caut.38. incip. ſecundùm vltimum caput, & caut.63. incip. ſecund. primam. verb. ſuam cautela.

Sicut † in ſimili ſocius omnium bonorum 18
conſequitur vacationem ſiue immunitatem munerum ex perſona ſocij exempti. Accurſ. in l.vlt.C.de munerib.& honor.libr.10. Alexand.conſ.122.colum.4.verſ.ad hoc etiam facit,lib.4. & Barbat.in locis ſuprà citatis.& in l.2.in princ.12.colum.ff.de verbo.obligationib. & in l.4.§ Cato. colum. 29. verſic.mihi autem.ff.eod.Iaſ.in l.1. col.1.C.de tranſactionib.& in l.ſi emancipati.9.colum.3.C.de collationib.Felin.dubitans in c.1.colum.5.verſi. ex quo dubito.extra,de præſcriptionibus. Ex generali regula, quòd interdum quis conſequatur ex perſona alterius aliquid, quod ex perſona ſua conſequuturus minimè fuiſſet.l. ſi emãcipati.9.& ibi Iaſon.C. de collationib. vbi ad hanc regulam ſeptendecim extrema refert,quæ vide apud eum.

III. Declaratio. Monaſterium etiam in 19
cauſa eſt, vt rectè ipſi teſtamento aliquid relinquatur, ſi religioni ac monaſticæ vitæ totum ſe addicat & mancipet.Quod quidem fauore piæ cauſæ cõceditur ac indulgetur: quẽadmodum in alijs prætereà reb. eccleſia multis vtitur ac fruitur priuilegijs. Gulielm. de Cun. & Bald.in l.1.C.de ſacroſanct.eccleſ. & ibi Andr.de Beſutis,num.111. Rationem adfert Bald. ſicut per oblationem curiæ filij legitimantur, vt in Authen. quib. modis naturales effic. ſui. in §. ſi quis igitur. collat.7.ita per oblationem monaſterio factam.Baldum ſequitur Alexan.in addit. Bar.in l.cùm quis. 10.C.de nat.libe.& in l.neceſſarijs.57.num.13. ff.de adquiren.hæred. Hippol.in ſing 273.Iacob.de S.Georg. in Authen. non licet. nu.11. C.de lib.præteritis.

IIII. Declaratio. † Spurius principis in- 20
dulgentia legitimatus rectè riteq́ue à patre hæres inſtituitur:ac ei ab inteſtato, æquè ac

iuſti

iuſti legitimique liberi, ſuccedit. Nam vt Iu-
ſtinian. ait, exiſtit ἰνδῶν ἐπ οἰκίας τῶν γονέων. &,
μηδὲν τῆς σωμάτων παίδων διαβάλλοντα. text. & ibi
Ioan. Faber in l. cùm quis. 10. in fin. C. de nat.
lib. §. filium. Auth. quib. mod. naturales effic.
ſui. Qui tamen tex. de naturalibus & malè ad
ſpurios detorquetur, cùm hos etiam Impe-
rator legitimari prohibeat, d. Auth. in fi. Iaſ.
in Auth. ſi qua mulier, C. de ſacroſ. eccleſ. &
in l. hac conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto C.
de teſtam. Dec. conſ. 258. nume. 5 Bermundus
in tracta. de concubinarijs, fol. 327. num. 39. &
in pag. 359 num. 81.

21 V. Declaratio. † Spurius principis probè
& donatione & teſtamēto, ac alijs modis pa-
tris liberalitatem percipit: ideoq́; reſponſum
eſt, hæreditatem filio ſpurio, qui à patre prin-
cipe inſtitutus eſt, iuſtè deberi. Bal. conſ. 262.
vol. 1. Cuius rei ratio conſpicua eſt: quia pro-
hibitio inſtitutiōis iuris eſt ciuilis, quæ à prin
cipe, qui legis condendæ poteſtatem habet,
facilè euerti & conuelli poteſt. Alciat in l. li-
berorum ff. de verbor. ſignificationib In-
22 de pariter receptum eſt, ſpuriam † hoc quo-
que caſu à patre principe dotari poſſe. Baldus
in c. 1. nume. 30. extra, de conſtit. & conſ. 262.
nume. 11. & conſ. 456. nume. 19. lib 5. Boerius
deciſ. 127. nume. 17. Barbat. tamen Baldo ad-
uerſatur in c. 1. nume. 192. extra, de conſtitut.
Exiſtimat enim, principem eatenùs poſſe do-
tare filias ſuas ſpurias, quatenùs ſufficiat ad
alimenta. per gloſſ. in d. c. cùm haberet. & per
alia, de quo ibi per eum. Barbatium ſequitur
Chaſſaneus in conſuetud. Burgundiæ, in tit.
de ſucceſſionib. in §. 3. fol. 285. col. 2. nume. 14.
Verùm horum opinio rectè reijci ac repu-
diari poteſt, cùm neceſſe ſit propter amplitu-
dinem dignitatis principibus aliquod priui-
legium præ cæteris attribui: ac aliàs cuilibet
priuato etiam filijs ſuis ſpurijs alimentorum
nomine donare permittatur. Alciat. in l. ni-
hil aliud. ff. de verb. ſign.

23 Princip† enim dici nō poteſt, cur ita facis?
Bald. in præludijs feudorum, num. 34. & in l.
fin. C. ſententiam reſcindi non poſſe. & ante
Baldum Speculat. in tit. de locato. in §. nunc
oſtendendum. verſ. 89. text. in c. cùm ſuper. 4.
extra. de cauſa proprietatis & poſſeſſionis. Ia-
ſon in l. 1. num. 2. ff. de conſtitutionib. princi-
pum. text. in l. qui in prouincia. 57. §. diuus. ff.
de ritu nuptiarum.

24 Inde † Angelus omnium audaciſſimè, ni-
mium principum, qui aliàs potentia ſua faci-
lè abuti ſolent, volūtati tribuens, docuit, prin
cipem citra omnem cauſam ſubditis bona
ſua adimere & auertere poſſe: & vt verba eius
ſonant, qui contrarium dicunt, mentiuntur.
ita in l. item ſi verberatum. §. 1. ff. de rei ven-
dicat. & in l. 3. §. ſi is pro quo. ff. quod quiſque
iuris. & in l. 2. C. de quadrien. præſcript. Bald.
in l. reſcripta. 7. col. fi. C. de prec. Imp. off. & in
l. 2. col. 7. C. de ſeruit. & aqua.

Quam opinionem ſequitur Philippus De-
cius in conſ. 191. nume. 4. conſ. 198. nu. 2. conſi.
262. num. 12. conſi. 269. num. 7. Barb in c. quæ
in eccleſiarum. 7. colum. penul. extra, de con-
ſtit. & in 4. volum. conſil 64. Curt. Iun. conſi.
1. nume. 19. Nicolaus Bellonus conſ. 2. num. 7.
Iacob. de Leonhard conſ. 114. nume. 43. inter
conſ Alberti Bruni.

Hanc tamen Angeli & reliquorum opini-
onem ſuperiùs refutaui. Nam princeps ſo-
lummodò in iure quærendo ex certa ſcientia
nocere & p̄iudicare poteſt: ſecùs in quæſito.
multis iuribus ſuprà per me adductis.

VI. Filius † ſpurius per viam fideicom- 25
miſſi à patre hæres rectè inſtituitur, modò pu
rè grauetur, vt alteri hæreditatem reſtituat. hi
enim qui ſolidum capere non poſſunt, ex aſ-
ſe hæredes inſtitui, & rogati reſtituere ſoli-
dum, adire hæreditatem & reſtituere cogen-
tur, cùm nihil oneris apud eos remanſurum
ſit, l. cogi. §. hi qui ſolidum. ff. ad S.C.. Trebel-
lianum: veluti in filio naturali. Spurius autē
alimentorum capax eſt, vt modò dicetur, &
traditur in d. c. cùm haberet. 5. Ideo inſtitui
hæres fideicommiſſarius poteſt, ita tamen vt
deinde eandem reſtituat Angel. & Imol. in l.
in tempus. 62. ff. de hæredibus inſtit. Ange. in
l. 2. C. eod. tit. Alexand. in d. §. hi qui ſolidum.
Bermondus in tracta. de publicis concubina-
rijs, pag. 317. nume. 20. Corn. conſi. 217. nume.
3. volum. 3. Gualdenſ. in tracta. de arte teſtan-
di, titu. 1. cautela 14. nume. 10. Reliqua huius
materiæ pete ex cap. 39. infrà hoc libro ob li-
mitationes aliquot.

Quia † natura omnia docet animantia, vt 26
ſobolem ſuam educent, foueant, & contra
omnem vim tueantur: magis itaque homini-
bus qui ſciūt, quid ſit homo, & quare ſit con-
ditus, hæc ipſa educatiōis cura incubuit. Qua-
re pontificia authoritate, & ipſa prætereà na-
tura inſtigante parentes filijs ſpurijs alimen-
ta præſtare, & educationem exhibere debent,
c. cùm haberet. extra, de eo qui duxit eam in
vxorem, quam prius per adulterium pol-
luit.

Iuris igitur ciuilis rigor hoc pontificio re-
ſcripto mitigatus & correctus eſt. Corſet. in
ſing. in verſ. ſpurius. Catel Cotta in memor.
in verb. ſpurius ſaltem. Bart. l. vlti. colum. 2.
ff. de his quibus vt indignis, vbi modum ali-
mentorum cōſtituere nititur, quomodo ſpu
rio aliquid relinqui poſſit. Cui addi poteſt
quòd valeat legatum filiæ ex moniali ſuſce-
ptæ factum, modò legitimam non excedat.
Dec. conſ. 611.

Quæ † quidem iuris Canonici æquitas hoc 27
habet robur & hanc efficaciam, etiamſi patri
interdicatur ne alimoniam huic filio præſtet

nihilominùs tamẽ citra omnem pœnam id eludat. Bald. in l. id quod pauperib. 24. in vlti. col. verſ. vlt. quæritur C. de epiſco. & clericis. Iaſ. conſ. 26. col. vlt. lib. 1. vbi addit quòd diſpoſitio d. c. cùm haberet, ſeruári debeat etiam in terris imperij: & ſi ſpurio ſubſtitutus aliquis fuerit, quòd ſubſtituto ſuperflua pars quã capere nõ poteſt ſpurius, debeatur, & quòd ſubſtitutus hac ratione cohæredes excludat.

28 Vnde † ἀκόλουθον eſt, patrẽ filiæ ſpuriæ dotem dicere, dareque poſſe: cùm hæc quoque inter alimoniam & nutrimentum reputetur. dotem enim habens, faciliùs maritum reperit, & magis apud eum creſcit ac augetur. Bar. in d. Auth. ex complexu. C. de incœſtis nuptijs. & in l. fin. nu 7. ff. de his quib. vt indig. Panor. in d c. cùm haberet. 5 nume. 15. Nicol. de Vbal. in tract ſucceſſ. in 5. charta. Panor. conſ. 50. in 2. vol. & conſi. 140. eod. volu. Cardi. in §. ſimiliter, tit. de capitulis. Corrad. in vſib. feudorum. Alex. conſi. 74. volu. 3. eſtque bonum argumentum de alimentis ad dotem, vt declarat Euerardus de Middelburgo in Topic. Ita quidem, vt dominus ſuppetias vaſallorũ in contribuenda & colligenda dote filię ſpuriæ petat. Zaſ. in 7. parte, nu. 53. Iacob. de S. Georg. & alij in ſuis tractatibus.

Hæc verò dos conſtitui debet ad modum alimentorum attenta facultatum quantitate, & perſonarum qualitate, arg. l. cùm poſt diuortium. 69 §. gener à ſocero ff. de iure dotium, d. l. ſi quis à liberis. 5. §. denique. arg. l. Lucius. de exercitoria.

29 I. Ampl. Licèt † iure ciuili ſpurijs alimẽta denegentur, §. vlti. Auth. quib. mod. nat. effic. ſui. Auth. licet. C. de nat. lib. Authen. ex complexu. C. de incœſtis nuptijs: iuris tamen Canonici æquitas quę iuri ciuili derogat, diuerſum ſtatuit, naturalem maximè rationem & inſtinctum ſequuta. Ideoque in vtroque foro tam ſeculari quàm eccleſiaſtico, huius benignitas & æquitas obſeruatur. Gloſſ. in d. c. cùm haberet. 5. in glo. fin. in fin. verb. & ibi interp. præcipuè verò Pan. nu. 5. Dec. in c. clerici. 8. nu. 4. extra, de iudicijs. & in c. in præſentia. 8. nu. 115. extra, de probat. Ripa. in repet. l. ſi vnquã. 8. q. 27. nu. 68. C. de reuoc. donat. & in rubric. ff. de verbo oblig. nume. 58. Corſet. in ſing. in verſic. ſpurius. Ioan. de Neuizan. in Sylua nuptiali, libr. 3. nu. 25. Bermond. in tracta. de publicis concubinarijs, pag. 347. nu. 62. Iaſon in d. conſi. 26.

30 II. Non † tantùm à viuis parentibus alimenta ſpurijs ſuppeditari debent, verùm in teſtamento quoque alimentorum loco aliquid eis relinqui poteſt. Bart. in l. fin. nu. 7. ff. de his quib. vt indignis.

31 III. *Sicut* † etiam pater moriens in teſtamento dotem filiæ ſpuriæ rectè reliquit, d. c. cũ haberet. 5. & ibi Interpretes. Bart. in Auth. ex complexu. C. de incœſtis nuptijs. Roman. conſi. 44. in 2. dubio Nam dos in locum alimentorum ſuccedit: vt ſuprà dictum eſt, & aliàs etiã vſitatiſſima eſt ratiocinatio de dote ad alimenta, l. cùm poſt. 70. §. gener. ff. de iure dotium. & l. 1. ff ſolut. matrimonio. dummodò dos alimentorum modum non egrediatur, argum. l. Lucius. 7. ff. de exercit. Hoc † 32
autem relictum alimentorum, ad ſpurij hæredes non tranſit: quia non legatur, nec donatur proprietas: ſed tantùm vſus ratione alimentorũ, qui vſus vita finitur, l. cùm hi. 8. §. modus. ff. de tranſact. l. dominus 63. §. fi. ff de vſufr. & quemad. quis vtatur. quatenùs verò modum excedit, ſtatim hæredib. applicatur. Bald. in l. eam quam. 41 C. de fideicõmiſſ. de hac quæſtione, an relictum filiæ ſpuriæ pro dote valeat, & ea mortua reuertatur ad hæredes patris, vel remaneat penes filios ſpuriæ: quia multa adferri in vtramque partem poſſunt, breuitatis cauſa lectorem ad Interpretes remitto. Non enim mei eſt propoſiti omnes omnium Interpretum opiniones recenſere ac colligere. Vide itaque Interpretes in l. fi. §. ſi à ſocero. ff. de his quę in fraudem creditorum. Iaco de S. Georg. in l. qui teſtamentũ. 27. ff. de prob. Iaſ. in l. hæreditas. 4 col. 2. C. de his quib. vt indignis. Lancello. Gallia. in rub. de verb. oblig. & ibi Ripa. & in l. 1. col. 6. ff. ſoluto matrim. & in repet. l. ſi vnquàm. 8. in 28. q. C. de reuoc. donat. Dec. in c. in præſentia 8. col. 15. extra, de probat. & in c. clerici. 8. colum. 1. extra, de iudicijs & in c. eccleſia S. Mariæ. 10. col. 13. extra, de conſtit. Bald. Nouel. in tractatu de dote. fol. 12. nume. 15. Campegius in tracta. de dote. in 1. part. queſt. 48. Ludo Sard. in tract de legitim. Corſet. in ſing in verſic. ſpurius. Dec. conſi. 150. conſi. 311. conſ. 462. conſi. 579. & conſ. 611. Curt. Iun. conſ. 37. col. fi. Pariſ. conſ. 9. lib. 2. conſ. 64. lib. 3.

IIII. Quod † plus eſt, eadem parentibus 33
hoc caſu cura incũbit, & in ſucceſſores quoq; deriuatur ac tranſit. Bald. in Anth. licet. C. de nat. libe. & in d. c. cùm haberet. 5. Chaſſan. in conſuet. Burg. in d. tit. des ſucceſſions. rub. 8. §. 3. fol. 284. col. 3. nu. 3. Berm. in tract. de public. concubin. pag 316. nu. 52.

V. Neque † tantùm ob corporis ſuſtenta- 34
tionem paterna vtuntur licitè benignitate ac liberalitate: ſed & tum quoque, ſi cultui ſe mancipent diuino: eiusque curam & cæremonias habeant & tractent. ſi enim corporis id cauſa licet, magis eſt vt idem dicamus, ſi ſe maiore, voti nempè religione obſtringant. meritò enim his alimonia ſuppeditatur, quo diligentiùs ea quæ ad cultum Dei pertinent, pertractẽt. Tum enim maximè religio in animis hominũ verſatur, cùm rebus diuinis operã dare poſſumus: ſemoti ab omnib. temporalibus curis ac ſolicitudinibus. Auth. multò magis.

magis.C.de ſacroſanctis eccleſi.Ioan.Fabr.in
§ pœnales.Inſtit.de perpet.& tempor.act nu-
me.8.in fin.Guilielm.Bened in c. Raynut. 16.
in verſ.& vxorem nomine Adelaſiam, deciſ.
5.num 125.extr.de teſtam.

35 V I. Idque in † nepotibus adhuc ac prone-
potibus obtinet,ac locum habet Nam auus&
proauus,deficiente patre,vel matre, tenentur
alere nepotes & pronepotes. Nicolaus de V-
bald. in tractatu de ſucceſſionib. ab inteſtato,
in 1.parte.num 47.quem ſequitur Barth.Soc.
conſ.161.num.1.lib.2.col.2.

36 Subdiſtinguitur hæc ampliatio , de qua ſu-
prà num.4.Primò,vt non procedat, quando-
cunque ſpurius habet vnde ſe alat,aut ſi aliun
de ſpurio neceſſaria alimenta ſuppetant, l. ſi
quis à liberis 5. §. ſed & ſi filius. ff. de liber.ag-
noſc. Si enim liberis nat. & legitimis hac de
cauſa alimenta denegantur:multo magis ſpu
rijs,ne inordinato amori plus priuilegij & iu-
ris, quàm ordinatæ charitati attribuamus , &
demus.Hanc opinionem ſequitur Ant de Bu
trig.in d.c.cum haberet.5.num.10.Ioan.Bapti-
ſta in rep:t l.ſi qua illuſtris 5.num 93. C ad Se.
natuſconſ Orphit.Nicol.de Vbal. in d. tract.
de ſucceſſ.in 1.part. nume. 49. Bermondus in
tract.de publ.concub.pag.339.num.58. Bartol.
Soci.conſ.121.num.47.lib.4.Calcaneus conſ.
62.num.14. Alex conſ 74.num.4.lib. 2. Deci.
conſi. 576 Ratio huius limitationis hæc eſt :
ius canonicum,iuris ciuilis rigorem, quo ſpu
rijs alimenta recuſabantur , ideo emendauit
& correxit,ne ſpurij fame perirent.Huius ita-
que æquitatis ratio ceſſat,ſi ſpurius ſibi ipſi vi-
ctum vel amictum, ac qualemcunq; ſuſtenta-
tionem quærere poteſt.adde præter prędictos
Interpr.Couartuuiam in Epit. de ſponſal. in
2.part.ca.8.§.6.num.9.

37 Secunda ſubdiſtinctio.Si† pater ea egeſtate
laboret, ac prematur, vt ipſe vix habeat vnde
ſe ſuſtentet.Gloſſ.& Panormitan.in d. c.cum
haberet.5.

38 Tertia ſubdiſtinctio.† Si ſpurius aliquã in-
gratitudinem contra patrem commiſit. Ex
quibus enim cauſis liberi exhæredari ſolent,
iiſdem quoq; de cauſis alimenta ipſis denegã-
tur. Accurſius in l.ſi quis à liberis.5.§.idem iu-
dex.ff.de liberis agnoſc.& in l. fin. in verſicu.
promerueris. C. de alendis liber. Panorm.in
d.c.cum haberet.5.num.5.

Pater an in filium ſpurium teſtamento vel donatione aliquid conferre poſsit, vbi ſatius examinatur & reſtringitur caput xxxvij. huius libri.

39 Nepos hoc caſu melioris eſt & potioris cõ
ditionis filio.Nam nepos legit.& nat.ex filio
ſpurio ab auo,deficiente prole legitima, rectè
hæres inſtituitur. Bart Imol.Alex.Aret.& Iaſ.
in l Gallus.29.§.quid ſi is.ff de libe. & poſthu.
Bart.In conſ. 118. incip. Odoſius habens filiũ:
vbi ait,ità iudicatum fuiſſe & pronunciatum.
Panor.in d c.cum haberet,5.Bened.in c.Ray-
nutius.16.in verſ & vxorem nomine Adelaſi-
am.in 5 deciſ num.131. Iaſ. in d. l.Gallus in 1.
lect.num 19 & 24.& in 2. lect. num. 10.& in l.
hæreditas 4.num.8. C. de his quib. vt indign.
Bermond.in tract.de publ.concubinarijs. pa-
gin.346.num.65.& 350.num.70.Boer.in deciſ.
127.num.16.per Gloſſ. & Interp. in l. fin.C.de
nat.lib. Alex.conſi.74.num. 2.lib.3. Dec.in cõ
ſi.462.num.17.& 18.Corne.conſ.1.num.24.&
conſ.25.num.10.vol.1.& conſ.93.nu.24.& cõ-
ſi.236.nu.5 in 2.vol.conſ.104.per tot.vol.3. A-
lex.& ibi Molyn conſ.74.lib.2.Couar.de ſpõ-
ſalib.in 2.part.c.8 §.5.num.13.Huc pertinet l.ſi
is qui ex bonis.ff.de vulg.& pupil. & ibi Alex.
& Iaſ num.3.Ripa in l. Lucius,nu.3. ff. de vul-
gari & pup.

Ratio † huius limitationis ea fertur. Qui 40
apertè prohibitus non eſt,inſtitui poteſt.argu
mento l.nec non.28.§.quod eis. ff.ex quib.cau
ſis maiores l.ab ea.part.5.ff.de probat. l.extra-
neum.9 C.de hæredib. inſtit. Non autem re-
peritur interdictum vel prohibitum , ne hic
nepos hæres inſtituatur. Deinde † macula vel 41
incapacitas filij non extenditur ad nepotes,
niſi quoad ea quæ ad nepotes à filio proueni-
unt,l.3.cum ibi notatis.ff.de interd.& releg.l.
emancipatum.7.ff.de ſenatorib.l. 1. §. qui ha-
bebat filium.ff.de bon poſſ.contra tabu.l.ſi a-
ctione.ff.de bonis libertor. l.cognouimus.10.
Auth.idem Neſtorianis. C.de hæreticis. Pro-
hibitio igitur ne filijs ſpurijs aliquid relinqua
tur,extendi & produci non debet ad nepotes.
Fauores enim ſemper ſunt ampliandi , odia
reſtringenda.

Hac † tamen in cauſa diſtinctionem adhi- 42
berem,ac dicerem , ſi appareat auum propter
affectionem , qua in ſpurium ductus fuit , ne-
potem ex ſpurio legitimum inſtituiſſe , eã in-
ſtitutionem nullius eſſe momenti. Nam etſi
filij legitimi & naturales incontinentię & tur
pitudinis vitio ex patre non laborant: aui ta-
mẽ turpitudine ab eius ſucceſſione pelluntur,
ſicut ſpurij ipſi à ſucceſſione arcentur non ob
propriam culpam,cùm non deliquerint,l.le-
gem.7.C.de nat. lib. ſed ob parentum incon-
tinentiam & libidinem.

Quæ turpitudo cum in filijs ſpurijs patefa-
cta ſit & inceperit,ad nepotes deinde,omnes-
que vlteriores tranſmittitur,etiamſi hi ex pa-
tre ſpurio legitimè geniti ſint.

Deinde † affectio in nepotẽ , ex affectione 43
erga ſpurium oritur,l.dotem dedit.6.ff.de col
lation. bonorum . Spurio autem nihil relin-
quere poteſt,igitur nec relinquet nepoti:quià
id quod directo fieri nequit,neque per indire-

ctum admittitur.l.1.C.de nat. Et ſic pœna quę principaliter auū afficit, euitari ab auo in nepote non poteſt. Nam excluſio liberorum ab hæreditate paterna, introducta eſt, vt patres incontinentes dolore afficerentur, ſi ab ipſo voto paterno,quo nihil magis exoptãt quàm vt liberos hæredes habeant, diuellerentur, l. ſcripto.6.in fin.ff. vnde liberi. l.nam etſi parētibus.15.ff. de inofficioſo teſtamento.l.cùm ratio.7.in princip.ff.de bonis damnatorum. l.iſti quidem.8.ff.de eo quod metus cauſa.§.fin. Inſtit.de noxalib.actionib.Gloſſ.in c.3.de filijs preſbyterorum, libr.6. Quæ quidem pœna directè concepta, per indirectum euitari nequit. Senſit idem Speculator in tit. de ſucceſſ. ab inteſtato.§.1.verſ.quid ergo ſi habes filium legitimum. Præterea pro ea opinione etiam hoc quod de contractibus dicitur,adduci po-
44 teſt. Nam contractus † reprobatus odio eius, cui iuratur,non firmatur iuramento, c. ſignificante.7. extr. de pignoribus. Bart.in l.ſi quis pro eo.57.ff.de fideiuſſorib.Interp.in Authen. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus venditionem,& in c.cùm contingat.28.extr.de iureiurand. Sic quoque inſtitutio nepotum quæ in parentem collata inutilis eſt, nullas vires habebit. Sin verò legitimi & naturales ex filio ſpurio geniti,ab auo ratione meritorum in ſe collatorum inſtituantur, tunc tanquam extraneos admittēdos ex inſtitutione exiſtimarem.

CAPVT XLVIII.

An in bonis maternis ſuccedant.

SVMMARIA.

1 *Spurij ex complexu lege non punibili matri & ex ea prouenientibus ſuccedunt.*
2 *Spurij matri illuſtri non ſuccedunt ſi legitimos habeat, alias ſecus, num.3.*

1 SPurij nati † ex complexu cui pœna à iure ciuili expreſſè ſtatuta non eſt, & matri, & omnibus ex materna origine progredientib. ſuccedunt.Caius ſub l.2.ff. vnde cognati.Hac parte,inquit,proconſul naturali æquitate motus,omnibus cognatis permittit bonorū poſſeſſionem, quos ſanguinis ratio vocat ad hæreditatem,licet iure ciuili deficiant.Itaque etiam vulgò quæſiti liberi matris,& mater talium liberotū. Item ipſi fratres inter ſe, ex hac parte bonorum poſſeſſionem petere poſſunt: quia ſunt inuicem ſibi cognati, vſqueadeò vt prægnans quoque manumiſſa ſi pepererit, & is qui natus eſt matri,& mater ipſi, & inter ſe quoque qui naſcuntur cognati ſunt.Idemque Modeſtinus reſpondit.l.Modeſtinus.8. ff.vnde cognati.& Vlpianus in l.1.§.ſed vulgò quęſiti. ff. ad Senatuſconſult. Tertyll. & tandem Iuſtinianus ſanciuit,§.vulgo quæſiti. Inſtitut. de legitima cognatorum ſucceſſione. Succedunt autem matri tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento. Præteriti enim querelam inofficioſi teſtamēti inſtituunt,l ſi ſuſpecta. 29. ff. de inofficioſo.§.vulgò quæſiti. Inſtitur. de ſuc ceſſ. agnat.

Reſtringitur † hæc concluſio, vt locū non 2 obtineat in fœmina illuſtri,& quæ liberos legitimos habet Spurij enim ex illuſtri fœmina nati,iuſtis liberis extantibus,neque ab inteſtato,neque ex teſtamento, neque ex liberalitate inter viuos habita, aliquid ab illuſtribus matribus percipiunt.l.ſi qua illuſtris 5.C.ad S. C.Orphitianum.

Iuſtis † verò liberis non extantibus, matri 3 etiam hoc caſu ſuccedunt:ſumpto argumento à contrario ſenſu,quod argumentum in iure noſtro validum eſt.l.1.ff.de officio eius cui. Accurſius in d.l.ſi qua.in verb. legitimus. quē multi alij ſequuntur, vt per Salicetum & Corneum ibidem Adde Ange.in § nouiſſimè,colum. 2. Spurius enim ex coitu non damnato, nec punibili natus,matri ſuccedit,vt ſuprà dictum fuit. Quæ regula limitata fuit & coarctata à Iuſtiniano,in muliere illuſtri, legitimos filios habente. Ergo ſi talibus filijs careat, temanebit firma regula,incorrectaque erunt iura antiqua, quæ liberos ad ſucceſſionem matris vocant,licet publicè ſe proſtituerit,& corpore quæſtum turpem fecerit. d.§.nouiſſimè. d.§.vulgò.

Ratio huius reſtrictionis, ſeu limitationis eſt:Quia,inquit Iuſtinianus,in mulieribus ingenuis & illuſtribus, quibus caſtitatis obſeruatio præcipuum debitum eſt, nominati ſpurios ſatis iniurioſum, ſatiſque acerbum, & noſtris temporibus indignum eſſe iudicamus arg um.l.preſbyteri.8.ad fin. C. de epiſcopis & cleri.Nam maiori pœna digni ſunt hi, qui in conſpicuo & eminentiori loco collocati, & qui alijs exemplo eſſe debent,delinquunt,

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet,quanto maior,qui peccat habetur.

Ex quo conſequitur, cùm ſpurij matri illuſtri, extantibus alijs liberis iuſtis non ſuccedant, quòd ad auiæ auię; materni hæreditatē ſimiliter non admittantur, d.l.Modeſtinus.8. cum ſimilibus ſuprà citatis.

CAPVT XLIX.

De ſucceſsione eorum qui ex coitu,quē leges non modò damnant, ſed capitali grauioriq; pœna vindicant,nati ſunt: item quid ſit crimen inceſtus, quid adulterij,quid ſtupri, raptuſve.

SVMMARIA.

1 *Nefarius coitus quis ſit.*
2 *Inceſtus quid ſit,& qui committant,num.4.*
3 *Inceſtus quis mitigationem pœnæ habeat.*
5 *Inceſtus crimen adulterio grauius.*
6 *Inceſtus pœna vltimum ſupplicium lege 12.tab.*

7 *Libe-*

7 *Liberis ex incœſtuoſo coniugio natis nihil in totum relinqui poteſt.*
8 *Incœſtus pœna quæ ex conſtitutione Iuſtiniani.*
9 *Clauſtralium Veneri operam dantium pœna.*
10 *Raptus monialium pœna quæ, & num. 13.*
11 *Delicta minora confunduntur cum maiori, & maius attenditur, & num. 12.*
14 *Clerici ſe cum moniali miſcentis, pœna.*
15 *Adulterium coitus eſt coniugatorum, & eius pœna varia, & num. 16.*
17 *Mulier iure canonum propter adulterium amittit dotem, maritus donationem.*
18 *Stuprum quid ſignificet.*
19 *Stuprum in virginem, viduam, puerum, committitur.*
20 *Pœna ſtupri in virgine quæ, iure diuino.*
21 *Pœna ſtupri de iure ciuili.*
22 *Raptus propriè quid ſit, eiuſq; pœna.*

HActenus de ijs liberis qui vel ex iuſtis nu
ptijs, vel ex concubinatu, vel alio com-
plexu, cui à iure ciuili pœna conſtituta nòn
eſt, ſuſcepti ſunt, quomodo ad parentum hæ-
reditatem ab inteſtato vocentur, abundè di-
ctum eſt. Nunc hoc capite eos perſequar, qui
ex eo nati ſunt coitu, quem lex apertè impro-
bat, & pœna perſequitur. Hic autē coitus cui
à lege pœna ſtatuta eſt, aut in nefario coitu,
aut in ſacrilego incœſtu, aut in adulterio, aut
in raptu conſiſtit. Breuiter nunc dicendū eſt,
quis nefarius, quis incœſtuoſus quis adulteri-
nus coitus, quis denique raptus dicatur.
1 Nefarius † coitus cum aſcendente & deſ-
cendente, veluti à patre cum filia, matre cum
filio committitur, punitur pœna incœſtus, &
grauius.
2 Incœſtus † generaliter dicitur flagitium,
quod committitur cum ea, cum qua alioqui
nō erat legitimum futurum matrimonium:
vt cum matre, ſorore, ſacris virginibus. dictus
incœſtus, vt Nonius putat, quaſi non caſtus.
Alij incœſtum deducunt à ceſto Veneris cin-
gulo, quo amor maritalis in legitimis nuptijs
conciliari putabatur: vt incœſtus dicatur con
cubitus illegitimus, cui cingulum illud iuſta-
rum nuptiarum inſigne non adhibetur. Papi
3 nianus ait: Incœſtum autem, † quod per illi-
citam matrimonij coniunctionem admitti-
tur, excuſari ſolet ſexu, vel ætate, vel etiam pu
niendi correctione, quę bona fide interuenit:
vtique ſi error allegetur: & facilius, ſi nemo
reum poſtulauit, l. ſi adulterium. 38. §. incœſtū.
ff. ad leg. Iul. de adult.
Cicero in 4. Tuſculan. Omnibus enim ex
animi perturbationibus eſt profectò nulla ve
hementior: at ſi iam ipſa illa accuſare nolis,
ſtupra dico, & corruptelas, & adulteria, incœ-
ſta denique, quorum omnium accuſabilis eſt
turpitudo. Seruius in 6 Aeneid. in verſ.
Totamq; inceſtat funere claſſem:
incœſtum interpretatur quamcunque pollu-
4 tionem. Inde incœſtus † dicitur pollutus, vel
vt Græci appellant, μιαρὸς à μιαίνω. Cornelius
Tacitus incœſtum ait pollutionem eſſe cum
filia. Poſt quos, inquit Sextus Marius, Hiſpani-
arum ditiſſimus, defertur incœſtaſſe filiam, è
ſaxo Tarpeio deijcitur. Iulius verò Paulus Iu-
reconſultus ſic definit: Iure gentium incœ-
ſtum committit, qui ex gradu aſcendentium
vel deſcendentium vxorem duxerit. Qui ve-
rò vel ex latere venientium eam vxorem du-
xerit, quam vetatur, vel ad finem, quam impe
ditur, ſiquidem palàm fecerit, leuius: ſi verò
clàm hoc commiſerit, grauius punitur. Cu-
ius diuerſitatis illa ratio eſt circa matrimoni-
um, quod ex latere non benè contrahitur,
quòd palàm delinquentes, vt errantes maio-
re pœna excuſantur: clam committentes, vt
contumaces plectuntur. l. vltim. ff. de ritu nu-
ptia. Hodie incœſtus eſt conſanguineorum,
vel affinium abuſus: vnde incœſtuoſi dicun-
tur, qui conſanguineis vel affinibus ſuis abutū
tur. c. 2. §. incœſtus eſt. 36. q. 2.
Eſtque crimen † incœſtus longè grauius a- 5
dulterio. Auguſtinus in lib. de adulterinis cō-
iugijs. Adulterij malum, inquit, vincit forni-
cationem, vincitur autem ab incœſtu. Peius
eſt enim cum matre, quàm cum aliena coniu
ge concumbere. Sed omnium horum eſt peſ-
ſimum, quod contra naturam fit, c. adulterij.
12. 32 quæſt. 7.
Incœſtus † pœna, l. 12. Tabul. fuit vltimum 6
ſupplicium. Cicero in lib. 2. de Legibus: Incœ
ſtum pontifices ſupremo ſupplicio ſanciun-
to: vltimi autem ſupplicij ob incœſtum ſpeci-
es erat, quòd de monte Tarpeio deijcerentur.
Tacitus libro quinto. Hodie incœſtus pœ-
na adulterij punitur. d. l. ſi adulterium cum
incœſtu. 38. l. inter liberos. 6. §. 1. Idq; maximè
ſi extra coniugium perpetretur. Si † quis autē 7
incœſti vetitique coniugij ſeſe nuptijs fune-
ſtauerit, ex conſtitutione D. Arcadij, neque v-
xorem, neque liberos habere ex ea exiſtima-
tur. Ideo in his liberis neque per interpoſitā
perſonam, vel donare ſuperſtes, vel derelin-
quere mortuus poteſt. Præterea dos ſi qua for
tè aut data, aut promiſſa ſolenniter fuit, fiſci
commodis cedit. l. 6. C. de incœſtis & inutili-
bus nupt. Iuſtinianus verò † incœſtas nuptias 8
contrahenti, pœnam conſtituit confiſcatio-
num bonorum tam cæterorum quàm dotis.
Exilium etiam, & cinguli, ſi quo potitur ſpo-
liationem: verberationem, etiam ſi vilis eſt,
fæmina quoque talia ſcienter peccante, ſimili
pęna ſubiuganda. Subſtantia ſic amiſſa liberis
hoc ipſo ſui iuris effectis, ſi quos habet legiti-
mos applicetur, vt tamen pater ab his alatur.
Auth. incœſtas. C eod. tit.
Quęri ſolet, vtrùm accedens † ad monialē, 9
committat incęſtum. In concilio Triburienſi
conſtitutum fuit, incęſtum committi, impu-
dicas deteſtabileſque perſonas monacho-
rum atque monacharum, quæ abiecto pro-
poſito

poſito ſanctitatis illicita atque ſacrilega con-
tagione ſe commiſcuerunt, & in arbitrium
conſcientiæ propriæ deſperatione perductæ,
de illicitis complexibus liberè filios procrea-
uerint, à monaſterlorum cœtu, Eccleſiarum-
que conuentibus eliminandas eſſe manda-
mus: quatenus retruſæ in ſuis ergaſtulis; tan-
tum facinus lamentatione continua deflen-
tes, purificatorio poſſint igne pœnitudinis de
coqui, vt eis vel ad mortem ſolius miſericor-
diæ intuitu per communionis gratiam poſſit
ſubueniri. c. 13. 27. quęſt. 1. Eſt enim ſponſa Dei.
c. qui abſtulerit. 7. 12. q. 2.

10 Vnde † is qui rapuit monialem, varijs pœ-
nis affici poteſt. Primò, pœna raptus. Secun-
dò, pœna ſacrilegij. Tertiò, pœna ſtupri, vel a-
dulterij. Quartò, pœna ſtatuti, quæ imponitur
iniurianti Deum. Horum enim omnium cri-
minum ſe reum fecit, conſuetudine tamen vl
11 timo ſupplicio ſubditur: quia † minora deli-
cta confunduntur ſub maiori, & ſolùm atten
ditur maius. Gloſ. in l. qui de crimine. 9. quam
ibi ſequuntur Interpretes. C. de accuſationib.
Baldus in l. aduerſus. 4. C. de furtis. Bartol. in
l. quemadmodum. 29. §. illud. ff. ad legem A-
quiliam. & in l. inficiando. 69 §. infans. in fin.
ff. de furtis. Anchoranus conſ. 272. incip. de ti
tulis. Bald. in l. diuortio. 8. in fin. 2. colum. ff. ſo
luto matrimonio. Angel. in tractatu malefi-
ciorum. in verb. fecit inſultum. Bartolus in l.
nunquam plura. 2. in penultima column. ff.
de priuatis delictis. Ioannes Andreas in ad-
ditionibus ad Speculatorem, in titul. de ho-
micidijs. Bartol. in l. quoniam multa. 6. C. ad
leg. Iuliam de vi publica. Gandinus in tracta-
tu maleficiorum, in titu. de pœnis reorum. in
19. colum. in verb. pone inſuper. Baldus in l.
quicunque. in 1. colum. C. de ſeruis fugitiuis.
Albertus Roſatus in 2. parte ſtatutorum, quę-
ſtione 26. & 33. Panormitanus in c. 1. extrà, de
pœnis. Nellus in tractatu bannitorum, tertia
parte ſecundi temporis, quæſtio. 63. Iaſon in l.
quod dicitur. 130. ff. de verb. oblig.

Exemplum ab Interpretibus adducitur. Po
ne, iure municipali cauetur, vt is qui arma ge-
12 ſtat, † decem coronatis mulctetur: Alio dein-
de ſtatuto cauetur, quòd vulnerans aliquem,
centum coronatos pœnæ nomine ſoluat. A-
lio iterum ſtatuto dicitur, vt is qui noctu vl-
tra decimam in platea inuenitur, nonaginta
coronatos magiſtratui pœnæ nomine pen-
dat. Nunc quidam & arma geſtauit, & noctu
poſt decimam obambulans, aliquem vulne-
rauit, an omnibus pœnis puniri poſſit? Com-
muni aſſenſu traditur, eum non poſſe condē-
nari, niſi in centum coronatos: quia aliæ pœ-
næ cōfunduntur ac commiſcentur cum ma-
iori reſpectu delicti, & ſic cum pœna vulne-
ris. Eadem itaque ratione, idem de inceſtu
dicendum eſt.

Pœna igitur † eius, qui cum moniali rem 13
habuit, ſiue eam rapuit, ſiue aliàs ad comple-
xum pellexit, eſt, vt laicus exiſtens vltimo ſub
datur ſupplicio, & eius bona applicentur mo-
naſterio, vbi monialis degebat, c. ſi quis rapu-
erit. 32. 27. quæſt. 1. qui textus deſumptus eſt ex
§. penult. Auth. de ſanctiſſimis epiſcop. & in l.
ſi quis non dicam rapere. 5. C. de epiſc. & cler.
Sin † verò clericus ſit is qui ſe moniali com- 14
miſcuit, officio ſuo tum priuabitur, & in mo-
naſterium detrudetur d. c. ſi qua monacharū,
27. quæſt. 1. & c. ſi quis epiſcopus. 8. ibidem Ioan-
nes de Anania in conſ. 1. in vlt. colum.

Adulterinus † coitus ab illis qui in matri- 15
monio conſtituti ſunt, committitur. quia a-
dulterium eſt, alieni thori violatio. Vnde a-
dulterium dicitur, quaſi ad alterius thorum
acceſſio. c. 2. 36. quæſt. 1. Huius pœna varia fuit
olim temporibus Iureconſultorum. Quanuis
ex lege Iulia de adulterijs, colligi poteſt, capi-
talis nō fuit, quando etiā is qui viduā, vel alij
nuptam, cognatam, cum qua nuptias contra-
here non poterat, corruperit, in inſulam de-
portabatur, l. 5. ff. de quæſtionibus. Et Papinia-
nus interrogatus Claudio Seleuco reſpondit,
Mæuium de Semproniæ adulterio damnatū,
eandem Semproniam non damnatam in v-
xorem ducere non poſſe. Quòd ſi duxerit, ma
trimonium non ſtare, neque hæreditatis lu-
crum ad mulierem pertinere: ſed & ſi talis
mulier virum hæredem inſtituerit, & ab eo
quaſi indigno hæreditatem auferendam. l. 13.
ff. de his quæ vt indig.

Exemplum relegationis refert Plinius lib.
6. Epiſtolarum, & Cornelius Tacitus lib 4 &
lib. 2. Suetonius † narrat, Cæſarem ob adulte- 16
ratam equitis Romani vxorem, libertum
quendam ſuum capitis pœna affeciſſe. Opili-
ús Macrinus reos adulterij viuos ſimul incen
dit, iunctis corporibus, vt ſcribit Spartianus.
Conſtantinus autem anno Chriſti 327. ſacri-
legos nuptiarum gladio puniri oportere ſan-
ciuit. l quamuis. 30. C. ad leg. Iul. maieſt. Idque
tam in maſculo quàm fœmina obſeruari vo-
luit. Accurſi. in d. l. quamuis. verb gladio.

Iuſtinianus verò in vxore adultera mitiga-
tionem adhibuit, ac vt verberata in monaſte-
rium mittatur, conſtituit, d. Auth. ſed hodie.
In adultero autem puniendo, à Conſtantini
ſanctione nō receſſit, ſed vltore gladio ſupre-
mo enim ſupplicio ſubdendum eſſe ſimiliter
ſanciuit §. fin. Inſt. de publ. iud.

De iure Saxonum vide Landrecht lib. 2. ar-
tic. 13. verſic. Vnd die in oberhurerey begrief-
fen werden / den ſoll man allen die häupter ab-
ſchlagen.

De iure Canonico. Si † per ſententiam iu- 17
dicis Eccleſiaſtici matrimoniū propter adul-
terium ſeparetur, mulier dotem, vir donatio-
nem propter nuptias amittit. Si mulier inquit

Clem.

Clem.111. ob cauſam fornicationis, iudicio
Eccleſiæ aut propria voluntate à viro receſſe-
rit, nec reconciliata poſtea ſit eidem: dotem,
vel doralicium repetere non valebit, c. plerũ-
que. & ibi Panormitan extr. de donationib.
inter virum & vxor. Bona verò paapherna-
lia mulier non perdit, quia in pœnis verba de
bent reſtringi. c. odia. 15. de regul. iuris. libr. 6.
Quamuis gloſſa contrarium opinetur, in d. c.
plerunque. 4

18 Stuprum eſt propriè, † virginum illicita
defloratio: quando videlicet non præcedenti
pactione coniugali, vtriuſque voluntate vir-
go corrumpitur, patre iniuriam ad animum
non ſtatim poſt cognitionem reuocante. d. c.
2. 36 quæſt. 1. Quamuis veteres Latini ſtuprum
etiam pro incœſtu & adulterio vſurparint.
Cicero pro Milone: Clodius cum ſorore ger-
mana nefarium ſtuprum fecit. Ouid. 2. de Ar-
te amandi:

Quid blanda voce moraris
Authorem ſtupri Deidamia tui?

Feſtus pro ignominia, vel dedecore, aut ὕβριν
interpretatur: Seque perire ij mauolunt ibi-
dem, quàm cum ſtupro redire ad ſuos popula
19 res Et † ſtuprum in virginem, viduam & pue-
rum committi poteſt. Plautus in Aulularia:
Is adoleſcentis illius eſt auunculus, qui illam
ſtuprauit noctu in Cereris vigilijs. Cicero 2.
de Finib. Stuprata per vim Lucretia à regis fi-
lio, teſtata ciues, ſeipſam interemit. Vatinius
ad Cice. lib. 5. Hominem vnum omnium cru-
deliſſimum, qui tot ingenuas matres familias
ſtuprauit.

20 Pœna itaque ſtupri in virginem commiſ-
ſi, iure diuino traditur Exod. 22. Si ſeduxerit
quis virginem nondum deſponſatam, dor-
mieritque cum ea, dotabit eam, & habebit v-
xorem: ſi verò pater virginis dare noluerit,
reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam
virgines accipere conſueuerunt. Gregorius
verò pontifex reſcripſit, vt eam quam ſtupra-
uit, vxorem habeat: aut ſi renuendum putaue
rit, corporaliter caſtigatus excommunicatuſ-
que, in monaſterio in quo agat pœnitentiam
detrudatur, de quo nulla ſit ingrediendi ſine
præcepto licentia c. 2. extr. de adulterijs. De
21 iure † verò ciuili, cum quis ſine vi vel virginẽ,
vel viduam honeſtè viuẽtem ſtuprauerit, lex
Iulia pœnam irrogat: ſi honeſti ſint, publica-
tionem partis dimidiæ bonorum: ſi humiles,
corporis coercitionem cum relegatione. §. itẽ
lex Iulia. Inſtit. de publicis iudicijs. Quod ſi vi
& coactam ſtuprauit, capitis ſupplicio ſubdẽ-
dus eſt. §. ſin autem. Inſt. eod.

22 Raptus dicitur, † cùm puella violenter à
domo patris ſui abducitur, vt corrupta in v-
xorem habeatur: ſiue puellæ ſolummodò, ſi-
ue parentibus tantum, ſiue vtriſque vis illata
conſtiterit, d. c. 2. 36. quæſt. 1. Punitur raptus vl-
timo ſupplicio, l. vnica, C. de raptu virginum.
Et meritò, vt Iuſtinianus ait, mortis damnan-
tur ſupplicio, cum nec ab homicidij crimine
huiuſmodi raptores ſint vacui.

Traditis igitur nunc & definitis his forni-
cationibus, quibus à legibus ipſa pœna ſanci-
ta eſt & conſtituta. videndum eſt, an liberi ex
hoc damnato, & legibus exoſo coitu ſuſcepti,
iuris aliquid in hæreditate parentum conſe-
quenda habeant.

CAPVT L.

An patri matrive ſuccedant ab inteſtato, an teſtamento aliquid eis relinqui poſsit, an ali debeant.

SVMMARIA.

1 *Nati ex coitu damnato neq; patri, neq; matri, neq; aſcendentibus ſuccedunt, vbi conſtitutiones variæ deſuper editæ.*
2 *Liberis ex damnato coitu natis, nihil teſtamento relinqui poteſt.*
3 *Liberis nefarijs de iure canonum alimenta dantur.*
4 *Nefarij filij hodie in vtroque foro, & paſſim alimenta habent.*
5 *Alimentorum conſtitutio de iure Canonum, fauore animæ introducta, & num. 6.*
7 *Mulier vim paſſa, nefarij pœna non damnatur.*
8 *Natus ex rege aut tyranno vxorato, aut vi rapiente, ex coitu damnato natus non dicitur.*
9 *Monialium per vim cognitarum liberi incœſtuoſi non ſunt.*
10 *Parentes & aſcendentes vtriuſque ſexus à ſucceſſione nefariorum arcentur.*
11 *Succeſsiones reciprocæ ſunt.*
12 *Incœſtuoſi collateralibus non ſuccedunt, & nu. 17. & 20.*
13 *Incœſtuoſus neque patri, neque matri dicendus filius.*
14 *Succeſsio defertur ordine ſucceſsiuo.*
15 *Cognatio nulla legitima ex illegitimo naſcendi principio.*
16 *Incœſtuoſi ex teſtamento extranei, licitè accipiunt.*
18 *Naturalis cognatio iure ſanguinis inter fratres nefarios cõſtituitur, & num. 22.*
19 *Nefarij & incœſtuoſi quandoque & ſpurij appellantur, & num. 21.*
22 *Spurios quoties lex ad ſucceſsionem vocat, vulgò quæſitos intelligit.*
23 *Accurſius ab iniuria Petrutij vindicatur.*
24 *Andr. Barbatij opinio de ſucceſsione incœſtuoſorum ex teſtamento, refutata.*

Concluſio prima.

NAti ex coitu damnato, † & cui à iure pœ 1
na conſtituta eſt, quales ſunt ex nefario,
incœſtuoſo, adulterino coitu progeniti, neq;
patri, neque matri, neque aſcendentibus tam
ex materna quàm paterna linea ſuccedunt.
Conſtituit id longè ante Iuſtinianum, Arca-
dius & Honorius, circa annum Chriſti 398. an
no ab vrbe condita 1149. l. ſi quis incœſti. C.
de incœſt. nupt.

Si quis incœſti vetitique coniugij ſeſe nup-
tijs funeſtauerit, proprias, quamdiù vixerit, te-
neat facultates: ſed neq; vxorem, neque filios

exe-

ex ea editos habere credatur. nihil prorſus prædictis, neq; per interpoſitam quidem perſonã, vel donec ſuperſtes, vel moriturus derelinquat. dos, ſi qua fortè ſolenniter aut data aut promiſſa fuerit, iuxta ius antiquum fiſci noſtri commodis cedat, teſtamento ſuo extraneis nihil derelinquat ſed ſiue teſtato, ſiue inteſtato legibus ei iure ſuccedant, ſi qui fortè ex iuſto & legitimo matrimonio editi fuerint: hoc eſt, de deſcendentibus filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis: de aſcendentibus autem pater, mater, auus auia: de latere, frater, ſoror, patruus, amita: teſtandi ſanè ita denſum habeat facultatem, vt ijs tantummodò perſonis, pro iuris ac legum, quod voluerit arbitrio relinquat, quas ſuccedere imperialis præcepti tenore mandauimus: ita tamen, vt ab hæreditate defuncti penitus arceatur, ſi quis ex ijs quos memorauimus, in contrahendis incœſtis nuptijs conſilium inijſſe monſtrabitur, ſucceſſuro in locum illius, qui poſt eum gradu proximus inuenitur. Et ſanè quæ de viris cauimus, etiam de fœminis, quæ prædictorum ſeſe conſortijs commaculauerint, cuſtodiantur. Memoratis verò perſonis non extantibus, noſtro fiſco locus pateat. Datum ſexto Idus Decembris, Conſtantinopoli Arcadio quartum, & Honorio tertium, AA. Coss.

Eandem deinde conſtitutionem Anaſtaſius circa annum Chriſti 494. repetijt, ac reſcripta omnia & pragmaticas formas ac conſtitutiones impias, quæ quibuſdam perſonis tyrannidis tempore permiſerunt ſceleſto contubernio matrimonij nomen imponere, aboleuit & irritas reddidit, l. finali. C. de incœſtis nuptijs. Hoſce ſubſequutus Iuſtinianus, & hac in cauſa, vt in multis alijs negotijs, aliquot conſtitutiones edidit. Quarum prima edita eſt anno Chriſti 535. anno imperij decimo. Beliſario V.C conſ. & indictione 13. 6. Idus Octobris, ſub Nouella 12. de incœſtis & nefatijs nuptijs, qua conſtitutione ſanciuit, ſi ex prioribus & legitimis, ac inculpatis nuptijs, is qui incœſtu vel nefario coitu polluit, liberos non habeat, quod ſtatim omnium bonorum ademptio ipſi immineat: & quod dotem perdat, & fiſco locus aperiatur, cingulum amittat, exilio vel corporis caſtigatione puniatur: liberis exiſtentibus legitimis ſucceſſio deferatur, ſolùm alimonia patri præſtanda. Præterea vxorem dimittendi poteſtatem habet, nunquam ad ſe reuerſuram, idque intra biennium: & quod tum filij ex incœſtu geniti, paterna non defraudentur ſucceſſione, niſi à patre ipſo excludantur. Subſiſtentibus verò liberis, liberum eſt filijs, quod noxa carent, & legitimi ſunt, dodrantem hæreditatis relinquere: ijs verò qui incœſtuoſi ſunt, quadrantem. Biennio elapſo, nec dimiſſa vxore noxia, prædictis ſubdetur pœnis. Verba verò huius Conſtitutionis ſic ſe habent.

Verba Iuſtiniani in conſtitut. de incœſtis nuptiis.

Θαυμάζομεν μὲν τοίνυν τοῦ λοιποῦ, εἴ τις ἀθέμιτον καὶ ἐναντίαν τῇ φύσει, ὃν ὁ νόμος ἐγκέστον τε καὶ νεφάριον καὶ δαμνάτον καλεῖ, συναλλάξει γάμον, εἰ μὲν οὐκ ἔχει παῖδας ἐκ προτέρων γνησίων τε καὶ ἀμέμπτων γενομένους γάμων, εὐθὺς μὲν αὐτὸν τὴν τῆς οἰκείας πραγμάτων ἔκπτωσιν ἐπικεῖσθαι, ἅμα δὲ καὶ τῆς λόγῳ προικὸς ἐπιδεδομένης ὁμοίως, αὐτὸν μηδενὸς ἀπολαύειν, ἀλλὰ πάντα τῷ ταμιείῳ προσκυροῦσθαι, ἀνθ' ὅτου γὰρ τὸν γάμον ποιεῖν νενομισμένον παράνομον ἔγνω, καὶ συγχεῖ μὲν γονάς, ἀδικεῖ δὲ τὰ γένη, πράττει δὲ ἀσεβῆ τε καὶ ἀνόσια, καὶ τοιαῦτά γε ἐπιθυμεῖ, ὁποῖα πολλὰ καὶ τῶν ἀλόγων ἀποσείεται ζώων. καὶ ἔστω γε αὐτῷ ποινὴ μὴ δήμευσις μόνον, ἀλλὰ καὶ ζώνης ἀφαίρεσις, καὶ ἐξορία. καὶ εἴ γε εὐτελὴς εἴη, καὶ τοῦ σώματος αἰκισμός, ὅπως ἂν μάθοι σωφρονεῖν, καὶ εἴσω τῆς φύσεως μένειν, ἀλλὰ μὴ τρυφᾶν τε καὶ ἐξᾶν ὑπερόρια, καὶ τῶν δεδομένων ἡμῖν ἐκ τῆς φύσεως καταφρονεῖν ἀξιοῦσθαι νόμων. καὶ τῆς γυναικὸς εἰ τὸν νόμον ἐπισταμένη, τούτου μὲν ἀμελήσει, ἀθεμίτοις δὲ ἑαυτὴν ἐπιδοίη γάμοις, ὑπὸ τὴν αὐτὴν γενομένης ποινήν.

Εἰ μέν τοι τύχοιεν ἐκ προτέρων γάμων ἀμέμπτων παῖδες ὄντες αὐτῷ, ἢ ἔγγονοι τυχόν, ἢ καὶ περαιτέρω, τὴν πατρῴαν εὐθὺς ἐκεῖνοι λήψονται διαδοχήν, ἀπαρξούσιοι μὲν τῇ τοῦ πατρὸς ζημίᾳ γενόμενοι, τρέφοντες δὲ ὅμως αὐτόν, καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἀναγκαίων παρέχοντες. εἰ καὶ γὰρ τῶν νόμων παραβάτης καὶ ἀσεβὴς ὤφθη, ὅμως πατὴρ καθέστηκε.

Καὶ τοῦτο μὲν ὁ μετὰ ταῦτα ἐχέτω χρόνος, ὁ μετὰ τὴν παροῦσαν ἡμῶν διάταξιν ἰών, ὁ μηδένα λυπήσειν, εἴ γε σωφρονηθείη. ἔξεστι γὰρ μηδὲν ἁμαρτάνοντας, ὑπὸ τὸν νόμον τοῦτον μὴ κατάχθαι, τὸ δέ γε ἤδη παρῳχηκός, ὅντινα παντελῶς ἐᾶν μὲν ἀνεύθυνον, οὔτε παντάπασιν ὑπὸ πικρὰν φέρομεν ἀγανάκτησιν, ἀλλ' εἴ τις ἀθέμιτος γέγονε γάμος, εἰ μὴ ἔφθασεν οἰοσδήποτε τρόπῳ οὗτος διαλυθῆναι, κενόθανος ἔστω. Εἰ δὲ ὁ δὲ ἡμῶν ὁ νόμος εὕροι τινὰ μετὰ τὴν τοιούτων γάμων, ἔδεσαν ἐκεῖνος ἐχέτω ἀφ' οὗ τις ἅπαξιν ἐμφανὴς γένοιτο, ἐνιαυτῶν ἔσω δύο τὴν ὄντως ἀθέμιτον συναφθεῖσαν ἐκπέμπειν γαμετήν, οὐκ ἐπανελευσομένην ἔτι πρὸς αὐτόν, οὐδὲ δοκοῦσαν μὲν τῷ σχήματι, ταῖς δὲ ἀληθείαις συνοῦσαν. ἴσως γὰρ ὄντος καὶ τῶν προτέρων ἀπολογήσεται μόνης τετάρτης τῆς αὐτοῦ περιουσίας μοίρας ἐπὶ τὸ δημόσιον φερομένης. καὶ τούς γε παῖδας (ἐπειδήπερ αὐτοῖς ὡς ἀνευθύνοις συγχωροῦμεν) εἰ μὴ μόνοι καὶ μὴ μεθ' ἑτέρων, καὶ αὐτοὶ γνήσιοι εἶεν, ἐξ ἑτέρων γάμων ἀνεύθυνοι γενόμενοι, μὴ στερεῖσθαι τῆς πατρῴας διαδοχῆς, εἰ μὴ μὴ δικαίως αὐτοὺς μισήσας ὁ πατὴρ διά τινα ἑτέρων νόμιμον πρόφασιν τῆς οἰκείας ἀπελάσοι διαδοχῆς.

Εἰ μέντοι γε γάμος εἴη τις ἕτερος προσγενόμενος, καὶ ἔνθεν τῷ νόμῳ προσκρούων, καὶ παῖδες ἐκεῖθεν γένοιντο, τὰς μὲν τρεῖς μοίρας τοῦ κλήρου, τοῖς πανταχόθεν ἀμέμπτοις τε καὶ ἀνευθύνοις καταλιμπάνεσθαι παισίν, εἰ μὴ τι προσεκρούσαιεν ἕτερον, ὥστε αὐτοὺς ἀναξίους τῆς τοῦ πατρὸς κατὰ νόμον δείκνυσι διαδοχῆς, τὴν δὲ τετάρτην τοῖς ἐκ ταύτης τοῖς ὑβρισμένοις μὲν ἀνευθύνοις δὲ ὅμως, καταλιμπάνεσθαι ἔξεστω, καὶ αὐτοῖς ἀμέμπτοις τὰ ἄλλα πανταχόθεν περὶ τὸν πατέρα φαινομένοις, δηλαδὴ προεξαιρουμένης ἐκ τῆς πατρῴας περιουσίας τῆς τετάρτης μοίρας, ἣν τῷ δημοσίῳ δίδοσθαι προσετάξαμεν.

Δίδομεν

Δίδομεν δὲ τούτοις οὐχὶ ἐκ διαθήκης μόνης, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀδιαθέτου γεγεννηκότων, καὶ τὸν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένον τρόπον, γίνεσθαι κληρονόμους, τούτου τούτου κρατοῦντος, εἰ καὶ μετὰ τὴν προτέραν ἐκπέμψασθαι γαμετὴν τὴν ἀθεμίτως ἐκ τῶν συναφθεῖσαν ἑτέραν ἄγοιτο καὶ νόμον γυναῖκα παίδων ὄντων καὶ ἐκ τῆς προτέρας ὄντων, καὶ ὕστερον ἐκ τῆς νομίμης γενομένων. οὕτω γὰρ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον φιλανθρωπίᾳ νικῶμεν, τῆς προικὸς δηλαδὴ τῇ ἀποστάσῃ γυναικὶ διδομένης.

Εἰ δὲ μὴ τὴν γαμετὴν ἐκπέμψοιτο ἐντὸς τῆς διετίας, ἀφ᾽ οὗ περ ὁ νόμος δημοσίᾳ γίνοιτο φανερός, αὐτός τε ἐκπιπτέτω τῆς αὐτοῦ περιουσίας, καὶ ἡ γυνὴ τῆς προικός, καὶ ὑπὸ τὴν εἰρημένην γινέσθω ποινήν, οἵ τε τοιοῦτοι παῖδες οὐδὲν ἐκ τῆς πατρῴας περιουσίας ἕξουσι, οὐδὲ μὴν τῆς μητρῴας προικός. ἀλλ᾽ εἰ μὲν εἶεν ἐκ προτέρων γάμων ἀνυποστάτων παῖδες ὄντων γενόμενοι, ἐκεῖνοι τὰ πράγματα λήψονται πλὴν τὴν τετάρτην δηλαδὴ μοῖραν τῆς εἰς τὸ δημόσιον φερομένην, ἀνυπεξούσιοι τε γενόμενοι, καὶ τὸν πατέρα τρέφοντες, καὶ τὴν ἄλλην αὐτῶν προσέχοντες ἀρκοῦσαν θεραπείαν καθάπερ εἰρήκαμεν, τῆς προικὸς ἐνταῦθα τῆς ἀθεμίτου γυναικὸς ὑπὸ τὸ δημόσιον γενομένης.

Εἰ μέντοι γε παῖδες οὐκ εἶεν ἐκ προτέρων ἀμέμπτων γάμων τῶν ταῦτα πράξαντι γενόμενοι, τηνικαῦτα τῆς πάσης αὐτοῦ περιουσίας κύριον ἔσται τὸ δημόσιον. τοῦτο γὰρ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μετὰ ταῦτα γαμούντων ἀθέμιτα νενομοθετήκαμεν, ἐξ ἴσου διὰ πάντων ἰθύνοντες τὸν οὐκ ἀπεπιπόμενον ἴσως τὸ ἐνθύμιον ἐμοῦ χρόνου τὴν ἀθέμιτον γαμετήν, τῶν μετὰ τὸν δὲ ἑαυτῶν τὸν νόμον τῶν ἀθεμίτων τε καὶ μεμισημένων ἐκ γάμων ἑλομένων.

Verſionem hanc veterem, quia commoda videtur, relinquimus: verba verò reddita ſic ſe habent. Sancimus, inquit, de cætero, ſi quis illicitas & contrarias naturæ, quas lex inceſtas, & nefandas, & damnatas vocat, contraxerit nuptias: ſiquidem non habuerit filios, ex prioribus legitimis & inculpabilibus ſibi contractis nuptijs, mox ei ſuarum rerum caſum imminere: ſimul autem & eis quæ nomine dotis data ſunt ei, in nullo potiri: ſed omnia ærario adſignari, eo quòd dum licuerit nuptias facere legitimas, contra leges amauerit: & cōfuderit quidem ſobolem, nocuerit autem & generi: egerit verò quæ impia ſunt, & ſceleſta, & talia concupierit, qualia plurima etiam irrationalia admonent animalia: ſitq; ei pœna non confiſcatio ſolum, ſed etiam cinguli priuatio, & exilium: & ſi vilis fuerit, etiã corporis caſtigatio, quatenus diſcat caſtè viuere, & intrà naturam ſe continere: non autem delectari, & amare vltrà terminum traditū nobis à natura, etiam his legibus repugnare. Muliere quoque, ſi legem ſciens hanc quidem neglexerit, inceſtis autem ſemetipſam tradiderit nuptijs: ſub eadem conſtituenda pœna. Si verò contigerit, ex prioribus nuptijs inculpabilibus filios eſſe ei, aut nepotes fortè, aut vlterius, paternam mox illi accipiant ſucceſſionē ſuæ quidem poteſtatis patris ſupplicio facti: paſcentes autem eum, & alia neceſſaria præbentes. Nam licet legum contemptor & impius ſit, tamen pater eſt. Et hoc quidem ſequens tempus habeat, poſt præſentem noſtrã conſtitutionem currens: nullo contriſtando ſi caſtè vixerit, licebit enim nihil peccantes, ſub hac lege non ſubdi. Quod verò iam tranſactum eſt, nec omnino relinquimus innoxium: nec omnibus modis ſub acerbam indignationem ſubmittimus: ſed ſi quæ inceſtæ factæ ſunt nuptiæ: ſiquidem contigerit, eas quolibet modo diſſolui, ſine reatu ſint. Si verò hæc noſtra lex inuenerit aliquem poſt tales nuptias, licentiam ille habeat, ex qua omnibus inſinuata eſt, intra duos annos ſic ſibi copulatam dimittere coniugem, non reuerſurus ram vlterius ad eum: neque ſeparatam quidem figuraliter, pro veritate verò coniunctam. forſan enim ſic prioribus ſatisfaciat, ſola quarta eius ſubſtantiæ parte ad fiſcum deferenda, & ad filios omni alia ſubſtantia, quã eis tanquam innoxijs concedimus: vt ſi quidem ſoli, & non cum alijs, & ipſi legitimi ſint & ex alijs nuptijs inculpabilibus exiſtentibus: non priuentur paterna ſucceſſione, niſi iuſtè eos odio habens, pater propter aliam legitimam quandam offenſionem à ſua excludat ſucceſſione. Si verò nuptiæ ſint aliæ prius factæ, & non offendentes legem, & filij inde oriantur: tres quidem partes hæreditatis, vndiquè inculpabilibus & innoxijs relinqui filijs, niſi aliquid offendant, aliud quòd eos indignos patris ſecundùm legem ſucceſſione demonſtret: quartam verò filijs iniuriam quidem paſſis, innoxijs tamen relinquere liceat, & ipſis inculpabilibus per omnia alia circa patrem viſis, ſcilicet præcepta ex paterna ſubſtantia quarta parte, quam fiſco dari præcipimus. Damus autem eis, non ex teſtamento ſolo, ſed etiam ab inteſtato genitorum, ſecundùm prius à nobis dictum modum fieri hæredes: hoc eodem valente, ſi etiam poſtquam prius dimiſerit coniugem, inceſtè ſibi commiſſam vel copulatam alteram duxerit ſecundùm legem vxorem, filijs ei & ex priore exiſtentibus. Et poſtea ex legitima procreatis: ſic enim prius tempus clementiæ vincimus, dote quippè mulieri præcedenti danda. Si autem vxorem non dimiſerit intra duos annos, ex quo lex fuerit publicè inſinuata, & ipſe cadat ſua ſubſtantia, & mulier dote.

Sed ſi qui fuerint ex prioribus nuptijs innoxij filij ei procreati: illi res accipiãt (poſt quartam quippè partem, quæ ad fiſcum defertur) ſuæ poteſtatis effecti, & patrem alentes, & aliam ei præbentes ſufficientem ſanationem, ſicut prædiximus, dote etiam hic inceſtæ coniugis, ſub fiſco facienda. Si verò filij non ſint ex prioribus inculpabilibus nuptijs, hoc agenti procreati, tunc totius eius ſubſtantiæ dominus erit fiſcus. Hæc enim etiam in poſteà nubentibus inceſtè ſancimus, ſub æqualitate

per omnia ponentes eum, qui non dimitit
intra prædictum à nobis tempus incœſtam
coniugem, cum eo qui poſt hanc noſtram le-
gem incœſtas & odibiles quaſdam nuptias e-
liget.

Secunda conſtitutio edita eſt anno Chriſti
539. anno Imperij 13. ſub inſcriptione περὶ τῶν
νόθων. vel, quibus modis naturales efficiantur
ſui. Quæ deinde biennio pòſt, iterum renoua-
ta eſt, ſub inſcriptione: quibus mod. naturales
effic. legit. In ſecunda itaq; conſtitutione quæ
eſt περὶ τῶν νόθων ait: Primùm quidem omnis,
qui ex complexibus (non enim hoc vocamus
nuptias) aut nefarijs aut incœſtis, aut damna-
tis proceſſerit, iſte neq; naturalis nominatur,
neq; alendus eſt à parentibus, neque habebit
quoddam ad præſentem legem participium.
§. fin. Auth. quib. modis natur. effic. ſui. Et de-
inde in tertia conſtitutione quib. mod. natur.
effic. legit. §. fin. Eos enim (inquit) qui ſemel ex
odibilibus noſtis, & propterea prohibitis nup
tijs procedunt, neque naturales vocari, neque
vlla eis participanda eſt clementia: ſed ſit ſup
plicium etiam hoc patrum, vt agnoſcāt, quia
neque quidquam peccatricis concupiſcentiæ
eorum habebunt filij.

Secunda Concluſio.

Liberis, † qui ex damnato ſunt coitu, nihil
2 relinqui poteſt teſtamento, relatis ſuprà au-
thoritatibus & textibus, quibus adde textum
in Auth. licet, C. de naturalibus liberis: ſed qui
ex damnato ſunt coitu, omni prorſus benefi-
cio ſecludantur. Si enim ſpurijs, qui ex ſimpli
ci fornicatione ſuſcepti ſunt, teſtamento ni-
hil relinqui poteſt, iuribus ſuperius adductis:
multo minus his qui legib⁹ prorſus exoſi ſūt:
deinde ſi de iure ciuili alimenta hiſce dene-
gantur, quæ tamen natura ipſas etiam beſtias
docuit fœtui ſuppeditare: multò plus alijs o-
mnibus beneficijs, quæ ad eos ex parentibus
proficiſci poſſunt, carebunt.

Tertia Concluſio.

Licet † liberi nefarij & incœſtuoſi Iuſtinia
3 ni conſtitutione ali non debeant. d. Authent.
ex complexu. d. Auth. licet. Clementis tamen
tertij Pontificis Romani reſcripto ſancitum
eſt, vt parentes ſecundùm quod eis ſuppetunt
facultates, neceſſaria his ſubminiſtrēt, c. cùm
haberet. 5. in fine. extrà, de eo qui duxit in ma-
trimonium, quam prius per adulterium pol-
luit. Nam principes Romani turpitudinis
magnitudinem conſiderantes, parentibus ob
effrenatam ac nefandam libidinem & concu
piſcentiam, hanc pœnam addiderunt, vt ab
omni pietate & paterna στοργῇ, ac affectione a-
uellerentur. Qua quidem re nihil ipſis grau-
us, nihilque acerbius euenire poteſt, cùm plus
liberorum pœnis, quam proprijs cruciatibus
adficiantur, l. Iſti quidem. 8. In fine, ff. de eo qđ
metus cauſa, §. fin. Inſtit. de actio. noxal. cum
ſimilib. Ne verò innoxij liberi ob parentum
turpem & damnatum coitum, ſame perirēt,
& ne id liberis, quod beſtię partui ſuo pręſtāt,
denegetur & ſubducatur.

Clemens † tertius, pontifex Rom. ius hoc 4
naturæ quod liberorum educationem man-
dat, præ oculis habuit, propter quam natura-
lem rationem ac æquitatem, hoc Clementis
pontificis reſcriptum vbique obtinuit, & non
ſolum in pontificia ditione, ſed omnibus im
perij Romani, & aliorum regnorum Chriſti-
anorum locis obſeruatur. Ioan. de Imola in l.
Lucius. 126. §. in teſtamento, de legat. 1. gloſ. in
c. eccleſia ſanctæ Mariæ. 10. vbi Philippus De-
cius num. 30. extr. de conſtitu. & in c. clerici. 8.
num. 2. extrà, de iudicijs. & conſ. 576 colum. 1.
Et meritò quidem huius pontificij reſcripti
ſumma eſt authoritas: in omnibus enim cau-
ſis, quæ ſalutem animæ pertingunt, potior eſt
iuris canonici, quàm ciuilis authoritas, ma-
iorque vis. gloſſ. in c. poſſeſſor. de regu. iur. in
6. & in c. 1. de arbitris. libr. 6. Interpretes in c. 1.
de noui operis nunciat. Barto. & Bald. in in l.
penult. C. de ſacroſanct. eccleſ. Corn. conſ. 259
num. 17. in 1. volum. & conſ. 252. nume. 6. in 3.
volum. ita quidem vt nec ſtatuto tolli poſſit.
Corn. conſ. 278. nu. 4. volum. 1. Fuit enim Spi-
ritus ſancti Inſtinctu ordinatum. Corn. conſ.
22. num. 35. in 3. vol.

Eſtque inductum † principaliter fauore a- 5
nimæ, Corn. conſ. 35. num. 12. volum. 2. & con-
ſi. 56. num. 5. volum. 4. vnde vbique etiam præ-
fertur. Corn. conſi. 80. num. 4. In 2. volum. Nō
enim duriciem & rigorem continet, ſed ęqui
tatem. Corn. conſ. 2. num. 6. volum. 1. ac cæte-
rorum omnium iurium declaratiuum eſt.
Corn. conſ. 21. num. 21. in 1. volum. cum ſimi-
libus. Præſertim verò quoad matrimonia, &
quoad legitimationes ac alimentationes, gl.
in § fin. Inſt. de gradib. c. 1. extr. qui filij ſint le-
git. & ibi Panorm. & Præpoſi. Hier. de Zanet.
in c. 1. de renunc. extr. in 11. differentia. Dec. cō
ſi. 155. per totum: faciunt notata per Imo. & A-
lexan. in l. ſi quis poſthumos 9. in princ. col. 2.
verſ. ſed Bald. ff. de lib. & poſth. & in omnib⁹
alijs in quibus agitur de peccato, iuris canoni
ci ſententia præualet. Paul. Pariſ. conſ. 27. nu.
115. vol. 1. & conſ. 66. num. 97. & 98. vol. 3.

Hic autem † animę ſalus in diſcrimen quā 6
maximè vocatur, dum liberis educatio, ad
quam bruta ſuapte natura ducuntur, denega-
tur: & illud ipſum corpus, animæ domicili-
um, interimitur & deſtruitur. Alimenta enim
denegare, eſt necare. l. 1. ff. de liberis agnoſcen
dis. ſequitur hanc opinionem præ cęteris An
ton. Corſetus in ſuis ſing. in verſi. ſpurius. So-
cin. conſ. 161. incip. pro deciſione præſentis cō
ſultationis. Martinus Laudenſis in tractatu
de le-

de legitimatione: omnes Interpretes in d. c.
cum haberet. 5. & iuris ciuilis Interpretes in
Auth. ex complexu, C de incœſt. nupt. in Au-
then. licet. C. de naturalib. lib. & in l. ſi qua il-
luſtris 5. C. ad S. C. Orphit.

Ex hac æquitate Clementis, qua liberis ex
damnato complexu ſuſceptis alimenta præ-
ſtantur, Interpretes collegerunt, filiam etiam
hoc caſu dotandam eſſe, quod in ſpurijs ſuprà
abundè multorum authoritatib. comproba-
tum fuit, & confirmatum.

Omnia ea quæ de liberis ex damnato coi-
tu in hanc lucem editis dicta ſunt, cum hac
moderatione intelligi & accipi debent: Ne
7 vis † fœminæ, aut virgini illata ſit. quæ enim
vim paſſa eſt & concepit, ac peperit, in ea cau-
ſa non eſt, vt adulterij vel ſtupri damnetur. l.
ſi vxor. 13 §. ſi quis planè. ff. ad leg. Iul. de adul.
Ex eo Bald. in l. eam quam. 14. numer. 25. C. de
8 fideicom. adſerit, natum † ex ea quæ concepit
ex rege vxorato, vel tyranno, non eſſe natum
ex coitu accuſabili, quoad matrem: quia præ-
ſumitur vim paſſa. Idem dicendum eſt de il-
la, quæ per vim rapta, & contra eius volunta-
tem carnaliter cognita concepit. Nam & hoc
caſu filius ex damnato coitu natus dici non
poteſt. c. raptores. 36. quæſt. 2. Baldus in l eam
quam. 14. col. 8. num 25. C. de fideicom. & in l.
ſi qua illuſtris. 5. In verſi. ſi mater. C ad S. C Or
phit. Hippolytus de Marſil in l. 1. §. præterea.
col 3. & 4. ff. de quæſtionibus. Angel. In l. nec
eximendi. ff. ne quis eum, qui in ius vocatus
eximat. & in l. 1. § remouet, ff. de poſtulando.
Ioan. de Anania in rubr. extr. de raptoribus.
Nicolaus de Vbaldis in tractatu de ſucceſſio-
nibus ab inteſtato, in 1. parte. num 45 c. preſby
teros. 31. 50. diſtinct. text. in c cura. 4. in verſic.
neque ſi per vim. ff. de muneribus. & honorib.
Quemadmodum quoque, qui vi prædonum
vel hoſtium ſtupratus eſt, edicto minimè no-
tatur. d. l. 1. §. remouet. ff. de poſtulando.

9 Idem † de monialium filijs, quæ moniales
per vim inceſtuatæ ſunt, dici debet Ratio eſt:
quia facta contra voluntatē alicuius, ipſi non
imputantur: inde D. Auguſtinus in lib. 2. de ci
uitate Dei ait: ita ne aliquem polluat aliena li
bido metuitur? Non polluet, ſi aliena erit: ſi
autem polluet, non erit aliena: ſed cùm pudi-
citia ſit virtus animi, comitemque habeat for
titudinem, potius quælibet mala tolerare de-
cernat, quam malo conſentire. Nullus autem
magnanimus & pudicus in poteſtate habet,
quid de ſua carne fiat, ſed tantum quid abnu-
at mente, vel renuat: quis tandem ſana men-
te putauerit, ſe perdere pudicitiam, ſi fortè vi
apprehenſa vel oppreſſa ſua carne exerceatur
& expleatur libido, non ſua. & deinde pau-
lo pòſt.

Propoſito animo permanente, per quod
etiam corpus ſanctificari meruit, ipſi corpori
aufert ſanctitatem violentia libidinis alienæ,
quam ſeruat perſeuerantia ſuæ continentiæ.
An verò ſi aliqua fœmina mente corrupta,
violatoq; propoſito, quod Deo vouerat, per-
gat vitianda ad ſuum deceptorem: adhuc eā
pergentem ſanctam vel corpore dicimus. Ea
ſanctitate animi, per quam corpus ſanctifica-
tur, amiſſa atque deſtructa? Abſit hic error, &
hinc potius admoneam, ita amitti corporis
ſanctitatem etiam intacto corpore.

Et in lib. 1. ca. 19. de ciuitate Dei: Lucretiam
matronam nobilem, veteremq; Romanam,
pudicitiæ magnis efferunt laudibus: cuius cor
pore cùm violentus Tarquinij regis filius libi
dinosè potitus eſſet, illa ſcelus improbiſſimi
iuuenis marito Collatino & propinquo Bru-
to, viris clariſſ & fortiſſ. indicauit: eoſque ad
vindictam conſtrinxit Deinde fœdi in ſe cō-
miſſi ſceleris, ægra atque impatiens, ſe pere-
mit. Quid dicimus? Adultera hæc, an caſta di-
cenda eſt? Quis in hac controuerſia iudex la-
borabit? Egregiè quidem ex hoc & veraciter
declamans ait: Mirabile dictu, duo fuerunt, &
adulterium vnus commiſit. Splendidiſſimè
atque veriſſimè: intuens enim in duorum cor
porum commixtionem, vnius inquinatiſſi-
mam cupiditatem, vnius caſtiſſimam volun-
tatem: & non quod coniunctione corporum
ſed quod animorum diuerſitate ageretur, at-
tendens: Duo (inquit) fuerunt, & vnus adulte-
rium commiſit.

Quarta Concluſio.

Sicuti † liberi nati ex incœſtuoſo & nefa- 10
rio complexu, neq; matri, neq; patri, neque a-
ſcendentibus maternis aut paternis ſuccedūt:
ita neq; parentes ad horum liberorum ſucceſ
ſionem vocantur, aut admittuntur. Bald. in
Auth. licet. C. de naturalib liber. & in l. 1. C. de
epiſc. & cleri. & ante eum Azo in Summa. C.
de hæred. inſt. & C. de legitimis hæredib. Bar-
tol. in l. final. num. 5. ff. de his quibus vt indig-
nis. Guilielmus Bened. in repet. c. Raynutius.
16. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam.
deciſ. 5. num. 133. Matheſilanus in tractatu de
ſucceſſ. ab inteſtato, in 2. membro. in 2. art. nu-
me. 6. Bermondus in tractatu de publicis con-
cubinis. pag. 77. verſ. & è conuerſo notatur. A-
lexand. conſi. 150. num 6. lib. 2. Chaſſan. in con
ſuet. Burgundiæ. in tit. Des ſucceſſion. rubric.
7. §. 1. num. 1. & 2. fol. 283. colum. 2. Ioannes Bap
tiſta in d. l. ſi qua illuſtris. 5. num. 77. C. ad S. C.
Orphitian. Iaſon in §. pœnales. Inſtitut. de a-
ctionib. num. 61. vbi allegat Auth. licet. C. de
natural. lib. Rationes duæ ſunt. Vna quidem:
quia † inter eos nullum ius agnationis vel co- 11
gnationis reperitur, l. hac parte. 2. ff. vnde cog-
nati. Deinde, quia ſucceſſiones ab inteſtato
debent eſſe reciprocæ, mutuæ, æquales & vi-
ciſſitudinariæ. §. filium. Authen. quibus mod.

nat.effic.ſui l.ſi ab eo.11. C.de legit. hæred.re-
petentes in Authen.defuncto. C.ad S. C.Ter-
tyl.Lapus in allegat.101. Sicut igitur filij ex in-
cœſtuoſo coitu progeniti,omni parentum be
neficio priuantur: ita nihil viciſſim beneficij
parentes ab hiſce liberis expectabunt. Idemq́;
in legitima conſequenda ſtatuitur.Fabian de
Grochis In Auth.nouiſſima, C.de inoffic. te-
ſtamen.num.20.

Quinta concluſio.

12 Quemadmodum † hi qui ex nefario & in-
cœſtuoſo coitu nati ſunt,nec patri,nec matri,
nec aſcendentibus per patrem & matrem ſuc
cedunt:nec eis viciſſim ſucceditur,vel per pa-
trem,vel per matrem, aut alios aſcendentes:
ita nec ipſi ad tranſuerſalium bona participi-
um aliquod habent: nec hi ad illorum hære-
ditatem.Matheſil.in ſuo tract. in 2. membr.
principali.3.art. vbi expreſſe dicit, Si vterque,
defunctus nempè, & is qui ſuccedere vult, ex
dānato coitu ſit natus, vel alter eorum,quòd
tunc inuicem nullo modo ſuccedunt: cùm
non ſint nominandi fratres, nec conſangui-
nei,nec vterini.d. § fin. Authē.quibus modis
natur.effic.ſui.Sequitur Ang.in §. vulgo. Inſt.
de ſucceſ.cogna. Probari hæc concluſio mul-
tis rationibus poteſt.

Primò,ſublato fundamento,vt corruat æ-
13 dificium neceſſe eſt; natus † autem ex coitu
damnato filius nominandus non eſt, nec re-
ſpectu patris nec matris. d.Auth. incœſtas.C.
de Incœſtis nupt.argumento l.final. C. de in-
dicta viduitate.Ergo ſimiliter nec frater, nec
patruus inuenietur. Quamuis enim natura
hoſce natos ex complexu nefario, filios eſſe
dictet, & pro filijs agnoſcat:quoad legis tamē
diſpoſitionem prorſus pro incognitis haben-
tur & reputantur. d.Authen.quibus mod. na-
turales effic.ſui, In princ. Inde Baldus in l. ge-
neraliter.§ cum autem. C.de inſtit. & ſubſtit.
& in l.etiam.3.ff.ad legem Falcid.notat. quòd
hi liberi non includantur in diſpoſitione le-
gali expreſſa,vel tacita.legis autem diſpoſitio
in ſucceſſionibus pręcipuè ſpectatur:hinc cō-
ſequitur,eos neque ex tacita,neque præſump-
pta mente poſſe ad ſucceſſionem venire:cùm
diſpoſitio legis ceſſet, quæ eos tanquam o-
mni odio dignos, à beneficio paterno exclu-
dit,ac ſubmouet.l.Lucius Titius.90.§.Lucius
Titius.ff.de leg.2.

14 Secundò, ſucceſſio † defertur ordine ſuc-
ceſſiuo. l. 1. §. qui ſemel. ff.de ſucceſſorio edi-
cto. Hic autem deeſt initium ſucceſſionis: qa
matri non ſuccedunt, multo minus itaque
ſuccedent collateralibus, quibus per matrem
coniunguntur:ea copula igitur ſi deſit, extra-
nei prorſus inter ſe,quantum ad legis diſpoſi-
tionem attinet,habebuntur. argum. Authen.
multò magis.C.de ſacroſan.eccleſ.

Tertiò,non data itaque agnatione,nec co-
gnatione, nec proximitate vſq; ad decimum
gradum.§.fin.Inſtitu.de ſucceſ.cognatorum,
nec ſucceſſioni locus fiet.

Quartò,poſito,quod matris cauſa aliquod
ſit inter eos ſucceſſionis participium: quia ta-
men mater infecta eſt prohibitione ſucceſſio
nis, hoc ipſum quoque vitium & contagium
radicis in totam deinde arborem, omneſque
ramuſculos transfunditur & propagatur. ar-
gum.l.fin C.de natural.lib.per quem textum
Bald.in l.fin.C.de verb.ſignif.dicit, quòd nul
la † poteſt eſſe cognatio legitima ex illegiti- 15
mo naſcendi principio, & radice corrupta.
Inde ſimiliter Odofredus in l.fin.C.de natur.
liber.tradit, quòd nepos ex filio ſpurio nō ſuc
cedat, nec ab inteſtato, nec ex teſtamento,a-
uo ſuo:quia non poteſt eſſe nepos ſine ſtipite,
quo ipſe caret.

Poſtremò,ſine lege loqui erubeſcimus,nul
la autem lege permittitur ſucceſſio inter libe
ros ex damnato coitu ſuſceptos, ac parentes,
d.Auth. quib. mod. nat.effic.ſui.§ fin.cum ſi-
milibus ſuprà relatis.

Cùm igitur nec ciuili,nec prætorio, nec a-
lio iure eis communicata ſit ſucceſſio,quo iu-
re dicemus, hoſce aliquem ad extraneorum
hæreditatem capiendam acceſſum habere?ex
teſtamento † tamen eos capaces eſſe, Ioan. Ba 16
ptiſt.exiſtimat,in d.l.ſi qua illuſtris.5. num.85.
verſic.ſed reſpondere,qui adducit Roland.in
rubr.de natur.libe. verſ. ſed quod dictum eſt,
& in rubr.de ſpurijs.

Præter has rationes hæc etiam addi poteſt:
Excluſa filia à ſtatuto, excluduntur etiam ne-
potes ex filia. Bald. in l. maximum vitium. 6.
C.de libet.præteritis.Sequitur Caſtrenſis in l.
illam.19.C.de collationib. Cyn.in rub.C.quæ
ſit longa conſuetudo.Ioan. Andr.in additio-
nib.ad Speculat. in tit.de teſtamentis. text. in
l.ſi viua matre. 3.§ 1.verſ.deteriores eſſe.C de
bonis maternis.quem text.etiam Salic.& Ra-
phael, transferunt ad ſtatuta. ſi enim ius mu-
nicipale filias à ſucceſſione arceat,pellatve,o-
mnes etiam deſcendentes ex filiabus interdi-
ctione ac prohibitione hac cōtinebuntur:vir-
tute igitur ſtatuti deſcendentes ex filiabus, ex-
cluſi exiſtimabuntur. Multò fortius excluden
tur nefarij,tanquā ex infecta radice orti. Cor-
ne.conſ.188.num.6.vol.2.

Hæc tamen † opinio,quę omnium firmiſ- 17
ſimè tenenda eſt, ſuos adhuc habuit aduerſa-
rios. In primis verò Ioannem Petrutium Pe-
ruſinum in d.Authen.ſi qua illuſtris,qui con-
ſtāter adſerit, ſpurios ex coitu nefario natos,
tranſuerſalibus vterinis, hoc eſt ex parte ma-
tris coniunctis ſuccedere, ac econuerſo ad
tranſuerſales, talium nefariorum hæredita-
tes. Mouetur Petrutius his ferè rationibus.
Primò,reſpōſo Vlpiani in l.ſi ſpurius. ff.vnde
cognati.

cognati. Proximitatis autem nomine, inquit,
mater, aut frater eadem matre natus, bonorũ
poſſeſſionem eius ex edicto petere poteſt. Et
Caius iureconſultus ait: Itaque etiam vulgò
quæſiti liberi matris, & mater talium libero-
rum, item ipſi fratres inter ſe, ex hac parte bo
norum poſſeſſionem petere poſſunt, quia sũt
inuicem ſibi cognati.

Secundò: Naturalis cognatio iure ſangui-
18 nis † inter fratres neſarios conſtituitur. l. non
facilè. 4. §. & cognationis. ibi, & quidem natu
ralis. l. iuriſconſultus. 10. §. inter cognatos. ff.
de gradib. Saltem igitur bonorum poſſeſſio,
vnde cognati, dabitur.

Tertiò: Verum quidem eſt, quòd liberi ex
damnato coitu, per nouiſſimum Iuſtiniani
ius, quod continetur in d. Authentica, quibus
mod. naturales effic. ſui. & Authen. quib. mo.
dis nat. effic. legit. parentibus non ſuccedant.
Nihil tamen quoad tranſuerſales attinet, con
ſtitutum eſt. Cum igitur lege ipſa etſi ab hę
reditate conſequenda non ſint, neque quadã
argumentatione id fieri debet, præſertim cũ
pœnalia iura reſtringi, & fauores ampliari cõ
ueniat, & æquum ſit, c. odia. 15. de regul. iuris,
in 6.

Quartò, parẽtes ob nefarium damnatum-
que coitum, ab omni prorſus ſorγῆ & affectio-
ne erga nefarios, incœſtuoſos ac adulterinos
liberos arcentur & diuelluntur. Tranſuerſa-
les verò minimè delinquerunt: igitur puniri
non debent, cùm pœnæ ſuos authores non e-
grediantur. l. ſancimus. 22. C. de pœn.

Reſpondet ad l. fin. C. de naturalib. liberis.
Radix infecta, inficit totam arborem: verum
id eſſe in patre, non in matre. Non enim vide
tur tanta ratio in coniunctis per matrem ex-
cludendis.

19 Quintò, † ſpurij indefinitè vocantur. d. l. ſi
ſpurius. d. l. hac parte. Ergo etiam eo nomine
hi continebuntur, qui ex damnato coitu nati
ſunt, cum & illi ſpurij dicantur. Gloſſ. in l. vul
go concepti. 23. ff. de ſtatu hom. §. fin. Inſtitut.
de nupt. c. conſuluit. 5. extr. de ſeruis non ordi-
nandis. & in c. niſi cum pridem. 10. §. perſo-
næ. extr. de renunciat. Bartol. in l. fin. ff. de his
quibus vt indign.

Sextò, probari hæc opinio poteſt authori-
tate Accurſij. Si enim coniungatur, Gloſſ. in l.
ſi ſuſpecta. 29 ff. de inofficioſo teſtamen. cum
gloſſa in d. l. ſi ſpurius. 5. colligetur non obſcu-
rè, quòd Accurſi. intellexerit reſponſum Iu-
riſconſulti ſub l. ſi ſpurius. 5. etiam de natis ex
coitu damnato. Nam dicit, quòd olim tales
ſpurij poterant inſtitui, & mouere querelam
de inofficioſo teſtamen. Et quòd hodie iſtud
corrigatur in ſpurijs natis ex damnato coitu.
Generaliter itaque concludit: Cùm veteri iu-
re ſpurij vocati ſint ad ſucceſſionem non ſo-
lùm matris, ſed & fratris ex eadem matre, li-
cet hæc ſucceſſio inter filium & matrem ſub-
lata ſit: nihilominus tamen fratres adhuc ad-
mittendos eſſe, tum quòd odia reſtringi non
tam conueniat, quàm æquum ſit: tum quoque
quòd ratio huius auerſionis ab hæreditate in
tranſuerſalibus minimè obtineat. Addit, ver-
ba illa (nullum habeant participium legis) ge-
neraliter accipienda non eſſe: ſed accommo-
danda ad eam emendationem & correctio-
nem, quæ in perſonam parentum & liberorũ
incœſtuoſorum concepta ſunt.

Etſi † verò non ſine iudicio hæc à Petrutio 20
Peruſino, pro opinione hac tutanda, defen-
dendaq; allata ſunt, quam quoque ideo multi
alij & cõſulendo & docẽdo ſequuti ſunt, quos
refert Ioan. Bapt. in d. Auth. ſi qua illuſtris. nu.
80. verſi. 15. monetur. Quia tamen vna & ſim-
plex eſt veritas, necnon æquitas in omnibus
cauſis negotijsq; primas ſibi ac principes vin-
dicat partes: dubium non eſt, primam opinio
nem, quæ fuit Benedicti Plumbini, & poſt eũ
Matheſilani & Angeli, tanquam iuri ac ratio
ni congruam in primis & conſentaneam am
plectendam & ſequendam eſſe.

Reſponderi itaque pro conſeruatione pri-
mæ † opinionis negatiuæ, argumentis Petru- 21
tij Peruſini non difficulter nec abſonè poteſt:
Ac primò omnium non obſtat reſpõſum Vl-
piani in l. ſi ſpurius. 5. neque etiam reſponſum
Caij. Quia tam Vlpianus quàm Caius, loquun
tur de hiſce ſpurijs qui vulgò concepti ſunt,
qui matri, ac ex matre fratribus ſuccedunt. Li-
cet enim ſpuriorum vocabulum, vt ſuprà di-
ctum eſt, generale ſit, argumento l. 1 ff. de ad-
opt. & l. 1. ff. de iuriſd. propriè tamen intelligi-
tur de illis qui vulgo concepti ſunt, vt Mode-
ſtinus ipſe ait in l. vulgo concepti. 23. ff. de ſta-
tu hominum. Qua quoque ſignificatione à Iu
ſtiniano vſurpatur in §. vulgo. Inſtitu. de ſuc-
ceſſio. cognatorum. Et generaliter, quoties-
cunque leges de ſpurijs ad ſucceſſionem ad-
mittendis loquuntur, intelligi debent & acci
pi de vulgò quæſitis. Verba enim propriè in-
telligenda ſunt, & ſecundùm communem v-
ſum loquendi, l. non aliter 67. ff. de legat. 3. l.
fin. C. de his qui veniam ętatis, cum ſimilibus.
Ideoque alijs damnatis complexibus, ſua sũt
attributa & indita vocabula: veluti, incœſtus,
adulterium, ſtuprum. Probari id ex eo poteſt,
quia Iuſtinianus ſpurios, vel vulgò quæſitos
ad hæreditatem vocat, alios verò ab hęredita
te conſequenda pellit, arcetque.

Non obſtat ſecunda cauſa, † quod natura 22
coniunxerit iure ſanguinis hos fratres, quia
vno eodemque ventre geſtati ſunt, vna ea-
demque vbera ſuxerunt. Verum quidem hoc
eſt: verùm lex ipſa odio effrenatæ libidinis,
quoad ſucceſſiones, quæ iuris ciuilis ſunt, effe-
ctum huius coniunctionis impedire, & in-
fringere voluit. Non obſtat tertia ratio, quòd

pœna auerſionis à ſucceſſione concepta ſit in parentes & ſpurios: igitur non extendenda ad tranſuerſales, ex c. odia. 15. de regul. iuris. in 6. Nam ceſſante cauſa, ceſſat ipſe effectus, l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iure patronatus. c. etſi Chriſtus. 26. extr. de iureiu. c. cum ceſſante. 60. extr. de appellat. tractat Tyraquel. in ſuo tractatu: Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.

Hic autem ceſſat cauſa ſucceſſionis, nempè cognatio vel proximitas inter matrem & filium. Ceſſabit igitur in vlterioribus quoque ſucceſſio, cum hi nullam ſuccedendi cauſam habeant, niſi ob communem matrem, & cõmune ius ſanguinis. Deinde infecta radice, in totam arborem venenum protruditur, argumento l. fin. C. de naturalib. lib. Sicut enim pater viuente filio legitimo totam ſubſtantiam relinquere non poteſt, ita nec nepoti. Præterea bonum eſt argumentum à maiori ad minus negatiuè. Cum itaque ius ſanguinis, legis diſpoſitione, quoad ſucceſſionem, inter matrem & filium impediatur: multo magis in fratribus, vbi ius ſanguinis attenuari & diminui paulatim incipit. Ad quartam reſponderi poteſt: Verum eſt, ipſi quidem non deliquerunt: odio tamen parentum & hi quoque ſeparantur, ac omnino pro extraneis habentur. Vbi enim non eſt initium coniunctionis, nec poteſt eſſe medium nec finis.

Quinta ratio cõuellitur ex eo, quod ſpuriorum vocabulum propriè ſumptum ad eos reſtringitur, qui vulgò cõcepti ſunt. Igitur à particulari ad vniuerſale non procedit argumẽtatio: Vulgo concepti ſuccedunt, d. l. ſi ſpurius. 5. d. l. hac parte. 2. igitur omnes alij qui ex damnato coitu nati ſunt, quod falſum eſt. dictis §§. fin. in authentico, quibus mod. natur. effic. ſui. & Authen. quibus mod. nat. effic. legitimi.

23 Sextò, † quod Accurſij authoritatem in d. l. ſi ſuſpecta. 29. ff. de inoffic. teſtamento, & in d. l. ſi ſpurius. 5. pro ſua opinione confirmanda adducit, facit hac in re Accurſio viro optimo iniuriam. Quia Accurſius in d. l. hac parte. 2. refert ſe ad verba Vlpiani, qui dicit, quod ſpurij matri, & ex eadem matre fratribus ſuccedunt, quia ſibi inuicem ſunt cognati. Reſtringit ſe igitur Accurſius ad legem quam explicat. Quod ait apertè Accurſium ſentire, incœſtuoſos querelam contra maternum teſtamẽtum inſtituere poſſe, falſum eſt. Nam verba Accurſij in d. l. ſi ſuſpecta 29. in verſ. inofficioſo. hæc ſunt: De inofficioſo teſtamento matris, inquit, quæ illuſtris non erat, vt Inſtit. ad S. C. Orphit. § ſciendum. aliàs ſecùs, vt C. ad Orphit. l. pen. & hoc etiam hodie: niſi ſint ex tali coitu nati, qui poſſit accuſari, vt adulterij, vel ſimilis: quia cum non ex voluntate capiant, multò minus contra voluntatem, vt in Authen. quibus mod. naturales effic. ſui. §. fin. Apertè Accurſius diſtinguit ſpurios ab incœſtuoſis: & alijs qui ex damnato coitu originẽ habent: tantùm abeſt quòd dicat, eos incœſtuoſos poſſe teſtamentum patris querela inofficioſi impugnare & euertere.

Veram igitur, iuri & rationi conſentaneã eſſe opinor eam concluſionem, qua traditum eſt, omnes qui ex coitu damnato ſuſcepti ſũt, & à parentum, & à tranſuerſalium ſucceſſione arceri ac pelli.

Andreas † Barbatia in d. l. ſi qua illuſtris. 5. 24
num. 85. diſtinctione aduerſantes has opiniones conciliare & componere conatur: Ab inteſtato hoſce incœſtuoſos, &c. admitti nõ debere: ex teſtamento verò ipſis relinqui inuicem poſſe.

Ego quidem fortaſſis audacius quibuſdam facere videbor, quòd me ætatis iuuenilis mihi conſcius, ſummorum virorum cõuellere opiniões conor. Verùm cõdonabunt id mihi ſynceriores. magis enim veritatis inquirendę ſtudio me id facere quã ambitioſè, aut nouandarũ opinionũ cupiditate eò deferri, animaduertent. Exiſtimo itaq; hanc quoq; diſtinctionem nullius eſſe momenti, & eam auerſionẽ ab omni beneficio locum habere tam ex teſtamẽto, quàm ab inteſtato. ſi enim ſpurij ex coitu à legibus non damnato orti, à parentibus nec rectè inſtituuntur, nec præter alimenta quicquam ex teſtamento patris conſequũtur, iuribus ſuprà allegatis: magis eſt vt idem in his qui legum ſeueritate omninò ad capiẽdas hæreditates tam paternas quàm maternas inutiles cenſentur, & iudicantur, dicamus. Ex ęquitate tamen Canonica permittetur fratri, incœſtuoſo alimoniæ cauſa aliquid relinqui. Hactenus de varijs liberorum ſpeciebus dictũ eſt. Nunc ad ſecundum ordinem, ſecundamque in ſucceſſionibus cauſam, quæ ad parẽtes maximè pertinet, accedemus.

FINIS LIBRI SEXTI.

VALENTINI FORSTERI
IVRECONSVLTI PRAECLARISS.
DE SVCCESSIONIBVS QVAE AB INTESTATO IVRE CIVILI DEFERVNTVR, IN QVO TRACTATVR DE SVCCESSIONE ASCENDENTIVM,
LIBER SEPTIMVS.

CAPVT I.
De vocabulo parentis, deque parentum ſucceſsione.

SVMMARIA

1 *Parentum appellatio in vtroque ſexu ad tritauum extenditur.*
2 *Parentes quandoque pro cognatis accipi non tamen iure ciuili contra Angelum & ſequaces. nu. 4.*
3 *Parentela pro cognatione. & nu. 6.*
5 *Parentes pro cognatis intelliguntur iure Pontificio.*
7 *Parentibus poſt Deum primæ gratia debentur, & bonorũ ſucceſſio. nu. 10.*
8 *Parentum in liberos ſumma poteſtas.*
9 *Cauſa cauſæ quicquid eſt, cauſati cauſa eſt.*
10 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*
11 *Medium extremorum vni applicandum, fortiori & digniori applicabitur.*
12 *Hæreditas honor eſt.*
13 *Res quælibet reuerti debet ad ſuam primæuam cauſam.*
14 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
15 *Succeſſiones ſunt viciſsitudinariæ.*

ABSOLVTVS hactenus eſt primus Succeſſionis ab inteſtato ordo, qui eſt Deſcendentium. Nunc proximus & ſecũdus ordo, ſecundaque cauſa, ad parentes, & omnes qui Aſcẽdentium nomine con-
1 tinentur, pertinet. Parentum † verò appellationem in vtroque ſexu vſque ad tritauum extendi, reliquos ſuperiores Maiores rectè dici, veteres exiſtimaſſe Põponius refert. Quãnis C. Caſſius omnes in infinitum Parentes appellari putat: idque & honeſtius eſſe, & meritò obtinere, Vlpianus exiſtimat, l. quique. 4. §. parentes. ff. de in ius vocando. Quod deinde quoque obtinuit. l. 1. in princip. l. iuriſconſultus 10. §. parentes. ff. de grad. affin. l. appellatione parentis. 51. ff. de verbor. ſignific. Magnam enim ſemper ætatum mutatio, verborum mutationem attulit: vt Plato in Cratylo ait, Nomina vetera diuturnitate temporis deſtrui, & peruerti.
a Tandem † parentes, omnes ſanguine iunctì dici cœperunt: vti affirmat diuus Hieronymus in 2. contra Ruffinum Apologia: & in Thobia cap. 2. Parentes & cognati irridebant vitam eius. Et Lampridius in vita Alexandri: Amicos aut parentes Alexander ſi reperit, aut puniuit, aut (ſi vetus amicitia vel neceſſitudo non ſiuit puniri) dimiſit à ſe, dicẽs: His carior eſt Reſpub. Et Iulius Capt. In M. Antonino refert, adoptatum Marcum in aulicam domum, parentibus ſuis tantam reuerentiam, quantam priuatum, exhibuiſſe. Et Pollio in vita Probi.: Quo tempore, ait, Valerianum Flaccum, adoleſcentem nobilem, parentem è Quadorum liberauit manu. Deinde ibidem ſubiungit: Suſcipe Probe pro Republica, ſuſcipe coronam auream à parente. Flauius Vopiſcus in Aureliano: Sandanonẽ, ait, quem in præſidio illic Aurelianus poſuerat, cum ſexcentis ſagittarijs occiderunt. Archelao quidem parenti, Zenobiæ parẽtis imperium, &c. Diuus Ambroſius in tranſlatione Egeſippi libr. 1. in oratione Herodis ad ciues, cap. 39. Curæ erit, inquit, mihi, vt ſponſores concordiæ adiungam liberis meis parentes, amicosque. & cap. ſequenti: Abducebat amicos regios, parentesque, & præcipuè fratrem regis. Donatus in interpretatiõe Terentij in Hecyra, Cùm te poſt putaſſe omnes res præ parẽte intelligo. Præ parẽte, ait, quod nomen cõmune & cum patre eſt, & cum omnib. quos hæc neceſſitudo cõiungit. Hinc Galli, les parens, oẽs ſanguine iunctos appellant.
Vnde † & parentela, pro cognatione nomen 3
ſortita eſt: quã ita vſurpat Iul. Capitol. in Gor
diano. De † iure verò ciuili, parentum ſignifi- 4
catio ea vſurpatiõe nõ inuenitur. Solus Ang. Aretin. in § œconomus. Auth. de alienat. & emphyt. ait, illic eo ſenſu ab Imperatore Iuſtiniano vſurpatum nomen parentum: idq; ad ſtatuta prohibentia, ne parẽtes rebellium, magiſtratum gerere poſſint, accommodat. Quem Barbatia ſequitur in l. cùm acutiſſimi. 30. C. de fideicommiſſ. & Iaſ. in l. 2. ff. de in ius vocando. Franc. Aret. in l. cùm quidam. 30. §. quod dicitur. col. 1. ff. de acq. hæred. Corn. cõſ. 133. lib. 2. Verũ Angelus Græci ſermonis ignarus, Imperatori vim fecit: et temerè eũ ſequuti

Barbat. & Iaſ. rem ignotam confirmarunt.
Poſteaquàm enim parentes & liberos nominauit, mox addit: Qui genere & affinitate
ſunt coniuncti. Et verba Græca ſonant,
καὶ τοῖς γονεῦσι καὶ πατρί;

5 De † iure autem Pontificio, cuius traditio
in tempora incultiora, & à latinitate aliquantò
aliena incidit, parentum ſignificatio conſanguineos
complectitur, c. vlt. extra, qui clerici
vel vouentes. Qui enim primùm ibi conſanguinei
appellantur, mox parentes vocantur.
& in c. 2. de ſucceſſionib. ab inteſt. & in c.
1. & ibi gl. in verb. cõſanguinei. & Archid. 3. q. 5.

6 Parentelæ † fit mentio in c. cauſam matrimonij.
extr. de offic. deleg. & in c. cùm in tua,
& in c. ſicut. extra, de teſtib. & in c. cùm in ina.
extra, de ſponſalib. & c. fraternitatem. vbi Panor.
in 2. notab. extra, de ſepul. & in c. portò.
extra, de diuortijs. Clemen. 1. verſic. cæterum.
& ibi glo. de iureiurando. c. ſi verum 31. q. 2. &
c. ſanè. & c. de conſanguinitate. 35. q. 3. c. de parentela,
& trib. ſeq. 35. q. 6. c. hæc ſalubriter. 35.
q. 8. Quam loquendi conſuetudinem ſequuntur
Bald. Aluar. Card. Alex. in c. 1. tit. quemadmodum
feud. ad filiam pertineat. Quem tex.
pari ratione pertrahit Alex. conſ. 89. col. vlti.
lib. 6. Et tex. eſt ſimilis in c. 2. tit. de conſ. recti
feudi. Quos tamẽ Parentelæ ſignificatio comprehendat,
tradit Soc. conſil. 37. incip. viſo teſtamento.
per tot. lib. 7. Alex. conſ. 222. incip.
ponderatis verbis. col. 2. lib. 6.

7 Hic † autem aſcendentium ordo meritò
ſecundus eſt, cùm poſt Deum ad parentes ortus
noſtri cauſam referre cogamur, innumeriſque
beneficijs ab ijs affecti ſimus: pro quib.
neq; ſatis dignas gratias, neq; dignã reuerẽtiã
& obediẽtiam referre & præſtare poſſumus:

Nemo Deo pretium reddit, nec iuſta parenti.

8 Idcirco † olim parentes plenum ius, ſummamque
poteſtatem in liberos habebant,
nõ ſolùm vendendi, in neceſſitate excludendi,
omnique hæreditate priuandi, ſed & occidendi,
l. in ſuis. 11. ff. de liberis & poſthum. hæred.
Meritò igitur parentibus, tanquàm primis
poſt Deum vitæ noſtræ authoribus, omnia
noſtra bona, nobis vita functis, debentur:
argumento. l. ſed. etſi lege. 28. §. conſuluit. ff.
de petitio. hæred.

9 Quidquid † enim cauſa eſt (vt veteres loquuntur)
cauſæ, cauſa eſt cauſati, l. etſi amicis.
9. & ibi notat Caſtrenſis. ff. ad l. Iul. de adult. l.
dedit dotem. 6. ff. de collatio. bonor. l. manumiſſiones.
4. & ibi Iacob. Butrig. & Raph. Fulgoſ.
colum. 1. verſic. nota quod quidquid. ff. de
iuſt. & iur. Baldus in l. ex placito 3. col. 2. verſ.
quia actiones. C. de rerum permutat. Raph.
Fulgoſ. in l. cùm hic ſtatus. 33. §. ſi inter virum.
in fi ff. de donat. inter virum & vx. Corn. cõſ.
144 incip. viſo themate. colum. vlti. lib. 1. vbi
& ad hoc citat Proclum in libello de cauſis.
Socin. conſil. 156. incip. pro fundamento. col.
6. verſi. præterea reſpondetur alio mo[illegible], lib.
2. & omnes vbique. Sed parentes ſunt cauſa
liberorum, & conſequenter cauſa etiam acquiſitionis
bonorum: bona itaque tanquàm
poſtremum cauſatum, ad ſuam primæuam
cauſam reuerti debent.

Deinde † acceſſorium ſequi debet naturã 10
ſui principalis, c. acceſſorium. de regul. iur. in
6. l. 2. ff. de pecul. leg. Sed parentes habent ius
in perſonas liberorum. tot. tit. Inſti. de patria
pot. d. l. in ſuis. 11. in fin. Conſequenter ergo
in illorum etiam bonis ius habebunt, quæ bona
ſunt acceſſoria ad perſonas: argumento
text. in Auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ.

Præterea, † medium applicandum vni ex- 11
tremorum, fortiori & potentiori ac digniori
applicari debet, argu. l. quæritur. 10. ff. de ſtatu
hominum. & l. ſi ff. de fide inſtrum. Defuncti
igitur hæreditas, quaſi quoddam medium, patri
potiùs quàm alij applicabitur. Vlterius.
Amor paternus alios facilè omnes antecedit
& vincit, l. iſti quidem. 8. cum ſimilib. ff. de eo
quod met. cauſa. Ille autem qui plus diligit,
plus remunerandus eſt, l. nec adiecit 9. ff. pro
ſocio, l. vnica. §. ſed & C. de lat. libert. tol. Nec
nõ etiam naturalis æquitas poſtulat & exigit,
vt is cui alicuius rei onus incumbit, eiuſdem
rei emolumento fruatur, l. ſecundùm naturam.
10. ff. de reg. iur. l. dotis fructus. 9 ff. de iure
dotium. l. pro onerib. 20. C eo. Sed parentib.
incumbunt multiplices infinitęque curę,
& ſollicitudines, in ipſa nutritione & educatiõe:
igitur ad eoſdem bonorum commodũ
debet pertinere. Deinde filius, vna eademq;
perſona cum patre eſſe cẽſetur, l. fi. cum ſimilib.
C. de impube. & alijs ſubſtit. meritò igitur
bona liberorum parentibus debentur.

Præterea † hæreditas eſt honor. l. Iulianus. 12
26. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. l. ab eo. 9. C.
de fideicommiſſ. Ergo parentib. præ cæteris
omnib. attribuetur, præſertim cùm ad bona
liberorum ipſa ratio commiſerationis eos
vocet, l. fina. ff. de bonis dam. Neque addenda
eſt patri afflictio in eo, quòd bonis filij ſui
exuatur & ſpolietur, l. iure ſuccurſum. 8. ff. de
iure dot. cũ aliàs mœrore ipſo ſatis afficiatur.

Item † vnaquæque res reuerti debet ad ſuã 13
primæuam cauſam, l. ſi vnus. 28. §. pactus. in fi.
ff. de pact. l. placet. 78. ff. de acq. hæred. Igitur
mortuo filio, bona ad ipſum patrem reuertentur,
l. 2. ff. de caſtr. pecul.

Præterea † ceſſante cauſa ceſſat effectus, c. 14
cum ceſſante. extra, de appell. c. cùm infirmitas.
de pœnit. & remiſſ. c. poſt tranſlationem.
verſic. cæterum. extra, de renunciat. c. non debet.
extra, de cõſang. & affin. c. ſuggeſtum. extra,
de decim. c. vlt. extr. de vita & honeſt. cler.
l. in omni. 13. vbi Bartol. ff. de adoptio. l. licet.
35. §. ea obligatio. ff. de procuratoribus. l.
actione.

actione 67 §.item ſi ſocietatem.ff.pro ſocio. l.vlt.& ibi gloſſ. & Bartol.ff.de teſtam.tut.l.ſi duas.6 §.penul.ff.de excuſat.tutor. & l. ex facto.43.in prin.& ibi interpret.ff.de vulgari & pupillari.l.adigere.6 §.quamuis.ff.de iure patron l.qui cum hęrede.14.ff.de actio.& oblig. & l.adulter.19 §.vlt.& ibi glo. & interpret.ff. ad l.Iul.de adul.l.planè.14 ff.de operis libert. l.nec magiſtratib.32.ff.de iniurijs. & l.generaliter.43. vbi gloſſ. & omnes interp.C.de epiſco.& cler.Anth.ſi ſeruus.C.eod.& l.1.C.de hæret & l.vlt.C.de reſt.milit.& l.1.in prin.& ibi glo in verb. imaginem.C. de latina libertate tollend.l.vlt.C.de teſtam milit.§.illis autem.& ibi glo.Inſt.eo.& §.vlt.Inſt.de author. tutor. Sed fauor filiorum fuit cauſa auferendi à patre dominium ipſorum bonorum per filium acquiſitorum, l. cùm oportet.6.C.de bonis quæ liberis.Igitur liberis mortuis,& ſic ceſſante cauſa, bona ad patrem peruenire debent denuò.

15 Poſtremò † ſucceſſiones debent eſſe mutuæ & viciſſitudinariæ, l. nam hoc iure.4.ff. de vulg.& pupill.d.l.lege 12.Tab. Latè Corn. conſ.122.not.3.vol.3. Conſequitur:Quemadmodum liberi parentibus ſuccedunt, ita & hos viciſſim ad bona liberorum vocari.Quia autem filius & pater correlatiua ſunt, & correlatiuorum eſt eadem natura, l.fin.C.de indicta viduitate. l.fin.ff.de acceptilat. l.1.C.de eupreſſ.lib.11.

CAPVT II.

Hiſtoria veteris iuris in ſucceſsione aſcendentium.

SVMMARIA.

1 *Deſcendentium primus ordo Suorum, poſt conſanguineorum & tandem agnatorum eſt.& nu.3.*

2 *Conſanguinei qui ſint.*

4 *Filijfamilias iure veteri ſola caſtrenſia,& quaſi caſtrenſia poſſidebant.*

5 *Caſtrenſia filio inteſtato mortuo patri non vt hæreditas ſed tanquam peculium quæritur.*

6 *Pater quo modo iure veteri filij hæres fieret.*

7 *Fiduciam contrahere quid ſit.*

8 *Emancipationis & fiduciæ contrahendæ forma venditioni quàm pignori ſimilior.*

9 *Pater per emancipationem ex fiducia contracta ſit patronus filij.*

10 *Pater exemplo patroni habet contra teſtamentum filij bonorum poſſeſsionem.*

11 *Dominium maternorum ad filios pertinet, ſaluo tamen patri vſufructu.*

12 *Hæreditas inteſtati filij ad matrem lege 12.tab. non pertinet nec contra.*

13 *Matri quo iure cœperit competere, filij hæreditas legitima.*

14 *Senatuſconſultum Tertyllianum quo tempore factum.*

15 *Mater quibus caſibus à ſucceßione filij inteſtati repellebatur.*

16 *Auus manumiſſor in ſucceßione nepotis excludebat patrē, pater matrem.*

17 *Pater ſuccedit iure nouißimo filio vnà cum eius fratre, & ex fratre filijs.*

18 *Mater ſine omni diſtinctione ſuccedit hodiè liberis cum defuncti fratribus & eorum filijs.*

PRimus † ordo deſcendentium eſt, ex quo deſcendentium ordine, ex lege 12.Tabul. primò omnium vocati ſunt hi, qui iure ciuili Sui appellantur,§.1. Inſtit. de hæred.quę ab inteſt.defer.§.ſui. Inſt.de hæred.qualit.& differentia. 1

Secundus ordo ſuccedendi, ciuilis & legitimus ex l.12.Tab.fuit cōſanguineorum. Poſt ſuos ſtatim conſanguinei vocantur, ait Vlp. in l.1.§.poſt ſuos.ff.de ſuis & leg.hæred. Conſanguineos † autem Caſſius definit, eos qui 2 ſanguine inter ſe connexi ſunt.Et eſt verum, eos eſſe conſanguineos, etiamſi ſui hæredes non extiterunt patri: vtputà exhæredatos. Sed etſi pater eorum deportatus fuerit, nihilominùs eos eſſe inter ſe conſanguineos, licèt patris ſui hæredes non extitiſſent.Et qui nunquàm in poteſtate fuerint, erunt ſibi conſanguinei: vtpote qui poſt captiuitatem patris naſcuntur,vel poſt mortem. Non ſolùm autem naturales, verùm etiam adoptiui quoque,iura conſanguinitatis habebunt cum his qui ſunt in familia,vel in vtero,vel poſt mortem patris nati. Et deinde in libr.13. ad Sabinum: Poſt conſanguineos admittuntur agnati, ſi conſanguinei ſunt. Et clarius in Epitome: Inteſtatorum ingenuorum hæreditates pertinent primùm ad ſuos hæredes, id eſt liberos qui in poteſtate ſunt, cæteroſque qui in liberorum loco ſunt: ſi ſui hæredes non ſunt,ad conſanguineos,id eſt,fratres & ſorores ex eodem patre:ſi nec hi ſunt, ad reliquos agnatos proximos, id eſt, cognatos virilis ſexus per mares deſcendentes eiuſdem familiæ. Id enim cautum eſt lege 12.Tab. Si inteſtatus moritur,cui nec ſuus hæres extabit, agnatus proximus familiam habeto. in titu. de legitimis hæredibus. Idemque tradit Iulius Paulus in l. ſi quis poſthumos. 9 §. penult.ff. de libe.& poſthum. & in l. pronunciatio.195. ff.de verb.ſign.

Tertius † igitur ordo eſt agnatorum, atteſtante Vlpiano,& Paulo:in quo ordine pater proximos agnatos excludebat. Etſi verò duo præcipuè ſunt ordines legitimorum hæredū ex lege 12.Tab. ſuorum nempè, & agnatorū: conſanguinei tamen non tanquàm ſucceſſionis ordine, ſed gradu, ſub generali agnatorum appellatione comprehendūtur: quod ex titu. de legitima agnatorum ſucceſſione, & alijs locis facilè colligitur. Præcipuè cùm Prætor,qui leges 12.Tabul. maximè ſequutus eſt,primum gradum liberorum, ſecūdum legitimorum, tertium cognatorum cōſtituat, l.1.ff.ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt. ait Vlp. Sed ſucceſſionem ab inteſtato in plures 3

partes

partes diuiſit. facit enim gradus varios: primum liberorum, ſecundũ legitimorum, tertium cognatorum, deinde viri & vxoris.

4 Veteri † itaque iure, vſque ad Conſtantini Imperatoris conſtitutionem (quę promulgata eſt anno ab vrbe cõdita 1068. & anno Chriſti 317.) filijfamiliâs nihil proprij habuerunt præter caſtrenſia, & quaſi, vt ex d. conſtitutione Imperatoris apertè conſtat: niſi fortè pauca quędam ex dotatione, & maritali occaſione, l. Pomponius Philadelphus. 35. ff. fam. erc.

5 Cæterùm † filiofamilias inteſtato mortuo bona caſtrenſia nõ quaſi hæreditas, ſed quaſi peculium patri deferebantur. Neq; etiam ab inteſtato hæredem habere poterat, ſed tantũ ex teſtamento. Cùm itaq; nihil proprij filiusfamilias habuerit præter caſtrenſia & quaſi, veteri iure nulla poterat eſſe ſucceſſio inter patrem & filium: quia omne quod filius acquirebat, exceptis caſtrenſibus, & quaſi, ante Conſtantinum, patris erat, l. 78. ff. de acq. hær. Quod igitur ſemel patris fuit, ampliùs eius fieri non potuit vulgatis iurib. l. cùm res. 4. l. ſi mater. 10. C. de contrah. empt l. & an eadẽ. 14. §. actiones. ff. de exceptione rei iudicatæ. §. ſed etſi rem. Inſt. de legat. & §. ſic itaque diſcretis. Inſt. de actionib.

6 Vnus † verò caſus in veteri iure reperiebatur quo olim locus patri fiebat: nẽpè cùm defunctus à patre ſuo, vel ab auo, vel generaliter à parente manumiſſus fuerat: vt rectè admonet Contius. Qui etiam exiſtimat, locum habuiſſe in filiæ & neptis ex filio hæreditate: quamuis aliter filia & nepotes, aliter filij manumitterentur. Filij enim non niſi trina venditione imaginaria, & quarta remancipatione, manumiſſioneque præcedente manumittebantur. Cæteræ perſonæ vna mancipatione, manumiſſioneque, ſui iuris fieri poterant: ſed vt à patre manumitterẽtur, à patre quoq; fiduciario ſecunda remancipatio loco manumiſſionis expectanda erat. Vtroq; autẽ caſu, tam in filijs quàm in filiabus, pater naturalis fiduciã cõtrahere debuit cum extraneo manumiſſore, qui ad imaginarias iſtas venditiones adhibebatur, vt cùm ad eam mancipationem, hoc eſt venditionem ventum eſſet, poſtquàm perſona ita mãcipata manumitti poſſet ab extraneo illo emptore, & ſui iuris fieri, remanciparet idẽ extraneus emptor patri naturali: hoc eſt, reuenderet ei filium, vel filiam iam emptã, vt eam pater naturalis manumitteret, nõ autem extraneus emptor: atq; idẽ eſſet & pater & manumiſſor, & quaſi patronus filij ſui. Ex quo fiduciæ contractu extraneus ille emptor, pater fiduciarius appellabatur.

7 Parentum † itaque ſucceſſioni, ſi fiduciam contraxiſſent, in hoc gradu & ordine locus erat. Fiduciam autẽ contrahere (vt idem Contius rectè admonet, & ante eũ tradidit Franc. Duaren in l. in actionib. in rem. 5. verb. & in bonæ fidei iudicijs. ff. de in litem iurando). eſt, interponere contractũ, qui apud veteres erat in maximo vſu, & inter bonæ fidei iudicia locum vel principem tenebat: in cuius iudicio adijci ſolebat. Inter bonos benè agier oportet, & ſine fraudatione. Hunc contractum fiduciæ Seuerinus Boetius in Topic. definit: Fiduciam accepit, inquit, cuicunque res aliqua mancipatur, vt eam mancipanti remancipet: veluti, ſi quis tempus dubium timens, amico potentiori fundũ mãcipet, vt ſi tempus quod ſuſpectum eſt prætererit, reddat: hæc mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco quòd reſtituendi fides interponitur.

Hic † igitur cõtractus venditioni ſimilior fuit quàm pignori, quod voluit Budæus, quẽ Contius reprehẽdit, & meo quidem iudicio rectè. Nam pater naturalis filiũ ſuum, quem in poteſtate & dominio Quiritario habebat, vt ait Vlpia. in l. 1. ff. de rei vend. mancipabat extraneo & fiduciario patri, hac lege & conditione, vt eum poſteà eidem remanciparet. Itaque aliquo tempore aut momento, dominium filij penes patrem fiduciarium erat. Sed quemadmodum trinæ illę venditiones erant imaginariæ: ita & fiducia quæ tum interponebatur, imaginaria. Fiducia ergo hoc modo cõtracta, remãcipabatur filius patri naturali, & ab eodem manumittebatur, & incipiebat eius quaſi libertus eſſe. 8

Pater † itaque qui fiduciam contraxerat, & filium manumiſerat, in ea erat cauſa, vt eadẽ iura in ſucceſſione ab inteſtato cõſequeretur, quæ patronus in bonis liberti conſequendis: hoc eſt, cõtractus is fiduciæ exæquabat patrẽ, qui manumiſerat filium patrono & filium liberto. Quemadmodum igitur legitima dicebatur hæreditas deferri patronis ex verbis & mente legis 12. Tab. ſic legitima quoq; patris manumiſſoris hęreditas, ex ſentẽtia eiuſdem legis dici poterat: haud ſecùs atq; legitima parentium tutela dicebatur, cùm ſcilicet filium pater manumiſerat, aut auus nepotem, l. 3. & 4. ff. de legitimis tutorib. 9

Similiter † ex cauſa teſtati, bonorum poſſeſſionem contra tab. habebat ad exemplum patroni. de qua bonorum poſſeſſione extat titulus 12. lib. 37. Pandect. ait Vlpian. Emancipatus à parente in ea cauſa eſt, vt in contra tabulas bonorum poſſeſſionem liberti patiatur exitum: quod æquiſſimum Prętori viſum eſt, quia à parente habuit beneficium bonorum quærendorum: quippe ſi filiusfamilias eſſet, quodcunque ſibi acquireret, eius emolumentum patri quæreret. Et ideo itum eſt in hoc, vt parens exemplo patroni ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem admittatur. 10

Deinde † filij propria quædã bona habere 11

cœpe.

cœperunt ex beneficio ac indulgentia Con-
ſtantini. Conſtātinus enim omnium primus
maternorū bonorum vſumfructum voluit
habere patrem in diem vitę, dominio eorum
bonorum ad liberos pertinente, l.1.C.de bo-
nis maternis. Quam Conſtantini conſtitu-
tionem reliqui ſequuti ſunt Imperarores, l.2.
& toto titulo.C.de bonis maternis & nouiſ-
ſimè Iuſtinianus in l.11.C. communia de ſuc-
ceſſionibus. Sancimus, inquit Iuſtinianus,
quemadmodum de his rebus quæ liberis in
ſacris cōſtitutis, ex occaſione maritali acqui-
ſitæ ſint, certus deſtinatus eſt ordo: vt ſi quis
ab his ex hac luce fuerit ſubtractus, pars eius
quam lucratus fuerat, ad liberos eius vel ne-
potes concedatur. Quibus non extantibus, ad
fratres ſuos ex eodem matrimonio progeni-
tos: vel, ſi etiam non ſuperſint, ad fratres ex a-
lijs nuptijs procreatos. Cumq́; nemo eorum
fuerit relictus, tunc ad patrem perueniat. Ita
& de his quę materna linea, per quamcunque
occaſionem, vel inter viuos vel per vltimas
diſpoſitiones, vel ab inteſtato deſcendunt,
ſimilis ordo ſeruetur: Primò, in filij vel filiæ
ſucceſſionem poſteritate eius vocanda: eaq́;
non inuenta, fraterno conſortio eiuſdem,
vel alieni matrimonij, ſecundùm prædictum
ordinem arceſſito: tunc ad vltimum locum
pater à legibus conclametur, & ſui filij nō gra
tam hæreditatem relictam ſed triſte luctum
ſibi lugeat acquiſitum. In omnibus videlicet
caſibus, in ſuperſtite ſobole liberorum, & fra
tribus adhuc viuentibus qui ad hæreditatem
defuncti patrem antecedūt vſufructu rerum,
quarum dominium ad eos peruenit, apud pa
rentes remanſuro. Et hæc erat ſucceſſionis
cauſa in patre.

Nunc videndum eſt de matre, an & hæc
iuris aliquid habuerit in hæreditate libero-
rum, & in qua ſucceſſionis cauſa hæc olim
fuerit.

12 Primò † itaque lege 12. Tabul. inteſtati filij
hæreditas ad matrem non pertinebat, §.1. In-
ſtit. de S C. Tertylliano. Vlpian. ad titu. 26. in
fine. Ita enim lex 12. Tab. præponebat maſcu-
lorum progeniem, & eos qui per fœminini
ſexus neceſſitudinem ſibi iunguntur, adeò ex-
pellebat, vt ne quidem inter matrem & fili-
um, filiamve vltrò citroque hæreditatis ca-
piendæ ius daret. Succedebant igitur hoc ca-
ſu matri vel agnati ipſius: aut maritus ſuus il-
13 li hæres erat, ſi in eius manu eſſet. Deinde †
Claudius primus omnium matri, ad ſolatiū
liberorum in acie amiſſorum, legitimam eo-
rum detulit hæreditatem, vt author eſt Sue-
ton. idque circa annum Chriſti 25.

14 Poſteà † Senatuſcōſulto Tertylliano (quod
factum eſt D. Antonini temporibus, Tertul-
lo ſacerdote cōſule, circa annum Chriſti 159.
non D. Hadriani tēporibus, vt Trebonianus
falſò exiſtimat, niſi Annales conſulum erra-
re dicamus) eo inquam S.C. Tertylliano con-
ſtitutum eſt, vt mater ingenua trium libero-
rum ius habens, libertina quatuor, legitima
hæres fieret, § & primus quidem. Inſti. eod. &
Vlpia. in frag. tit. 26. in fi. ſiue ex iuſto ſint pro-
creati matrimonio, ſiue vulgò quæſiti, l.2. in
prin. ff. ad S.C. Tertyl.

Ad † hanc verò ſucceſſionem non ſemper 15
admittebatur mater, ſed quibuſdam caſibus
excludebatur. Primò enim liberi, eius filij, ad
cuius ſucceſſionem mater contendebat, ei
obſtabāt, l.2. §. liberi defuncti ſui quidem ob-
ſtabunt matri eius tam virilis ſexus quàm fœ-
minini, tam naturales quàm adoptiui, ma-
tremque excludent. ff. ad S.C. Tertyllian. Se-
cundò, obijciebatur matri pater naturalis in
vtriuſque bonis, tam filij quàm filiæ, ſiue hæ-
res filio vt manumiſſor ex ſententia legis 12.
Tabularum eſſet, ſiue bonorum poſſeſſor exi-
ſtebat. idque ſiue manumiſſor per bonorum
poſſeſſionem contra tabul. vel ſiue vt non
manumiſſor, per bonorum poſſeſſionem,
vnde decem perſonæ, l. ſi ad patrem. 10 ff. de
ſuis & legitimis hæred. l. 2 §. obijcitur. ff. ad
Senatuſconſultnm Tertyll. Sed neque auus,
neque proauus, in Tertylliano matri noce-
bant, quamuis fiduciam contraxiſſent. Pater
autem tantùm naturalis, non etiā adoptiuus
matri nocebat, d.§ obijcitur.

Tertiò, Auus † manumiſſor, qui alioquin 16
matrem nō excludebat, vno tamen caſu ma-
tri obſtabat: nempè ſi ex filio nepotem auus
manumiſerat, isq́ue patre & auo & matre ſu-
perſtitibus deceſſerat, auo ius ſuum cōſerua-
batur, qui & contra ſcriptos hæredes bono-
rum poſſeſſionem accipere ſolebat, l. æquiſſi-
mum. 5. ff. ad Senatuſconſultum Tertyllian:
Ratio eſt: Quia tandem hæreditas requietu-
ra erat, & reciſura ad auum. Ex lege enim 12.
Tabularum expectandus fuit primùm ma-
numiſſor: deinde ex edicto Pretoris Vnde de-
cem perſonæ, pater: tertio loco ex S.C. Ter-
tylliano, mater. Auo igitur excluſo, patri fie-
bat locus. Quo admiſſo, deſinebat locus eſ-
ſe Senatuſconſulto, & rurſus auus vocabatur.
Vt igitur infinitas euiteretur, ab initio auo ius
ſuum conſeruabatur. Vide de hoc reſponſo
Alciatum in Paradox. Quartò: Anteponeba-
tur matri frater cōſanguineus tam filij quàm
filiæ: ſoror autem conſanguinea pariter cum
matre admittebatur, d.l.2.§ ſi ſit conſangui-
nea & §. frater autem. Inſt eo. Poſtremò, con
ſtitutione principum matres in aliquibus ad-
iuuabātur, in aliquib. aggrauabātur. In quibuſ
dā enim caſib. tertia eius pars ſubducebatur,
quæ certis & legitimis attribuebatur pſonis,
de quibus in l.5. & in l. ſi defunctus. 9 C de ſuis
& legitimis liberis, in Codice Theodoſiano.

Iuſtinianus † igitur hanc veterem ſucceſ- 17
ſionis

defunctus fratrês ſororesve habet, pariter ſuccedunt. Auth. defuncto. C. ad S.C. Tertyl De. functo ſine liberis filio, parentes ſi ſoli ſunt, ſuccedunt, ſalua gradus ſui prerogatiua: ſi pari gradu ſunt, pariter ſuccedunt, paternis quidem dimidia, maternis verò alia dimidia delata, licèt ſit diſpar eorum numerus. Verba Iuſtiniani hac de re ſunt ſub Authen. de hæred. ab inteſt. ven vel vt Græca verba ſonant, ex conſtit. 118. quæ iura agnationis & cognationis tollit.

Εἰ τοίνυν ὁ τελευτήσας κατιόντας μὲν μὴ καταλίποι κληρονόμους, πατὴρ δὲ ἢ μήτηρ, ἢ ἄλλοι γονεῖς αὐτῷ ἐπιζήσωσι, πάντων τῶν ἐκ πλαγίου συγγενῶν τούτους προτιμᾶσθαι θεσπίζομεν, ἐξῃρημένων μόνων ἀδελφῶν καὶ ἀδελφιδῶν τῶν ἐξ ἑκατέρου γονέως συναπτομένων τῷ τελευτῶντι, ὡς διὰ τῶν ἑξῆς δηλωθήσεται. Si igitur cùm defunctus deſcendentes hæredes non relinquat, pater ipſi aut mater, aut alij parentes ſuperuixerint: omnibus hoſce ex tranſuerſo cognatis præferri ſancimus, exceptis ſolummodò ex vtroque parente defuncto, coniunctis fratribus fratrumque filijs, vt per ſequentia declarabitur.

2 Ratio † enim commiſerationis parentes ad liberorum bona vocat, l. fina ff. de bonis damnat. Neque refert hoc caſu, liberi fuerint in poteſtate, nec ne. §. 1. §. nulla. Authen. de hæredib. ab inteſta. venien. Sublata enim prorſus & antiquata eſt omnis veteris iuris differētia. Qua de re verba Iuſtiniani ſic ſonāt: Οὐδεμίαν δὲ βουλόμεθα εἶναι διαφορὰν, ἐν οἵᾳ δήποτε διαδοχῇ ἢ κληρονομίᾳ, μεταξὺ τῶν πρὸς τὴν κληρονομίαν καλουμένων ἀρρένων ἢ θηλειῶν, οὓς πρὸς τὴν κληρονομίαν κοινῶς ὡρίσαμεν καλεῖσθαι, εἴτε δι' ἄρρενος, εἴτε διὰ θήλεος προσώπου συνάπτονται τῷ τελευτήσαντι, ἀλλ' ἐπὶ πασῶν τῶν διαδοχῶν τὴν τῶν ἀγνατῶν τε καὶ κογνάτων διαφορὰν ἀργεῖν κελεύομεν, εἴτε διὰ θήλεος προσώπου, εἴτε διὰ χειραφεσίας, εἴτε δι' ἕτερον οἷον δήποτε τρόπον τοῖς προτέροις ἐξητάζετο νόμοις, καὶ πάντας δίχα τινὸς διαφορᾶς τοιαύτης κατὰ τὸν τῆς ἰδίας συγγενείας βαθμὸν εἰς τὴν ἐξ ἀδιαθέτου τῶν συγγενῶν διαδοχὴν ἐλθεῖν κελεύομεν. Nullam verò differentiam eſſe volumus in quacunque ſucceſſione aut hæreditate inter mares aut fœminas, qui ad hæreditatem vocantur, quos communiter & ex æquo ad hæreditatem vocari definiuimus, ſiue per maſculinam, ſiue per fœmininam perſonam defuncto coniungantur. Quin in omnibus ſucceſſionibus adgnatorum pariter & cognatorum differentiam aboleri iubemus, ſiue per cauſam fœmineæ perſonæ, ſiue per cauſam emancipationis, ſiue alio quocunque modo prioribus tractatum eſt legib, & omnes abſque aliqua huiuſmodi differentia, ſecundùm cognationis ſuę gradum, ad cognatorum ab inteſtato ſucceſ-
5 ſionem venire iubemus: parēium † autem appellatio etiam fœminas complectitur, l. matres. 3 l. mater. 5. C. ad S.C. Tert. conſ. 133. not. t. & ſeq. vol. 2. cum ſimilib.

II. CONCLVSIO.

Primum † itaque pater & mater, ſi filius ſine liberis & fratribus ac ſororibus deceſſerit, æqualiter ſuccedunt. §. conſequens. Auth. de hæred. ab inteſt. venientib. 4

III. CONCLVSIO.

Parentes † diuerſæ lineæ, hoc eſt, ex paterna & materna linea pares in gradu, licèt diſpari ſint numero, non in capita, ſed in ſtirpes ſuccedunt. hoc eſt, vnus ex vna linea tantùm capit, quantum duo ex altera. Si igitur defunctus ſine liberis & fratribus aut ſororibus reliquerit auum paternum, & auum auiamve maternos: auus paternus ſolus tantùm conſequetur ex hæreditate filij, quantum auus auiave materni hoc eſt, vt Iuſtinianus ait: hæreditas diuidetur inter eos ex ęquo, vt medietatem quidem accipiat à patre aſcendēs, auus nempè: medietatem verò reliquam, à matre aſcendentes, auus nempè & auia. Authen. de hæred ab inteſta. venient. vbi Iuſtiniani verba ſunt: Εἰ δὲ τὸν αὐτὸν ἔχουσι βαθμὸν, ἐξ ἴσου εἰς αὐτοὺς ἡ κληρονομία διαμερισθήσεται, ὥστε τὸ ἥμισυ λαμβάνειν πάντας τοὺς πρὸς πατρὸς ἀνιόντας, ὅσοι δήποτε ἂν εἶεν: τὸ δὲ ὑπόλοιπον ἥμισυ τοὺς πρὸς μητρὸς ἀνιόντας, ὅσους δήποτε ἂν αὐτοὺς εὑρεθῆναι συμβαίη. 5

Haloandri verſio.

Si eundem gradum omnes tenebunt, hæreditas inter ipſos æquis portionibus diuidetur, vt ſemiſſem quidem omnes paterni generis aſcendentes capiant, quotcunque tandem ſint: reliquum verò ſemiſſem aſcendentes materni generis, quotcunque tandem eos inueniri contigerit.

Communis verſio.

Si autem eundem habēt gradum, ex æquo inter eos hereditas diuidatur: vt medietatem quidem accipiant omnes à patre aſcendētes, quanticunque fuerint: medietatem verò reliquam à matre aſcendentes, quantoſcunque eos inueniri contigerit.

IIII. CONCLVSIO.

Quoties † parentes paterni & materni pares gradu concurrunt, tum fit diſtinctio bonorum: hoc eſt, parentes paterni in bonis quæ à patre prouenerunt & profecta ſunt, ſuccedunt. ad bona verò materna, quæ ex matre filio obtigerunt, parentes materni vocantur. Defuncto igitur relinquēte auum paternum, auiamque maternam, auus paternus in bona paterna ſolus ſuccedet, auia verò ad materna ſolummodò bona vocabitur. In omnibus autem alijs bonis aliunde quæſitis, æqualiter ſuccedent. Concluſio hæc ſolius Bartoli authoritate nititur: qui primus eam vt ipſe putauit, æquitate quadam motus, effinxit 6

& excogitauit. in l. poſt dotem. 14.ff.ſoluto matrimonio. In Auth. itaque.C. communia de ſucceſſ.& in l.quod ſcitis.3.C.de bonis quę liberis. Bartolum plurimi magnæ anthoritatis & nominis viri ibidem ſequuntur: præ cęteris, Caſtrenſis eam ratione & authoritate inniti exiſtimat, in Authen. poſt fratres.C.de leg hæred.Mattheſ.in ſuo tract.de ſucceſſionib.in 2.art.principali,not.7. & in addition. ibidem. Bologn.nume.8. Nicol.de Vbald.in 2.parte,num.4. Chaſſan.in conſuet. Burgundiæ.in rub.Des ſucceſſions.Angel.Areti.in §. præferuntur.Ludou.Roma.conſi.40. Hanc concluſionem Bartolus ipſe & alij probare conantur reſcripto Theodoſij ſub l.quod ſcitis.3.C.de bon. quæ liberis. vbi Theodoſius reſcripſit Florentino præfecto prætorio in hæc verba: Sin autem idem nepos, ſuperſtitibus tam patre quàm auo paterno, diem ſuum ſine liberis obierit: eorum dominium, quę ad ipſum ex matre, vel ab eius linea peruenerint, non ad auum, ſed àd patrem eius perueniat, vſufructu videlicet in huiuſmodi caſibus auo, dum ſupererit, reſeruando. Ex quo reſcripto Bartolus colligit, auum paternum in lucris nuptialibus retinere vſumfructum; maternum verò auum in proprietate bonorum à ſedatorum ſuccedere. Et ſic in bonis quæſitis à matre, auum maternum pręferri & anteponi paterno exiſtimat. Secundò, Similis extat conſtitutio Inſtiniani in l. de emancipatis.13.C.de leg. hæred. in qua conſtituit.

7 Si † emācipati liberi ſine filijs deceſſerint, ſuperſtite patre & fratre ac ſororibus, huiuſmodi emancipati hæreditas iure dominij ad fratres & forores in totum vt perueniat: vſusfructus patri, ſiue priorem thorum ſeruauerit, ſiue ad ſecundas tranſierit nuptias, acquiratur. Exceptis rebus maternis: in illis enim fratres vterini, emancipato ſolùm ſuccedūt. Ex qua conſtitutione generalis regula colligitur: Quotieſcunque quis vita ſungitur, ſuperſtite fratre vterino tantùm, vel fratre conſanguineo, tunc in bonis maternis vterini, in paternis conſanguinei fratres ſuccedunt. Idem igitur in aſcendentibus dicendū eſt, ꝙ in tranſuerſalib. iuris eſt: præſertim cū aſcendētes in ea cauſa ſint, vt trāſuerſales excludāt. Si itaque hoc in vlterioribus ſtatuitur, magis in priorib, & dignioribus obſeruari debet.

8 III. Adducit † aliam conſtitutionē Theodoſij Ludouicus Romanus in d.conſil.40. quæ conſtitutio continetur ſub l. 4.C. de ſec. nupt. vbi ſimiliter Honorius & Theodoſius Marino præfecto prætorio reſcripſerunt: matre ex bino matrimonio liberos habente, & mortua, quòd liberi qui ex ſecūdo matrimonio ſuſcepti ſunt ſponſalitiā largitatem, quā vir ſecundus in vxorem contulit, pro ſoliditate poſſideant: ex priore verò matrimonio ſuſcepti liberi, nihil inde vtilitatis habeant: hoc eſt, vt ex quolibet coniugio liberi ſponſalitiam largitatem à ſuo patre in matrē collatam, ſibi vindicent: & in ea conſequenda, alios liberos ex alio patre natos excludant. pari itaque ratione dicendum idem erit in ſucceſſione parentum, nempè vt paterni parentes in ea ſolummodò ſucceſſionis cauſa ſint, vt bona quæ ad defunctum ex patre profecta ſunt, conſequātur, ad materna verò bona parentes materni vocentur & admittantur.

IIII. Adduci † poteſt. §.igitur liberi. Inſt. per quas perſonas. Olim quidquid filius acquirebat, patri id cedebat pleno iure, quoad proprietatem & vſumfructum, l.placet.78.ff. de acquir.hæred. Iuſtinianus tamen ſanciuit, vt ſi quid ex re patris ei obueniat, hoc totum patri adquiratur. Quod ex alia verò cauſa filiusfamiliàs acquiſiuit, eius vſumfructum ſolummodò vt pater habeat, dominium autem & proprietas apud filium remaneat, d.§.igitur lib. Inſtit. per quas perſonas. Cùm igitur Iuſtinianus ipſe diſtinctione bonorū vtatur, meritò quoque retineri eadem debet. 9

Poſtremò: † Cùm in iure hac de re textus expreſſè conceptus non ſit, ſufficit pro lege allegare authoritatem interpretum. A communi enim opinione recedendum non eſt, l.1. verb. ſanè crebrior apud veteres opinio eſt, ff.de offi.quæſt.l.ſi idem cum eodem. ibi, Sabino Caſſio & Proculo placuit.ff.de iuriſdict.omnium iud. Inde Bald. & Caſtrenſ.dicunt, in l vlt. C.de inſtit.& ſubſti. quos refert Iaſ.in l.ſciendum.15.§ vlt in 2.col.ff.qui ſatiſdare cogantur: quod iudicaturus non debet à communi opinione recedere & Bald.in l.1. in vltim notab.ff de ſenat. Per illum textum ait, quòd propter ſingulares & peregrinas opiniones doctorum non ſit à communi opinione recedendum. Et Alex. conſ.95.incip.viſis proceſſib.col.3.li.2.dicit præſumi pimperitiā illum iudicare, qui relicta communi ſententia ſingulares opiniones doctorum amplectatur. Citat Alexandrum Iaſ. in l.2.in 3.colum.ff de iureiurādo. Et Ioan.Fab.ait in proœmio, Inſtitu.in 3.colum. quòd in dubio debeamus ſequi opiniones communes, vt facit. I.C. in l.ſcire oportet. 15.§. aliud autem.ff.de excuſationibus tutorum. & ſummus Pontifex in Clem. vnica, de ſumma trinitate & fide catholica. Sequitur Alex.conſil.134.incip. præuiſo themate. in fin.libr.1. & conſ.138.incip. opportunè conſideratis. per totum, eodem lib.1.& in conſil.22.incip. viſo proceſſu. circa fin.lib.2. Felin.in c.1.colum.penul.verſ. nonò fallit.de conſtitutio. Philipp.Dec in l. illam.19.not.7.C.de collatio. Andr.Sicul.in conſil.1.col.9.conſil.2.colum.6.conſil.11.colum.12.conſil.20.& conſil.64.lib.1.conſil.23. col.7.lib.2.conſil.1.col.9.lib.4. Plurimorum autho- 10

authoritates adducens Claudius de Sayſello
in l.vt vim.3.in fin.ff.de iuſtitia & iure. And.
Tyraq.in §.9.nu.52.in tract. de retractu.per c.
1.e.ne innitaris, extra,de conſtitutionib.c.ita
dominus.19.diſtinctio. & l. teſtamenta om-
nia.18.C.de teſtam. Vide doctiſſimum tracta
tum Antonij Maria. de communi vtriuſque
Iuris Doctorum opinione.

11 Bartoli † verò authoritas inter omnes iu-
ris noſtri Interpretes maxima eſt: auriga e-
nim & moderator iuris dicitur, & inter Iure-
conſ. longè primus eſt, referente Alciato in l.
quidam ignauiæ.26.C.de decurionib. libr.10.
& C.de veſtib.oloberis libr.11. Et latè perſe-
quitur laudes Bartol. Curt.conſ.56.colum.4.
& incertus quidam author, in tractatu de cri-
mine læſæ maieſtatis, quęſt.1.num.16.& Tyn-
darus in tract.de teſtib.cap.1.Et tanta quidem
Bartoli eſt authoritas, vt ſi Accurſij opinio-
ne iuuetur, communis dicatur ſentētia, & ab
ea non recedatur. Iaſ.& Claudius de Sayſello
in l.vt vim.ff.de iuſt.& iure. Eius itaque opi-
nio, quam multis locis repetiuit, cęteris ante-
ferenda eſt, & anteponenda.

Bartoli opinio reiecta.

12 Neglecta † autem, repudiataque hac Bar-
toli opinione, Bald. in Authen. defuncto.C.
ad S.C.Tertyll. veterum interpretum Cyni,
Dini & Alberici Roſari opinionē tutatus eſt.
quam veterum opinionē ſequutus eſt Raph.
Fulgoſ.conſi.122.Conſtanter hi omnes adſe-
runt, patrem & matrem, & cæteros maiores,
diuerſæ lineæ, pares in gradu, ęqualiter in om
nia bona ſuccedere: ſiue hæc bona à patre, ſi-
ue à matre ad filium peruenerunt, neque ali-
quam prorſus faciendam eſſe bonorum di-
ſtinctionem. Cui quidem opinioni non diffi-
culter adhæreo.

Primò quidem propter apertam expreſ-
ſamque hac de re Iuſtiniani ſententiam: Si
autem plurimi aſcendentium viuunt, inquit
Iuſtinianus, hos præponi iubemus, qui proxi-
mi gradu reperiuntur, maſculos & fœminas,
ſiue paterni ſiue materni ſint: ſi autem eun-
dem habent gradum ex æquo inter eos hære-
ditas diuidatur, vt medietatem quidem acci-
piant omnes à patre aſcendentes, quanticun-
que fuerint: medietatē verò reliquam, à ma-
tre aſcendentes, quantoſcunque eos inueniri
contigerit, d.Auth.de hæredib.ab inteſta.ve-
nient. Apertè manifeſteque Iuſtinianus ſan-
ciuit, hæreditatem filij, vel alterius deſcēden-
tis ſine liberis defuncti, ad parentes aut aſcen-
dentes in gradu pares pertinere. Hæreditas
verò complectitur omne ius, quod defunctus
habuit, l.hæreditas.63.ff.de regul.Iuris, l.nihil
aliud.24.ff.de verbo.ſignific. Cùm itaque lex
hæreditatem ex æquo diuidi iubeat, aliter in-
telligi non poteſt, niſi reſpectu omnium bo-
norum vndecunque quæſitorum. Nam † in- 13
definita à lege prolata, vniuerſali ęquipollet,
l.ſi ita relictum.44.l.ſi pluribus.45.ff.de leg.2.
l.ſi neceſſarias.8.§.ſi annua.ff. de pignoratitia
actione. Declarat Pariſius conſil.53.nume.22.
lib.2.

II. Ex eo conſequitur cùm ad legis præ-
ſcriptum alligati ſimus, & aſtricti, quòd vltrà
legis præſcriptum nihil fingere, nec excogi-
tare debeamus. Cùm itaque Iuſtinian.in hac
parentum, qui pari gradu ſunt, ſucceſſione
nullam differentiam, nullumque diſcrimen
bonorum aduentitiorum, & caſtrēſium pro-
poſuerit, vt ex præcedentibus patet (nam &
vocabulo hæreditatis vtitur, & indefinitè lo-
quitur) meritò omnis illa efficta bonorum
differentia reijcienda erit, & repudianda. Ge-
neraliter itaque & indiſtinctè loquens lex,
generaliter & indiſtinctè accipi debet, etiam-
ſi maior ſit ratio in vno caſu quàm in alio, l.
1.§.quod autem.ff.de aleatoribus.

Sicut † enim genus complectitur omnes 14
ſpecies, ita ratio generalis omnes caſus: quē-
admodum tradit Bald. in l.de quibus.31.ff.de
legib. Dec.in l.nemo.11.nu.5.C.qui teſtamen-
ta facere poſſunt. & in l. vnica. nume.9.C.de
ſententijs quæ pro eo quod intereſt proferun
tur.& conſil.227.nume.8. Aymon Crauetta
conſ.183.nu.3 & conſ.227.col.2. Et vbi lex nō
diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l.de
precio.10.ff.de publicia.actio.

III. Neque etiam veriſimile aut conſen-
taneum eſt, Iuſtinianum, qui totam ſucceſſio
num materiam varijs labyrinthis intricatam
explicare, & perſpicuè accurateq; tradere co-
natus eſt, hanc ipſam differentiam ſilentio
præteriturum, & neglecturum fuiſſe: argum.
text.in l.vnica.§.ſin autem. in fi.C.de cad.tol
lend. Quod † igitur lex ipſa non dicit, nec no 15
bis præſumere licet.§.cùm igitur. verb.nulla
eſt lex tale aliquid dicens. Auth de non eli-
gendo ſecundo nubētes mulieres. & l.illam.
19.C.de collationib.

16 IIII. Bona † ſemel quæſita, vndecunque
prouenerunt, cum alijs cōſolidantur, vnum-
que patrimonium eſſe incipiunt, l.ſed ſi plu-
res.10.§.filio.ff.de vulga. & pupill.l.fina.ff.de
Inofficioſo teſtamento. Interpretes in l.filius
qui patri.12. ff.de vulgari & pupillari. ac eo
mortuo, hæreditatis nomen adipiſcuntur, d.
l.hæreditas.63.d.l.nihil aliud.24. Hinc naſ-
citur petitio hæreditatis, quæ eſt actio vniuer
ſalis, & non dicitur petitio bonorum.ff.& C.
de petitione hæreditatis, in qua actione, bo-
na quæ petuntur, non deducuntur principa-
liter, ſed veniunt officio iudicis mercenario:
petitur enim ipſa hæreditas, hoc eſt, actor pe-
tit ſe declarari hæredem, l.4.ff. de petitione
hæred. Hæreditas autem inter parentes, pa-
res gradu ex æquo diuiditur, d.§.ſi autem. nō

debet itaque diuerſo iure cenſeri, arg.l.eum qui ædes.23 ff.de vſucap.

17 V. In † tranſlatione vel delatione hæreditatis, non conſideratur origo cauſaque acquiſitionis, ſed ſola perſona acquirentis. Bar. in l.fi.in fi.primæ quæſtionis.ff.ad S.C.Tert. vbi inquit, quòd adita hæreditate per filium mortuo patre, non eſt ampliùs tractandum
18 de hæreditate patris: & ideo filia dotata, quæ vi ſtatuti, vel conſuetudinis ab hæreditate aliàs excluditur, non prohibetur ſuccedere fratri, qui bona paterna acquiſiuit. Idem reſpondit Ang.conſ.52.incip. domin.Gilius. in col. fi.& Rom.cõſ.168.inc. circa primum vbi ait: licèt bona paterna quibus filia renunciauit, perueniãt ad fratrem, qui hæreditatem patris adiuit: tamen non dicuntur ampliùs patris bona, ſed ipſius acquirentis: aditione enim bona paterna filij patrimonium eſſe cœperunt. & ideo communi opinione traditum eſt, quòd filia quæ renunciauit bonis paternis & maternis, ſub iuriſiurandi religione, non prohibeatur fratre mortuo, à quo adita fuerunt, illa petere. non enim ampliùs paterna, nec materna dici poſſunt bona: ſed appellationem bonorum fratris induerunt & ſortita ſunt. Interpretes in l.1.§. veteres.ff.de acquir.poſſeſſ. quia bona, ipſa mutatione perſonæ, nouũ ſtatum acquiſiuerunt, c.1.de iure patronatus.in 6. Et renunciatio non obſtat petenti ius renunciatum ob nouam cauſam, c. cùm inter. & ibi notat Bald.extra, de renunc. & in l.1.col.fin.ff.de rer.diuiſ. Si igitur acquirens in conſideratione eſt, diſtinctio à Bartolo excogitata corruet.

19 VI. Ex † ea Bartoli diſtinctione & doctrina conſequeretur, ſi talis diſtinctio vel origo bonorum cõſideretur, quòd aſcendentes imparis gradus etiam admitterentur: quoniam prioritas vel poſteritas gradus, ſpeciem ſucceſſionis immutare nequit: argumen.text.in l.fina. ff.de fundo inſtructo legato. plus enim & minus differentiam ſpecificam non inducunt.

Si itaque defunctus ſolam matrem, & auũ paternum reliquiſſet, auus paternus in bonis, quæ ex patre ad filium peruenerunt, matrem præcederet, eamque excluderet: quod falſum eſt, d.§. ſi igitur defunctus. verſ. ſi autem plurimi. vbi apertè deciditur, quod aſcendentes ſiue paterni, ſiue materni propinquiores in gradu excludant vlteriores.

Neque difficulter his quę à Bartolo, & alijs pro opinione hac tutanda adduntur, reſponderi poteſt. Ac omnium primò ad d.l. quod ſcitis. qua Bartoli opinio firmatur, maximè dici poteſt, nihil hanc omninò probare: agitur enim ibi de hæreditate nepotis inter patrem & auum paternum, & ſic inter aſcẽdentes eiuſdem lineæ. Et deciditur, quòd bona à matre prouenta ad patrem tanquàm proximiorem ſpectent & pertineant: vt etiam Accurſ.ibi declarat. Nos verò loquimur in aſcẽdentibus diuerſæ lineæ, in pari gradu conſtitutis, quorum reſpectu nulla diſtinctio à iure nouiſſimo introducitur: per ea quæ modò allata ſunt, fundamenta.

VII. Non † obſtat conſtitutio Theodoſij 20
in l.de emancipatis.13.C de legitimis hæredib. vbi à tranſuerſalium ordine ad aſcendentium ordinem argumentatur: quia conſtitutio illa correcta eſt, & antiquata, ex ſententia Pylei vetuſtiſſimi iuris interpretis, §.vlt.autẽ. in verb.melioris. in Auth. de conſanguineis & vterinis fratrib. Deinde reſponderi poteſt, longè diuerſam eſſe rationem ſucceſſiõis inter tranſuerſales & aſcendentes ex vna, & aſcendentes ſolos ex alia parte: quia in ſucceſſione filiorum cõſideratur affectio paterna, paternumque votum: quo nihil magis expetunt, quàm omnia bona ſua ad liberos, quàm longiſſimè poſſint, trãſmittere, l.nam etſi parentib. 15.de inoffi.teſt.l.1.§. largius.ff.de ſucceſſorio edicto.l.communium.9.C.de natur. lib.§.ſi quis igitur Auth.quib.mo.nat.eff.ſui. Non mirum igitur erit, quòd matris & lineæ maternæ bona, non ad omnes poſteros, ſed eos tantùm qui ex illa linea deſcẽderunt, pertinere reſcripſerit. In ſucceſſione verò aſcendentium ſecùs eſt: quia hæreditas liberorum ad parentes non defertur ex voto, ſed ex quadam commiſerationis ratione, & pietatis intuitu, quæ pietas omnibus parentib. æqualiter debetur, l.ſi pater.5.l.ſcripto.6 in fina.ff.vnde libe.

Hac quoque reſponſione alteri conſtitutioni Theodoſij, quæ continetur in l. cum alijs.4.C.de ſecundis nuptijs, ſatisfieri poteſt.

Non † obſtat poſtremò, quod de Bartoli 21
authoritate, & communi opinione adduci ſolet: Verum quidem eſt, magnam eſſe Bartoli authoritatem, tum propter inſignem quã conſecutus eſt iuris peritiam, tum quoq; propter ſingularem iudicij dexteritatem & ęquitatem. verùm cùm nihil adeò perfectum, adeoque abſolutum ſit, vt non aliquando vacillet & labatur: mirandum non eſt, Bartolum aliquando ab ipſa veritate ſecedere ac deflectere. Neq; tanta debet eſſe cuiuſuis præceptoris authoritas, vt veritati anteponatur. Amicus enim Plato, amicus Socrates, magis amica veritas: & vt vulgariter dicitur, Nemo ſit addictus iurare in verba magiſtri, & ego quoq; non opinione ſolùm, ſed etiam ad veritatem planè velim mihi perſuaderi. Ideo non immeritò Bal.& Caſt.in l.vlt.C.de inſti. & ſubſt.& Iaſ.in l.ſciendum.15.§.vlt.ff.qui ſatiſdare cogantur, dixerunt: Ob nouas phantaſias Bartoli, vel à comprobata multorum iudicio opiniõe, vel ab ipſa ratiõe, vel à textu ſeceden-

22 ſecedendum minimè eſſe. Neque † etiam opinio communis tantum habet authoritatis, vt ab ea recedere non liceat, quando euidentib. ac æquitati conſentaneis vel rationib. vel textib conuinci poſſit, & euerti: idque boni iudicis præcipuè incumbere officio ait, vt non multorum authoritate, ſed ipſa ratione & æquitate accedente commoueatur. quod & Iaſ. docet in Authen. nouiſſ. C. de inoffi. teſtam. & in l. vt vim. 3. in pen. colum. ff. de iuſt. & iure. Tradit Caſtell. Cotta in Memorabilib. in verb. Opinio.

V. CONCLVSIO.

23 In † aſcendentium ordine locum non habet repræſentatio, verùm is qui propiore gradu defunctum attingit, remotiorem & vlteriorem excludit. Auth. de hæred. ab inteſt. venient. vbi Iuſtinianus ait: εἰ δὲ πολλοὶ τῶν ἀνιόντων, τούτους προτιμᾶσθαι κελεύομεν οἳ ἐγγὺς εἰσὶ τοῦ βαθμοῦ, ἄῤῥενας καὶ θηλείας, εἴτε πρὸς πατρὸς, εἴτε πρὸς μητρὸς. §. ſi igitur defunctus. verſ. Si autem plurimi aſcendentium viuunt, hos præponi iubemus, qui proximi gradu reperiuntur, maſculos & fœminas, ſiue paterni, ſiue materni ſint. quæ verba trāſlata ſunt in Auth. defuncto. C. ad S. C. Tertyl. Si igitur aliquis ſine liberis decedat, relictis duntaxat matre & auo paterno, mater excludet auum: & ſola in omnib. bonis filij ſui prædefuncti, vndecunq; prouētis & acquiſitis, ſuccedet. Eſt enim proximior filio quàm auus, & auus in locum filij ſui hoc caſu non intrat. Eſtque inſignis hæc differentia inter ordinem aſcendentium & deſcendentium. In ordine enim deſcendentium locus fit repræſentationi: & filius in patris locum ingreditur, eiuſq; perſonam in hæreditate adipiſcenda ſuſtinet. In ordine aſcendentium diuerſum obſeruatur: auus enim in locū filij non ſuccedit, d. §. ſi igitur defunctus.

24 Quam † quidem Iuſtiniani conſtitutionē aliqui & mirati ſunt, & rationi minùs cōſentaneā eſſe exiſtimarunt: tunc quòd ſucceſſiones debeāt eſſe viciſſitudinariæ: & quòd correlatiuorum eadem ſit natura, & idē ius. hoc eſt quidquid in vno ſtatuitur, idem etiam in alio obſeruetur, l. fi. C. de indi. viduit. toll. Sicut enim ſe habet linea deſcendens ad aſcendentem, eadem ratione debebat ſe habere aſcendens ad deſcendentem: vt ait vetus Interpres Iaco. Butriga. in Authen. defuncto. C. ad S. C. Tertyll. tum etiam ideo, quia in aui paterni poteſtate nepos olim erat, l. nam ciuiū. 4. & l. ſeq. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. §. qui igitur. Inſtitu. de patria poteſta. & auus paternus vſumfruct. & liberam adminiſt. in bonis ipſius nepotes, dum viuebat, habebat, l. cùm oportet. 6. C. de bonis quæ lib. nec non iura ſuitatis, patre præmortuo. notatur in l. ſi fratris. 3. C. de iur. delib. Et olim omnia eius bona occupabat, l. placet. 78. ff. de acq hæred. l. ſi infanti. 18. C. de iure delib.

Verùm † ſi attentiùs & diligentius conſideretur & perpendatur, longè diuerſa ratio inuenietur inter ordinem deſcendentium & aſcendentium, hac in re. Quæ quidem diuerſitatis ratio Iuſtinianum mouit, vt diuerſum in aſcendentium ordine ſanciret. Hæreditas enim aſcendentium debita eſt liberis, ipſa natura & parentum voto, d. l. nam etſi parentibus. 15. ff. de inoffi. teſtamen. l. ſcripto. 6. ff. vn. de liberi. 25

Cùm † itaque ordine naturæ parentes citiùs deficiant ac moriantur, quàm liberi: eadem natura requirit & deſiderat, vt liberi in præmortuorum parentum locum ſubrogentur & ſubſtituantur. Nam natura parentes pios docet, liberorum procreandorum animo & voto vxores ducere. Etenim idcirco filios filiaſque concipimus atque edimus, vt ex prole eorum earumve diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus, l. liberorum appellatione. 219. ff. de verb. ſig. Inde etiā cùm in bello pater cū filio periiſſet, materq; filij, quaſi poſteà mortui, bona vindicaret, adgnati verò patris, quaſi filius antè periiſſet: diuus Hadrian. credidit patrem prius mortuū, l. qui duos. 10. § cùm in bell. ff. de reb. dub. Naturæ verò ordini cōtrarium eſt, & aduerſum, quòd parentes in filij locum ſuccedant: iuxta illud, 26

Ordine turbato, ſucceſſit Bulgare nato.

Accurſius in d. l. nam & ſi parentibus. 15. Lex igitur cùm rationem, & ipſam naturā, quàm fieri poteſt maximè ſequatur. §. minorē Inſti. de adoption. l. qui ad certum. 14. ff. locati. Ius repræſentationis, tanquàm ipſi naturæ aduerſarium, aſcendentium ordini non concedendum, putauit Alexan. conſi. 114. in 2. vol. & in conſi. 80. in 1. volu. Caſtr. conſi. 344. incip. primum eſt de intellectu primi ſtatuti.

CAPVT V.

Quando cum parentibus fratres ſororesve vtrinque cōiuncti, couiunctæve, aut eorum earumve liberi ſuperſunt, quomodo ſucceſſio fiat.

SVMMARIA.

1 *Fratres eorumq; filij cum aſcendentibus gradu proximis fratri ſuccedunt.*

2 *Conſtitutio de hæredibus ab inteſtato venientib. per Nouel. Vt fratrum filij. correcta.*

3 *Gregorij Haloandri verſio Nouellæ 118. impugnatur. & nu. 4. ad finem.*

I. CONCLVSIO.

Frattes † & ſorores ex vtroque parente coniuncti, coniunctæve, et eorū, earumve 1

 filij

filij vnà cum aſcendentibus in gradu proximis, ad hæreditatem defuncti fratris ſororisve ſine liberis vocantur. veluti, Tryphonius vita functus eſt, relicto fratre Seio, & patre Mæuio, & Tertyllia ſorore, vtrinque coniunctis. Seius frater, itemque Tertyllia ſoror, nec non quoque pater Mæuius ad hæreditatem defuncti Tryphonij vocabuntur: conſtitur. 127. vt fratrum filij ſuccedant pariter
2 ad imitationem fratrum. in † qua conſtitutione Iuſtinianus ſanciuit, vt fratres ſororesve eorum, earumve filij filiæve, cum aſcendentibus defuncto ſine liberis fratre ſororeve ſuccederent, qua conſtitutione priorem de hæred. ab inteſtato venientibus emendauit & correxit: in dicta igitur Authentica, vt fratrum filij, inquit, noſtras leges emendare nos non piget, vbique vtilitatem ſubiectis inuenire volentes. Meminimus igitur ſcripſiſſe legem, per quam iuſſimus, vt ſi quis moriatur relinquens fratres, & alterius fratris filios præmortui, ad ſimilitudinem fratrum, & præmortui fratris filij ad hæreditatem vocentur, patruum adingredientes gradum, & illius ferentes portionem. Si verò mortuus relinquat aſcendentium aliquos, & fratres ex vtriſque parentibus coniunctos ſibi, & filios ex præmortuo fratre, fratres quidē iuſſimus per ipſam legem cum parentibus vocari, fratris verò filios excluſimus. Hoc itaque iuſtè corrigentes ſancimus, vt ſi quis moriens relinquat aſcendentium aliquem, et fratres qui poſſint cum parētibus vocari, & alterius præmortui fratris filios, cum aſcendentib. & fratribus vocentur etiam præmortui fratris filij: & tantam accipiant portionem, quātam eorum futurus erat pater accipere, ſi vixiſſet.

3 Error † Haloandri, Scrimgeri, & Agillæi deprehenſus, & vetus verſio defenſa: ac oſtenſum, conſtitutionis centeſimæ ac decimæoctauæ verba in hoc caſu deprauata & corrupta eſſe.

Verba Iuſtiniani ex lectione Haloandri & Scrimgeri ſic referuntur:

Εἰ δὲ μετὰ τῶν ἀνιόντων εὑρεθῶσιν οἱ ἀδελφοί, ἢ ἀδελφόπαιδες ἐξ ἑκατέρων γονέων συναπτόμενοι τῷ πλευτήσαντι, μετὰ τῶν ἐγγυτέρων τῷ βαθμῷ ἀνιόντων κληθήσονται, εἰ καὶ πατὴρ ἢ μήτηρ εἶεν, διαιρουμένης εἰς αὐτοὺς δηλαδὴ τῆς κληρονομίας κατὰ τὸν τῶν προσώπων ἀριθμόν, ἵνα καὶ τῶν ἀνιόντων καὶ τῶν ἀδελφῶν ἕκαστος ἴσην ἔχοι μοῖραν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀδελφόπαιδες τὴν μοῖραν τοῦ ἰδίου γονέως λαμβάνουσιν, οὐδὲ μίαν χρῆσιν ἐκ τῶν υἱῶν ἢ θυγατρῶν μοίρας ἐν τούτῳ τῷ θέματι δυναμένου τοῦ πατρὸς ἑαυτῷ παντελῶς ἐκδικεῖν: ἐπειδὴ ἀντὶ ταύτης τῆς χρήσεως, μέρος ἐκ τῆς κληρονομίας, καὶ κατὰ δεσποτείας δίκαιον διὰ τοῦ παρόντος δεδώκαμεν νόμου, οὐδεμιᾶς φυλαττομένης διαφορᾶς μεταξὺ τῶν προσώπων τούτων, εἴτε θήλεαι, εἴτε ἄῤῥενες εἶεν οἱ πρὸς τὴν κληρονομίαν καλούμενοι, καὶ εἴτε δι' ἄῤῥενος, ἢ θήλεος πρόσωπον συνάπτονται, καὶ εἴτε αὐτεξούσιος, εἴτε ὑπεξούσιος ἦν, ὃν διαδέχονται. Si cum aſcendentibus inueniantur ex vtroque parente defuncto coniuncti fratres, fratrumve filij cum gradu proximis vocabuntur, licèt pater aut mater ſint, diuidēda videlicet inter ipſos hæreditate pro perſonarum numero, vt aſcendentium atque fratrum quiſque pro ſe æqualem portionem habeat: ſed & fratrū filij portionem ſui parētis capiant, nullum in hoc caſu vſumfructum omninò patre ſibi ex filiorū filiarumve portione vindicare queunte: quādoquidem per præſentem legem pro eo vſufructu partem ipſi hæreditatis etiam iure dominij tribuimus, nulla differentia inter haſce perſonas conſeruanda, fœmellæne an mares ſint, qui ad hæreditatem vocātur, & per maſculinamne, an fœmininam perſonam defuncto contingant: & ſub poteſtatene, an poteſtate liber fuerit, cui ſuccedunt. Hactenùs Iuſtinianus.

Nunc † quia cuilibet non tam liberum eſt, quàm etiam decet, in rebus dubijs ſentētiam ſuam proferre: putaui & id mihi permiſſum licitumque eſſe. Doctiſſimus vir Gregorius Haloander qui primus conſtitutiones Iuſtiniani natiuo ſermone in lucē produxit, quē in emendatione & reſtitutione ſequuti ſunt Scrimgerus, Ruſardus, Agyllæus communi lectione & verſione, verba Iuſtiniani hoc noſtro caſu referunt in principio, οἱ ἀδελφοί, ἢ ἀδελφόπαιδες: quaſi Iuſtinianus conſtitutione 118. vnà cum aſcendentibus ex vtroque parente coniunctos fratres & fratrum filios in hæreditatem vocaſſet. ita quidem vt aſcendentium & fratrum quiſque pro ſe ęqualem portionem habeat: fratrum verò filij, quotquot ſint, ſui parentis portionem capiant. Ego verò conſtāter adſero D. Iuſtinianum fratrum filiorum vel ἀδελφοπαίδων hac conſtitutione ne mentionem quidem feciſſe, nec eos ad hæreditatem patrui vita ſine liberis functi, vnà cum aſcendentibus & reliquis patruis ea conſtitutione de hæredib. ab inteſtato venientib. vocaſſe. Idque duplici probo ratione. 4

Primò, veteris interpretationis, quæ Bulgari eſſe dicitur, authoritate. Nam in Auth. de hæredib. ab inteſtato venientib. filiorum fratrum nulla prorſus fit mentio: Si verò, inquit textus, cum aſcendentibus inueniantur fratres aut ſorores ex vtriſque parētibus coniuncti defuncto, cum proximis gradu aſcendentibus vocabuntur. Si autem pater aut mater fuerint diuidenda inter eos, quippe hæreditate ſecundùm perſonarum numerum, vti & aſcendentium & fratrum ſinguli ęqualem habeant portionem, &c.

Deinde in Auth. vt fratrum filij ſuccedāt pariter

pariter ad imitationem fratrum etiam aſcendentibus extantibus, Iuſtinianus expreſſè ait, ſe quidem legem ſcripſiſſe, per quam iuſſerit, ſi quis moriatur relinquens fratres, & alterius fratris filios præmortui, quòd hi ad ſimilitudinem fratrum ad hæreditatem admittantur, paternum adingredientes gradum, & illius ferentes portionem. Si verò moriens reliquerit aſcendentium aliquos, & fratres ex vtriſque parentibus coniunctos ſibi, & filios ex præmortuo fratre, fratres quidem dicit ſe iuſſiſſe per ipſam legem cum parentibus vocari, fratris verò filios excluſiſſe. ſubijcit: Hoc itaque iuſtè, inquit, corrigentes ſancimus, vt ſi quis moriens relinquat aſcendentium aliquem, & fratres qui poſſint cum parentibus vocari, & alterius præmortui fratris filios cum aſcendentibus & fratres vocentur, & pręmortui fratris filij tantam accipiant portionem, quantam eorum futurus erat pater accipere, ſi vixiſſet. Apertè itaque conſtat ac manifeſtum fit, Iuſtinianum conſtit. 27. ſub inſcriptione vt fratrũ filij pariter ad imitationẽ fratrum ſuccedant, aſcendentibus etiam extantibus, &c. ſuppleuiſſe id quod hoc caſu deſiderabatur in conſt. 118. de hæredib. ab inteſtato venientib. At dices: Vnde mihi hoc probabis, & tuæ adſertioni fidem facies? Reſpondeo: Si Iuſtiniano vel verbis conſtitutionum fides adhibebitur, facilè id erit probatu. Apertum eſt, Iuſtinianũ de ſucceſſionibus legitimis, vel ab inteſtato eorum qui ex iuſto deſcenderunt ac nati ſunt matrimonio, loqui in Authen. de hæredibus ab inteſtato venientibus. quæ quidem conſtitutio lata eſt indictione 6 anno verò Chriſti, 528. anno Imperij 2. & vires habere cœpit ex primordijs Iulij menſis. Conſtitutio verò 127. ſub inſcriptione, Vt fratrum filij, &c. promulgata eſt, indictione 11. anno Chriſti 537. quo etiam anno Beliſarius Romam expulſis Gothis in Iuſtiniani ditionem reduxit: cùm itaque diuus Iuſtinianus in hac expreſſè & planè dicat, in eum caſum, quò moriens relinquat aliquos aſcendentium, & fratres ex vtriſque parentibus cõiunctos ſibi & filios ex pręmortuo fratre: iuſſiſſe ſe tum ea lege vt cum parẽtibus vocentur, fratris verò filij excludantur. Idque ſe nunc emendare, & filijs quoque fratrum, locum aperire: dubium non eſt, quin verba illa, ἀδελφόπαιδες, ad ipſam conſtitutionem longo poſt Bulgarum tempore ac cõtra natiuam conſtitutionis ſententiam, deprauatè inſerta fuerint: fortè quidem, vt conſtaret & in conſpicuo eſſet, circa hunc caſum, conſtitutionem 118. poſteriori ſanctione correctã & emendatam eſſe. Neque ſatis admirari poſſum, Haloandrum addidiſſe ſuæ verſioni ea, quę conſtitutione 127. promulgantur, penè omnia inſerta eſſe conſtitutioni 118. & 119. cũ cuiuis obuium ſit, ex verbis Iuſtiniani, filios fratrum ante indictionem 11. nullum habuiſſe locum cum aſcendentibus. Quando fratres ex vtroq; latere coniuncti ſupererant ſolum admiſſos fuiſſe, anno Chriſti 537. anno Imper. 7.

Non tantum itaq; imbecilla quadam opinione eò perducor, verùm in hanc ſententiam me ipſa conſtitutionum verba impellunt vt conſtanter adfirmẽ ſuperuacaneè & ſuperflue, ac contra mentẽ Iuſtin. dictionẽ ἀδελφόπαιδες inſertam eſſe: & ne mentionem quidẽ filiorum fratrum factam in ea conſtitutione fuiſſe, niſi quatenus eos, fratribus qui cum aſcendentibus admittebantur, poſtponit, ac imparis conditionis facit.

CAPVT VI.

Si cum fratribus & ſororibus defuncti, concurrant auus auiave, vel vlterioris gradus parentes, quid in ſucceſſione ſtatuendum.

SVMMARIA.

1 *Auus & vlteriores aſcendentes cum defuncti fratribus, eorumq́; filijs ſuccedunt.*
2 *Dictio, etiam, multiplicatiua eſt.*
3 *Repræſentationis ius quod in bonis patrui defuncti fratrum filijs datur, non extenditur.*
4 *Appellatione filiorum in materia exorbitanti, non continentur nepotes.*
5 *Filiorum appellatione quandò continentur nepotes, remiſſiuè.*
6 *Defuncto, ſi cum parentibus, fratres & fratrum filij ſuperſint, diuiſio fit in capita.*
7 *Auus auiaq́; paternus cum auo materno ſi defuncto frater ſuperſit in capita. ſin ſecus, in ſtirpes ſuccedunt, ratio. nu. 8.*
9 *Socius omnium bonorum excuſationem à muneribus habet propter ſocium.*
10 *Teſtis domeſtici dictum propter conteſtem non domeſticum extraneum, admittitur.*
11 *Præſcriptio ordinaria contra laicum non currit in re eccleſia & laico communi.*
12 *Nepos cum patruo ſuccedit in hæreditate patrui defuncti, eius teſtamento per fratrem querela inofficioſi euerſo.*

Prima Concluſio.

1 NON ſolùm pater & mater cum fratribus ſororibusve eorum earumve liberis, ad præmortui filij hæreditatem vocantur: ſed etiam vlterioris gradus parentes, nempe auus, proauus, vnà cum fratribus, ſororibus eorum earumve liberis ex vtroque parente coniunctis, admittuntur. Bald. in Auth. defuncto. C. ad S.C. Tertyl. Nicol. de Vbald. in tract. ſucceſſionum, in 2. parte principali, num. 5. Matthe. in d. tract. in ſecundo articulo princ. num. 9. in fine. Dynus in ſumma ſucceſſionis cum ſimilibus. Probari hæc concluſio his ferè fundamentis poteſt. Primò, textu ipſo in d. verſ. ſi verò cum aſcendentibus inueniantur fratres aut ſorores ex vtriſque parentibus coniuncti, defuncto, cum proximis gradu aſcendentibus
2 vocabuntur. Nam dictio,† etiam, multiplicatiua eſt. Bart. in l. 1. C. etiam per procuratorem

 cau-

cauſam in integrum reſtitui, & in l. ſuus. 4. ff. de hæredibus inſtituendis. Iuſtinianus igitur, cum velit fratres admitti debere cum proximis aſcendentibus, haud dubiè aſcẽdentium vocabulo etiam vlteriores patre & matre cõplexus eſt: apertè enim quando primum parentum ordinem graduḿve intelligit, patrẽ matremq́ue nominat. vt in princ. §. ſi igitur defunctus.

Deinde cum in pręcedentibus verſ. expreſſe aſcendentes pares gradu, vel proximos ad ſucceſſionem liberorum ſine liberis vita functorum, vocauerit; & aſcendentes vlteriores omnes intellexerit, & in d. verſ. cum aſcendẽtibus fratres etiam vnà admittat: non videtur priorem & generalem ſanctiõem tollere voluiſſe. Verùm adijcit ad aſcendentium ſucceſſionem quaſi appendicem, vt ſi ſoli non ſint, ſed fratres extent, fratres ſimul ſuccedãt. Denique ea ratione, quia ordo aſcendentium potior eſt & proximior tranſuerſali: vt abundè in princip. huius Libri probatum eſt. Licet igitur ſanctione Iuſtiniani, & eius priuilegio, fratres & fratrum filij ſimul admittantur, cum patre & matre defuncti: hoc tamen priuilegium extendi & deduci non debet ad excluſionem aliorum aſcendentium. Inde Mattheſil. exiſtimat, & meo quidem iudicio rectè, non tantùm fratres & ſorores ex vtroque parente coniunctos, admitti cum aſcendentibus, in bona fratris præmortui: ſed etiam filios eorũ vocari vnà cum aſcendentibus, patruis & fratribus defuncti. per text. in d. § hoc itaque. Authen. vt fratrum filij. Vnde ſanè mirandum eſt, Iacobum de Beluiſo virum alioquin ingenioſum, & in iudicando ſingulari dexteritate præditum, in d. §. ſi verò in eam ſententiam ſeceſſiſſe & inclinaſſe, quòd frater vel ſoror vtrinq; coniuncti cum patre quidem & matre admittantur, auum verò auiamve excludant.

Secunda concluſio.

3 Priuilegium, † quo fratres, ſororesve eorũ earumve liberi ad ſucceſſionem fratris vtrinque coniuncti, & ſine liberis mortui, vnà cum aſcendentibus vocantur, extendi non debet, nec porrigi ad nepotes vel pronepotes: ſed cõplectitur ſolummodò filios fratrum, & eorũ perſonam non egreditur.

Poſt fratres autem, inquit Iuſtinianus ex vtroque parente, & eorum filios admittuntur, ex vno latere fratres ſororesve, cum quibus & filij eorum, ſi qui ex eis iam deceſſerint. Authen. poſt fratres. C. de legitimis hæredib. Quę deſumpta eſt ex Auth. de hæredib. ab inteſta-

4 to venientibus. In † materia enim exorbitanti, filiorum appellatione non continentur nepotes § fin. Inſtit. qui teſtamento dari tutores poſſint §. fin Inſtit. ad S. C. Orphitianum, latè tradit Alexan. in conſ. 1. in 12. col. & conſ. 90. in 1. colum. & in conſ. 80. volum. 1. & conſi. 201. in 3. colum. in 2 volum. conſ. 37. colum. 1. per totum, volum. 6. Interp. in l. liberorum. 219. ff. de verborum ſignif. Bart. & alij, præcipuè recentiores, in l. Gallus. 29. §. inſtituens. ff. de liberis & poſthumis. Socin. conſi. 104. volum. 3. Curt. conſi. 45. colum. 10. Dec. conſi. 95. incip. & pro tenui. colum. vltim. Quia quando fit relatio ad filios primi gradus, vel ad certos, appellatione filiorum non continentur nepotes, d. §. inſtituens. Bart. in d. l. liberorum. 219. & Alexan. in d. conſ. 37. num. 16. Quando vero † filiorum appellatione veniant & contineantur nepotes, tradit latè Corn. conſ. 11. 5
num. 4. conſ. 132. num. 1. & conſ. 307. num. 17. conſi. 74. num. 6. & conſi. 72. & conſi. 248. nume. 4. volum. 1. conſ. 207. num. 6. conſ. 199. nume 3. conſ. 182. num. 4. conſi. 146. num. 17. & conſ. 234. num. 4. lib. 2. conſ. 230. num. 8. & conſi. 143. num. 9 conſ. 131. num. 2. conſ. 90. num. 6. lib. 3. & conſ. 290. num. 1. in 4. volum.

Tertia concluſio.

Si cum † aſcendentibus concurrant fratres 6
ſororesve ex eodem parente coniuncti, eorum earumve liberi, tum diuiſio fit in capita, vel viriles portiões. De hoc caſu ſic loquitur D. Iuſtinianus in dicta conſtitutione 118. vel Authen. de hæredibus ab inteſt. venientibus. Εἰ δὲ μετὰ τῶν ἀνιόντων εὑρεθῶσιν οἱ ἀδελφοὶ, ἢ ἀδελφῶν παῖδες ἐξ ἑκατέρων γονέων συναπτόμενοι τῷ τελευτήσαντι, μετὰ τῶν ἐγγυτέρων τῷ βαθμῷ ἀνιόντων κληθήσονται, εἰ καὶ πατὴρ ἢ μήτηρ εἴησαν, διαιρουμένης εἰς αὐτοὺς δηλαδὴ τῆς κληρονομίας κατὰ τὸν τῶν προσώπων ἀριθμὸν, ἵνα καὶ τῶν ἀνιόντων καὶ τῶν ἀδελφῶν ἕκαστος ἴσην ἔχοι μοῖραν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀδελφῶν παῖδες τὴν μοῖραν τοῦ ἰδίου γονέως λαμβάνουσιν· οὐδεμίαν χρῆσιν ἐκ τῶν υἱῶν ἢ θυγατρῶν μοιρῶν ἐν τούτῳ τῷ θέματι δυναμένου τοῦ πατρὸς ἑαυτῷ παντελῶς ἐκδικεῖν: ἐπειδὴ ἀντὶ ταύτης τῆς χρήσεως μέρος αὐτῷ τῆς κληρονομίας, καὶ κατὰ δεσποτείας δίκαιον διὰ τοῦ παρόντος δεδώκαμεν νόμου: οὐδεμιᾶς φυλαττομένης διαφορᾶς μεταξὺ τῶν προσώπων τούτων, εἴτε θήλεα, εἴτε ἄῤῥενα εἶεν, τὰ πρὸς τὴν κληρονομίαν καλούμενα, καὶ εἴτε διὰ ἄῤῥενος ἢ θηλείας προσώπου συνάπτονται, καὶ εἴτε ὑπεξούσιος, εἴτε αὐτεξούσιος ἦν ὃν διαδέχονται) hoc eſt: Si cum aſcendentibus inueniantur ex vtroque parẽte defuncto coniuncti fratres, fratrumve filij, cum gradu proximis vocabũtur, licet pater aut mater ſint, diuidẽda videlicet inter ipſos hæreditate pro perſonarum numero, vt aſcendentium atque fratrum quiſque pro ſe æqualem portionem habeat, ſed & fratrum filij portionem ſui parentis capiant. Nullum in hoc caſu vſumfructum omnino patre ſibi ex filiorum filiarumve portiõe vindicare queunte: quandoquidẽ per præſentẽ legem, pro eo vſufructu partem ipſi hæreditatis etiam iure dominij tribuim⁹. Nulla differentia inter haſce perſonas conſeruanda, fœmelle ne, an mares ſint, qui ad hęreditatem vocantur, & per maſculinam ne, an fœ-

an fœmininam perſonam defunctum contingant: & ſub poteſtate ne, an poteſtate liber fuerit, cui ſuccedunt.

7 Quare † ſi defunctus reliquerit ſuperſtites, auum, auiamque paternos: & ſolam auiam maternam, & fratrem aut ſororem, hæreditas in quatuor æquales partes diuidetur, ſecundùm numerum perſonarum: hoc eſt, auus paternus vnam partem, auia materna ſecundã conſequetur, vt ſuprà in concluſione primi caſus ca. 4. dictum fuit. In tertiam partem vocabitur auia materna, in quartam poſtremò frater ſuccedet, & ſic auus auiaque paterni, ob interuentum fratris in capita ſuccedunt, non in ſtirpes: licet ſi frater non adeſſet, in ſtirpes vocarentur.

Hæc concluſio aperto textu comprobatur, neque aliquis eſt qui hanc Iuſtiniani hac in cauſa ſanctionem tanquam duram, aut iniquam incuſet.

8 Ratio huius † ſanctionis dependet ex interuentu fratris. Nam is interueniens & accedens, facit vt auus auiaque paterni in capita ſuccedant, & viriles portiones conſequantur. Non autem in ſtirpes perinde ac ſi ſoli eſſent. Conſequuntur itaque ob perſonam alterius id, quod ex propria perſona conſequi non poterant: cùm aliàs ex perſona alterius aliquid conſequamur, quod ex noſtra conſequi non poteramus, l. fin. C ad S.C. Tertyl. l. 2. §. ſi ſit agnatus. & §. ſi ſit conſanguinea. ff. eo. tit. Nam propter eruditiõem & pietatem quis aliquid adipiſcitur, à quo aliàs repelleretur, c. penult. de præbend. lib. 6. Sic quoque ſocius omnium

9 † bonorum excuſationem habetà muneribus publicis, propter ſocij perſonam. l. final. ff. de munerib. & honoribus. Sic ſimiliter, ſi duo fratres habeant feudum ab vno principe, & vnus committat feloniam, ob quam feudo priuari exuique poſſit: alter verò fidelitatem, omniaque debita ſeruilia domino præſtet, & exhibeat, vnius innocentia & fidelitas alterũ releuabit, & quo minus feudo priuetur, efficiet. Bald. in titu quibus modis feudum amittitur. & l. ſi is qui duos. 30. ff. de liberat. legatã. Quod Bald. ibidem ad ciuitatem, quæ vaſſallos nobiles & plebeios ſub ſe habet, transfert. Illi enim ſi ſeruitia detrectent, hi verò præſtent plebeiorum fidelitate nobiles adiuuabũtur, & feudo non priuabuntur. Sic clericus & laicus ſi ad eandem hæreditatem vocẽtur, laicus propter debitum hæreditarium coram epiſcopo conueniri debet: ac ſic ratione clerici forum ſortitur. Bart. in l. præcipimus. 32. § eo. obſeruando, per illum textum, C. de appellat. & in l. ſolent. 3. ad fin ff. de alim. lega. l. ſi is qui duos. ff. de liberat. leg. l. ſi communem. 10. ff. quemadmodum ſeruitus amittatur. l. 1. ff. ſi vnus ex plur. Anchor. in c. ea quæ. de reg. iur. in 6. & in c. Romana. in 14. colum. de appel. li. 6. Sic ſimiliter, ſi ſecularis & clericus executores in teſtamento fuerint relicti: hoc caſu eccleſiaſticus, iudex erit laici, propter ſociam clerici perſonam. Andreas Barbatius in rubrica, de offic. delegati.

Eadem quoque ratione † teſtis non domeſticus, & extraneus in cauſa eſt, quòd teſtis domeſtici teſtimonium admittatur. Angel. in conſi. 1. Bald. Ange. & Moderni, in l. ſi quis ex argentarijs. 6. §. 1. ff. de edend. Bald. in l. 1. C. de teſtamen. Ludouic. Rom. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verb. oblig. 10

Pari ratione † contra priuatum qui ius aliquod habet cum eccleſia commune, decem vel viginti annis non præſcribitur. Innocent. in c. ad audientiam. extr. de præſcriptionib. Inde Ang. addita totius collegij Peruſini authoritate, conſultus reſpondit in conſ. 210. incip. ſtatutum. licet iure municipali cautum ſancitumque ſit, quod mater ſuperſtitib. patruis à ſucceſſione filij excludatur: ſi tamen extet Caius, mater Seia, & ſoror Lampridia, vtrinque coniuncta defuncto fratri Titio, mater Seia ad hæreditatem filij admittetur propter alteram filiam ſororem Titij: hoc eſt, ſoror Lampridia efficit, vt mater Seia filij Titij hæreditatem conſequatur, vnà cum patruo & filia, argum. d. l. 2. §. ſi ſit agnatus. Idque etiam in ſimili facti ſpecie antè exiſtimauit Bald. in l. quicũque. 4. in 4. col. C. de ſeruis fugit. 11

Et Angel. quoq; Aretin. in tit. de inoffic. teſtam. in princ. ex hac cauſa decidit: † licet nepoti præterito in teſtamento patrui ſui, & inſtituta turpi perſona, non competat quærela inofficioſi, quæ ſolis fratribus conceditur, l. fratris. 21. l. fratres. 27. C. de inoffic. teſtam. gloſa in verb. agentes. Inſtit. de inoffic. teſtam. in princ. Si tamen defunctus reliquerit fratrem, & fratris filium, & dictum fratrem præterierit, inſtituta turpi perſona: tunc teſtamento euerſo per fratrem, fit etiam locus nepoti, qui ſimul cum patruo admittetur ab inteſtato. §. reliquum. in Authẽ. de hæredib. ab inteſtato venientib. Plura exempla adducit Iaſ. in l. ſi emancipati. 9. C. de collat. 12

Ratione itaque fratris, ſimiliter aſcendentes omnes pares in gradu, ſiue diuerſæ, ſiue vnius fuerint lineæ, in æquales ſeu viriles admittuntur portiones.

CAPVT VII.

Filij fratrum, ſi cum aſcendentibus & fratribus concurrant, quam portionem conſequantur.

SVMMARIA.

1 *Fratrum filij cum aſcendentibus & patruis ſuccedentes, in ſtirpes partem faciunt.*

2 *Filij fratrum cum ſolis aſcendentibus ſuccedentes in ſtirpes veniunt.*

3 Fratrum

3 *Fratrum filij cum auia materna, auo & auia paternis patruo ſuccedentes in ſtirpes tantùm admittendi.*

1 FIlij fratrum cum aſcendentibus & reliquis fratribus ſororibusve ex vtroque parente coniunctis non admittuntur in capita, nec viritim portiones conſequuntur, vt modò dictum eſt de fratribus: ſed in ſtirpes ſuccedunt, & ideo quotquot exiſtunt, pro vno capite cõputantur, & patris ſui ſolummodò portionem adipiſcuntur. §. hoc itaque iuſtè corrigẽtes ſancimus, inquit Iuſtinianus, vt ſi quis moriens relinquat aſcendentium aliquem, & fratres qui poſſunt cum parentibus vocari, & alterius præmortui fratris filios, cum aſcendentibus & fratribus vocentur, etiam præmortui fratris filij, & tantam accipiant portionem, quantam eorum futurus erat pater accipere, ſi vixiſſet. Vnde ſi defunctus reliquerit patrẽ, fratrem, & tres præmortui fratris filios, hæreditas in tres portiones diſtribuetur: vnam habebit pater, ſecundam frater, tertia filiorum trium ex fratre erit. Explicat Gloſ. in Authen. ceſſante. C. de ſuis & legitimis hæredib. Bart. in l. poſt conſanguineos. 2. ff. de ſuis & legitimis hæredib. Corn. conſ. 275. in 4. volum. Alexan. conſ. 5. nu. 4. in 6. volum. Bertrand. conſ. 125. in 2. volum. num. 3. Nicolaus de Vbald. in d. tract. ſucceſſionis ab inteſtato, in 2. parte. 3. quæſt. Mattheſil. num. 4. Chaſſan. in rubr. 7. in conſuetud. Burgund.

Oritur ex hac concluſione quæſtio: Si cum
2 aſcendentibus † ſoli filij fratrum concurrãt, neque aliquis defuncto frater ſuperſit, an reſpectu aſcendentium diuiſio fieri debeat in capita, quemadmodum fieret, ſi ſoli fratres cum aſcendentibus concurrerent.

Verius mihi eſſe videtur, quòd filij fratrum etiamſi ſoli cum aſcendentibus concurrant, non plus conſequantur, quàm ipſorum pater habiturus fuiſſet. Abſurdum enim eſſet filios fratrum, qui ex priuilegio ſuccedunt, in meliori eſſe cauſa, quàm fratres defuncti & eorum parentes fuerunt. præſertim, quia cum aſcendentibus, quibus de iure communi hæreditas potius debetur, concurrant. l. 1. §. largius. 3. ff. de ſucceſſorio edicto. ac ex ſpeciali indulgentia & priuilegio admittantur. Deinde Iuſtinianus ſanciuit: Si fratres cum aſcendentibus, itemque filij fratrum concurrerent, filij fratrum tantam vt portionem haberent, quãtam ipſorum pater, ſi ſuperuixiſſet, habiturus fuiſſet. Non igitur ipſorum filiorum reſpectu ſi ſoli ſint, ius deſcendentium defuncti filij ſine liberis hæreditate immutabitur.

3 Ex eo quoque dicendum putarem, ſi † defunctus relinqueret auum & auiam, paternos & maternos ex vno latere, & ſolam auiam maternam ex alio, & duos vel tres nepotes ex fratre præmortuo, quòd hæreditas in tres ſolummodò partes diuidi debeat, & diſtribui, vt vna adiudicetur ſoli auiæ maternæ, ſecundam ambo alij paterni conſequantur. Tertiam prædicti fratrum filij inter ſe æqualiter diuidendam habeant. Cùm enim dicti fratrum filij non poſſint ſibi ipſis opitulari, vt ex propria perſona ſuccedant in capita ac iuxta perſonarum numerum: lõgè minus efficient, vt hoc caſu aſcendentes viriles portiones conſequantur.

Quamuis hoc caſu Mattheſilanus in 2. articulo, num. 13. in contrariam opinionem incllnare videatur, quòd videlicet hoc caſu parentes in capita admittendi ſint, perinde ac ſi fratres concurrerent cum aſcendentibus. Cuius tamen opinioni minimè adhæreo, præſertim cum ea ratio quæ in fratribus militat, ceſſet. Ceſſante itaque ratione legis, ceſſate debet lex ipſa. l. quod dictum. 3. ff. de pactis, cum ſimilibus relatis à Tyraquello in explicatione regulæ. Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.

CAPVT VIII.

An vterini vel conſanguinei fratres, ſi cum parentibus concurrant, aliquid ex hęreditate fratris, vel vterini, vel conſanguinei conſequantur.

SVMMARIA.

1 *Fratres fratrumq́; filij ab vno tantum latere coniuncti, ab aſcendentibus excluduntur.*

2 *Patre cum filio in ſucceßione filij & fratris exiſtente, ſi pater renunciet, ſuccedunt alij aſcendentes, neque filio fratris hoc accreſcit.*

3 *Repudiare & non exiſtere, paria.*

4 *Pater excludit matrem in ſucceßione filij iure Saxonum, & mater filium.*

FRatres fratrumque filij ab vno ſolùm latere coniuncti, hoc eſt conſanguinei, qui eundem patrem habuerunt: aut vterini, qui vna matre procreati ſunt, ab omnibus aſcendentibus excluduntur. Authen. defuncto. C. ad Senatuſconſult. Tertyl. Sed ſi cum parentibus fratres & ſorores vtrinque defuncto cõiuncti ſuperſint, vocantur cum aſcendentibus gradu proximis, ita vt viriles portiones fiant. in Authen. de hęredibus ab inteſtato venientibus. De qua re Iuſtiniani verba ſunt: Εἰ τοίνυν ὁ τελευτήσας, μήτε κατιόντας, μήτε ἀνιόντας καταλίποι: πρώτους πρὸς τὴν κληρονομίαν καλοῦμεν τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τὰς ἀδελφάς. τοὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς, καὶ τῆς αὐτῆς μητρὸς τεχθέντας. ὁμοίως δὲ καὶ ἀδελφόπαιδας, οὓς καὶ μετὰ τῶν πατέρων πρὸς τὴν κληρονομίαν ἐκαλέσαμεν. τούτων δὲ μὴ ὄντων, ἐν δευτέρᾳ τάξει ἐκείνους τοὺς ἀδελφοὺς πρὸς τὴν κληρονομίαν καλοῦμεν, οἵτινες ἐξ ἑνὸς γονέως συνάπτονται τῷ τελευτήσαντι, εἴτε διὰ τοῦ πατρὸς μόνου, ἢ τῆς μητρός. Hoc eſt: Si defunctus igitur neque deſcendentes, neque aſcendentes reliquerit, primos ad hæreditatem vocamus

camus fratres & ſorores, qui eodem patre, eademque matre prognati ſunt. Conſimiliter quoque fratrum filios, quos & cum patribus ad hæreditatem vocanimus: his verò nō ſubſiſtentibus, ſecundo loco illos fratres ad hæreditatem vocamus, qui ex vno parente defunctum contingunt, vel per patrem ſolum, vel per matrem. Mattheſ. in d. tract. in 2. artic. nume. 10 Nicolaus de Vbald. in 2. membro, verſic. quartò quæro. num. 7. Bald. & Ange. in Authen. de non eligendo, in princ. Ang. Aretin. in d. §. præferuntur.

Hinc mater ſemper præfertur filiæ, vel ſorori, quæ ex vno tantùm latere fratri defuncto eſt coniuncta. veluti, Titius habuit vxorē, ex qua procreauit filiam. vxore hac mortua ſecundam duxit: ex ea genuit filium. patre filioque vita functis, mater in ſucceſſione filij præfertur, & anteponitur filiæ ex primo matrimonio, quæ filia ſoror erat conſanguinea fratris ex ſecundo matrimonio ſuſcepti. d. authen. defuncto. d. §. conſequens, notatur in l. 1. ff. de iuris & facti ignor. Alexā conſ 45. col. 1. vol. 7. Soc. conſ. 25 in prin. vol. 3. Corn. conſ. 82 num. 2. in 2. vol. & conſ. 75. nu. 1. conſ. 335. nu. 10 in 1. vol. & conſ. 95. num. 4 in 3 vol.

Poſtrema Concluſio.

2 Si patri † & fratri deferatur hæreditas defuncti filij, eiuſdemque fratris, & pater portionem ſuam repudiet, illa non accreſcit fratri, vt ſolus & inſolidum ſuccedat: ſed alijs aſcendentibus, putà auo & auiæ locus fit, & hi cum fratre ſimul admittuntur, perinde ac ſi pater

3 ab initio non extitiſſet. Quoniam † paria sūt, aliquem non exiſtere, & repudiare. l. vnica. & ibi Interpretes. C. quando non petentium partes. Bartol. in l. quoties. 9. ff. de hæredib. inſtit. Mattheſil. ac Nicolaus de Vbaldis in d. ſuis tractatibus.

Saxonum moribus quid in hoc ordine aſcendentium obſeruetur.

4 Primò, † pater & mater ſi ſuperſtites ſint, ſolus pater ſuccedit, & matrem in hæreditate filij ab inteſtato vita functi auertit.

Secundò, patre mortuo, mater admittitur excluſis fratribus vel ſororibus.

Tertiò, parentes in bonis ſuorum filiorum ab inteſtato defunctorum plenam proprietatem retinent. Quamuis ad ſecundas tranſierint nuptias, lib. 1. Landtrecht, art. 17.

CAPVT IX.

Caſus in quibus parentes à liberorum ſucceſsione arcentur, & pelluntur.

SVMMARIA.

1 Luctus tempora quæ, & à quibus conſtituta, quæve intra illa nubentiu pœna, num. 2. 3.

4 Secundæ nuptiæ dicuntur omnes poſt primas inſequentes.

5 Statuta in ſecundis nuptijs etiam in vlterioribus obtinent.

6 Secundæ nuptiæ odio ſubiectæ ſunt.

7 Nuptiæ ſecundæ quare adeò exoſæ.

8 Viri facilè à paterna affectione, nouæ ſponſæ ſimulatis perſuaſionibus abducuntur.

9 Alimenta legata quoad in domo viri permanſerit, poſt ſecundas nuptias non debentur.

10 Legatum quoad cum liberis erit, non debetur vxori poſtquā ſecundò nupſerit.

11 Vſusfructus ſimpliciter legatus, per ſecundas nuptias non perit.

12 Mulier inops intra annum luctus ab hæredibus viri alenda, niſi nubat ſecundò.

13 Dotare ſi ſubditi teneantur filiam principis, ſi ſecundò nubat non tenebuntur.

14 Mater adminiſtrans bona filij, de modicis non reddit rationem, niſi ſecundò nubat.

15 Mater magis ſecundum maritum, quàm liberos priores amare præſumitur.

16 Mulier ſecundò nubens, contemnit memoriam prioris mariti.

17 Legatum factum mulieri quamdiu caſtè & honeſtè vixerit factum, ſecundò nubenti non debetur.

18 Secundò nubere, & inhoneſtè viuere, paria.

19 Valeriæ viduæ Meſſalarum ſororis nobile dictum.

20 Demotionis Areopagitarum Principis filiæ viduæ honeſta, reſponſum.

21 Germaniæ inter laudes à Tacito non poſtrema relata, quod ſolæ virgines nubant.

22 Nuptias ſecundas dehortaſſe, SS patres non prohibuiſſe.

Primus Caſus.

PLurima ſunt incommoda ſecundò nubentium, quorum quadraginta nouem recitat Ioannes Garonius in tractatu de ſecundis nuptijs. & in l. 1. C. eod. inter reliqua, & hoc ferè præcipuum eſt incommodum, quod † Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius, A A A. 1
fœminam intra annum luctus ſecundò nubentem in famem, & ſimul hæreditatum; legatorum, fideicommiſſorum ſuprema voluntate relictorum, mortis cauſa donationum expertem eſſe voluerunt, l. 1. C. de ſecundis nuptijs: anno autem vel tempori luctus Romulus decem menſes præfiniuit, quam præfinitionem Romuli, & prætor ſequutus eſt, l. 1. ff. de his qui not. infam. Itemq; Vlpia. edicti Prætorij interpres in l genero. 8. §. 1. ff. eod. tit.

Theodoſius verò illi tempori duos mēſes adiecit, ac mulieres annum Iulianum luctui tribuere voluit. Idq; propter honeſtatem l. 2. C. eod. tit. & religionem ſeu reuerentiam maritalem, quam vxor marito mortuo debet.

Alia deinde ſanctione, quæ edita eſt Euagrio & Antonio Coss. anno ab vrbe condita 1135. anno verò Chriſti 384. conſtituit Theodoſius, vt fœminæ ſiue intra tempus luctus; ſiue poſt tempus luctui ſtatutum, ad ſecundas trāſirent nuptias. Primùm † quidquid ex faculta- 2
tibus priorum maritorum ſponſalium iure, quidquid etiam nuptiarum ſolennitate perceperint,

ceperint, aut quidquid mortis cauſa donationibus factis, aut teſtamento, iure directo, aut fideicommiſſi titulo, aut cuiuſlibet munificę liberalitatis vel legati præmio, ex bonis priorum maritorum fuerint conſequutæ: id totum, ita vt perceperint, integrũ ad filios, quos ex præcedenti coniugio habuerint, tranſmittant, &c.

3 Deinde, ſi † aliquis filiorum ex priore matrimonio deceſſerit, matre iam ſecundis funeſtata nuptijs, alijs etiam ex eodẽ matrimonio ſuperſtitibus liberis, vt mater vſumfructum in diem vitæ ſuæ pro ſibi debita portione conſequatur: proprietas verò ad ſuperſtites ex priore matrimonio liberos pertineat. l. fœminæ. 3. C. de ſecund. nupt.

Pone igitur Antoniam ex priore matrimonio Lepidam, Calphurniam, Cneumq́ue Domitium peperiſſe, & eandem deinde Antoniam ad ſecundas tranſijſſe nuptias, paulo pòſt è viuis exceſſit Calphurnia, relicto fratre Cneo Domitio, & ſorore Lepida.

Ad matrem Antoniam proprietas bonorum quæ ad Calphurniam ex patre Triphonio peruenerunt, non pertinebit. Verùm Lepida ſoror, itemq́; Cneus Domitiꝰ frater proprietatem horum bonorum conſequentur, & matrem excludent. Eaq́ue ſolo iure vtendi fruendiq́ue in diem vitæ ſuæ vtetur. d. l. fœminæ. & Auth. ſequentib.

4 Secundæ autem nuptiæ, † latiore ſignificatione, omnes ſunt poſt primas, l. ſi quis prioris. 8. §. talem, C. de ſecund. nupt. Gloſ. in rubr. ff. de vulgari & pupillari. Bart. in rubr. C. de ſecund. nupt. & ibi Odofredus. Siue ſecundæ, ſiue tertiæ, ſiue quartæ fuerint. Ioannes Andr. Anchoranus, Præpoſitus in rubr. de ſecundis nuptijs. extr. & in c. ex parte. in 2. colum. extr. de appellationibus. Alberi. in dictionario ſuo in verb. ſecundus. Ludouic. Bologn. in additio. ad Matheſilanum, in 18. colum. Ang. in l. equis. 8. ff. de vſuris.

5 Ideò † quidquid de ſecundis nuptijs ſtatuitur, in vlterioribus ſtatutum cenſetur. Quia ſi vlteriores ſunt, ergo ſecundæ ſunt, & omnes vlteriores appellantur ſecundæ. Dec. in d. rubri. C. de ſecun. nupt.

6 Multis itaque † Principum conſtitutionibus, multisq́ue Iuriſconſultorum reſponſis, ſecundæ nuptiæ odio ſubiectæ expoſitæq́; ſunt. l. 1. ff. de his qui notantur infamia, l. genero. 8. ff. eod. l. 2. ff. ad S. C. Tertyllianum. l. 1. l. 2. l. 3. Authen. in donatione. Auth. ex teſtamento. & toto tit. C. de ſecundis nuptijs. l. mater. 5. C. ad S. C. Tertyllianum. l. his ſolis. 7. Authẽ. quod mater. 5. C. de reuocandis donationibꝰ, §. ſi verò expectet. §. placet quoque nobis, & alijs ſequentibus. in Authen. de nuptijs. §. fina. Authen. de reſtitutionibus. & ea quæ parit vn decimo menſe. §. 1. Authen. de non eligendo ſecundò nubentes mulieres.

Mirum verò † videri nemini debet, quòd hæ ſecundæ nuptiæ in tanto odio habitę ſint, cùm ſecundis ſemper nuptijs iniuria inferatur & marito, & filijs primi matrimonij. §. proſpeximus. Auth. de non eligendo ſecundò nubentes. §. venient. Authen. de ſecundis nuptijs. Neque parentes ſecundò nubentes in adminiſtratione rerum filij ex primo matrimonio ſuſpicione fraudis carent: cùm etiam vitam ipſam nouis maritis facilè addicere ſoleant nouæ nuptæ. l. lex quæ tutores. 22. C. de adminiſtratione tutorum. Et parentes nouercalibus delinimentis perſuaſi, ſiniſtrum quandoque iudicium circa ſanguinem ferant. l. 3. ff. de inofficioſo teſtamento. Iura † enim fraudem in matre indubitanter præſumunt: in patre verò ἐπὶ τὸ πλῆθος. Nam hi à paterna affectione nonatum nuptarum fucatis & ſimulatis perſuaſionibus facilè abducuntur. Baldus conſ. 70. incip. apparent. in 1. volum. Corneus conſ. 124. in 3. volum. Vnde Gulielmus de Cuneo, & Bald. in l. 1. C. de inoffic. dotibus, exiſtimant, quòd filius non teneatur eo caſu dotare matrem, quæ ad ſecundas nuptias tranſit, ne videatur coactus fuiſſe aliquid ad ſuam iniuriam conferre. Quam Baldi & Cunei opinionem latè tractat Andr. Tyraquel. in l. ſi vnquam. num. 9. C. de reuocand. donat. Interpr. in l. 1. ff. ſoluto matrimonio, præ cæteris Alexan. in col. 10. qui plurimos refert & citat. Baldus in tractatu de dote, in 6. parte. in 10. priuilegio. Paulus de Monte Pico in repet. l. in quartam. 91. col. 67. ff. ad leg. Falcid. 7 8

Quamuis † etiam legata alimentorum fauorem in ſe contineant & habeant maximũ, ita quidem vt nulla alia re niſi morte tollantur: ſi quid tamen alimentorum nomine mulieri relictum eſt, ſub conditione, donec permanſerit in domo: illud quidẽ legatum, poſtquam ſecundis ſe funeſtauit nuptijs, minimè conſequitur. Oldrad. conſ. 139. incip. ad quæſtionem. Quem refert Ioan. de Garronibus in repet. rubr. C. de ſecundis nuptijs. nume. 32. in 35. pœna. Bald. in l. 1. C. vbi pupillus educari debeat. Alex. in l. qui quatuor. 30. §. vxor. ff. de legat. 3. in apoſtilla ad Bart. Bald. Angel. Salicet. Iaſon & alij, in l. 1. C. de legatis. & ibi præcipuè Iaſon per doctrinam Baldi in l. voluntatis. 7. in fin. C. de fideicommiſſ. Relictum nempè vxori à viro ſub ea conditione, donec manſerit in domo viri, intelligi debere, donec viduitatem coluerit. d. l. qui quatuor. §. vxori. Præpoſ. in c. fin. colum. fin. extr. de ſecundis nuptijs. Paulus in repetit. l. Titia cum teſtamẽto. 35. §. Titia cùm nuberet. 35. ff. de legat. 2. in 63. quæſt. Bertachin. in repertorio, in verb. vxor ſecundò nubens. Alexand. conſ. 20. incip. viſo proceſſu. in 2. volum. Et ſingulariter Vitalis de Cambanis in tractatu clauſularum, 9

clau-

clauſul.renunciauit omnibus bonis paternis
& maternis.in §.ſed an iuri alimentorum, in
13.colum. in fin. vbi expreſſè dicit, quouſque
cum filijs cohabitauerit, non poteſt in domũ
inducere vitricum : quia facit eis iniuriam
per ſecundum virum.argum. l. non aliter. 7.
ff.de vſu & habita. Et facit quòd Baldus & In-
terpretes volunt in l.ſi ea conditione. 3. C. de
cond.inſert.

10 Idemq; obſeruatur, ſi † vxori legetur, quã-
diu cum filijs erit. Nam & eo caſu ſecundò
nubendo, legatum perdit, per ea quæ modò
adducta ſunt.Quod obtinere adhuc exiſtima-
uit Ferrarienſis, etiamſi ſimpliciter legata eſ-
ſent alimenta,nulla adiecta cõditione. Nam
& tum quoq; ex eius opinione alimenta ſim-
pliciter relicta amittet,licet vſumfructum re-
tineat. In forma libelli, quando dos petitur
reſtitui:per Authen.hoc locum habet.C ſi ſe-
cundò nupſerit.

Cui aduerſatur Franc.Atet.conſ.40.incip.
præſupponitur in facto Quem ſequitur Paul.
de monte Pico in repet d §.Titia,num 64.

11 Ex eo præſertim, † quòd ſecundò nubens
vſumfructum ſimpliciter legatum non amit-
tit. Si igitur non perdit vſumfructum, & ſic
quod plus eſt:nõ debet perdere alimenta,quæ
ſub vſufructu continentur, l.Imperator.in fi-
ne 50. ff.ad Senatuſconſult. Trebel. l. penult.
ff. de alimentis & cibarijs legatis. Latè proſe
quitur Ioan.de Garronibus,in d. rub.num.32.
vſque ad num.37.

12 Quamuis autem † communiter durãte vi-
duitate mulier intra annum,ſi vnde viuat nõ
habeat,ali ab hæredibus viri debeat:Cynus &
Interpr.in l fin. C. de bonis maternis. latè In-
terpr.in l.diuortio.8.in princ.ff.ſoluto matri-
monio,poſt gloſſ.& in l.1.§. exactio. C.de rei.
vxoriæ actio.Caſtrenſ.conſ.425.incip.vlſo ca-
ſu ſuprà ſcripto.in 2. volum. Cardinal. Zaba
rella.conſ.78.incip.amice.Ang. conſ. 142. in-
cip.ſuper primo. Alex. conſi.27. in 4. volum.
Bal.notabiliter diſtinguendo,conſ.238. incip.
hæres viri,in 2. volum. Bertachinus in reper-
torio,in verbo,vidua.

Secundò tamen ſi ſe maculet connubio, a-
li non debet.Interp.in d.l.fin.Ferrar.in d.for-
ma libelli,quando dos, &c. Iaſ. in §.fuerat.in
8.colum.in verſ.ſingulariter limita Inſtit. de
actionib.Corneus conſ.52.in 1.volum. in con
ſi.129. eodem. Socinus conſ. 180. incip. dili-
genter.

13 Et notabilis † eſt caſus contra fœminas ſe-
cundò nubentes:licet enim aliquando ſubdi-
ti, vel ex conſuetudine, vel ex pacto, tenean-
tur dominum iuuare in filia maritanda, iux-
tà notata per Speculat.tit.de feudis. §. quoni-
am ſuper Homagijs.circa fin.Ioan. Raynerij-
us & alij, in c.Imperialem, §.firmiter. de pro-
hibita feudi alienat.per Frider. Iacob. de San-
cto Georg.in tracta.fend. in verb. qui quidem
inueſt.Guido Papæ in deciſ.57. cum ſimil.

Intelligitur tamen id de primo quoq; ma-
trimonio,non de ſecundis nuptijs.Nam ſecũ-
dò nubentem vt adiuuent, denuò exigi non
poteſt.Guido Papæ in d. deciſ. text.in l.ſanci-
mus.4.C.de conſs.lib.12. l. boues.80.§.hoc ſer
mone.ff.de verb.ſigniſ.argumento l. fideicõ-
miſſa.11.§.ſi quis.ff.de legat.3.l.ſi duo. in fin.ff.
de arbitris.l.1.§.ſi curator.ff.vt legatorum no-
mine caueatur. Bald.in l.fin.in 2.col.C.de do
tis promiſſ.Fulgoſ.in l.ſi ſociu[m] pro filia.82.ff.
pro ſocio.Iaſon in l.duobus.28.§.1.in 2.col.in
verſ.3.& 13.ff.de iureiurando.& in l.diuortio.
8.§.quod in anno.circa 3.colum. ff.ſoluto ma
trimonio.Alex.& Interpr.in l.ſi cum dotem.
23.§.ſi poſt ſolutum.ff.ſoluto matrimon.Ro-
man.conſ.408.incip. in propoſita quæſtione.
in quo conſilio tractat, an legatum factũ pro
prima filia maritanda, debeatur primæ natæ,
an verò primæ maritatæ. De quo Ioannes de
Imol.conſ.13.incip. cauſa quæ vertitur.

Propter hanc quoq; fraudis ſuſpicionem,
licet aliàs † mater adminiſtrans bona filij, de 14
modicis reddere rationem non teneatur, l.
quidam decedens.6.aliàs §.l.ita autem.5. ff. de
adminiſtr.tut.

Ad ſecundas tamen conuolans nuptias,te-
nebitur. Bald. in l. cum oportet. 6. §. fin.ff.de
bonis quæ liberis.Guido Papæ deciſ.539.Ioan-
nes de Garronibus in d.rub.num.73.Nam † in 15
matre ſecundò nubente fides nulla in liberos
præſumitur:quia maiori ſemper amore exiſti
matur, in ſecundum maritum ferri & duci,
quàm in liberos ex priore matrimonio ſuſce
ptos,d.l.lex quæ tutores.22.C.de adminiſtrat.
tutorum.l.1.cum gloſſa. C.vbi pupilli educen
tur.Bald.notab.in l.precib.8.colum. 9. verſic;
item dicit idoneos.C.de impuberum, & alijs
ſubſtit.Franciſcus Curtius conſi.46.incip. ſu-
per controuerſia,& in conſi.27. per l. 4. ff. de
inofficioſo teſtamento.l.hac edictali.6. C. de
ſecundis nuptijs. Corneus in l. iubemus. 6. in
2.colum. C. ad Senatuſconſultum Trebellia-
num.vbi apertè dicit, quòd parentes tranſeũ-
tes ad ſecunda vota, ſuſpecti in rebus filio-
rum primi matrimonij ſemper reddantur: ſi-
ue ſint matres, de quibus non eſt dubium.
(nam hæ ſuſpectæ etiam cenſentur in vita li-
berorum,d.l.lex quæ tutores.22.) ſiue ſint pa-
tres.Corn.conſi.124.in 3.vol.

Deinde non tantum † præſumptione iuris 16
prægrauatur, ſed mortuo etiam marito iniu-
riam infert maximam, quòd eius memori-
am contemnit,§.ſi autem tutelam. Authent.
de nuptijs.& , vt Iuſtinianus ait, tribus maxi-
mè neglectis, Deo,defuncti memoria,& cha-
ritate filiorum.

Quare † quoque legatum mulieri ſub ea 17
conditione relictum, quàm diu caſtè aut ho-

neſtè vixerit, poſtquam ſecundò nupſit, ipſi
aufertur ac adimitur. Quod non obſcurè Bal-
dus ſenſit in l. Deo nobis. 43. in principio, co-
lum. vltim. C. de epiſcopis & clericis. apertius
in l. vltim. colum. 2. & ibi quoque Angel. &
Salicetus, in colum. 2. in verſu, quæro ſuppo-
ſito. & Iaſon ad finem. C. de indicta viduita-
te. Baldus in l. 1. colum. 2. in 5. notab. C. de rap-
tu virg. & in l. cum filius. 78. §. qui Mutianam.
vbi expreſſius Imola, ff. de legat. 2. Alexander,
Claudius de Sayſello, & alij in l. mulier. 22. §.
cùm proponetur. ff. ad Senatuſconſultum
Trebellianum. Angel. in §. cum igitur. Auth.
de non eligendo. §. hæc autem. Authen. quo-
modo oporteat epiſcopum. Anchotanus &
Imola in c. quod à te, colum. 1. extr. de clericis
coniugatis. Raphael conſi. 22. incip. teſtator
legauit. Caſtrenſis conſi. 459. incip. diffic. vo-
lum. 1. Et recenſet Valerius Maxlmus lib. 7. ca
pite 7. Sextiliam Romanam mulierem, ira-
tam filijs, in contumeliam, cùm iam parere
non poſſet, Publio ſeni admodum nupſiſſe,
& filios teſtamento præterijſſe. Qua re cogni-
ta diuus Auguſtus, & nuptias improbauit, &
teſtamentum reſcidit, ac filios matris hære-
des eſſe voluit: quod æquiſſimum fuit. Quini-
18 mò † Imperator Conſtãtiuus eam fœminam
quæ ſecundis ſe funeſtat nuptijs, illi quæ im-
pudicè viuit, æquiparat, l. his ſolis. 7. C. de re-
uocandis donationibus. Mater enim dona-
tionem filio ingrato factam, reuocare po-
teſt: niſi poſt mortem mariti inhoneſtè vi-
uat, aut ſecundò nubat. Quod ſimiliter Ale-
xander Tertius pontifex Romanus reſcrip-
ſit, in c. vxoratus. 8. extrà, de conuerſ. coniuga-
torum.

Ex quo Panormitanus notat, paria eſſe, in-
continenter viuere, & ſecundò nubere: per c.
hac ratione. 31. quæſtione 1. Nam licet licitum
ſit, ſecundùm diuum Paulum, ſecundas nup-
tias contrahere: tamen ſecundùm veritatis
rationem, verè fornicatio eſt, vt inquit diuus
Chryſoſtomus, ſed cùm permittente Deo
publicè & licenter committitur, fit honeſta
fornicatio. Propterea benè dixit Chriſtus in
Euangelio: Quia Moyſes hoc permiſit, & nõ
præcepit. aliud eſt enim præcipere, aliud
permittere, quod enim permittimus, volen-
tes præcipimus: quia malas hominum vo-
luntates ad plenum prohibere non poſſu-
mus.

19 Caſta † enim & pudica matrona, quæ ve-
ro amore primum maritum proſequuta eſt,
nunquam de violatione thori cogitat, neque
libidinem honeſtati pudorique præfert & an-
teponit. Inſigne exemplum extat in Valeria
Meſſalarum ſorore, quæ amiſſo Seruio viro,
interrogata, cur alteri non nuberet? reſpon-
dit, Semper ſibi Seruium viuere. Cuius caſti-
tatis exempla plura refert diuus Hieronym*
in libro 1. ad Iouinianum.

Inter cætera, † vnum de filia Demotionis 20
Areopagitarum principis, quæ mortuo ſpon-
ſo ad nouas nuptias ambita & ſolicitata, Nul-
li ſe nupturam ait. maritum enim nunquam:
adulterum verò ſe, ſi nuberet, habituram per
petuò, reſpondit. Inde pro hac pudicitiæ lau-
de, corona apud Romanos illis quæ vnico cõ
tentæ matrimonio vixerant, decreta fuit. exi-
ſtimabant enim, tum præcipuè honeſtæ ma-
tronæ incorruptum eſſe animum, quæ poſt
depoſitæ virginitatis cubile, in publicum egre
di neſciret.

Multorum matrimoniorum experientiã,
quaſi legitimæ cuiuſdam intemperantiæ ſig-
num eſſe credentes: vt refert Valerius libro ſe
cundo, capite primo, qui miris laudibus An-
toniam extollit, quæ, in quo lecto adoſcentię
vigorem ſenſit, in eodem vidua conſe-
nuit.

Et inter cæteras laudes, † quibus Cornelius 21
Tacitus Germanos proſequitur, caſtitatis laus
ſumma ferè eſt, & præcipua. vnica enim eos
vxore contentos fuiſſe refert: virgines ſolas
nubere, ſicque vnum maritum accipere, quo-
modo vnum corpus, vnamq; vitam, ne vlla
cogitatio vltra, ne longior cupiditas.

Ac eleganter Plutarchus interrogatus, qua-
re publicis feſtis veteri more virgines non nu
bant, viduæ nubant? rationem reddit, quòd
virginibus decorum, viduis verò multis præ-
ſentibus fœdum ſit nubere: fœlices enim ac
fauſtæ primæ ſunt nuptiæ, ſecundæ verò tri-
ſtes ac deteſtandę: dies autem feſtos adeò mul
titudinem diſtrahere, vt his rebus intereſſe p
ocium non poſſint. Hinc Martialis lib. 6. Epi-
grammaton ait:

Quæ nubit totiens, non nubit, adultera lege eſt.

Et Seneca:

Habent locum maledicti, crebræ nuptiæ.

Et Virgil in lib. 4. de Didone:

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras Erebi, noctemq; profundam,
Ante pudor quàm te violem, aut tua iura reſoluam:
Ille meos primus, qui me ſibi iunxit, amores,
Abſtulit, ille habeat ſecum, ſeruetq; ſepulchro.

Quamuis autem hæc, multoque plura, con
tra ſecundò nubentes dici poſſint: ex qua eti-
am cauſa diuus Hieronymus in libro de Mo-
nogamia ad Geruntiam, & in lib. 1. ad Iouinia
num, & ante eum Tertullianus in libro de
Exhortatione caſtitatis, in ſecundas nuptias
inuehuntur: ex dicto diui Pauli ad Corinthi-
os, capite ſeptimo. Dico autem non nuptis &
viduis, bonum eſt illis ſi ſic permanſerint, ſic-
ut & ego. Quod ſi non ſe continent, nubant.
Diui tamen Pauli præceptum ita accipi de-
bet, ne prohibuiſſe aut damnaſſe ſecundas nu-
ptias videatur, vt Tertullianus ait: ſed ſatius
eſſe, & honeſtius, ſi ijs abſtineamus, præſertim
ſi ci-

ſi citra periculnm animæ id fieri poſſit, quod & D. Hieronymus dicit. Quid igitur, inquit, damnamus ſecunda matrimonia? minimè: ſed prima laudamus.

CAPVT X.

Vtrùm pęna quę intra annum luctus ſecundò nubentibus feminis impoſita eſt, iure Canonico ſublata ſit.

SVMMARIA.

1 *Infamia qua de iure ciuili per ſecundas nuptias intra annum luctus contrahitur, iure canonum ſublata.*

2 *Pœnas ſecundò nubentium præter infamiam iure pontificio non ſublatas.*

3 *Parentes ſecundarum nuptiarū ſuccedunt filÿs prioris matrimony cum eorum fratribus, quoad vſumfructum tantum.*

1 EXiſtimatum à quibuſdam eſt, † pœnas à Theodoſio ſecundò nubentibus, initio conſtitutas, & à Iuſtiniano repetitas, ac denuò confirmatas, ſub Authen de nuptijs, vel conſtitutione 22. reſcriptis Lucij, itemque Innocentij pontificum Romanorum, ſublatas prorſus & antiquatas eſſe, ſub canone 4. & 5. extrà, de ſecnndis nuptijs. Super illa quæſtione, qua quæſitum eſt: An mulier poſſit ſine infamia nubere, intra tempus luctus ſecundùm leges definitum? Reſpondemus, inquit Lucius Tertius. Quòd cùm Apoſtolus dicat, Mulier viro ſuo mortuo, ſoluta eſt à lege viri ſui, nubat in Domino cui voluerit: per licentiam & authoritatem Apoſtoli, eius infamia aboletur. Et deinde Innocentius III. Cùm ſecundùm Apoſtolum mulier mortuo viro ſuo, ab eius ſit lege ſoluta, & nubendi cui vult, tantū in Domino, liberam habet facultatem: non debet legalis infamiæ ſuſtinere iacturam, quę licet poſt viri obitum, intra tempus luctus, ſcilicet vnius anni ſpacium, nubat, conceſſa ſibi tamen ab Apoſtolo vtitur poteſtate, cùm in his præſertim ſeculares leges non dedignētur ſacros Canones imitari.

2 Verùm indubitati certique iuris eſt, † eam ſolummodò pœnam ſublatam eſſe, quæ infamiam vxori infligit, ſtatumque imminuit: alias verò pœnas à iure ciuili in ſucceſſionib⁹ auertendis & excludendis impoſitas, pontificum decretis antiquatas minimè, neque correctas eſſe. Sed ſecundò nubētes intra annum luctus, ab hæreditate filiorum conſequenda, excludi & auerti, quod multorum iudicio traditum comprobatumque eſt. Bartolus in l. 1. C. de ſecundis nuptijs. & in l. liberorum. 11. in princip. ff. de his qui notantur infamia. Decius & Garronius in rubr. C. de ſecundis nuptijs. Baldus in l. ſi qua mulier. 4. C. ad Senatuſ. conſultum Tertyllianum. gloſſ. Panormit. & Innocent. & alij in c. fin. extrà, de ſecundis nuptijs. Deci. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, colum. 15. extr. de conſtitutionibus. & in conſil. 223. & conſi. 230. Baldus in conſi. 148. incip. quędam nobilis, lib. 1. Anchora. conſ. 101. incip. ex prędicto themate. in 1. & 2. dubio. Roman. conſi. 183. Marian. Soc. conſ. 34. incip. proſequendo ordinem, colum. 3. & 4. & conſi. 39. incip. viſis & inſpectis, colum. 5. Alex. conſ. 68. incip. circa præmiſſam, lib. 4.

3 Obſeruata itaque & † retenta hac communi opinione, parentes ſecundò nubentes, ius vtendi ſolummodò & fruendi in bonis liberorum vita functorum ſine deſcendentibus conſequuntur: proprietas autem tota ad alios defuncti fratres ſororesve pertinet. Et ſic parentes ob trāſitum ad ſecundas nuptias ab hæreditate, in quam aliàs cum fratribus defuncti ſucceſſiſſent. excluduntur & auertuntur, iuxtà veterem Theodoſij, Arcadij & Honorij conſtitutionem & nouam Iuſtiniani renouationem, in l. 3. & Authē. ſequentib. C. de ſecund. nupt.

CAPVT XI.

An pęna contra feminas, quæ ad ſecundas tranſeunt nuptias, intra tempus luctui præfinitum lata, locum habeat in patre, & alijs aſcendentibus maſculis.

SVMMARIA.

1 *Pater nouercam ſuperinducens intra annum luctus liberis, proprietate in ſucceßione filij cum fratribus priuatur aquè vt mater, num. 3. & 4.*

2 *Charonda Catanæ lex in maritos ſecundas nuptias celebrantes.*

4 *Pater ſiue ante ſiue poſt mortem filij, cui cum altero filio ſucceßit, ad ſecunda vota venerit, perdit dominiū relicti.*

5 *Intellectus cap. 3. verſic. ſicut enim, in Authent. de non eligendo, &c.*

1 MAtheſilanus † hac in quæſtione hæſitat in dicto ſuo tractatu, in ſecundo membro, num. 25. verùm non fuit quòd hæſitaret, cum eadem ſit ratio in patre, imò maior quā in matre, quare ad ſecundas nuptias tranſiens vſumfructum tantùm in bonis filij vita functi conſequatur, in proprietate verò cùm alijs ſuis liberis & defuncti fratribus, ſororibusve nihil commune habeat. Nam iura præſumunt, nouas nuptas non bona ſolùm, ſed ipſum animum maritis addicere, l. lex quæ tutores, 22. C. de adminiſtr. tutorum. verùm etiam colligunt & indicant, patrem nouercalibus delinimentis inſtigatum, malignè ſemper circa ſanguinem ſuum ferre iudicium, & à ſocij ipſa abduci auellique, l. 3. ff. de inofficioſo teſtamen. vnde cùm & filiorum cauſa, & deinde coniugum hæc ipſa pœna introducta ſit, & tam in patre, quàm in matre rationem eandem habeat: dubium non eſt, patrem ſimi-

liter hoc caſu proprietate excludi.

2 Extat Charondæ Catanęi legumlatoris antiqui lex contra eos, qui ad ſecundas nuptias tranſeunt. Qui libetis ſuis vxorem ſuperduxerit, eum neque vllo dignitatis loco, precijque virum habeto, neque vlla ciuium conſuetudine communicare frui ve ſinito, quippe qui malum alienum rebus ipſe ſuis intulerit. Si proſperè enim tibi coniugium primum ſortè ſucceſſerit, eo ſucceſſu contentus conquieſcito: ſin aduerſus obtigerit, idem malum ſecunda exploratione tẽtare velle, furioſi eſt. Nam qui his ab adſequenda re in ſuis negotijs fallitur, demens is meritò exiſtimatur. Stobæus in ſermone 42. Et extat elegans epigramma incerti authoris Græci:

εἴ τις ἅπαξ γήμας πάλι δεύτερα λέκτρα διώκει,
Ναυηγὸς πλώει δὶς βυθὸν ἀργαλέον.

Quod Morus vertit:

Qui capit vxorem, defunctâ vxore ſecunda,
Naufragus in tumido bis natat ille freto.

Quò & diuus Auguſtinus alluſit, dum eum qui matrlmonium contrahit, nauiganti ſimilem facit, c. nos nouimus, & ibi gloſſ. in verſ. nauigaſti. 17. q. 2.

Et refertur à Gellio libro 17. capite 14. à Macrobio lib. 2. capite ſeptimo, Publij Mimi verſiculus:

Improbè Neptunum accuſat, qui iterum naufragium facit.

3 Neque ſolummodò † ob parem rationem idem in marito dici debet, verùm aperta etiam conſtitutione, idem ſancitum iuſſumque eſt. Authentic. de nuptijs. Si verò expectet quidem tempus mulier, & propterea effugiat prędictas pœnas, ad ſecundum verò veniat matrimonium, priores negligens nuptias, ſiquidem non habeat filias, dicatur etiam denuò, ſine periculo eſt, totum ex hoc. Si verò ſit ſoboles, & filios ex hoc exhonoratos viderit, tunc omni largitate à viro ad eam veniente, eam ſecundùm proprietatis priuat partem, ſolùm ei derelinquens vſumfructum: Et hæc ſaucita ſunt, etiam ſuper antenuptiali donatione, & ſuper omni largitate: ſiue cum viueret à viro ad eam veniente, aut etiam ex teſtamento, aut mortis cauſa donatione, ſiue inſtitutiõis ſit pars, ſiue legatum, ſiue fideicommiſſum. Et generaliter dicendum eſt, quòd omnis eam deſerit proprietatis modus, in ijs quæ à priore viro in eam venerunt, & filij ea percipient, & proprietatis erunt domini ſecũdùm tempus mox quo mater coniuncta eſt alij viro. Et hæc communis mulieris & viri mulcta ſit poſita. nam ſi & ille filios habens ſecundam eis ſuperinduxerit vxorem, non ex dote fruentur lucris ſecundùm proprietatis rationem. Nam largitatem à muliere percipiens, hanc habebit firmam: præterquàm quod licet vti & frui, donec aduixerit ſolum.

Et ij quoque filij licet ſub poteſtate conſtituti ſint, ſed tamen domini ſecundùm proprietatem talium, erunt venientium mox in eos, ſimul cum ſecundæ vxoris coniunctione.

Verba itaque Iuſtiniani aperta claraque patri ius vtendi, fruendi in bonis filiorum vita defunctorum ſolummodò adhibent: liberos verò reliquos ſub poteſtate conſtitutos, dominos proprietatis, & in lucro dotis, & in alijs rebus, quæ reſpectu matris ad eos peruenerũt, fieri clarè aperteq; oſtendunt.

Quod deinde dilucidius explicat Iuſtinianus in dicta Authentic. de nuptijs §. hinc nos alia euocat ratio, cap. 25 colum ſecunda, verbo, ſi autem inteſtatus filius moriatur, iam ad ſecundas veniente matre nuptias, aut poſtea veniente, vocetur quidem & ipſa cum filij aut filiæ fratribus, ſecundùm noſtram conſtitutionem ab inteſtato ad eius ſucceſſionem.

Sed quanta quidem, quæ ex paterna ſubſtãtia ad filium peruenerunt, eorum ſolùm habeat modo vſum, ad ſecundas omninò, ſiue prius ſiue poſtea veniens nuptias.

Quare eam † ſententiam, & ratione, & aperta Iuſtiniani ſanctione confirmatam plerique iuris noſtri Interpretes, tam docendo, quàm reſpondendo ſequuti ſunt. Bartolus, Baldus, Salicetus in l. fœminæ. 3. C. de ſecundis nuptijs. Bartolus & Angel. in l. de emancipatis. 13. C. de legitimis hæredibus. Philippus Decius poſt princip. in l. 1. C. de ſecundis nuptijs Angelus Aretinus in § præferuntur. Inſtitut. ad Senatuſconſultum Tertyllianum. Ioannes de Monteſerrato in repetitio. l. frater à fratre 38. in 17 quæſtione. ff. de conditio. indebit Bologn. in addit. ad Matheſilanum in ſecundo membro. verſic. ſecundo caſu. nume. 26. Qui non tantùm in patre procedere putat, ſed & in auo & proauo: allegans Hoſtienſem in ſumma de ſecundis nuptijs. in §. quare, verſic. & quod dixit. Si enim pœna patri imponitur, & matri: multo magis auo auiæque, quibus hæreditas non æquè vt patri & matri debetur, pœna hæc incumbet. Matheſilan. hæſitanter in d. 2. membro, verſicu. tertiò quæro, num. 28. in fin. 4

Sequitur generalem concluſionem eſſe, quòd pœna hæc ad patrem produci & extendi debeat. Vbaldus in dicto tractatu in ſecunda quæſtione principali. Cæpolla cautela 235. incip. ſi mater tranſit. Guido Papæ deciſione 228. incip. ex dicto proceſſu. Oldrad. conſi. 33. incip. quidam habuit vxorem, in ſecundo dubio. Petrus Anchoran. conſ. 347. incip. quia ex facto. Roman. conſi. 182. incip. in caſu propoſito. Marianus Socin. conſi. 34. incip. proſequendo ordinem, & conſ. 65. libro primo. Huius filius Bartholomæus, conſi. 263. incip. capio

pio

pio primum,lib.2.& conſi.114. incip. præſens conſultatio.lib.4.

Confirmatio vtriuſque opinionis, & refutatio Matheſilani.

5 Non † obſtat ſanctio Iuſtiniani, quæ Matheſilanum hæſitantem & dubium reddidit, quæ extat in Authen. de non eligendo ſecundò nubentes.in cap.3.& in 3.colnm.verſic. ſicut Sicut enim patres ſi ad ſecundas veniant nuptias, non fraudamus filiorum ſuorum ſucceſſione, nec quælibet eſt lex aliquid tale dicens ſic neque matres priuabimus filiorum ſucceſſione, ſi matres ad virum veniant ſecũdum, licet ante nuptias ſecundas, aut poſt ſecundas filij moriantur. alioqui & abſurditate legis, licet præmoriantur filij omnes, non relinquentes filios, aut nepotes, nihilominus ſupplicium manet, & non ſuccedit eis mater, nec ſi ſine filijs moriantur: ſed inhumanè ab eorum repellitur ſucceſſione, fruſtrà quidem pariens fruſtrà ſimul & nutriens, propter legales nuptias ſubiecta pœnis. & ſuccedent quidem illis aliqui ex longa cognatione, mater autem irrationabiliter expellitur: quapropter & ipſa ſuccedat filijs. & ſit hæc lex clemens & mitis, matres filijs concilians. Et in fine ſubijcit: Hoc etiam matres habeant, voceturq; mater ad filij hæreditatem, ſiue iam ad ſecundas veniat nuptias, ſiue poſtea.

Qua ſanè ſanctione Iuſtinianus omnes pœnas ſecundò nubentibus, à Theodoſio & Arcadio PP. conſtitutas antiquauit & ſuſtulit.

Verùm, vt in alijs multis antinomijs conciliandis, ita & in hac, ad temporum ſeriem confugiendnm eſt. Authenti de non eligendo ſecundò nubentes, quo Iuſtinianus parentibus ad ſecunda vota tranſeuntibus ſucceſſionem cum reliquis liberis permiſit, editum eſt anno Imperij 8. Iuſtiniani, anno Chriſti 534.17 Calend. April.

Authenticum autem de nuptijs, quo pœnas plurimas iiſdem conſtituit, promulgatum eſt 15. Calend. Auguſti, anno Imperij Iuſtiniani 9. Beliſario V.C. conſnle, anno Chriſti 535.

Authentico igitur de nuptijs, vno anno & quatuor menſibus poſtea edito, priorem ſanctionem quæ continetur in d. Authentico de non eligendo ſecundò nubentes, abrogauit, & antea ſublatas Theodoſij conſtitutiones reuocauit, & ſua authoritate ſtabiliuit & comprobauit, ac alias præterea pœnas ſecundò nubentibus conſtituit, quod ipſe Iuſtinianus expreſſè teſtatur in d. Authen. de nuptijs. §. hinc nos alia euocat ratio. ſub c.25. in prin. verſi. de his: De his autem quæ poſt hæc ad ſecundũ veniãt virum, ita nobis præſens lex diſponatur. Firmiter itaq; ac adſeueranter, ratione, & expreſſa ſanctione, & authoritate, multorumq; iudicio motus, dico: pœnam fœminis ſecundò nubentibus intra annum luctus, quoad hæreditatem filiorum ſine liberis defunctorum & eorum fratribus extantibus, amittendam, valere, ac producendam & extendendam eſſe ad patres.

CAPVT XII.

Declaratio regulæ qua traditur, parentes ſecundò intra annum luctus nubentes, ex bonis liberorum, vnà cum filijs filiabusve ſuperſtitibus, non vocari in proprietatem, ſed ius vtendi, fruendi, ſolùm in illis bonis conſequi.

SVMMARIA.

1 *Pater cum filio ſuccedit, defuncto filio etiam in dominio quoad bona aliundè quam à parentibus acquiſita.*
2 *Parentes dominium bonorum filij prædefuncti habent, ſi nulli alij extent liberi.*
3 *Parentes non exiſtentibus alijs liberis ſuccedunt filio pleno iure in omnibus bonis indifferenter.*
4 *Priuilegia reſpectu certarum perſonarum conceſſa, ijs ſublatis, ceſſant.*
5 *Vxor vidua priuilegijs mariti gaudet, quoad vidua eſt.*
6 *Liberis etiam ſtatuto à ſucceſſione excluſis, tamen dominium quæritur bonorum relictorum, ſi mater ſecundò nupſerit.*
7 *Deportatus filius locum pœna matri ſecundò nubenti non facit.*
8 *Liberis religionem mendicantium ingreſſis, mater reliquis liberis pleno iure ſuccedit, etiam poſt ſecunda vota.*
9 *Filij liberè cum iuramento renunciantes hæreditati paternæ, an lucro, quod ex ſecundis nuptijs habent, renunciaſſe dicantur.*
10 *Renunciatio generalis [illegible] non cogitata non extenditur, & num. 12.*
11 *Illatio ex diuerſis non fit.*
12 *Mater licet in dominio ab inteſtato non ſuccedat, ex teſtamento tamen ſuccedere poteſt.*

1 HAEC declaratio prima, locum non habet in bonis filiorum, † quę aliunde quã ex ſubſtantia alterius parentis defuncto obuenerũt: præter hæc enim bona, in reſiduis omnibus, vnà cùm defuncti fratribus, ſororibusve, ſuccedunt parentes quoad proprietatem, non obſtante ſecundo matrimonio. ceſſat enim in his bonis ratio iniuriæ prioris matrimonij d. Auth. de nuptijs. c.25. § hinc nos alia euocat ratio, in ſecunda col. verſic. In reſiduis verò omnibus rebus quæ aliunde erant filio præter paternam ſucceſſionem, veniat ſecundùm vocationem noſtram. & repetitur in l. fin. C. ad S.C. Tertyl.

2 Secundò ſublimitatur vt † non procedat, quando nullos habeat filios. §. ſi verò expectet, in Authentic. de nuptijs. Si verò, inquit, expectet tempus mulier, & propterea effugiat prædictas pœnas: ad ſecundum verò veniat

matrimonium, priores negligens nuptias, ſiquidem non habeat filios, dicatur etiam denuò, ſine periculo eſt totum ex hoc.

Quod & Theodoſius anno Chriſti 384. ſexto Calendas Iunias, annis 151. ante Iuſtinianum ſanciuit. Quòd ſi nullam, inquit, ex priore matrimonio habuerit ſucceſſionem, vel natus natæve ſucceſſerint: omne quod quoquo modo perceperit, plenò proprietatis iure obtineat: atque in his nanciſcendi dominij, & teſtandi circa quem voluerit, liberam habeat facultatem, l. fœminæ. 3. §. quòd ſi. C. de ſecund. nupt.

3 Parentes † itaque ſi ſecundò nubant, & nati natæve omnes deceſſerint, omnia liberorum vita functorum bona, qualiacunque ea fuerint, ſiue aduentitia, ſiue caſtrenſia, vel quaſi, pleno proprietatis iure conſequuntur, d. l. fœminæ. 3. d. §. ſi verò expectet. declarat Bar. in Authentic. de teſtamento. C. de ſecundis nuptijs. Alexander conſi. 63. incip. in dubitatione præmiſſa. in 5. libro. Ioannes de Anania conſi. 101. incip viſis, in fin. Benedictus Capra in cōſi. 52. incip cum viſo. Ang. conſ. 40. incip. præſuppoſito in facto, colum. pen.

Ratio harum ſanctionū non difficulter, nec obſcurè colligi poteſt. Quotieſcunque enim propter fauorem, alterius aliquid introductū eſt, ceſſante eo cui fauetur, & fauor ceſſat, l. & ideo ſi viuo. 8. ff. de adimendis legatis. Nam fauore ceſſante, ceſſat effectus fauoris, c. ceſsāte. extr. de appel. cum ſimil.

4 Sicut † in ſimili priuilegium fauore parentum liberis conceſſum, vel vxoribus fauore maritorum, illis mortuis ceſſat & deſinit. l. vltima, & ibi Cynus in notabili, & Baldus in principio, C. de iniurijs, gloſſ. in l. medicos. 6. in verb. & filijs. C. de profeſſoribus & medicis, libro decimo. Sic priuilegia conceſſa famulis fauore dominorum, intelliguntur durare, quamdiu ſunt in ſeruitio: cùm ceſſante fauoris cauſa, ceſſet ſimiliter effectus. Baldus in l. ſecunda, C. de epiſcopis & clericis. Ideoque pro domino teſtificari deinde poſſunt. Bartolus, Baldus, Salicetus, Caſtrenſis, in l. ſecunda. C. de teſtibus. Speculat. in titul. de teſte §. 1. verſic quòd ſi olim. vbi Ioannes Andr. in addit. Bartolus in l. 1. § idem Mummio, & ibi Hippolyt. ff. de quæſtionib.

5 Sic † vxores quoque poſt mortem maritorum, quamdiu manent in viduitate, priuilegijs maritorum truuntur, l. fœminæ. 8. & ibi Albericus, ff. de ſenatoribus. l. filij. 22. § vidua. ff. ad municip. l. cum te. 10. & ibi Baldus, C. de nuptijs. Angelus, Paulus Caſtrenſis. & recentiores omnes, in l. cum quædam. 19. ff. de iuriſdict. omn. iud.

Quæ omnia ex Pauli Iuriſconſulti reſponſo dependent, l. in omnibus. 68. ff. de regulis iuris. In omnibus, inquit, cauſis id obſeruatur, vt vbi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat. Cùm itaque ſimiliter hoc noſtro caſu, cauſa pœnæ ceſſet, nempe fauor aliorum liberorum, §. ſi quis expectet, in Authen de nuptijs. ceſſabit meritò quoque effectus, pœna videlicet ipſa l. hac edictali. 6. C. de ſecundis nuptijs. Baldus conſ. 153. incipien. quidam teſtator. In 2. dubio. libro 5. Alexan. conſi. 211. incip. viſo, lib. 8.

6 Inde oritur quæſtio: Quid † ſi liberi extent, qui tamen à ſucceſſione, iure municipali pelluntur, an & hi pro mortuis reputabuntur? veluti, Si filiæ tantum ſuperſint, quæ iure municipali, qualia in Italia ſunt plurima, ab hæreditate patris quandoque excluduntur, an hæ parentibus ſecundò nubentibus locum faciant, ita vt parentes pleno proprietatis iure, liberorum defunctorum bona conſequātur? Salic. in l. generaliter. 5 §. illud C. de ſecund. nuptijs. huiuſmodi lucra hæreditaria in filias quoque deuolui, non obſtante ſtatuto, arbitratur. Quia eis applicantur vt filiabus, non vt hæredibus. Authentic. hæres C. de ſecundis nuptijs. Hęres, inquit Iuſtinianus, lucro cedunt liberis: licet hæredes non ſint patris aut matris, aut vtriuſque, &c. Ad eas enim ſpectat huiuſmodi lucrum, tanquam æs alienum, non tanquam portio hæreditatis. Roman. conſ. 190. per dictam Authentic. hæres. Saliceti opinionem ſequitur Socin. conſi. 305. incip proſequendo ordinem, libro primo. & conſi. 263. incip. capio primum. colum. ſecunda, libro 2. Decius conſi. 87. incip. pro reſolutione, col. 3.

Ratio huius deciſionis reddi hæc poteſt. lucrum hoc debetur liberis, propter iniuriam eis factam. Authentic. de nuptijs. §. ſi autem tutelam gerat. verſicul. nos autem miramur: & tribus maximis neglectis, Deo, defuncti memoria, & charitate filiorum, &c. Ratio igitur iniuriæ etiam hoc caſu, quando filiæ ab hæreditate ex municipali præſcripto arcētur, locum habebit.

7 In filijs verò † qui deportati ſunt, diuerſum ius obtinet. Nam filius ſi deportetur, matrem quæ ad ſecunda vota migrauit, à proprietatis iure in bonis fratris ſui non antevertit, neque mater pœnam patitur aliquam: quia paria ſunt, filios non habere, vel huiuſmodi habere, qui pro mortuis reputentur, l. 1. §. final. ff. de bonorum poſſeſſione contra tabulas, l. ſi necem. quarta, §. ſi deportatus. ff. de bonis libertorū, l. actione. 66. §. publicatione. ff. pro ſocio. l. intercidit. quinquageſimaprima. ff. de conditionibus & demonſtratio. Sicut in ſimili: Si Titio, quando ſine liberis deceſſerit, ſubſtitutus ſit Seius: liberi Titij

poſt-

poſtquàm deportantur, locum ſubſtitutioni faciunt, l.ex facto.17.§. ex facto.ff.ad ſenatuſconſ.Trebel.

8 Quemadmodum † etiam mater à reliquis liberis religionem Mendicantium ingreſſis, in conſequendo pleno proprietatis iure, in bonis filij, etiamſi ſecundò nupſerit, minimè grauatur: quia hi bonorum incapaces ſunt, l. Deo nobis 43.C.de epiſcopis & clericis. Clementina, exiui de paradiſo de verborum ſignifica.c.vnico. de religioſis domibus. libr.6. & ibi gloſſ.in verb.domum. & in c.vnico. de exceſſ.prælat.eod.lib. & c.exijt. de verborum ſignificationib.libr.6. Panormit.& Interpretes Canonum, in c.in præſentia.de probationib.Paulus Pariſienſ.nume.170. Bald. nume. 15.& Interpretes, in Authen. ingreſſi.C.de ſacroſanct.eccleſijs. Bartol.in tractatu minoricarum, libr.1.cap 3 Decius conſil.499.per totum Frideric.de Senis, conſ.12.num.3. & conſil.26.nume.1. Iaſ. in l.ex facto.17.§ Iulianus. num.10.ff de vulgari.cum multis ſimilib.infrà relatis.

Hinc ſimiliter oritur alia quæſtio.

9 Si † filij filiæve ſuperſtites hæreditati paternæ liberè ac ſponte, nec vlla fraudulenta machinatione inducti, ſub iuriſiurandi religione renuncient, quod ipſis licet, c quamuis.de pactis libr 6. an huic lucro renunciaſſe cenſeantur. Oldrad conſ. 394. iſtud ius poſt renunciationem acquiſitum, renunciatione non comprehendi exiſtimat. argumen l.Aurelius.28.§.teſtamento.ff.de lib.legata. Quia in generali renunciatione non cõtinetur ius acquirendum, & noua cauſa, l.2. ff.de ſtatuliberis. l.quod Seruius.8.& ibi Barto.ff.de con-
10 dict. cauſa data.

Deinde † renuncians conſiderauit & cogitauit facultatem ſuccedendi. ergo non debet trahi ad iſtud lucrum, de quo nunquàm cogitatum eſt argum.l.ſi arrogator.ff de adoptionibus Nam generalis renunciatio non extenditur ad ius quærendum ex legis diſpoſitione, l.qui cum tutoribus. 9. vbi Bartol ff. de tranſactio. Bart.in Authen. hoc ampliùs. in fin.C.de fideicommiſſis. Sicut etiam renunciatio bonorum paternorum & maternorum per filiam dote contentam, facta & iurata ad donationem inter viuos, minimè pertrahitur: quia diuerſa ſunt, acquirere bona ex teſtamento, & ab inteſtato, ac ex dona-
11 tione inter viuos. Et † ex diuerſis non fit illatio, l.ſi maritus.10.C.de donat. inter vir. & vxor.l.Papinianus exul. 20.ff.de minorib.l.nõ hoc.4.C.vnde legitimi, cum ſimilib.

12 Inde † dicit Bar.in l.qui Romæ.122.§.duo fratres. in 6.quæſtione ff. de verborum obligat. Quamuis renunciatio totius iuris quod aliquis habet, aut habere ſperat, trahatur ad iura futura: quòd nihilominùs tamen intelligatur de iure, quod renuncians habere ſperat ex aliqua cauſa ſubſiſtẽte de præſenti, per d.l.quod Seruius.ff.de condict.cauſa data, l.1. ff.de ſtatuliberis, & ibi Interpret tex.ſingularis in l.ſi mihi, la 1.ff. de ſeruit. ruſt c.prædiorum. vbi qui habet duo iura, remittendo vnum, nõ videtur remiſſe alterum. Facit quod not. Bald. in l.ſcium. 13.C.de iure deliber. & Iaſon in l.ſtipulatio hoc modo concepta 60. in 4 limitatio.ff.de verborum obligationib. Declarat Matthæ. de Afflict. in deciſio. 350. Guido Papæ deciſio.228 Decius conſil.396.& conſ.206. in fin. Filia igitur renuncians ſucceſſioni paternæ, iuramento etiam interueniente nihilominùs conſequetur fratris ſui defuncti bona, quæ ex patre habuit, pleno proprietatis iure. Et mater ſecundò nubens ius vtendi fruendique modò habebit. Tale enim ius ſeparatum eſt ab hæreditate, cui renũciauit: & à ſeparatis non fit illatio, iuribus
ſuprà relatis. 13

Conclusio † hæc, qua traditum fuit, matrem ſecundo intra annum luctus nubentem exiſtẽtibus alijs filijs filiabusve à proprietate filij ſine liberis vita defuncti excludi. Declaratur quintò, vt locum tantùm habeat in ſucceſſione ab inteſtato: ſecùs verò in ſucceſſione ex teſtamento. Nam mater ſecũdò nubens, ſi à filijs prioris matrimonij hæres inſtituatur, in omnibus bonis vndecunque prouentis ſuccedit, d.Auth. de ſecundis nuptijs. §.hinc nos alia euocat §.ſi igitur legitimè filius teſtatus fuerit. & relinquat matri ſubſtantiam ſiue partem eius aliquam. Hanc illa accipiat per ſcripturam: quia vbique cuſtodiri morientium volumus voluntates, vt habeat quod dimiſſum eſt, aut datum: & ſecundùm proprietatem, & ſecũdùm vſum. Sicut enim licebat relinquere alicui extraneorum, & nihil hæredi ſecundæ mulieris nocebant nuptiæ: ita & matri relinquẽs ſiue inſtitutionem, ſiue legatum, rectè derelinquat & dominium & vſum, ſiue ex rebus quæ extrinſecùs aduenerunt. fuerit facultas, ſiue ex paternis, nihil ex hoc fratribus contradicere volentibus.

CAPVT XIII.

Si mater de cõſenſu liberorum aut mariti prædefuncti ſecundò nubat, an in pœnas ſecundarum nuptiarum incidat.

SVMMARIA.

1 *Parentes de conſenſu liberorum ſecundas cõtrahentes nuptias cum reliquis liberis ad defuncti filij hæreditatem veniunt plene.*

2 Conſenſus tacitus ad ſecundas nuptias parentum propæna iuris euitanda ſufficit.

3 Conſenſus vnius liberorum in nuptias ſecundas qui præmoriatur, nil operatur.

4 Conſenſus mariti prædefuncti vxor ad ſecunda vota veniens, an excludatur à dominio in ſucceſſione liberorum.

6 Pœnam legis nubenti intra annum luctus maritus non poteſt remittere.

7 Iniurias proprias quis remittere poteſt.

9 Appellari à pœna legis nequit.

10 Maritus quas iniurias vxori intra annum nuptura remittere queat.

11 Succeſſionis in dominium filiorum hæreditatis, fauorem reſpicit liberorum.

1 CVm † liberi prioris matrimonij ſecundis nuptijs conſentiunt, parentes ſecundò nubentes non priuantut proprietate bonorum, quæ ab altero prædefuncto parente ad filium vita lam functum, perneneru͂t: ſed vnà in ijs, cum reliquis filij filiæve fratribus & ſorotibus admittuntur. Bologn. in addit. ad Matheſilanu͂, in §. verum pro incerto eſt. per gloſſam in §. & non ſolum. in verb. copulantur. in Authentico, de no͂ eligendo ſecundò nubentes. Raiio eſt, quoniam talis priuatio, in fauorem filiornm primi matrimonij introducta eſt, videlicet propter iniuriam, quæ liberis primi matrimonij, ſecundis nuptijs, infertur. fauoti igitur pro ſei introducto, renunciare poſſunt, l. penult. C. de pactis. Deinde volenti ac ſcienti no͂ fit iniuria, c. ſcienti. de reg. iur. in ſexto. Hanc Accurſij opinionem ſequitur Roman. conſil. 219. Bertrand. conſil. 175. libro. 2. Nicolaus de Vbaldis in tracta. ſucceſſionum. in 2. part. Ange. Peruſ. in l. mater. 5. C. ad S.C. Tertyllia. Deci. conſil. 206. nu. 3. Adde Franciſ. Sarmientam lib. 1. ſelect. Interpretat cap. 4.

2 Et † ſufficit hoc caſu tacitus filiorum conſenſus. Ang. in conſi. 396. incip. Doctor inſignis. col. 2. vbi apertè ait, filios poſſe iniuriam quæ per matrem ſecundò nubentem ipſis illata fuit, remittere: vel conſentie͂do ab initio, vel ratum deinde habendo. Quod & Decius conſultus de facto reſpondit conſil. 206. & docendo tradidit Bald. in Authentica ex teſtamento, colum. final. verb. pone quod iſta Berta. C. de liberis præteritis. & Alex. conſil. 63. lib. 5. Ea enim pœna cùm ob fauorem liberorum introducta ſit, remitti ab ijs vel expreſſim, vel tacitè poteſt.

3 Quæri poteſt: Quid ſi plures ſint filij, & mater ad ſecundas tendens nuprias, vnius tàtùm conſenſum impetret: qui deinde vita fungitur, an ad ſucceſſione͂ huius filij in bona quæ à patre prædefuncto habuit, vnà cum reliquis liberis admitti debeat?

Non abſurdè quidem initiò dici poterat, matrem ſimul admittendam eſſe, & partem cum reliquis liberis facere: cùm eius conſenſum, de cuius bonis agitur, habuerit, præſertim cùm ille filius excluſis alijs fratribus matrem heredem ſcribere & inſtituere potuerit, §. hinc nos. verſic. igitur legitimè. d. Authentic. de nuptijs. Putarem tamen eam excludi debere, & à proprietatis parte conſequenda arcerti. Talis enim priuatio fauore aliorum liberorum ſuperſtitum introducta fuit: vnde conſenſus vnius, alijs præiudicium damnumque adferre non potuit. Nam factum vnius alteri nocere non debet, l. 1. ff. de minoribus. l. ſi ſeruus communis. 61. §. quod verò. ff. de furtis.

Ex † hac, alia naſcitur quæſtio. Quid ſi cum 4
conſenſu mariti prædefuncti, ad ſecunda vota migret: hoc ne pariter caſu, proprietate bonorum filij priuabitur an verò partem cum reliquis liberis conſequetur? Hac in quæſtione in diuerſas opiniones itum, & vtrinq; probabilibus argumentis diſputatum eſt. Aliqui à ſucceſſione pellenda͂ eſſe arbitrati ſunt: tum propter iniuriam, quæ filijs per ſecundum matrimonium infertur: tum etiam quòd pater pœnas legales in fauorem liberorum primi thori, ſecundò nubentibus impoſitas, tollere aut remittere nequeat. Sicut nec in feudo, vel teſtando, vel alia ratione diſponendo præiudicium adſerre nullum poteſt. tit. de ſucceſſione feudi. tit. qualiter feudum olim alienari poterat. tit. de prohibita feudi alienatione per Fridericum, & ibi interpretes. Sicut etiam in iis rebus, quas ipſis donauit, nocere, aut in alium eas transferre nequit, l. 2. C. ſi aduerſus donationem. Minus igitur præiudicium afferet in ijs quæ ex legis ſanctione dependent. Argumento l. ſi arrogatot. 22. ff. de adoptionibus. Semper enim hominis voluntas cum legis diſpoſitione ſe conformare debet iuribus vulgatis. Hanc opinionem tuetur Bertrand. co͂ſ. 286. incip. ponitur in facto, lib. 2.

Contrarium † adſeruit Baldus in rubrica, 5
C. de ſecundis nuptijs. & in l. 1. C. eod. & in l filium quem. 23. C. famil. erciſcun. & in l. 2. C. de his quæ pœnæ nomine. & in conſil. 336. incip. iuxta caſum, lib. 1 & in conſ. 260. incip. ad euidentiam præmittendum eſt: eodem libro. per textum in Authen. de nuptijs, in 2. colum. Vnum itaque hoc præmittatur legi: ſecundùm verò illud, vt omnia quæcunque ex hodierna die teſtator diſpoſuerit de talibus, ſiue vir, ſiue mulier conſiſtat, hæc valeant. Diſponat itaque vnuſquiſque in ſuis vt dignum eſt. Et ſit lex eius voluntas: ſicut & antiquiſſima nobis lex & prima penè Reipublicæ Romanorum diſponens ait, &c. Vti legaſſit quiſque de ſua re, ita ius eſto.

Authoritate igitur huius textus Baldus exiſtimauit, maritum poſſe hanc ipſam pœnam ſecundò nubenti co͂ſtitutam remittere. Quam Baldi opinione͂ conſulendo ſequutus eſt

eſt Ludouicus Roman. in conſi. 209 incip. ex themate, colum. 1. Qui rationem ſatis euidentem adfert. Nam mulier ſecundò nubens, facit iniuriam primo viro, §. quæ verò. in fin. Authen. de ſecundis nupt. Permittenti verò marito nulla videtur inferri iniuria, cùm volenti non fiat iniuria, l. 1. §. vſque adeò. ff. de iniurijs l. cùm donationis. 35. C. de tranſactionibus. Eandem ſententiam tuetur Cæpolla, cautela 235. incip. ſi mater. Franciſc. de Cremona in notabili 74. incip. ſi maritus. Et Philippus Decius in d. rubrica. C. de ſecundis, vbi indubitanter eam veram eſſe aſſerit. Addit tamen hanc declarationem, quam etiam Baldus in l. 1 C. de ſecundis nuptijs, & in d. conſil. 260 tradidit, & in conſil. 288. incip. iuxta caſum illius bonæ mulieris, libro 3. & conſil. 383. incip. proponitur quod Manfredinus, colum. 2. libr. 4. Quod maritus, ſi poſt annum luctus nubat, remittere poſſit eam pœnam, per d. § diſponat. in Auth. de nuptijs. Idemque Angelus exiſtimauit conſi. 396. incip. dolum. 2.

6 Diuerſum, † ſi intra annum luctus: hoc enim caſu nec pacta, nec remiſſionem contra bonos mores fieri poſſe. Apertè enim Theodoſius Infamiæ notam eiuſmodi fœminæ, quæ luctus tempore neglecto, nubit, infligit. Ea tamen declaratio euerti poteſt, quia infamiæ nota nunc ſublata eſt, d. c. penult. & vlti. extra, de ſecundis nuptijs. Neque refert, intra annum luctus, vel poſteà nubat.

Secũdam declarationem adfert idem Decius, vt maritus hanc pœnam remittere poſſit quoad bona, quæ ipſius ſunt, & ab eo proueniũt. Diuerſum verò in ijs quæ liberorum fauore introducta ſunt, d. l. 2. C. de reuocand.

7 donationib. Quia † iniuriatus remittere iniurias proprias poteſt, d. l. 1. §. vſque adeò. Alienas verò, quæ eũ non offendunt, & quarum remittendi poteſtatem non habet, minimè. l ſi vnus. 28. §. illud. ff. de pactis, & ita in ſimili diſtinguit Bal. in l. 1. q 3. ff. de rerum diuiſio. Corn. conſ. 220. libr. 1. & in l. fina. C. de ſecundis nuptijs.

Authoris opinio.

8 Quamuis † autem hæc Baldi opinio ipſo textu fucetur & coloretur: ſi tamen attentiùs conſideretur, longè alia Iuſtiniani mens fuit quàm vt marito liberam diſpoſitionem relinqueret circa ea bona, quorum bonorum proprietatem lex ipſa ſecundò nubentibus ademit. Iuſtinianus enim generaliter permiſit tam maritis, quàm vxoribus ſiue ad ſecundas peruenerint nuptias, ſiue nõ, vt liberam habeant in ſuis rebus diſpoſitionem. Suæ autem res nec ſunt, nec dici poſſunt hæ, quæ ipſa legis diſpoſitione & ſanctione alieni adimuntur. Adimitur verò proprietas bonorum filij vita functi, parentibus, ſi ad ſecundas nuptias tranſierint, & tota addicitur reliquis filijs, filiabusve vel fratribus aut ſororibus defuncti. Contra legis itaque diſpoſitionem & ſanctionem diſponere nequit, l. nemo. 58. ff. de legat. 1.

Sicut † nec à pœna legis appellari poteſt, l. 9
ſi qua pœna antepenul. ff. de verbor. ſignificationib. c. quia nos, & ibi gloſſa, extra, de appellationib. Ioan. Andr. in c. ad noſtram. eod. tit. gloſſ. in c. ſuper his extra, de accuſationib. Panormit. in c. peruenit. extra, de appellationib. Felin. in c. cùm non ab homine. in fin. extra, de iudicijs. Hippol. in l. vnica, col. 24. C. de raptu virg. Ludo Carret. in l. 2. C. quorum appellat. non recip.

Quod † ad iniuriam attinet, quam Baldus, 10
& qui eius opinionem tuentur, remitti poſſe à marito exiſtimant: videndum eſt, quare iniuria ipſi marito inferatur: & num hæc excluſio à proprietate bonorum filij vita functi, in fauorem mariti, an liberorum introducta ſit.

Primùm itaque mulier ſecundò nubens intra annum luctus, maritum offendit duplici de cauſa. Et quòd incertum ei filium obtrudit. Vxor enim intra annum luctus nubens, facit vt dubitetur, ex primone, an ſecundo marito filius cõceptus ſit: & ſic ipſum ſanguinem turbat, l. liberorum. 11. §. 1. ff. de his qui notantur infamia, l. 1. §. de inſpiciendo. ff. de ventre inſpiciendo. 2

Deinde in ſuſpicionem quoque ſe conijcit, quòd viuentem maritum parùm reuerita ſit, quodque minùs caſtè fœdera coniugij ſeruârit. Nam non dubia cuiuſdam maleuolentiæ in priorem maritum, & amoris in alium, ſuſpicio oritur, ſi tam citò neglecta primi mariti memoria ſecundis ſe funeſtet nuptijs, §. ſi. Auth. de reſtit. & ea quæ parit 11. menſe. notatur in c. ſi. extra, de ſecund. nuptijs.

Hæc igitur duo, maritus, qui de vxoris ſuæ fide non dubitat, remittere poteſt.

Quod † autem ad ſucceſſionis auerſionem 11
& excluſionem attinet, hæc non in fauorem mariti, ſed liberorum introducta eſt. Vt hi liberi vel matrem viduam habeant, quæ omni ſolicitudine & cura res filiorum tractet: vel ſi ob effuſam libidinem & incontinentiam ad ſecundum matrimonium conuolaret & properaret, omne id quod ex prædefuncto cõſequuti eſſent patre, commune inter ſe ſolummodò haberent, & proprium. Neque vitricum paterno labore ſuſtentare, ac parte aliqua ad matrẽ delata, alios ex vitrico ſuſceptos liberos iuuare cogerentur.

Exiſtimo itaque ipſa patris prædefuncti permiſſione filijs præiudicium adferri nullum poſſe, & matrem hoc caſu à proprietatis iure conſequendo in bonis quæ ad filium defun-

defunctum ex patre ipſius peruenerunt arce-
ri, neque cum alijs filijs ad partem faciendam admitti debere.

CAPVT XIIII.

Mater quæ intra annum luctus parit, ſi ex defuncto marito infans conceptus non ſit, quas pœnas patiatur.

SVMMARIA.

1 *Mater pariens intra annum luctus ſi non mariti defuncti eſt, pœnas ſecundarum nuptiarum patitur.*
2 *Vſufructu antenuptialis donationis priuatur intra annū luctus ex alio pariens.*

II. CASVS.

1 MAter, † quæ intra tempus luctus circa terminum anni parit, & Indubitatum eſt ſobolem ex priore non conſiſtere matrimonio, in pœnas ſecundò nubentibus conſtitutas incidit, & ſimiliter à ſucceſſiōe filiorum in bona quæ à patre habuerunt, arcetur & pellitur. Argumento Authenticæ multò magis C. de ſacroſanctis Eccleſijs, & c. cùm in cunctis, extra, de electionibus. Extat ſanctio Iuſtiniani in Authen. Eiſdem pœnis C. de ſecundis nuptijs. Eiſdem pœnis ſubijcitur etiam ea, quæ parit intra luctus tempus, ſi modò indubitatum ſit, ſobolem hanc ex defuncto non exiſtere. Nam & vſufructu antenu-
2 ptialis donationis priuatur. Et in § fina. Authentic. de reſtitut. & ea quæ parit ſecundo menſe poſt mortem mariti Vnde ſancimus, inquit Iuſtinianus, ſi quid tale contigerit, & intra luctus tempus pepererit mulier circa terminum anni, vt indubitatum ſit ſobolem ex priori non conſiſtere matrimonio, modis omnibus eam priuari antenuptiali donatione, & ſecundùm proprietatem & ſecundùm vſum. ſubdendam quoque omnibus alijs pœnis, ac ſi ſecundas eam contigiſſet ante luctus tempus legitimas celebraſſe nuptias. Subijcit ſtatim rationem grauiſſimam. Non enim aliquid habebit rei cum caſtitate luxuria: ſed ſubijciatur quidem & ipſa pœnis, periculumque ſuſtineat, etiam circa ſpem ſcripturæ propter ſtuprum, vt neque nuptias acerbas deſideret, neq; legitimas nuptias maiori modo circumueniat.

CAPVT XV.

Parentes luxurioſè aut impudicè viuentes, an pœnis ſecundarum nuptiarum ſubdantur.

SVMMARIA.

1 *Parentes turpiter viuētes à ſucceſſione liberorum ſicut ſecundò nubentes arcentur. nu. 13. & 21.*
2 *Vidua ſtuprum committens an dotem ſicut vxor perdat.*
3 *Maritus propter adulterium perdit donationem propter nuptias.*
4 *Vidua in matrimonio defuncti eſſe dicitur.*
5 *Vidua forum mariti ſequitur.*
6 *Vidua mariti dignitatem retinet.*
7 *Vidua iure retentionis pro dote mariti domum inhabitare poteſt.*
8 *Priuilegium conceſſum alicui, & ſuis deſcendentibus maſculis & fœminis, competit & viduis.*
9 *Dos viduæ iiſdem gaudet priuilegijs quibus conſtante matrimonio.*
10 *Statutum certum modum teſtandi mulieri ſtatuens, & in vidua obtinet.*
11 *Mulier filiorum ſuorum tutrix ſi impudicè viuat ſicut ſecundò nubens, tutela deſtituitur.*
12 *Vidua turpis vitæ omnia priuilegia & honorem mariti perdit.*
14 *Pœnalia reſtringenda.*
15 *Parentum excluſio niſi lege, non inducitur.*
16 *Turpis parentum vita non eſt legitima cauſa exhæredationis.*
17 *Filios caſtigatores parentum conſtituere, lex erubeſcit.*
18 *Argumentum à minori ad maius non procedit vbi diuerſa ratio.*
19 *Meretrices omnium auariſſimè faciliùs ſe obligant quàm donent.*
20 *Pœna grauior ſæpè minori delicto imponitur.*

III. CASVS.

PArentes † qui turpiter & luxurioſè viuūt, 1
turpique ſe polluunt libidine, ab hæreditate filiorum adipiſcenda, quemadmodum ſecundò nubentes arcentur. Si enim ſecundæ nuptiæ efficiunt quo minus filijs ſuccedant: multò magis idem ſtatuitur, ſi libidini, ſi luxuriæ ſe dedant. Hæ enim cum omni ætate turpes, tum ijs qui in matrimonio fuerūt, fœdiſſimæ ſunt ſemper. Idque argumento à minore ad maius. Authentic. multò magis. C. de ſacroſanctis eccleſijs, c. cùm in cunctis, extrà, de electionib. Tradidit hanc declarationem Accurſius in Authen. eiſdem pœnis. C. de ſecundis nuptijs. Eſtque hæc limitatio, communi ferè opinione recepta & approbata, vt teſtatur Baldus, Salicet. Faber in d. Authent. eiſdem pœnis. & in Authentic. ſancimus. C. quando mulier tutelæ officio fungatur. & Alexand. in l. liberorum. 11. §. notantur. ff. de his qui notantur infamia. Iacob de Beluiſo in Authen. de non eligendo § ſiquidem. verſi. ſin autem. dummodò ſtuprū probari poſſit.

Quemadmodum † enim mulier adulte- 2
rium committens perdit dotem & donationem propter nuptias, l. conſenſu 8. C. de repudijs. Imò etiam paraphernalia. Gloſſa ſingularis in c. plerunque. extra, de donat. inter virum & vxorem. Ita ſimiliter viduam ſtuprum committentem, dotem perdere, crebriùs exiſtimatum eſt. Paulus de Caſtro conſ. 121. incip. reuocatur in dubium per textum & gloſſam

gloſſam in l.penul.& ibi Bart.ff.de adulterijs.
Sicut enim ex adulterio conſtante matrimo-
nio offenditur, ita ſimiliter ex ſtupro vidui-
tate durante. Idem Caſtrenſis in l. ſororem.
10.C.de his quibus vt indignis. & in l. fidei-
commiſſum.27.C.de fideicommiſſ. Hippol.
de Marſil.ſing.264.incip. eum ſequuntur. Et
3 vt Baldus ait: Quemadmodum † propter a-
dulterium vxoris vir lucratur dotem, ſic pro-
pter adulterium viri vxor lucratur donatio-
nem propter nuptias, in c.1. extra vt lite non
conteſtata. Ioan. de Anania in c. intelleximus
in 8. colum. in fin. extra ad l. Iuliam de
adulter.

4 Ratio huius concluſionis eſt, quia † vidua
dicitur eſſe in matrimonio primi viri, l.fina.
C.de bonis maternis. Corn. conſil.52.nume.
12.& conſil.129 num.2. & conſ.257. nume.4.
& conſ.147.num.6 lib.1.& conſi.111.nume 2.
5 in 3.volum. Ideoque † in viduitate exiſtens,
ſemper mariti forum ſequitur, & priuilegia
mariti habet, l.fœminæ. 8. & ibi Bartol.ff.de
ſenat.& in l.fin in 1 colum.in fin.verſicu.ſed
quid ſi eſt effecta vidua.C. de verborum ſig-
nifica.& in l.fina.C.de incolis libr.10.& in l.
filij.22.§ vidua.ff.ad municip. & in l. final §.
penul.ff.eodem.& in l.fina.verſic.nota iſtum
textum.C de priuileg.ſcholar.lib.12. Bald.in
l.voluntas. 4.in 1.columna.C. de fideicom-
miſſ.

6 Itemque † eam dignitatem, quam viuente
marito habuit, retinet. Gloſſ.in c.ex parte.in
gloſſ.magna, extrà, de foro compet. in fin. Ex
ea cauſa etiam alimenta viduæ ex bonis ma-
riti prædefuncti præſtari debent, etiamſi ni-
hil dotis nomine ad maritum detulerit. Cy-
nus in l fin.C.de bonis mater. quem refert &
ſequitur Caſtren.conſ.121.incip. reuocatur in
dubium circa medium.

7 Imò † quod plus eſt, vidua poteſt propria
authoritate ſine licentia iudicis remanere in
detentione domus, quam cum marito viuen
te inhabitauit, iure familiaritatis, tanquàm
vxor, & eã propria authoritate pro dote ſua
poſſidere. Bartol in l ſi cui.15.in 1.notab.C.de
non numerata pecunia. l. cùm tibi.10.C. qui
potiores in pignore habeantur. l.penul.C.de
pignorat.action. Iaſon in § item Seruiana in
11.& 12.colum.Inſti de actionib.& in l.ſi non
ſortem.26.§.ſi cenium.in fin.C de condictio-
ne indebiti.Bald.in l.traditionibus.20.in vlt.
col.C.de pactis. Socin. conſ.60.incip. in præ-
ſenti conſultatione, in 2.col.in verſ.ſecundò
probatur.in 1.volum. Alexand.in conſil.129.
in 4.vol.

8 Prætereà † priuilegium conceſſum alicui,
& omnibus deſcendentibus, tam maſculis
quàm fœminis, competit non filiabus nup-
tis ſed filiabus viduis: quia hæ quàm proximè
ad virginitatem accedere videntur. Bar.in l.
quoties.3.C.de priuileg.ſchol.libr.10. Iaſ in l.
cùm quædam puella. 19.in 1.col.ff.de iuriſdi-
ctione omnium iud. Alexand conſ.125.incip.
viſo proceſſu.in 5.col.in 7.volum.

Et † quod præcipuum eſt, dos viduæ eadẽ 9
retinet priuilegia, quæ habebat durante ma-
trimonio. l. etiam. ſi direpto. 12.ff.de fundo
dotali.§.fuerat Inſt.de actionib.l.vnica.C.de
rei vxor actione. Imò non ſolùm ipſius do-
tis permanent priuilegia durante matrimo-
nio, ſed etiam pro fructib. perceptis poſt ſo-
lutum matrimonium, qui tamen non ſunt
dos propriè, datur actio de dote, & eius priui-
legia locum habent, l. ſi marito. 32.§.final.ff.
ſoluto matrimonio. gloſſ.in l.diuortio. 8. &
Interpret.in l.1.ff.eo.

Deinde † ſi iure principali caueatur, ne mu 10
lier extantibus filijs, niſi de quarta dotis parte
teſtetur, tale ſtatutum locum quoque habe-
bit, & extendetur ad viduam.Bal.in l.1.in vlt.
quæſtione. & ibi Caſtren.C.vnde vir & vxor.
Paul.de Caſtr. in rubr.ff. ſolut. matrimonio.
Salicet. & Ludouic.Rom.in d.l.1.C.vnde vir
& vxor. Alex.conſi.55.incip.conſideratis ver-
bis.in vlt.col.in 1.vol.

Cùm itaque fauore matrimonij omnia ea
ſentiat commoda, non ſecùs ac ſi in matri-
monio exiſteret: meritò etiam ijſdem pœnis
ſubijcietur, quæ conſtitutæ ſunt ijs, quæ mi-
nùs caſtè, minuſque pudicè fœdera coniugij
viuente marito obſeruant & tuentur. Qui e-
nim commodum vult, debet etiam ſentire
incommodum.

Sic † ſimiliter vidua, quæ tutrix filiorum 11
ſuorum fuit, ſi luxurioſè & incontinenter vi-
uat, licèt ad ſecunda vota non tranſeat, tute-
la priuatur. Gloſſ.in Auth.de reſtit.& ea quæ
parit menſe 11.§.fina. Bartol.& interpretes in
Authentic.ſacramentum.C. quando mulier
tutelæ officio fungi poſſit. text.in l.final C.
eodem. vbi apertè ait, Matrem pudicitiam
ſuam debere ſeruare intactam. Bartol.in l.ſi
quis ſub conditione.11.ff.de teſtam.tut.in pe-
nult.colum.in verb. quæro mulier quæ per-
tranſiuit. & ibi Angel.Peruſ.per gloſſ.in l.fi-
deicommiſſum. 27.C. de fideicommiſſ. & in
d.l.ſororem.10.C.de his quib. vt indig. inter-
pretes in l.licitatio.9 § quod illicitè ff.de pub
lic.Bald.Salicet.in l.his ſolis.7.C.de reuocan.
donat.

Sic † quoque ob turpem vitam, dignita- 12
tem, forum, omnia denique priuilegia, quæ
viuente marito habuit, perdit & amittit. An-
gel.& Paul.de Caſt.in d.l.cùm quædam puel-
la.per §.fina.d. Auth.de reſtit. & ea quæ parit
11.menſe. Aexand.in l omnem.4.C.de bonis
maternis. Felin.in c.paſtoralis. extra, de iudi-
cijs.Salice.in d.l.his ſolis.7. Specul.in titu. de
tutore.§.nunc dicendum. verſic. item excipi-
tur.Panormitan.in c vxoratus.extrà, de con-
uerſione

uerſione coniugatorum, in princip. Felin. in
c. ſignificantibus, in vltima colum. extra, de
officio delegati.

13 Similiter † ſucceſſione filiorum in ijs præ-
ſertim bonis, quæ ad filium ex prædefuncto
patre peruenerunt, priuabitur. Idque crebriùs
traditum & reſponſum eſt. Iacobus de Belui-
ſu in d. §. fina. Authentic. de non eligendo ſe-
cundò nubentes. Interpretes in l. his ſolis. 7.
C. de reuocandis donationibus. & in Auth.
iiſdem. C. de ſecundis nuptijs. & in Authen.
ſacramentum. C. quando mulier tutelæ offi-
cio fungi poſſit. & Alexand. in l. liberorum.
11. in §. notantur. ff. de his qui notantur infa-
mia.

Contraria opinio.

Quamuis autem ipſa honeſtas ſuadeat, vi-
duam primi mariti thorum inuiolatum ſer-
uare debere, perinde ac dum maritus in viuis
fuit: ideoque, ſi eum impudicitia contamina
rit & polluerit, vt iiſdem pœnis, quas in ma-
trimonio exiſtens ſuſtineret, plectatur & pu-
niatur. Nihilominus tamen ſi τὸ ῥητὸν in hac
quæſtione obſeruetur, elidi facilè & conuelli
hæc ipſa communis traditio poteſt. Quod
omnium quoque primus Alexander facere
attentauit in d. l. ſororem. 10. C. de his quibus
vt indign. idque duobus præcipuè fundamen
tis. Primò per textum à contrario ſenſu in c.
2. in verb. domino viuente. titu. de feudo ſine
culpa non amittendo. Si vaſallus viuente do-
mino cum eius vxore cõſuetudinem habue-
rit, feudo priuatur. Igitur ſi mortuo domino
viduam ad amores pellexerit, nõn priuabi-
tur: quia tum domino iniuriam intuliſſe nul
lam cenſetur. Deinde iura quæ loquuntur de
amiſſione dotis, loquũtur de adulterio: & ſic
in delicto cõmiſſo, viuente marito, l. conſen-
ſu. 8. C. de repud.

14 Vnde † non debent ad alium caſum exten
di, aut produci. Pœnalia enim ſunt reſtrin-
genda, & coarctanda, l. quod verò contra. 14.
l. ius ſingulare. 16. ff. de legib. c. quæ à iure com
muni. 28. c. in pœnis. 49. de reg. iur. in 6. c. ſta-
tutum. 21. de electio. lib. 6. cum ſimilib. Eſtque
alia ratio in ſtupro, quæ eſt in adulterio.

Præter hæc duo fundamenta ab Alexand.
adducta, addo:

I. Lege nulla id expreſſum eſt, vt viduæ
turpiter & inhoneſtè viuentes, à filiorum ſuc
ceſſione arceantur & pellantur: igitur nec no
bis id dicere licebit, cùm ſine lege loqui eru-
beſcamus. §. conſideremus. Auth. de trient. &
ſemiſſ. l. illam. 19. C. de collationib.

15 II. Parentum † excluſio non inducitur,
niſi à lege expreſſe id dicatur. §. cùm igitur.
verſi. ſicut enim patres. Auth. de non eligẽdo
ſecundò nubentes

16 III. Inhoneſta † turpiſq; parentum vita,
non eſt iuſta cauſa propter quam à filijs poſ-
ſint exhæredari. §. ſi verò contigerit. Auth. vt
cùm de appellatione cognoſcitur. Si igitur
expreſſa voluntate excludi non poſſunt, lon-
gè minùs ex tacita vel præſumpta voluntate:
argumento eorum quæ notantur in l. cùm
quid. 3. ff. ſi certum petatur. glo. in l. item quia.
4. ff. de pactis.

IIII. Lex † erubeſcit caſtigatores filios 17
genitoribus cõſtituere §. ſed quod ſancitum
eſt. Authen. de nuptijs. Fierent autem hoc lo-
co caſtigatores. Poſtremò apertiſſimè Vlpia-
nus ſcribit, mulierem famoſam ad legiti-
mam hæreditatem liberorum admittẽdam,
l. 2. verſic. ſi mulier. ff. ad Senatuſconſultum
Tertyllia.

Non obſtat ſanctio Iuſtiniani in Authen-
tic. eiſdem pœnis. C. de ſecundis nuptijs. & in
§. final. Authen. de reſtitutione & ea quæ pa-
rit. Quia loquitur Iuſtinianus de ea quæ intra
annum luctus parit: ita vt indubitatum ſit,
ſobolem ex priore matrimonio non eſſe.
Non autem de ea quæ poſt annum luctus li-
bidine & turpitudine ſe contaminat, nec ta-
men parit.

Neque † etiam negotium facit argumen-
tum de minori delicto ad maius. Secundò
nubentes fœminæ quæ minùs deliquerunt,
puniuntur: multò magis hæ quæ omnis pu-
doris oblitæ, proprio corpori contaminatio-
nem inferunt, puniendæ, & ab hæreditate li-
berorum excludendæ erunt: quia non proce-
dit, vbi diuerſa eſt ratio, l. Claudius. 17. & ibi
gloſſ. final. ff. qui potior. in pign. habeantur.
Nam tranſeundo ad ſecundas nuptias, offen
dunt defuncti memoriam & charitatem fi-
liorum. Solent enim nouis maritis non tan-
tùm bona, ſed etiam vitam ipſam addicere:
& magis amori in ſecũdum maritum indul-
gere, quàm vel defuncti memoriæ, vel pieta-
ti erga liberos tribuere, l. lex quæ tutores. 22.
C. de adminiſtr. tut. quod dum faciunt, libe-
ros ex prędefuncto marito ſuſceptos qua poſ
ſunt ratione bonis ſpoliãt, & exuunt, ac prio-
ri marito addicunt. Diuerſum verò de ijs quę
ſe libidinibus & turpitudine extra matrimo-
nium polluunt, iura præſumunt. Hæ † enim 19
omnium auariſſimæ eſſe cenſentur: faciliùs
enim ſe obligant, quàm donent. & vt Plau-
tus in Truculento ait,

Meretrix meum herum
Miſerum ſua blanditie intulit in
Pauperiem, priuauit bonis, luce, honore,
Atque amicis.

Et deinde:

Meretricem ego item eſſe reor
Mare vt eſt: quod des, deuorat, nunquàm abundat.

Ac extant Phœnicidæ lepidiſſimi verſiculi:

Per Venerem non poſſum ampliùs
Pythias, meretriciam agere vitam: valeat. ne mihi quic
quam dixeris.

Excidi,

Excidi, nihil à me deſiſtere volo.
Statim enim vt ingreſſus ſum illum quæſtum, amatorem habui
Militem quendam: hic vſque pugnas
Referebat, oſtendebat inter narrandum vulnera,
Sed nihil adferebat munus neſcio quod
A rege ſe accepturum dicebat, atque eadem ſemper
Dictitabat. Pro iſto quod dico munere,
Duxit me toto ſceleſtus anno gratis.
Dimiſi hunc: & alterum medicum
Nam. iſcor. hic plurimos introducens,
Secabat, vrebat: pauper erat, & carnifex.
Grauior hic altero iſto mihi viſus eſt:
Ille enim narrationes exponebat iucundas, hic verò faciebat mortuos.
Tertiò copulauit me Fortuna philoſopho
Barbam habenti & pallium, & ſermonem.
In manifeſtum incidi malum.
Nihil enim dabat: & ſi quid peterem, reſpondebat,
Non bonum eſſe argentum. Eſto malum,
Propter id da mihi, abyce: non parebat.

Propter hanc, inquam, præſumptionē longè diuerſa ratio eſt inter ſecundò nubentes, qua liberorum obliuiſci, & omnia bona nouis maritis addicere ſolent: ac has quæ turpiter & luxurioſè viuunt. Hæ enim rem filiorū vel propriam non attenuare, imò magis augere & ampliare exiſtimantur. Diuerſa itaq; ratio legem quoque reformat, l. interpoſitas. 13. C. de tranſactio.

20 Neque † nouum hoc eſt, quòd minus malum grauiùs interdū puniatur quàm maius. Veluti in fure manifeſto, in quem ſeueriùs animaduertitur quàm in violentum raptorem. §. quadrupli Inſti. de actionib. Licet violentus raptor omni fure ſit improbior.

Idque maximè fieri conſueuit, propter frequentiam delictorum. In delictis enim compeſcendis frequentia conſiderari ſolet. Cùm itaque frequentiſſimè & facillimè viduæ ad ſecundas nuptias tranſeant, rariſſimè autem aliquæ pudoris honeſtatisque oblitæ ſe proſtituant: de caſu frequēti leges latæ & promulgatæ ſunt, quæ tanquam pœnales extendi nō debent.

21 Et ſi † verò ipſo iuris rigore hæc opinio defendi non poteſt, cùm nulla lege expreſſum ſancitumque ſit, vt fœminæ impudicè viuentes, ab hæreditate filiorum exiſtentibus aliis fratribus, excludantur: præſertim cùm liberi vulgò quæſiti, ad ſucceſſionem quoque matris admittantur: neque etiam pœnalia extra caſum in quem concepta ſunt, extendi producique debeant: æquitas tamen & honeſtas ſi inſpiciantur, facilè perſuadebunt, turpitudini & luxuriæ plus non tribuendum eſſe, quàm caſtitati. ideoque has. e fœminas. quæ turpi libidine priorem thorum violant, equè non admittendas eſſe, quemadmodum ſecundò nubentes. Quod multi graues & boni viri crebriùs & conſulendo & docendo tradiderunt.

CAPVT XVI.

Mater ſecundò nubens ſi non petierit intra annum pupillis tutores, à ſucceſſione eius remouetur.

SVMMARIA.

1 *Mater ſecundò nubens non dans filio intra annum tutorē, eius ſucceſſione priuatur tam legitima quàm ſtatutaria. nu. 2. Niſi nu. 5. & ſequentib.*
3 *Mater petere debet filio tutorem idoneum, ſibiq; cura erit vt adminiſtret.*
4 *Matris pietas eſt obſeruare vt omnia in re filij rectè agantur.*
5 *Mater minor 25. annis etiamſi non petat intra annum pupillo tutorem tamen ſuccedit.*
6 *Mater impleta ætate 25 annum ſequentem habet ſine pœna petendi tutorem filio.*
7 *Pupillo pubere effecto moriente mater ob non petitum tutorem non excluditur ſucceſſione.*
8 *Pupilli commodum in non petendo tutore excuſat matrem à non petito tutore.*
9 *Agnati cùm matri in tutela præferuntur, mater pupillo tutorem petere non tenetur.*
10 *Pupillus ſi tutorem legitimum habet, mater eidem petere non tenetur.*
11 *Auia tam materna quàm paterna ſub pœna priuationis tenetur vt mater tutorem pupillo petere.*
12 *Mater etiam deſponſata tantùm tenetur pupillo tutorem petere.*
13 *Vidua prægnans niſi curatorem bonis petat ab inteſtato nō ſuccedit eidem.*
14 *Mater tutrix ſecundò nubens niſi rationes tutelæ reddat, & alium tutorem petat, pupillo non ſuccedit.*

IIII. CASVS.

MAter † ad ſecundas nuptias tranſiens, neq; pupillo, vt tutor intra annum detur, operam dans, omni filij ſui ſucceſſione priuatur: idque ex conſtitutione Theodoſij & Arcadij edita anno Chriſti 440. 5. & 7. Idus Iulij, nunc in titu. C. de legitimis hæredib. & in tit. ad S.C. Tertyllianum. Sciant, inquit, qui ad ſucceſſionem vocantur pupilli mortui, ſi defuncto eius patre tutorem ei ſecundū legem non petierint intra annum: omnem ab eis, ſiue ab inteſtato, ſiue iure conſtitutionis, ſucceſſionem eius (ſi impubes moritur) denegandam eſſe, l. ſciant. 10. C. de legit. hæred anno deinde, & biduò poſt eandem conſtitutionem reperiit. Omnem matri ſiue ab inteſtato, ſiue iure ſubſtitutionis, ſi filius impubes moritur, denegandam volumus ſucceſſionem. Si ea legitima liberorum tutela ſuſcepta ad ſecundas contra ſacramentum præſtitum ad ſpirauerit nuptias, antequàm ei tutorem alium fecerit ordinari, eique quod debetur ex ratione tutelæ geſtæ perſoluerit, l. omnem 6. C. ad S.C. Tertyl. 1

Quod & antè diuus Pius reſcripſit, l. 2. §. diuus Seuerus Cuſpio Ruffino. ff. qui petant tutores vel curatores. Cuius reſcriptum re-

fert & explicat Vlpianus in l.2.§. ſi mater.ff.
ad S.C.Tertyll. Si mater non petierit tutores
idoneos filijs ſuis, vel prioribus excuſatis, re-
iectisve, non confeſtim aliorum nomina e-
diderit: ius non habet vindicandorum ſibi
bonorum inteſtatorum filiorum. Denique
ſequitur Iuſtinianus in Auth. matri & auiæ.
C.quando mulier tutelæ officio fungi poſſit,
& ſub Authen. eiſdem pœnis C. de ſecundis
nuptijs. De hoc caſu vide Ioannem de Ana-
nia conſi.45.incip.viſis his. Ludouicum Ro-
manum conſ.207.incip.ſi volumus.& conſi.
279. limitationem addit Alex. in Auth. ceſ-
ſante.C.de legit.hæred. Ludouic.Rom.ſing.
2 106.incip.ſecundò quæro. Quod † non ſolùm
in hæreditate legitima locum habet, verùm
& in illa, quę à ſtatuto vel homine delata eſt.
Bar.in d.l.2.Bal.in l.precibus.8.C.de impube.
& alijs ſubſtit. Neque ſolùm in matre, quæ ex
iuſtis nuptijs liberos procreauit, ſed & ea, quæ
naturales habet liberos. Matres enim natura-
libus etiã filijs ad ſimilitudinem eorum, qui
ex iuſtis & legitimis nuptijs ſunt procreati pe
tendorum tutorum neceſſitati ſubiacent, l.fi.
C.qui petant tutores.

3 Petet † verò tutorem intra annum luctus,
eumque idoneum. Idoneus autem vtrùm fa-
cultatibus, an & moribus petere debeat, dubi-
tationis fuit. putat tamen Vlpianus facilè ma
tri ignoſci, ſi locupletes ſint hi quos petijt, d.
l.2.ff. ad S.C.Tertyll.l.2. §. ſunt autem.ff.qui
petant tutores.

Neque modò tutorem pupillus vt habeat,
mater curabit, ſed etiam ſollicita erit vt ad-
4 miniſtret. Matris † enim pietas requirit, vt
obſeruet ne quid ſecùs, quàm oportet in re fi-
lij pupilli agatur, l. matris pietas.6.C. qui pe-
tant tutores vel curatores. & ibi Baldus, An-
gelus & Salicet. in d.l.ſciant.10. & in d.l om-
nem 6.Cornens conſ.125.in 3.volum.& conſ.
334.nume.1. & ibidem Angel. in Authen de
non eligendo ſecundò nubentes, in princip.
circa 3.columnam, verſic.ſed videndum. Lu-
douic.Roman.ſingular.105.nume.1.& ſingu-
lar.222. & ſingular. 224. Butrigarius in c. ex
parte. extra, de appellation. vbi ait, ſe exiſti-
mare idem in ea matre iuris obtinere, quæ
etſi ſecundis non ſe funeſtet nuptijs, vitam
tamen turpem, non petito tutore, agat. per
textum in l. his ſolis.7.C. de reuocand.dona-
tio. quod modò multorum authoritatibus
comprobatum fuit.

Hic tamen caſus generaliter verus nõ eſt,
ideoque cum quadam moderatione accipi
5 debet & intelligi. Sunt † enim aliqui caſus,
quibus etſi mater intra annum tutorem non
petierit, nihilominùs tamẽ ad ſucceſſionem
admittitur, veluti primò, Si mater minor 25.
annis fuerit. ea enim quæ 25. annum non-
dum attigit, etiam ſi filijs pupillis tutorẽ non
petierit propter lubricum ætatis excuſatur:
ac filijs in pupillari ætate vita functis ſucce-
dit, cum pœna ea in maiorib. tãtùm matri-
bus obtineat l.2.C. ſi aduerſus delictum ſuũ.
Neque opus habet minor reſtitutione, cùm
ipſo iure tuta ſit, argum.l.penul C.ex quibus
cauſis infamia irrogetur, l.1.C.de falſa mone-
ta. Authen.ſi captiui.37.C.de epiſcopis & cle-
ricis. Nondum enim ipſa tutrix eſſe poterat,
l.fina.C.de legitima tutela. l.final §. penult.
verſic. & perfectæ ætatis. C. de legitimis hæ-
redibus. Quod † adhuc obtinet, etiamſi in- 6
tra annum, poſt maiorem ætatem, tutorem
non petijt. Nam adhuc admittetur ad filij
ſucceſſionem. Baldus in l.2.C.ſi aduerſus de-
lictum, & in Authent.ſi captiui.C.de epiſco-
pis & clericis. Gloſſ. in l.minoribus.6.C. de
his quibus vt indignis. & l.minoribus.1.C.in
quibus cauſis reſtitutio in integrum non eſt
neceſſaria. Specul.in tit.de in integrum reſti-
tutione.§.1. verſicu. ſed quid ſi ipſa.numer.8.
Baldus in l. qui contra. 4.colum.2. verſic.ſe-
cundò quæro.C.de inceſtis nupt & in Auth.
eiſdem pœnis.C. de ſecund. nupt.l. precib.8.
colum.4.C.de impube. & alijs ſubſtitu.l.om-
nem.6.C.ad Senatuſconſ.Tertyl. Ludo.Ro-
ma.ſing.224.per l. qui cùm maior.14.in prin.
ff de bonis libert. per l.3.§. ſcio etiam illud.ff.
de minorib.per d.gloſſ.in d.l.minorib.6.Ca-
ſtrenſ.in l.ſciendum. 15. § fina.ff.qui ſatiſdare
cogantur. Nicol.de Vbald.in tract.ſucceſſio-
nis in 2.art.nu.18.

II. Si † filius pubes factus decedat. Nam 7
tum ob prædictam negligẽtiam, quod impu-
beri tutores nõ petijt, ab hæreditate minimè
excluditur, l.matres.3.C.ad Senatuſcõſultum
Tertyllianum. Matres, inquit Conſtantius,
quæ puberes amiſerunt filios, licèt impuberi-
bus eis tutores non petierint, præſcriptione
tamen non petiti tutoris, ad excludẽdam eo-
rum ſucceſſionem minimè debere præſcribi
certum eſt. Rationem huius reſcripti reddit
Accurſius in d.l.ſciant.10. Quia eo tempore,
quo deliquit, in id tãtum, in quo deliquit, de-
bet puniri, non in alio. argum.l.ſancimus.22.
C.de pœnis. vide de hac limitatione Corneũ
conſ.125.nu.9.vol.3.

III. Quando † ex re & cõmodo filij fue- 8
rat, tutorem non peti. Veluti ſi pupillo am-
plum legatum ſub conditione ſit relictum ſi
tutores nõ habuerit: tum ſi damnum minùs
ſit cumulo legati. ceſſabit conſtitutio, l.2.§.
tractati.ff.ad S.C.Tertyllianum. Itemq; ma-
tri ignoſcendum eſt, ſi ei qui ſoluendo non
petijt. Conſuluit enim ei vt minus inquiete-
tur, quaſi indefenſus, d.l.2.§.ego puto. Ludo-
uicus Romanus ſingulari 105. incipiente, Se-
cundò quæro, ſi mater, &c. Alexand.in l.ſci-
ant.10. in additionib.C. de legitimis hæredi-
bus. Hippolytus ſingulari 302. incip. mater.

Socin.

Socin.conſ.153.incip.pulchra.lib.1.& conſ.16. col.3.lib.2.

9 IIII. Quando † vel ex diſpoſitione iuris municipalis, vel hominis agnati in tutelæ onere ſubeundo matri præponerentur. Bal.in d.l.matres.& in d.l.precib.8.

10 V. Si † filius alium tutorem legitimum habuerit. Idque ex ſententia Accurſij in d.l. matres. Quod quidem verum fuit ante tempora Iuſtiniani: Huius verò cõſtitutione mater,itemq; auia ſecundùm ordinem,tutelam etiam ante agnatos ſubire poſſunt. Authen. matri & auiæ.C. quãdo mulier tutelæ officio fungi poſſit.

Cum itaque reliquis omnibus,exceptis teſtamentarijs, noua Iuſtiniani conſtitutione præferatur: dicendum non eſt, eam excuſari propter agnatos. Quia neceſſe eſt, quòd aut tutelam ſuſcipiat:aut renunciet,vt veniat vel legitimus: vel alius tutor detur, ſi legitimus idoneus non ſit.

Ampliatio regulæ præmiſſæ.

11 Et † hæc quidem limitatio vel exceptio, qua traditur,matrem, quæ tutorem filio pupillo intra annum non petijt ius vindicandorum bonorum pupilli non habere,ad auiã tam maternam quàm paternam extenditur ac producitur. Barto.in d l.2.§.ſi mater.ff.ad Senatuſconſultum Tertyllianum.& in l.2.in prin.ff.de vulgari & pupillari. vbi apertè exiſtimat auiam, quæ nepotibus tutores idoneos non petijt,priuandam & remouendam eſſe à ſucceſſione ipſius nepotis pupilli. Adducit rationes in d.l.2.C.qui petant tutores. Sequitur Caſtr.Corn. & alij,in d.l.ſciant. 10. & Corneus conſ 84.conſ.234.nu.1.vol.4. Pariſ. conſ.84.vol.2.

Quod procedit,ſiue hæreditas ad auiã pertineat,vel iure ciuili Romano,vel municipali præſcripto. Paulus Pariſius d.conſil.84.volum.2.

12 II. Extenditur † ad eam matrem, quæ ſolummodò ſponſalia de præſenti celebrauit: quia mater non ſolùm ſuſpecta eſt, ſi actualiter tranſeat ad ſecundas nuptias: ſed etiam,ſi concupiſcit tranſire. Ange.in d.Authen.matri & auiæ.

V. CASVS.

13 Vidua † prægnans, quæ bonis,curatorem non petijt, in ſententiam diui Pij incidit: & ſimiliter ius non habet, ſibi vindicandorum bonorum inteſtatorum filiorum, l.2.§. quid ſi cùm prægnans.ff. ad Senatuſconſultũ Tertyllianum. excuſatur tamen,ſi ſe prægnãtem eſſe ignorauit, l.1.§. ſed ſi maritus.ff. de liberis agnoſcend.Hoc verò caſu,mulier annum ad petendum tutorem non habet. Quia poſſibile non eſt, vt conceptum fœtum vltra 10. menſes & duos dies contineat, l.inteſtato.3. §.final.ff.de ſuis & legit. hæredib. l. ſeptimo menſe.12.ff.de ſtatu hominum. Authen de reſtitutione, & ea quæ parit vndecimo menſe.§.vnum ſiquidem. Declarat multis rationibus & authoritatibus Andreas Tyraq.in l. 8.C.de reuocand.donationib.in verbo ſuſceperit,nu.205.& ſeq.

Propterea tradidit Bal.in l.matres. Quòd ſi mater non petierit curatorem dari ventri, licèt tutelam ſuſceperit,& poſthumus ſtatim deceſſerit,non ſit excuſata.

VI. CASVS.

Matres † quæ aſſumpſerunt tutelam pupilli,& deinde ad ſecunda vota tranſierunt, nõ petito alio tutore, nec ratione adminiſtrationis reddita,ad bonã liberorum vita functorum cum alijs filijs filiabusve, non admittuntur. Authen.eiſdem pœnis C.de ſecun.nupt. quæ deſumpta eſt ex Nouella 24.§. ſin autem tutelam. & Nouella 39.§.1. Item & ea,inquit Iuſtinianus, quæ ſuſcepta liberorum tutela contra ſacramentũ ſecundò nubit,non prius tutorem petens, & rationem reddens, & exſoluens omne quidquid debet. Sed hodiè vlteriore iure ſacramentum ab ea nõ exigitur, ſed contractis nuptijs à tutela repellitur. Quòd autem rationem reddere debeat, alibi quoque reſponſum eſt in l.his qui.12.ff.de tutoribus & curatoribus datis ab his, l.final.§. hæc Proculus.d.l.cùm oportet. 6.ita autẽ mater ad ſecundas nuptias tranſiens de ratione reddenda obligata eſt, vt etiam vxoris nomine, ſecundus maritus in ſolidum conueniri hac ex cauſa poſſit,l. ſi mater.6.C.quibus cauſis pignus tacitè contrahatur. 14

CAPVT XVII.

De ſucceſsione parentum naturalium tantùm.

SVMMARIA.

1 *Pater naturalis ſuccedit filio in duas vncias.*
2 *Mater naturalibus liberis ſuccedit in ſolidum, etiamſi vulgò quæſiti ſint.*
3 *Pater habens liberos iuſtos an naturali ſuccedat.*
4 *Spurio pater non ſuccedit.*
5 *Mater & per matrem aſcendentes ſuccedunt ſpurio.*
6 *Illuſtris mater an ſuccedat ſpurio exiſtentibus iuſtis liberis.nu,7.& 8.*
7 *Fratres matre illuſtri nati, ſpurio fratri non ſuccedunt.*
9 *Naturalis fratri eadem matre nato, cum matre non ſuccedit.& num.10.*

I. CONCLVSIO.

HActenùs traditum eſt, quomodo parentes legitimi & naturales ad ſucceſſionem filiorum inteſtatorum vocentur: quibus item caſibus ius vindicandorum bono-

rum filij non habeant.nunc videndum eſt,de parentibus naturalibus,quales ſunt illi,qui in concubinatu viuunt In hac autem ſucceſſionis ſpecie, par conditio patris & matris non eſt,quemadmodũ in ſuperiori:ſed patris conditio longè deterior eſt.

1 Supra † admonui ſucceſſiones eſſe viciſſitudinarias:hoc eſt, qua ratiõe liberi ſuccedũt parentibus, eadem parẽtes ad liberorum hæreditatem vocantur ordine turbato.quare ſicuti filij naturales ſuccedunt patri, in duabus vncijs: ita & ipſe pater,ac reliqui eius aſcendẽtes,in duabus vncijs, ad hæreditatem filiorum naturalium vocantur. Auth.quib.mod. natural.effician.ſui.vbi verba Iuſtiniani ſunt: Ἐφ' ὧν δὲ θεμάτων τοὺς νόθους παῖδας ἐκαλέσαμεν πρὸς τὴν διαδοχήν: μετὰ τούτων καὶ αὐτοὶ τὴν πρέπουσαν τοῖς φυσικοῖς πατράσιν εὐγνωμοσύνην πειράτωσαν, καὶ τοῦ αὐτοῦ μέτρου. ὥσπερ δὴ γονεῖς προνοοῦσι τῶν φυσικῶν παίδων κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον, καὶ αὐτοὶ τοὺς γονέας ἀμειβέτωσαν, εἴτε εἰς τὰς διαδοχάς, εἴτε εἰς τὰς ἀποτροφάς, καθάπερ ἐπ' αὐτῶν νενομοθετήκαμεν. hoc eſt: In quibus enim caſibus naturales filios vocauimus ad ſucceſſionem, in ijs quoque & ipſi decentem naturalib.patribus deuotionem ſeruent. Eademque menſura, ſicut parentes proſpiciunt naturalibus liberis ſecũdùm noſtram legem, & ipſi parentibus compenſent ſiue in ſucceſſionibus, ſiue in alimentis. & in Auth. licet. C.de naturalib.liberis.

2 Viciſſim † verò, ſicuti filij naturales in ſolidum ad hæreditatem maternam vocantur, vt ſuprà in ordine deſcendentium traditum eſt:ita & ipſa mater, aut aſcendentes ex linea materna ad ſucceſſionem liberorum naturalium in ſolidum admittuntur,l.2.in princ.ff. ad Senatuſconſultum Tertyllianum,ſiue ingenua ſit mater, ſiue libertina, inquit Vlpianus,habebit Tertylliani commodum:filium autem vel filiam accipere debemus,ſiue iuſtè ſint procreati,vel vulgò quęſiti.Idque in vulgò quęſitis & Iulianus lib.59. Digeſtorum ſcripſit.

Idem ſanciuit Iuſtinianus §.fin.ff.ad ſenatuſcõſultum Tertyllianum: licèt autem vulgò quæſitus ſit filius filiave, poteſt tamen ad bona eius mater ex ſenatuſconſulto Tertylliano ad mitti,in l.ſi qua illuſtris.5.C.ad ſenatuſconſultum Orphitianum.

3 Vnum † verò notatu dignum refert Matheſil.in d.tract.de ſucceſſionibus, in 2.membro nume.89 & 11. quemadmodum filij legitimi & naturales, vel vxor legitima tempore mortis patris,in cauſa ſunt, quòd dicti naturales patri in nullo ſuccedunt: ita viciſſim ipſius filij vel vxor operãtur eundem effectũ, ne pater huiuſmodi filio naturali hæres ſit. Quam Matheſilani opinionem Bologninus refutat. Si enim Titius primò concubinam, & ex ea filium Seium habuiſſet. Deinde mortua ea vxorem duxiſſet, & ſimul ex ea filium Tertyllianum ſuſcepiſſet.Si Seius filius naturalis moriatur , pater hoc caſu in duabus vncijs filio naturali ſuccedet. Quòd enim ſi vixiſſet naturalis patri non ſucceſſiſſet, factum fuiſſet id propter legitimum filium,ad quem patris ſucceſſio pertinebat. Diuerſum verò eſt in filio ſpurio decedenre:quia filius legitimus patri non obſtat : nam nihil habet quod ex hæreditate fratris naturalis ſperet. Quamuis etiam non incommodè dici poſſit, pro tutanda opinione Matheſilani, patrem ideo non ſuccedere filio naturali : quia concubinam nunc deſeruit, & ideo ex concubinatu ſuſceptus fuiſſe dici non poteſt, cùm ad concubinatum præcipuè requiratur, vt indubitato affectu eam retineat. quemadmodum ſuprà latè traditum eſt.

II. Concluſio, de ſpurijs.

Idemque † in ſpurijs obtinet, ac iuris eſt. 4
Hi enim,quia vel patrem non habent, vel talem habent,quem appellare non licet,ei non ſuccedunt,§.vulgò quæſiti. Inſtitu.de ſucceſſ. agnat. Ita viciſſim & pater ab omni hæreditatis commodo ex hiſce ſpurijs excluditur ac ſemouetur,l.ſi ſpurius.4.ff. vnde cognati. Si ſpurius inteſtato deceſſerit iure conſanguinitatis aut agnationis, hæreditas eius ad nullũ pertinet. Quia conſanguinitatis,itemque agnationis iura à patre oriuntur. Proximitatis autem nomine mater eius, aut frater eadem matre natus, bonorum poſſeſſionem eius ex edicto petere poteſt.

III. CONCLVSIO.

Mater † autem, itemque aſcendentes ex linea materna: veluti auus auiave materni, & vlterioris ad ſucceſſionem filij ſpurij veniũt, d.l.2.ff.ad ſenatuſconſultum Tertyllianum, d.§.fi.Inſt.eodem.l. hac parte 2.ff.vnde cognati.Hac parte proconſul naturali ęquitate motus omnibus cognatis permittit bonorum poſſeſſionem, quos ſanguinis ratio vocat ad hæreditatem,licèt iure ciuili deficiant. Itaq; etiam vulgò quęſiti liberi matris,& mater talium liberorum : item ipſi fratres inter ſe ex hac parte bonorum poſſeſſionem petere poſſunt. Quia ſunt inuicem ſibi cognati, vſque adeò,vt prægnãs quoque manumiſſa,ſi peperit,& is qui natus eſt matri:& mater ipſi,& inter ſe quoque qui naſcuntur,cognati ſunt. 5

Ampliatur † hęc concluſio. Licèt mater 6
ſit illuſtris. Matheſilan. in d.tract in 2.mem. bro.2.artic.num.4.in fin.ex ratione: quia filij ſpurij poſſunt ſuccedere matri illuſtri, niſi hæc habeat filios legitimos & naturales. Horum enim filiorum fauore, filij ſpurij excluduntur, l. ſi qua illuſtris.5.C.ad ſenatuſcõſultum Orphitianũ. Ceſſante igitur fauore liberorum,

rotum, mater illuſtris ad ſucceſſionem ſpuriorum admittetur, cùm liberi legitimi & naturales vtilitatem, & non incommodum ex ea ſucceſſione conſequantur & habeant.

7 Succedet † autem mater ſola excluſis fratribus vterinis, vt ſuprà dictum eſt. Qua tamē in re Matheſilanus ab Accurſij opinione ſeceſſionem facit. Exiſtimat enim Accurſius in d.§. final.ff.ad ſenatuſconſultum Tertyllianum, matrem illuſtrem omninò excludendam eſſe, & arcendam ab hæreditate filij ſpurij: cùm in mulieribus ingenuis & illuſtribus, quibus caſtitatis obſeruatio præcipuum debitum eſt, nominati ſpurios ſatis ignominioſum, ſatisque acerbum ſit.

Hæc igitur ratio faciet, vt ipſa vicißim nō ſuccedet, & potior priorque erit, quàm commodum & emolumentum, quod reliquis liberis accedit. Addi poteſt, quòd generalis Iuſtiniani traditio, quæ continetur in d.§.fina. Inſt.ad S.C.Tertyll.reſtringatur conſtitutione eiuſdem Iuſtiniani ſub d.l.ſi qua illuſtris, & ideo magis attendēda ſit, arg.l.cùm pater. 79.§.dulciſſimis.ff de leg.2.

Præterea quòd d.§.vulgò quæſiti, mentionem tantùm faciat vulgò quæſitorum, nihil autem dicat de matre illuſtri: intelligi igitur tantùm debet de ijs, quæ nulla dignitate elucent.

Vlteriùs nec pater, nec reliqui aſcendētes filio ſpurio ſuccedere poſſunt, d.l.hac parte 2.d.l.ſi ſpurius. 4. Ergo multò minùs mater illuſtris debet ad ſucceſſionem admitti.

Poſtremò, ratione rei filius ſpurius ſucceſſione indignus redditur, quemadmodum in feudo.§.naturales. titu. ſi de feudo def. fuerit controuerſ.inter dom.& agnatos vaſalli. magis eſt vt ratione perſonæ id fieri dicamus, ita vt cùm alias verba prohibitiua in matrē concepta ſint, additaque ſit ratio prohibitionis, ea ſemper cauſa prohibitionis durante, pœna quoque duret. Hæc quidem partim ab Accurſio, partim ab ijs qui mordicùs eius ſententiam tuentur pro auertenda matre illuſtri à ſucceſſione in bona filiorum ſpuriorū adducuntur, cùm ipſa lex pudicitiæ dedicata ſit, quàm illuſtres & conſpicuæ fœminæ præcipuè colere debent, & obſeruare.

8 Poſſet † tamen media quædam opinio effingi, vt matrem illuſtrem. quæ antequàm ad nuptias tranſiret, ſtuprata peperit, ſuccedere poſſe filio ſpurio dicamus.

Diuerſum verò, ſi matrimonio diſſoluto, prioris thori pudicitiam illicito coitu violauit. Hæc enim mater deterioris erit meritò conditionis, quàm vulgares fœminæ ſtupro ſe contaminantes: cùm & delicijs plus ad libidines inuitentur, & exemplo etiam magis noceant. Omne enim animi vitium tantò conſpectiùs in ſe crimen habet, quantò maior qui peccat habetur. Eaque diſtinctio conſideratis verbis, exiſtentibus liberis: & deinde quòd pudicitiæ ſit dedicata hæc lex, facilè colligi poteſt.

Quæri † nunc poteſt: Si duo extent fratres 9
naturales ex eadem matre, & in eodem concubinatu ſuſcepti, an vno decedente, alter cū matre admittitur, quemadmodum in liberis legitimis & naturalibus fit? Et non quidem abſurdè, nec inuſitatè dici initiò poterat, fratrem hunc cum matre admittendum, ac partem in hæreditate fratris conſequenda facere, exemplo fratris legitimi & naturalis. Idque per Iuſtiniani ſanctionem, in Authent. de hæredibus ab inteſtato venientibus. §. ſi verò. & in Authentic. defuncto C ad Senatuſconſultum Tertyllianum. Vbi inquit Iuſtinianus: Sed ſi cum parentibus fratres & ſorores vtrinq; defuncto coniuncti ſuperſint, vocantur cum aſcendentibus gradu proximis, ita vt viriles portiones fiant, &c.

Exiſtimarem † tamen, filium naturalem 10
concurrentem cum matre, partem nullam in bonis fratris naturalis conſequendis facere, neque vnà cum matre vocari, verùm ſolam matrem hoc caſu ſuccedere. Filius enim naturalis ſequitur ventrem, & proximitatis iure tantùm ſuccedit, d.l. ſi ſpurius 4. Patri autem non agnaſcitur, neque conſanguineus eius, niſi legitimetur. Coniuncti autem ex latere materno non veniunt vnà cum matre, d.l.ſi ſpurius.4.in verb.mater eius, aut frater. & d.l. hac parte.2.in fine. in verb. mater ipſi, & inter ſe quoque qui naſcuntur, cognati ſunt. Frater igitur naturalis, licèt eodem patre genitus ſit, cùm tamen tanquàm vterinus reputetur, à matre excludetur. 11

CAPVT XVIII.

De ſucceßione parentum ciuilium, in bona liberorum ciuilium.

SVMMARIA.

1 *Adoptiuus pater filio adoptiuo quem in poteſtate non habet, non ſuccedit.*
2 *Mater, caſu quo adoptare permittitur, adoptiuo filio non ſuccedit.*
3 *Adoptiuus pater ſuccedit filio adoptato in poteſtate ſine liberis defuncto.*
4 *Pater arrogatus an ſuccedat puberi arrogato, diuerſæ ſententiæ. nu. 5.6.7.& 8.*
5 *Pater arrogator in quo cum patre naturali & legitimo aſſimuletur.*
6 *Arrogans nepotem vtrùm cum arrogati patre in ſucceßionem concurrat.*

I. CONCLVSIO.

PAter † adoptiuus filio adoptato, quem in 1
poteſtate non habet, minimè ſuccedit.

Hæc enim adoptio, qua quis alterius poteſtati non ſubijcitur, hūc ſolum operatur & præſtat effectum, quòd filius adoptatus patri adoptanti ſuccedere poſſit ab inteſtato, non autem econtrà. Quia pater naturalis integra iura omnia in filium ſibi reſeruat. Quemadmodum conſtituit Iuſtinianus ſub Lampadio & Oreſte Coſſ. anno imperij 4. Et deinde triennio pòſt in editione Inſtitutionum denuò repetijt in § ſed hodiè. Inſti de adoptionibus §. ſed ea omnia. verſic. hoc ſolito more corrigentes Inſtit de hæredibus ab inteſtato venientibus. in l. penul §. ſed ne articulum adoptionis. C. de adoptionib.

a Idemque † dicendum eſt de matre adoptante, in ijs caſibus, quibus matri adoptare permittitur, nempè ob ſolatium amiſſorum filiorum. § fœminæ. Inſtit. de adoptionibus. Nam & hæc ad ſimilitudinem patris adoptiui non ſuccedit. Ratio autem huius concluſionis æquitati innititur. Nam etſi verum eſt, quòd ſucceſſiones debeant eſſe viciſſitudinariæ: tamen viciſſim æquitas exigit & poſtulat, ne pater naturalis per ſimplicem actum ciuilem, ſucceſſione quæ ipſi commiſerationis cauſa debetur, priuetur. Quòd eueniret, ſi adoptiuus pater extraneus adoptato ſuccederet filio.

III. CONCLVSIO.

3 Pater † adoptiuus, in cuius poteſtatem filius adoptatus tranſit, quod fit quando aliquis ab aliquo ſuo aſcendente per lineam paternam vel maternam adoptatur, filio adoptato, ſine liberis vita functo ſuccedit, in l. penul. § ſi verò pater naturalis. C de adoptionibus. Quia, vt Iuſtinianus ait, in vnam perſonam concurrunt duo vincula, naturale nempè & ciuile. Vnde huic patri ius ſuccedendi competit: plus enim & fortius duo vincula operantur, quàm vnum & ſimplex. Authen. itaque mortuo. C. communia. de ſucceſſionibus.

III. Concluſio. De patre arrogatore.

4 Patri † arrogatori conceditur ſucceſſio in bona filij puberis arrogati: quemadmodum patri legitimo & naturali, d. l. penult §. finā. C. de adoptionib. Vbi autem, inquit, homo ſui iuris conſtituitur per arrogationem, ex Auguſta liberalitate ſeſe dederit in adoptionem: tunc omnia iura patris adoptiui habeat intacta. Cùm enim nullum inter patres inducitur diſcrimen, ſit ſuus hæres adoptiuus patri arrogatori, & familiæ eius aggregetur. Et omnia quæ ad filium veteres legumlatores introduxerunt, intacta illibataque in illorum perſonis reſeruentur. Citari pro hac opinione ſolet, l. ſi arrogator. 22. ff. de adoptionib. quæ parùm facit.

LIMITATIO.

Hæc † verò concluſio declarari debet ex ſubſequenti Iuſtiniani ſanctione, quæ continetur in §. mortuo. Inſtit. de acquiſitióne per arrogationem. 5

Mortuo, inquit, filio arrogato in adoptiua familia, etiam dominium rerum eius ad arrogatorē pertranſit: niſi ſuperſint aliæ perſonæ, quæ ex conſtitutione noſtra, patrem in ijs quæ acquiri nō poſſunt, antecedant. Si igitur filius à patre naturali emancipatus, & deinde ab alio arrogatus, ſuperſtites habeat patrem naturalem & matrem, ex opinione Plateæ in d. §. mortuo. pater arogator excluditur. Similiter quoque ſi fratres & ſorores vtrinque coniuncti extent, ſuccedent. Ioan. de Platea in d. §. mortuo.

Cui † tamen aduerſatur Matheſilanus in tract. de ſucceſſionib. ab inteſtato. in 3. membro. verſ. ſed hic dicendum. num. 7. Opinatur enim hæreditatem filij arrogati hoc caſu diſtribuendam eſſe in duas partes, quarum vnā mater conſequatur, altera ad patrem naturalem & ciuilem pertineat: exemplo eorū quæ de auo auiaque paternis & auia materna ſola dicuntur, d. § conſequens. Auth. de hæredib. ab inteſtato venientibus. 6

Media opinio.

Verùm † Bologninus vtrumque ſimpliciter loquentem reprehendit, & diſtinctione vtitur. Si enim filius arrogatus in pupillari ætate vita fungatur, patrem arrogatorem nō ſuccedere debere putat. Secùs verò quando pubes factus filio arrogatus vita fungatur. hoc enim caſu vnà in hæreditatē vocari exiſtimat. Probat hanc diſtinctionem textu expreſſo in § cùm autem. verſic. & cum quibuſdam. Inſt. de adoptionib. Et cum quibuſdam conditionibus, inquit, arrogatio fit: id eſt, vt caueat arrogator perſonæ publicæ, ſi intra pubertatem pupillus deceſſerit, reſtituturum ſe bona illis qui ſi adoptio facta nō eſſet, ad ſucceſſionem eius venturi eſſent: patrem verò arrogatorem ad hæreditatem vocari putat, non ad modum aui auiæque paternorum & auiæ maternæ, quemadmodum Matheſilanus ſenſit: ſed vult eos in capita ſuccedere, & viriles portiones conſequi, cùm omnes vno eodemq́; iure muniti ſint. Parentes enim naturales, iure naturali & ciuili iuuantur: arrogator autē ciuili gaudet priuilegio. Reſpondet ad id quod exemplo aui auiæque paternorum, & auiæ maternæ, Matheſilanus ſtatuit, quòd diuerſitas lineę ibidem in cauſa ſit. Quæ ratio diuerſitatis in linea noſtro caſu ceſſat: itaque nihil commune habet vnus caſus cum alio, & ex diuerſis non infertur, l. Papinianus exuli. 21. ff. de minorib. l. final. ff. de calumniatorib.

Et

8 Et hanc † Bolognini opinionem ſequendam maximè puto, cùm quòd textu expreſſo diſtinguente ſuſtineatur, tum quoque quòd rationi maximè congruit & conſentanea ſit. Nam æquo & bono conſentaneum ac congruens eſſe non videtur, vt mater hoc caſu in conſequenda hæreditate, patre naturali & legitimo potior priorque iudicetur. Deinde, quemadmodum legitima filijs naturalibus & legitimis debetur ex bonis parentum naturalium & legitimorum: ita ſimiliter ex bonis patris arrogatoris conſtitutione diui Pij filio arrogato legitima addicitur: ita quidem vt ſine cauſa exhæredari vel præteriri non poſſit, quin non habeat quartam. l. ſi arrogator. 22. ff de adoptionibus. l. Papinianus. 8. § ſi quis impubes, ff. de inofficioſo teſtamento. Præterea hic filius arrogatus eandem facultatem in ſucceſſione habet, idemque ius quo iure vtuntur filij legitimi & naturales. Pari igitur ratione pater quoq; arrogator eodem iure vtetur in conſequenda hæreditate filij arrogati puberis, quo fruuntur parentes legitimi & naturales: præſertim cum filium arrogatum in poteſtate ſua habuerit, nec arrogari potuerit, niſi ſui iuris fuiſſet, vel emancipatione vel morte patris naturalis, aut alijs modis quibus patria poteſtas tollitur.

9 Quæri ſolet: Quid † ſi non in filium, ſed in nepotem arrogatus vita fungatur, huic arrogato paterne arrogator, an verò naturalis vt legitimus ſuccedet? Matheſilanus, vir inter iuris noſtri Interpretes magnæ authoritatis, exiſtimat hoc caſu patrem arrogatorem prorſus excludi, & patrem matremque naturales vocari, idque propter gradus prærogatiuam. d. §. conſequens.

Bologninus huic opinioni ſe opponit, neque ſine ratione. Nam ſi arrogator decederet ab inteſtato, admitteretur nepos tanquam ſuus, l. 1. §. ſuos. ff. de ſuis & legitimis. Nec quoque præteriri vel exhæredari ſine cauſa debet, d. l. ſi arrogator. 22. ff. de adoptionibus. Pari itaque ratione pater arrogator concurrere debet cum patre matreque naturalibus & legitimis.

CAPVT XIX.

De ſucceſsione parentum in bona liberorum legitimatorum.

SVMMARIA.

1 *Parentes naturales ſuccedunt, filijs quouis modo legitimatis tanquam iuſtis.*
2 *Curiæ oblati ſolis patribus ſuccedunt, & contra.*
3 *Incæſtuoſi parentes filijs non ſuccedunt.*
4 *Incæſtuoſi parentes, à liberis incæſtuoſis in caſu neceßitatis alendi.*
5 *Spiritualis pater filio ex ſacro fonte leuato non ſuccedit.*
6 *Spiritualis filius à patre ſpirituali alendus in neceßitatibus.*

Prima Concluſio.

PArentes naturales † filijs ſuis quos legiti- 1
marunt, vel ſubſequenti matrimonio,
vel principis reſcripto, vel oblatione curiæ
peræquè ſuccedunt, quemadmodum naturales & legitimi. §. quibus. Quibus connumerari neceſſe eſt etiam eos. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtato deſeruntur. c. lator. extr. qui filij
ſint legitimi. In † hoc verò legitimati per cu- 2
riæ oblationem à reliquis legitimatis differunt, quòd legitimatis per oblationem curiæ ſoli parentes ſuccedunt: alij verò agnati, vel cognati non. §. filium verò. Authent. quibus modis naturales effic. ſui. Sancimus enim, inquit, oblatū curię, naturalem filium ſolummodò patri legitimum fieri ſucceſſorem, nullum tamen habere participium ad aſcendentes, aut ex latere agnatos vel cognatos patris: aut illos habere aliquod participium ad illorum ſucceſſiones: æquum etiam ei dantes priuilegium, vt ſicut nec cognatis patris, nec illis ſit iſte ſucceſſor, nec illi ad eius vocentur ſucceſſionem, niſi fortè ſcripſerit, aut ipſe illos, aut ab illis ſcribatur. Soli enim patri fiunt legitimi, & cognati eſſe creduntur. Vide Caſtrēſem conſi. 225. incipiente, ſuper primo dubio videtur dicendum, in 3. colum. Alexand. conſi. 138. in 1. volum.

Inceſtuoſi, & qui damnato coitu ſe polluerunt, an liberis ſuccedant.

Prima concluſio.

Ex † incœſtu nati, ſi in viuis eſſe deſinant, 3
neque patrem neque matrem, neque aliquem aſcendentium, ſiue in maſculina linea, ſiue in fœminina ſit, ſucceſſorem habent, Authent. ex complexu. C. de incœſtis nuptijs. quæ deſumpta eſt ex §. fin. Authen. quibus modis naturales efficiantur ſui. Ex complexu nefario, aut incœſto, ſeu damnato, liberi, nec naturales ſunt nominandi, omnis paternæ ſubſtantiæ indigni beneficio, vt nec alantur à patre. Idemq; in Cōcillo Toletano nono decretum fuit: proles autem aliena pollutione nata, nō ſolùm hæreditatem nunquam accipiet, ſed etiam in ſeruitutem eius eccleſiæ. de cuius ſacerdotis vel miniſtri ignominia nati ſunt, iure perenni manebunt, l. cum multæ. 15. quæ-
ſtiones. Parentes † tamen in caſu neceſſitatis 4
alendi ſunt ab ipſis filijs: ſicut ſimpliciter parētes filios ex incœſtu procreatos alere coguntur. Quod Iuſtinianus miſertus liberorum introduxit. Auth. incœſtas. in fin. C. de incœſtis nupt. quod deinde ſimiliter à Clemente III. pontifice Romano reſcriptum eſt. in c. cùm haberet. extrà, de eo qui duxit in matrimonium, quam per adulterium polluit, & c. per venerabilem.

nerabilem, ext.qui filij ſint legitimi. Ex ratio-
ne Iuriſconſ.in l.etſi parentibus.15.ff.de inof.
fic.teſtam.& l.ſi quis à liberis 5. in princ. ff. de
liberis agnoſcendis.

De parentibus ſpiritualibus.

Prima Concluſio.

5 Inter † parentes ſpirituales & liberos, quos
ex ſacro Baptiſmatis fonte leuatunt, nulla eſt
ſucceſſio. Interpretes in c.tranſmiſſæ.extr.qui
filij ſint legitimi. Nulla enim ex hac leuatio-
ne conſanguinitas contracta, verùm commu
nio quædam, eaque ſancta inter eos inita eſt.
6 c.ita diligere.30. quæſtione 3. Baldus † tamen
tradidit in Authent.niſi rogati. in penultim.
colum. C. ad Senatuſconſultum Trebellia-
num, commiſerationis cauſa hiſce liberis e-
genis alimenta à patribus ſpiritualibus ſubmi
niſtranda.

CAPVT XX.

De vſufructu, quem parentes habent in bonis liberorum præmortuorum.

SVMMARIA.

1 *Bona materna ad filios deuoluta iure veteri in totum patri quærebantur.*
2 *Bona materna iure nouo ad filios deuoluta vſufructuariè apud patrem ſunt, nu.7.*
Idem in bonis aduēt. num.22.
3 *Emancipatorum bona à matre prouenientia, quatenus & quo iure patris ſunt.*
4 *Aſcendentium linea materna bona, liberis ab inteſtato aut largitione qualibet obuenientia, quid commodi patri adferant.*
5 *Aduentitia bona filiorum patri vſumfructum tribuunt hodie, licet olim & dominium, & nu.6.*
6 *Liberi in poteſtate quicquid acquiſierint extra ſubſtantiā eius in cuius poteſtate ſunt ſibi, quoad dominium quærunt, vſufructu ſaluo illis, in quorum poteſtate ſunt,*
8 *Arrogator pater, bonorum à matre ad filium delatorum, vſumfructum tantùm habet.*
9 *Patriam poteſtatem non diſſoluit ſenium, neq; diſtans abſentia eius qui in poteſtate eſt. num.10.*
11 *Matrimonium non diſſoluit patriam poteſtatem.*
12 *Relegatio, non vt deportatio adimit patri vſumfructum.*
13 *Vſumfructum bonorum maternorum & aduentitiorum pater habet, licet viuere filium ignoret.*
14 *Ignorantibus & abſentibus lucra legalia quæruntur.*
15 *Epiſcopalis aut patriciatus dignitas ius vſusfructus in bonis filij non aufert.*
16 *Clericus in ſacris conſtitutus, de vſufructu in præiudicium patris teſtari nequit.*
17 *Statuta filijs liberam teſtandi facultatem concedentia, patri ius vſusfructus in bonis aduentitijs non tollunt.*
18 *Acquiſitorum vi ſtatuti, ex bonis aut dote vxoris, vſumfructum pater habet.*
19 *Patria poteſtas & vſusfructus acquiſitio compellit filium patri cohabitare.*
20 *Alimenta filio à patre petente, cum illo habitare debet.*
21 *Sæuitia patris exturbans filium domo paterna, non priuat patrem vſufructu.*
23 *Secundæ nuptiæ non priuant patrem vſufructu aduentitiorum filij.*
24 *Legitimatione filij in ſacris patris conſtituuntur.*
25 *Furor patris, vſumfructum aduentitiorum filij non tollit.*
26 *Parentes vſufructuarij bonorum maternorum, &c. filij, vti domini adminiſtrant plenè.*

ANTE tempora † Conſtantini bona ma- 1
terna ad filios delata adquirebantur pa-
tri non ſolum, quoad ius vtendi, fruendi: ve-
rùm etiam quoad proprietatem ipſam l.1.C.
de bonis maternis §. 1. Inſtitut. per quas per-
ſonas, l. 1. ff. ſi quis à parente fuerit manumiſ-
ſus.

Quamuis Richardus Malumbra contrari-
um opinatus ſit: quem ſequitur Lancellottus
Politus in tract. de vulgari & pupil. ſubſtitut.
& Alciatus libro 4. Paradoxon, cap.3. quos ta-
men valdè acutè & eruditè refutat Arius Pi-
nellus Hiſpanus, in d.l.1. C. de bonis matern.
A qua communi multorum interpretum o-
pinione, & recenti Arij Pinelli ſententia rece-
dendum minimè puto: exiſtimo itaque, vnà
cùm Bartolo & reliquis, bona materna ad fi-
lios delata, patri quoad proprietatem quoque
ipſam quæſita fuiſſe.

Conſtantinus † itaq; omnium primus hac 2
in cauſa legem tulit. Idque Sabino & Archa-
dio Ruffino Conſ circa annum Chriſti 317. vt
res quæ ex matris ſucceſſione, ſiue ex teſtamē-
to, ſiue ab inteſtato, ad filios fuerint deuolu-
tæ, ita ſint in parentum poteſtate: vt vtendi
fruendive duntaxat habeant in diē vitę facul
tatē, dominio earū ad liberos pertinēte, l.1.C.
de bonis mater. Deinde † quia de filijs eman- 3
cipatis & nepotibus ex ijs, quorum commo-
do parentes deſtituti erant, dubitari cœptum
eſt: circa annum Chriſti 388. Theodoſio 13. &
Valentiniano 3. A A. Coss. ad ſenatum vrbis
Romanæ reſcriptum eſt, vt pater in bonis li-
berorum, quos in poteſtate retinuit, mortua
matre vſumfructum habeat totum: in eorū
verò parte, quos exiſſe de poteſtate, viua ma-
tre conſtiterit, vſumfructum virilis inter eos
portionis percipiat, ac eodem iure in nepoti-
bus ex emancipato filio vtatur, l. ſi viua. 3.C.
eodem titulo, quæ eſt l.5. libro 8. titul. 9. Cod.
Theodoſiani.

Nouennio † iterum pòſt, Honorius & Ar- 4
cadius Coss. Olybrio & Probino, anno Chri-
ſti 397. cōſtituerunt, vt in omnibus bonis, quæ
auus, auia, proauus, proauia, ex linea materna
nepoti, nepti, pronepoti, pronepti, teſtamen-
to, fideicommiſſo, legato, donatione, vel alia
qualibet largitate, vel etiam inteſtati ſucceſſi-
one contulerint, ad paterni vſusfructus tantū
pertineat. Bona verò integra illibataq; filijs fi-
liabuſq; permanerent. l. 2. C. de bon. mater.

Poſtremò, cùm † præter materna alia aduē- 5
titia bona patri quoque ante tempora Iuſti-
niani

niani acquirerentur, tam quo ad dominium,
quàm quo ad ius vtendi fruendi, vt colligitur
ex l.cùm oportet.6 C de bonis quæ liberis, &
in §.1.Inſtit.per quas perſonas. Et tradunt om-
nes in d. l 1. C.de bonis maternis. & in l. pla-
cet.78.ff.de acquit.hære.qui admitti ad bono-
rum poſſeſſionem poſſint, & nouiſſimè Cora
ſius in l.frater à fratre.38.§ 1.num.12. ff de con
dit indeb licet Lancellottus Politus in d tra-
ctat de vulg. num 43. nouitatis ſtudio motus
diuerſum opinetur: cuius tamen opinio con-
uelli poteſt per l.1.C de collat.bonorum.l.1.§.
fin.l.2 ff.ad Senatuſconſultum Macedon. vbi
ſola caſtrenſia excipiuntur. l.ſi quis vxori.53.§.
1.ff.de furt.l.quæritur.38.ff.de bon.libert.l.3. §.
hoc autem ff.de leg.preſtan.

6 Iuſtinianus ſimiliter anno Chriſti 529. quo
anno prior codex editus fuit, Decio V. C. ſo-
lo Cos. ſanciuit, vt non modò in bonis ma-
ternis ad filium filiamve quocunque titulo
delatis vſumfructum tantummodò habeat,
ſed in ijs quoque quæ filiusfamilias, vel in pa
tris ſui, vel aui vel proaui poteſtate conſtitu-
tus, ſibi acquiſierit, non ex eius ſubſtantia cu-
ius in poteſtate eſt, ſed ab alijs quibuſcunque
cauſis, quæ ex liberalitate fortunæ, vel labori
bus ſuis ad eum perueniant, non plenum ius
conſequatur: ſed vſque ad vſumfructum ſo-
lum acquirat: & eorum vſusfructus quidem
apud patrem, vel etiam auum, vel proauum,
quorum in ſacris ſit conſtitutus, permaneat:
dominium autem in filijsfamilias inhæreat,
ad exemplum tam maternum, quàm ex nup-
tialibus cauſis filijsfamilias adquiſitarum re-
rum, Subijcit rationem: Sic etenim & parenti
nihil detogabitur, vſumfructum rerum poſſi
denti: & filij non lugebunt, quę ex ſuis labori-
bus ſibi poſſeſſa ſunt, ad alios transferenda a-
ſpicientes, vel ad extraneos, vel ad fratres ſu-
os: quòd etiam grauius multis eſſe videtur, l.
cum oportet 6.C.de bonis quæ liberis. Hanc
itaque vſusfructus tractationem in breues cō
cluſiones redigam.

Prima Concluſio.

7 Nouo † iure pater in bonis maternis ad fi-
lium delatis, itemque aduenticijs vſumfructū
tantum habet: dominium autem penes fili-
os filiasve manet. l.1.C.de bonis maternis. l.1.
C.de bonis quæ liberis.

AMPLIATIONES.

8 Hæc concluſio procedit, † & locum habet
in patre arrogatore, l.ſi arrogator.22.ff.de ad-
optionibus, l.ſed ſi plures.10.§.in arrogato.ff.
de vulgari & pupillari, l. non aliter enim. 18.
cum l. ſequent. ff. de adoptionibus. Bartolus
in l.cum filioſamilias.nume.10. ff. de legat.1.
Albericus in l. cum oportet. 6. per textum in
Inſtitut.de acquiſitione per arrogationem, in
princip.

Secundò, etiamſi † filius ſenex ſit. nam ad- 9
huc durat patria poteſtas. Accurſ. in l.fin.§ pu
pil.ff de verb.oblig.& ibi Ang.& Imol.

Tertiò procedit, † Quamuis filius longè à 10
patre diſſitus ſit: diſtantia enim locorum pa-
triæ poteſtatis nexum minimè diſſoluit, l Pa-
pinianus.40.ff.de procuratorib. l. cum filius.
16.ff.ſi certum peta. l.ſi longius.18.§.ſi filius.ff.
de iudicijs, l.ſi pater.4. C. de inſtitution. l.fin.
ff.de condit.inſtit.

Quartò, neque † refert filius filiave, coniu- 11
gatus coniugatave ſint: quia matrimonium
modus ſoluendi patriam poteſtatem non eſt,
l.1.& 2.C.de bonis quæ liberis, l. ſi vxorem. 5.
C.de condit. inſert. Boer. deciſ 98. Tyraquel-
lus de iure marit.in princ. Cratius in l. frater à
fratre.38. quæſt.16 nu. 33. ſicuti donatio etiam
filiæ coniugatæ facta à patre, non valet. l. 2. C.
donat.inofficioſa.

Quintò, † neq; relegatio quoque patris effi- 12
cit, vt vſumfructum amittat, licet ſecùs ſit in
deportatione, § cum autem Inſt.quib.modis
ius patriæ poteſtatis ſoluit l.relegati. ff. de in-
terdict & releg l.quidam.17.ff.de pœn.

Sextò, † pater vſumfructum in bonis ma- 13
ternis, itemque aduentitijs habet, licet igno-
ret filium in vita eſſe, l. vxorem. 29. ff. de ma-
numiſſis teſtamento, in verb. in poteſtate ig-
norantis.

Nam effectus † & acquiſitio legis, ignoran- 14
tibus & abſentibus non denegantur. l.2.& ibi
Interpretes.C de pactis. Quemadmodum eti-
am lucrum à lege delatū, ſine agnitione tranſ
mittitur. Alexan. in l.ſi vir. 6. ff. ad legem Fal-
cidiam. Bald. in l hac edictali, C.de ſecundis
nuptijs Socinus conſi.116.num.19.lib.1.Iaſ.in
d.l ſi arrogator.22.

Septimò, † hic vſusfructus etiam durat, 15
quamuis filius ſui iuris efficiatur: veluti ſi ad
epiſcopalem dignitatem euehatur. Authent.
epiſcopalis C.de epiſcopali audientia. Itemq;
ſi patriciatus dignitatem conſequatur. § filius
familias. Inſtitut.quibus modis ius patriæ po-
teſtatis ſoluitur. Dec.in c.in præſentia, nu.62.
extr.de probat.

Octauò, † licèt filiusfamilias, clericus de v- 16
ſufructu teſtetur, tamen hæc ipſa teſtatio nul-
lius eſt momenti. Interpretes in l.ſacroſanctę.
C.de epiſcopis & clericis. Dec. in d. c. in præ-
ſentia. num 64. Licet Panormitanus contra-
rium aliquando exiſtimarit. in c.conſtitutus.
nume.7.extr.de in integrum reſtit. itemq; Be-
nedictus in repetit. c.Raynutius, in verb. ma-
trem. nu. 20. quibus tamen ipſa iuris ratio fa-
cilè aduerſatur. Aequum enim non eſt, ius v-
tendi fruendi patri, antequam ad clericatum
filius promoueretur, quæſitum, ſubſequen-
ti deinde clericatu auferri: cùm id quod
nobis

nobis quæſitum eſt, ſine facto noſtro nobis alienari non poſſit.

17 Nonò, † neque ſimiliter ſtatuta excludentia filijsfamilias liberam teſtandi facultatem, parentibus in vſufructu retinendo, in bonis vel maternis vel aduentitijs obeſſe poſſunt. Bald. in l. ſi quæramus. 4. in fin. ff. de teſtamen. Angel. Aret. in tract. de teſtam. fol. 2. colum. 4. argum. l. ſi quando. 35. in princ. C. de inofficioſo teſtam.

18 Decimò, † ampliatur hæc acquiſitio vſusfructus, vt etiam procedat in illis rebus, quæ ſtatuto deferuntur marito, ex bonis vxoris, vel dote. In his enim proprietas filio marito quæritur: vſusfructus patris proprius eſt. Iaſ. conſ. 198. lib. 2. Boer. deciſ. 199 in fin.

19 Vndecimò, † ob hanc vſusfructus acquiſitionem, itemque patriæ poteſtatis vim, pater compellere poteſt filium, ne viuat extra domum & familiam patris. Ange. conſ. 85. num. 3. Boer. deciſ. 195. nume. 5. Baldus Nouellus de dote, In 7. parte, priuileg. 34. num. 5. vbi concludit, Ita teneri filium ſimul cum patre habitare, ſicut vxor cum viro. Baldus in Authen. ex teſtamento, C. de collationibus, idque præcipuè omnes Interpretes tradunt, de retinenda dote aduentitia filij coniugati. De iure enim debebat eſſe penes patrem, & pater debebat ex ea dote alere filium & nurum. Communem hanc opinionem refert Crotus in l. ſi conſtāte. 25. num. 117. in fine. Angel. Imola, Paulus in l. ſi cum dotem. 23. §. tranſgrediamur. & ibi Alex. num. 9. ff. ſoluto matrimonio. Idemque

20 ſi † filius alimenta à patre peteret, hoc enim caſu cum patre habitare debet, gloſſ. in c. ſignificaſti. extrà, de diuortijs. latè proſequitur Arius Pinellus in d. l. 1. in 1. parte, num. 53. vſq; ad num. 56.

21 Duodecimò, † etiamſi filius ob ſæuitiam patris aut auſteritatem ab eo ſecederet, nihilominus patri adhuc vſusfructus debetur. l. 3. §. penult. ff. de liberis exhibend. & §. 1. verſic. ſi verò, in verſi. licet impius, & legum contemptor pater eſt. Auth. de incœſtis nuptijs. Niſi tamen ea ſit patris nequitia & malitia, vt etiam filium emancipare cogatur, quod fieri poteſt. l. fin. C. de ſpectaculis lib. 11.

22 Decimotertiò, † diſpoſitio Conſtantini de bonis maternis extenditur & producitur ad bona auita, l. 2. C. de bon. matern. & ibi Bald. Salic. Fulgoſ. Corn Curt. conſ. 35. num. 3. Alci. lib. 2. de verb. ſign.

23 Decimoquartò, † hic vſusfructus apud patrem remanet, etiamſi ad ſecundas tranſeat nuptias. l. 3. C. de ſecundis nupt. cum ſimilibus ſuprà adductis.

24 Decimoquintò, † hæc concluſio qua traditur, patrem in bonis filij maternis, itemq; aduenticijs vſumfructum tantum habere, proprietatem verò ad filios filiasq; pertinere: extenditur etiam ad liberos illegitimè natos, & poſtea legitimatos. legitimatione enim in patris ſacris eſſe incipiunt, & legitimi fiunt, §. fina. Inſt. de nuptijs. l. ſed ſi hac. 10. §. 2 ibi, princeps ingenuum fecit, ff. de in ius vocand. Authen. quibus mod. natur. effic. ſui. Bart. & Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. 15. & ibi iuniores, ff. de vſucapio. pro emptore. Dec. in l. liberos. 18. C. de collat. & conſ. 155. Tyraq. in l. ſi vnquam. 8. verb. ſuſceperit liberos, num. 63. C. de reuocand. don. text. in l. ſi ſenatori. 31. in verbo, iuſtam vxorem. ff. de ritu nupt.

Decimoſextò, † furor patris cauſam non præbet, quo minus ipſi vſusfructus non debeatur, l. patre furioſo. 8. in fin. ff. de his qui ſunt ſui, vel. l. penul. ff. de curat. furioſi. l. Antiſtius. 62. ff. de acquir. hæred. l. cum hæres. 52. ff. eod. verb. permiſit, l. fin. § quæri poteſt, ff. quis ordo bonorum poſſ. ſeruetur. Vbi ſi pater prodigus ſit, curatoremque habeat, filius in poteſtate adhuc ei adquirit: ideoque ne ei acquirat, filium emancipare oportet. Maiori igitur ratione idem in patre furioſo dicendum: cùm mitius cum eo patre agi debeat, qui infortunio quodam & fato laborat, quam qui culpæ prodigalitatisque accuſatur. l. diuus. 14. ff. de offic. præſid. 24

Secunda Concluſio.

Pater vſufructuarius † legitimus eſt adminiſtrator maternorum & aduentitiorum bonorum filij, ac omnia poteſt gerere: & ita gerere, tanquam ſolidum perfectumque dominium ei acquiſitum fuiſſet, l. 1. §. parentes autem. C. de bon. matern. 2

Parentes autem, inquit Conſtantinus, penes quos maternarum rerum vtendi fruendique tantum poteſtas eſt, omnem debent tuendæ rei diligentiam adhibere. & quod iure filijs debetur, in examine per ſe, vel per procuratorem poſcere, & ſumptus ex fructibus impigrè facere, & litem inferentibus reſiſtere: atq; ita omnia agere, tanquā ſolidum perfectumque dominium ei acquiſitum fuiſſet. Itemq; Iuſtinianus reſcripſit: Sed habeat, inquit, pater, vel aliæ perſonæ, quæ ſuperius enumeratæ ſunt, pleniſſimam poteſtatem vti, frui, gubernareque res prædicto modo acquiſitas, l. cum oportet. 6. §. non autem. C. de bon. quæ lib.

CAPVT XXI.

Quibus rebus pater bonorum maternorum & aduentitiorum vſufructuarius, à reliquis vſufructuarijs differat.

SVMMARIA.

1 *Vſufructuarius an nomine proprio agere poſſit.*
2 *Vſusfructus communiter ceſſat mutata forma.*
3 *Pater vſufructuarius bonorũ maternorum filij, nõ ſatiſdat.*
4 *Pater adminiſtrans bona filij, an inuentarium conficiat, & num. 5.*

6 Inuen-

6 *Inuentarij conſcriptio ſine præiudicio poſtulatur, vbi ſeque ſtratio prohibetur.*
7 *Pater adminiſtrans bona filij, nec cauere, nec rationes reddere obligatur.*
8 *Pater tutor, adminiſtrans bona filij. cauere & rationes reddere tenetur.*
9 *Rationem reddit pater in donatis à ſe filio.*
10 *Doloſè adminiſtrans pater, rationes reddit, & ſi filijs noceat, cadit adminiſtratione.*
11 *Adminiſtrans pater, de alijs filij bonis vſuſfructui non ſubiectis rationes reddit.*
12 *Filius adminiſtrans negotia patris commiſſa, eo mortuo rationes reddit.*
13 *Filius proprietatem bonorum maternorum viuo patre non alienat.*
14 *Vſuſfructuarius nō ædificat, niſi aliter vti frui nequeat, quod in patre ſecus.*
15 *Pater fructiferas arbores excidens, aut rem damnificās, priuari vt alius poteſt vſuſfructuarius.*
16 *Vſufructuarius poſſeſſionem non niſi à manu hæredis accipit, pater autem bona propria poteſt accipere.*
17 *Lite mota ſuper dominio aduentitiorum, pater agit, non filius.*
18 *Iudicatum cum vſufructuario agitatum, proprietario non præiudicat.*
19 *Expenſa litis ex fructu aduentitiorum, non ex proprietate ſumenda, modo fructus ſufficientes.*
20 *Vſufructuarius non niſi ſuper vſufructu lite mota, expenſas facit.*
21 *Procuratorem in aduentitiorum adminiſtratione, an pater ſine conſenſu conſtituere poſſet. nu. 22. 23. & 24.*
25 *Pater aduentitia filij non alienat, habet enim dominium ſine alienandi poteſtate nu. 26.*
27 *Pater aduentitia alienat ex cauſa neceſſitatis, puta ad alienum.*
28 *Pater alienando aduentitia in cauſa neceſſitatis, an decreto opus habeat, & nu. 29.*
30 *Alienatione prohibita, ea quæ neceſſariò fit, non prohibetur.*
31 *Aduentitia tempore peritura, aut magnas ſine fructu impēſas requirentia, pater alienat licitè.*
32 *Res quando tempore peritura, aut deteriores futura cenſeātur.*
33 *Aedes ruinoſas, an pater vendere poſſit.*
34 *Immobilia aquarum inundationi aut periculis expoſita, tutor ſine decreto an alienet.*
35 *Molendina & alia ad mare ſita, à ſatiſdatione vt immobilia excuſare contra Bart. & alios.*
36 *Pater aduentitia filij alienat, ſi commodum eius reſpiciat.*
37 *Solennitatum omiſſio, an actum commodum ipſi, cuius fauore introducta, annullet, & nu. 38.*
39 *Vſumfructum aduentitiorum an pater alienare poſſit, & quid in alijs vſufructuarijs.*
40 *Effectus, non nomina in iure conſiderandi.*
41 *Alienata bona aduentitia per patrem, qua via reuocet filius.*

PAter vſufructuarius à reliquis vſufructuarijs in multis differt. Primò, pater pleniſſimam poteſtatem vtendi, fruendi, gubernandi, res prædicto modo acquiſitas habet. d. §. nō autem. d. l. 1. Alij autem vſufructuarij dicūtur ſolummodò habere cuſtodiam. l. 1. §. fin. cum l. ſeq ff. vſufruct. quemad. caueat, &c.

1 Quamuis Bald. ibi exiſtimet, † vſufructuarium poſſe agere nomine proprietarij: Bartolus verò in l. de die. 8. §. quidem. ff. qui ſatiſdare cogant. putat vſufructuarium habere mandatum generale, & cenſeri procuratorem in rem ſuam, quam Bartoli doctrinam comprobat Caſtren. in l. cum apud quem. 7. C. de vſufruct. & Bald. in c. quoniam frequenter col. finali num. 11. extr. vt lite non conteſt. Iaſ. in l. 1. §. vſufructuarius. num. 2. ff. de noui oper. nunciat. Ab ea verò recedit Rubeus in l. non ſolū. 8. §. morte. num. 12. ff. de noui oper. nunc. Crotus in l. 1. §. mutatio. num. 9 ff. eod. tit.

Secundò, Vſusfructus patris nōn ceſſat mutata † forma rei. gl. in l. cum oportet. 6. § non autem, & ibi Salic. Caſtr. Bald. in Auth. excipitur. nu. 2. C. de bon. mater. Ratio eſt, quia durāte patria poteſtate vſusfructùs continuatur ſē per. Aliàs verò forma mutata, ceſſat vſusfructus. l. 5. verſ rei mutatione, & verſi. ſi areæ. ff. quibus modis vſusfruct. amit. 2

Tertiò, pater † vſufructuarius ſatiſdare nō tenetur, nec de vtendo arbitrio boni viri, nec de reſtituendo: nec rationem reddere cogitur nec alijs oneribus grauatur. d. l. cum oportet, 6 § non autem. multum enim paternæ reuerentiæ iura tribuunt. Tyraq in l. ſi vnquam. 8. in princ. num. 25. C de reuocā donat. Iaſ. in ſimili notat. in l. nemo poteſt 58 in 2. lect. num. 68 ff. de leg 1. Alij verò vſufructuarij ex quacūque cauſa ſatisdare cogentur. l. 1. ff. vſufruct: quemadmodum caueat. 3

Quartò, ex † communi receptaq; omnium ferè interpretum opinione & ſententia, pater legitimus adminiſtrator inuentarium conficere non tenetur. Bald. in d. §. non autem, per text. ibi, in verbo, ratiocinia, & in l. orphanotrophos. 30 nu. 7. C. de epiſc. & cler Boer deciſ. 61. num. 5. Ratio, quia confectio inuentarij illis incumbit, qui rationem reddere tenētur: quamuis Specu. in tit. de inſtrum. edit. §. viſo, nu. 14. Cuman. conſ. 89. nu. 3. honeſtius facere parentem dicant, ſi confecto inuentario, omnem à ſe adminiſtrationis malæ ſuſpicionem amoueat. Diuerſum verò eſt in alijs vſufructuarijs: rectè autem facient, inquit Vlpian. & hæres, & legatarius, qualis res ſit, cùm frui incipit legatarius. ſi in teſtatū redegerint, vt inde poſſit apparere, an & quatenus rem peiorē legatarius fecerit, l. 1 §. rectè. ff. vſufruct. quemadmodū caueat. Ratio, Ne occaſio fraudi detur. l. ſi fundum. 17. C. de rei vend. quam fraudem iura in patre non præſumunt: præſertim etiam ideo, quòd illi, qui rem reſtituere tenentur, inuentarium conſcribere, & in teſtatum redigere cogantur. Caſtrenſ. in l. cum tale. 71. §. 1. ff. de cond. & demonſtr. Albert. in l. fin. nume. 1. ff. de bonis authoritate iud. poſſid. Guido in tract. de forma inuentarij. Vitalis in tractatu clauſularum, pag. 190. 4

Hanc tamen differentiam, † Arius Pinellus vir acris iudicij, ſinceræque lectionis, non admit. 5

admittit in l.1.in 3.parte.num. 23. Putat enim
patrem etiam legitimum adminiſtratorem
compelli poſſe à liberis, vel à iudice, vt inuen-
tarium conficiat, & teſtatum couſcribat: iuri-
bus id non probat. Verùm æquitate ſola mo-
tus à prædicta opinione ſecedit. Reſpõdet ad
ea quæ ab alijs interpretibus pro confirmatio
ne ſuæ opinionis adſeruntur. Ac primò dicit
ad rationem de fiducia, quam lex de patre ha-
bet, quòd illa hoc loco non obtineat: quia cõ-
ſcriptio inuentarij reſpicit reſtitutionem fa-
ciendam poſt mortem patris. Et ſic ne ab ali-
quo poſt mortem patris fraus liberis fiat, ar-
6 gumento ſequeſtrationis. Licet enim † prohi-
bita hæc ſit regulariter, admittitur tamen in
ea inuentarij conſcriptio, tanquam res nulli-
us præiudicij, vt ſic conuentus teneatur bona
deſcribere. Bart. in l.1.§.penult.ff.de ventre in
poſſeſſ.mitten. Bal. in l.vnica ad fin. C. de pro-
hibita ſequeſtratione. & ibi Curtius nume. 16.
Idemque in accuſato fit, quod in ſequeſtrati-
one dictum eſt. Bart. in l.mandatis. 5. ff. de re-
quirendis reis. Plat. in l.defenſionis. 7. C. de iu
re fiſci. Boer. in deciſ. 61. num. 21. in fin. Guido
Papæ 351. & ante Arium Pinel. vt ipſe refert: i-
dem ſenſit Franc. de Porcellis, in tracta. de in-
uentario, cap 2 num 14. Bertrand. conſ 313. nu
me. 6. lib 1. argum. l. habemus. §. 1. C. ad Sena-
tuſconſult. Tertyllianum Similiter quod at-
tinet ad cautiõem, ſatisdationem, rationem
reddendam, aliaque onera, quæ alijs imponi
ſolent, à quibus tamen parentes eximuntur,
7 longè diuerſa ratio eſt. Quia † confectio in-
uentarij reſpicit probationem veritatis, ne tẽ-
pore bona illa occultari poſſint, quemadmo-
dum eleganter quoque tradidit Alexan conſ.
58. Neque eſt etiam cõtra fiduciam, quam lex
de patre habet: quia confectio inuentarij re-
ſpicit reſtitutionem faciendam poſt mortem
patris, & ſic ne liberi aliqua in re fraudari poſ
ſint, aut decipi, argumento eorum quæ tradi-
dit Bart. in l.1.§.pen.ff.de ventr. in poſſ. mittẽ-
do. & Bald. in l. vnica, C. de prohibita ſequeſt.
& ibi Curt. num. 6.

LIMITATIONES.

8 Hæc tamen doctrina, † quòd videlicet pa-
ter rationem reddere non teneatur, nec caue-
re, locum ſolum obtinet in patre legitimo ad
miniſtratore, habente liberos in poteſtate: di
uerſum, ſi pater tutor ſit. Bald. Caſtrenſ. &
Corn. in l. cùm oportet. 6. §. ſed cùm tacitas. C.
de bonis quæ liberis. & Bald. in l. orphanotro
phos. 30. nume. 7 C de epiſcop. & cleric. Bald.
Caſtrenſ. & Aretin. in l. ſi ſuperſtite. 5. C. de do
lo. per text. in l. licet 14. C. ad leg. Falcid. Iaſon
in l. præſes. 12 num. 3. C. de tranſactio. Crotus
in l. frater à fratre. 38 num. 56. ff. de condict. in-
deb. Ratio: Quia pater legitimus adminiſtra-
tor totum commodum habet, ſolaque pro-
prietas eſt filiorũ, qui ſub eius poteſtate ſunt:
pater autem tutor eſt, non filiorum in pote-
ſtate, ſed emancipatorum. ita Iaſon in l. ſi in-
fanti. 18. nu. 8. C. de iure delib.

Secundò limitatur † in ijs quæ pater dona- 9
uit filio emancipato: vel in ijs, in quibus do-
natio valere poteſt. Hæc enim ſi retineat, ſimi
liter rationem reddere tenebitur. l. 2. C. ſi ad-
uerſus donationem, l. ſi ad reſoluendam. 7. C.
de prædijs minor.

Tertiò, ſi † pater dolosè adminiſtret bona 10
filiorum, hoc enim caſu pariter rationẽ red-
det. Bald. in l. cum oportet. 6. § fin. & ibi Cor-
ne. nume. 3. Alex. in l. Imperator. 50. ff. ad S.C.
Treb. Soc. conſ. 34. num. 15. lib. 1.

Quartò, licet non dolosè diſſipet, ſi tamen
alia ratione liberis noceat, ſuccurritur eis, vt
pater priuetur adminiſtratione. Alexã. in d. l.
Imperator. 50. nume 6. Ioan. Nicol. in l. gene-
raliter. 5 num. 155. C. de ſecundis nupt. Quam-
uis Bartol. in d. l. cùm oportet. 6. requirat duo,
primò, vt pater ſoluendo non ſit: deinde, vt
bona ſint mobilia.

Quintò, pater † quoque rationem reddere 11
tenetur de alijs bonis, in quibus vſumfructũ
nullum habet, vt in reditibus præbendæ & di-
gnitatis. Bartol. Bald. Angel. Caſtren. in l. litis.
39 §. pater. ff. de negot. geſtis. Aretin. in l. fin §.
1. ff. de verborum oblig. Aymon Crauetta cõ-
ſi. 218. num. 3. Socin. conſi. 34. lib. 1. ſicuti vice
verſa, à filio, † cui pater negotia commiſit, 12
mortuo patre, ratio exigi poteſt. Caſtrenſ. in
l. cùm ſeruus. 81. §. 1 ff. de condit. & demonſtr.
Crotus in l. frater à fratre. 38. nume. 19. & ibi
Coraſius num. 7. ff. de condict. indeb Soc. con
ſi. 192. & conſ. 213. lib. 2. Dec. conſ. 255. & conſ.
469 num. 1. Hippol. ſing 481. Iaſ. conſ. 3. libr. 1.
Chaſſan. in conſuet. fol. 222.

Sextò, † differentia inter vſumfructum pa- 13
tris, & reliquos vſufructuarios eſt, quia pro-
prietarij cæteri poſſunt alienare ius ſuum, l. 2.
C. de vſufructu. Anton. Gomeſ. de contract.
c. vltim nume. 9. vſusfructus verò patris eius
eſt effectus, vt etiam impediat, quominus fili-
us proprietatem bonorum aduentitiorum a-
lienare poſſit, l. fin. §. filijs autem. C. de bonis
matern. & ibi Pinel.

Septimò, vſufructuarius † parietibus tectũ 14
Imponere nõ poteſt, l. 1. ff. de vſufructu. Item,
vſufructuarius ædificium inchoatum con-
ſummare non poteſt, l. vſufructuarius. 68. ff.
de vſufructu. In patre autem adminiſtratore
hæc non procedunt. poteſt enim pater ædifi-
care, quemadmodum emphyteuta. Bald. in l.
1. C. de iure emphyt. Hoc tamen caſu ſenten-
tijs variatum eſt. plurimi enim vſufructuari-
um quemuis ædificare poſſe in re vſufructua-
ria exprimunt. l. penultim. & l. æquiſſimum.
17. §. ſi tamen. ff. de vſufructu. Quod intelligẽ-
dum eſt,

dum eſt, vbi aliter non poſſet vti ſuo vſufructu, d.l. æquiſſimum.17.§.ſed nec. De qua re vide Coraſ.ibidem, & Coſtalium in aduerſarijs Pandectarum: itidem & Ludouic. Charodam lib.1.cap.5.

15 Octauò, Vſufructuarius poteſt ſyluam cæduam, & arundinetum cædere, ſicut paterfamilias cedebat, & ita ne fundum deteriorem faciat, l.item ſi fundi.10.§.fin.l.ex ſylua 11.l.æquiſſimum.17.§.fructuarius. ff. de vſufructu. Patris verò vſusfructus nō ita reſtringitur: quia in patre fraus non præſumitur. l. nihil. ff. de bon.libertorū, l. ſcripto §. fin. ff. vnde liberi. Non tamen permittitur ei frugiferas arbores cædere, nec alia damnoſa prorſus facere: poteſt enim tum quoque remoueri, l. & eleganter. 7. §. 1. ff. de dolo. l. 2. ff. ſi vſusfructus petatur.

16 Nonò, pater † abſque filio per ſe poteſt accipere poſſeſſionem aduentitiorum, d.l. cùm oportet.6. diuerſum in alio vſufructuario. Alberic. in l. cùm oportet.6. ad fin. Boer. deciſ. 196.num. 9. vbi id ſpeciale eſſe in patre adminiſtratore aſſerit: authoritatesque multorum adducit, quibus traditur non poſſe præter patrem fructuarium poſſeſſionem accipere, niſi à manu hæredis vel proprietarij Quod etiam tradit Alex.conſ.50.num.5 lib.7 Socin.conſi. 331.num.8.lib.1.Pariſ.conſi 37.num.2.lib.3.Roman.conſ.312.Boer.conſ.119.Grauet.in l.1.nume.142.ff.de legat. 1. Idemque in vſufructuario vniuerſali conſulens reſpondit Decius cōſil.418. num.3. Ratio deſumitur ex l. non dubium.5.C.de leg.& l.1.ff.quorum legat

57 Decima prærogatiua. Lite † mota circa proprietatem bonorum aduentitiorum filij, non filius, ſed pater agere debet. l. 1. C.de bonis maternis. Alius verò vſufructuarius æquè non auditur. Angel. in l.1.§.vlt.num.1.& Alexan.num.3.ff.de noui oper.nunciat.& ibi Caſtren num.1.Marian.Socin in c.quoniam frequenter, num.112.vt lite non conteſtat. Quod

58 plus eſt, iudicium cum vſufructuario agitatū, proprietario præjudicium adferre nullū poteſt, l.is qui fundum.31.& ibi Bartolus, ff.de vſufructu legato. idque ob fraudem. fraudi enim imputatur, non denunciare litem domino, ſi ei nunciari poteſt. Bald. in c.1. §. ſi vaſallus. tit. ſi de feudo fuerit cōtrouerſia inter dominum & agnatum vaſalli.

59 Circa † hanc prærogatiuam duæ oriuntur difficultates. Primò, expenſæ litis, cuius ſumptibus fieri debeant, patriſne, an filij? Et certi iuris eſt, ſumptus ex fructibus aduentitiorum faciendos: pater enim qui centum expendit ob litem motam de bonis aduenticijs filij, deducet ex fructibus bonorum aduenticiorum: non autem ab ipſa proprietate, d.l.1.verſicul. ſumptus ex fructibus facere. C de bonis maternis.& ibi Baldus, Angelus, Corneus. Subdit tamen Angelus num.1. ſi fructus non ſufficiant, tum filium ex proprietate ſuppeditaturum expenſas, argumen l.fin. §.ſin autem. C. de bonis quæ liberis.

Et in hac re ab alijs ſimiliter vſufructuarijs pater differt. Alij enim expenſas nullas litis facere tenentur, pater verò in bonis aduenticijs hoc caſu grauatur. Bald. in l. 1 §.1.num.1.ff. vſufruct.quemadmodum caueatur. Quod tamen intelligi debet, ſi lis moueatur de re ipſa: ſecùs, ſi de vſufructu. Nam tum dirimetur lis, ſumptibus & expenſis vſufructuarij, non proprietarij, argu. eorum quæ in ſimili tradit Alexand.in l.vſufructu.69. ff. ad legem Falcidiam. 20

Limitatur ſimiliter in patre quoque, expēſæ enim in bona aduenticia liberorum à patre faciendæ, non intelliguntur de ſumptibus factis ad perpetuam rei vtilitatem, ſeu aduenticiorum meliorationem. Filius enim eorū bonorum dominus conferet fratribus valorem expenſarum, ſecundùm Bald.in Auth ex cipitur, num.4.C.de bon.quæ liber. Crotus in l.frater à fratre.38 num.124 C.de cond.indeb, qui diſtinctione fucata vtitur.

Secunda quæſtio.

Secundò quęſitum eſt, † an pater poſſit procuratorem conſtituere in cauſa filij ante litē conteſtatam? Hac in quæſtione variatum eſt opinionibus. quidam exiſtimarunt, non poſſe patrem ſine filio procuratorem conſtituere, nec agere, nec defendere in aduenticijs: quando filius maior eſt ſeptennio. Ita Innocentius in c.accedens, nu 1.extr.de procuratorib.per l.ſi §. vbi aũt.C de bonis q̄ liberis ibi, adhibeatur autem etiam filiorum conſenſus, niſi adhuc in prima ætate ſint conſtituti. eo enim textu non obſcurè Iuſtinianus mirabiliter reſtringit poteſtatem à Conſtantino patri conceſſam. Hanc Innocentij opinionem ſequitur Cynus, Sal.Ang & Corn.ibi, & iudicando deciderunt conſiliarij Tholozani, deciſ.105.& conſulendo reſpondit Rom. conſi. 241.num.10.ſequitur Imol & Aretin.in l. fin. §.pupillus.ff de verb.oblig & Alberic in l.lōgius.18.§ ſi filius.nume.4. ff de iudic & Caſtr. num.3.Fulgoſ nu 4.Angel.in §. actiones, nu. 4.Inſtit.de actionib.& in §.pupillus, nume.7. Inſtit.de inutil.ſtip. 21

Ab hac opinione receſſerunt aliqui, & exiſtimarunt filij conſenſum minimè requiri. Verùm patrem non expectato filij conſenſu, agere & procuratorem conſtituere poſſe, cuiuſcunque ætatis filius ſit Bart.in l.1. nume. 1. C.de bonis maternis.& Bald.ibidem, num.8. Caſtrenſ.num.2.vbi indiſtinctè communem eſſe opinionem aſſerit, quod & Imol. dicit in d.l.fin.§.pupillus.num 3.& Aretin.num. 5. ff. de verb.oblig.

22 Veriot & ſanior opinió eſt, † vt diſtingua-
mus inter articulum conſtituendi procurato.
rem, & articulum agendi: & dicamus in con-
ſtitutione procutatoris, veriorem eſſe Barto-
li ſententiam, procuratotem videlicet conſti
tui poſſe etiam ſine conſenſu filij. per l.1.C.de
bonis maternis. verſicu. ſuſcipiat actiones, &
moueat. In atticulo verò agendi, Innocentij
opinionem ampleαamur, quia correctio le-
gum non præſumitut, l. præcipimus. 32. C.de
appellationib.

Quamuis & hæc Iuſtiniani conſtitutio de
23 conſenſu filij dura admodū ſit: † quid prode-
rit enim conſenſus minoris, cùm ob ętatē ma
lus ſemper rebus ſuis conſultot eſſe putetut. l.
1. ff. de minoribus. l. fin. C. de legitimis tutori-
bus. & lex optima quæque de patte præſumat:
cùm magis terreantur liberorum calamitate,
quàm ptoptia. l. iſti quidem. 8. ff. de eo quod
metus cauſa. § fin. Inſtit. de noxalibus action.
vnde Ang. Peruſ. in d. l. fin. §. vbi autem, con-
ſenſum quidem filij tum demum requiri, quā
do contradicendi cauſam haberet. Aliàs, ſi
cauſa deſtituatur, ſine conſenſu filij omnia à
patte peragi hoc caſu poſſe tradit. Idemq́ue
ſenſit ibidem Caſtrenſ. num. 5. Fulgoſ. num. 3.
per text. in l. ſi cùm dotem. 23. §. eo autem tem
pore, ff. ſolu mattim. ibi, ſi pater ſit, cui omni-
modò conſentire filiam decet.

24 Præterea & hac ratione conciliari poſſunt
adnerſantes † hæ interpretum ſententiæ, vt
opinionem Innocentij obtinete dicamus in
proprietate bonorum aduentitiorum, quæ
proprietas ad filium pettinet: Bartol. verò ſen
tentiam teferamus ad vſumfructum. ſi enim
conſenſus filij deſideraretur, peioris eſſet con
ditionis patet in ſuo vſufructu, quàm quilibet
alius vſufructuarius extraneus, l. 1. §. vlt. & l. ſe
quen. ff. vſuf. quemadmodum caueatur.

Tertia Concluſio.

25 Quia pater † in bonis aduenticijs filiotum
vſumfructum ſolummodò habet, proprietas
verò ad filios pertinet: conſequitur quòd pa.
tet illorum bonorum alienandi facultatem
nullam habeat, d. l. 1. C. de bonis maternis: vet
ſic. ita vt. Ita vt ſi aliquando rem alienare vo.
luerint, emptor, vel is cui res donatur: obſer-
uet, ne vnquam partem earum rerum, quas a-
lienari prohibitum eſt, ſciens accipiat, vel ig.
notans, &c.

Obiectio.

26 Oritur nunc inſignis dubitatio in l. 1. C. de
bonis maternis, ait Conſtantinus: atque ita o-
mnia agere, tanquam ſolidum perfectumq́ue
dominium eis acquiſitum fuiſſet: ſi igitur ple.
num dominium patri adquiſitum eſt, poterit
ſanè alienare? Hanc obiectionem varij varië
diſſoluunt. Receptior diſſolutio eſt, vt dica.
tut patrem habere dominium ſine alienandi
poteſtate, vel ob amplum vſumfructum, ha.
bere ferè dominium plenum: quēmadmo-
dum etiam aliàs Paulus Iureconſultus ait, v.
ſumfructum in multis partem dominij eſſe:
hoc eſt, habere ſimilitudinem vel ſpeciem do
minij. Ita Connanus lib 4. cap. 3. & latè cap. 6.
Quod & in rebus naſcentibus in herbis & me
dicamentis ſit, vt vna res in multis habeat ef-
fectum, & vſum alterius. Cicero quoque in E-
piſtolis familiaribus, id noſtrum vocat, quo
vtimur & fruimur. Præterea alienationis ap.
pellatione continetut non modò ea, qua do-
minium transfertur: verùm & hypotheca, &
ſeruitus, l. vlt. C. de tebus alien. non alienand.
Quem textum in primis commendat Iaſon
in §. item ſi quis in fraudem, num. 23. Inſtitut.
de actionibus.

Declarationes ad Concluſionem III.

Limitatur hæc concluſio primò, niſi † pa- 27
ter bona alienaret ex cauſa neceſſaria, videli.
cet ob æs alienum. Ita Iuſtinianus in l. fi. §. ſin
autem æs alienum. C. de bonis quæ liberis AL
bericus in d. l. 1. num. 1. Baldus, Caſtrenſ. & A-
lexander in l. præſes. 12. C. de tranſactio. & alij
quos citat Tyraquellus in l. ſi vnquam. 8. in
princ. num. 28. C. de reuocand. donatio. vbi al
legat Romanum, Decium, Socinum, & alios
ſequitur Iacobus de Arena in l. 1. nume. 5. C. ſi
aduerſus vend. Seuerinas in tractatu de tranſ-
actionibus: quæſt. 7. Matthæus de Afflictis de-
ciſ. 383. num. 1. Benedict. in c. Raynutius, verſic.
duas, nume. 255. Loriottus in axiomat. de con
ſang. axiom. 40. Cumanus in l. 1. ff. de rebus eo
rum. Didacus Couatruuias Hiſpanus lib. 1. re-
ſolut. cap. 8. nume. 6. Ioannes Igneus in l. 3. §. e.
legantet. num. 166. ff. ad Senatuſconſultum
Sylleianum. Huic † tamen opinioni ſe oppo- 28
nit Salicet. in d. l. præſes. 12. argumentando à
legibus, quæ loquuntut de patre tutore vel cu
ratore filij, qui non poteſt alienare ſine decre.
to, l. 3. C. de prædijs minorum. l. ſi pupillorum.
7. §. ſi pater ff de rebus eorum.

Cuius obiectionem tefutat Alexander, &
Iaſon ibi, ſequuti Bald. & Caſtrenſ. quòd duæ
hæ leges loquantut in filio emancipato, cui
patet datur tutor & cutator. Noſtro autem ca
ſu filius in poteſtate pattis eſt, cuius filij patet
legitimus eſt adminiſtratot, & longè plus in-
ris habet, quàm tutor.

Quamuis Iaſon in d. l. præſes. 12. num. 5. in.
tellectum alium adferat, quòd videlicet patet
non poſſit alienare immobilia, ex bonis ad.
uenticijs filiorum ſine decreto iudicis: tribus
id ptobans argumentis, quorū duo leuia ſatis
ſunt, parumq́; roboris habent. Tradidit idem
Curt. in d. l. præſes. 12. nume. 15. & Crotus in l.
frater à fratre. 38. num. 33. & Caſſan. in conſue.
tud. Burgund. rub. 6. §. 5. fol. 10. num. 14.

Verùm

29 Verùm communis opinio, qua † nullum
traditur diſcrimen de decreto iudicis, itemq́;
de bonis immobilibus, facilè defendi poteſt,
expreſſa Iuſtiniani conſtitutione, in d. l. fin. §.
ſin autem æs alienum. Neutrius enim fit ibi-
dem mentio. Præter legem igitur loqui iuriſ-
conſulti erubeſcunt. Et idem à iuriſconſulto
longè ante Iuſtinianum traditum fuit in l. 1.
30 ff. de fundo dotali. Quantumuis † enim pro-
hibeatur & interdicatur alienatio, ea tamen
prohibita non cenſetur, quæ ex cauſa neceſſa-
ria fit, l. 3. § item quæritur. l. magis puto. 5. §. ſi
pupillo. ff. de rebus eorum qui ſub tut. l. 1. l. 3.
C. quando decreto opus non eſt, l. non tantū.
41. § 1 s autem. ff. de fideicommiſſis libertatib.
l. alieno 31 §. qui fideicommiſſarij. ff. eo. l. cau-
ſam. 20. ff. de manumiſſis. Huc referre ſolent
Interpretes legem peto 71. § prædium. ff. de le-
gat 2. Quæ lex minus commodè accommo-
datur, nam ibi res non diſtrahitur, ſed datur
emptori ius retinendi pro tempore, quo res
duratura eſt penes debitorem, cuius bona alie-
nantur; quod & alibi traditum eſt. l. Statius.
43. §. vlt. ff. de iure fiſci.

31 Secunda declaratio eſt: Patri † permittitur
alienare & diſtrahere ea quæ tempore peritu-
ra erant: vel quæ ſeruando ſeruari nequeunt,
vel quæ ſine vtilitate ſumptibus indigent. ar-
gumento eorum quæ tradit Vlpianus in l. A-
riſto. 5. ff. de iure deliberandi. Si maior, inquit,
ſit hæreditas, & deliberet hæres, & res ſint in
hæreditate, quæ ex tractu temporis deteriores
fiant: adito prætore, poteſt is qui deliberat ſi-
ne præiudicio eas iuſtis precijs vendere, qui
poſſit etiam ea quæ nimis ſumptuoſa ſunt, ve-
luti iumenta aut venalitia. item quę mora de-
teriora fiant, vendere, quique præterea cura-
turus ſit, vt æs alienū quod ſub pœna, vel ſub
precioſis pignoribus debeatur, ſoluatur. Simi-
lis eſt text in l. non ſolùm. 56. ff. de petit. hære-
ditatis. & in l. 8 ff. de minoribus itemq́ue con-
tinetur in ſanctione Iuſtiniani ſub Authent.
ſi quas ruinas. C. de ſacroſanctis eccleſijs. & ar-
gumentatione quoque idem decidi poteſt, ar-
guendo à tutore ad patrem, tanquam à mino-
ri ad maius, per l. lex quæ tutores. 22. verſicul.
penultim. & fin. C. de adminiſtratione tuto-
rum.

32 Quando autem † res tempore pereant, de-
terioreſq́; reddi dicantur, tradit Iaſon & Fran-
ciſcus Ripa in l. cum res. 1. ff. de damno infe-
cto. Hippolytus in l. qui cædem. 16. ff. ad legem
Corneliam de ſicar. Felin. in c. cum acceſſiſ-
ſent, num. 20 de conſtitutionib. & in c. final.
colum. fin. extr. de iudic.

33 Quæri poteſt circa declarationem † an pa-
tri ex bonis aduentitijs liberorum liceat ven-
dere ædes ruinoſas. Et extat hac de re reſpon-
ſum Iureconſulti Vlpiani in l. vetum. 12. § ſi
locupleti. verſ. ſed hæc res. Sed hæc res, inquit
adferre poteſt reſtitutionem minori, ſi adijt
hæreditatem, in qua res multæ erant morta-
les, vel prædia vrbana ruinoſa, æs autem alie-
num graue. quod non proſpexit, poſſe eueni-
re vt demoriantur mancipia, prædia ruant:
vel quod non citò diſtraxerit hæc, quæ multis
caſibus obnoxia ſunt, tit. de minoribus vigin-
tiquinque. Licet igitur hoc caſu diſtrahere hu-
iuſmodi res. Ratio in promptu eſt, quia talia
bona vtilia eſſe non iudicantur nec excuſant,
vt immobilia, ſecundùm Bartolum in l. 2 co-
lum. fin num. 19. ff. ſolut. matrimon. vbi am-
pliat ad bona ſita in montibus, quæ aquis di-
luuntur. Sequitur Alexander & Iaſon in l ſci-
endum 15. ff. qui ſatiſdare cogantur & Alexā-
der in d. l. 2. num. 20. & Parpalias num. 87.

Quemadmodum † in ſimili quoque tutor 34
vel curator poteſt ſine decreto alienare molē-
dina, & bona quæ inundationi aut alijs aqua-
rum periculis expoſita ſunt. Angelus & Fulgo-
ſius in l. non ſolùm 56 ff. de petitione hæredi-
tatis. Ripa in l. quò minus. 2. num. 126 in fin.
ff. de fluminibus. Rubeus conſi. 138. colum. 1,
Tyraquellus in tractat. de retractu, in §. 1. glo.
7. num. 91. Qua tamen in re certaſſe interpretes
hoſce rectè contendit Arius Pinellus in repe-
tit. l. 1 in tertia parte, num. 28. C. de bon. ma-
ternis, exiſtimat enim, decretum iudicis tem-
per requiri in tutore, etiam ſi talia ſint bona,
vt illis carere expediat, per l magis puto. 5. § ſi
æs alienum. l. ſi fundus ſit ſterilis 13. ff. de rebus
eorum. & ſingularia per l. Ariſto. 5. ibi, adito
prætore. ff. de iure deliberandi. Diuerſum ta-
men in patre obtinere exiſtimat. Reprehen-
dit quoque idem Pinellus Bartolum, Alexan-
drum, Iaſonem, & alios, qui ſcribunt, immo- 35
bilia & alia iuxta mare aut flumen ſita, non
excuſari à ſatiſdatione, nec vt immobilia, iu-
dicari. Molendina enim, precioſiſſima ferè
bona habentur, & ideò in his hominum opi-
nio maximè attendi debet. l. precia rerum. 63.
ff ad leg Falcid. Regulari itaq; ſecundùm na-
turam immobilium bonorum debent.

Tertia limitatio, Pater † non obſtante pro 36
hibitione alienare poteſt bona liberorum ad-
uenticia ſi ea alienatio in commodum & vti-
litatem filiorum vergat, l. fin. § penulti. C. de
bonis quæ liberis. Accurſius in l. quæcunque.
4 in verbo, interdicta, eodem tit. & ibi Bald.
Aretinus in l. mutum. 5. ff. de acquirenda hæ-
reditate. Socinus in l. conditionibus. 5. num. 1,
ff. de conditionibus & demonſtrationibus.
Iaſon in l. contra iuris. 29 num. 8. ff. de pactis.
Felinus in c. cauſam, num. 8 extr de iud.

Quæ declaratio confirmatur per textum,
& gloſſ in l. 2 ff. de acceptilationibus. vbi im-
pubes ſine tutore acceptum ferre poteſt, quo-
tieſcunque ea acceptilatio in vtilitatem im-
puberis redundat. Meliorem enim conditio-
nem ipſorum fieri poſſe, etiam ſine tutore ſe-

pius reſcriptum eſt, & traditum ſub l. 1. C. de author. præſtand. ſub l. non eo minus. 14. C. de procuratoribus. ſub l. neque tutoris. 7. C. de cõtrahen. & committen. ſtipula. §. 1. Inſtit. de author. tutorum, ſub l. ſi filius. 11. ff. de ritu nupt. l. multi. 18. ff. de liberis & poſthumis, l. filijs matrem. 25. C. de inoffic. teſtam. l. cum ij. 8. §. eam. ff. de tranſactio.

37 Præterea vulgata eſt traditio, † quando in aliquo actu requiritur ſolennitas fauore alicuius perſonæ, quòd tum valeat actus ſine ſolennitate, modò commodum inde aliquod, aut emolumentum perſonæ accedat, Imola in l. cum lex. 47. ad finem. ff. de fideiuſſ. Socin. Iun. in conſ. 28. num 11. lib. 2.

38 Quæ tamen traditio † à multis in dubium vocata eſt, quos recenſet Tyraquellus in libr. de iure marit. Gloſ. 8. num. 74. charta 332. & Iaſon in d. l. cum ij. 8. num. 2. ff. de tranſactio. & in l. contra iuris. 29. ff. de pact. Limitari enim ſolent iura ſuperius adducta, vt non valeat actus iudicialis vel conuentionalis deficiente ſolennitate, etiamſi vtilis ſit perſonę in cuius fauorem ſolennitas requiritur: quando perſona talis eſt, quæ omni deſtituatur ac careat intellectu: quales ſunt, infans, furioſus. ita Bald. in l. 1. C. de authoritate præſtanda. Quod etiã in furioſo patet, l. furioſo. 9. & ibi Bat. ff. de re iudic. ita Iaſ. in d. l. non eo minus. 14. nume. 1. latè proſequitur Arius Pinel. in d. l. 1. in 3. parte, num. 34. & aliquot ſeqq.

Quarta limitatio adduci poteſt ex traditis
39 Alberici † in d. l. 1. C. de bonis matern. in 2. colum. num. 40. verſi. quod ſi pater. vbi ait, quòd pater poſſit alienare ſuum vſumfructum, prę ſupponens idem poſſe regulariter quemlibet vſufructuarium, per text. in l. arboribus. 13. §. vſufructuarius. ff. de vſufruct.

Deinde ſubijcit, patrem alienantem rem aduenticiam filij, cenſeri tantum alienare vſumfructum, quem in ea re aduenticia habet; per text. in l. qui tabernas. 32. ff. de contrahen. emptio. Hanc Alberici opinionem ſequitur vir longè doctiſſimus Didac. Couarruuias libro 1. Reſolutionum, cap. 8. num. 7. eamq́; in vtramque diſputat partem, Arius Pinel. in d. l. 1. in 3. parte, num. 36. verſ. poteſt etiam pro limitatione adduci. vbi tradit, an alienatio vſusfructus valeat, nec ne, & an alienatus vſusfructus conſolidetur cum proprietate: quod Faber & alij exiſtimarunt in §. finitur. Inſtitu. de vſufructu. qui putant, commoditatem vel perceptionem alienari ſolummodò poſſe: ius autem ipſum minimè. Tandem contra receptam interpretum opinionem aſſerit, vſusfructûs alienationem citra conſolidationem factam valere, l. in venditione. 8. de bonis authoritate iud. poſſid. & d. l. arboribus. 13. §. vſufructuarius. ibi, frui vel vendere. & l. non vtitur. 38. & ſeq. ff. de vſufructu.

Addit rationem: effectus † in iure, non nomina ſequi debemus, l. ſi vno. 17. ff. locati, l. non codicillum. 14. C. de teſtamen. Quid igitur refert fructuario interdici alienationem per verbum vſusfructus, eandemq́; ei concedi per verbum commoditatis? Subijcit plura argumenta, vt ibi per eum. Alienari tamen ita poterit, vt non plus transferat vſufructuarius, quàm ipſe habuit, nec vſusfructus amplior exter penes eum, in quem fructuarius alienat, quàm extaret penes alienantem. 40

Quæri poteſt nunc, Si pater alienet bona aduenticia, qua ratione filius ea denuò conſequi & reuocare poſſit? Et facienda eſt diſtinctio, Alienatane bona aduentitia ſint à patre ex cauſa lucratiua, purà donationis vel ſimili, an ex cauſa oneroſa. Si enim ex cauſa lucratiua alienatum ex hiſce bonis aliquid ſit, querela inofficioſæ donationis competit, toto titu. C. de inoffic. donat. & l. Titia. 89. §. Imperatores. ff. de legat. 2. diuerſum in cauſa oneroſa. Accurſi. in l. 1. ad finem. C. de inoffic. donat. Interpr. & Iaſon præ cæteris in §. item ſi quis in fraudem. Inſtit. de action. vide de hac quęſtione tractatum Caroli Molynæi. Obſeruandum tamen, ſi pater vendat in faudem filiorũ bona eorum aduenticia, quòd adhuc filius admitti debeat. Ita Bart. in l. 2. ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſus. & latè proſeqnitur Pinel. in d. 3. parte. fol. 505. Alienationem autem reuocare non poteſt, quando mortuo patre filius eius hæres efficitur. hoc enim caſu eius factum impugnare nequit.

CAPVT XXII.

An pater ſuper aduentitiis bonis filij tranſigere aut compromittere validè poſsit.

SVMMARIA.

1 *Compromiſſa alienationis verbo contineri.*
2 *Compromiſſum neceſſarium non eſt alienatio.*
3 *Tranſactio alienationis ſpecies.*
4 *Tranſigere clericus & emphyteuta ſine decreto non poſſunt.*
5 *Compromiſſum & tranſactio æquiparantur.*
6 *Tranſigere poteſt pater ſuper aduentitijs filij rem ipſam retinendo.*

PRimò enim quæri poteſt, An pater de iis tranſigere, vel ſaltem compromittere poſſit? hoc eſt, vtrùm alienationis vocabulo etiam contineatur tranſactio, vel compromiſſum.

De compromiſſo igitur † receptum eſt cõmuni Interpretum opinione, id alienationis vocabulo comprehendi: id eſt, patrem compromittere non poſſe. cui enim alienatio interdicta eſt, is ſanè nec compromittere poteſt c. cùm tempore, verſ. cum etſi ſponte. extr. de 1

arbitris,& ibi Panorm. Imol.& alij. Sequuntur hanc traditionem multi.Iaſ.in l.fin.num. 119.C.de iure emphyteutic. Dec.conſ.44. per totum.& conſ.39 num.4. Anton.Capic.deciſio.83.num.3. Matth.de Afflict.lib.3 conſtitut. Neapolitan.rubr.5.num.52.Soc.conſ.67.num. 77.lib.1. Marcus Blancus de compromiſſis in 4.quæſt num.28.Ripa in lib.2.reſponſ. cap.7. num.12. Tyraquel.in lib.de iure marit. Gloſſ.
2 5.num.202. Quæ tamen Interpretum traditio intelligi debet, & accipi de compromiſſo voluntario:nō de neceſſario, ex vigore legis vel ſtatuti iubentis compromittere. Ita Alberic. Bald.Salicet. Caſt.& Alex.in l.fin C.de in integrum reſtitut.Aretin.in l.more.8.col.fin. ff. de acquir.hæred.Caſtr.in l.ſi plures.10.num.5. ff.de pactis.& Iaſ.in l.iuriſgentium. 7. §. fina. num.14. ff.eod.Panorm.conſ.31.lib.2.Robert. Maranta in ſpeculo,in 6.parte,in tract.de cōpromiſſ.num.8. & ſeq. Quamuis Decius in ſimuli facti ſpecie interrogatus reſponderit cōſ.44. ſtatutum tale non obtinere in rebus alienari prohibitis,arguens ex generali traditione Interpretum ſuprà relata. Quod tamen reſponſum refelli facilè & infringi poteſt ob neceſſitatem, quæ compromiſſum imponit: quæ quidem neceſſitas facit quominus argumentationi à prohibita alienatione locus ſiat,l.alienationes 13.ff famil.erciſc.& l.1.ff.de fundo dotali.Ita Blancus in d.tractat.de compromiſſ.in 4 quæſt.num. 28. ad fin.& ante eū idem ſenſit Bald.in l.de re. 10. in 2. lectura.ff. de tranſact.argumento l.3. verſi.hæc enim.ff. de rebus eorum.

De tranſactione variatum eſt opinionibus.

3 Idem † enim iuris in tranſact obſeruari debere,quòd in compromiſſo ſtatui non abſiut. dè quidem ab aliquibus traditum eſt,cùm alienationis vocabulum tranſactionem quoq; contineat in ſe ac complectatur. ita Interp.in l.1.C.ſi aduerſus tranſact. Iaſ.in l.fin.num.122. C.de iure emphyteu.per l.non ſolùm.4. C.de prædijs minorum.& per Gloſ.in d.l.1.C.ſi ad-
4 uerſus tranſact.Affert Iaſ.exemplum.† Nam clerici & prælati res eccleſiaſticas ſine ſolennitate alienare nō poſſunt. Auth.hoc ius porrectum.C.de ſacroſanct.eccle.c.fine exceptione.12.q.2.Ita neque tranſigere de ijs, neglecta ſolennitate,licet. deinde transfert ad emphyteutam. Nam nec is per tranſactionem tradere poteſt alicui rem emphyteuticam,non adhibito & requiſito domini cōſenſu. Adducit aliorum authoritates pro more ſuo Tyraq.in lib.de iure marit.in gl.5.num.205.q.20. & in libro de retractu.§.1.glo.24.num.60.
5 Præterea † compromiſſum & tranſact. æquiparantur:Iaſ.in d.l.fin. & Tyraquel. in loco citato.&alij quos citat Lanfran.in tract.de arbitris.in 3.part.num.3.fol.5. in 3.volum.tractat. & Bapt. Caccialup. ſub tract. de tranſact. in q.7.num.5.Alciat.in l.cum te.2. num. 4.C. de tranſact.compromittere autem non licet: igitur nec tranſigere.

Frequentius tamen exiſtimatum eſt. Patrē exemplo † tutoris poſſe trāſigere in bonis aduenticijs liberorum, retinendò quidem eam rem, ſi fortaſſis lite mota ab eo auocaretur: non autem dando vel trāsferendo in alium. Ita Albericus in d.l.1.C.de bonis maternis. & Bald.nu.2.Alex.conſ.161.ad fin.lib.2. Aymon Crauetta conſ.154.num.1.Steph. Bertrandi cōſ.18.num.6.lib.1.Iaſ.in d.l.fin.num.122. Adducunt in argumētum reſcriptum Valeriani & Galieni ſub l.præſes.12. C. de tranſact. vbi administrator ciuitatis poteſt ſuper re dùbia trāſigere,non autem debitum liquidum remittere. Cùm igitur adminiſtratori id liceat,magis id patri licere dicemus. Huic enim plus,quàm ceteris adminiſtratoribus tribuendum eſſe,facilè apparet. Adferri quoque ſolet gl. in l.nulli.13.de tranſact.& ibi Iaſ.Alciat in d.l. præſes, 12.num.13. Anton.Capit.deciſ.93. num. 4. Panorm. in c.cum tempore. in fin. extr. de arbitris. Ioannes Nicolaus in l.generaliter.5.num. 142.C.de ſecund. nupt. Tyraquel.de retractu, §.1.glo.14.num.62.& num.66. 6

CAPVT XXIII.

Vtrùm pater agens pro acquiſitione aduentitiorum filij, tranſigendo litem remittere poſsit.

SVMMARIA.

1 *Litem remittendo ſuper acquiſitione aduentitiorum pater non tranſigit.*

2 *Actione carere, & eam inutilem perpetuò habere, paria ſunt.*

HAC in quæſtione Baldus in l.1. C.de bonis maternis ait, patrem hoc caſu litem remittere poſſe per tranſactionem,quam Baldi opinionem plerique amplexi ſunt. Ab † ea 1
tamen Arius Pinel.recedit in d.l.1.in 3. parte, fol.367.verſ.ſed dum Bal.hic. Exiſtimat enim hanc litis remiſſionem per tranſactionem à patre factam nullius prorſus eſſe momenti, ideoque retractari ſemper poſſe. Ex ratione:quia ius filio inutile maneret, cùm ſemper repelli poſſet ex trāſactione: quę efficaciſſimam pręſtat conuento exceptionem l.non minorem 20.C.de tranſact.c.1.de litis conteſt.lib.6.cùm, igitur per eam tranſactionem, omne ius dominij, ſeu iuris exercitium filio adimeretur, conſequeretur alienationem eſſe: quæ quidē patri interdicta prohibitaq; eſt,dicta l.1.C.de bonis matern.

Neque refert,pater liti renunciet,litem remittat,an ius agendi, vel actionem remittat. Paria enim ſunt in effectu,actione carere, vel 2

eam perpetuò inutilem reddere,arg.l.3.ff. de fideiuſſoribus,& l.ls cui.40.ff.de actio. & oblig.vide Tyraquel.in lib.de retractu.§.1.gl.14. num.66.in fin.& num.69.

CAPVT XXIIII.

Locatio aduentitiorum, quatenus poſſit à patre fieri.

SVMMARIA.

1 *Locatio à patre ad breue tempus facta aduentitiorum, filium ad obſeruationem obligat, non item ſi ad longum tempus. num.3.*
2 *Minor locationi per tutorem factæ ſtare debet finita tutela.*
3 *Locatio ad longum tempus alienatio dicitur.*
4 *Locationis ad longum tempus tractatio,remiſſiuè.*
5 *Locatio ad longum tempus, in quibus ab alienatione differat.*
Alienare ſub pæna prohibitus,locare ad longum tempus poteſt. ibid.

HAC in quæſtione adhibenda eſt diſtinctio, ad longúmne tempus bona aduentitia locata ſint,an verò ad breue tempus. Si †
1 enim ad breue tempus bona aduentitia locata ſint à patre,tum filius eam locationem ſeruare tenetur. Quod multis probari poteſt rationibus.

Prima ratio:Plena adminiſtratio conceſſa eſt patri:licebit igitur hoc caſu locare.

Secunda,deinde talis locatio ad breue tempus alienationem non continet.

2 Tertia, prætereà † minor tenetur ſtare locationi factæ à tutore vel curatore,finita tutela vel cura.ita Cyn.in l.emptorem.9.col.2.C. locati. Bart. Paul. Alex.& omnes in l.filiofamilias.26 §.ſi vir.ff.ſol.matr. Socin. conſ.125. nu.6 lib.1.Didac.Couar.lib.2.Reſol.c.15.nu.5. & nu.6.in medio per reſponſum Iuriſconſulti in l.ſi tutelæ.9.ff.de adminiſt.tut. Quæ tamẽ lex non loquitur de locatione,ſed de pecunijs mutuò datis. Diuerſum dicendum in locatio
3 ne ad † longum tempus, hanc enim locationem à patre factam filius mortuo patre,& ſic vſufructu finito,retractare, & bona aduẽtitia hoc modo locata reuocare poteſt. Quemadmodum haud diſſimili ratione euincere poteſt ab eo in quem alienata ſunt. Ratio huius diuerſitatis hęc eſt:quia locatio ad longum tẽpus alienatio eſſe cenſetur.Interp. Canonum in c.nulli,extr.de reb.eccleſ.non alien.Fab.de Monte in tract.de emptione.Couar.lib.2.Re. ſolut cap.16.col.1 Bellamera deciſ.748. Decius conſ.142.num.3.Alex.conſ.17.lib. 4. Boer. deciſ.234..Ang.Aret.poſt Fab.in §.adeò.num. 1.Inſt de locat.Alienari autem à patre hæc bona aduenticia nequeunt.d l.1.& toto tit.C.de bon. matern Idemq; obſeruatur in tutore & curatore Hi enim vt alienare non poſſunt, ita nec ad longum tempus locare. Alex.conſi. 117.lib.5.& Boerius in d.deciſ.

De hac † locatione ad longum tempus vide quæ tradit Caſtr.in l fin. C.de reb.alie.non alienan.Imol.in l.filiofamilias.26. §.ſi vir. ff. ſol.matr.& in c.ad audientiam,nu.2.de rebus eccleſ.non alienan.Alex.in d.§ ſi vir,num.25. Ang.in d.§ adeò.Inſt.de locat.Cæpol.in l.alienationis.28.nu.8.ff.de verb.ſign.Alex.conſi. 165.lib.2.Socin conſi.56.libr.2. Couar. d. c.16. Tyraq.latè in lib.de retractu, §. 1.gl.14.nn.79. 4
& ſeq.Tyraq.Singularis † verò differentia inter alienationem & locationem adferri ſolet. Primò in pœna. Si enim ſub pœna prohibeatur res alienari, & ea res locetur, ob locationem pœnæ locus non erit, nec dicetur cõmiſſa.Auguſtinus Berous in c. nulli. num. 32. extr.de reb eccleſ. non alien. Licet enim pœnalis lex extẽdatur, pœna tamen minimè extenditur,ita Iaſ.in l.2.ff.de in iusvoc.& in l.cũ quidam.19.ff.de lib.& poſth.Hippol.ſing.300. Felin.in c.cum Ioannes.nu.33.extr.de fide inſtru.Dec.in l.factum.198.§.in pœnalib.ff.de reg.iur.Refert Pinel.in d.l.1.in 3.parte.fol.465. C.de bon.mater. vbi paulo antè multis autoritatib.comprobat locationem ad longum tẽpus dici eam, quæ facta eſt ad nouennium vel decennium. 5

CAPVT XXV.

An in bonis aduentitiis liberorum pater poſsit ſeruitutem imponere:hoc eſt, permittere, vt alius per eiuſmodi bona eat, agatve.

SVMMARIA.

1 *Seruitus conſtitui non poteſt niſi à pleno iure domino.*
2 *Seruitutis conſtitutio alienationis eſt ſpecies.*
3 *Pater quoad durat vſuſfructus aduentitiorum, ſeruitutem conſtituit.*

HAEC quæſtio † reſoluitur ex reſponſo I.C.in l.ſed etſi quod.19.§ fin. ff. de vſuſfructu. vbi apertè Vlp.ait,vſufructuarium ſeruitutem fundo acquirere non poſſe,acquiſitã autem retinere poſſe. Ratio deſumitur ex l.2. ff.de ſeruit.& in l.vnus ex ſocijs.34. ff.de ſeru. ruſt. præd. Quia ſeruitus conſtitui non poteſt niſi à pleno domino. Hæc autẽ deciſio & alijs quoq; comprobari poteſt argumentis. † Patri interdicitur alienatio:igitur & ſeruitutis conſtitutio,quæ alienationis eſt ſpecies: cùm res integra in ſuo iure non maneat Ita gloſſ. in §. quid ergo.tit.de inueſt.de re aliena facta, & l. fin.C.de rebus alien.non alienand. 1 2

I l.Patri conceditur adminiſtratio ad vtilitatem filiorum,l.generaliter.5.C.de ſecun.nupti.Impoſitionem autem ſeruitutis, detrimẽtum manifeſtum eſſe, omnib. palàm eſt.l.ſtipulario iſta habere.38.§.ſi quis fortè.ibi,minuitur,ff.de verb.oblig. Putant tamẽ aliqui exemplo emphyteutæ, itemq; feudatarij, & alteriꝰ fructuarij patrẽ poſſe ſeruiturẽ imponere, donec duret vſusfructus in eiuſmodi bonis ad- 3

uen-

uentitijs. Refert & diſputat Arius Pinel. in d. tract. de bonis maternis, in 3 parte, nu. 70.

CAPVT XXVI.

Vſusfructus quem pater in bonis filiorum aduentitijs habet, quamdiu duret.

SVMMARIA.

1 *Vſuſfructus aduentitiorum debetur patri ad vitam.*

2 *Adminiſtratione aduentitiorum ceſſante vſuſfructus deficit.*

1 DE † hac quæſtione extāt plurima reſcripta Principum, quòd parentes vtendi fruendi habeant in diem vitæ facultatem, l. 1. C. de bonis maternis. & l. ſi quis. 7. §. ſin verò. C. ad S.C. Tertyl. Sin verò defuncta perſona in ſacris patris cōſtituta deceſſerit, pater quidem vſumfructum quem viuente filio habebat, teneat, donec viuat, incorruptum. Mater autem, quia hunc vſumfructum habere viuente patre non poteſt, totum apud patrem cōſtitutum, vnà cum fratribus defunctæ perſonæ ad proprietatem vocetur, ſcilicet cum ſororibus ſola in dimidiam, cūm fratribus vel promiſcui generis ſecundùm ſupradictā diſtributionem in virilem portionem. & iterum ſub l. cū oportet. C. de bonis quæ liberis.

2 Quod † verò vſusfructus patri in bonis aduentitijs filiorum ad vitam concedatur, fit id ratione adminiſtrationis quæ paterno officio eiuſque pietati incumbit. Inde hoc conſequitur, vt ceſſante adminiſtrationis ratione, ipſe effectus ceſſet, per text. in l. Titia. 19. ff. de annuis legatis. & l. Stichus. 20. §. Titia. ff. de alimentis legatis. Finito legato finitur onus iniunctum. Faciunt quæ dicit Lud. Roma. in conſ. 417. Quòd ſi cui ob cuſtodiā caſtri publicamq; ſecuritatem certa annua penſio ſoluitur, deficiente ratione cuſtodiæ, ipſa annuę penſionis præſtatio deficiet, & facit text. in l. planè. 14. ff. de operis libert. vbi finita cauſa permiſſionis, finita eſt permiſſio. Et faciunt plurima per Andream Tyraq. collecta in explicatione regulæ, Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.

5 Saxonum verò moribus receptum eſt, vt pater vſumfructum in bonis filij aduentitijs habeat, donec filius à patre ſe non ſeparet.

CAPVT XXVII.

Caſus in quibus plena proprietas vnà cum vſufructu ad liberos pertinet.

SVMMARIA.

1 *Caſtrenſe peculium pleno iure eſt filij proprium, item quaſi caſtrenſe. nu. 3.*

2 *Caſtrenſium exactionem habet filius etiam inuito patre.*

4 *Relictum filio ne ad patrem vſuſfructus perueniat, filio proprium manet. & nu. 18.*

5 *Pater defuncto filio cum eiuſdem fratribus ſuccedens, portionis fratrum vſumfructum non habet.*

6 *Filius cum patre in viriles inſtitutus, ſuam quotam pleno iure habet.*

7 *Bona à Principe ad filium prouenientia ſine diminutione vſuſfructus filij ſunt.*

8 *Bonorum aduentitiorum inuito patre acquiſitorum, vſumfructum pater non habet.*

9 *Patre vſumfructum aduentitiorum remittente, filio in ſolidum quæritur.*

10 *Bona ex cauſa diuortij à parentibus filijs obuenientia, in ſolidum filijs acquiruntur.*

11 *Monaſterium patre ingrediente vſuſfructus aduentitiorū perit.*

12 *Alimenta nulla capitis diminutione pereunt.*

13 *Inceſtas pater contrahens nuptias vſumfructum aduentitiorum iuſtorum filiorum non habet.*

14 *Bannito patre reſtituto, ſi adminiſtrando aduentitia dilapidet, vſufructu priuatur.*

15 *Dominium aduentitiorum momentaneum ceſſare facit vſumfructum.*

16 *Pater fideicommiſſum diſſipans, ſtatim filio reſtituere tenetur abſq; retentione vſusfructus.*

17 *Pater in legato vſufructu filio, vſumfructum non habet.*

19 *Pater Iudæus aduentitiorum filij Chriſtiani non habet vſumfructum.*

20 *Pater furioſus vſumfructum aduentitiorum filij non habet.*

21 *In Gallia vſuſfructus aduentitiorum filij patri non debetur.*

24 *Acquiſita induſtria filij an fratribus conferenda, & vtrū patri vſumfructum tribuant, remiſſiuè.*

PRimus † eſt in caſtrenſi peculio, quod vel militiæ cauſa donatum eſt, vel quod ipſe filius in militia acquiſiuit: & quòd, niſi militet, acquiſiturus non fuiſſet, d. l. cùm oportet. 6. §. exceptis caſtrenſibus. l. caſtrenſe. 11. ff. de caſtrēſi peculio. In caſtrenſib. enim filius pro patrefamiliâs habetur, l. Imperator. 50. ff ad S.C. Trebel Et † actionem perſequutionemq; rerum caſtrenſium etiam inuito patre cōſequitur, l. 4. §. 1. & l. 5. ff. de caſtrenſi peculio. 1 2

Secundùs † eſt in quaſi caſtrenſi, quoniam illa ad ſimilitudinem caſtrenſium filio acquiruntur, eiuſque propria præcipuaque redduntur, d. l. cùm oportet. 6. 3

Tertius † eſt de iure nouiſſimo Authenticorum: Si ſub hac conditione datum relictumve ſit liberis, ne ad patrem perueniat vſusfructus. Auth. excipitur. C. de bonis quæ liberis. Poteſt enim teſtator voluntati ſuæ talem legem adijcere, §. ſanctiſſimas. in prin. in verb. niſi ſub hac conditione. Authen. de alienar. & emphyt. 4

Quartus † caſus eſt, In hæreditate fratris aut ſororis, ad quam vnà cum patre reliqui fratres admittūtur. Nā tunc portio ea pleno iure, filio cum vſufructu acquiritur. neq; vllū vſum ex filiorū aut filiarū portione in hoc caſu pater ſibi vendicat: quoniam pro hac vſus portione hæreditatis ius habet. Authentic. item hæreditas. C. de bonis quæ liberis. §. ſi 5

verò cum aſcendentibus. Auth.de hæredib.
ab inteſta.venientib.eſtque d.Auth. item hæ-
reditas, expoſitio Authenticæ defuncto rela-
tæ ad tit.C.ad S.C.Tertyl.

An † verò in hæreditate extranei idem di-
ci debeat,dubitatum eſt. Exempli cauſa: Ti-
tius patrem & filium inſtituit in viriles:quæ-
ſitum eſt,an in virili parte, in qua filius à Ti-
tio extraneo,neque vllo conſanguinitatis iu-
re coniuncto inſtitutus eſt, pater vſumfructũ
habeat. Vetus iuris Interpres Irnerius,vſum-
fructum ad patrem non pertinere putat, ipſis
verbis Iuſtiniani motus in d.Auth. item hæ-
reditas.Et forſan,ſi aliunde prędicta lege quę-
ratur, cui Iacob. de Arena aduerſatur. Ve-
rius tamen eſt, vt Irnerij opinionem æquio-
rem dicamus:quia teſtator inſtituens in viri-
li me filiumque meum, videtur voluiſſe inſti-
tuere filium pleno iure,vt proprietatem cum
vſufructu adipiſceretur & haberet.Eius enim
inſtitutionis vis & natura eſt, vt quiſque por
tionem ſuam ſaluam illibatamque recipiat.
Ideoque teſtatoris diſpoſitionem, quæ vim
legis obtinet, & filium vſumfructum habere
voluit,ſequi inprimis conuenit:cùm pro hac
vſus portione ius hæreditatis conſequatur.

7 Quintus † caſus eſt in bonis quæ à Princi-
pe, vel Auguſta, ſiue maſculus ſiue fœmina
conſequutus eſt, & conſequuta, ſiue mobilia
bona ſint, ſiue immobilia. Nam hæc pleno
iure ad filios filiasve ad ſimilitudinẽ caſtren-
ſis peculij pertinent, l.cùm multa.7.C.de bo-
nis quæ liberis. Quem text. Alex. in l. qui in
poteſtate.6.ff.de teſtamentis, non dicit eſſe a-
libi. Sicut enim eius actus,dignitatesque om
nes ſupereminet: Ita & liberalitates culmen
habere præcipuum oportet.

8 Sextus † caſus eſt in bonis aduentitijs, quæ
inuito contradicenteque patre quis acquiſi-
uit. In his enim pater vſumfructum nullum
habet, l.cùm nõ ſolùm. 8.§.ſiue è contrario.
C.de bonis quę lib.Aequum enim eſt,patrem
ex eo commodum nullum, nullamque vti-
litatem conſequi, cui voluntatem ſuam ac-
commodare noluit.

9 Septimus † caſus eſt,ſi vſusfructus filio re-
miſſus ſit à patre. Nam ea remiſſione filius
plenum ius acquiſiuit, neq; poſt mortem pa-
tris ad alios liberos tranſmittitur, d.l.cùm o-
portet.6.§.ſin autem res ſibi memorato. Imò
vt Baldus ait,In Authen. excipitur. in fi.C.de
bonis quæ liberis. ſi ita dicat, Concedo filio
meo omnes fructus aduẽtitiorum bonorum
ipſius, non ſolùm includuntur fructus illius
anni, ſed & aliorum bonorum futurorum:
quia videtur vniuerſalis conceſſio, cùm vno
& eodem tempore pertineant ad conceden-
tem: l.Lucius.penul.ff.de fundo inſtruct. No-
tat Cyn.in l.non modò.12.C.de ſeruitutibus,
vbi idem tradit de vniuerſali conceſſione,vt
ſcilicet ad futura trahatur, per d.l.penul.& l.
peculium.67.ff.de leg.2.

Octauus † caſus eſt, quando pater ſiue ma- 10
ter ſine cauſa lege definita, matrimoniũ ſol-
uunt,& diuertunt:quia tum cauſam diuortio
dans in monaſterium detruditur,& duæ par-
tes pleno iure ad liberos transferuntur,ita vt
in ijs vſusfructus alteri non quæratur. Auth.
idem eſt.C.de bonis quæ liberis. §. quia verò
aliquid.in Auth.vt nulli iudicum.

Quid † ſi ſponte monaſterium ingredia- 11
tur pater,perdetne vſumfructum? Accurſius
in d.Auth.idem eſt.ver.ſed pater fructuarius,
in fine,patrem vſumfructum ingreſſu mona-
ſterij non amittere putat. Alimenta † enim 12
nulla capitis diminutione, neque morte ci-
uili tolli poſſunt, l.legatũ.10.ff. de capite mi-
nutis.l.ſeruos ad cuſtodiam. 17.ff.de alimen-
tis vel cibarijs legatis.l. is cui. 11.ff.eod. l.ſi in
metallum.3.ff.quæ pro nõ ſcriptis habentur.
Licèt autem pro mortuo habeatur.l.Deo no
bis.42.§.1.C.de epiſcopis & clericis.quoad co
medendum tamen non eſt mortuus, inquit:
ac ſic propter alimenta vſumfructum dura-
re exiſtimat.Accurſij ſentẽtiæ & hoc addi po-
teſt:Mors ciuilis nõ impedit,quo minus con
ditio exiſtat, l.cùm pater. 77. §.hæreditatem.
ff.de lega.2.cum ſimilibus.Ingrediens in mo-
naſterium moritur ciuiliter,non igitur impe
dietur, quo minùs ipſi vſusfructus præſtetur
& concedatur. Verius tamen eſt, vt patrem
ingreſſu monaſterij vſumfructũ perdere di-
camus. Nam vſumfructum habet,& ratione
patriæ poteſtatis, & ratiõe adminiſtrationis:
poteſtatem autem patriam ingreſſu monaſte
rij perdidit. Auth. ingreſſi.C.de ſacroſan. ec-
cleſijs. deinde adminiſtrationem nullam ha-
bet:quia ſui iuris ampliùs non eſt. vtroq; igi-
tur caſu vſumfructum amittet.

Non obſtat quod ipſe pro Accurſio addu-
xi, quia Iuſtinianus loquitur de deportato:
qui etſi pro mortuo ciuiliter habetur,reſtitui
tamen poteſt,& bona recuperare, l.fina.C.de
ſententiam paſſis.Ingredienre verò in mona-
ſterium diuerſum eſt, quia nulla is vnquàm
bona recuperat.

Nonus † eſt,quando parentes inceſtas,ne- 13
farias & damnatas nuptias contraxerunt. Nã
tunc filij ex prioribus & inculpabilibus nup-
tijs procreati pleno iure parentum bona nan
ciſcuntur, nec patri vſusfructus reſeruatur.
Auth.de inceſtis nuptijs.§.1.

Decimus † eſt, quando patre bannito vel 14
deportato, tutores vel curatores dati fuerunt
filijs,& pater à principe reſtitutus,adminiſtra
tionem filiorum recuperans, cœperit dein-
de omnia bona dilapidare. hoc enim caſu ab
omni penitùs adminiſtratione repellitur, &
bonorũ vſufructu, ſolis ei alimẽtis reſeruatis
priuatur, l.fi.§.minores.C.de ſententiã paſſis.

Reſtitutio autem in priſtinũ gradum à prin-
cipe patri deportato facta intelligitur de ea
quæ ſpecialiter ipſi conceſſa fuit. Nam ge-
neraliter reſtituti, patriam poteſtatem non
recuperant, l.ſi patet.9.in verb. reſtitutus eſt.
C.eod.tit.

15 Vndecimus † caſus eſt in ijs rebus, in qui-
bus filius momentaneam proprietatem ha-
bet. Eo enim caſu vſufructus patri quæri non
poteſt: quia proprietas momento tantùm a-
pud filium remanet, veluti ſi ſeruus filiofa-
miliâs relictus ſit hac conditione, vt ſtatim
manumittatur. Idem dicendum de omni-
bus alijs, quę filio cum onere ſtatim reſtituen-
di relinquuntur, l.fina.in fin.C.de bonis quæ
liberis.

16 Duodecimus † caſus eſt in bonis quæ fidei
patris commiſſa ſunt, vt certa extante condi-
tione filio reſtituat. nam ſi corrumpendo-
rum & effundendorum bonorum licentia,
antequàm conditio extiterit, feratur: ea reſti-
tuere filio ſtatim cogitur, nullo conditionis
euentu expectato, neque quid in ijs, quandiu
filius eius viuit, iuris habet, l.Imperator.50.ff.
ad S.C.Trebell.

17 Decimustertius. † Quotieſcunque vſus,
vel vſusfructus filio tantùm relinquitur, tum
pater nihil iuris eo in vſu ſiue vſufructu con-
ſequitur, ſeruitus enim ſeruitutem non ge-
nerat, nec fructus fructum parit, text.in l.1.ff.
de vſufructu legato. & in l. neque eorum. 15.
ff.de vſuris.

18 Si † quis itaque omni commoditate, in re
filio relicta, patrem priuare voluerit, condi-
tionem eam adijciet, ne ad patrem quid
commodi inde, vtilitatisq́ue perueniat. Eo
enim caſu pleniſſimam proprietatem cum
vſufructu filius adipiſcetur: quam cautio-
nem pro filijs Angelus Aretin. adducit. in §.
igitur. Inſtit.per quas perſonas, text.in Auth.
vt liceat matri & auiæ, in prin.

Decimusquartus † eſt in bonis filiorum 19
Iudæorum, qui Chriſto nomen ſuum dede-
runt, & baptizati ſunt, text. in c. Iudæorum.
28. quæſtion.1. quia non ſunt in poteſtate pa-
tris Iudæi, & in bonis eorum pater non ha-
bet vſumfructum. Alexand.conſil.71. incip.
ponderatis verbis.in 2.colum.in 2.volum.li-
cèt aliàs Iudęi filios in poteſtate habeant, glo.
in c.vlt.1.diſtin.

Decimusquintus. † Quando pater eſt fu- 20
rioſus: tum enim vſufructus ad eum nõ per-
tinet, quia adminiſtrationem bonorum filij
non habet, cùm ſanæ mentis non ſit, l.cùm
hæres.52.& ibi Bar.Bald.Caſtr.& alij.ff. de ac-
quiren. hæred.

Poſtremò. † Galli vſumfructum in bo- 21
nis liberorum aduentitijs non habent. Chaſ-
ſaneus in conſuetud Burgund.fol.219 nume.
4. Non enim habent liberos ſuos in poteſta-
te, gloſſ. in verb. Romanorum. Inſtitu.de pa-
tria poteſtate. Baldus in c.vnico ad finem.in
titu.an maritus ſuccedat vxori in benefic. &
in c.vnico. in vltimis verbis. de duobus fra-
tribus de nouo beneficio inueſtitis. vbi per
eam ſingulariter infert, quòd propterea po-
terunt teſtari etiam de aduentitijs: quia cùm
non viuant legibus Romanis, & patria pote-
ſtas ſit proprium ius Romanorum, vt dicit
Imperator in §. ius autem. Inſtit. de patria po-
teſtate, ideo poterunt teſtari, inſpecto ſolùm
iure gentium, idq́ue valdè eſſe notandum
dicit Baldus: de quo latè vide Catellia. Cot-
tam in lib. memoralium. in verb. Frãcigenæ.
fol.347.

De † bonis autem à filiofamiliâs propria 22
induſtria paratis, an in ijs vſufructus patris
ſit, & an communicari cum reliquis fratribus
debeant, vide eleganter diſputantem Philip-
pum Corneum, conſil. 285. incip. in nomi-
ne Domini. Thema iſtud eſt implicitum,
volum.1.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

VALEN-

SVMMARIA.

1 *Filij fratrum cum patruis in ſtirpes ſuccedunt.*
2 *Succeßio cum patruis in ſtirpes quomodo fiat.*
3 *Filij fratrum cum patruis ſuccedentes quare in ſtirpes non in capita ſuccedant.*
4 *Repræſentationis ius in ſucceßione patrui vltra fratrum filios non extenditur. ratio ibidem.*

I. CONCLVSIO.

1 FIlij † fratrum vtrinque coniunctorum, cum patruis ſuis, hoc eſt, defuncti fratribus, ſuccedunt nõ in capita, ſed in ſtirpes: hoc eſt, hæreditas non in viriles portiones diſtribuitur, ſed filij in partis ſui locum ingrediuntur: & tantam portionẽ conſequuntur, quantam eorum pater habiturus fuiſſet, ſi vixiſſet.

Verba Iuſtiniani ex Conſtitutione 118. vel Authentico, de hæredibus ab inteſtato venientibus.

Εἰ δὲ τῷ τελευτήσαντι ἀδελφοὶ ὑπεῖεν, καὶ ἑτέρου ἀδελφοῦ ἢ ἀδελφῆς προτελευτησάντων παῖδες, κληθήσονται πρὸς τὴν κληρονομίαν οὗτοι μετὰ τῶν πρὸς πατρὸς, καὶ πρὸς μητρὸς θείων ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν, καὶ ὅσοι δ' ἂν ὦσι, τοσοῦτον ἐκ τῆς κληρονομίας λήψονται μέρος, ὅσον ὁ αὐτῶν γονεὺς ἔμελλε λαμβάνειν, εἰ ἐπέζησεν. Hoc eſt: Quòd ſi defuncto fratres ſuperſint, & alterius fratris ſororisve præmortuorum filij: vocabũtur hi ad hæreditatem cum patruis & auũculis, amitis & materteris ſuis: & quotcunq; tandem fuerint, tam magnam ex hæreditate portionem capient, quantam percepturus fuiſſet pater eorum, ſi ſuperuixiſſet.

Verſio vetus.

Si autem, inquit Iuſtinianus, defuncto fratres fuerint, & alterius fratris aut ſororis præmortuorum filij, vocabuntur ad hæreditatẽ Iſti, cùm de patre & matre thiis maſculis & fœminis: & quanticunque fuerint, tantam ex hæreditate percipient portionem, quantam eorum parens futurus erat accipere, ſi ſuperſtes eſſet. §. ſi autem. Auth. de hæredib. ab inteſtato venientibus. & d. Auth. ceſſante. C. de legitimis hæredibus.

2 Si itaque † defunctus ſine liberis, itemque aſcendentibus deceſſerit, & fratrem ac ex alio fratre filios reliquerit, tota defuncti hæreditas in duas diſtribuetur partes, quarum vnam cõſequetur frater: alteram filij defuncti habebunt, quotquot horum erunt.

3 Ratio huius † concluſionis hæc eſt: quia nepotes, cùm in vlteriori gradu conſtituti collocatique ſint, ex priuilegio & Iuſtiniani benignitate parentum ſuorum perſonas ſuſtinent, & in eorum locum ingrediuntur, d. §. ſi igitur. verſi. huiuſmodi verò priuilegiũ. Authen. de hæred. ab inteſtato ven. Aequum igitur fuit, vt eam ſolummodò quoq; partem adipiſcantur, quam ipſorum pater, ſi ſuperſtes eſſet, habiturus fuiſſet. Cùm aliàs etiam ſuccedens in locũ alicuius, eo iure vti ſolummodò debeat, quo vti poterat eius prædeceſſor, l. qui quadringenta. 2. §. ſi hæres. ff. ad S.C. Trebell. & repræſentans vtatur iure repræſentati, l. ſi quis locuples. 57. ff. de manumiſſ. teſtam. Et ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, l. ſi eum. 10. §. iniuriarum. ff. ſi quis caution. §. fuerat. Inſtitu. de actione.

II. CONCLVSIO.

Conſtitutio Iuſtiniani, † qua filij fratrum vnà cum patruis, defuncto ex vtroque parente ſanguine iunctis, ad hæreditatem defuncti tranſuerſalis vocantur, in vlterioribus locum non habet, neque ad vlteriores extenditur, d. §. ſi autem. 4

Verba Iuſtiniani ſunt. Τὸ δὲ τοιοῦτο προνόμιον ἐν ταύτῃ τάξει τῆς συγγενείας, μόνοις παρέχομεν τοῖς τῶν ἀδελφῶν ἀρρένων ἢ θηλειῶν υἱοῖς, ἢ θυγατράσιν, ἵνα εἰς τὰ τῶν ἰδίων γονέων δίκαια ὑπεισέλθωσιν, οὐδενὶ δὲ ἄλλῳ παντελῶς προσώπῳ ἐκ ταύτης τῆς τάξεως ἐρχομένῳ τοῦτο τὸ δίκαιον συγχωροῦμεν. Hoc eſt: Huiuſmodi verò priuilegium in hoc ordine cognationis, ſolis præbemus fratrum maſculorum & fœminarum filijs, aut filiabus, vt in ſuorum parentum iura ſuccedãt nulli alij omninò perſonæ, ex hoc ordine venienti, hoc ius largimur. Ratio eſt, nam priuilegia ſtrictè ſunt interpretanda (vt quãtumuis fieri poſſit ius cõmune, non lædatur, l. ſi quando. 35. C. de inoff. teſtam. glo. & ibi Interpret. in c. 1. extr. de cõſtitutionib. text. in c. olim. & ibi Panorm. extra, de verb. ſign. cum ſimilib.

CAPVT III.

Quando fratres vtrinq; coniuncti nulli ſuperſtites ſunt, ſed fratrum vtrinque coniunctorum liberi, ijve diſpares numero, quomodo hi patruo ſuccedant.

SVMMARIA.

1 *Filios diuerſorum fratrum prædefunctorum patruo in capita ſuccedere qui autores aſſeruerint, quiq; contrarium. nu. 2.*
3 *Conſtitutio Caroli V. Imperatoris Rom. in ſucceßione filiorum diuerſorum fratrum non extantibus patruis.*

FRatrum ſororumve vtrinque coniunctorum, coniunctarumve filij tantùm ſi extent, neq; patrui ſuperſtites ſint, quomodo ad ſucceſſionem defuncti tranſuerſalis, ex vtroq; ſimiliter latere cõiuncti ſuccedant, valdè diſputatũ eſt. & ſanè hæc quæſtio, ſi quæ alia in iure diſcrepantes, longeque contrarias opiniones nacta & ſortita eſt. Azo omnium primus, in capita eos ſuccedere, tradidit in Summa. C. de legiti. hæred. col. 2. §. item iure nouiſſi- 1

nouiſſimo.verſic.illud dubitari poteſt. Azonis ſententiam amplexi ſunt multi alij,item. pè Hoſtienſis in ſumma tit. de ſucceſſione ab inteſt.§.viſo igitur,col.vlt. verſi.quid ſi factū filij. Obertus Bobius in Authen.ceſſante.C. de legitim.hæred.prout ab alijs citatur,& ibidem Alber. vbi & Oldradum in eadem fuiſſe opinione dicit.Cyn.& Bald.in l.1.§ vltim. ff.ſi pars hæreditatis petatur. Iacobus Butrigarius,& Bald. qui dicit hanc conſonam eſſe literæ & naturæ: licèt aliàs concluſiſſe diuerſum,dicat Tyraqu.in tractatu de vtroque retractu.Salicet.in Auth.ceſſante.qui fortioribus argumentis eam eſſe fundatam dicit: & idem Salic.in Auth. poſt fratres. & ibi Ioan. de Monte.C.de legit.hæred.& Salic.in l.lege. 14.in fin.C.eo.Iac.de Beluiſo in c.1.in fin.tit. de natura ſucceſſionis feudi. Bald. conſi.452. incip.ſtatuto ciuitatis marinus col.1.lib.1. Iacobus Ardizo in ſumma,in titu.de ſucceſſione feudi. Mart.Laudenſ.in d.c.1.col.vlt titu. de gradu ſucceſſionis in feudo. Capra cōſ. 21. incip.cùm de duobus,col vlt.vbi & hoc dicit communiter teneri, in quo fallitur. & iterū conſ.204. incip. viſo & conſiderato. in 1.dubio.Ang.Aret.in §.cùm filius.Inſt.de hæredi. quæ ab inteſta.deferuntur. vbi hanc dicit eſſe veriorem de iure. Fortunius Garzia in repet. l.Gallus.29.§.idem credendum.col.29.verſi. ex ſuperiorib.ff.de libe.& poſthum. vbi hanc latiſſimè doctiſſimeq́; defendit Zaſius in ſuis ſingularibus intellectibus:vbi eādem magnis multisq́; rationibus comprobat & cōfirmat: & deinde iterum repetit in 8. parte feudorū. in 6.col.Ioan.Ferrar.in Inſt.tit.de hæred.quæ ab inteſta.deferuntur. Spiegelius in Lexico, verſic.in capita ſuccedere.

2 Verùm † ab hac Azonis opinione multò plures ſeceſſerunt, & opinati ſunt, filios fratrum in defuncti patrui hæreditatem vocari, non in capita, ſed in ſtirpes. Huius opinionis anteſignanus, & princeps fuit Accurſ.in Authen.ceſſante.& ibi Iacob.de Areu.Pet.& Cynus ſibi quoq; contrarius, Guiliel.de Cuneo, Franc. de Ramponibus, Ioan. Fab. & Bartolus, qui dicit hanc fuiſſe ex opinionibus primam, in qua Accurſius à præceptoris ſententia diſceſſerit. Caſtrenſis, Raph. Fulgoſius & Corneus d. Authentica, ceſſante. Accurſius in l.lege 14. in fin.C.eodem titulo.& in d.l.1. §.vltim. in verſ. vtputà. & iterum in verb. vindicationem.& ibi Bartol.Angelus & Paulus Caſtren ff. ſi pars hæreditatis petatur. Accurſ.in §. reliquum. verſicul. ſi autem defuncto.in verb.fuerint.& ibi etiam Iacob.Butrigarius,ſecum pugnans, Bart & Angel.in Authen.de hæredibus ab inteſtato venientibus. Iacob.Butriga. Iacob. de Beluiſo ſibi etiam contrarius. & Ang. In §.ſi verò neque fratres eo.tit.Iac.Aret.in l.antiqui,lib.3.ff.ſi pars hæred. pet. Specul.Ioan. Andr. vt aliàs ſibi malè conſtans,in tit. de ſucceſſionib. ab inteſt.§. 1.verſ.ſi autem filij.Dynus in tract.de ſucceſſ. ab inteſt,colum.4.verſ.ſed pone.And:de Iſernia in c.1.& ibi quoque Bald.verſic.his verò. Mart.Laudenſis & Cardinalis Alex. in tit.de ſucceſſio fratrum. Bart.in l.poſt conſanguineos.2.§ hæreditas.ff.de ſuis & legitimis hæredibus & conſil.173.incip.ſuper hæreditate. Ioan. Lignan.in Clem.plures.& ibi Imol.colum.vlt & Card. Ploria. qui hanc dicit communiter approbari,colum.1.de iure patronatus.Bal.in d § hoc etiā. Ioan.de Platea. Chriſtoph.Porc.Inſtitn.de legitima agnat.ſucceſſ. vbi & ipſe Bald. dicit hanc eſſe communem opinionem, & idem Baldus, qui dicit idem ſenſiſſe Iacob. Veronenſem in c.1. § & quia vidimus.colum.1.verſ.æqualiter.& ibi Mart. Laudenſis colum.vlti. & Cardin.etiam col. vlt.tit.qui feudum dare poſſint.Bald.in d.c.1. in princ.col.2.verſ.ſed dubium. & ibi etiam Aluaro.tit.de ſucceſſ.feud.& Bald.in d.c.1.ad fin.& ibi Barb. in add. ipſius. & Laudenſis in tit.de natur.ſucceſſionis feudi.& Bald.in d.§. hoc etiam.ad fin. Inſtit de legit.agnat.ſuc. & conſ.291.incip.primò dicam. in prin. lib.2.& conſ.342.inc.caſus ſuper quo.in 2.dubio.lib. 2.vbi tamen obſcurè loquitur. & conſ.185.incip.factum eſt tale.col.3.lib.3.& conſ.198.inc. ad euidentiam.col.1.verſ.ſecunda quæſtio. & iterum col.2. verſ venio ad tertiam. eo.lib.3. & conſ.408.inc.ſuper.eod.in fin. lib.4. Ioan. Fab.In §.ceterùm. Inſt.de legit.agnat.ſucceſſ. vbi hanc quoque dicit communem. Imol.in l.interdum.13.in prin.ff.de hæred.inſt.Raph. Fulgo.conſ.12.inc ad id de quo quæritur.col. vlti.vbi hāc dicit eſſe communem.Matheſil. in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.in 3.art.prin.verſ. ſecundò dubitatur, & verſ.quādo autem ſuccedunt.vbi item dicit communem.& Ludouic.Bolog.in addit. vbi dicit ſe ita conſuluiſſe.Nic.de Vbal.in ſuo tract.de ſucceſſ.in 3.parte.col.1. verſ. ſed circa hoc quæro. vbi etiam dicit communem.Ferrar.in titu. de forma libelli pro hæredibus ab inteſt. in verſ. nulliſq́; ſuperſtitibus.col.14. Alex.conſ.55.Incip. proſpectis his.col.3.verſ.confirmantur prædicta, & multis ſequentib.lib.4. & conſ.29.inc perſpectis conſideratisque. col.1. lib.5. vbi & hāc adſerit eſſe communem,nec ab ea in iudicando eſſe diſcedendum.Aretin.conſ.174.incip. diligenter.col.1. Philip.Corn conſ.48.incip. pluribus.col.vlti.lib.1. Guido papæ deciſ.134. incip.ſed qualiter. vbi dicit, nō eſſe ab hac in iudicando decedendum.Iaſ.conſ.173.inc.circa primum.col.2.verſic.ſed præmiſſis. lib.4. Dec. qui & hanc dicit communem in l.nepotibus.in prin.C.de ſucceſ.edicto.Carol.Ruin. qui & hanc eſſe communem ait.conſil 8.inc. in propoſita.ad fi.lib.1.Bened.in rep.c.Rayn.

in

in verb.& vxorem nomine Andelaſiam nu. 631.extra,de teſtamen.Stephan.Bertrand.in l. hæc edictali.6.verſ.quam obſeruationem,nu. 4.C.de ſecundis nuptijs. vbi dicit hanc eſſe communem.& cõſ 97.inc. ponitur in facto. in 2.dub.libr.1.& conſ.110.inc. ponitur in facto.eod.lib.& conſil.125. incip. ponitur in facto lib 3 ad fin. vbi tamen nonnihil dubitat. & conſ.2.inc.viſo conſultationis themate in 2.dub.lib.4.vbi dicit eſſe communem. Iacob. de S Georg.in tracta.feud. in verſ. præſentes. col 3.verſ.ſed vlterius vbi dicit, ſe ita ſæpiùs cõſuluiſſe.Franc.Curt.in ſuo tract feud.char. ta 3.verſicu.4 circa iſtam materiam,vbi item dicit eſſe communem, nec ab ea diſcedendũ. Boer.conſ.2. inc. an filij, poſuit poſt Dynum de regul.iur.Rochus Curtius in tract. de iure patronatus.verſ. ipſe vel is à quo cauſam habuit.in 2.quæſt. Fab. de Grochis.in repet. Authen.nouiſſima.in 5.quæſt.4.quæſt.prin.C.de inoffic.teſtam. Chaſſan.conſ 47.incip. ſuper deductis. colum.7. verſicul. ſed quidquid ſit. Ioan.Oldendorp.in Commen.legum 12.Tabul.tit.6.

Hæc itaque queſtio,cùm multorum in iure peritiſſimorũ ingenia diu & grauiter torſerit & exercuerit: tandẽ noua Caroli V.conſtitutione promulgata anno Imperij XXIIII. Azonis opinio comprobata & confirmata fuit: ac ſancitum, vt filij fratrum ſoli,in defuncti patrui hæreditatẽ in capita ſuccedant, & viriles portiones conſequantur.

Keyſerliche Conſtitution vnd Satzung/ wie Brůder vnd ſchweſter kinder jhres Vatters Bruder oder ſchweſter/ verlaſſen Erbſchafft vnter ſich theylen ſollen.

WJr Carl der fünfft võ Gottes gnaden erwölter Römiſcher Keyſer/ zu allen zeyten mehrer des Reichs / in Germanien/ zu Hiſpanien/ beyder Sicilien / Hieruſalem/ Hungern/ Dalmatien/ Croatien / ꝛc. König / Ertzhertzog zu Oſterreych/ Hertzog zu Burgund/ ꝛc. Graff zu Habſpurg/ Flandern/ vnnd Tyroll/ ꝛc. Thun allen vnd jeglichen Churfürſten/ Fürſten Geiſtlichen vnd Weltlichen/ Prelaten/ Graffen/ Freyen/ Rittern/ Knechten/ Hauptleuten/ Vitzthumben/ Vögten/ Pflegern/ Vorweſern/ Amptleuten/ Schultheiſſen/ Burgermeiſtern/ Richtern/ Gerichten/ Rechten/ Burgern/ Gemeinden/ vñ ſunſt allen vnſern vnd des Reichs vnterthanen vnd getrewen/ in was wirden/ Stands oder weſen die ſeynd / zuwiſſen. Als biſzher durch die Rechtsgelerten in zweiffel gezogen iſt / Ob eins vorſtorbenen Bruder oder ſchweſter kinder/ deſſelben jhres Vatter oder Mutter Bruder oder ſchweſter nachgelaſſene Erbſchafft / vnter ſich in die heupter oder in die Stein theilen ſollen. Vnd darumb in ſolchen zweyffel vnter vnſern vnd des Reychs vnterthanen etwan viel jrrung/ widerwertigkeit/ vnd rechtfertigung/ zu derſelben Vnterthanen nicht geringen nachtheil vnd ſchaden erwachſen. Das wir demnach als Römiſcher Keyſer gemeinen nutz zugut / ſolchen zanck zukünfftige rechtfertigung / vnnd darauſz flieſſenden vnrath zufürkommen / genediglich geſchen/ vnd mit vnſer vñ des Heiligen Reichs Churfürſten Fürſten vnd Stende/ zeitigen vorgehenden raht geſetzt vñ geordnet haben: als wir auch von Römiſcher Keyſerlicher macht hiemit wiſſentlich in obberürtẽ fall ordnen vnd ſetzen/ Alſo: Wenn einer vnteſtiert abſtirbt vnnd nach jhm kein Bruder oder ſchweſter / ſondern ſeiner Brůder oder ſchweſter kinder in vngleicher zal/ vorleſt / daſz als dann ſeins Bruder ſchweſter kinder in die heupter / vnnd nicht in die Stäm/ erben/ vnd dem verſtorbenen jhrer Vatter oder Mutter bruder oder ſchweſtern dermaſz zu ſuccedirn/ zugelaſſen werden ſollen. Vnd damit auch weiter jrrung vñ gerichtlicher zanck/ ſo viel möglich abgeſchnitten/ vnd im Heyligen Reich vnd bey derſelben glidern vnd vnderthanen hierinn/ allenthalben gleichheit gehalten werd. Wöllen wir hiemit auſz obberürte vnſer Keyſerliche macht/ volkom̃enheit vnd rechter wiſſen/ alle vñ jede Statuta ſonder Satzung / gewonheit / gebreuche alt herkom̃en vnd freyheiten/ wo die an einichen ort / dieſer vnſer Keyſerlichen ſatzung zuwieder erfunden allein in obangezeigten fall/ caſſiret vnd abgethan haben : Die wir auch alſo hiemit caſſiren auffheben vnd abthun / doch mit nachuolgender meſſigung/ Nemlich: Ob an einichen ort im Heiligen Reich / biſzher beſonder Statut/ ordnung/ oder gewonheit geweſen/ daſz in obberürten fall der vorſtorbenen Erbſchafft/ vormög jetzgedachter Statut/ ordnung oder gewonheit/ in die Stäm/ vnd nicht in die heupter/ getheilt werden ſoll/ vñ derſelbẽ etlein erbſchafft jetzt zufall kom̃en were/ oder hiezwiſchen vñ den erſten tag des Monats Auguſti ſchierkom̃endt/ auſzgeſchloſſen denſelbẽ tag durch jemands tödtlichen abgang/ zufall kommen würd/ ſoll die erb-

S f ſchafft

ſchafft nach außweiſung derſelben Statuten / ordnung vñ gewonheit/allein in ſolchen fall/vñ zwiſchen den jetzgenãten erſten tag Auguſti/vnuorhindert dieſer vnſer ordnung/getheilt werdẽ.

So aber ein Erbfall an orten vnd enden / da vber obgemelten fall keine beſondere Statuta/ Freyheit/ordnũg oder gewonheit jetz zufall kommen/daruber in erſter/zweyten oder dritten Inſtantien noch nicht geurtheilet / oder die theilung noch nicht beſchehen / oder hierzwiſchen vnd benanten erſten tag Auguſti zu fall kom̃en were / oder darnach vorfallen wurd / ſoll es mit vortheilung vnd entſcheidigung deſſelben falls/ inhalt diſer vnſer Keyſerlechen Satzung gehalten werden.

Damit ſich auch der vnwiſſenheit halber/ dieſer vnſer Keyſerlichen Satzung/ niemandts jm entſcheiden/vrtheln/ oder ſonſt entſchuldigẽ mög / So wöllen wir hiemit obberürten Churfürſten Fürſten / Prelaten / Graffen / Herrn / Stetten vñ allen andern vnſern vñ des Reichs/ Geiſtlichs vnd weltlichs Standts/Vnterthanen/ die von vns vnd dem Reich/einiche Oberkeit vñ vnterthanen/in Lehens vñ eigenthumbs weyß/inhaben/ernſtlich gebietendt/daß ſie dieſe vnſere Keyſerliche Satzung/hiezwiſchen vñ obbemelten tag Auguſti/ zum fordderlichſten/ das jeder thun mag / allen jhren Vnterthanen / angehörigen Landtſeſſen oder hinderſeſſen/offentlich vorkünden/ Vñ ob einig Obrigkeit an Publication vnd offner vorkündigung / hiezwiſchen vñ obgemelten tag Auguſti ſeumig/ oder die darzwiſchen / oder darnach vnterlaſſen wurd / daß nichts deſto weniger auff obbemelten erſten tag Auguſti / vnnd darnach dieſe vnſer Keyſerliche Satzung / von menniglich für Publiciret / geöffnet vñ vorkündt geacht/ auch durch menniglich alſo getrewlich / darnach gericht vnd derſelben nachgekom̃en werd/ on einig vorhinderung/ daran thut jhr vnſer ernſtlich meinung/ꝛc.

Hæc quidem opinio, etſi authoritate Imperatoris vires acceperit, nihilominùs tamẽ æquitate ſuadẽte, Accurſij opinionem defendi facilè & ſuſtineri poſſe, dubium non eſt. Quod etiam pleriq; clariſſimi iuris noſtri Interpretes ſenſerunt, & opinati ſunt, dictante & præſcribẽte naturali ratione. Nam ſi arbor vel truncus tres ramos emiſerit, quorũ vnus in quatuor, ſecundus in quinq; diuiſus ſit, certius ſolus: quis non videbit, tertium alijs minutis lõgè craſſiorem & obœſiorem euaſiſſe?

CAPVT IIII.

Quando extant fratres, ſororesve, ex vtroque parente ſibi inuicem coniuncti, coniunctæve, & ſimul etiam ex vno parente tantùm.

SVMMARIA.

1 *Fratres vtrinq; coniuncti in omnibus bonis excludunt fratres ex vno latere. eiuſq; ratio. num. 2. Idem iure Saxonum num. 4.*

3 *Fœmina ſtatuto excluſa propter fratrem, non extante fratre, à ſucceſſione eiuſdem excludit omnes ex vno latere.*

II. CONCLVSIO.

FRatres, † ſororesve, vtrinque coniuncti, coniunctæve, in omnibus bonis indiſtinctè fratri vtrinq; coniuncto ſuccedunt: ac fratres ſororesve ex vno latere ſolũmodò coniunctos: hoc eſt, vel conſanguineos, vel vterinos excludunt §. ſi igitur defunctus. Auth. de hęredibus ab inteſtato venientibus. vbi ſic ait Iuſtinianus. καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου, εἰ μὲν περιὼν ἀδελφὸς ἐξ ἑκατέρου γονέως συνάπτεται τῷ τελευτήσαντι, ὁ δὲ προτελευτήσας δι' ἑνὸς γονέως συνήπτετο, τοὺς τούτου παῖδας ἐκ τῆς κληρονομίας ἀποκλείομεν, ὥσπερ καὶ αὐτός, εἰ περιῆν, ἐξεκλείετο. Id eſt: Et econtrariò, ſi ſuperſtes frater ex vtroque parente defunctum cõtingat, qui verò præmortuus eſt, per vnum tantummodò parentem illi cõiunctus ſit: id genus filios ab hereditate excludimus, quemadmodum & ipſe, ſi ſupereſſet, excluderetur. & Auth. de conſanguineis, & vterinis fratribus. Glo. & Interpretes in Auth. poſt fratres. C. de legitimis hæredib. & in Auth. itaque. C. communia de ſucceſſionib. Dyn. in tract. ſucceſſionum ab inteſta. col. 4. verſ. quod ſi decedit. Ioan. Fab. in d. §. ſi plures. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. Bal. in d. l. de emancipatis. 13. C. de legitimis hæredib. & conſ. 222. inc. caſus talis eſt: primò dominus. libr. 4. & conſil. 74 incip. præmittẽdum eſt. in prin. eo. lib. 3. Romanus, qui & id dicit procedere in ſucceſſione eius qui ingreſſus eſt monaſteriũ incapax bonorum: conſi. 296. circa declarationem. in fine. Raph. Cumanus conſil. 66. incip. Ioannis. in prin. Ferrarienſis in forma libelli, pro hæredib. ab inteſt. in verb. nulliſque ſuperſtitibus, col. 10. verſ. ſi ergo quæramus. Bertrand. conſ. 68. inc. viſo caſu. libr. 2. & conſi. 211. inc. ponitur. eod. libr. 2. Id quod etiam procedere dicit Lud. Bolog. conſi. 69. col. 4 & ante cum Frãc. Aret. conſ. 164. incip. diligenter. col. 5. verſ. & primo viſo. & ante hos Bal. d. cõſ. 64. in prin. 1. lib. 4. Et ante hunc Ioan. And in addit. Spec. In rub. de feudis, in verb. item præſuppoſito. per tex. in §. reliquum Auth. de hæred. quę ab inteſt. deferuntur, quem textum ad hoc dicit ſingularem eſſe, Franc. Aret. ſup. d. conſi. 164.

Ratio † huius concluſionis hæc eſt: quia fratres vtrinque coniuncti, ſimul cum parentibus admittuntur. §. reliquum. verſ. ſi verò cũ aſcendentib. Authen. de hæred ab inteſta. venient. & Auth. defuncto. C. ad S C. Tertyll. à quibus tamen parentibus omnes tranſuerſales vno tantùm latere coniuncti, penitùs excluduntur & arcẽtur: vt ſuprà abundè dictum eſt. Fiet itaque locus regulæ: ſi vinco vincentem te, vel concurro cum victore: multò magis vinco te, l. de acceſſionib. 14. ff. de diuerſ. 2

& tem-

& tempor.act. Deinde propter duplex vinculum concurrens. Nam vtroque parente coniuncti, & iure agnationis, & iure cognationis coniunguntur, & ſe inuicem attingunt, alij verò, vno ſolũmodò: vnde duo vincula fortius ligant, quàm vnum.

Ampliatio.

3 Ampliatur & extenditur, † etiamſi ex ſtatuto maſculus fœminam ab hæreditate excluderet ac auerteret, fœmina tamen vtrinq; coniuncta, præfertur nihilominùs maſculo, ex vna tantùm parte coniuncto. Bald. conſil. 59 incip. de iure communi, in fin libr. 4. Sed etſi ſtatuto cautum ſit, vt decedẽti proximiores ex linea paterna ſuccederent: coniuncti tamen ex vtroque latere nihilominùs cæteris patruelibus ex vno latere præferuntur, vt dicit Pet. Anchor. in reper. c. 1. charta 60. in par. uis. verſ. per prædictam. extrà, de conſtitutionibus Socin conſ. 252. incip. viſis inſtrumentis, col. 12. verſ. ſecundò ego reſpondeo, lib. 2. Philip. Dec. 484. in c. æquitati. col. 12. verſi. & ſpecialiter.

II. CONCLVSIO.

4 Iuris Saxonici diſpoſitio à iuris ciuilis conſtitutione non recedit, art. 20. lib. 2 Bruder vñ ſchweſter nehmen jhres vngezweigten bruders vnd ſchweſters Erbe/vor den brüdern vñ ſchweſtern die gezweit von Vatter oder von mutter ſeindt. Sentẽtia poſt weichbild ſub tit. wie Bruder von voller geburt/ vnnd Bruder von halber geburt Erbe nehmen. Et ratio huius iuris Saxonici, præter alias duas ſuprà recitatas, etiã hæc eſt: Quia iure Saxonum frater ex vno latere cõiunctus tantùm, in diſpari gradu cum fratre vtrinq; coniuncto cõſtitutus eſt. Cùm itaque vtrinque coniunctus defuncto fratri ſit in ſecundo gradu, & coniunctus ex vno latere tantùm in tertio gradu, text. & glo. in d. art. 20. meritò vtrinque cõiunctus ob gradus prærogatiuam, ex vno tantùm parente coniuncto, præfertur & anteponetur.

CAPVT V.

Frater conſanguineus vtrum cum fratre vtrinque defuncto fratri coniuncto in feudo ſuccedat.

SVMMARIA.

1 Frater conſanguineus cum fratre vtrinq; coniuncto an in feudo ſuccedat.

2 Statutum de præferendis agnatis cognato admittit fratrem conſanguineum cum fratre vtrinque defuncto coniuncto.

3 Frater conſanguineus in ſtatuto excluſiuo cognatos, an ſilias vtrinq; coniunctas excludat.

1 DE iure † feudorum, frater conſanguineus, hoc eſt, coniunctus ex latere paterno tantùm, vnà cum fratre vtrinque coniuncto, ad fratris defuncti feudum admittitur, quia coniunctio ex latere matris, in conſiderationem minimè venit, tex. in c. 1. titu. de ſucceſſione feudi, & tit. de grad. ſucceſſ. in feudo & ibi Bald. in prin. Mart. Laud & Card. Alexan. colum. 3. verſ. eiuſdem initij. Iac. de Ardizone in ſumma in rubric. de ſucceſſione feudi. Et And. de Iſern. in c. 1 col. 2. titu. de natura ſucceſſionis feudi. Curt in 3. parte, nu 36. Zaſ. in 8. parte, in fin. Iac. de S. Georg in ſumma feudali. in verb. præſentis. Bald. in l. 1. poſt princ. verſ. & per hoc determinatur, & ibi Caſtr. & Corn. C. de legitimis hæredib. & idem Bald., conſ. 170. incip. ad euidẽtiam, col: 2. verſ. item ſciendum, lib. 2. & conſ. 304. incip. donario, in fin. eod. lib. 2. vbi hanc dicit eſſe communem opinionem, & veram. & conſ. 54. incip. proponitur, quod quidam nobilis, lib. 3. & conſi. 222. inc caſus talis eſt, eo. lib. 3 Mart. Laudenſis in c. 1 §. & quia. colum. 6. verſ. quæro an vtrinque coniunctis & ibi quoque Card. Alex. col. vlti. verſ. eiuſdem initij, titu. qui feudum dare poſſunt. Alex. conſ 9. incip. ponderatis his, in fin. lib. 5. Ferrarienſ. tit. de forma libelli, quo agit ad reuocandum feudum, in verſi. nec ſuperſtitibus, colum. 4. verſ. ſed quid ſi vnus. Soc. d. conſ. 304. ad finem, lib. 2. Philipp. Dec. conſ. 444. incip. concurrit patruis, col. 1, Io Crot. in repet. l filiusfamilias. 117. §. diui, col. 2. poſt princip. & iterum charta antepen. verſic. quartò quæritur. ff. de legat. i. & Franc. Ripenſis in l. ex facto. 43. colum. 24. nume. 81, ff. de vulgari & pupillari. Alexan. conſi. 9. in 5. volum. Tyraq. in tract de cauſa, in 22. limitatione, num. 17.

Quo in loco Ripa & hoc ſimile adducit, quod traditũ eſt à Iaſone & omnibus recentioribus in l. re coniuncti. 87. nu. 3. ff. de lega. 3. ſtante † ſtatuto, vt agnati ab inteſtato præferantur cognatis, frater vtrinque coniunctus non præfertur fratri ex parte patris tantùm coniuncto. Idque Tyraq ad retractum transfert: & putat, quòd ad retractum admittantur ij tantùm cõſanguinei, qui ſunt ex latere, vnde res vendita proceſſit: aut quòd hi præferantur cæteris ex alio latere. 2

Et facit etiam, quod in ſimili tradit Bald. conſ. 205 incip. præmiſſis verbis, lib 4. & Roman. conſ. 411. incip. quatuor. & Iaſ. conſ. 67. incip. perſpectis, colum. vlt. verſic. confirmo etiam ex eo. lib. 1. Dum volunt ex ſtatuto præferente agnatos fratris, æqualiter ſuccedere, fratrem ex vno tantùm latere, cum fratre vtrinque coniuncto, excluſis filiabus vtrinque coniunctis. 3

Cuius opinionis contrarium tutati ſunt Anchor. in c. 1. nu. 150. verb. occurrerunt aliæ quæſtiones. extra, de reſcriptis. Raph. Fulgoſ. conſ. 85. incip. in propoſita quæſtione, & Caſt. in Auth. itaque. C. communia de ſucceſſionibus.

nibus. Ioan. Baptiſta de S. Seuerino in reper.
l. omnes populi. 9 charta 15. verſ. ego reſpon-
deo. ff. de iuſtitia & iure. Soci. conſ. 252. incip.
viſis inſtrumentis, col. 12. verſic. ſecundò ego
reſpondeo, & latè Carol. Ruin. conſ. 28. incip.
viſo ſtatuto. per totum primum dubium, lib.
3. & conſ. 32. incip. quia ex facto. col. 1. 2. & 8.
num. 14. & ſeq. eo. lib. 3.

CAPVT VI.

Filij fratrum vtrinque coniunctorum an excludant patruos ex vno latere.

SVMMARIA.

1 *Filij fratrum ab vtroq; latere excludunt patruos ab vno latere.*
2 *Filij fratrum vtrinq; coniunctorum quare patruum ex vno latere excludant.*
3 *Fratrum filij inter ſe quomodo ſuccedant patruo.*

I. CONCLVSIO.

1 LIberi † fratrum vtrinque coniunctorum
excludunt & arcent fratres, ex vno tan-
tum latere fratri defuncto coniunctos. §. ſi
igitur. verſ. vnde conſequens Auth. de hęred.
ab inteſta. venientibus. Verba Iuſtiniani ſunt:
ὅθεν ἀκόλουθόν ἐστιν, ἵνα εἰ τύχοι ὁ προτελευτήσας ἀδελ-
φὸς υἱοὺς περιεῖναι, δι' ἑκατέρου γονέως τῷ νῦν τελευτήσαντι
προσώπῳ συνημμένος· οἱ δὲ περιόντες ἀδελφοὶ διὰ τοῦ πα-
τρὸς μόνου τυχὸν ἢ τῆς μητρὸς αὐτῷ συνήφθησαν, προτι-
μηθῶσιν οἱ τούτου παῖδες τῶν ἰδίων θείων, εἰ καὶ τρί-
του εἰσὶ βαθμοῦ, εἴτε πρὸς πατρὸς εἶεν οὗτοι θεῖοι, εἴτε
πρὸς μητρός, καὶ εἴτε ἄρρενες, εἴτε θήλειαι, ὥσπερ ὁ αὐ-
τῶν γονεὺς προετιμᾶτο, εἰ καὶ ἔζη. hoc eſt: Vnde con-
ſequens eſt, vt ſi præmortuus fortè frater, cu-
ius filij ſuperſunt, per vtrumq; parentem de-
functæ modò perſonæ coniunctus fuerit, qui
verò ſuperſunt fratres, per patrem duntaxat
aut matrem forſitan huic contingant: præfe-
rantur eiuſmodi filij patruis, auunculis, ami-
tis, materteris ſuis, etſi tertio gradu ſint, quē-
admodum & pater eorum præferretur, ſi ſu-
perfuiſſet. Vel vt vetus verſio habet. Vnde
conſequens eſt, inquit Iuſtinianus, vt ſi fortè
præmortuus frater, cuius filij viuunt, per v-
tranque partem, nunc defunctæ perſonæ iun-
gebatur. Superſtites autem fratres per patrem
ſolùm forſan, aut matrem ei iungebantur,
præponantur iſtius filij proprijs θείοις, licèt in
tertio ſint gradu, ſiue à patre, ſiue à matre ſint
θεῖοι, & ſiue maſculi ſiue fœminę ſint ſicut eo-
rum parens, ſi viueret, præponeretur. Et in
Auth. ceſſante. C. de legitimis hæred. & qui-
dem inquit prædicti fratris filius, & ſi tertio
gradu ſit, præfertur fratribus defuncti, qui ex
vno tantùm parente cognati ſunt.

2 Ratio † huius concluſionis hæc eſt, quia
filius intrat in locum patris ſui præmortui:
vnde tum ex perſona paterna, tum etiam ex
propria, excludit patruum ex vno latere tan-
tùm. Cum potiore iure & arctiore vinculo,
patruum, qui ex vno latere defunctum attin-
gebat, antecedat.

Neque obſtat §. ſi verò neque fratres. in
Authen. de hæredib. ab inteſtato venientib.
vbi proximior in gradu, remotiorem exclu-
dit & arcet. Quia textus loquitur de ijs qui
poſt fratres fratrumque filios defuncto cog-
natione iuncti ſunt.

Inde ſimiliter κατ' ἀναλογίας concludit Bolog-
net. Si extaret frater vtrinque coniunctus, &
nepos ex fratre, ex vno latere cõiuncto, quòd
nepos ille ad defuncti patrui hęreditatem vo
cari non debeat. Cùm enim pater ipſius ex
vno latere coniunctus, hæreditatis capax nõ
ſit, ſi frater ex vtroque latere coniunctus ex-
tet, multò minus nepos. Bolognet. in addit.
ad Matheſilanum, in 3. membro, in verſ. etſi
nullus frater, nume. 10. verſ. ſed redeundo ad
propoſitum.

II. CONCLVSIO.

Filij † fratrum vtrinque coniunctorum, 3
quia patruũ qui ex vno latere defuncto con-
iunctus eſt, excludunt, ipſi inter ſe vocantur
in ſtirpes: hoc eſt, nõ ſuccedunt in capita, ſed
omnes ſolùm vocãtur in eam partem, quam
habuiſſet ipſorum pater, ſi in viuis manſiſſet.
Idque ex recepta Accurſij opinione. Ex noua
verò Caroli V. conſtitutione viriles conſe-
quentur portiones, & in capita ſuccedent, vt
ſuprà abundè cap. 3. dictum fuit.

CAPVT VII.

Ius repræſentationis extra fratrum filios in linea collaterali non extendi.

SVMMARIVM.

1 *Graduum prioritas poſt fratrum filios in collaterali linea praualet.*

VLtra filios fratrum vtrinque cõiuncto-
rum, vel vno latere cæteri tantùm vlte-
riores ad ſucceſſionem collateralium non
vocantur ſimul cum patruis, auunculis, ma-
terteris, vel amitis: ex regula, Poſt fratres † fra 2
trumq; filios ſemper prior gradu, potior eſt
in hæreditate conſequenda: vel, vt Iuſtinia-
nus loquitur: Poſt fratres, fratrumque filios,
vocantur quicunque gradu ſunt proximio-
res, d. Authen. poſt fratres fratrumque filios.
& §. huiuſmodi. Auth. de hæred. ab inteſt. ve-
nientib. Huiuſmodi verò priuilegium in hoc
ordine cognationis, ſolis præbemus fratrum
maſculorum & fœminarũ filijs aut filiabus,
vt in ſuorũ parentũ loca ſuccedãt. & deinde
in §. ſi verò neq; fratres fratrumque filios, &c.

Hoc igitur priuilegium ſolis fratrum fi-
lijs conceſſum, porrigi non debet ad alios, l.
ius

ius ſingulare.15.ff.de legib. Matheſilanus in 3. art.nu.10.circa fin. Etſi Iacob.de Bellouiſo in §. ſi verò neque fratres. in Authen. de hære. dib.exiſtimet contrarium: idque propter duplex vinculum, quod ſemper & in perpetuũ gradus prærogatiuam intercipere putat. Cuius tamen opinio Iuri minimè conſentanea eſt, d. Authen. poſt fratres. d. §. huiuſmodi. & §. huiuſmodi.& §. ſi verò.

CAPVT VIII.

Quando fratres ex vno tantùm latere coniuncti, ſuperſtites ſunt, ſiue conſanguinei ſint, ſiue vterini, quomodo hi ſibi inuicem ſuccedant.

SVMMARIA.

1 *Fratres ex vno latere vocantur non exiſtentibus fratribus vtrinq; eorum filijs vtrinq; coniunctis*

2 *Fratres vterini in maternis, conſanguinei in paternis bonis ſuccedunt idem in patruis & auunculis.nu 4.*

3 *Acquiſita per defunctum inter conſanguineos & vterinos fratres diuiduntur promiſcuè.& nu 4*

5 *Acquiſita vel à patruo vel ab auunculo indiſcriminatim inter conſanguineos & vterinos diuiduntur.*

5 *Filij vterinorum ad inſtar vtrinq; coniunctorum in ſtirpes cum patruis ſuccedunt.*

7 *Filij vterini excludunt conſanguineum fratrem in bonis maternis.*

I. CONCLVSIO.

1 SI defunctus † nullos ex vtroque coniunctos latere fratres, coniunctasve ſorores vel horum, harumve filios habuerit, ſed vterinos ſolummodò vel conſanguineos, tum hi ad hæreditatem fratris primi ſunt.

Verba Iuſtiniani ex Conſtit. 118.

τούτων δὲ μὴ ὄντων, ἐν δευτέρᾳ τάξει καλοῦμεν τοὺς ἀδελφοὺς πρὸς τὴν κληρονομίαν, τοὺς ἐξ ἑνὸς γονέως συναπτομένους τῷ τελευτήσαντι, εἴτε διὰ τοῦ πατρὸς μόνου, εἴτε διὰ τῆς μητρός.

Verſio Haloandri.

His verò non ſubſiſtentibus, ſecundo loco illos fratres ad hæreditatem vocamus, qui ex vno parente defunctum contingunt, vel per patrem ſolum. vel per matrem.

Verſio communis.

His autem non exiſtentibus in ſecũdo ordine illos fratres ad hæreditatem vocamus, qui ex vno parente coniuncti ſunt defuncto, ſiue per matrem, ſiue per patrem. Cum qua Iuris ciuilis conſtitutione ius Saxonum conuenit, vt ſuprà dictum eſt.

II. CONCLVSIO.

2 In hac † ſucceſſione fratrum ſororumve ex vno tantùm latere ſibi inuicem cõiunctorum, coniunctarumve fit bonorũ diſtinctio: veluti, Iauolenus ex prima vxore ſuſcepit Decium, ex ſecunda deinde Caium, ac poſteà Iauolenus è viuis deceſſit: ſecunda vxor denuò nupſit, & Calliſtratum peperit. Decius itaque & Caius fratres ſunt conſanguinei: horum vnus ſi decedat, alter in eam hæreditatis partẽ, quam à patre communi conſequutus eſt, vocabitur: Caliſtratus verò ex ſecũda vxore frater vterinus arcebitur. Similiter ſi Calliſtratus deinde moriatur, Caius ex eadem matre natus, Calliſtrato ſuccedet in bona materna.

Generalis † igitur regula eſt, quòd in bonis à patre vel eius linea prouentis ſoli conſanguinei ſibi inuicem ſuccedant: in bonis maternis, ſoli vterini: in alijs verò extrinſecùs acquiſitis, æqualiter omnes. Glo. in Auth. de vterinis & conſanguineis, in verb. meliores, & in Auth. poſt fratres. C. de legitimis hæredibus, & in Auth. itaq; C. communia de ſucceſſionib. per text in l. de emancipatis. 13. §. exceptis. C. de legit. hæredib. & l. fi. C. communia de ſucceſſio. Franc. Alber. inter conſilia Ang. 82. incip. huic parti in hæreo. col. 2. Dynus in tracta. ſucceſſionis ab inteſtato. Alex. conſ. 5. incip. conſideraris, col. 2. verſ. hæc confirmo, lib. 6. Matheſ. in tract. ſucceſſionis. in 3. art. verſ. hoc procedit, num. 18. & ibi Bologn. in addit. & deinde in alia additio. incip. vera eſt hæc deciſio nu. 21. & conſ. 69 Ang. Aret. in §. ſi plures. col. 1. Inſt. de legitima agnator. ſucceſſio. Iaſ. in l. poſt dotem. 41. in fin. ff. ſolut. matrimo. 3

Quod verò ſuprà diuerſum de aſcendentibus dictum eſt. factum eſt id ob rationem diuerſitatis.

Ampliatio.

Hæc concluſio locum obtinet non ſolùm inter fratres, ſed etiam inter patruos, vel ſuperiores alios tranſuerſales: ſecundùm Matheſ. & Bened. Ideoque ſi defunctus reliquerit patruum, & auunculum, in bonis paternis præferetur patruus, in bonis maternis auunculus: & ſic de ſingulis. 4

Declaratio.

Concluſio hæc non procedit reſpectu bonorum, quæ ad defunctum ex linea collaterali peruenerunt, putà ex fratre, patruo, vel auunculo. In his enim nulla prorſus obſeruatur differentia: ſed omnes tranſuerſales, quomodocunq; coniuncti, æqualiter ſuccedunt.

Ex † eo ſequitur, ſi defunctus habuerit bona quæ per ſucceſſionem conſequutus eſt vel à patruo, vel fratre ſuo conſanguineo tantũ, & reliquerit filios ex fratre vterino, & alios ex conſanguineo: quod filij omnes pariter, & indiſtinctè ſuccedant, d. l. quod ſcitis. 3. in fi. in verſ. ex matre vel ab eius linea. & l. 2. C. de bonis maternis. Deinde etiam, quia ante Iuſtinianum hæc bona aduentitia patri acquirebantur pleno iure: vt ſuprà in tractatione de vſufructu dictum eſt. Præterea conſtitutio l. de emancipatis. 13. §. exceptis non intelligitur 5

niſi in fratribus, & eorum filijs tantùm. Cùm igitur iſte textus loquatur de certis perſonis, ad bona tranſuerſaliū extendi porrigi ve non debet. Matheſ. & Bolog. in d. art. 3. verſ. 2. dubitari ſolet, nu. 22.

III. CONCLVSIO.

6 Ea † quæ ſuprà de fratribus, itemque filijs fratrum vtrinque coniunctorum dicta, traditaque ſunt, ad fratres quoq; & fratrum filios ex vno tantùm latere coniunctos referri debent, & traduci. Hi itaque fratrum filij ſimiliter in patris locum ſubrogantur & ſubſtituuntur, ac in ſtirpes pariter cum patruis, admittuntur. Eadem enim ratio vtroque caſu, & reſpectu vtriuſque ſpeciei omninò ſubeſt. Cùm itaque diuerſitatis ratio inueniri nulla queat, diuerſum quoque ius ſtatui non debet, l. 3. §. 1. ff. de iniuſto rupto & irrito facto teſtamento, l. à Titio. 108. ff. de verb. oblig. Præſertim cùm conſtitutio Iuſtiniani ſub Authen. de hæredib. ab inteſtato venientibus. §. ſi igitur nō diſtinguit reſpectu fratrum, vtrinq; vel ex vno tantùm latere coniunctorū: igitur nec nos diſtinguere debemus, vulg. l. de precio. 30. de publ. in rem act. Ideoque ſi defunctus relinquat fratrem vterinum, & deinde ex alio fratre vterino mortuo duos pluresve nepotes: hi nepotes ſimul cum patruo vterino in ſtirpes admittuntur. Matheſil. & Bologn. in d. tracta. in 3. artic. verſic. 5. circa hæc, num. 28. in fin.

IIII. CONCLVSIO.

7 Hinc † conſequitur, quòd filij fratris vterini, in bonis maternis præferuntur conſanguineo fratri. §. ſi igitur. verſic. ſicut ſi eorum parens. Authen. de hæredibus ab inteſt. venienrib. Notatur in Authen. ceſſante. C. de leg. hæred. Matheſil. in d. 3. art. verſ. 4. dubitari ſolet, num. 28. & ibi Bolog. in additionib.

CAPVT IX.

Non extantibus fratribus nec fratrum filijs quomodo fiat ſucceſsio.

SVMMARIA.

1 *Succeßio datur proximis gradu poſt fratres & eorum filios.*
2 *Aſcendentes per tranſuerſum in tertio gradu concurrentem in linea collaterali deſcendenti habere non poſſunt.*
3 *Collaterales in pari gradu in capita ſuccedunt.*
4 *Repudiare hæreditatem, & mortuum eſſe, paria ſunt.*
5 *Coniunctio ſanguinis non facit locum iuri accreſcendi.*
6 *Emancipationis & ſuitatis differentia à Iuſtiniano ſublata.*
7 *Cognati hodiè æquè vt agnati ad decimum gradum vſq; admittuntur, quod tamen iure Saxonum non obtinet, num. 8.*
8 *Agnati & cognati æqualiter ſuccedunt tranſuerſalibus, nulla bonorum diſtinctione habita.*

CONCLVSIO II.

Poſt fratres, fratrumque filios vocantur quicunq; ſunt gradu proximiores, vt pares in gradu pariter admittantur, omni protſus ſublata differentia maſculorum & fœminarum. Auth. poſt fratres fratrumque filios. C. de legitimis hæredibus, & in §. ſi verò neque, Auth. de hæredib. ab inteſtato venientibus. Vbi Iuſtinian. ait, εἰ δὲ μήτε ἀδελφοὺς, μήτε παῖδας ἀδελφῶν (ὡς εἰρήκαμεν) ὁ τελευτήσας καταλείψῃ, πάντας τοὺς ἐφεξῆς ἐκ πλαγίου συγγενεῖς πρὸς τὴν κληρονομίαν καλοῦμεν, κατὰ τὴν ἑκάστου βαθμοῦ προτίμησιν, ἵνα δὴ ἐγγύτεροι τῷ βαθμῷ αὐτοὶ τῶν λοιπῶν προτιμῶνται hoc eſt: Cæterùm, ſi neque fratres, neque filios fratrum (vt diximus) defunctus reliquerit: omnes ex tranſuerſo cognatos ordine vocamus ad hæreditatem ſecundùm vniuſcuiuſque gradus prærogatiuam: vt qui gradu proximi ſunt, cæteris præferantur. Vel, vt vetus verſio habet: *Si verò neque fratres, neque filios fratrum ſicut diximus, defunctus reliquit: omnes deinceps à latere cognatos ad hæreditatem vocamus, ſecundùm vniuſcuiuſque prærogatiuam, vt viciniores gradu ipſi reliquis præponantur.*

Ex eo conſequitur primò, quòd filius fratris ex vna ſolùm patre defuncto coniunctus, pronepotem fratris vtrinque coniuncti excludat.

II. Quòd patruus defuncti, hoc eſt, frater patris qui in tertio gradu conſtitutus eſt, à filio fratris, qui ſimiliter eundem gradum obtinet, excludatur. Authen. poſt fratres autem. §. hi autem fratrū filij cùm pares ſint defuncti fratribus, præferuntur proculdubiò eiuſdem defuncti patruis, & alijs ſimilibus. Et in his ſucceſſionibus omninò ceſſat ſexus, & agnationis ratio. Idque conſtitutum eſt ratione repræſentationis: quia filius fratris ſuccedit in locum ſui patris, eiuſque perſonam repræſentat & ſuſtinet. Hoc igitur iure repræſentationis proximior eſt patruo.

Quemadmodum itaque idem filius patruum excludit, ita ſimiliter filius fratris. De qua re Iuſtinianus ſic loquitur:

Verba Iuſtiniani in Conſtit. 118.

τὸ δὲ τοιοῦτο προνόμιον ἐν ταύτῃ τάξει τῆς συγγενείας, μόνοις παρέχομεν τοῖς τῶν ἀδελφῶν ἀῤῥένων ἢ θηλειῶν υἱοῖς ἢ θυγατράσιν, ἵνα εἰς τὰ τῶν ἰδίων γονέων δίκαια ὑπεισέλθωσιν, οὐδενὶ δὲ ἄλλῳ παντελῶς προσώπῳ ἐκ ταύτης τῆς τάξεως ἐρχομένῳ τοῦτο τὸ δίκαιον συγχωροῦμεν, λοιπὸν ὁπότε τοίνυν τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τῆς ἀδελφῆς παισὶ τοῦτο προνόμιον δεδώκαμεν, ἵνα τὸν τῶν γονέων ὑπεισιόντες τόπον μόνοι τρίτου ὄντες βαθμοῦ μετὰ τῶν ἐν πρώτῳ καὶ δευτέρῳ βαθμῷ πρὸς τὴν κληρονομίαν καλοῦνται: ἐκεῖνο πρόδηλόν ἐστιν, ὅτι τῶν θείων τοῦ τελευτήσαντος ἀῤῥένων τε καὶ θηλειῶν, εἴτε πρὸς πατρὸς, εἴτε πρὸς μητρὸς εἶεν, προτιμῶνται, εἰ καὶ ἐκεῖνοι τρίτον ὁμοίως συγγενείας βαθμὸν ἔχουσιν. hoc eſt:

hoc eſt: Id antem priuilegii in hoc cognationis ordine ſolis præbemus fratrum ſororúmue filijs aut filiabus, vt in iura parentum ſuorum ſuccedant. Nulli enim omninò alij perſonæ, quę ex hoc ordine proficiſcltur, hoc ius concedimus, ſed & ipſis fratrũ filijs nunc hoc beneficium concedimus, quãdo cum patruis & auunculis, neq; non amitis & materteris ſuis vocãtur. Si autem cũ fratribus defuncti etiã aſcendentes (ſicut iam diximus) ad hereditatem vocantur, nullo modo ab inteſtato fratris aut ſororis filios vocari permittimus, neque ſi ex vtroq; parente eorum pater aut mater defuncto iungebatur. Quandoquidem igitur fratris & ſororis filijs huiuſmodi priuilegium conceſſimus, vt ſoli in locum parentũ ſuorum ſuccedentes, cum tertio gradu ſint, cum his qui primo & ſecundo gradu ſunt, ad hæreditatem vocentur: illud manifeſtarium eſt, quòd patruis & auunculis neque non amitis & materteris defuncti præferantur, tametſi ſimiliter & illi tertium cognationis gradũ teneant.

2 Tertiò: Similiter † inde conſequitur, quòd nunquam caſus proponi poſſit, in quo aſcendentes per tranſuerſum in tertio gradu conſtituti, cõcurrant cum deſcendentibus tranſuerſalibus. Semper enim vel ſuperantur, vel ipſi alios præcedunt. Idq; propter priuilegiũ ſubrogationis, quod conceſſum eſt deſcẽdentibus tertij gradus, & non aſcendentibus. Lex enim magis fauet deſcendentibus, quàm aſcẽdentibus. Nam hæreditas ex ipſo iure naturæ & parentum voto deſcendentes pertinet. l. nã etſi parentibus. 15. ff. de inoffic. teſtam. l. ſcripto. 6. ff. vnde liber. l. cum ratio vnica, ff. de portio. quæ lib. damnat. conced.

Secunda Concluſio.

Collaterales in pari gradu conſtituti, in vi-
3 riles † portiones, aut in capita ſuccedunt: hoc eſt, hæreditas pro numero perſonarũ in quotas partes diuiditur. d. §. ſi verò neq;. Authen. poſt fratres fratrumq; filios.

Tertia Concluſio.

4 Repudiare hæreditatem, & † præmortuũ eſſe, paria ſunt, § pen. Inſt. de bon. poſſ. l. vnic. & ibi not. C. quando non petent. partes. Si itaque defunctus duos fratres reliquerit, & vnus illorum repudiet hæreditatem, eius portio alteri fratri non accreſcit: ſed filij ipſius repudiãtis in eius locum ſuccedunt, & cum patruo admittuntur, perinde ac ſi eorum pater præmortuus fuiſſet, Cy. in Auth. itaq;. C. communia, de ſucceſſ. Matheſ. in tract de ſucceſſ. §. ſed hic dubium occurrit. Et ibi Bolog. rationem ad-
5 dit: Quoniã prædicti duo fratres non ſunt cõiuncti ea coniunctione, vt inter eos habeat locum ius accreſcendi. de quo in l. re coniuncti. 87. ff. de leg. 3. Sed cõiunctione ſanguinis, quæ in legitimis ſucceſſionibus ius accreſcendi nõ inducit.

Quarta Concluſio.

Noua Iuſtiniani conſtitutione, omnis differentia † emancipatorum & ſuorum hære- 6
dum, quoad ſucceſſiones ab Inteſtato ſublata eſt, & antiquata: neque aliquod diſcrimen, vel aliqua differentia ſexus nunc obſeruatur. Nullam verò, inquit Iuſtinianus, volumus eſſe differentiam in quacunque ſucceſſione aut hæreditate, Inter eos qui ad hæreditatem vocantur, maſculos aut fœminas, quos ad hæreditatem communiter definiuimus vocari, ſiue per maſculi, ſiue per fœminę perſonam defuncto iũgebantur: ſed in omnibus ſucceſſionibus agnatorum, cognatorumq; differentiam vacare præcipimus, ſiue per fœmineam perſonam, ſiue per emancipationem, ſiue per aliũ quemlibet modum prioribus legibꝰ tractabatur. Et omnes ſine qualibet huiuſmodi differentia, ſecundùm proprium cognatiõis gradum, ad cognatorum ſucceſſionem ab inteſtato venire præcipimus. Hodie igitur tam liberi emancipati, quàm in poteſtate exiſtentes, tam maſculi, quam fœminę: tam per lineam paternã, quàm maternam coniuncti: denique tam cognati, quàm agnati, æqualiter admittuntur, ſola gradus prælatione conſiderata.

Quinta Concluſio.

Ex eo infertur, licèt antiquo iure † agnati 7
vſq; ad decimum gradum ſuccederẽt, cognati verò vſq; ad ſeptimũ, l. non facilè. 4. in prin. ff. de grad. cogn quia tamen hodie par conditio eſt cognatorum, itemq; agnatorum, omnes ad decimũ vſq; gradum pariter admittentur. Matheſ. & Bolog. in d. tract. §. vocantur.

Adæquatorum enim par eſt ratio, & vniformis determinatio, l. 1. & ibi Interpretes. ff. de leg. 1. præſertim cum ſucceſſiones, tanquã fauorabiles, ſint ampliandæ. § ad hoc autem. Inſt. de bon. poſſ.

Sexta Concluſio.

De iure † Saxonum ſucceſſio in collaterali- 8
bus vltra gradum ſeptimum nõ producitur, text. in 3. art. libro primo. Die Sipendet ſich im ſiebenden grad.

Septima Concluſio.

Conſequitur † quoque inde, licèt plurimi opinati ſint, debere fieri diſtinctionem bonorum inter agnatos & cognatos tranſuerſales, vt patrui in bonis paternis, & auunculi in bonis maternis præferantur, quemadmodum ſuprà traditum eſt: ex hac tamen ſublata differentia verius eſſe videtur, quòd indiſtinctè ſuccedant in omnibus bonis tranſuerſalis defuncti, vndecunque bona ea quæſita fuerunt.

Ideoq́ue ſi defunctus patruum reliquerit, &
dnos auunculos, hi tres in vniuerſis bonis vn.
decunq; quæſitis æqualiter & in capita admit-
tendi ſunt. Bolog. in addit. ad Mattheſil. in d.
tract. de ſucceſſ.

CAPVT X.

De naturalium ex patre tantùm coniunctorum ſucceſsione.

SVMMARIA.

1 *Naturales ex patre nullo iure ſucceßionis ex ſe fruuntur.*
2 *Frater legitimus & naturalis fratri ex patre ſibi naturali non ſuccedit.*
3 *Filius per oblationem curiæ legitimatus, patri tantùm ſuccedit.*
4 *Fratres ex patre naturales, inuicem ſibi non ſuccedunt, niſi legitimati per reſcriptum, aut ſubſequens matrimoniũ, num. 8.*
5 *Liberi in ſeruitute nati & manumißi cum ijs qui poſt parentum manumißionem nati, an ſibi inuicem ſuccedant, & num. 6. & 7.*

Prima Concluſio.

1 TRanſuerſales, † qui ſolo naturali vincu-
lo ex patre ſe inuicem contingunt, nullo
inter ſe ſucceſſionis iure fruuntur. Longè e-
nim alia ratio eſt bonorum maternorum &
paternorum hoc caſu. veluti Caius duas ha.
buit concubinas, ex qualibet filium ſuſcepit:
ratione patris fratres non ſunt naturales, ſibi
inuicem tamen minimè ſuccedunt. Vel pater
2 † meus legitimus & naturalis, prinſquam vxo
rem duxiſſet, habuit naturalem filium ex con
cubina: ego illi fratri naturali ſuccedere non
potero ab inteſtato, nec ille mihi vice verſa.
§. vulgò quæſitos. Inſtitu. de cognatorum ſuc-
ceſſione l. fin. C. de naturalibus liberis. Hic e.
nim frater naturalis, alteri fratri legitimo &
naturali agnatus non eſt, d. § vulgò quæſitos,
l. ſi ſpurius. 4. ff. vnde cognati. Cum itaque ei
non ſit agnatus, nulla quoq; ſucceſſionis ſpes
ad eum pertinebit. Gloſſ. in d. §. per adoptio-
nem, in verb. naturalis. Neque etiam ſibi inui
cem ſuccedere poſſunt tanquam cognati: cũ
cognatio ſola, non coniuncta agnatione, ſit à
matre tantùm. d. § vulgò quæſitos.
3 Ratio huius rei adduci poteſt: Filius † na-
turalis per curiæ oblationem legitimatus, pa.
tri tantùm, & non alijs agnatis aut cognatis
ſuccedit. §. filium verò. Authent. quibus mo.
dis naturales efficiuntur ſui. Filium verò, inquit Iu.
ſtinianus, per huiuſmodi cauſam factum legi
timum, ipſi ſoli genitori legitimum facimus,
&c. Sancimus enim, oblatum curiæ naturalẽ
filium ſolùm patri legitimum fieri ſucceſſo-
rem, nullum tamen habere participium ad a.
ſcendentes & deſcendentes, aut ex latere ag-
natos vel cognatos patris: aut illos habere ali
quod participium ad illorum ſucceſſiones.
Cum igitur hic non agnaſcatur niſi patri tan
tùm, non obſcura ratione hi tranſuerſales ex
ſolo vinculo per patrem ſibi inuicem coniũ.
cti, à ſucceſſione mutua arcebuntur, pellen-
turq́ue.

Secunda Concluſio.

Inde infertur: Si † quis filium naturalem ex 4
concubina ſuſcepit, & deinde ea mortua, ex al
tera ſimiliter alium genuit: quod hi duo ſibi
inuicem nullo modo ſuccedere poſſint ab in
teſtato. Accurſi. in l. hac parte. 2. ff. vnde cog.
nati. Dyn. in tract. ſuo. Mattheſi. in 3. art in 2.
membro, verſ. ex prædictis. num. 4. in fin &
ibi Bologni. in addit. vbi rationem hanc ad.
ducit: Extante filio legitimo, tempore mortis
patris, filius ex concubina natus ad patris hæ-
reditatem minimè vocatur: cuius tamen aſcẽ
dentis bona, naturali ratione & voto videtur
ad naturalem filium pertinere & ſpectare. Cũ
igitur patri ſuccedere non poſſit, multo minus
collaterali naturali, ex parte patris ſibi cõiun-
cto, ſuccedet.

Declaratio ad ſecundam concluſionem.

Liberi † ex ancilla & ingenuo, vel ingenua 5
& ſeruo nati, & libertatem cõſequuti, poſſunt
ſuccedere fratribus ſororibusve, qui poſt li.
bertatem concepti ſunt, ſiue ex eodem patre,
ſiue ex eadem matre, ſiue ex alijs nuptijs, ad ſi-
militudinem eorum qui ex iuſtis nuptijs pro.
creati ſunt. §. 1. Inſt. de ſeruili cognat. Si ergo
liber homo ex ancilla ſua habuerit filium, &
illa defuncta aliam ſibi in conſortium adſci-
uerit ancillam, ex qua ſimiliter filium genue-
rit: tandem ea pariter defuncta, vxorem duxe-
rit, ex qua procreauit filios, qui legitimi ſunt
& naturales, & poſtea primi duo filij ex ancil-
la ſuſcepti manumiſſi ſunt: hi omnes ſibi in.
uicem ſuccedere poſſunt per d §. 1 Inſt. de ſer-
uili cognat. Matheſilan in d. 3. art. in 2. mem.
bro. verſ. iſta tamen regula fallit, num. 6.
Rationem diuerſitatis Matheſilanus ipſe
adducit: Quia ſerui propter metum domino-
rum abſtinebant matrimonio, & ideo lex il.
lis plus fauet, ac eis hoc indulget & permittit.
Sed cùm liberi homines poſſint contrahere
matrimonium, nec contrahũt, ſed in concu
binatu viuunt, lex nihil ipſis caſu hoc indul.
get, ne amorem illicitum ac inhoneſtum fo-
uere & iuuare videatur. Et ideò nõ ſuccedunt
ipſi filijs, nec filij parentibus, nec inter ſe, niſi
modo ſuprà dicto.
Hanc tamen † declarationem, vnà cum ra 6
tione diuerſitatis adducta, reijciendam repu-
diandamq́; putat Bologn. in addit. ad Mathe-
ſilanum in d. loco. Nam verum quidem eſt, iu
re Quiritum ſeruos matrimonium contrahe
re nõ potuiſſe, l. cũ ancillis, 3. C. de inceſt. nupt.
concu-

concubinatus tamen eodem Iure prohibitus non erat,ſed permiſſus.l.1.& per tot. tit. ff. de concubinis. Potuerunt igitur ſerui ex concubinatu procreare filios, & ſic procreati ſibi omninò ſuccedere debent, ſi manumiſſi fuerint. Deinde dominus qui ancillam ſuam in concubinam adſumit, ſibi imputare debet, quòd eam non manumiſerit,& poſteà matrimonium contraxerit.Poſtremò,ex præcipuo fundamento liberi naturales tantùm, & ex concubinatu ſuſcepti,ſi ex iuſto matrimonio liberi ſuperſtites ſint,patri non ſuccedunt, vt ſuprà dictum eſt. Multò minus igitur hi qui ex ancilla procreati ſunt, præſertim cum pater potuerit ancillam manumittere, & cum ea matrimonium contrahere.

7 Meo † quidem iudicio duplex huius declarationis facti ſpecies effingi ac excogitari debet. Primò, vt Matheſilani opinio procedat, ſi ſeruus ancillam,& ſibi conſortem adſciuerit, quæ deinde manumittatur à domino, & libertatem conſequatur. Bolognini verò opinio obtineat in homine ingenuo qui ſibi ancillam adſciuit, & ea mortua vxorem legitimam duxit.Hi enim liberi manumiſſi, ad legitimorum tranſuerſalium ſucceſſionem minimè venient,rationibus ſuprà adductis.

Secunda declaratio.

8 Niſi legitimati fuerint per ſubſequens matrimonium, † & reſcriptum principis. Hi enim fratrum naturalium & legitimorum iura conſequuntur. Diuerſum in legitimatis per oblationem curiæ, de quibus ſuprà libro quinto.

CAPVT XI.

De tranſuerſalibus naturalibus ex linea materna,earumq́ue ſucceſſione.

SVMMARIA.

1 Coniuncti per lineam maternam ſiue iuſti ſolì, aut naturales ſine iuſtis cum naturalibus inuicem ſuccedunt.

2 Spurij collaterales ex matre,legitimis,& vice verſa ſuccedunt,etiamſi mater illuſtris.

3 Diſtinctiones præter mentem legis non ſunt excogitandæ.

4 Naturales vtrinque coniuncti, excludunt ex vno latere fratres.

5 Parentes cum fratribus naturalibus ad ſucceſsionem fratris naturalis admittuntur,diuerſimodè tamen.

6 Nepos ex fratre naturali excludit in ſucceſsione patrui naturalis,patrui fratrem legitimum.

7 Naturales quoties ſuccedunt,imitantur regulam ſucceſſionis iuſtorum liberorum

8 Succeſsio legitimos inter & illegitimos qua iure Saxonū, remiſsiuè.

Prima Concluſio.

Coniuncti tranſuerſales † per lineam maternam,ſiue ſint naturales tantùm, hoc eſt,ex eodem concubinatu ſuſcepti: ſiue vnus naturalis tantùm, alter verò natus ex legitimo matrimonio,ſibi inuicem ſuccedunt. veluti,Caius ſuſceptus eſt ex concubinatu:deinde ex eadem matre legitimo matrimonio interueniente,Titius natus eſt. Caius Titio ſine liberis vnà cum reliquis vel aſcendentibus, vel collateralibus defuncto ſuccedet, & vice verſa Titius Caio.l.hac parte.2.l.ſi ſpurius.4. ff.vnde cognati. 1

Hac parte,inquit Caius proconſul naturali æquitate motus,omnibus cognatis permittit bonorum poſſeſſionem,quos ſanguinis ratio vocat ad hæreditatem,licet iure ciuili deficiant. Itaque etiam vulgo quæſiti liberi matris,& mater talium liberorum: item ipſi fratres inter ſe ex hac parte bonorum poſſeſſionem petere poſſunt,quia ſunt inuicem ſibi cognati,vſq; adeò,vt prægnans quoq; manumiſſa ſi peperit,& is qui natus eſt,matri,& mater ipſi,& inter ſe quoque qui naſcuntur,cognati ſunt.Et deinde Pompon.in d.l.ſi ſpurius.4 in fin.Proximitatis autem nomine,inquit, mater eius,aut frater eadem matre natus, bonorum poſſeſſiōem eius ex edicto petere poteſt. Similiter quoque Iuſtinianus in §. vulgo quæſitos,in tit.de ſucceſ.cogna. Tantum ergo cognati ſunt ſibi,ſicut & matri cognati sūt.Itaq; omnib⁹ iſtis ex ea parte cōpetit bon.poſſeſſio, qua proximitatis nomine cognati vocantur.

Procedit autem hæc concluſio,& locū habet, etiamſi † mater illuſtris & perſpicua fœmina fuerit.De iure enim Digeſtorum,& ante tempora Iuſtiniani, nullum introductum erat diſcrimen inter fœminam illuſtrem, & eam quæ obſcuriore loco originem ducebat. Sola verò Iuſtiniani ſanctione,mater illuſtris à ſucceſſiōe filij ſpurij auulſa & prohibita eſt: & viciſſim filio ſpurio ad ſucceſſionem matris iter interclusum.Hoc tamen ad alios coniunctos tranſuerſales non producendum,neque extendendum eſt: tum quod ſucceſſiones ampliandæ, & non coarctandæ, nec coangustandæ ſint: tum quòd ſine lege loqui erubeſcamus, † neq; diſtinctiões præter mentē legis temerè effingendæ excogitandæve ſint.§.cōſideremus. Auth.de trien.& ſemiſ.l.ſi ſeruum. 70.§.non dixit Prætor.ff.de acq.hære.l.de precio.10.ff.de Publ.l.ſancimus.27. C.de teſtam. l.præcipimus.32 C.de appel. 2 3

Secunda Concluſio.

Fratres †naturales vtrinq; coniuncti,excludunt aſcentēq; fratres naturales ex vno tantū latere coniunctos, quemadmodum ſuprà in ſucceſſione fratrum legitimorum & naturalium traditum eſt, per d.§.ſi verò defunctus. Anthent.de hæred.ab Inteſt. ven. cum ſimilibus.& §.reliquū.Auth.de conſang.& vter.fratribus. 4

tribus. Si itaquē Antonia concubina ex Caio ſuſcepiſſet Calliſtratum, & mortuo Caio ad ſecundùm concubinatum cum Titio tranſi- uiſſet, ac in eo concubinatu ſimiliter Paulum & Tryphoninum ſuſcepiſſet: ſi nunc Trypbo ninus vita functus ſit, nullis nec deſcendentibus nec aſcendentibus ſuperſtitibus, tum ad eius ſucceſſionem Paulus ſolus vocabitur: alter verò frater vterinus Calliſtratus, nihil prorſus iuris in facienda portione, in prædefuncti vterini fratris bonis habebit §. vult autem hæc lex. Autben. de conſanguin. & vterinis fratrib. Vult autem hæc lex ex vtroque decoratos, & ſimul quidem conſanguineos, ſimul autem vterinos fratres, ad ſucceſſionem moriētis meliores eſſe, quàm illos qui ſolummodò conſanguinei, aut ſolummodò vterini ſunt. Fitq́; boc caſu extenſio quædam. Autben. itaque. C. communia de ſucceſſ. (quę loquitur de ftatribus naturalibus & legitimis) ad fratres naturales tantùm. Idq́ue ex generali ratione ſuperius adducta: quia duplex vinculum fortius eſt ſimplici.

Tertia Concluſio.

5 In hac † ſucceſſione tranſuerſalium naturalium, parentes cum alijs fratribus naturalibus admittuntur: verùm ſecundùm diſpoſitionem §. quibus. Auth. quibus mod. naturales effic. ſui. veluti, Antonia concubina ex Caio ſuſcepit Calliſtratum, deinde Caio mortuo Titij concubina facta eſt: & ex eo ſimiliter Paulum & Tryphoninum procreauit. Triphonino mortuo, Paulus & mater & pater ſuccedent: Titius quidem pater in duabus vncijs: mater verò, itemq́; Paulus, reliquas 10 vncias conſequentur, excluſo Calliſtrato. §. ſi verò cum deſcendentibus. Autb. de hæredib. ab inteſt. venientib Omnia igitur ea quæ ſuperius de ſucceſſione fratrum legitimorum & naturalium dicta propoſitaq́; ſunt, huc transferri debent. Matheſ. & Bolog. in d. articulo 3. in 2. membro, verſ. deciſio. num. 9. & 13.

Quarta Concluſio.

6 Filij quoque† fratrum in conſequenda patrui ſui naturalis hæreditate, hoc pariter caſu patruos defuncti: hoc eſt, fratres patris excludunt. Auth. poſt fratres. C. de ſuis & leg. hære. licet enim vtriq; tertio gradu à defuncti perſona abſint. §. tertio gradu. Inſtit. de grad. cognat. tamen propter priuilegium, quo permittitur, vt filij fratrum patris ſui gerant ſuſtineantq́; perſonam hi auunculos antecedunt.

Quinta Concluſio.

7 Denique † in quibus permiſſa eſt naturalib⁹ ſucceſſio, in ijs quàm maximè ſequitur ſucceſſionis formā legitimis & naturalibus præſcriptam Materiæ enim nouæ diſtingui & limirari debent ſecundùm antiquas leges. Authen. de filijs ante dotalia inſtrumenta natis. l. fin. l. non eſt nouum. 25 l. ſed & poſteriores. 27. ff. de legib. Per dictum itaq; Auth. ius ſub tit. de hæred. ab inteſt. venientib. non debent corrigi aut emendari leges antiquæ, quæ filio naturali tantum non permittunt poſſe ſuccedere patri, niſi in duabus vncijs: & econtrà eodem iure patrem in ſucceſſione filij naturalis vti volunt. §. ſi quis autem defunctus. § quib⁹. Auth de hæred ab inteſt. venientib Bolog. in d. 3. art. in 2. membro, in verſ. aduerte, nu. 15.

Sexta Concluſio.

Quamuis Saxonum † iure ſucceſſio inter legitimè & illegitimè natos nulla ſit, art. 51 li. 1. art. 28. & ibi glo. eod. & art. 40. eod. lib. & art. 13. lib. 2. & art. 64. lib. 3. & art. 72. & Weichbild. 33. moribus tamen receptioribus iuris Saxonici rigor hic reprobari, & ciuilis iuris conſtitutio obſeruari ſolet, poſt Weichbild ſub titul. Vnehliche kinder/auff wem/vnd wie ſie jr erbe ferſellen. 8

CAPVT XII.

De ſpuriorum ſucceſsione.

SVMMARIA.

1 *Spurij tranſuerſalibus paterna linea non ſuccedunt.*
2 *Spurij vterini ſibi inuicem ſuccedunt.*
3 *Spurij tranſuerſalibus à matre venientibus ſuccedunt, & econtrà.*

Prima Concluſio.

DE his generalis eſt concluſio, † quòd ſpurij, vel vulgò quæſiti, tranſuerſalibus ex paterna origine minimè ſuccedunt: quia nullum prorſus inter eos ius agnationis nec fuit nec deinde eſſe poteſt, l. ſi ſpurius. 4. ff. vnde cognati. Si ſpurius inteſtato deceſſerit, iure conſanguinitatis aut adgnationis hæreditas eius ad nullum pertinet: quia conſanguinitatis aut adgnationis iura non habet. & Iuſtinianus in d. §. vulgò quæſitos nullos habere agnatos manifeſtum eſt, cùm agnatio à patre, cognatio à matre ſit: hi autem nullum patrem habere intelliguntur. Quod Modeſtinus etiam ſcribit, in l vulgò concepti. 23. ff de ſtatu hom. Spurij itaq; fratres, vno eodemq́ue patre geniti, diuerſis tamen matribus procreati, ſibi inuicem minimè ſuccedūt, d. l. ſi ſpurius, 4. d. §. vulgò quæſitos. 1

Secunda Concluſio.

Spurij fratres vterini, † hoc eſt, qui eandem matrem habuerunt, iure cognationis ſibi inuicem ſuccedunt, d. l. hac parte. 2. d. l. ſi ſpurius. 4. d. §. vulgò quæſitos. 2

Tertia Concluſio.

Hoc ius † cognationis etiam ad vlteriores tranſuerſales ex linea materna, extenditur & porrigitur. Nam non modò fratres ſpurij vterini inuicem ad ſucceſſionem vocantur, verùm etiam alij cognati matris. Hi enim quoque ſpurijs ſuccedere poſſunt, d. l. ſi ſpurius. 4. 3

Quarta

Quarta Concluſio.

De iure Saxonum, hęc iuris ciuilis traditio non obſeruatur in bonis vtenſilibus: Dann wenn eine vnehliche Tochter vorſtürbe/vnd hinder jr lieſſe keine neher võ der Spiel/als jr ſchweſter/die do jr neſter Spielmage were/ ſo vorerbt ſie doch die gerade nit/ auff gemelte jre auch natürliche ſchweſter/ nach Sachſiſchen Rechten. Dann der art 15.lib.3. Landrecht/mit klaren hellen worten ein gemeine Regel tradiret/Das wer da gerade fordert/der ſoll volkomlich von weibs halben darzu geboren ſeyn. Dieweil dann die nit volkomlichen dazu geboren/ vnd vnehliche erbẽ nit/iuxta art.28.li.1. Landrecht/ vbi gl nor. So erfolgt notwendig vñ ſchließlich/dz ſolche natürlicht ſchweſter als vnehlich geborn/ihr auch natürlichen allen g.bornen jtzo vorſtorbnen ſchweſter gerade/jtzo nit zu fodren hat.

CAPVT XIII.

De incęſtuoſorum ſucceſsione.

SVMMARIVM.

1 *Fratres inceſtuoſi ſibi inuicem non ſuccedunt.*

INcœſtuoſi qui dicantur, ſuprà ſub finem libri Quinti cap.pen.dictum eſt. De his gene
1 neralis eſt concluſio: Incœſtuoſi neque parentibus, neque parentes ipſis ſuccedunt: vt ſuprà lib.5.cap.fin.dictum eſt. Ita quidem, vt de iure ciuili etiam alimenta ipſis denegentur. Auth. ex complexu, C.de incœſt nupt. Dubium igitur non eſt, cùm omni parentum beneficio priuentur, quin fratres quoq; ex tali abominabili complexu ſuſcepti ſibi inuicem non ſuccedant Infecta enim radice, tota ſimul arbor Infecta cenſetur.

CAPVT XIV.

De ſucceſsione trãſuerſorum legitimorum, quales ſunt fratres adoptati, arrogatique.

SVMMARIA.

1 *Adoptati qui in poteſtatem adoptantis non tranſierunt, tranſuerſalibus non ſuccedunt.*

2 *Pater adoptiuus extraneus nõ ſuccedit adoptato ab inteſt.*

3 *Adoptati ab aſcendentibus, ex vtraque linea inuicem ſibi ſuccedunt.*

4 *Pronepos adoptatus ſuccedit patruo magno cum eiuſdem fratre, niſi ſint vtrinq; coniuncti.*

5 *Adoptati tranſuerſalibus ſuccedunt bonorum diſtinctione quæ inter iuſtos eſt retenta.*

6 *Arrogati ad inſtar adoptati qui in poteſtatem adoptantis tranſeunt, ſibi inuicem ſuccedunt.*

DIſtinctio hoc in ordine adhiberi debet in adoptatos, qui in poteſtatem parentis tranſierunt, & alios qui adoptati, ſui iuris tamen manent, itemq; inter arrogatos.

Prima Concluſio.

1 Tranſuerſales adoptati, † qui in poteſtatẽ adoptantis non tranſierunt, tranſuerſalibus minimè ſuccedunt, l.pen §.ſed vt articulum. C.de adoptio. Et ideò inquit, ſancimus, etſi habeat huiuſmodi filius iura integra naturæ: attamen ſi pater inteſtatus extraneus adoptiuus deceſſerit, habere eum etiam ſui hæredis ius ad eius tantummodò ſucceſſionem: vt nõ etiam legitima iura ad familiam extranei patris habeat, nec ipſa ad eum communionem aliquam habeat, ſed quaſi extraneus ita ad illam familiam inueniatur.

Ratio huius concluſionis deſumitur à maiori ad minus. Pater † adoptiuus extraneus non ſuccedit filio adoptiuo ſimplici, qui ab inteſtato decedit, d.l.penultima. §. ſi verò pater naturalis: multo minus igitur tranſuerſales hoc caſu ſibi inuicem ſuccedunt, cùm nihil prorſus inter ſe commune habeant, niſi quòd filius adoptiuus ab inteſtato patri adoptiuo ſuccedit. 2

Secunda Concluſio.

Adoptati ab † aſcendentibus, tam ex linea paterna, quàm materna, ex tranſuerſo ſibi inuicem ſuccedunt, ex capite quòd naturali cõiunctione ſe inuicem attingant: & quòd pręter ciuilem, naturalis etiam, vel ſanguinis cõiunctio accedat. §.nullam verò. Auth. de hæred. ab inteſtato venientibus. 3

Ex gradu † verò adoptionis ita ad ſucceſſionem admittuntur, ſi adoptio non fuit diſſoluta per emancipationem. veluti Titius proauus maternus, cùm haberet tres filios naturales & legitimos, ex triplici matrimonio, nempè Caium ex prima vxore, Sempronium ex ſecunda, Cornelium ex tertia, adoptauit ſibi inſuper pronepotem filiæ in filium. Nunc ſi mortuo patre Caius ex prima vxore vita ſine liberis fungatur, pronepos in locum filij adoptatus, vnà cum duobus reliquis conſanguineis fratribus ad hæreditatem admittitur, l. qui in adoptionem. 23. ff. de adoptionibus. l. penultim. §.ſi verò pater naturalis. C.de adoptionibus §.per adoptionem. Inſtitut. de legit. agnatorum ſucceſſio. Diuerſum tamen dicendum eſt, ſi illi duo fratres fuiſſent, ſibi inuicẽ ex vtroque parente coniuncti. Duplicis enim vinculi nexus pronepotem ex filia, & deinde adoptatum in filium, excluderet, & ab hæreditate arceret. 4

Tertia Concluſio.

In † hoc ordine facienda eſt diſtinctio bonorum. Sicut enim fratres vterini ſibi inuicẽ In bonis maternis ſuccedunt, & fratres conſanguineos ab ijs bonis arcent, ac ſemouent: ita multo magis idem in adoptiuis dicẽdum, ſtatuendumque eſt, d. l. de emancipatis. 13. §. exceptis. C. de legitimis hæredib. Quod Iuſtiniani reſcriptum, licet conceptum ſit de liberis naturalibus & legitimis: ob parem tamen, eandemque rationem ad adoptiuos transferri, traducique debere, nemo non videt. 5

Ne his

farreationis vinculo erat, nouæque nuptæ farreum præferebant, inquit Plinius libr.18. cap.3.

13 Sacra † enim à Numa ad ſimilitudinem Græcorum inſtituta erant ſine ſanguine, eorumque plurima ex farina & libo, rebusque viliſſimisque compoſita: ſicuti etiam Numa prohibuit, exiſtimare imaginem Dei, aut hominis ſpeciem, aut animalis habere formã; nec fuit apud eos nec picta nec ficta Dei prius ſpecies: ſed in prioribus centum & ſeptuaginta annis templa quidem ædificabant, ſacraq; tuguria erigebãt, ſimulachrum verò nullum corporeum faciebant: perinde atque nefas eſſet deterioribus meliora aſſimulare; neque aliter, quàm intelligentia Deus percipi poſſit.

14 Ita † Plutarchus in Numa referẽs Sacra à Numa inſtituta, ritum ſanctimoniamque Pythagorę vehementer attingere. In quo Plutarch. plurimùm hallucinatur, nam vt Cicero ait
15 libr.1 de Oratore. Numa † Pompilius annis permultis antè fuit, quàm Pythagoras & in lib 2. de Oratore. Numam Pompilium illum regem noſtrum fuiſſe Pythagoreum ferunt qui annis permultis antè fuit, quàm ipſe Pythagoras. Ita etiam Dionyſ. Halycarnaſſeus libt. 2. fol. 121. his verbis: nam multi ſcribunt eum fuiſſe Pythagoræ diſcipulũ: & quo tempore ad regnũ Romanum vocatus eſt, apud Crotonem egiſſe ac Philoſophię operam dediſſe: id quod ratio temporum non patitur: quando non paucis annis, ſed totis quatuor ętatib. Pythagoras fuit Numa poſterior, ſicut de communibus hiſtoriarum monumentis comperimus. ita Dionyſ. Poſterioribus ve-
16 rò † temporibus ſacrificia cœperũt fieri cruenta. & hoſtiæ farracea farina imbui, & in caniſtros offerri ſacrificantibus. qui aris impoſitas ſuccendebant, & vinum inter adolendum affundebant. Dionyſ Halycarnaſſ. lib. 7. fol. 479. totius ſacrificij farracei ritus recenſet qui ſua quoque ætate, apud Romanos obſeruati ſunt. Exinde illam frugalitatem, varia genera hoſtiarũ vſurpari cœperunt. Hinc Cicero lib. 2. de legib. Hoſtiæ quæ cuique Diuo decoræ grataque ſunt, prouidento. Idem Cic. quibus hoſtijs immolandum cuiq; Deo, cui maioribus. cui lactãtibus, cui maribus, cui fœminis. Extat inſignis locus Arnobij libr. 6. aduerſus gentes. Quòd ſi inquit, animantium cruore honorari & affici ſuperiorũ animos exiſtimatis, cur non eis & mulos & Elephantes mactatis & aſinos? cur non & canes, vrſos, & vulpes, & camelos, & beluas, et leones? &c. ita Arnob. ſed hæc huius loci non ſunt plura de hoſtiarum immolandarum ritibus ſolennibusq; Briſſon. lib. 1. de formulis.

17 Id † denique obſeruandum eſt, matrimonium per confarreationem vulgò adſuetudine omiſſum, ac inter patritios ſolos pontificesq; retentu fuiſſe. Facit lib. 4. de Tyberio. Nam patritios confarreatis parentibus genitos, tres ſimul nominari, ex queis vnus legeretur, vetuſto more: neq; adeſſe vt olim eam copiã, omiſſa confarreandi adſuetudine, aut inter paucos retenta, pluresque eius rei cauſas adferebat, potiſſimùm, penes in curiam virorum fœminarumque. Accedere ipſius cærimoniæ difficultatem, quæ conſulto vitarentur &c. ita Tacitus.

18 Secundum † genus matrimonij per in manus conuentionem, fiebat coemptione. Solennitates huius matrimonij refert Boeth. in Topic. Coemptio, inquit, certis ſolennitatib. peragebatur, & ſeſe in coemẽdo inuicem interrogabant: Vir ita, an ſibi mulier materfamiliâs eſſe vellet: ita reſpondebat velle: itaq; mulier in viri conueniebat manum, & vocabatur hæ nuptiæ per coemptionem: & erat mulier materſamilias viro loco familiæ, ita Boetius.

Idem refert Seruius in libr. 4. Aeneidos in verſu, liceat Phrigio ſeruire marito. referente Pytoeo in coll. legum Moſaicarum tit. 16. Sanè hic, inquit Seruius coemptiõis ſpeciem tangit. Coemptio enim eſt, vbi libra atque æs adhibetur: & mulier atque vir inter ſe quaſi emptionẽ faciunt, quod anteà iam in 1. Geor.

Teq; ſibi generum Tethys emat.

Quoniam coemptione facta mulier in poteſtatẽ viri cedit. atq; ita ſuſtinet conditionem liberę ſeruitutis: ait enim liceat Phrygio ſeruire marito. & in Georg.

Tibi ſeruiat vltima Thyle.

Quodque omnis iſte mos coemptionis, & citra nominis nũcupationem, dotis datæ taxatione expediretur, quæ res in manũ conuentio dicitur: Subiunxit Verg.

Dotalesq; tua Tyrios permittere dextra.

19 Quid † eſt enim aliud dextræ, quàm in manũ conuenire? quæ conuentio eo ritu perficitur, vt aqua & igni adhibitis duob. maximis elementis, natura coniuncta adhibeatur: que res ad farreandas nuptias pertinet, quib. flaminẽ & flaminicam iure põtificio in matrimoniũ neceſſe eſt conuenire et paulò pòſt. Mos apud veteres fuit flamini atque flaminæ, vt per farreationem in nuptias conuenirent ſella duas iugatas ouili pelle ſuper iniecta poni eius ouis quæ hoſtia fuiſſet, & ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione flamen ac flaminica reſiderent, ait igitur locaui: locata enim vxor dicitur quòd ſimul cum eo ſedeat, dum confarreatur. Confarreationes autem rontru dirimit. ita Seruius referente Pythoeo. & iterum in lib. 1. Georg.

Teq; ſibi generum Tethys emat omnibus vndis.

Quòd ait: emat inquit ille, ad antiquum nuptiarũ pertinet ritum, quo ſe maritus & vxor inuicem emebant. ita Seruius.

20 Et † ſanè hic coemptionis mos in matrimonijs ineundis, etiam in alijs actibus legitimis vſurpatus eſt, veluti in emancipatione. Sic Caius lib.1.cap.6. Emãcipatio autem, hoc eſt, manus traditio, quædam ſimilitudo venditionis eſt: quia & in emancipationib. pręter illum, hoc eſt, certum patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Ergo iſte naturalis pater filium ſuum fiduciario patri mãcipat, hoc eſt manu tradit: quo fiduciario patre, naturalis pater vnũ aut duos nummos quaſi in ſimilitudinem precij accipit. Quo etiam pertinent verba legis 12.tab. ſi pater filium ter veuundauit, filius à patre liber eſto. Vlp.in frag.tit.10 & locus Vlpiani tit.11. Qui liberum caput mancipatum ſibi à patre, vel à parente, vel à coemptore manumiſit, per ſimilitudinem patroni tutor efficitur qui fiduciarius tutor appellatur. & de mancipatione tit.19. Mancipatio propria ſpecies alienationis eſt, & rerum mancipi, eaque fit certis verbis, libripende & quinque teſtibus præſentibus, ita Vlpia. coemptionem itaque qua vxor in manum viri tranſit, mancipationem ſpecie tenus repræſentare non difficulter colligitur.

21 Tertia † forma vxorum eſt, qua tãtùmmodò vxores habentur, vel quæ vſu ſunt vxores. Vſu autem vxores ſunt, ſi verbi gratia mulier anno vno cum viro licèt ſine legibus, hoc eſt ſine conuentione in manum fuiſſet.

22 Vſus † ab vtendo dicitur, inde vſucapio & vſurpatio, eſtque modus adquirendi dominij, lege 12. tabul. inductus vſus & auctoritas fundi biennium eſto. Cicero in Topic. in loco à comparatis. inquiens, quod in re pari valet, valeat in hac quæ par eſt. Quoniam vſus auctoritas fundi biennium eſt, ſit etiam ædium. At in lege ædes non appellantur. Et ſunt cæterarum quorum annuus eſt vſus. & Vlpian. in Inſtit. tit.19. de dominijs & adquiſition. rerum. Vſucapione inquit, dominia adipiſcimur, tam mancipi rerum, quàm nec mancipi. Vſucapio eſt autem dominij adeptio, per continuationem poſſeſſionis, anni vel biennij: rerum mobilium anni, immobilium biennij. Paulò aliter Modeſtin. Vſucapio eſt adquiſitio vel adiectio dominij, per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti. l.3. ff. de vſurpationib.

Sic etiam à S. Pomp. ex ſententia Aelij Galli definitur poſſeſſio, vt ſit vſus quidem agri, aut ædificij, non ipſe fundus aut ager.

23 In lege autem 12. tabul. adijcitur, vſus † & auctoritas, quæ poſterior dictio etiam pro vſucapione accipitur.

Ita Cicero de Aruſpic. reſponſis, multę inquit ſunt domus in hac vrbe patres conſcripti, atque haud ſcio an penè cunctæ: iure hæreditario, iure auctoritatis, iure mancipij, iure nexi.

Sic etiam Gell. lib.17. cap.7. Legis veteris Atinię verba refert, quod ſubreptum eius rei erit, æterna auctoritas eſto, id eſt, res furtiua non vſu capitur. Ita quoque Scæuola vetuſtatem dare auctoritatem ſcribit, tametſi ius nõ probetur. l. ſi. ff. de aqua pluuia arcenda.

Hoc verò obſeruandum eſt dictiones, vſus & auctoritas quandoque cum copulatiua Et, quandoq; ſine copulatiua vſurpari. ſi ſine copula vſurpatur vſus auctoritas, vſus erit genitiui caſus: ſi cum copula nominatim.

Qua ratione Cicero authoritatem vetuſtatis, dixit item conſtituere vſum & authoritatem. cum copulatiua: pro Cecinna. Lex vſum & authoritatem, fundi iubet eſſe biennium: at vtimur eodem iure in ædib. quæ in lege non appellantur.

Vſurpatur † itaque vxor à viro quæ per annum cum marito fuit, & per trinoctiũ à marito non abfuit. Verba Priſca legis duodecim tabularũ feruntur. Molier tertieis noctebos Oeſæpatom eito ei ita Oeſorpaſit aſ virod oſocapitor, id eſt, ſi per trinoctium vxor à viro abſuerit eam vir vſurpato. 23

De qua lege etiam Gell. lib 3. cap.2. Quintum quoque Mutium Iureconſultum dicere ſolitum.

Lege non eſſe vſurpatam mulierem, quæ cum Calendis Ianuarijs apud virum cauſa matrimonij eſſe cępiſſet, ante diem quartam calẽdas Ianuarias ſequentes vſurpatum iſſet. Non enim poſſe implere trinoctium, quod abeſſe à viro vſurpãdi cauſa, ex duodecim tabulis deberet: quoniã tertiæ noctis poſteriores ſex horæ alterius anni eſſent, qui inciperent ex Calendis. ita Gellius.

Vſu igitur reddebatur vxor cum tutoribus authoribus, mulier in matrimonium alicui conueniebat, quo cum ea conſueſcebat, quaſi cum iuſto perfectoque marito: adeò vt ſi vſus ille intra annum non interrumperetur pro vſucapta iam haberetur: ei tamen vſurpare, id eſt, vſum infringere ex lege duodecim tabellarum liceret.

CAPVT II.

Hiſtoria iuris circa ſucceſsionem viri & vxoris.

SVMMARIA.

1 Materfamilias ſola quæ coemptione in manum mariti conuenit. nu.8.

2 Matrimonium, item matrona vnde dicantur. num 3. nu. 6. & 7.

4 Materfamilias quæ & vnde communiter dicta.

5 Matronarum habitus quis fuerit.

9 Conuenire in manum & mancipari quid.

10 Mancipatio ſpecies propria alienationis.

11 Coemptione vxor marito filiæ loco eſt, at maritus patris, &

qua

qui effectus inde conſequatur. nu. 12.13.14.
15 *Tutores Attilians vnde ſic dicti.*
16 *Tutela quando mulier olim liberaretur.*
17 *Paterfamiliâs dominus, materfamiliâs domina olim dicta.*
18 *Dominos ſe mutuo coniuges olim appellabant.*
19 *An cum vxore furti agi poſſit.*
20 *Nuptiarum definitio explicata.*
21 *Sacra priuata & gentilitia quæ?*
22 *Sacris yſdem qui aſtringerentur.*
23 *In ſacris paternis eſſe & à ſacris dimitti, quid ſit. nu. 24.*
25 *De vxoribus, quæ per confarreationem in mariti manum conuenerunt. & nu. 27.*
26 *Farracia quid? & vnde dicta.*
28 *Vxor quando in mariti bona ſuccederet vt hæres, cum vel ſine liberis.*
29 *De vxoribus, quæ vſu habebantur.*
30 *In mulieris libera conſuetudine, non concubinatus, ſed nuptiæ intelliguntur.*
31 *Pellex, quæ olim habita fuerit.*
32 *De ſucceßione antiqua vxorum in bonis mariti. nu. 39.*
33 *Vnde vir & vxor: Edictum Prætoris.*
34 *Bonorum poſſeßionis vnde vir & vxor, varius ordo. num. 36.37. & 38.*
35 *A teſtatorum ſucceßione ad inteſtatos tranſire, ordinarium fuit.*
40 *Vſu vxor vt habeatur, quid requiratur.*
41 *Bonorum poſſeß. onis vnde vir & vxor vt locus ſit, quæ requirantur. & num. 42 & quomodo differat à ſucceßione vxoris, quæ in manum viri conuenit. nu. 43.*
44 *Plutarchi locus in Numa explicatus.*
45 *Ciceronis locus lib. 1. de Orat. explicatus.*
46 *Succeßionis viri & vxoris ius tertium.*
47 *Maritus & vxor quando inuicem ſibi ſuccedant ex lege Theodoſij. & nu. 48.*
49 *De viri & vxoris ſucceßione, iure nouo.*

1 QVantum † ad vxores, quæ coemptione in manum viri conuenerunt, attinet, expeditum eſt, has ſolas appellatas eſſe matresfamiliâs. Nam vt Gellius ait, matremfamiliâs appellatam eſſe eam ſolam, quæ eſſet in mariti manu mancipioq́ne, aut in eius, in cuius maritus manu mancipioq́; eſſet, quoniã non in matrimonium tantùm, ſed in familiam quoque mariti, & in ſui hæredis locum veniſſet.

2 Matronam † autem dictam eſſe propriè, quæ in matrimoniũ cum viro veniſſet, quoad in eo matrimonio maneret: etiamſi liberi non dum nati forent: dictamq́ue eſſe ita à matris nomine, non adepto iam, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcẽdo: vnde ipſum quoque matrimonium dicitur. Ita Gellius lib. 18. cap. 6. de matrona Cicero diſſentire videtur. lib. 3. de natura Deorum. Natio, quæ quia partus matronarum tueatur, à naſcentibus nominata eſt. Quinimò matronas eas dici, quæ ſanctitate & honeſtate cæteras fœminas anteirent, ex eodem Cicerone conſtat. nam in Oratione pro Cœlio inquit. petulanter facimus ſi matremfamiliâs ſecùs, quam matronarũ ſanctitas poſtulat, nóminamus. de Matrona autem matreque familias Paulus in epitome ad Feſtum libr. 11.

Matronas † inquit appellabant eas ferè, quibus ſtolas habendi ius erat: Matronis aurum redditũ cùm legitur, hoc ſignificare videtur: quia matronę contulerunt ornatus ſui aurum ad Capitolium à Gallis Senonib. liberandum, quib. poſteà eſt redditum à populo Romano. Et iterũ: Matronæ à Magiſtratibus non ſubmouebantur ne pulſari cõtrectarive videantur: neve grauidæ concuterentur, ſed nec viri earum, ſedentes cum vxorib. in vehiculo deſcendere cogebantur. Ex quo ſimiliter loco patet matronarum appellationem ad grauidas quoquoque pertinuiſſe. 3

De matrefamilias † autẽ Paulus ad Feſtũ. 4
Materfamilias non ante dicebatur, quam vir eius paterfamilias dictus eſſet, nec poſſunt hoc nomine plures in vna familia præter vnam appellari, ſed nec vidua hoc nomine, nec ea quæ ſine filijs eſt, appellari poteſt.

Nonius Marcellus hic matronæ & matris familias diſſimilitudinẽ hoc modo veteres docti ſeparãt quidam, vt ſit matrona quæ peperit ſemel: materfamilias quæ ſæpiùs. ſed hæc definitio videtur abſurda.

Adhæc fidelius locupletiores matronam, quæ in matrimonio ſit mariti etiam ante ſuſceptos liberos dictam, meliore tamẽ matris futuræ ſpe, Marcus Tullius nomine nuncupatam: Matrem verò familias quæ in familla mancipioq́ue ſit patriæ, etſi in mariti matrimonio eſſet. ita Nonius.

Matronarum † habitus erat, vt honeſtæ & ingenuæ matronæ, vittatæ & ſtolatæ incederent non item libertinæ. Horatius libro 1. ſâtyr. 2. 5

Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte.

Et Ouidius de ingenuis matronis lib. 1. de arte amandi.

Eſte procul vittæ tenues, inſigne pudoris:
Quæq; tegis medios inſtita longa pedes.

Dicitur de matronis, quod in placandis dijs, ſuis crinibus ſolùm templi ſtratæ verrebant. Liuius lib. 3.

Strata paßim matres crinibus templa verrentes,
Veniam irarum cœleſtium, finemq; peſti expoſcunt.

Nam veteres, vt obiter interſeram, in placandis Dijs ſupplices procumbebant, limina oſculabantur, poſti caput allidebant, & per templum ad Sacrã aram accedebant, aut ad templum eius Dei, quem placare cupiebant, ſupplices repebant.

Tibullus:

Non ego ſi merui dubitem procumbere templis,
Et dare ſacratis oſcula liminibus.
Non ego tellurem genibus perrepere ſupplex,
Et miſerum ſancto tundere poſte caput.

Reuertendo ad matronas, Virgil. ſcribit lib. 4. Aeneid.

Ante ora deûm pingues ſpaciatur ad aras.

Quod dicit more Romano, quo matronæ

ante aras faculas tenentes, geſtu graui ſaltationemque ſeueram & verecundam imitante, mouebantur & ferebantur. Quo etiam alluſit Horatius de arte poëtica:

Vt feſtis matrona moueri iuſſa diebus.

Refert Liuius anno vrbis 360. propter munificentiam matronarum honorem ipſis à Senatu habitam, vt piſento ad ſacra ludosque, carpentis feſto profeſtoque vterentur.

Et eodem lib. ſub ann. vrbis 365. quòd cùm in publico deeſſet aurũ, ex quo ſumma pactæ mercedis conſerret, à matronis collatum acceperat, vt ſacro auro abſtineretur: matronis gratiæ actæ, honosq; aditus vt earum, ſicut virorum poſt mortem ſolẽnis laudatio eſſet.

6 Sed † quid ſi dixerimus matronas dici viduas. Liuius lib. 10. Eo anno inquit Q. Fabius Gurges conſulis filius, aliquot matronas ad populũ ſtupri damnatas, pecunia mulctauit. ex quo multa Titio ære, Veneris ædem quæ propè circum eſt, faciẽdam curauit. & lib. 25. ſub annum vrbis 538. ędiles plebeij aliquot matronas apud populũ probari accuſarũt, quaſdam ex eis damnatas in exilium egerunt. At qui inter ſtuprum vt Modeſt. inquit, & adulterium hoc intereſſe quidam putant, quod adulterium in nuptam, ſtuprum in viduã committit. Sed lex Iulia de adulterijs hoc verbo indifferenter vtitur, l. inter. 101. ff. de verb. ſig. Quæ ſignificatio de vidua eo plus confirmatur. Si enim matrona pro vxore accipiatur hoc loco. cognitio de impudicitia matronarum, non populi, ſed mariti & cognatorum fuiſſet: Quod ex Liuio lib. 89 patet. Mulieres inquit damnatas cognatis aut in quorum manu eſſent tradebãt, vt ipſi in priuato animaduerterent in eas, ſi nemo erat idoneus ſupplicij exactor, in publico animaduertebatur. ita Liuius.

Sed impedit moraturque quo minùs matronam putem viduam, quod idem Liuius ſcribit lib. 34. in prin. Tulerat Oppius tribunus plebis Q. Fabio T. Sempronio Conſſ. in medio ardore Punici belli. Ne qua mulier plus ſemuncia auri haberet: neu veſtimento verſicolori vterentur, aut propius inde mille paſſus, niſi ſacrorum Publicorum cauſa, veherentur. Subijcit Liuius, ad ſuadendum diſſuadendumque multi nobiles prodibant. Capitolium turba hominum fauentium aduerſantiumque legi, complebatur. matronæ nulla nec auctoritate, nec verecundia, nec imperio virorum contineri limine poterant.

Sed quid ſi imperium virorum etiam intelligamus, non de maritorum imperio, ſed in genere virorum? quod confirmatur ſequẽtibus verbis: qui hic mos eſt in publicum procurrendi? & obſidendi vias, & viros alienos appellandi.

7 Minimè autem † errabimus ſi matronam dicemus inſigni ſanctitate morum, pudicitia & verecundia fœminam. Sed nimium digreſſus, ad matremfamilias iterum reuertor, Materfamilias † itaq; propriè dicebatur illa quæ 8
per coemptionẽ in manum viri conuenerat. A qua definitione recedit Vlp. & matrẽfamilias ab honeſtate deſcribit: Matremfamilias accipere debemus eam quæ non inhoneſtè vixit: matrem enim familias à cæteris fœminis mores diſcernunt atque ſeparant, proinde nihil intererit, nupta ſit an vidua: ingenua ſit an libertina: nam neque nuptiæ, neque natales matremfamilias faciunt, ſed boni mores, l. pronunciatum. 46. ff. de verb. & rer. ſignifi & iterum Vlpia. cùm audis matremfamilias accipe noiæ auctoritatis fœminam, l. deinde 3. in fi. ff. de liberis exhib.

Qua in re Vlpian. à Cicerone, Gellio, Seruio, & Boetio diuortium facit. Hi enim conſentiunt, matremfamilias ſolam apud Romanos appellari, quæ coemptione nupſerat, atque in manum, id eſt, poteſtatem viri conuenerat: ac in familiã eius tranſierat, vt modò dicetur. Exiſtimat itaq; Alcia Obliteratis illis ſolẽnitatib. ex pudicitia & bonis morib. matremfamilias appellari cœpiſſe. Sed quid reſpõdebit Alciatus ipſi Vlpiano qui ait: farre conuenitur in manum certis verbis & teſtib decem pręſentib. & ſolenni ſacrificio facto, in quo panis quoq; farreus adhibetur, ſit. 9. in inſtit. Errabimus ne? ſi dixerimus Vlpianum, inter cætera, quę matremfamilias facẽt exiſtimare non tam eſſe nuptias, non tam natales, quã bonos mores? Quid enim ſi in manum venerit, ſi iuſtis natalib. orta fuerit? nec tamen pudica & bonis moribus prædita ſit, materfamilias ne cenſebitur? minimè. Vnde meritò dixit, matrẽfamil. accipere debemus, quæ non inhoneſtè in domo ſua vixit.

Sed relictis hiſce, ad ius ſucceſſionis deueniamus. Vxor itaque quæ coemptione in manum viri conueniebat, redigebatur in familiã mariti, & efficiebatur materfamilias, eratque in manu mancipioque, id eſt poteſtate mariti, ſicuti filiusfamilias, filiafamilias, quique deinceps vice eorum fungũtur, vtputà nepotes & neptes, & deinceps.

Conuenire † enim in manum & mancipa- 9
ri, eſt in poteſtatem viri venire: ſicut econtrà manu mitti, eſt liberari poteſtate, de quo Vlpia. in Inſt. tit. 10. Qui in poteſtate mãcipiove ſint quemadmodum eo iure liberentur.

Liberi inquit Vlp. parentum poteſtate liberantur emãcipatione, id eſt ſi poſtquã mancipati fuerint manumiſſi ſint, & C. & Caius in tit. 6. lib. 1 Emancipatio autem, hoc eſt traditio manus quæ ſimilitudo quædam venditionis eſt.

Mancipatione † quidẽ quæ eſt propria ſpe- 10
cies alienationis adquiruntur dominia: ſed

rerum,

rerum mancipi tantùm, ſicuti traditione rerum, nec mancipi dominia adprehendimus, ſi ex iuſta cauſa traditæ ſint nobis.

11 Coemptione † igitur atque in manu conuentione, vxor in filiæ locum, maritus in patris locũ veniebat, vt ſi quis fuiſſet defunctus, locum hæreditatis iuſtum alteri faceret, ac vt Caius ait: Vxor quoque quę in manu eius eſt, ſua hæres eſt; quia filiæ loco eſt. itẽ nurus quæ in filij manu eſt: nam & hæc neptis loco eſt, ſed ita demùm erit ſua hæres, ſi filius cuius in manu erit, dũ pater moritur, in poteſtate eius nõ ſit. Idemq; dicimus & de ea, quæ in nepotis manu, matrimonij cauſa ſit, quia pronepotis loco eſt. Ita Caius relatus à Petro Pythoeo tit. 16. Sic quoq; Vlp. in Inſt tit. 22. Qui hæredes inſtitui poſſunt ſui hæredes inſtituendi ſunt vel exhęredandi. ſui autem heredes ſunt liberi, quos in poteſtate habemus tam naturales quàm adoptiui: item vxor quæ in manu eſt, & nurus quæ in manu eſt filij, quém in poteſtate habemus. & iterum à Pythoeo relatus d. tit. 16. Conſanguineos enim & adoptio facit, & adrogatio, cauſæ probatio, & in manu conuentio.

12 Et † Seruius lib. 7. Aeneid ſcribit: Per coemptionem inquit, facto matrimonio ſibi inuicem ſuccedebant.

13 Quemadmodũ † pariter & vice verſa, cùm mulier viro in manum conuenit, omnia quę mulieris fuerunt, viri ſiunt dotis nomine, vt Cicero inquit in Topicis. in loco ab effectis. Teſtari tamen arbitratu poterant ſuo. Nam à tutoris poteſtate liberatur, quæ materfamilias appellatur: tametſi etiam quibuſdam in rebus tutorum poteſtas, ſed multò leuior permaneret.

14 Præterea † mulieres quę in manum viri coemptione venerant à tutela, ſub qua ſunt, liberantur. Fœminæ enim perpetua tutela continebantur, à qua recedebant, quæ in viri manum conueniſſent.

Nam vt Liuius ſcribit libr. 34. in prin. maiores noſtri inquit, nullam ne priuatam quidem rem agere fœminas ſine auctore voluerunt: in manu eſſe parẽtum, fratrum, virorũ.

Inde lex Attilia, inquit Vlp. iubebat mulieribus pupillisve non habentibuss tutores dari à Prętore, & maiore parte tribunorum ple-

15 bis, quos tutores † Attilianos appellamus Sicuti etiam ex lege Iulia de maritandis ordinibus tutor datur à Prætore vrbis, ei mulieri virginive quàm ex hac ipſa lege nubere oportet, ad dotem dandam, dicendam, promittendamve, ſi legitimum tutorẽ illa non habeat: de quo & alijs caſibus Vlpian in Inſti. tit. 11.

Poſteaquàm igitur in manum viri conue-

16 niſſet, † tutela liberabatur.

Ex quo & hoc eſt, quòd peculiari quadam

17 nota paterfamilias † dominus, materfamilias domina dicebatur, οἰκοδεσπότης, καὶ οἰκοδέσποινα, vt Iulius Pollux ſcribit. Et Vlpia Paterfamilias, inquit, appellatur, qui in domo dominium habet, l. pronunciatio. 195 ff. de verb. ſign.

Vnde coniuges mutuo ſe † dominos dominaſque appellabant. Paul. Cum petenti mihi abs te domine chariſſime, l. ea quæ. 57. ff. de donat. inter virum & vxorem. 18

Scæuola. Peto à te domina vxor, ne ex fundo Titiano partem tibi vendices, l. vxorem. in princ. de legat. 3. Et iterum Scæuola, Domina ſanctiſſima, ſcio te de amicis meis curaturam, ne quid his deſit, l. Titia. 19. § Qui Marco ff. de ann. lega. Et iterum Scæuola: Sempronię dominę meæ hoc ampliùs argentum balneare, l. fi. ff. de auro & arg. leg. & paſſim alibi.

Vnde etiam placuit cum vxore † furti agere non poſſe, quibuſdam exiſtimantibus, ne quidem furtum eam facere, vt Neruæ & Caſſio. quia ſocietas vitæ, quodammodò dominam eam faceret alijs, vt Sabino & Proculo, furtum quidem eam facere, ſicuti ſua patri faciat, ſed furti non eſſe actionem conſtituto iure, in qua ſententia & Iulianus rectiſſimè eſt. Ita Paul. l. 1. ff. rerum amotar. 19

Hinc Modeſtinus quoque nuptias † definit, coniunctionem maris & fœminę, & conſortium omnis vitæ, diuini & humani iuris communicationem, l. 1. ff. de ritu nup. Diuini quidem iuris, quia vxor particeps reddebatur ſacrorum mariti. 20

Fuerunt enim genti cuique peculiaria ſacra, quæ dijs penatibus paterfamilias faceret, qui dij penates, appellabantur patrij familiaresque. Ita Cicero pro domo. Vos patrij penates familiaresque. Et pro Sylla. Dij patrij ac penates. Et ſacra ipſa dicebantur † priuata & 21 gentilitia. De his ſacris lege duodecim tabul. continetur. Sacra priuata perpetua manento. Cicero lib. 2. de legib. & ibidem Cice. ne ſacrorum memoria morte patrisfamilias occideret, iura Pontificum authoritate conſecuta ſunt, vt ijs eſſent ea adiuncta, ad quos eiuſdem morte pecunia venerit. Et iterum eod. libr. Sacris patrisfamilias mortui aſtringitur, qui morte teſtamentove eius tantundem capiat quantum omnes hæredes. Deinde, ſi nemo ſit hæres, qui de bonis quæ eius fuerint cùm moreretur, acceperit plurimùm poſſidendo. ſi nemo ſit qui vllam rem cœperit, de creditoribus eius qui plurimum ſernet. Extrema illa perſona eſt, vt is qui ei qui mortuus ſit, pecuniam debuerit, neminique eam ſoluerit, perinde habeatur quaſi eam pecuniam cœperit.

Iiſdem igitur ſacris † aſtringebantur, eorundemque participes reddebantur omnes, qui in manu mancipioque patrisfamilias erant, veluti liberi, vxor, cæterique familiares. 22

manum viri conuenerant per coemptionem
vel conſarreationem, marito ſuccedebant.
Vnde lege Romuli cæteræ, quæ vſu vel con-
ſuetudine vxores erant, non admittebantur.
Harum itaque cauſſa Prætorium ius indu-
ctum eſt. Cùm enim lege Romuli non com
præhenderentur, Prætor edicto ſuo his ſub-
uenit.

Secundum itaque ius circa ſucceſſionem
33 viri & vxoris, conſiſtit in edicto † Prætoris,
vnde vir & vxor. Prætor enim hoc caſu, quo
vxor ex lege ſuccedere non poteſt, dat bono-
rum poſſeſſionem, vnde vir & vxor. Per le-
gem enim tantum vel ſimilem iuris conſtitu
tionem hæredes fiunt, veluti per Senatuſcon
ſulta, & principales conſtitutiones, ſed cum
Prætor eis dat bonorum poſſeſſionem, loco
hæredum conſtituit. §. quos autem. Inſtitu. de
bon. poſſeſſ.

Huius autem bonorum poſſeſſionis, vnde
34 vir & vxor, † incertus variuſque ordo à Pru-
dentibus traditur. Vlpianus in Fragmentis ti-
tu. 8. ſexto ordine collocat bonorum poſſeſ-
ſionem, vnde vir & vxor Inteſtati, inquit, da-
tur bonorum poſſeſſio per ſeptem gradus.
Primo gradu, liberis Secundo, legitimis hære
dibus. Tertio, proximis cognatis. Quarto, fa-
miliæ. Quinto, patrono patronæ, liberisve pa-
troni patronæve. Sexto, viro vxori. Septimo,
cognatis manumiſſoris: quibus per legem Fu-
riam plus mille aſſes capere licet. Si nemo ſit
ad quem bonorum poſſeſſio pertinere poſ-
ſit, aut ſit quidem, ſed ius ſuum omiſerit, po-
pulo bona deferuntur ex lege Iulia Cadu
caria.

Alter idem Vlpianus. Poſteaquam, inquit
Prætor locutus eſt de bonorum poſſeſſione
35 eius, qui teſtatus eſt, tranſitum fecit ad † inte-
ſtatos, eum ordinē ſecutus, quem & lex duo-
decim Tabularum ſecuta eſt. Fuit enim ordi-
narium, antè de iudiciis teſtantium: deinde
de ſucceſſione ab inteſtato ſic loqui: ſed ſuc-
ceſſionem ab inteſtato in plures partes diui-
ſit. Fecit enim gradus varios: primum libero
rum: ſecundum, legitimorum: tertium, cog-
36 natorum, deinde † viri & vxoris. l. 1. ff. ſi tabu-
læ teſtamenti nullæ extabunt. Et idem Vlpia-
nus In libro Inſtitut. ab inteſtato. Qui locus
extat in collat. legum Moſaicarum, in titu. 16.
in fine. Poſt conſanguineos, inquit, Prætor vo
cat cognatos. Cognati autem ſunt, qui nos
per patrem aut matrem contingunt. Poſt co-
gnatos virum & vxorem. Eundem ordinem
recenſet Modeſtinus: Inteſtati hi gradus vo-
cantur: Primum ſui hæredes: Secundò, legiti-
mi: Tertiò, proximi cognati: Deinde, vir &
vxor. l. 1. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſio-
ne ſeruetur. Qui locus Modeſtini in Baſilic. li
bro 45. tit. 2. mutatus, & ad præſentia tempora
accommodatus extat. Modeſtinus: Eorum
inquit, qui veniunt ab inteſtato, primi vocan
tur deſcendentes, ſecundi aſcendentes, tertij
ij qui veniunt ex tranſuerſo. quarti, vir &
vxor.

Alium ordinem bonorum poſſeſſionum
recenſet Iuſtinianus, & bonorum poſſeſſio-
nem † vnde vir & vxor, ſeptimo loco collo- 37
cat. Primo loco, ait, ſuis hæredibus & his qui
ex edicto Prætoris inter ſuos hæredes connu-
merantur, dat bonorum poſſeſſionem, quæ
vocatur, Vnde liberi. Secundò, legitimis hæ-
redibus Tertiò, decem perſonis, quas extra-
neo manumiſſori præferebat Quartò, cogna-
tis proximis Quintò, tanquam ex familia. Se-
xtò, patrono patronæque, liberiſque eorum
& parentibus. Septimo, viro & vxori. Octauò,
cognatis manumiſſoris. § ſunt autem. Inſtit.
de bon. poſſ.

Quem ordinem Prætorium Iuſtinianus e-
mendauit, bonorumque poſſeſſionem vnde
decem perſonæ, item tanquam de familia:
item Vnde liberi patroni patronæ & paren-
tes eorum: item cognati manumiſſoris,
prorſus ſuſtulit, euacuauitque, & ad quatu-
or ordines redegit: Vnde liberi, Vnde legiti-
mi, vnde cognati, vnde vir & vxor. §. quæ au-
tem, & §§ ſeqq Inſt de bon. poſſ.

Quo in loco obſeruandum eſt, Iuſtinianū
ordinem edicti Prætorij ſecutum, initium fa-
cere à bonorum poſſeſſionibus ex teſtamen-
tis & haſce cæteris adijcere.

Nouiſſimo itaq; iure bonorum poſſeſſio, † 38
vnde vir & vxor, quæ ſecundùm edicti formā
erat nona, ſecundùm Vlpia ſeptima, redacta
eſt in quartum locum. Quarto igitur loco, ceſ
ſante bonorum poſſeſſione Vnde liberi, item
Vnde legitimi, & Vnde cognati Prætor vo-
cat ad bona inteſtati mariti vxorē quæ in ma-
num viri non conuenit, & vice verſa maritū
in bona vxoris. Quemadmodum igitur legib.
Senatuſconſultis, conſtitutionibusve Princi-
pum hæredes fiunt ipſo iure, & Prætor eos q
legibus, Senatuſconſultis conſtitutionibusve
principum non comprehenduntur, quaſi hę-
redes, vice vel loco hæredū facit: ſic hoc quo-
que caſu, cùm lege antiquiſſima Romuli, vxo
res quæ vel conſarratione vel coemptione in
manum viri conueniunt, participes ſint om-
nium bonorum: & vxor quę in manu viri eſt,
† ſua hæres & filiæ loco ſit, ac vt alibi Vlpian. 39
ait, ſororis loco etiam eſt mater, aut nouerca,
quæ per in manum conuentionem apud pa-
trem noſtrum ius filiæ conſecuta eſt: Hac au-
tem lege non contineantur vxores, quæ vſu
vel conſuetudine tantummodò vxores habē
tur, Prætori æquū viſum eſt, vſu vxores, ex edi
cto ſuo quaſi hæredes, & loco hæredum fa-
cere.

Vt autem vſu habeatur vxor, † neceſſe eſt, 40
vt ſit honeſtæ vitæ, item ingenua mulier.

l.in concubinatu.3.ff.de concub.aut aliàs legi
bus matrimonio copulari non prohibeatur.
Cùm illis enim quæ à matrimonio ingenuo-
rum arceantur, concubinatus tantummodò
iniri poteſt, quales ſunt illę, quæ obſcuro loco
natæ ſunt, quæ quæſtum corpore fecerunt.
d.l.3.

41 Bonorum itaque poſſeſſioni, † vnde vir &
vxor, vt locus ſuit, oportet iuſtum eſſe matri-
monium vel connubium, quod eſt vxoris iu-
re ducendæ facultas: quod connubium ha-
bent ſoli ciues Romani, cum ciuibus Roma-
nis, cum Latinis autem & peregrinis ita, ſi cō-
ceſſum ſit, de quo iuſto connubio veteri Vl-
pianus in fragmen.tit.5 de his qui in poteſta-
re ſunt. & Caius lib.poſter.tit.4. de matrimo-
nijs. Cæterùm ſi iniuſtum ſit matrimonium,
nequaquam bonorum poſſeſſio peti poterit,
quemadmodum nec ex teſtamento adiri hæ-
reditas, vel ſecundùm tabulas peti bonorum
poſſeſſio poteſt: nihil enim capi propter iniu-
ſtum matrimonium poteſt. Secundò, vt hæc
42 bonorum poſſeſſio obtineat, vxorem † eſſe o-
portet mortis tempore. quandoque etiam di-
uortio ſecuto, durante tamen matrimonio.
Veluti, ſi liberta inuito patrono diuertit, lex
Iulia retinet iſtam in matrimonio, dum eam
prohibet alij nubere inuito patrono. Item lex
Iulia de adulterijs, niſi certo modo diuortiū
factum ſit, pro infecto habet. l. vnic. ff. vn-
de vir & vxor. De priore caſu, liberta vide-
licet, extat eiuſdem Vlpiani caput in l. 1. ff. de
diuortijs. De altero, nempè de diuortio certo
modo facto, Paul. in l. nullum. 9. de diuortijs.
Cuius diuortij cauſæ aliæ ponuntur à Theo-
doſio & Valent. l. conſenſu. 8. C. de Repudijs.
& à Iuſtiniano in Authen. vt liceat matri, &
auiæ. c. 8. §. quia verò plurimas in veteribus. &
in auth. de nupt. §. ſi igitur.

Differt verò hæc bonorum poſſeſſio vnde
43 vir & vxor, † quæ datur mulieri, quæ vſu &
conſuetudine vxor habetur, à ſucceſſione v-
xoris quæ in manum viri conuenit. Quia hęc
ſua hæres marito, & filiæ loco eſt, ac ſororis,
& directo ipſoque iure cum cæteris filijs hæ-
res fit, lege duodecim Tabularum, vel ex pri-
ma parte edicti, vnde liberi. Sed vſu vxor, non
aliter niſi prioribus ordinibus non extantibꝰ,
ac ex mero Prætoris beneficio.

Duo obiter inſignes loci notandi ſunt, v-
44 nus apud Plutarchum, in vita Numæ, † in cō-
paratione Numæ & Lycurgi, vbi eorum quæ
vſu vxores habentur, ortum ad Numæ inſti-
tutum referre videtur. De Lycurgo loquens,
ait, Cùm connubiorum educandorumque li-
berorum illa communio, vtrique viro vxo-
riæ pudicitiæ ſuſpicionem ritè ac ciuiliter a-
mouiſſet, non per omnia in eandem rem
conſenſerunt: ſed Romanus quidam vir,
cum ſatis ſibi filij educati eſſent, alterius ſuaſ-
ſionibus qui filijs indigeret, vxorem, cuius de-
dendæ recipiendæque ius haberet, cedebat.
At Lacon, quæ domi apud ſe eſſet, manente
etiam connubio in antiquo iure, vxorem ei
impertiebat, qui ad ſobolem ſuſcipiendam
ſuaſiſſet.

Alter locus à Cicerone adducitur lib. 1 de
Oratore. Quid, inquit, † quod vſu memoria 45
patrum venit, vt paterfamilias qui ex Hiſpa-
nia Romam veniſſet, cum vxorem prægnan-
tem in prouincia reliquiſſet, Romæq; alterā
duxiſſet, neq; nuncium priori remiſiſſet, mor
tuusq; eſſet inteſtatò, & ex vtraq; filius natus
eſſet: mediocrisne res in controuerſiam addu
cta eſt, cum quæreretur de duobus ciuium ca-
pitibus, & de puero qui ex poſteriore natus e-
rat, & de matre? quæ ſi iudicaretur certis qui-
buſdam verbis non nouis nuptijs fieri cum ſu
periore diuortium, in concubinæ locum du-
ceretur. Et tantùm de ſucceſſione viri & vxo-
ris tam veteri lege, quàm prætorio iure.

Tertium ius circa ſucceſſionē viri & vxo-
ris † conſiſtit in conſtitutione Theodoſij iu- 46
nioris & Valentiniani, quæ promulgata eſt
Hierio & Ardaburio Coss. id eſt, anno Vrbis
1180. & anno Chriſti 429. Nuptijs enim genti-
lium interdictis à Valentiniano & Valente
anno vrbis 1118. & anno Chriſti 367. abolitis i-
tem veteribus formis differentijſq; nuptiarū,
ac Chriſtianis ſolennibus inductis, Theodo-
ſius iunior, & Valentinianus, modum etiam
ſucceſſionis inter virum & vxorem præſcrip-
ſit, reiecto diſcrimine nuptiarum. Maritus in-
quit, & vxor † ab inteſtato inuicem ſibi in ſo- 47
lidum pro antiquo iure ſuccedant, quotiens
deficit omnis parētum liberorumve ſeu pro-
pinquorum legitima vel naturalis ſucceſſio,
fiſco excluſo. In qua conſtitutione Impp. ſecu
ti ſunt prætoris æquitatem, vt deficientibus li
beris, & aſcendentibus, & ex tranſuerſo con-
iunctis, in ſolidum ſuccedat vxor viro, quod
olim obtinebat in ea, quæ vſu & conſuetudi-
ne vxor habebatur. Nam eiuſmodi vxor quar
to loco vocabatur. Atqui Impp. Theod. & Va
lent. in eum ſolummodò caſum conſtitutio-
nem ediderunt, quo nulli neq; liberi, nec aſcē
dentes, nec collaterales extant. Quid igitur ſta
tuetur, ſi vxor † liberos ex marito ſuperſtites 48
habet, ſuccedetne tanquam filia & ſororis lo-
co cū cæteris liberis habebitur? Antiquo qui-
dem iure ſororis loco eſt mater aut nouerca,
quæ per in manū conuentionem apud patrē
ius filiæ conſecuta eſt, & vnà cum liberis ſuc-
cedit. Sed de hoc nihil in cōſtitutione illa, vn-
de non difficulter Impp. hunc caſum neglige
re voluiſſe, veteri differentia vxorum & ſuc-
ceſſionis repudiata antiquataq;.

Poſtremum ius circa ſucceſſionem viri &
† vxoris inductum eſt à Iuſtiniano, eo caſu 49
quo matrimonium ſine dote, & vxor prorſus
inops

inops eſt, ac liberos habet, quatenus cum his ſuccedat, de quo iam dicetur.

Hæc pro hiſtoria ſucceſſionis inter virum & vxorem tam antiquo, quàm Prætorio iure, denique poſterioribus principum conſtitutionibus, adferre placuit. Vidi enim multos, neglecto hoc ordine valdè halucinati, & impingere. Nunc igitur ad rem ipſam.

CAPVT III.

Succeſsio viri & vxoris, quando locum habeat.

SVMMARIA.

1 *Deſcendentibus aut aſcendentibus nullis neq; ex latere ad decimum gradum extantibus, viri & vxoris ſucceſsio admittitur in ſolidum.*

2 *Poſſeßio bonorum, vnde vir & vxor, intra centum dies petenda.*

3 *Matrimonium fuiſſe iuſtum, requirit viri & vxoris ſucceßio.*

4 *Matrimonium eſſe per verba de præſenti contractum oportuit, vt locus ſit ſucceßioni viri & vxoris.*

5 *Vxorem permanſiſſe oportuit cum marito, neq; intra annũ luctus nupſiſſe, vt viro ſuccedat. & nu. 6.*

7 *Socer an defuncto filio, nurui ſuccedat.*

8 *Sponſa de futuro non ſuccedit ſponſo deficientibus etiam reliquis ſucceſſoribus.*

9 *Vxoris appellatione an & quando contineatur ſponſa, & num. 10.*

11 *Matrimonium per verba de præſenti contractum, etiamſi non conſummatum, matrimonium eſt.*

12 *Sponſus per verba de præſenti adulterij accuſationem licitè inſtituit.*

13 *Donatio inter coniuges prohibita, etiam inter ſponſum & ſponſam de præſenti prohibita.*

14 *Rapiens ſibi deſponſatam per verba de præſenti, pœnam raptus non patitur.*

15 *Sponſus de præſenti aliam ducere viuente ſponſa nõ poteſt.*

16 *Sponſus & ſponſa de præſenti impunè commiſcentur.*

17 *Cingendus in proximo pro cincto eſt.*

18 *Eccleſia breui conſecranda, pro conſecrata habetur.*

19 *Sponſa de præſenti vt vxor, ſuccedit ſponſo.*

20 *Concubina non venit vxoris appellatione.*

21 *Intellectus l. item legato § paruis. ff. de leg. 3.*

22 *Vxorem ſine iuſta cauſa domo eyciens, non ſuccedit ei ab inteſtato*

23 *Mariti officium quod ſit.*

24 *Maritus vxorem ſine iuſta cauſa occidens, vel contra, eius hæres inteſtato non eſt.*

25 *Maritus vxorẽ eius adulterã occidendo, nõ priuatur eius ſucceßione.*

26 *Maritus vxori nec econtra in feudis ſuccedit.*

27 *Statutum de dote lucranda, in feudo non obtinet, niſi bare dotarium.*

28 *Vxor non ſuccedit marito in caſibus quibus alimenta denegantur.*

29 *Coniunx cauſam dans ſeparationis thori non ſuccedit innocenti.*

30 *Edicti prætoris, vnde vir & vxor, cauſa impulſiua.*

31 *Diuortium hodie ob ſolam fornicationem conceſſum.*

1 NVllis † prorſus extantibus aut deſcendẽtibus, aut aſcendẽtibus, aut ex latere iunctis, vſque ad decimum gradum, vir vxori, & econtrà vxor viro ab inteſtato in ſolidũ ſuccedit, l. vnica. ff. vnde vir & vxor. Quòd Ius antiquum aut Prætorium repetijt, & denuò confirmauit Theodoſius, anno Chriſti 429 XII. Calendis Martij. Maritus, inquit, & vxor ab inteſtato inuicem ſibi in ſolidum pro antiquo iure ſuccedant, quotiens deficit omnis parentum, liberorumve, ſeu propinquorum legitima, vel naturalis ſucceſſio, fiſco excluſo.

Quia † verò hæc ſucceſſio tota ex iure Prætorio pendet: neceſſe eſt, vt hæc ipſa bonorum poſſeſſio, vnde vir & vor, intra centum dies petatur. gloſſ. in l. finall, C. vnde legitimi. l. 2. C. qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſint. Bonorum enim poſſeſſio, quæ proximitatis nomine competit, duntaxat intra cẽtum dierum ſpaclum peti debet, ne eo ſpacio temporis neglecto, ad fiſcum hereditas deuoluatur & deferatur. 2

Hæc autem concluſio vt procedat, quatuor neceſſaria ſunt, & requiruntur. Primò, † 3
quòd matrimonium iuſtum & legitimum ſecundùm legum Canonumque præſcriptum, inter eos contractum, initumque ſit. l. 1. ff. vnde vir & vxor. veluti, quòd conſenſus parentum acceſſerit: quòd talis non fuerit perſona, quæ à matrimonij coniunctione impediri potuit: veluti monialis, conſanguinea ve. c. debet. extrà, de conſanguin. & affinitate. Cum enim matrimonium cum his eſſe non potuerit ab initio: neque etiam viri vxoriſque appellationem mereantur. § ſi aduerſus ea. Inſtitut. de nuptijs. Conſequitur non obſcurè, bonorum poſſeſſioni, vnde vir & vxor, locum non fieri. Qui enim contra leges contrahit, lucrum legale perdit, l. qui contra, C. de inceſtis nuptijs.

Niſi tamen vel iuſta ignorantia vterque contrahens lapſus ſit: nempe, quòd ſe ſanguine iunctos ignorabãt: vel ſi maritus deſeruiſſet vxorem, & poſt multos annos conſtanti fama, maritum mortuum eſſe audijſſet, ac denuò nupſiſſet. Nam tum ſimiliter ſecundus maritus vxori ſuccedet. l. qui contrà. C. de inceſtis nuptijs. Hæc enim ignorantia excuſat.

Secundò requiritur, † quòd matrimonium 4
celebratum ſit, per verba de præſenti. Diuerſum enim eſt, in matrimonio contracto per verba de futuro, quòd iuris fictione pro matrimonio habetur. l. Deo nobis. 42. in princ. C. de epiſcopis & clericis. Bald. in l. 1. C. vnde vir & vxor.

Tertiò, vt † huic bonorum poſſeſſioni locus ſit, neceſſarium eſt eos in matrimonio 5
permanſiſſe vſque ad mortem, d. l. vnic. C. vnde vir & vxor.

Quartò, † quòd vxor intra annum luctus 6

non

non nupſerit. ſi enim, neglecto ſpretoque luctus tempore, ſecundis ſe funeſtet nuptijs, ad hanc ſucceſſionem minimè admittitur. l. 1. & 2. C. de ſecundis nupt.

Hanc prętoriam æquitatem in ſucceſſione viri & vxoris, Theodoſius ad coniuges clericorum tranſtulit quoque, & traduxit, l. ſi quis presbyter. 20. C. de epiſcopis & clericis, quem textum adſcribam, vt videant iuniores, coniugium presbyteris, diaconis, diaconiſſis, clericis, & monachis permiſſum ac conceſſum fuiſſe. Si quis presbyter, inquit, aut diaconus, aut diaconiſſa, vel ſubdiaconus, aut cuiuſlibet alterius loci clericus, aut monachus, aut mulier, quæ ſolitariæ vitæ dedita eſt, nullo cõdito teſtamento deceſſerit, nec ei parentes vtriuſque ſexus, vel liberi, vel qui agnationis, cognationisve iure iunguntur, vel vxor extiterit: bona quę ad eum vel eam pertinuerunt, ſacroſanctæ eccleſiæ, vel monaſterio, cui fortè fuerat deſtinatus, aut deſtinata, omnimodò ſocientur.

Nouis verò pontificum ſanctionibus, præſertim Alexandri III. matrimonia clericis interdicta, prohibitaque ſunt, cap. 1. extrà, de clericis coniugatis. Si qui clericorum infrà ſubdiaconatum acceperit vxores, ipſos ad relinquenda beneficia eccleſiaſtica, & retinendas vxores diſtrictione eccleſiaſtica compellatis: ſed ſi in ſubdiaconatu, & alijs ſuperioribus ordinibus vxores accepiſſe noſcuntur, eos vxores dimittere, & pœnitentiam agere de commiſſo per ſuſpenſionis & excommunicationis ſententiam compellere procuretis: cum ſimilibus multis, quę traduntur in 27 quæſtio. 1.

Quæ tamen pontificia authoritas ac amplitudo apud noſtros homines nullius eſt momenti, & nihil ferè valet. Conſtitutioni itaq; Theodoſianæ adhuc hodie inter nos locus eſt, & vxores clericorum maritis, ſine liberis agnatis cognatiſq; decedentibus, ſuccedunt, d. l. ſi quis presbyter. 20. Quod ſimiliter in Gręca & Orientali Eccleſia vbique obſeruari ſolet, c. cum olim. 6. extrà, de clericis coniugatis, quemadmodum etiam teſtatur Sigiſmundus Baro in Heberſtein, in Hiſtoria Moſcouitica. In diaconum, inquit, nemo conſecratur, niſi coniugatus. vnde plerunque & nuptias celebrare, & in gradum diaconatus ſimul ordinari ſolent. Si verò ſponſa alicuius diaconi malè audit: tum in diaconum, niſi integræ famæ vxorem duxerit, non conſecratur. Mortua coniuge, ſacerdos à ſacris obeundis prorſus ſuſpenditur. ſi caſtè tamen viuit, officijs ac alijs rebus diuinis cum cæteris eccleſiæ miniſtris choro tanquam miniſter intereſſe poteſt. Et conſuetudo quidem anteà erat, vt vidui caſtè viuentes, ſine reprehenſione ſacra peragerent. ſed nunc mos inualuit, vt nullus viduorum ad ſacra facienda admittatur, niſi monaſterium aliquod ingrediatur, iuxtaque regulam viuat.

Concluſio hæc † prima ex Baldi ſententia 7
in d. l. 1. C. vnde vir & vxor, per gloſſam. in §. affinitatis verò mariti. Inſtitu. de nuptijs. producitur ad ſocerum. Exiſtimat enim, deficientibus liberis, agnatis, cognatis & vxore, ſocerum, id eſt, patrem vxoris marito ſuccedere poſſe. Quam tamen Baldi opinionem communi aſſenſu Interpretes reijciunt. Fulgoſius, Paulus de Caſtro, Romanus, Alexander, Philippus Decius, Iaſon, Ioannes Maria, Riminaldus, in d. l. 1. C. vnde vir & vxor. Neque ſine ratione.

Primò, vt hæc ſucceſſio locum habeat, neceſſe eſt fuiſſe tempore mortis matrimoniũ, l. 1. §. vt autẽ. ff. vnde vir & vxor. quod in hoc caſu eſſe non poteſt.

Deinde, certi Indubitatique iuris eſt, ratione affinitatis ſucceſſionem non dari, l. affinitatis iure. 7. C. communia de ſucceſſionibus.

Tertiò, appellatione viri & vxoris, ſocer & ſocrus non veniunt. Iniquum igitur, & cõtra omnem rationem eſſet, ea quæ de viro & vxore ſancita ſunt, transferre ad ſoccrum vel ſocrum, l. ſi verò, §. de viro. ff. ſoluto matrimonio.

Hæc prima concluſio, qua traditum eſt, maritum & vxorem ſibi inuicem ab inteſtato in ſolidum ſuccedere poſſe, quoties deficit omnis parentum, liberorumque ſeu propinquorum legitima, vel naturalis ſucceſſio: hæc inquam concluſio aliquot caſibus declaratur & limitatur.

Primò, vt non procedat † nec locum habe- 8
at in ſponſa de futuro. Hæc enim viro futuro minimè ſuccedet: nec contra vir vxori futuræ. Bald. in l. 1. C. vnde vir & vxor, in 2. quæſtione, & in l. fin. colum. final. verſicul ſexto quęro. C. vnde legitimi. Alexander in d. l. 1. C. vnde vir & vxor, & ibi Philippus Decius verſic. & regula, num. 6. Ioannes Maria, Riminaldus num. 7. verſic. & ſimiliter iſtam gloſſam infertur: ſucceſſio enim hæc ob matrimonium conceditur. l. 1. §. vnde autem. ff. vnde vir & vxor. Hic autem matrimonium nondum eſt, ſed fieri ſperatur: igitur nec ſucceſſio ea locum habebit.

Deinde appellatione † vxoris non com- 9
prehenditur ſponſa. l. ſi ſponſus 5. ff. de donatione inter virum & vxorem. c. tertio loco. extrà, de præſumptionibus. Neque ſponſus de futuro eſt maritus, l. 1. §. 1. verſic. & eſt quæſtio vulgata, ff. pro dote. Neque etiam ſponſalia de futuro matrimonium dici poſſunt, l. penultim. in fin. ff. quod falſo tutore authore. l. quod Seruius. 8. ff. de condictione cauſa data,

cau-

cauſa non ſequuta. Cùm quoque diſſoluātur, c.præterea.e.ſicuti.extrà, de ſponſ. neque affiniras ijs ſponſalibus cōtrahitur. d.l.quod Seruius.

10 Diuerſum verò eſt in ſponſa de præſentl. Baidus & Interpretes in d.l.1.C.vnde vir & vxor:quia illa vxor dicitur,l.nihil. 15. ff. rerum amotarum.l.cum fuerit.15. ff. de conditio. & demonſtratio.l.nuptias.31. ff. de regul iutis,c. coniuges.22.quæſtione 2.Baidus in l. Deo nobis.42.C.de epiſcop & cler.& in l. non ſine.5. C.de bonis quæ liberis.

11 Nam matrimonium contractum per verba de præſenti, licèt non ſit conſummatum, pro perfecto tamē matrimonio habetur. Barrolus in l.cùm fuerit.15 ff.de conditione & demonſtratione,c.ſufficit.27.quæſtione 2.Conſenſus enim cohabitandi, & indiuiduam vitæ conſuetudinem retinendi interueniens, eos coniuges fecit,c beata Maria.d.27.quæſtione 2.c.fin.extr de ſponſa duorum, & in c. vnico.de voto, lib.6. Petrus de Bellapertica, & Cynus in l.non ſine.5.C.de bonis quæ liberis. Latè tradit Fabianus de Pepis in Auth. præterea,nu.6.C.vnde vir & vxor.

12 Indequoque ſequitur, quòd † ſponſus per verba de præſenti non conſummato matrimonio,poſſit accuſationem adulterii inſtituere,l.fin.C.ad leg.Iuliam de adulter.Sicut eti-
13 am donatio,† quæ inter virum & vxorem eſt prohibita,prohibita cenſetur, ſi ſponſus per verba de præſenti ſponſæ donet.l. 3. §. 1. ff. de donatione inter virum & vxorem, l. penult. ff.eodem titulo,gloſſ.in l.ea quæ.26.ff.ad municipalem Baldus in l.cum te ſponſæ.9.C. de donat.ante nuptias.

14 Sicut † quoque ſponſus rapiens deſponſatam ſibi de præſenti in pœnam l. vnicæ. C. de raptu virginum, non incidit. Hippolytus de Marſilijs in d.l.vnica.num.90.verſ. modo redeundo ad textum. Quod multis rationibus probatur & confirmatur:ſpōſus enim de præſenti,ſi deſponſatam rapiens,punietur ea pœna, tum deſponſatio uullius eſſet vtilitatis, neque aliquas vires haberet: quòd minimè dici debet,argu.eorum, quæ tradidit Bald.in rub.C. de contrah. empt. in 9. q.

Præterea cum ſequi debent commoda, ad quem incommodum pertinet, l. ſecundùm
15 naturam.10.ff.de regu.iur.ſponſo † autem incommodum maximum impendet, quia ſpōſalibus de præſenti libertatem perſonæ amiſit. Ea enim viuente, cum altera matrimonium contrahere non poteſt,c.an quod.c.quos Deus.33.quæſt. 2.c.inter corporalia,de tranſlatio.epiſcop.Conſequi igitur commodum debet,vt & releuetur pœna.

16 Deinde † contra ſponſum de præſentl, itē que ſponſam, qui inuenti ſunt in commixtione,accuſatio inſtitui non poteſt.gloſſ.ſingularis in l penult.ff.de fideiuſſorib. & ibi Bald.& Ange.& Bald.in l.quicunque.4.C.de ſeruis fugitiuis,& in l.vnica.in vlt.col.C.de confeſſ & in l.eam quam,14 in 8.col. C. de fideicom. & In c.iniuria.tit.de pace iuramento firmanda. & in c. tertio loco. extr. de præſumptionibus: Bald.in conſ.49. incip. quidam nomine Dominicus.in 2.vol.Alexan.conſ.224. incip. viſo proceſſu,in 2.charta.in vlt.col. & in conſi. 24.incip.animaduerſio.in 6.col.in 2.vol. Cæpolia in cautela 44.& in conſ.57. incip. ſuper querela. Bauerins in 47.priuilegio iuramenti. Hippolytus de Marſilijs in ſingulari 22.incip. confeſſio offenſi.

Et generalis eſt regula, quòd † qui de proxi 17
mo eſt cingendus,habeatur pro cincto, l.pen. ff.de teſtamentis.l.item legato.47. ff. de leg.3. l.ſi quis cum ſciret.8. ff. de vſucapio. pro emptore.§.fin. Auth. de exactione inſtantis pecuniæ.Bald in l.ſi non ſortem. 26. in §. adcò, in princ.ff.de condictio.indebiti.

Inde Salycetus in l.cum te.9.in fin.C.de donatio ante nuptias ait:quòd pro coniuncta & copulata carnaliter habeatur illa,quę de proximo eſt copulanda. Salycetum refert & ſequitur Felin. in c.tertio loco. In 4. colum. in verſicu.& retenta. extr. de præſumptionibus. & in rubr.extr.de ſponſalibus. Caſtrenſ. conſi.239.incip.videtur dicendum.Hippolytus de Marſilijs ſingu.106.Incip.quæ de proximo. Alexan.conſi.42.incip. conſideratis, in 50. col. in 7.volu. Exemplo fructuum. Fructus enim, qui breui colligendi erunt, pro collectis habētur.glo.& Bart.in l.diuortio.8.§ interdum.in 5.col.ff.ſoluto matrim.

Quemadmodum † etiam eccleſia conſe- 18
cranda breui,pro conſecrata habetur:ijs denique priuilegijs, quæ conſecratis conceſſa ſunt & attributa,vtitur. Panormitanus in c. eccleſia.in 3.not.extr de immunitate eccleſiarum. ſicuti quoque qui breui condemnandus eſt, pro condemnato habetur,l.qui pœnæ.8 §. diuus quoque Pius ff.de manumiſ.Ideoque ſi de pœna Infligenda agatur,fideiuſſoribus relaxari non poteſt.tit.de cuſtodia reorum. Bald.in l.ſed etſi is.21.ff.de in ius vocan. & in l. ſi quis poſt accuſationem.9.ff.de teſtamentis. & in l. nullus.2. C.de exhib. reis. Ludouicus Romanus ſingul.ſuo 492.incipien.accuſatus de crimine capitali. Hippolytus ſingulari 381. incipien.licet reus,& in rubr. ff.de fideiuſſoribus, 32.colum.

Multa alia † pro confirmanda hac opinio 19
ne,qua traditur ſponſam de præſenti vxori,in ipſa ſucceſſione aſſequenda,æquiparari,adferri poſſunt, quæ latè traduntur in diſputatione:Stante ſtatuto, quod maritus aliquam dotis partem lucretur,an in ſponſo, qui per verba de præſenti matrimonium cōtraxit, idem obtineat.de qua quæſtione vide Bal. in l.Deo nobis

nobis.42.C.de epiſcop.& cleric. & in l. ſanci-
mus.27.C.de nupt.& in d.l.cum te ſponſæ.Ca
ſtren.in l.de diuiſione.5.ff. ſolut.matrimon.
Bart.in l.nihil.15.ff.rerum amotarum.Panor-
mitan.in c.ex publico.extrà,de conuerſ. con-
iugat.& in d.c.tertio loco.extr.de præſumpti-
onibus,& in conſ.1.in 1.volum.& in conſ.79.
in 2.volum.Alexand.& Iaſon in l. ſi donatu-
rus.9.in fin.ff.de condictio. ob cauſam. Bald.
& Angelus Peruſ.l.ſolet.10.ff.de his qui notã-
tur infam.Angelus Aret.in §.fuerat.Inſtit.de
actionib.Felin.in rub.de ſponſal.in 1.col.ver-
ſic.ex prædictis infertur.

20 Secundò,declaratur † prima concluſio, vt
locum non habeat in concubina. Hæc enim
concubina ab inteſtato non ſuccedit, gloſſ.in
§.conſideremus.in Auth. de triente & ſemiſ-
ſe, ex regula Vlpiani in d.l.1.ff.vnde vir & v-
xor. Quia vt hæc bonorum poſſeſſio,vnde vir
& vxor,peti poſſit,iuſtum eſſe matrimonium
oportet.Et appellatione vxoris non venit cõ-
cubina.l.ſi cõcubina.17.ff.rerum amotarum,
l.donationes in concubinam.32.ff.de dona-
tionibus.

21 Neque obſtat, quòd † Iuriſconſultus alibi
parem conditionem facit vxoris & concubi-
næ,excepto ſtatu aut dignitate,vt in l.item le-
gato.49.§.parui.ff.de lega.3. Quia verum hoc
eſt, quoad obſequia matrimonialia præſtan-
da:non autem quoad dignitatem, quoad pri-
uilegia vxoribus conceſſa,& quoad ſucceſſio-
nes. Non igitur ſequitur. Par eſt conditio in
obſequijs coniugalibus, igitur in omnibus a-
lijs à particulari ad vniuerſale,Decius in d.l.1.
C.vnde vir & vxor,& Fabia.de Pepis in d.Au-
then.præterea,nu.7.

22 Tertiò,declaratur † in marito, qui ſine iu-
ſta cauſa vxorem domo eiecit. Bald.in l.1.§.
ſed ſcimus, verſi.item eſt argumentum, C.de
latina libert.tollenda.vbi apertè ait,maritum
ideo dote priuari.& latè Alex.in d.l.1.C.vn-
de vir & vxor.Neque poteſt maritus,ſi expel-
lat vxorem ex ædibus, & à conſortio ſuo ſine
cauſa remoueat,dotem retinere:verùm cogi-
tur reſtituere eandem,Bald.in l.fin.C.de ſen-
tentijs,quæ ſine certa quantitate. Alexan.in l.
2.in princ.in colum.3.in verſic.Item adde. ff.
ſolut.matrimon.& latè conſ.78.lib.5.Bald.in
c.penultim.colum.2.extr.de conſuetudine.
& in conſ.53.incip. quædam domina Ritabel-
la,lib.3.

23 Maritus enim,† dum vxorem ſuam domo
eijcit & pellit,ac diuortium quærit, mariti of-
ficio non fungitur. Itaque neque hoc caſu ad
ſucceſſionem admittitur.Bald.in d.l.1.§.ſed
ſcimus.Nam mariti officium eſt, vxori impe-
rare,non inſtar heri:omnem enim curam,o-
mnemque diligentiam vxori ſuæ impendere
debet cum ipſe quoque maritus pars ſit com-
munionis:verùm imperabit ciuiliter, in quo
imperio communis regenti obedientiaque v-
tilitas requiritur. Quamobrem & nuptiæ ad
communionem vitæ ineundam contrahun-
tur.Imperium verò geret & voluptate ſimul,
grauitateque temperatum, voluptatem qui-
dem amando,grauitatem verò nihil vile aut
humile faciendo repræſentans: vt eleganter
deſcribit Callicratidas Pythagoreus in lib.de
familiarum felicitate, nunc apud Stobæum
in Sermone 183.fol.486 Ideoque iure cautum
eſt,quòd maritus expellens vel eijciens domo
vxorem,& eãdem deinde repetens, iuramen-
to cauere cogatur, quòd inclementius in po-
ſterum eam non tractare velit,l.fin.§.fina.C.
de his qui ad eccleſias confugerunt Panormi
tan.in c.ex tranſmiſſa,extr.de reſtitut.ſpolia-
torum.Alexand.conſ.28.in 2.colum.in 5.vo-
lum.Interpretes in l.ſi ab hoſtibus.11.§.ſi vir.
ff.ſolut.matrim.Bart.in l.1.in fin.ff.de his qui
ſunt ſui vel alieni iuris.

Quarto, declaratur † in marito, qui vxorẽ 24
ſuã interfecit, vel econtrà in vxore, q̃ maritũ
veneno,aut alia machinatione ſuſtulit. Si vir
vxorem ſuam occiderit,dotis actionem hære-
dibus dandam eſſe Proculus ait,& rectè. Non
enim æquum eſt, virum ob facinus ſuum do-
tem ſperare lucrifacere.Idemque è contrario
ſtatuendum eſt. Si igitur dotem tanquam par-
tem lucrari nequit,multo minus totam hære-
ditatem, & omnia bona conſequetur. l.ſi ab
hoſtibus §.ſi vir.ff.ſol.matr.

Procedit verò hæc limitatio tum præcipuè
quando ſine iuſta cauſa necem vxori intulit,
ſed iracundia quadam & animi incontinẽtia
ad parricidium delapſus fuit. Bald. in d.l.1.
quem ſequitur Decius ibidem num.11.verſic.
ſecùs ergo.& Bart.ac Iaſon in d.l.ſi ab hoſti-
bus.11.§.ſi vir. Diuerſum † verò,quando vxo- 25
rem in adulterio deprehenſam interfecit.De-
cius in d.l.1.& alij modò citati: quod marito
permittitur.l.Gracchus.4.C.ad leg.Iuliam
de adulterijs.l.ſi adulterium.38.§.Imperato-
res.ff.eodem.

Quamuis quidam putent hanc limitatio-
nem obſeruandam eſſe, etiamſi maritus iuſta
de cauſa motus vxorem perimat. Ex ratione,
quòd is qui propria autoritate ſibi ius dicit,o-
mne lucrum legale perdere debeat,l.interdũ.
58.§.qui furem.ff.de furt.Maritus itaque necã-
do vxorem,cum ſibiipſi ius dicat,omne quo-
que lucrum legale ex hæreditate vxoris per-
det,amittetque.Veruntamen exiſtimarẽ,ma-
ritum,qui vxorem in adulterio deprehẽſam
interfecit, adhuc vxori in caſu noſtræ ſucceſſi-
onis ſuccedere poſſe.Impetu enim doloris vi-
cto,omnis ipſi pœna remittetur. l.ſi adulteri-
um.38.§.Imperator Marcus.ff.ad leg.Iuliam
de adulterijs.Non autem admittenda eſt opi-
nio Angeli,vt declarat Riminald.in d.l.1.nu.
6.verſ.ex prædictis.

26 Quintò, † declaratur & limiratur concluſio prima, vt non procedat in fendis. in his enim maritus vxori, nec econtrà vxor matito, ſibi non ſuccedunt, tit. an ſuecedat maritus vxori: ſi fœmina habens beneficium ante maritum moriatur, nullo modo ſucerdit in be-
27 neficium maritus. Hine † Drcius infert, quòd ſtatutum de luero dotis nō habeat locum in in bonis feudalibus datis in dotem, ſicut nee diſpoſitio. Authen. præterea. C. vnde vir & vxor e.1.§ quamuis. tit. de inueſtitura in re aliena facta. Quia feuda ſeparata ſunt ab hæreditate. Bart in l. item vidrndum. 20. ff. de petit. hæreditatis. Secùs in feudo hæreditario, de quo idem quod de hæreditate iudicatur: quia tranſit in quemliber hæredem, etiam extraneum. Bald. in l. cum virum. 16. colum fin. C. de fideicommiſſ. & in l. 1. in 24. quæſt. ff. de rer. diuiſ. Alexan in l. ſi patroni. 55. in prin. col. penult. ff. ad S. C. Trebel.

28 Sextò, † declaratur & limitatur in omnib⁹ cauſis, ex quibus maritus vxori alimenta denegare poteſt, quæ enumerantur in l. ſi cum dotem. 27. §. ſi autem. ff. ſolut. matrimo. ex ijs etiam à ſucceſſione pellitur & arcetur.

Poſtremò, fallit in eo coniuge, qui cauſam
29 † ſeparationi tori præbuit. Hic enim ad alterius coniugis ſucceſſionem non admittitur, idq́ue ex opinione Cyni & Alexand. in d. l. 1. C. vnde vir & vxor. Paulus Caſtrenſis in d. l. 1. ait, quòd etiamſi de facto vxor receſſiſſet à viro, vel vir vi expuliſſet, procederet, l. 1. C. vnde vir & vxor, niſi adulterium commiſiſſet, l. conſenſu. 8. C. de repudijs. Decius tres caſus effingit. Primò, ſi ſeparatio facta eſt iuſta de cauſa, c. quemadmodum. extrà, de iureiurand. c. omnes 32. quæſt. 2. quod tunc inſpici debeat, cuius culpa ſeparatio tori contigerit. Si enim vxor ſeparationi cauſam dederit, tunc ipſa marito prædefuncto ſuccedere nequit, maritus verò vxori prædefunctæ ſuccedet. Secundò, quando ſine iuſta cauſa ſeparatio tori facta fuit, propter diſcordiam & lites inter eos ex vtriuſque quoque partis conſenſu: tum licet illa ipſa ſeparatio non valeat. Gloſſ. & Interpretes in c. literas, in verb. diuertit. extr. de reſtitutione ſpoliatorum. & c. tua nos. extrà, de iureiurando. tollitur tamen ſucceſſio inter maritum & vxorem. per l. 1. §. ſed ſi diuortium. ff. vnde vir & vxor. Poſtremò, quando communi conſenſu, & in caſu licito facta fuit ſeparatio, quia vterque fortè continentiam Deo vouerat, quod facere poſſunt. Panormitanus in c. 1. de clerico. coniug. & in c. veniens, poſt Gloſſ. in verb. illicitum, extrà, de regularibus. & in c. clariſſimus. in verb. quid autem ſi maritus. extrà, de conuerſione coniugatorum. Decius in conſi. 140. Et hoc caſu ſeparatio hæc in caſu licito, & ex vtriuſque conſenſu facta, ius ſuccedendi inter virum & vxorem minimè tollit.

Etſi autem † hæc Decij diſtinctio & acutè 30
& ſubtiliter excogitata eſt & efficta, à Cyni tamen & Alexandri opinione, ac generali concluſione recedendum minimè puto, idq́ue propter ipſam mentem & Prætoris, quam in hac ſucceſſione introducenda habuit. Intentio autem & mens prætoris exprimitur in l. 1. ff. vnde vir & vxor: ſed ſi diuortium quidē ſequutum ſit, veruntamen iure durat matrimonium, hæc ſucceſſio locum non habet. Conſtat igitur ex ipſa mente prætoris, quòd coniunx, cuius culpa & facto ſeparatio facta eſt, alteri non ſuccedat. Cuius intentionis multæ ſimul poſſunt adferri ac adduci rationes. Nā inconueniens & rationi abſonum, & quòd is qui diuortio cauſam præbuit, debeat habere bona alterius: cum rationi contrarium ſit, eū qui committit in legem, habere beneficium legis: & vnde quis meretur pœnam, præmium conſequi. l. ſiue hæreditaria 23. ff. de negotijs geſtis. text. in d. l. ſi ab hoſtibus. 11. §. fin. ff. ſolut. matr.

Deinde, etſi per talem ſeparationem tori matrimonium adhuc duret, effectus tamen matrimonij ceſſat, propter quem effectū prætor hanc ſucceſſionem introduxit. l. 1. ff. eodem. qui effectus ſunt, coniunctio inter eos tam corporis quàm animi: item indiuidua vitæ conſuetudo. tit. de patria poteſtate. in initio Inſtitut. l. aduerſus 4. C de crimine expilatæ hæreditatis. l. 1. & 2. ff. rerum amotarum, & ibi Bart. vbi poſt Gloſſ. quærit, an illa actio hodie locum habeat: cum † hodie diuortio nul- 31
lus ſit pręter fornicationis cauſam, relictus locus. Et concludit: ex ipſa mente locum habere actionem, licet ex verbis ceſſet. Inde videtur pariter dicendum, quòd licet diuortium citra cauſam fornicationis hodie non permittatur, tamen prouiſio ex mente habeat locum. Hæc verò Cyni opinio maximè procedit, quando ſeparatio facta eſt ex iuſta cauſa & autoritate iudicis, iuxtà ea quæ habentur in c. 1. extr. de diuort. & in c. 1. extr. de adult.

Poſtrema itaque limitatio ex mente prætoris hæc eſt, vt ille qui cauſam ſeparationi dedit & præbuit, minimè ſuccedat: ei verò ſuccedatur per eum, qui cauſam non commiſit. Ceſſant enim in eo rationes ſuprà allatæ. Nec debet eſſe in poteſtate alterius, ex facto & culpa ſua alteri præiudicium adferre. per notata in d. l. ſi ab hoſtibus. 11. §. fin.

CAPVT IV.

Vxor inops & indotata, an & quatenus marito, exiſtentibus liberis, ſuccedat.

SVMMARIA.

1 *Vxor inops etiam extantibus liberis in certa parte marito diuiti ſuccedit.*

2 *Vxor inops & indotata vt marito locupleti ſuccedat, quæ requirantur, & eius ratio, num. 8.*
3 *Vidua vſq; dum ſecundò nubat, in priori matrimonio eſſe cenſetur, & maritorum priuilegijs gaudent. nu. 4.*
5 *Mater indotata cum nepotibus in ſucceßione mariti partem facit.*
6 *Liberorum appellatione etiam nepotes & vlteriores deſcẽdentes continentur.*
7 *Vxor etiam exiguam dotem habens, cum liberis partem in ſucceßione mariti habet, nu. 8. 9. & 10.*

1 MAtrimonio ſine † dote exiſtente, & vxo
re exiſtente prorſus inope ac pauperta-
te laborante: marito verò locuplete & diuite,
è viuis deſcendente, ſiue extent liberi ex eodẽ
matrimonio, ſiue ex priori matrimonio, v-
xor viro ſuccedit, ſiquidem eorum ſunt tres,
vel pauciores, putà vnus vel duo, vxor ſucce-
dit in quartã partem totius ſubſtãtiæ. Quod ſi
plures ſint, in viriles portiones hæreditatis fit
diuiſio, hoc eſt, tota hęreditas pro numero li-
berorũ & vxoris in quotas partes diuiditur: &
vxor tantam portionem accipit, quantam v-
nuſquiſq; liberorum ſi plures tribus fuerint.
§ quoniam verò ad clementiam. Authent. de
exhibendis reis. quæ nouella promulgata eſt
anno Christi 537. calendis Octobris, anno im-
perij Iuſtiniani 11. anno ſecundo poſt conſu-
latum Beliſarij, & renocata deinde ſnb Au-
then. vt liceat matri & auiæ, quæ edita eſt an-
no 15. imperij Iuſtiniani, anno Chriſti 541. Ba-
ſilio viro clariſſimo Conſule, & tandem iuſ-
ſu Friderici relata ſub Authen. præterea, C. vn
de vir & vxor. Præterea ſi matrimonium ſit
abſque dote, coniunx autem præmoriens lo-
cuples ſit, ſuperſtes verò laboret inopia, ſucce
det vnà cum liberis communibus alteriusve
matrimonij in quartam, ſi tres ſint, vel pauci-
ores. Quod ſi plures ſint, in virilem portionẽ:
vt tamẽ eiuſdem matrimonij liberis proprie-
tatem ſeruet, ſi extiterint. His verò non extan
tibus, vel ſi nullos habuerit, potietur etiam
dominio, & imputabitur legatum in talem
portionem.

2 Huic verò † conſtitutioni vt locus fiat, qua
tuor requiruntur.

Primò neceſſe eſt fuiſſe iuſtũ matrimoniũ.

Secundò, oportet quòd vxor nullam pror-
ſus dotem, aut perexiguam habuerit.

Tertiò, quòd maritus prius è viuis excedẽs
amplam relinquat hæreditatem, & valdè lo-
ples ſit.

Quartò, quòd vxor, niſi ſuccederet, pauper
tate ſumma & inopia premeretur. Inde infer
tur, neque ad ſponſam de futuro hanc Auth.
transferri, neque etiam ad concubinam appli
cari poſſe, vt latè declarat Fabianus de Pepis
in d. Auth. præterea, num. 56. & 7.

Rationem huius ſanctionis alibi adfert Iu
ſtinianus ipſe, In §. quoniam. in Auth. de exhi
bendis reis, vt inopia coniugis per diuitias ſal
uetur alterius, idque propter peractum matri-
monium, & in honorem præteriti matrimo-
nij. Donec enim ad ſecundas non conuolat 3
nuptias, in priori ſemper eſſe matrimonio cẽ
ſetur, l. filij. 22. §. vidua. ff. ad municip l. fin. C.
de bonis maternis. l. vnum ex familia. § fin. ff.
de leg. 2. l. 2. ff. rerum amotarum. Et ſic præte-
riti matrimonij honor, pietati quæ liberis de-
betur, confertur. l. cum ratio, vt declarat in d.
Authen. præterea, Hippolytus Riminald. nu-
me. 2. Fabianus de Pepis num 3.

Prorſus enim iniquum eſſet, vxorem, quæ
multa & infinita matrimonij onera pertulit,
ac rei etiam familiaris augendæ cauſa fuit, o-
mni prorſus commodo carere, & omnibus
bonis exutam & nudatam ad mendicitatem
& ſtipem colligendam redigi. Turpe quoque
ac † ignominioſum eſſet, marito, vxorẽ eius, 4
quæ in abundantia rerum vixerat, tanquam
vilem & abiectam perſonam circumuagari:
præſertim cum fœminæ in viduitate exiſten-
tes, maritorum priuilegia retineant, l. fœmi-
næ. ff. de adoptionibus. l. filij. 22. §. vidua. ff. ad
municipal. Bart. in l. fin. nume. 2. ff. de verbor.
ſignific. & maritus defunctus quoque ex hac
miſeria vxoris afficiatur, argumento eorum
quæ de ſecundis nuptijs traduntur, l. 1. & 2. C.
de ſecundis nupt. Auth. de ſec. nupt.

Ampliatur † primo Iuſtiniani conſtitutio, 5
quæ continetur in d. Auth. præterea, vt trans-
feratur etiã ad nepotes. Nam & cum his quo-
que mater inops concurrit, ac partem facit,
quemadmodum in liberis. Si enim Titius vi-
ta decedens ſuperſtites relinquat tres vel pau-
ciores nepotes ex vno filio, & duos filios ac
vxorem, vxor quartam partem bonorum ma
riti conſequetur. & non virilem: quia nepotes
illi, quotquot ſint iure repręſentationis patris
ſolummodò perſonam ſuſtinent, ac eam por
tionem, quam pater ipſorum habiturus fuiſ-
ſet, conſequuntur, §. cum filius. de hæred. quæ
ab inteſt. deferuntur. Inſt.

Comprobatur hæc opinio ex textu d. Au-
then. præterea, in verb. vnà cum liberis com-
munibus. Liberorum enim † appellatione nõ 6
modò filij, ſed nepotes, pronepotes, & cæteri
deſcendentes continentur. l. liberorum. 220.
l. filij appellatione. 84. ff. de verb. ſignific. l. Lu-
cius. 52. ff. de hæredibus inſtituend. l. filium ha
beo. 16. ff. ad Macedonianum. §. quod autem,
verſ. deſcendentibus perſonis. Auth. vt liceat
matri & auiæ. Declarat Corn. conſi. 315. nume.
7. volum. 1. Cui tamen Angel. in tract. de teſta
mentis, in verb nolens inteſtatus decedere,
colum. 11. aduerſatur, & locum nõ habere pu-
tat in nepotibus. Ex ratione: In materia odio-
ſa & correctoria appellatione filiorum non
veniunt nepotes. Iuſtinianus autem in d. §. ga
verò, mentionem facit filiorum. Igitur non
transferri debet ad nepotes.

Secun.

7 Secunda diſpoſitio † huius auth. non ſolũ
locum habet in inope, & prorſus egena vxo-
re, ſed extenditur & producitur ad eam quo-
que, quæ perexiguam dotem ad maritum at-
tulit. Paria enim ſunt nihil habere, vel modi-
cũ habere, l. quãuis. 32. ff. de cond. & dem & æ-
quiparatio à modico ad nihilũ procedit, not.
in l. ſi proprietarius. 22. ff. de damno infecto,
& in l. ſcio 4. ff. de in integrum reſtitu. quã in
re Fabian. de Pepis contrarium ſentire vide-
tur, in d. Auth. præterea num. 18. verſic tertio
8 probatur. Deinde † ideò quoque: quia Iuſtinia
nus inopem coniugem cum liberis ſuccedere
voluit, ne ad mendicitatem redigeretur: quia
non ſolùm ipſa affligeretur, ſed etiam defun-
cti memoria afficeretur plurimum: Hæc igi-
tur ratio etiam in ea locum habet, quæ dotẽ
quidem habet, perexiguam tamen eam & te-
nuem omninò. Conſideratur enim hoc caſu
non dos, ſed dotis ipſius ſubſtantia & ampli-
tudo, & num talis ſit, vt inde ſe honeſtè ſu-
ſtentare ac alere poſſit.
9 Tertiò probatur † hæc extenſio per §. quo-
niam verò, in verſic. ſi verò quaſdam res pro-
prias mulier in domo viri aut alibi repoſitas
habuerit, harumq; actionẽ & retentionẽ habe-
at omnibus imminutã. Sicut igitur non ob-
ſtante dominio illarum rerum, vxor inops a-
lioquin admittitur: ita pariter non obſtante
exigua dote, ad ſucceſſionem vocabitur.
10 Quartò: Euitanda † eſt eluſio legum. Elude
retur autem Iuſtiniani ſanctio, ſi parua vel ex-
igua dote data, quarta pars ad vxorem non per-
tineret: quia dato vno nummo in dotem, dos
parua dici poſſet. Igitur, vt ea eluſio euitetur,
dos data intelligi debet de ampla dote, & tali
quæ ſufficiens ſit ad alimenta.

CAPVT V.

Vxori indotatæ an maritus teneatur teſtamento quartam relinquere.

SVMMARIA.

1 *Vxori cui minus quarta parte teſtamento relictum, reliquum petere poteſt. num. 6. & 9.*
2 *Legatum relictum vxori indotatæ, computatur in quartam.*
3 *Inſtitutio præſupponit teſtamentum.*
4 *Quarta debita etiam inuito eo qui debet, extorquetur.*
5 *Quarta vxori inopi debetur ex neceßitate.*
6 *Pater liberis vltra legitimam relinquere non cogitur.*
8 *Prouiſio hominis, prouiſionem legis ceſſare facit, & nu. 9.*

IVſtiniani conſtitutio, de qua capite proxi-
1 mo † etiam in ſucceſſione quæ ex teſtamẽ-
to defertur, obtinet. Si enim maritus minus
quarta parte vxori in teſtamento reliquiſſet,
ac ſimul prohibuiſſet, ne plus peteret: nihilo-
minus tamen vxor contra voluntatem mari-
ti poteſt ſuppletionem quartæ partis totius hæ-
reditatis petere. d. Authent. præterea, in fin &
imputabitur † legatum in talem portionem. 2
& ibi Bald. Raphael Cumanus, Paul. de Caſtr.
Ludouic. Roman. Fabian. de Pepis, Gloſſ. ſin-
gularis in §. ſi verò expreſſum, in verb. hære-
dem. Authent. de hæredibus & Falcidia. Pro-
bari poteſt hæc concluſio multis rationi-
bus.

Primò, Ipſo textu d. Authentic. præterea.
in fine.

Deinde etiam textu d. Authen. de exhiben
dis reis, in §. quoniam verò. ibi, aut aliquam
partem inſtitutionis. Inſtitutio enim † præſup 3
ponit teſtamentum conditũ, l. hęreditas. C.
de codicillis.

Tertiò, probari † poteſt argumento c. Ray 4
nutius. extrà, de teſtament. vbi ſi aliqua quar-
ta debetur vel ex conſuetudine, vel lege, intel
ligitur deberi etiam contra eius voluntatem,
quemadmodum colligit Bald. in l. filium quẽ
habentem. 24. C. famil. erciſc.

Quartò: Hæc quarta debetur coniugi ad ſi-
militudinem quartæ, quæ debetur propter ex-
pulſionem & repudium, ſine cauſa factum, de
de qua quarta eſt l. fin. C. de repudijs. ſed quar-
ta illa, de qua in d. l. fina. debetur vxori inuito
contradicenteque viro. Ergo ſimiliter & hæc
debebitur, etiam contra mariti voluntatem.

Quintò, Clerici & diaconi, & aliæ eccleſia-
ſticæ perſonæ teſtando, præiudicium liberis,
quoad quartam quę iure naturę ipſis debetur,
adferre nullum poſſunt. Auth. presbyteros. C.
de epiſcop. & cler.

Sextò, Textus eſt apertus in §. quia verò le-
gem. Auth. vt liceat matri & auiæ. verſic. & a-
liam inquit. Et aliam poſt hãc fecimus legem
decernentem, ſi quis indotatam vxorem per
affectum ſolum acceperit, & vſque ad mor-
tem cum ea viuens præmoriatur, accipere ſi-
militer & eam quartam illius ſubſtantiæ por-
tionem, &c. Ex iuſſu igitur legis omninò ha-
bere debet eam quartam, etiam contra mari-
ti voluntatem.

Septimò, Quarta † hæc debetur ex neceſſi- 5
tate ipſa. Iacob. de Arena, Bart. & alij in l. ſi cũ
dotem. 23. §. ſi pater. ff. ſolut. matr.

Poſtremò ſi teſtamento prohiberi, interdi
cive poſſit illa quarta totius ſubſtantiæ mari-
ti, fraus fieret legi, & præiudicium ſuperſtiti
coniugi afferretur facilè, l. ſi arrogator. 22. §.
ſed an impuberi. de adoptionib. quod & abſur
dum eſt & contrarium iuri. l. in fundo. 39. ff.
de rei vendicat. c. deteſtanda. de conceſſione
præbendæ. in 6.

Contra † hanc tamen receptam, compro- 6
batamque opinionem à quibuſdam obijci ſo-
let. Primò, huic conſtitutioni ferendæ cau
ſam præbuit, ne mariti memoria, dum vxor
ſtipem quæreret, ignominia & opprobrio af-
ficeretur. Potuit igitur iuri pro ſe introducto

renunciare. Et quia ſic voluit, non poteſt dici ipſi factam eſſe aliquam iniuriam. l. 1. §. vſque adeò. ff. de iniurijs. l. cum donationis. 34. C de tranſactionibus.

7 Deinde, † vxor ſuperſtes non debet potiori iure vti, quàm liberi ipſi. Si autem quarta deberetur ipſi ita pręcisè, vt contraria mariti voluntate tolli aut eripique non poſſit, maiori iure vteretur. Pater enim liberis vltra legitimã relinquere non cogitur. §. aliud quoq; capitulum, Auth. vt cùm, de appellatione cognoſcitur. l. parentibus. 8. C. de inoffic. teſtam.

8 Tertiò, † Voluntas teſtatoris regulariter pro lege obſeruatur. §. diſponat. Authent. de nuptijs. Ergo prohibitio ea obſeruari præcipuè debet, præſertim cùm prouiſio hominis, legis prouiſionem ceſſare faciat, & impediat. l. fin. C. de pact. conuent. cum ſimilib.

Poſtremò, Auth. præterea, corrigit & emẽdat vetus ius, igitur extendi producique non debet, per notata in Auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ.

Verùm hiſce rationibus reſponderi facilè poteſt. Ac initiò non obſtat, quod de cauſa ferendæ conſtitutionis adfertur: quia incuria prædefuncti mariti in conſideratione nõ fuit: verùm officium coniugis in coniugem ſuperſtitem inopia laborantẽ Iuſtinianum mouit, vt quartam ex bonis coniugis prædefuncti vxor conſequeretur. Inhumanũ enim prorſus eſſe putauit, vxorem quæ vitę ſocia fuit, & multa matrimonij onera pertulit, neq; dotẽ habuit, ad mendicitatem deinde redigi.

Non obſtat quoq; ſecunda ratio de legitima: quia non inſpicimus, vtrùm melior ſit vxoris conditio, an liberorum, ſed apertam Iuſtiniani conſtitutionem obſeruamus.

Neq; negocium ſimiliter facit, quod de voluntate teſtatoris dicitur. Nam verum eſt, teſtatoris volũtatem pro lege obſeruandã eſſe: non tamen in his, quæ præiudicium legibus adferunt, l. nemo poteſt. 58. ff. de leg. 1.

9 Similiter ad † l. fin. C. de pactis conuentis reſponderi poteſt, in ordinaria prouiſione id procedere: in ea autem quę extra ordinem fit, minimè locum habere, Interpretes pręſertim Ioannes de Imola in d. l. ſi cùm dotem. 23. in princ. ff. ſolut. matr.

Poſtremò euerti etiam haud difficulter poteſt id quod de correctorijs non extendendis & producendis adfertur: quia priorem conſtitutionem Theodoſianam ſub d. l. 1. C. vnde vir & vxor. Auth. præterea, non tollit, ſed illi aliquid addit, nempè quod extantibus etiam liberis mater ſuccedat.

Deinde non poteſt dici, quòd extendatur quadam interpretatione, cùm Iuſtinianus ipſe velit, conſtitutionem etiam in ſucceſſione ex teſtamento locum habere, d. §. quoniã. Authen. de exhib. reis. & d. Auth. præterea, in fin.

Exiſtimo itaq; vnà cum Baldo, Raphaele, Caſtrenſi, Fabiano de Pepis, Ioanne Marian. Riminaldo, Iaſone, in d. Auth. præterea, & Socino conſi. 180. volum. 1. mulierem etiam hãc quartam petere poſſe, etiam ſi teſtamento minus quarta relictum ſit, addita prohibitione, ne plus peteret.

CAPVT VI.

Si maritus vel donatione, vel alia ratione bona alienauit, vtrùm vxor pro conſequenda quarta totius ſubſtantiæ poſsit alienata vel donata reuocare, aut repetere.

SVMMARIA.

1 *Quarta debetur vxori etiam contra voluntatem teſtantis mariti.*
2 *Donatio in præiudicium neceſſarij debiti, non valet, & num. 7.*
3 *Fraus & dolus euitandi.*
4 *Remedium ordinarium vbi ceſſat extraordinario, æquitate dictante, locus ſit.*
5 *Delinquendo maritus vxori non præiudicat.*
6 *Prohibitum vna via, alia non debet admitti.*
8 *Extenſio in puncto alienationis vel reuocationis non admittitur.*
9 *Filius alienata in fraudem legitima poteſt reuocare.*
10 *Coniunctio ne maior inter patrem & filium, an inter maritum & vxorem.*
11 *Obligatio in bonis alienantis, facit reuocationi locum.*
12 *Reuocare non poteſt, in quo iam ius quæſitum eſt, niſi lege expreſsè permittente.*
13 *Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, quib. caſibus non procedat, remiſsiuè.*
14 *Alienata in fraudem quarta debita vxori inopi, quatenus reuocetur, Auctoris diſtinctio.*
15 *Fraus quando præſumatur facta in alienatione, & quãdo vxor eam reuocare poſſet, num. 8.*
16 *Partis appellatione dimidia continetur.*
17 *Alienatio præſumitur fraudulenta etiam quæ infrà dimidium bonorum eſt.*
19 *Neceſsitas licitum facit, aliàs illicitum.*
20 *Eccleſia in fraudem legitima inſtitui nequit.*

QVAESTIO hæc propter multas probabiles rationes, quæ in vtramque partem adduci proferrique poſſunt, valde anceps & dubia eſt. Non difficulter enim dici poteſt, vxorem bona mariti alienata, pro cõſequenda quarta reuocare poſſe, idque his de cauſis.

Primò, † Quarta hæc vxori ex quadam neceſſitate debetur, etiam contra voluntatem teſtatoris, vt modò dictum eſt, argument. d. c. Raynutius. extrà, de teſtament. & d. l. fin. C. de repudijs. Ergo per donationem à viro factam alienati bona: & alienatione quarta, ea vxor priuari non debet. Bonum enim eſt argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, l. ſeruum filij. 46. §. cum qui. ff. de lega. lib. 1. cum ſimilibus. 1

Secun-

2 Secundò, † Vbicunque aliquid debetur cō-
tra voluntatem teſtatoris, & ex quadam ne-
ceſſitaie, non valet donatio in præiudicium
eius portionis. quod mulris exemplis probari
poieſt. Filio neceſſe eſt, vr legitima præſteiur,
eiiam contra voluntatem patris. Paire autem
alienante bona in fraudem legitimæ, illa ip
ſa alienatio reuocatur. toto titu. ff. & C. de in-
offic. teſtam. & tit. de inoffic. donat. Item pa-
trono debetur quarta pars in bonis liberti, et-
iam cōtra liberti voluntatem. Si igitur & hic
libertus in fraudē quartæ aliquid alienat, hoc
ipſum quod alienaium eſt reuocatur. l. 1. ff. ſi
quid in fraudem patron. Pariter de impubere
adoptando reſpondit Paulus Iuteconſult. in
l. fin. ff ſi quid in fraudem patro. Conſtitutio-
ne diui Pij, inquit, cauetur de impubere adop-
tando, vt ex bonis quæ mortis tempore illius
qui adoptauit, fuerūt, pars quarta ad eum per-
tineat, qui adoptains eſt: ſed & bona ei, quę ac-
quiſijt patri, reſtitui iuſſit: ſi cauſa cogniia e-
mācipatus fuerit, quartam perdit. Si quid ita-
que in fraudē eius alienatum fuerit, quaſi per
Caluiſianam vel Fauianam actionem reuo-
candum eſt.

3 Tertiò, † Fraus omnis doluſque euitari de-
bet, l. in fundo. 39. ff. de rei vendicat. cum ſimi
libus. Si autem alienatio in fraudem facta nō
reuocaretur, fraus approbaretur, & præmio
gauderet, creſceretq; ſuo.

4 Quartò, † Vbi ceſſat ordinarium remediū,
propter æquiiatem tamen extraordinario lo-
cus ſit, hoc eſt officium iudicis idipſum ſup-
plet. l. 41. l. fin. ff de petitione hæreditatis. Ma-
xima autem æquitas ſuadet, vt hoc caſu vxori
ſubueniatur. igitur & ſi nullo remedio ordi-
natio id fiat, officio tamen iudicis præſtari id
debet.

5 Quintò, † Qui propter fauorem alicuius rē
alienare prohibetur, ſimul etiam per viam cō
tractus & delicti id facere non poteſt, l Impe-
rator. 12. ff. de fideicommiſſar. libert. Delin-
quēdo autem maritus vxori non præiudicat.
Authen. bona damnatorum. C. de bonis pro-
ſcriptorum. ergo neq; per viam contractus.

Sextò, Vxor ſi alienationem reuocare non
poſſet, ad mendicitatem redigeretur: quod ne
fieret, Imperator Iuſtinianus d. §. quoniam.
vxoribus indulſit, vt quartam, vel virilem ex
eius ſanctione haberent.

6 Septimò, † Vulgati iuris eſt, cùm quid vna
via prohibetur alicui, quòd ad id alia via non
debeat admitti, c. cùm quid. de regu. iur. in 6.
Si itaque maritus teſtamento quartam aufer-
re nequit, vt modò probatum eſt, quę cauſa te
ſtati fauorem continet maximum. Nihil e-
nim magis hominibus debetur, quàm vt ſu-
premæ voluntatis, poſtquam iam aliud velle
non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum quod i-
terum non redit arbitrium. l. 1. C. de ſacroſ. ec-
cleſ. multò minus fraudulenta quadam ma-
chinatione id facere poterit.

Octauò, Adoptio, quæ iuris ciuilis tantum
eſt, efficit vt alienatio in fraudem reuocetur,
d. l fin. Inter virum autem & vxorem ſummū
eſt vinculum: ita quidem, vt ſit cōſortium o-
mnis vitæ, & diuini, atque humani iuris com
municatio. l. 1. ff de ritu nuptiarum. Et vir pa-
trem & matrem relinquet, ac vxori adhære-
bit ſuæ. Magis itaq; reuocabitur hoc caſu.

Nonò, † pars quarta vel virilis debetur vxo 7
ri ob Iuſtiniani conſtitutionem ipſa neceſſita
te, ita quidem, vt etiamſi minus relictum ſit
teſtamento, tamen ſuppletio fieri debeat, quē
admodum ſuprà probatum eſt. Si ergo neceſ-
ſariò ea quarta ex bonis mariti prædefuncti
præſtanda eſt alienaiio talium bonorum nō
nocebit, neq; ipſi præiudiciū adferret aliquod.

Hæc ferè ſunt argumenta, quæ pro confir-
manda tutandave opinione adſerente aliena
tionem hoc caſu reuocari poſſe, adferri potu-
erunt. Quæ quidem etſi valdè probabiliter
ac conſenianeè dicuntur ac proferuntur: ni-
hilominus tamen multis eadem hæc opinio
rationibus oppugnari ac impeti poteſt: nem-
pe, quòd vxor bona alienata ad quartę vel pe-
titionem, vel ſuppletionem reuocare ne-
queat.

Et primò quidem, quòd lege nulla ſancia-
tur id, aut ſtatuatur, præſertim cùm alibi quo-
que Iuſtinianus eius reuocationis mētionem
nullam faciat, l. illam. 19. C. de collationibus:
ſine legis aūt authoritate loqui erubeſcimus,
§. conſideremus. Auth de triente & ſemiſſe.

Secundò, † Extenſio, vel quædam argumē- 8
tationis acommodatio in tractatione reuo-
cationis vel alienationis non admittitur. l. 2.
ff. ſi à parente quis fuerit manumiſſus, vbi Ca-
ius patronos parentibus hoc caſu nō exęquat:
Non vſque adeò, inquit, exęquandus eſt patro
no parens, vt etiam Fauiana aut Caluiſiana a-
ctio ei detur: cùm tamen aliàs in multis exæ-
quentur. l. 1. ff. eod. tit. ac ſimilib. Cùm igitur
hoc in patrono non fiat, multò minus in ma-
rito & vxore. argu. Auth. multò magis. C. de
ſacroſanct. eccleſ & Auth. multò magis. C. de
epiſcop. & cler. l. in ſuis. 11. ff. de lib. & poſth. l.
nec in ea. 22. §. 1. ff. ad leg. Iuliam de adulte. l. 1.
in princ. C. de rei vxor. actio.

Tertiò, filius † poreſt reuocare donata à pa 9
tre vel matre in fraudem legitimæ. l. 1. C. de
inoffic. dona. idque ad exemplum querelę in-
officioſi teſtamenti. Vxor autem querelā inof
ficioſi teſtamenti contra maritū non habet.
tit. de inoff. teſtam. ergo pariter reuocationē
vel donationis vel alienationis non habebit.

Quartò, † Maior eſt inter patrem & filium 10
naturalis coniunctio, quàm inter maritum &
vxorem, cùm filius & pater vnà eademq; per-
ſona cenſeatur. l. fin. C. de impub. & alijs ſubſt.

 & pa-

& parentes plus doloribus ac liberorum calamitatibus, quàm proprijs aduerſitatibus afficiantur & commoueantur,l.iſti quidem.8. in fin.ff.de eo quod metus cauſa.§.fin.Inſtitu. de noxal.actionib.& liberis bona parentum naturę ordine,ac parentum voto debētur,l.ſcripto.6.ff.vnde liberi.l.cum ratio. ff. de portionibus quæ liberis. Pater verò ad reuocationē non admittitur. d. l. 2. ff.ſi à parente quis manumiſſus fuerit.minus igitur vxori reuocatio conceditur.

Quintò,Mariti officium eſt operam dare, ne vxor in matrimonio aliquib⁹ rebus ad vitæ ſuſtentationem neceſſarijs indigeat. ideo Iuſtinianus etiam ſanciuit, vt ſi nullam dotem,nullumque patrimonium haberet,quartam, paucioribus quatuor liberis extantibus, vel pluribus,virilem conſequeretur. d. Auth. præterea,d.§.quoniam.Si igitur maritus alienet,videtur iuſta de cauſa id feciſſe, & affectionem illam erga vxorem depoſuiſſe. Ceſſante igitur maritali affectione, ceſſabit quoque effectus,c.ceſſante, extr. de appellationibus,c. poſt tranſlationem, extr. de renunciationib. cum ſimilibus.

11 Sextò, † Reuocatio alienatorum tum præcipuè admittitur, quando aliqua præſupponitur obligatio in bonis alienantis, vel ex contractu vel ex delicto,quemadmodum in adoptato,ob adoptionem:quemadmodum in patrono,ob manumiſſionem:quemadmodum in fiſco,ratione delicti. In caſu autem vxoris nulla præcędit obligatio. Reuocare itaque vxor alienata bona non poteſt.

12 Septimò,† Quicquid alteri quęſitum nunc eſt,niſi expreſſè lex permittat,reuocari nō poteſt,§.cum igitur. Authē. de non eligendo ſecundò nubentes.ibi,nec quælibet lex. Bald.in Auth.ex teſtamento,in vlt.colum.C.de ſecūdis nuptijs.text.in l.at ſi quis.§.diuus. ff.de religioſ.& ſumptib.funeribus, pœnam autem, c. fin.& ibi gloſſ.ac Panorm. extr. de iure patronatus. Is autem cui donatum eſt aliquid, idipſum acquiſiuit:igitur reuocari non poteſt.

Octauò,Donatio quę reuocatur,dicitur in officioſa,l.2.& ibi Bart.C.de inoffi. don. Hoc autem caſu inofficioſa donatio facta fuiſſe dici non poteſt,igitur nec reuocabit.

Poſtremò, Qui perſonalem tantùm habet actionem,& ea agit:ſi conuentus deinde titulum habeat, & poſſeſſionē vel quaſi ſuccumbit,l.regulariter,ff.de petit.hæreditatis. Vxor verò actionem habet perſonalem tātùm:donatarius verò titulum & poſſeſſionem. Succumbit itaque & hæc in reuocatione rei donatæ à marito.

Quamuis autem in vtramq; partem multa ſatis probabiliter, latiſq; veriſimiliter producta ſint:ſimpliciter tamen vtraque opinio conſiderata,& diligentius ac attentius perpēſa, minimè vera eſt. Neque difficulter reſpōderi poteſt ijs,quę pro vtraque opinione confirmanda adducta ſunt.

Non enim obſtat primò fundamētum allatum pro parte affirmatiua,quia in d.c.Raynutius illud euenit ob loci conſuetudinem, & l.fin. C.de repudijs, cauſam dedit culpa viri.Deinde † argumentum à cōtractibus ad vltimas voluntates, etſi in lute validum eſt & firmum: interdum tamē & aliquibus in cauſis minimè procedit, quemadmodum tradūt Interpretes in l.1.ff.de lege Fuſia Caninia tollenda, & Eberhardus de Mittelburgo loco à contractibus ad vltimas voluntates. 13

Non obſtant ea quę de filio,de patrono,de arrogato adducta ſunt.Quia in omnib.illis caſibus fit extēſio quędā ob paritatē quandā, & rationis ſimilitudinem, iuxta l. pen. ff.ſi quadrup.pauper.feciſſe dicatur,& notata in l. curatoris,C.de nego.geſtis.Quæ quidem extenſio ob rationis diuerſitatem ad vxorem trāſferri,traduciq; non debet.

Non obſtat tertia ratio de fraude: quia vbi via fraudi claudi non poteſt, hæc regula non obtinet, l. 2. ff. ſi quis à parente manumiſſus fuerit.

Non obſtat quarta ratio de remedio ordinario:quia regula d.l.planè,locū habet,quando deficit remedium, quoad excipiendum. Bar.in l.1.§.parui.in 3.col.ff.quod vi aut clam. Nos autem loquimur in actione.

Non obſtat quinta ratio. Quia maritus nō eſt prohibitus alienare. Quod factum fuit in l.Imperator.12. ff. de fideicommiſſarijs libertatibus, &c. Arbitrarer itaque in hac ancipiti † quæſtione diſtinctionem adhibendam eſſe, vtrùm fraude quadam alienatio facta ſit, an verò neceſſitate.ſi enim fraude alienauit,tum dubium non eſt, quin alienata reuocari poſſint & repeti. Alienatio enim in fraudem facta non valet,l.filiæ meæ. 60. ff. ſoluto matrimonio, c. 2. de renunciationib. libro 6. ſecùs in neceſſitate. 14

Quando autem in fraudem alienatio, vel donatio facta fuiſſe præſumatur, variæ & diſcrepantes ſunt interpretum noſtrorum opiniones. Quidam enim exiſtimarūt ac opinati ſunt alienationem, itemque donationem fraudulentam non eſſe,niſi donentur omnia bona,aut eorum ſaltem præcipua pars,aut ad minimum dimidia.Quod voluerunt Raynerius & Bald.& Salic.in l.ſi vnquam.8.C.de reuocand. donat. Guilhelmus de Cuneo in l. 1. & ibi Cynus in fin. Bald.col.penult.verſic ſecundò quæro.& Ioan.à monte Spetello,C.de inoffi.donat. Bald.in l.ſi cum vel in vtero.10. ad fin.C.de teſtam. milit.& in l.Titia Seio.29. §.Imperator.ff.de leg.2.& in l propter litem. 24.ff.de excuſat. tutorum. Caſtrenſ.in l.2.ante finem. C. ſi in fraudem patroni.Romanus in re- 15

in repetitione Authen. ſimiliter in 8.priuile-
gio primæ cauſæ.C. ad l.Falcid. Franciſ.Are-
tin.in l.1. in 1.nota.C.de pactis. Ioan. Igneus
in repet.Authen.Ex cauſa colum.89. verſicu.
& per hæc non obſtabunt.C.de liberis præte-
ritis. Corſet. in ſingularibus in verbo dona-
tio. Iacob.de S.Georgio in l.tale pactum.41.
§.vlti.in fin.ff.de pactis.Ioan.Rogerius in re-
pet.l.hæres abſens.19.§. ſi quis.nume.10.ff.de
iudicijs.Cattellianus Cotta in memorabilib.
In verbo,fraus. Ludouic.Rom.ſingular.616.
nume.1.Andr.Barbat.in c.vltim. colum.vlti.
extrà,de donat. Anchoran.in c.frequens.in
7.notab.de teſtit.ſpoliat.libr.6. Fran.Aretin.
conſi.92.col.4.verſic.quid enim ſi hęreditas.
Alex.dubius conſ.40.incip.ſuper 1.dubio.col.
3.libr.4.& in l.eo facto.43.in princ.colum.1.
verſ.ex prædictis mihi videtur.ff.de vulga.&
pup. Benedict. Capra conſil.157. incip.fuit diſ-
ſpenſatum. colum.2. verſ. quod & tertiò de-
ducitur Corn.conſ.4.incip. Dubia ſatis.col.
3.verſ.& licet. & conſ. 194. incip. videtur in
præſenti.col.1.libr.3. Socin.conſ.226. incip.
quæſtio præſentis conſultationis, colum.2.
lib.2. & conſ.35.incip. viſo inſtrumento.col.
4.verſ.tertiò reſpōdetur,cum multis ſequen-
tibus lib.4.& conſ.93.col.8.verſ.& ſecundùm
hanc diſtinctionem.

Mouentur hi omnes textu, l.ſi vnquam.8.
C.de reuoc. donatio. ſi vnquam libertis pa-
tronus filios nō habens bona omnia vel par-
16 tem facultatum. Partis enim † appellatione
dimidia continetur, l. nomen filiarum.164.
§.portionis. l. rectè.25.§.vlti.ff.de verborum
ſignificationib.l.ſi ſtipulatus.9.§.qui decem;
ff.de ſolutio.l.de ætate.12.§.ſi interrogatus.ff.
interrogatorijs actionib.l.planè.34.§.ſi ita Ti
tio.ff.de leg.1.& ibi Iaſon tex.in l.teſtator.92.
§.Lucius.ff.de lega.2.l.cùm quis decedens.35.
§.nuptura ff.de legat.3.cum multis ſimilib.
text. & rationibus relatis ab Andrea Tyra-
quello in d.l.ſi vnquam.8.in verbo,omnia
vel partem aliquam,verſic.horum præcipuū
eſt,num 8.& duobus ſequentibus.Deinde ex-
tat reſponſum Iuriſconſulti Iuliani in l.om-
nes.17.§.Lucius.ff. quæ in fraudem credito-
rum, vbi ex alienatione vniuerſorum bono-
rum intelligit alienātem conſilium fraudā-
dorum creditorum habuiſſe. Sicuti etiam in
ſimili non excuſatur quis à tutela ratione li-
tis aut controuerſiæ, niſi ea ſit de omnibus
bonis,aut maiore eorum parte,l.propter litē.
24.ff.de excuſat.tutor.§.Propter litem,Inſti.
eo.titu ſicuti quoque non excuſatur Emphy-
teuta aut conductor à ſolutione penſionis,
niſi qui amiſit omnes, vel maiorem partem
fructuum, gloſſ.in l.1.in verbo,particulare,&
ibi interpr.C. de iure Emphyteutico. Inter-
pretes in c.potuit, extra,de locato. ſicuti pa-
riter non dicitur iuſtus metus, niſi omnium
bonorum aut maioris partis, c. Abbas. & ibi
Ioan. Andr.& alij. extra, quod metus cauſa.
Quemadmodum quoq; remedio ſpoliatio-
nis non vtitur,niſi qui tota ſua ſubſtantia,aut
maiori parte eſt ſpoliatus, c.frequēs.de reſtit.
ſpoliat.lib.6.ratio omnium dictorum eſt. Nā
accidentia non curantur, niſi adſint in toto
vel in maiori parte, ſecundùm tradita Ioan-
nis Andreæ in d.c.frequens. per text. in l.ſer-
uis legatis.29.ff.de leg.3.

Contrariam † verò opinionē, quòd nem- 17
pè alienatio fraudulentum cōſilium habeat:
ſicuti etiam donatio ſuperuenientia libero-
rum reuocetur, etiam ſi infra dimidiam bo-
norum vniuerſorum partem factæ ſint,tradi-
derunt plurimi magni nominis, magnæque
authoritatis Iuriſconſulti. Et inter illos præ-
cipui ſunt ferè hi, qui aliquando diuerſum o-
pinati ſunt,quos modò retuli. Bald.itaque ſi-
bi contrarius & Raphael.Cuman. in l.Titia
Seio.89.§.Imperator.ff.de leg.2. putant,intra
dimidiam bonorum alienationem factam,
fraudulentam cenſeri & donationem etiam
ſuperuenientia liberorū reuocare poſſe:quos
ſequuntur Franc.Aretin.in d.l.Titius. col.4:
ff.de liber.& poſth.Barbat.in l.2 §.& hatum.
col.2.ff.de verbo.obliga. & in repet.rubricæ.
C.qui admitti.Iaſon in l.1.col.2,in 3.notab.&
ibi Dec.col.2.& Franc.Ripa num.5.& 6.C.de
pactis.Iaſon in Auth.ex cauſa.C.de liber.prę-
ter.Claudius Aquēſis in l.1.C.de pactis. Alex.
conſ.71.incip.conſideratis his,lib.4.& conſ.
262.lib.6.Socin.conſ.215.lib.2. quam opinio-
nem communem eſſe refert Andre.Tyraq.
in d.l.ſi vnquam.8.in verbo, omnia vel par-
tem aliquam,nu.24.

Verùm † omiſſa hac Interpretum diſſen- 18
ſiōe, dici poteſt noſtro caſu alienationē frau-
dulentam cenſeri, quādo tantùm alienatum
eſt,quò mulier integram illam quartam, vel
virilem ex ſanctione Iuſtiniani conſtitutam
conſequi non poſſit.Hoc igitur caſu,vt ad in-
ſtitutum reuertar, putarem vxorem alienatā
bona reuocare poſſe, ad ſuppletionem quar-
tæ,vel virilis, l.omnes.17.§.Lucius.ff.quæ in
fraudem creditorum. Diuerſum verò exiſti-
marem, ſi maritus neceſſitate quadam coa-
ctus illa ipſa bona alienaſſet. Neceſſitatis e-
nim tanta eſt vis,vt etiam patri famis tempo-
re filium vendere liceat, l.1.C.de patribus qui
filios diſtrax. Et quod aliàs dicitur,Neceſſitas
† facit licitum id, quod aliàs minimè liceret, 19
l. qui potuerunt.27.ff.de manumiſſ.teſtam.l.
diuus.5.ff.de petit.hæredita. l.tutor,qui reper-
torium.8.ff.de adminiſtr.tutel.Neque obſtat;
ſi primo diſtinctionis mēbro obijciatur,quē-
libet eſſe moderatorem in re ſua,l.in re man-
data.C.mandati.Igitur maritum de re ſua di-
ſponere potuiſſe. Verum quidem id eſt, vbi
in conſilio non eſt neceſſitas,c. quod præci-

pitur.14.q.1.Neceſſitate antem legis vel con.
ſtitutionis,vxor quattam habet, d.§.quoniã
verò. in Authen.de exhibend. reis. & d. Au-
then.prætereà.C.vnde vir & vxor.Igitur alie-
nando, aliave tatione diſponendo in frau
dem quartæ ſuæ volunratis, ſuique conſilij
20 moderator & arbirer maritus non eſt. ſic †
quoque pater inſtituere Eccleſiam nequit in
fraudem legltimæ, quia iura ſimpliciter ſta-
tuunt hæreditatem liberis iure naturæ & ne.
ceſſariò deberi, l. ſcripto. In fine. cum ſimili.
bns.ff. vnde liberi. Et Paulus ad Galãt cap.4.
Filius,ergo hæres. Inde Auguſtini dictum fer
tur: Quicunqne vult exhæredato filio Eccle.
ſiam facere hæredem,quęrat alterum qni ſuſ
cipiat,nõ Augnſtinũ,c.vlt.17.q.vlt. Quamuis
aliàs magnus Eccleſiæ fauor ſit, vt declarat
Andr.Tyraquel.in d.l.ſi vnquàm. 8. in verb.
libertis.num.82.& ſequentibus. & traditur in
titu.de ſacroſanct Eccleſijs. ſicuti etiam taci-
tum feudi pactum, ne egeſtate preſſus vaſal.
lus,feudum ſine conſenſu domini alienare
poſſit. Bald. in c.1.titu.qualiter olim feudum
alienari poterat,tex.in §.imperialem. titu.de
prohibita feudi alienation. per Frider. & ibi
Andr.de Iſernia. Aluarot. & alij.

CAPVT VII.

Legatum factum viro qui ex ſtatuto lucratur dotem vxoris in mobilibus conſtitutam an computetur in dotem.

SVMMARIA.

1 *Legatum factum marito computatur in dotem, quam ex ſtatuto lucratur in mobilib. num.3.10.& 11. vbi declaratur.*
2 *Legatum factum computatur in id quod de neceſsitate legis aut ſtatuti debetur.*
4 *Legatum vt computetur in legitimam an diſtinctio inter cauſam neceſſariam & voluntariam facienda. & nume.6.*
5 *Legatum lucrum adfert, & cenſetur ob benemerita fieri.*
7 *Matrimonium contrahentes an ſe mutuò ſecundùm ſtatuta matrimonij obligent.*
8 *Taciti & expreßi non ſemper eadem ratio.*
9 *Alienatione rei legatæ an teſtator ademiſſe cenſeatur.*
13 *Compenſatio ad ſpeciem quando fieri poſſit, declaratur.*

1 QVæri † nunc poteſt: Iure Saxonum ſta.
tuitur, quòd vir dotẽ,quæ in bonis mo-
bilibus cõſiſtit,lucretur. Quid ſi nunc vxor a.
more ſingulari in maritum ducta,ipſi 500.le-
get,an hæc quingẽta in dotem computabun-
tur? Batt.in d.Authen.præterea. & in l.ſi cùm
dotem.23.§.ſi pater.ff.ſoluto matrimo.qnem
omnes ferè Interpretes in d. Authentic. præ-
tereà,ſequuntur,& Bal.in l.quoniam in prio-
ribus.32.verſicu. ſecundò quæro. dictat ſtatu-
tum.C.de Inoffic.teſtam.Ioan.de Imola In c.
officij.extra,de teſtamentis,exiſtimant com.
putandos eſſe hoſce quingentos florenos in
dotem. Quotieſcunque † enim aliquid ex di- 2
ſpoſitione legis debeiur, & legatum eſt, tunc
legatum compntatur in id quod ſibi ex diſpo
ſitione legis debetur, l. ſi cùm dotem. 23.§.ſi
pater.ff.ſoluto matrimon.l.etiam.3.§ ſi debi-
ta.ff. de bonis libertorum, cum ſimilib. per
ea quæ traduntur in l.quoniam.nouella 29.l.
omninò.30. §.imputari.C.de inoffic.teſtam.
vbi datum vel legatum computatur in legiti.
mam,quæ filio ex legis diſpoſitione debetur,
vt latè ibid.declarat Bald. Ac latè hanc quæ-
ſtionem in vtramq; partem diſpntando pro-
ſequitur Fabianus Pepius in d.Authen.præ.
tereà,num.60.vſq; ad num.66.qui tamen pro
more ſuo omnia intricatè & confuſè propo.
nit,nec quæ dixit intellexit.

Quamuis † autem hæc opinio communi 3
aſſenſu ferè comprobata ſit,& recepta. Bald.
tamen,qui minimè ſibi in multis conſtat,ali-
bi putauit, ſtante ſtatuto, vt maritus aliquam
dotis partem lucretur, legatũ in dotem com-
putandum non eſſe. Comprobat hanc opi.
nionem primò:Lucrum enim dotis,quod ex
iure municipali viro defertur,magis videtur
ex prouiſione mariti prouenire,quàm ex diſ-
poſitione vxoris. Cùm igitur iſtæ cauſæ ſint
ſeparatę,& diuerſo tempore effectus ſuos ha
beant.conſequitur inde,quòd legatum in do.
tem computati non debeat. Subijcit deinde,
quòd lucrum hoc dotis, quod maritus ex for
ma ſtatuti conſequitur, non proueniat pro.
priè ex cauſa lucratiua, ſed oneroſa, propter
matrimonij onera,l.ſi donatutus.9.ff.de con
ditio.ob cauſam.

Præterea maritus videtur habere iſtud lu.
crum ex quodam pacto inter ipſos. Videtur
enim tempore celebrati matrimonij ſe obli.
gaſſe ſecũdùm leges & ſtatuta,glo.in l.ſi dno.
38.ff.de acquir.hæred. & ibi Caſtrenſ.ſi igitur
ita conueniſſet, legatum illud in dotem mi-
nimè computatur,iuxta d.l.ſi cùm dotem.23.
§.ſi pater.ff. ſolnto matrimo. præcipuè cùm
in dubio par ſit virtus expreſſi & taciti, l.cùm
quid.3.ff.ſi cert.pet.

Præter † has rationes addnci poteſt & hoc 4
quoque.Bar.& alij qui eum ſequuntur,diſtin-
ctionem adhibent inter cauſam neceſſariam
& voluntariam, vt in neceſſaria cauſa lega-
tum computetnr, in voluntaria verò non.
Quinimò dici poteſt,magnam neceſſitatem,
ſeu cauſam neceſſariã, magis inducere men.
tem teſtatricis, quòd voluerit legatũ durare,
l.rem legatam.18.ff.de adimend leg §.ſi rem
ſuam.Inſtitu.de lega. Magis itaque legatum
conſeruari debet ob veriſimilem ac proba-
bilem teſtatricis mentem, & non compen.
ſari

ſari in dotem. Deinde iſta diſtinctio de cau-
ſa voluntaria & neceſſaria ex eo quoque non
videtur procedere: quoniam debitum con-
tractum ex cauſa merè voluntaria, tamen
tempore legati facti reperitur eſſe neceſſari-
um. Contractus enim ab initio voluntatis
ſunt: ex pòſtfacto neceſſitatis eſſe incipiũt, l. in
commoda10.17.§.ſicut.ff.cõmodati.l.ſicut.5.
C.de actio.& obliga.vnde tempore legati fa-
cti neceſſarium eſſe incipit, etiamſi ex princi-
pio voluntario profectum ſit. Conſiderari
igitur debet tempus facti legati, l.ſi ita.8.ff.de
auro & arg.leg.

5 Præterea † de natura legati eſt, quòd adfe-
rat lucrum vel commoditatem, l. legatum.
de legat.2. item in dubio cenſetur factum ob
benè meritum ſeu affectionem, l.nec adiecit.
9.ff.pro ſocio. Non igitur compenſabitur.
Poſtremò compenſatio non fit, niſi oppona-
tur, & apertè exprimatur, l fina.ff. de com-
penſatio. In dubio igitur illud ipſum lega-
tum non factum eſſe cenſetur animo com-
penſandi; licèt autem admodum conſenta-
neè & veriſimiliter hæc adferri poſſint: quia
tamen Bartoli opinio communiter appro-
bata eſt, ab ea quoque recedendum minimè
putarem.

Reſponderi itaque poteſt ad id quod Bal-
dus afferr de cauſis ſeparatis, & diuerſo tem-
pore prouenientibus, per expreſſas principum
conſtitutiones. in l.omninò. 30. in l. quoni-
am. nouella 29.C.de inoffic.teſtam. vbi aper-
tè dos & donatio propter nuptias conferun-
tur, & in quartam legitimæ computantur.

6 Neque † etiam obſtat quod dictum eſt, dif-
ferentiam nullam faciendam eſſe inter cau-
ſam volũtarium & neceſſariam, cum eo tem
pore, quo vxor marito aliquid legauit, quæ-
libet cauſa fuerit neceſſaria. Quia reſponde-
ri debet: Licèt tempore legati facti, vtrumque
debitum ſit neceſſarium: cauſa tamen debiti
longè diuerſa eſt & ſeparata. In contractu e-
nim proceſſit à cauſa voluntaria, d.§. ex con-
ditionali, Inſtitu. ſecùs in obligatione legati.
Quia debitum non prouenit à voluntate, ſed
à lege, & propterea vocatur cauſa neceſſaria,
l.ſi fideiuſſor.7.§. ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſdare
cogantur. Neque hoc caſu matrimonium,
quod mera voluntate initiò contractum eſt,
in conſideratione habetur, cùm matrimoni-
um cauſa ſit remota, propter quod lucrum
dotis ex ſtatuto ad maritum pertinet: verùm
ſtatutum cauſa eſt proxima, in conſideratio-
ne autem cauſam ſemper proximam inſpice-
re debemus, non autem remotam, l.cùm mu
lier.7.ff.rer.amota.l.fina.ff.de condit.ob cau-
ſam: ſicuti in ſimili quoque, pater dotare fi-
lias ſuas cogitur, l.qui liberos.29.ff.de ritu nu
ptiarum, l.obligamur.51 §.ea lege.ff.de actio.
& oblig.l.2.§.1.ff.ſoluto matrimo. & ibi Ale-
xan.colum.4. Et tamen ſi remotam conſide-
raremus cauſam, matrimonium nempè dici
poſſet, dotem voluntariam eſſe, cùm ob &
propter matrimonium detur, quod ſolo con
ſenſu perficitur, l.nuptias.31.ff.de reg. iur. l.2.
ff.ſolu.matr. quemadmodum quoq; ſatiſda-
tio de vtendo fruendo boni viri arbitratu di-
citur neceſſaria, l.ſi fideiuſſor. 7.§. ſi neceſſa-
ria.l.de die.8.§.ſi tutor.ff qui ſatiſdare cogan-
tur: ſi tamen remota cauſa inſpiciatur, dice-
tur voluntaria, cùm nemo inuitus vſumfru-
ctum accipere cogatur.

Tertiò, † negotium non facit id, quod de 7
tacito lucri pacto allatum eſt. Quaſi vxor &
maritus contrahentes initiò matrimonium
videantur ſe obligaſſe tacitè ſecundùm ſtatu
ta diſponentia de dote & matrimonijs, argu-
mento eius quod Vlp. ſcripſit in l.ſi duo.38.ff.
de acq.hæred. Qui enim vult vnam partem,
nempè cõtrahere matrimonium, vult etiam
alteram partem, ſubijcere ſe nempè iuribus,
quæ circa dotem, aliaque matrimonij onera
lata & ſancita ſunt. Reſponderi enim poteſt,
etiamſi pactum expreſſum interceſſiſſet. Quia
tamẽ obligatio neceſſaria inducta eſt ab ipſo
ſtatuto vel lege, non nocet, l.huiuſmodi.86.§.
cùm pater.ff.de leg.1. Cùm pater, inquit, pro
filia ſua dotis nomine centum promiſiſſet,
deinde eidẽ centum eadem legaſſet, doli ma-
li exceptione hæres tutus erit, ſi & gener ex
promiſſione, & puella ex teſtamẽto agere in-
ſtituerint. Conuenire enim eos inter ſe opor-
tet, vt alterutra actione contenti ſint. Deinde
ſicut cauſa remota, nempè matrimonium,
quod vtriuſque conſenſu contrahitur, inſpici
minimè debet: verùm cauſa propinqua, ip-
ſum nempè ius municipale deferens marito
vel integrã dotem, vel aliquam eius partem:
ita ſimiliter quoque tacita conuentio cõſide-
rari non debet, cum ea tacita conuentio acce-
dat ad matrimonium, & acceſſorium naturã
ſui principalis ſequatur, c. acceſſorium. de re-
gul.iur.lib.6.l.qui ad certum.15.ff.locati. Præ-
tereà, † non ſemper eadem ratio eſt taciti &
expreſſi, præcipuè ad infringendum actumq;
irritandum, notatur in l.cùm quid.3.ff.ſi cert.
petat.l.ex diuerſo.18.ff.ſoluto matr.l.nõnun-
quàm.51.ff.de conditio & demonſtr.l.expreſ-
ſa nocent. 156.ff. de reg. iur. Neque † obſtat. 9
§.ſi rem ſuam. Inſtit.de leg. vbi ſi res ſua lege-
tur, & deinde à teſtatore alienetur, nihilomi-
nùs Celſus putauit, teſtatorem non animo a-
dimendi vendidiſſe, ideoq; eam debere: quod
& diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.
Igitur noſtro quoque caſu, ſi vxor marito ali-
quid leget, illud ipſum legatũ adimi, & in lu-
crum dotis cõputari minimè debet: quia re-
ſponderi poteſt, d.§.ſi rem. & reſponſum Iu-
riſconſulti in l.rem legatam.18.ff.de adimen.
leg. loqui in ademptione legati. In dubio autẽ

mutatio voluntaris non præſumitur,l. fideicõmiſſa.11.§. ſi rem.ff.de leg.lib.3.l.non ad ea.88.ff.de cond.& demonſt. Et propterea diſtinguitur inter alienationẽ ex cauſa voluntaria, & cauſa neceſſaria. Quia ex cauſa voluntaria inducitur mutatio volũtatis: ſecùs ſi ex cauſa neceſſaria, vt ibi. Noſtro verò caſu conſideratur, vtrùm legatum factum videatur animo compenſandi, vel non. Præterea multa fieri impediuntur, quæ tamẽ facta valent, l. patre furioſo. 8. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

Duæ poſtremæ rationes de donatione, itemque compenſatione, quæ non fit niſi exprimatur, nullius ſunt momenti: quia teſtatot commodi cauſa vtilitatiſque legaſſe ſemper cenſetur, niſi cõtraria eius voluntas conſtet, quæ colligitur ex d.l omninò.30. & d.l. quoniam. nouella 29. propter has Principum conſtitutiones, etiam ipſa compenſatio expreſſa eſſe cenſetur.

Communis itaq; hac in quæſtione eſt concluſio, quòd legatum ab vxore marito factũ computetur in dotem, ſi ius municipale, vel integram dotem, vel aliquã eius partem marito deferat.

10 Declaratur † hæc concluſiò ex opinione Angeli Aretini in d. Auth. præterea, & in d l. ſi cùm dotem. 23.§. ſi pater. ff. ſolut. matr. vt non procedat, quãdo mulier marito dotem ſoluit: quia tum mulier creditrix eſt, & in nullo debitrix. Non igitur fieri poteſt compenſatio. Quam Angeli declarationem reijcit Raphael Fulgoſ. in d. Auth. præterea, necnon quoque Ludouic. Rom. & Imola in d.§. ſi pater. argumento eius text. & d.l. omninò.30. Qui enim ibi quoque legant, debitores non ſunt propriè intelligendo. Largo tamen modo debitores dici poſſunt, quia illa portio detrahitur de bonis illorum.

11 II. Declaratur † hæc concluſio ex opinione Baldi, niſi vir & vxor pacti eſſent inter ſe de lucranda dote. Quam ſimiliter Baldi declarationem Ludou. Rom. reijcit, ex eo quod tale pactum ſuperfluum eſſet, cum ſtatuto idẽ introductum ſit, argum. l. qui mutuam. 56. ff. mandati. l. 1. C. de pact. pignorũ. Melius reſpõderi poteſt ex ſententia Riminaldi in d. Auth. præterea. Quòd ratio neceſſitatis ſubſit in ſtatuto, quæ ex pacto tolli nõ poteſt, l. huiuſmodi. 86.§. ſi pater. ff. de leg.1.

12 III. Declaratur † niſi in legato mentio facta eſſet de bonis teſtatoris vel teſtatricis, per ea quæ Bald. notat in l. liberti, libertæque. C. de operis libert. Nam bona intelliguntur deducto ęre alieno, l. ſubſignatum, 39.§. bona. ff. de verb. ſign. Ex eo enim apparet, quod intentio legantis fuit, quòd deduceretur æs alienum, & legatum ſolueretur deducto ęre alieno, & ſic quid non compenſaretur. Bart. in l. vt iuriſiurandi. 7.§. ſi liberti. in fi. ff. de oper. libertor. Baldus in l. 1. C. de his quæ pœnæ nomine.

13 Poſtremò, † communiter declarari ſolet, vt locum habeat, ſi legatũ factum ſit in quantitate: ſecùs, ſi in ſpecie, in qua compenſatio locum non habet. Paulus Iuriſconſ. in l. ſi conuenerit. 18. ff. de pign. actio. Ergo ſi id nomen pecuniarium fuerit, exactam pecuniam tecum penſabis: ſi verò corporis alicuius, id quod acceperis, erit tibi pignoris loco. & latè declarat Riminald. in d. Auth. præterea, circa fin. Quam tamen declarationem vir acuti ingenij Philippus Decius ibidem nu.10. in quarta dubita. impugnat: ac exiſtimat compenſationi locum eſſe, etiamſi legata ſit ſpecies, aut legatum in ſpecie conſiſtat. Licèt enim de ſpecie ad quãtitatem nõn fiat compenſatio, l. fin. & ibi Accurſ. C. de compenſationib. d.l. ſi conuenerit. 18. procedit tamen hoc in ea compenſatione, quæ debet fieri parte inuita. Diuerſum verò, ſi compenſandum aliquid ſit ex præſumpta teſtatoris voluntate. Idque longè ante Decium Ioan. de Imol. in d.l. ſi cùm dotem. 23.§ ſi pater. ff. ſoluto matrimo. ſenſit. Quem defendit Alexan. ibid. multis argumentis: à qua Decij opinione recedendum quoque minimè putarem.

CAPVT VIII.

Legatum factum vxori inopi an in quartam ſibi debitam computetur.

SVMMARIA.

1 *Legatum factum vxori computatur in legitimam.*
2 *Species legata vxori in legitimam computatur. & compenſatur.*
3 *Compenſationis natura alteratur in vltimis voluntatibus.*
4 *Teſtator præſumitur voluntatem ſuam iuri communi accommodaſſe.*
5 *Legatum in legitimam debitam datur e computatur, ſecùs ſi de voluntate debeatur.*
6 *Pactum an fieri poſſit de non lucranda dote, ſtatuto ſeu iure diſpoſitioni contrarium.*
7 *Voluntariè non facit, qui compelli poteſt vt faciat.*
8 *Legatum factum cum præcepto reſtituendi non computatur in legitimam.*
9 *Legatum factum expreſſis verbis de bonis ſuis, non computatur in legitimam vxoris.*
10 *Bonorum appellatione quid veniat.*

1 SI † vir vxori egenæ & inopi aliquid leget, hoc ipſum legatum in quartam computari, aperti clarique iuris eſt, Authen. præterea. in fin. Liberis verò non exiſtentibus, vel ſi nullos habuerit, potietur etiam dominio, & imputabitur legatum in talem portionem.

Amplia-

2 Ampliatur † hæc ipſa iuris diſpoſitio ex mente Ioan. de Imola, in d. l. ſi cùm dotem. §. ſi pater. Alex. & Decij In Authen. præterea. vt procedat, etiam ſi legata ſit ſpecies, quæ (vt modò dictum eſt) imputationē vel compenſationem non recipit cum quantitate, d. l. ſi conuenerit. 18. d. l. fina. Rationem adfert Alexan. Quia ea iuris traditio locum habet in ea compenſatione, quæ in iudicio parte inuita fit. Diuerſum verò obtinet, ſi compenſetur aliquid ex præſumpta & tacita teſtatoris mente. Hoc enim caſu compenſatio fit ſpeciei & quantitatis. notatur In l. omnimodò. 30. §. imputari. C. de inoffi. teſtam.

3 Nam † in vltimis voluntatibus compenſatio non regulatur ſecundùm naturā compenſationis, quia fit de ſpecie ad quātitatem, vel generis ad genus. l. qui non militabat. 78. §. 1. & ibi Accurſ. in verb. compenſetur. ff. de hæredib. inſtituend. l. creditorem. 87. l. cùm ab vno. 55. l. cùm pater. 79 §. cùm pater fideicommiſſum. ff. de lega. 2. l. ſi compenſandi. 6. C. de hæredibus inſtituendis. Inde Accurſ. ait in l. vnum ex familia. 69 §. ſed ſi vno. ff. de leg. 2. quòd in vltimis voluntatibus compenſatio impropria ſit.

4 Hanc † tamen Alexādri rationem de præſumpta voluntate teſtatoris, Decius in d. Authen. præterea. nu. 10. verſic. & aduertendum, reijcit. Quia in dubio teſtator cenſetur ſe voluiſſe accommodare ad id quod iure ſtatutū diſpoſitumq́; eſt, l. ſi duo. 38. & ibi Bal. ff. de acquir. hæred. Bald. in l. precibus. 8. in fin. C. de impuber. & alijs ſubſtit. Magis igitur dicendum eſt, compenſationem eam ab ipſa lege induci, quæ lex obligauit maritum etiam inuitum ad quartam. Nam cùm maritus vxori legat, eiusque neceſſitati & inopiæ prouidet, quartam voluit lex ipſa in totum vel in partem computari & compenſari: quam opinionem Decij amplector.

Secundò extenditur & producitur concluſio ad id quod in foro conſcientiæ debetur. Licèt enim in foro contentioſo exigi nō poſſit, videtur tamen teſtator animo compenſandi legaſſe ad exonerationē conſciētiæ pro ſalute animæ, quæ omnibus rebus præferēda eſt, l. ſancimus. 18. C. de ſacroſanct. Eccleſijs. Quamuis ab aliquibus dubitatum ſit, cùm debitum illud exigi nequeat, ex doctrina Baldi in l. legaui. in fin. ff. de liberat. legata vbi inquit, quòd ſi teſtator mandauit ſatisfieri de debitis ſuis, ſolùm intelligitur de debitis quę exigi poſſunt. Et ſic non habetur ratio eorum, quæ ſolùm in foro conſcientiæ debentur. Cuius tamen obiectionis ſolutiones affert duas Decius in d. Auth. prętereà, num. 11. verſ. ſed reſponderi poteſt. vna, quòd Baldi ſententia in vltima voluntate vera non ſit: ſecùs verò in contractibus. Altera, quòd intelligatur quando præſcriptum fuiſſet tum bona fide: quia illud ſalua conſcientia retineri poteſt. Innocen. in c. cura. extra, de iure patronatus.

4 Declaratur † primò concluſio, qua traditur legatum in quartam, imputandum & compenſandum cum quarta eſſe, intelligi debere de debito, quod ex ipſa legis diſpoſitione debetur, quemadmodum eſt quarta, quam ipſa lex vxori inopi addicit, & quam maritus, ipſa lege iubente, vxori debet: ſecùs in debito voluntario quod debetur ex facto & voluntate debitoris. Decius in d. Authent. præterea. nume. 11. verſic. nunc verò prædicta concluſio, per authoritatem Bartol. & l. 1. §. ſciendum. C. de rei vxoriæ actione. Bartolus in d. l. ſi cùm dotem. 23. § ſi pater. ff. ſoluto matrimonio.

Interpretes aliqui rationem diuerſitatis adferunt hanc: quòd in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtat. l. rem legatā. 18. ff. de alimentis legatis. Quam rationē Decius reijcit: quia reſpectu & conſideratione legati, quod ex libera defuncti voluntate proficiſcitur, illa ratio locum non habet. Adducit itaque hanc, quòd lex quæ grauauit debitorem in debito neceſſario contra eius voluntatem, voluit viciſſim ab ea neceſſitate eundem releuare, quantum potuit. Ideoque ταυτὸν collegit, & quadam interpretatione putauit, legatum animo compenſandi relictum eſſe. Quæ ratio in debito voluntatis ceſſat.

6 Secundò † limitatur, vt non procedat, ſi pactum factum fuiſſet, de non lucranda dote. Ratione enim pacti debitum videtur eſſe voluntariū, & ideo imputari nō debet legatū in dotem. l. creditorum. 87. de lega. 2. Quemadmodum etiam ſuprà capite proximo de dote per ſtatutum lucranda dictum eſt. Hanc limitationem adfert Baldus in Authen. prætereà. colum fin. verſic. ſed ſi veniret ex pacto expreſſo. & in l. quoniam In prioribus. 32. circa fin verſicu. ſed ſi iſta tua. C. de inofficioſo teſtamento. Hæc Baldi limitatio communi Interpretum recentiorum adſenſu reiecta reprobataque eſt ex generali traditione, quòd qui aliquid ex abundanti facit, non videatur velle alterare debitum neceſſariū. argumento l. penul. C. de pact. pignor. l. qui mutuam. 56. ff. mandati. Deinde, quia ex Iuſtiniani ſanctione quarta illa debetur vxori inopi. Ergo pacto effici non poteſt, vt ea ipſa diſpoſitio neceſſaria, voluntaria reddatur ac fiat.

7 Quia † is qui compelli poteſt vt faciat, ſi fecerit id, voluntariè feciſſe id dici non poteſt, ſed prætextu imminentis neceſſitatis, l. nouiſſimè. ff. quod falſo tutore. Ioan. Andreę In c. prætereà. 2. de iure patronatus. & in regula, bona fides. de regulis iuris in 6. Angelus in conſil. 24. incip. quatuor dubia.

col.

col.penul.cum ſimilibus. Dec.in c.cum M.
col.12.extra,de conſtitut.

8 Tertiò, † declaratur in legato facto ſimpli-
citer coniugi ſuperſtiti. Secùs ſi legatum al-
teri reſtituendum eſſet, quia tum locum non
haberet compenſatio. Barto.in d.l.ſi cùm do-
tem.23.§.ſi patet.in fi.ff.ſolut. matr. per text.
in l.cogi.16.§. qui ſolidum.ff.ad ſenatuſcon-
ſultum Trebellianum. & l. ſed etſi mortis.3.
§.item ſi quis.ff.de leg.præſtandis. l. fin.§.fin.
C. de bonis quæ liber. l. Sulpitius.50.ff.de do-
natio.inter virum & vxor. latè declarat De-
cius in d.Authen.præthereà,num.10.verſi.ter-
tiò limitatur.

9 Quartò, † compenſatio non fit, ſi teſtator
in ipſo teſtamento ſcribat, ſe velle legare, vel
legatum præſtare de bonis ſuis. Bona enim
dicuntur deducto ære alieno, l.ſubſignatum.
39.§.bona.ff.de verb.ſig Videtur itaque legaſ-
ſe, ſi quarta prius ſoluta ſit, quæ in ære alieno
computatur. Bal.in d.l.ſi cùm dotem.§.ſi pa-
ter.ff.ſolu.matr. Hinc recentiores colligunt,
filiam, cui à patre quid legatū eſt, addita pro-
hibitione, ne quid vlteriùs cōſequatur, à ma-
ternæ dotis petitione non arceri aut excludi.
Quia dos materna tanquàm æs alienum de-
betur. Dec.in Auth.prætereà.nu.13.

De appellatione verò bonorum, vt obiter
dicam, traditur in l. bonorum. 49. & ibi Ac-
curſ.& Alcia.ff.de verbo.ſign.& in l.princeps
bona.21.eod.titul. Tyraq.in l.ſi vnquàm.8.in
verb.bona.C.de reuoc.donatio. Benedict.in
c. Raynutius, verſic. cætera. extra, de teſtam.
Angel.in tract.malefic. in verſi.& eius bona.
Proſequitur multis concluſionibus Arius Pi-
nell.in l.1.C.de bonis maternis.

CAPVT IX.

Vtrum vxor inops indotata dominium quartæ ex bonis mariti æquè habeat ſolis exiſtentibus parentibus vt habet exiſtentibus liberis.

SVMMARIA.

1 *Vxor indotata tam ſola ſine liberis, quàm exiſtentibus ſolis parentibus quarta ex bonis mariti dominium habet. & num.5.*

2 *Iuſtiniani ſanctio de quarta relinquenda vxori an correctoria, & an extendi poſſet. & nu.4.*

3 *Verbum, minus, quid importet.*

1 VXor † inops, & quæ nullam dotem
ad maritum attulit, non modò exiſten-
tibus liberis, dominium quartæ totius ſub-
ſtantiæ mariti conſequitur, vt modò dictum
eſt: ſed etiam quando ſoli tantùm aſcenden-
tes ſuperſunt. Accurſ.in d.Authentic.præte-
reà. Idque longe ante Accurſium ſenſit Hu-
go, qui coætaneos habuit Bulgarum & Py-
leum, qui omnes Bononiæ ſub Friderico Bar
baroſſa floruerunt, & gloſſas in feudorum li-
bros conſcripſerunt. Is itaque Hugo hac ra-
tione motus, Iuſtiniani diſpoſitionē ad eum
caſum, ſi ſoli parentes extarēt traduxit. Quia
liberis ex naturę dictamine, & ipſo parentum
voto bona patris debentur, l.ſcripto.6.ff. vn-
de liberi. l.nam etſi parentibus.15.ff.de inoffi.
teſtam. Si igitur mater inops exiſtentibus li-
beris tribus vel paucioribus quartam totius
ſubſtantiæ mariti conſequitur: pluribus ſu-
perſtitibus in virilem portionem vocatur:
multò magis idem dicendum eſt, ſi aſcenden
tes ſoli extent, quibus hæreditas defunctinō
æquè vt liberis debetur.

Hanc Hugonis opinionem ſequitur Cy-
nus, Bartolus, Baldus & Salicetus in d.Auth.
prætereà, nec non quoque alij recentes ibidē,
à quibus hoc additur. In d.Authen.prætereà,
duo ſtatuuntur: vnum, vt hanc quartam v-
xor inops conſequatur: alterum, quòd Iuſti-
nianus liberis ipſis inopem coniugem in
conſequenda mariti hæreditate præfert &
anteponit. Licèt igitur liberi non ſint, id
tamen quod primum eſt, ius nempè dela-
tionis corruere & deficere non debet. Licèt
igitur non veniat ex iure prælationis, voca-
tur tamen ex iure delationis. argumento l. ſi
poſt mortem. 10.§.fin.ff.de bon.poſſ. contra
tabul. l.ſed cum patrono.6.ff.de bono.poſſeſ.

Non † obſtat ſi obijciatur, Iuſtiniani ſan- 2
ctionem in d.§.quoniam. & in d.Authentic.
prætereà, correctoriam eſſe, & ideo extendi,
produci vel ad alios caſus, etiamſi eadem ra-
tione nitantur, trāsferri minimè debere. Ac-
curſius & omnes in Auth quas actiones.C.
de ſacroſanctis Eccleſijs. & in l.iam is.25.§ 1.
ff.de donation.cauſa mortis. Reſpondert e-
nim poteſt ex communi interpretum opi-
nione: Verum quidem eſt, Iuſtiniani ſanctio-
nem correctoriam eſſe: extenſio tamen dici
nō poteſt, ſi idem dicatur de vxore inope exi-
ſtentibus parentibus, ſicut ſi ſuperſtites eſſent
liberi. Rationem adfert Albericus Roſatus
in d.Authent prætereà. quem ſequitur Ale-
xander de Imola, & Ioannes de Imola in l.
nemo poteſt.58.ff.de legat.1. Quia ſi benè con
ſiderentur & perpendantur verba Iuſtiniani
in d.§. quoniam: facilè colligetur, eum vo-
luiſſe hanc ipſam ſanctionem obtinere, eti-
amſi nulli prorſus extarent liberi, idque pro-
pter verbum, ſiue plures, ſiue minus filij fue-
rint. Verbum † enim Minus, comprehendit 3
etiam caſum, quando nulli extant prorſus li-
beri, l.illud.7.§. minus.ff. de tributoria actio-
ne. Et vſitatum eſt etiam hoc ipſum vocabu-
lum ſumi pro non, & nihil, & re, quæ non eſt.
Cicero: Quod aſſequutus ſum, gaudeo: ſin
minus, hoc me tamen conſolabor. Epiſtola
95.libro tertio ad Q. Fratrem. Et in ſecundo
libro

libro ad Q. fratrem, epiſtola 40. Ego enim ne pilo quidem minus me amabo. & in alijs lo. cis. Sicuti etiam Paulus Iuriſconſ. qui in primis proprietati ſermonis ſtuduit, hoc ipſum vocabulum interpretatur: Minùs ſolutum intelligitur, etiamſi nihil eſſet ſolutum l. mi. nus. 31. ff. de verbo. & rer. ſignifi. Et ea quoque ſignificatione vtitur in l. apud Labeonem. 15. §. ſi quis virgines appellaſſet, ſi tamen ancil. lari veſte veſtitas, minus peccare videtur: id eſt, non. ff. de iniurijs.

4 Hæc tamen reſponſio conuelli facilè poteſt. Quia d. Authen. prætereà, quæ deſumpta eſt ex §. quia verò legem. Authen. vt liceat matri & auiæ, correctoria nõ eſt. Nam Theodoſij conſtitutionem in l. 1. C. vnde vir & vxor. non emendat aut corrigit, ſed tantum declarat & interpretatur. Quia impoſſibile eſt correctoriam eſſe. Nam priorem perimeret prorſus, ac tolleret: quod proprium eſt correctionis. Cùm igitur declaret ſolùm, & limitet priorem legem, omninò extendi debet. In limitatiuis enim fit extenſio ad caſus ſimiles ex paritate rationis. Barto. in l. ſi conſtante. in princip. in 9. queſt. 1. partis. ff. ſoluto matrimonio. cum multis ſimilibus, traditis in l. de quibus. ff. de legibus.

5 Præter rationes modò adductas, & ratiocinationes dici poteſt, ex ipſa Iuſtiniani ſanctione ſatis conſtare, vxorem hoc quoque caſu admitti in quartam, vel virilem reſpectu perſonarum aſcendẽtium: quemadmodum etiam de filijs ſtatuitur in d. Authen. præterea. Nam verba clara ſunt: Si verò talis mulier filios ex eo non habuerit, iubemus etiam dominij iure habere eam res quas ex viri facultatibus ad eam venire per præſentem iuſſimus legem. & in d. Authen. præterea. His verò non exiſtentibus, vel ſi nullos habuerit, potietur etiam dominio, & imputabitur legatum in talem portionem. Apertè & perſpicuè vult Iuſtinianus, nullis liberis exiſtentibus, eam adhuc ſuccedere poſſe. Non igitur aſcendentes eam auertent, aut excludent. ſuccedet itaque vnà cum aſcendentibus: habita tamen diſpoſitionis, traditę à Iuſtiniano in d §. quoniam verò. & ſuadet etiam natura correlatiuorum, vt idem in aſcendentibus dicatur, quod in deſcendentibus ſtatuitur. Pater enim & filius correlatiuorum ordine continentur, l. final. C. de indicta viduitate tollenda. Cùm igitur extantibus liberis, quartam ex bonis mariti conſequatur, habebit quoque eandem nullis liberis extantibus, ſuperſtitibus tantùm aſcendentibus: & conſequetur plenum dominium quartæ totius ſubſtantiæ mariti, d. Authen. præterea. In fin. cum alijs modò relatis.

CAPVT X.

Quid ſi ſuperſtites ſint auus auia paterni, auus auiaque materni, an vxor hoc pariter caſu quartam habitura ſit, an verò virilem conſequutura partem.

Intentio vxoris eſſe poteſt, quòd quarta ad ſe pertineat: Hæc quarta ad me pertinet: quia indultum eſt vxoribus inopibus, vt ſi tres ſint, vel pauciores liberi ſuperſtites, in quartam ſuccedant: Hoc autem caſu nulli prorſus ſunt liberi: Ad me igitur pertinebit quarta. Deinde exiſtentibus liberis tribus, quibus paterna hæreditas præcipuè debetur, vxores quartam conſequuntur. Magis igitur eandem habebunt, ſi ſoli aſcendentes ſuperſtites ſint, quibus hæreditas æquè vt liberis nõ debetur, l. ſcripto. 6. ff. vnde liberi, cum ſimilibus. ex vulgata regula: Si vinco vincentem te, magis vinco te, l. de acceſſionibus. 14. ff. de diuerſ. & temporum præſcriptione, cum ſimilibus.

Depulſio eſt: Ob ſimilem rationem idem in aſcendentibus ſtatuitur, quod deſcendentibus dictum eſt: ideoque vxor ſolis parentibus defuncti mariti extantibus, ad hæreditatem adhuc admittitur. Si autem tres vel pauciores ſuperſint liberi, conſequitur quartam: ſin plures in virilem portionem vocatur. Igitur hoc quoque caſu, cum aſcendentium quatuor ſint ad ſimilitudinem liberorum, non quartam, ſed virilem habebit portionem. Diſceptatio nũc eſt, quartamne hoc caſu, an virilem habere & conſequi debeat.

In hac itaque ambigua quæſtione exiſtimarem, parem eſſe debere & æqualem parentum ac liberorum conditionem: & vxorem, exiſtentibus his quatuor aſcendentibus virilem tantùm conſequi, non autem ad quartam totius ſubſtantiæ admitti debere. Quemmodum factum fuiſſet, ſi plures tribus extitiſſent liberi. Quia Iuſtinianus ipſe hoc caſu, quando nempè nulli prorſus extant liberi, ſe refert ad ea, quæ vxori inopi conceſſit ſuperſtitibus liberis, & hoc inſuper magis addit, vt dominio pleno potiatur. Quemadmodum igitur ex perſonis liberorum vxori vel quarta vel virilis adiudicatur & addicitur: ita eodem modo perſonarum paucitas, vel pluralitas etiam in aſcendentibus conſiderari debet, & inſpici.

CAPVT XI.

Si plures quàm tres ſint collaterales cũ vxore inope ſuccedentes virilemne an quartam vxor habitura.

Qvòd ſi nulli neque liberi, neque aſcendentes: verùm ſolummodò tranſuerſales,

ſales, aut qui ex latere defunctiſ cōſanguinitate attingunt, ſuperſtites ſint, & tum cum his quoq; vxor ſuccedit, ea tamen cōditione, eoque modo, quo vnà cum liberis, aſcendentibusque in mariti hæreditatem ſuccederet: hoc eſt, ſi quatuor ſint, vt virilem portionem habeat: ſin pauciores, vt quartam conſequatur, d. Authen. prætereà. in fin. Quæ generaliter loquitur, & eos omnes complectitur, qui præter liberos defunctum cōſaguinitate attingunt. Accurſius ibidem & in Authen. vt liceat matri & auiæ. §. quia verò legem. Baldus, Salycetus, Fabianus, Pepius, & reliqui recentes, in d. Authen. præterea. Quamuis Pepius in d. Authen. præterea, nume. 93. verſicu. ſed in contrarium, in fin. Salyceti & reliquorum opinionem de quarta, itemque virili conſequenda, nec amplectatur, ne repro bet: verùm cuiuſuis iudicio permittat, quod minus eum confirmata dijudicatione facere puto.

CAPVT XII.

Quid ſi vel aſcendentes vel deſcendentes hæreditatem defuncti mariti repudient, quia fortaſsis vel oneroſa ipſis, vel ignominioſa viſa eſt, vtrùm vxor totam conſequetur.

SVMMARIA

1 *Heredibus legitimis repudiantibus hereditatem quarta, quod reliquum accreſcit.*

2 *Iuri accreſcendi quando inter diuerſo iure ſuccedentes locus ſit.*

1 DVbium † non eſt, totam defuncti hæreditatem ad vxorem pertinere, & quartæ aliàs debitæ, reliquam ſubſtantiæ partem accreſcere. Baldus & Ludouicus Romanus in d. Authen. præterea. Quamuis Iacobus de Bellouiſu ante Baldum contrarium opinatus ſit, idque ex eo, quòd ius accreſcendi inter eos, qui diuerſo iure ſuccedunt, locum non habeat, l. ſed cum patrono. 6. ff de bonorum poſſeſſionibus, titu. generali. & Interpretes in l. triplici. 142. ff. de verbotum ſignificatio. diuerſo autem iure agnati ſuccedunt. Locum igitur ius accreſcendi minimè habebit.

2 Verùm † huic obiectioni reſponderi poteſt ex ſententia Baldi in d. Authen. præterea: regulam illam locum habere, vbi agitur de ſucceſſione Prætoria. diuerſum verò eſt, vbi ſolo animo hæredes fiunt. nam tunc iuri accreſcendi locus fit, l. quidam elogio. 20. C. de iure deliberandi. quæ tamen Baldi reſpōſio ſimiliter à quibuſdam reijcitur, vt refert Pepius in d. Authen. præterea, nume. 94. in fine. Latè proſequitur & diſputat Pepius in d. Authent. præterea, nume. 93. vſque ad num. 104.

CAPVT XIII.

Si inops vxor & egena, quæ dotem nullam habuit, ſecundò nubat, an quartam ex bonis mariti locupletis primò defuncti; an verò ex ſecundi mariti bonis petere debeat.

SVMMARIA.

1 *Vxor inops legitimam ex bonis primi mariti nō petens ex bonis ſecundi mariti petere non poteſt.*

2 *Impeditus non eſt qui ſemouere impedimentum poteſt.*

3 *Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſentire non intelligitur.*

4 *Expenſas, victus victori quas ſua contumacia paſſus eſt, victor non refundit.*

5 *Mulier inops ob dolum præſumptum beneficio legis non fruitur.*

6 *Legis beneficio indignus, qui in legem committit.*

7 *Vxor inops legitimam habet quo ſe alimentet, quàm ſi petere negligat ex bonis primi mariti ex bonis ſecundi non petet.*

8 *Vxor quæ aliunde alimenta habet aut habere contemnit ali ab heredibus mariti poſt annum non debet.*

9 *Alienaſſe in fraudem creditorum non dicitur, qui quid acquirere neglexiſſet.*

10 *Facta pro infectis haberi non poſſunt.*

11 *Alimenta monachus, ob perpeſſam præteritam egeſtatem à monaſterio non petit.*

12 *Vxor ad ſecundas nuptias tranſitum faciens priori marito iniuriam facit.*

13 *Vxor ſecundo nubens omne quod ex bonis defuncti habet liberis relinquere debet.*

14 *Diſpoſitio hominis potior legis diſpoſitione.*

15 *Lex prohibens & annullans ad actum fictum & præſumptum trahi ſolet.*

HAc in quæſtione communi Interpretū opinione, hæc concluſio traditur. Vxor † inops, quæ quartam totius ſubſtantiæ, 1
vel virilem ſecundùm conſtitutionem Iuſtiniani petere, & ab hæredibus primi matrimonij exigere neglexit, ad quartam vel virilem partem bonorum mariti ſecundi admittenda non eſt.

Comprobant hanc concluſionem multis rationibus.

I. Quia † enim mulier hanc ipſam quar- 2
tam exigere, & ab omni inopia ſe liberare & eximere potuit, nec fecit, ſibi id imputet, egeſtatem nunc & inopia quod premature. Quid enim, vt Vlpianus ait, poteſt facere, vt poſſit cōditioni parere, iam poſſe videtur, l. qui poteſt. 135. ff. de regul. iur. argumento. c. fina. extra, de electionibus, vbi tempus à iure præfixum ad eligendum currit illis, qui prohibiti erant eligere abſque licentia ſuperioris: quia in mora fuerunt, non petendo licentiam, quam facilè impetrare potuiſſent. Nec impeditus dicitur ille, qui impedimentum ſemouere facilè & tollere poteſt. Bartolus in l.

ſed

ſed etſi per Prætorem. 26.§.1. ex quibus cauſis maior.in integ. ſimilis tex. in l.ſi cui.49.§.fi. ff. de condition. & demonſtration. & argumento l.iure ciuili.24.ff.eod. & l. in exequutione.85.§.penul.ff.de verbor. obligatio. Videtur igitur vxor diues eſſe, cùm quartã eam non exegerit. Et ſic inopiam prætendere non poterit, ad petẽdam quartam ex bonis ſecundi mariti. Præſertim cùm quarta ea neceſſariò vxori debeatur, & in bonis vxoris cõputetur. Baro.in l.facere poſſe. 29.ff.ſoluto matrimonio.

3 Deinde † vulgati iuris eſt, quod quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire, l.quod quis.202.ff.de regu.iur.& c.damnum.de reg.iur.in 6. Idcoq́ue cum ſua culpa inops mãſerit, eam deinde denuò prætendere non poterit. ſicut ſimiliter procurator pœnam, quam ex ſuo delicto paſſus eſt recuperare non debet, l qui proprio.46 § item. ff.de procuratoribus. ſicut quoque is, qui ſcienter pro ſeruo furtum faciente ſoluit, ſolutum non repetit, ſui enim facti nomine pœnam meruit, l. ſi communis 9.ff. de noxalib. actionib. Et apertè Paulus Iuriſconſultus ſcribit, quod ex facto ſuo vnus ex cohæredibus ex ſtipulatione hæreditaria præſtat, à cohærede non repetet, l. inter cohæredes. 45.§. quod ex facto ſuo.ff.famil. erciſc.

4 Inde † Speculator quoque ſequutus Albericum ſcribit, victum victori ad expenſas, in quibus condemnatus fuit, propter eius contumaciam non teneri: quia culpa ſua damnũ illud habuit. Specul.in tit.de expenſis, verſic. cæterùm. Bartol. in l.ſi pignore. 22.ff.de pignorat.actio Panormitan in c.finem litib.extra, de dolo & contumacia. Et tradit Alberic. in d.l. quòd quis fideiuſſorem non poſſe repetere à principali vſuras, quas indebitas ſua culpa ſoluit. Latè proſequitur Alex.conſ.219. in 2.lib.

5 III. Præſumitur † etiam & colligitur, nõ obſcurè vxorem in præiudicium hæredum ſecundi viri, quartam ex prioris mariti bonis non poſtulaſſe, nec exegiſſe. Ob dolum igitur pręſumptum ac fraudem beneficio legis amplius gaudere non debet: ſicut ſimiliter maritus ratione doli, in fraudem mulieris in rebus proprijs commiſſi, perdit beneficium quod habet, l.etiam filios. 18.§.licet.ff. ſoluto matrimonio. Et ſocer qui ſpe futuræ dotis generum induxit, vt matrimonium contraheret, cùm tamen ſciret ſe ſoluẽdo non eſſe, in id quod facere poteſt, condemnatur, l.ſi de dote.ff.de iure dotium.

6 IIII. Generalis † inſuper iuris traditio eſt, quòd is qui in legem committit, legis beneficio vti non debeat, c.qui fruſtra, extra, de vſuris. Bald.in l.auxilium.in fin.ff. de minorib. Vxor autem, quæ quartam ſibi delatam neglexerat accipere, in legem commiſit. Ergo beneficio ſuo in poſterũ vti, & eam quartam ex bonis ſecundi viri conſequi nõ debet.

7 V. Præterea † ceſſat quoque ratio latæ conſtitutiõis. Iuſtinianus enim vxorem inopem & pauperem ideo quartam habere, ex bonis prædefuncti mariti voluit, vt vnde ſe honeſtè ſuſtentaret & aleret, haberet. Cùm igitur alimentorum ſubminiſtrationem ex bonis primi mariti habere poſſit, ceſſabit diſpoſitio Iuſtiniani in ſecundo vlterioreve matrimonio, argumento l. in cauſæ. 16 in principio ff. de minoribus. Qui enim communi auxilio, & mero iure munitus eſt, non debet ei tribui extraordinarium auxilium, & notatur in l. prouinciali. ff. de noui operis nunciatione: præſertim cùm ipſa à quartæ petitione ab hæredibus mariti etiamſi tardiùs, cum petierit, non excludatur, ſicut de quarta Trebellianica reſcripſit D. Antoninus l. facta.63.§. reſcripto. ff. ad Senatuſconſultum Trebellianum.

8 Poſtremò † vulgata eſt Interpretum doctrina, quòd vxor quæ vnde ſe alat, habet, vel non habet: quia habere non voluit, ali ab hæredibus poſt annum à die mortis mariti non debeat, l.facere poſſe. 29.ff.ſoluto matrimonio. l.qui poteſt facere. 135.ff.de regulis iuris. Pari quoque ratione hoc caſu dicendum eſt eam à petitione quartæ ex bonis ſecundi mariti auertendam & repellendam eſſe, cùm vel quartam ex primi mariti ſubſtantia cõſequuta ſit, vel conſequi neglexerit.

Contra hanc tamen concluſionem, quæ quidem ſatis probabiliter confirmata eſt, obijci poſſunt non incommodè, nec abſurdè hæc.

9 Primò. † Certi indubitatiq́; iuris eſt, quòd is qui cùm poſſit aliquid quærere, nec id agit, vt acquirat ad edictum, quæ in fraudem creditorum non pertineat. Pertinet enim hoc edictum ad diminuẽtes patrimonium ſuum, non ad eos qui id agunt ne locupletentur. Vnde ſi quis, inquit Vlpianus, ideo conditioni non paret, ne committatur ſtipulatio: in ea conditione eſt, ne faciat huic edicto locum. Exemplum aliud ſubijcit: Proinde & qui repudiauit hæreditatem, vel legitimam, vel honorariam, vel teſtamentariam, non eſt in ea cauſa, vt huic edicto locum faciat. Noluit enim acquirere, non ſuum proprium patrimonium diminuit, l.qui autem.6.ff.quę in fraudem creditorum.

Simili quoque eademq́ue ratione dicendum eſt, vxorem cui quarta vel virilis ex bonis mariti primi debetur, eam & repudiare eam poſſe, & ob repudiationem nulla ſuſpicione fraudis doliq́ue incuſari poſſe: idcoq́ue deinde ad petitionem quartæ ex ſubſtantia ſecundi viri admitti debere.

Deinde hocquod de ipſa mente & ratiõe ferendæ conſtitutionis in quinta probatione adductum allatumque fuit retorqueri facilè, conuerti, & reijci poteſt in aduerſam contrariamque opinionem. Ea enim quæ ad ſecunda vota tranſiuit, inops & egena ampliùs dici non poteſt, cùm à ſecundo viro ſuſtẽtationem & vitæ alimoniam conſequatur. Cùm itaque illa ipſa inopia & paupertas ceſſet, ceſſabit pariter ius agendi contra hæredes primi viri. Ceſſante enim cauſa, ceſſat effectus vulgatis iuribus.

Prætereà vxor ſecundò nubens, & in petitione quartæ ab hæredibus primi viri inopiam & egeſtatem allegans, facilè refellitur: quia illius mendicitatis macula & opprobri-
10 um extincta cenſetur. Facta † enim pro infectis haberi non poſſunt, l. in bello. 12. §. factæ. ff. de captiuis & poſtliminiò reuerſis. c. ſi Paulus. 32. quæſt. 5.

11 Sicut † ſimiliter monachus ob præteritam perpeſſamque egeſtatem, alimenta à monaſterio non petit. Imola & Interp. in c. cùm dilecta. extra, de reſcriptis. Geminianus in c. cùm paſtoris. 2. q. 7. Bartol. in l. liberis. 4. ff. de alimentis & cibarijs legatis. Ioannes de Anania in c. ex parte. in 2. colum extra, de accuſat. 28. Magis eſt, vt non audiatur ſi præſentem innpiam, & ſecundi viri ignominiam ex inopia, & iniuriam prætendat: quia præſens inopia & mendicitas priori viro næuum nullum vel prodigalitatis, vel minùs ſynceri amoris & coniugalis beneuolẽtiæ ingerit: ſed ſecundum ſolummodò attingit, cuius nunc domicilium dignitatemque ſequitur, c. is qui. de ſepult. lib. 6. Et in eo matrimonio eſſe dicitur, licèt illud ſolutum ſit, l. omnem. 6. C. ad S.C. Tertyl.

12 Poſtremò. † Cuiuis etiam facilè obuium eſt, quod vxor ad ſecundas tranſiens nuptias, priori marito iniuriã faciat ſummam. Negligit enim & defuncti memoriam, & charitatem filiorum, & defuncti viri animæ triſtitiam affert. §. ſi autem tutelam gerat. & §. nos igitur. in Auth. de nuptijs. ac incapax efficitur, l. 1. 2. & 3. C. de ſecundis nuptijs.

Cùm itaq; à ſucceſſione liberorum arceatur, magis eſt vt quartam quoque non conſequatur ex ſubſtãtia eius, cui ipſa iniuriam infert ſummam, cuius memoriam negligit, & priorem thorum maculat.

Et hæc quidem non difficulter me in eam pertrahunt ſententiam, vt reiecta communi opinione, exiſtimem vxorem, quæ ſecundò nupſit, & quartam antequàm ſecundis ſe funeſtaret nuptijs, petere & exigere neglexit, ampliùs eandem conſequi ab hæredibus primi mariti non poſſe: ſed quòd ea quarta ad hæredes primi mariti ſpectet & pertineat. Et quòd præſentem inopiam quarta vel virili, ex bonis ſecundi viri ſubleuare, & ſe liberare poſſit & debeat.

Cùm † enim vxor, quæ ad ſecundas tran- 13
ſit nuptias, omne hoc, quicquid à priori viro ſponſalium iure, quicquid etiam nuptiarum ſolennitate perceperit, aut quicquid mortis cauſa donationibus factis aut teſtamento iure directo, aut fideicõmiſſi, vel legati titulo, vel cuiuſlibet munificæ liberalitatis præmio. ex bonis prioris mariti fuerit adſequuta, id totum vt perceperit integrum ad filios, quos ex præcedenti coniugio habuerit, trãſmittat: neque quicquam ex iiſdem facultatibus alienare poteſt in quamlibet extraneam perſonam, l. 3. & toto titu C de ſecundis nuptijs. latè ſuprà explicatum eſt lib. 6 cap. 9 & ſeq.

Multò minus vxores ſecundò nubentes hanc ipſam quartam conſequentur, quæ ex diſpoſitione legis illorum propria eſt, & ſin-
gularis. Diſpoſitio † enim hominis potior eſt 14
diſpoſitione legis, §. diſponat. Authen. de nuptijs, cum ſimilibus. Vxor autem ſecundò nubens in ijs bonis, quæ diſpoſitione mariti ipſi præordinata & legata ſunt, non ſuccedit, toto titu. C. de ſecundis nuptijs. Magis igitur eſt, vt non ſuccedat in ijs, quæ ab ipſa lege vxori deferuntur.

Deinde ceſſat ratio ferendæ conſtitutionis, nempè egeſtas. Egena enim ampliùs non præſumitur, quę in ſecundo eſt matrimonio, cùm vir omnia ei vitæ neceſſaria præſidia ſubminiſtrare cogatur, & ſuppeditare. Ceſſabit igitur effectus, nempè petitio quartæ ex bonis primi mariti.

Neque † veriſimile eſt, Iuſtinianum hocca 15
ſu voluiſſe ea, quæ de ſecũdis nuptijs ipſe conſtituit, tollere & antiquare, cùm legum correctio non præſumatur, & lex prohibens & annullans ac infirmans ad actum præſumptum & fictum trahi ſoleat, vt latè declarat Andreas Tyraquel. vir infinitæ lectionis, in l. ſi vnquàm. 8. in verb. donatione largitur, num. 155. vſque ad 164. C. de reuocand. donationibus. Nec non quoque iniquitatis ſummæ eſſet, filijs ex priori matrimonio bona, quæ ipſa lege naturæ & parentum voto ipſis debentur, adimi, & præripi, ac in ſecundum maritum vel ex eo ſuſceptos liberos eadem conferri.

CAPVT XIIII.

Quid ſi ab initio quidem vxor dotem habeat, quæ deinde vel attenuata prorſus vel diminuta eſt, aut minus congrua, decensve efficitur, petetne adhuc quartam ex bonis mariti defuncti.

SVMMARIA.

1 *Vxori dotata quæ poſt attenuata aut perdita ſit, an legitima*

timk ex bonis mariti debeatur. & nu.3.

2 *Dotis quæſtio ſecundùm tempus contracti matrimonij dirimenda.*

1 INtentio † ſanè hæredum eſſe poteſt, eam quartam minimè vxori debere: idque propter ipſa conſtitutionis verba, quæ vxori eo ſolummodò caſu quartam deferunt, quando dotem nullam habuit, d. §. quoniam verò. Authen. de exhib. reis. Authen. prætereà. Hic autem dotem habuit, ergo conſtitutio hæc vxorem non adiuuabit.

Deinde dotis qualitas cõſiderati ſolet tempore contracti initique matrimonij, nõ tem-
2 pore mortis mariti. Dotis † igitur quæſtio dirimi & decidi debet ſecũdùm tempus contracti matrimonij, l. Titius. 26. ff. de militari teſtamento, l. in delictis. 4. §. ſi damnum extraneus. ff. de noxal. actio. Barto. in l. fin. ff. ad S.C. Tertyl. cùm autẽ hoc tempore dos congrua fuerit, & quarta peti non potuerit, eiuſdem deinde quartæ exactio non admittitur. Depulſio tamen vxoris hæc eſſe poteſt. Iuſtinianus præcipuè quartam hanc vxori ex bonis defuncti mariti dari voluit, ne inops & egena in dedecus & ignominiam prioris matrimonij ſtipem quæreret, ſed honeſta & qualiacunque vitæ præſidia haberet. Dos autem nunc vel attenuata, vel prorſus conſumpta eſt, aut minus congrua, ita vt vel prorſus omni alimonia deſtituatur: vel ſi qua dotis pars reſtat, ea tamen ad honeſtatem & decentem vitæ ſuſtentationem non ſufficiat. Quare nõ dotis datio, ſed ipſe finis, qui Iuſtinianum ad ferendam conſtitutionem mouit, nempè, vt inopia & egeſtas vxorum ſubleuetur, conſiderari debet, & perpendi.

Diſceptatio nunc eſt, vtrùm hoc caſu quarta vxori debeatur, necne? Pepius in d. Auth. prætereà, nu. 110. ſequutus Bart. Socinum, putat nõ deberi, rationibus per eum allatis, quæ nullius ferè ſunt momenti.

3 Ego † diſtinctionem adhibendam eſſe exiſtimarem. Dos an prorſus perierit & attenuata ſit, an verò minus cõgrua & decens ſit, hoc eſt, tanta non ſit vt pro dignitate ſe inde honeſtè ſuſtentare & alere vxor poſſit: velut, Pone ſtudioſum inopem initio cum virgine cõtraxiſſe matrimonium, quæ virgo eo tempore dotem congruam & decentem habuit: ſtudioſus verò poſteà ad ſummas dignitates honoreſque peruenit & adſcitus eſt, ita vt ea deinde dos ad ſuſtentationem vxori pro dignitate non ſufficiat, nec ſuppetat.

Primo itaque caſu, quando dos vel attenuata eſt, vel perijt, dubium non eſt, quin poſſit dotem totam exigere, l. ſi conſtante. 24. l. nupta. 30. cum ſimilibus. ff. ſolut. matrimon. Dotem igitur aſſequuta meritò à quartæ petitione repelli debet.

Secundo verò caſu, ſi dos minus congrua & decens ſit, tum ſi τὸ ζητῶν obſeruetur, dubiũ non eſt, quin & hæc vxor ad hanc quartã non admittatur: ἐπιείκεια tamen & ipſum Iuſtiniani in ferenda hac lege conſilium ſi perpendatur, facilè oſtendet præter dotem exiguam & tenuem aliquid vxori addendum eſſe ex bonis mariti. Duplex enim ferendæ legis cauſa fuit. vna quidem vt vxor quæ omni dote carebat, qualiacunque vitæ præſidia haberet. deinde ne his præſidijs deſtituta, ad turpẽ mendicitatem redigeretur, quæ & vxori grauiſſima, & marito defuncto non minus ignominioſa futura erat. Cùm igitur pro dignitate quam à viro conſequuta eſt, l. fœminæ. 8. ff. de ſenatoribus. ex tam tenui & modica dote, honeſtè alere ſe & ſuſtentare nõ poſſit, & ignominioſum quoque futurum ſit viro vitæ ſociam, quæ infinita matrimonij incommoda ſenſit & pertulit, omni cõmodo carere, omnique maritali beneficio deſtitui, exiſtimarem eam hoc pariter caſu ad quartam admittendam eſſe cum hæredibus mariti.

CAPVT XV.

Quid ſi bona mariti publicata ſint, & confiſcata ob delictum, conſequeturne vxor adhuc quartam illam, an verò confiſcatio & publicatio eam excludent.

SVMMARIA.

1 *Maieſtatis læſæ crimen qui cõmittit, nullum ſucceſſorem habet.*

2 *Molitus iniuſtè contra ciuitatem non recognoſcẽtem ſuperiorem an faciat crimen læſæ maieſtatis. & nu. 11.*

3 *Crimẽ læſæ maieſtatis in viro vxori inopi in legitima præiudicat. & nu. 4.*

4 *Confiſcatio bonorum extra crimen læſæ maieſtatis vxori in legitima non præiudicat. & nu. 5. & 9.*

6 *Perduellionis crimen non eſt læſæ maieſtatis crimen.*

7 *Perduellionis crimen à crimine læſæ maieſtatis diuerſum.*

8 *Fiſco applicari non poſſunt quæ ad extraneos non tranſeunt.*

9 *Dos mulieris quinq; legibus publicatur.*

10 *Filio deportato peculium eius caſtrenſe patri manet.*

12 *Crimen læſæ maieſtatis pœnam habet etiam poſt mortem rei.*

FIſci † petentis intentio eſſe potuit. Is qui committit crimen læſæ maieſtatis, ſucceſſorem nullum habet, ita quidem vt omnis στοργῇ, paternaque affectione liberi eius, quos etiam natura ipſa alendos fouendoſque docet, ſpolientur & excludantur. Perite enim hi in quibus paterni & hæreditarij criminis exempla metuuntur, paterno ſupplicio debebant, l. quiſquis. 5. §. filij. C. ad l. Iul. maieſt. 1

Is † autem qui ad patriam euertendam aliquid molitus eſt iniuſtè, præſertim ſi talis ſit ciuitas, quæ ſuperiorem non recognoſcat, crimen læſæ maieſtatis committit. Salicet. 2

in l. quiſquis.5. C. ad l. Iul. maieſtatis. per, ea quæ dicuntur. in l. hoſtes.24.ff. de captiuis, & poſtliminiò reuerſis. Cardin. & Imol. in Clemen. paſtoralis. de re iudic. & arg. text. in c. in publicis.2.q 1. Ioan. Andr. & Geminianus in c. fœlicis. de pœnis. lib.6.

Confiſcatione igitur præiudicium vxori adferetur, ne quartam vel virilem conſequatur, arg. eius quod I.C. Paulus reſpondit. Plures enim quia vna ſententia in vnam quantitatem condemnati ſunt, pro portione virili ex cauſa iudicati côueniuntur, l. Paul.43.ff. de re iudicata. quod etiam Alexand. Imperator reſcripſit, l.1.C. ſi plures vna ſentẽtia condemnati fuerint.

3 Depulſio † vxoris hæc eſt: bona mariti licèt confiſcẽtur ob eius delictum, ad vxorem tamen ex ipſa Iuſtiniani ſanctione pertinent & ſpectant. Facilè igitur fiſci petitio euertitur. Quod autem vxori hoc confiſcationis caſu quarta hæc ſalua remanere debeat & integra, neque fiſco applicari, apertè ac perſpicuè conſtat ex ipſa Iuſtiniani ſanctione ſub tit. vt nulli iudicũ liceat habere ſaluatorem loci, &c. quæ Nouella edita eſt anno imperij 15. Chriſti 541. Baſilio viro clariſſimo ſolo Conſule, & relata in Authen. bona damnatorum. C. de bonis proſcriptor. ſeu damnatorum: Bona, inquit, damnatorum ſeu proſcriptorum nõ fiunt lucro iudicibus, aut eorum officijs, neque ſecundùm veteres leges fiſco applicantur; ſed aſcendentibus & deſcendentibus, & ex latere vſque ad tertium gradum, ſi ſuperſint. Vxores verò eorum dotem, & ante nuptias donationem accipiant. Si verò ſine dote ſint, de ſubſtantia mariti accipiant partem legibus definitam, ſiue filios habeãt, ſiue non. Sed ſi neminẽ prædictorum habẽt, qui delinquunt, eorum bona fiſco ſociantur.

Interpretes communi aſſenſu potiorem eſſe vxoris depulſionem, quàm fiſci intentionem putant, quemadmodum latè declarat Pepius in d. Auth. præterea, verſ. quarto contingit dubitari, nu.113. cum aliquot ſequentibus. Vxor igitur quartam eam ex bonis confiſcatis detrahet, opinione ac omnium Interpretum aſſenſu.

4 Ego † neque ſimpliciter vel vxoris depulſionem, vel fiſci intentionem approbo: verùm exiſtimo huius quæſtionis dijudicationem conſiſtere in cauſa, ob quam confiſcatio fit. Si enim cauſa ob crimen læſæ maieſtatis, quod crimen committitur, vel in principis perſonam, vel in viros illuſtres, qui principis conſilijs & conſiſtorio interſunt, &c. bona confiſcentur & proſcribantur: dubium nõ eſt, quin vxor ſpei nihil in conſequenda hac quarta habeat. Cùm enim liberi, quibus ipſa naturæ lex parentum hæreditatem addicit, l. ſcripto.6.ff. vnde liberi, ab omni parentum de hoc crimine damnatorum ſucceſſione arceantur & pellantur, d.l. quiſquis. 5. magis vxor, quæ vitæ ſolummodò ſocia fuit, huius criminis grauitatem & magnitudinẽ ſentiet. Deinde apertè Iuſtinianus hoc ſanciuit. Cùm enim in priore parte d. Auth. bona damnatorum & proſcriptorum fiſco nõ adiudicanda nec applicanda eſſe, verùm deſcendentibus, aſcendentibus, itemque vxori ſalua remanere, & integra ad hos pertinere. ſubijcit deinde: In maieſtatis verò crimine condemnatis, veteres leges ſeruari iubemus. quæ quidem leges recenſentur in tit. ad l. Iul. maieſta. vbi inter cæteras conſtitutiones reſcriptum Arcadij & Honorij. PP. Rom. extat in l. quiſquis.5.C. ad l. Iul. maieſt. quo liberi ab omni paterno beneficio excluduntur, & vxores omni maritali beneuolentia exuuntur. Emancipationes, inquit, quæ à prædictis ſiue in filios, poſt legem duntaxat latam, ſiue in filios fuerint collatæ, non valeant. Dotes, donationes, quarumlibet poſtremò rerum alienationes, quas ex eo tempore qualibet fraude vel iure factas eſſe conſtiterit, quo primùm memorati de ineunda factione ac ſocietate cogitauerint, nullius ſtatuimus eſſe momenti, d.l. quiſquis.5. emancipationes.

5 Diuerſum † verò dicendum eſt de damnatis vel proſcriptis extra crimen læſæ maieſtatis, vel hæreſeos. Nam tum horum bona fiſco non applicantur: verùm ad eos pertinent, qui aliàs ſucceſſuri fuiſſent. Hoc itaque caſu prior Auth. pars obtinebit, & vxor ob mariti damnationem vel proſcriptionem quartam non amittet: ſi verò, inquit Iuſtinianus, ſine dote talibus perſonis coniunctæ fuerint, à legibus definitam partem de tota ſubſtantia condemnati eas accipere, ſiue filios habeant, ſiue non, §. fi. Auth. vt nulli iudicum.

Et hæc diſtinctionis pars præter expreſſam Iuſtiniani ſanctionem, alijs rationibus confirmari, comprobarique poteſt. Primò reſcripto Seueri & Antonini, quod refert Martianus in ſuarum Inſtitutionum lib 5. Iura enim libertorum, patronorum, inquit Martianus, liberis cum pater eorum erat perduellionis damnatus, ſalua eſſe diui Seuerus & Antoninus benigniſſimè reſcripſerunt, ſicut ex alia cauſa punitorum liberis iura libertorum ſalua ſunt. Crimen autem † perdnel- 6
lionis non erat crimen maieſtatis, ſed hoſtili animo ſe in Rempublicam gerere, vt ait Caius. ff. de verborum ſignification. Quos nos hoſtes appellamus, eos veteres perduelles appellabant: per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum eſſet, l.233. Hinc factum eſt, vt reus perduellionis diceretur, qui ſe quoquo modo in Rempublicam hoſtili eſſe animo declaraſſet: quaſi diceres, reũ hoſtilitatis.

Quam-

7 Quamuis † autem apud Hermogenianum
à crimine maieſtatis crimē perduellionis par
tim nihil diſtinguatur, partim etiam maieſta
ti vt ſpecies generi ſubijciatur, expreſſè tamen
declarat deinde Hermogenianus, crimen læ-
ſæ maieſtatis ibi nō intelligi, quod vel in prin
cipem, vel principis cōſiliarios committitur:
ſed quod maieſtatis crimine accuſati poſſit
is, cuius ope, conſilio, dolo malo, prouincia
vel ciuitas hoſtibus prodita eſt. l. Maieſtatis.
10. ff. ad leg Iuliam maieſtatis. Certauit igitur
homo Græcus in antiquitatis obſeruatione.
Quod enim perduellionis crimen diuerſum
fuerit à maieſtatis crimine, demonſtrare po-
teſt ex Cicerone in lib. 3. in Verrem.

Vt igitur ad propoſitam confirmationem
reuertamur apertè conſtat ex reſcripto Seue-
ri & Antonini, quod Martianus ſuis Inſtituti-
onibus Iuris inſeruit: item Hermogeniani re-
ſponſo, quod extat in l. eorū. 9. ff. ad leg. Iuliā
maieſt. perduellium, vel eorum qui citra cri-
men læſæ maieſtatis damnati ſunt, bona in
lucrum iudicibus non cedere. Adferri præter-
ea generalis interpretum traditio poteſt, in l.
8 etiam. in princ. ff. ſolut. matrimon. quòd † ea
quæ ad extraneos non tranſeunt, neque fiſco
applicari poſſunt. cuius exemplū de emphy-
teuſi adfert Bart. & plerique interpretum in l.
ſi finita. 15. §. ſi de vectigalibus. ff. de damno in-
fect. Bald. in l. 1. C. de bonis libertorum. Ioan.
de Imol. in c. ex parte, extr. de feudis.

Extat quoque Vlpiani I.C. clariſſimi, & o-
mnis antiquitatis Romanæ præ cæteris peri-
tiſſimi reſponſum. Quinque legibus damna-
9 tæ mulieris dos publicatur, maieſtatis † Iuliæ,
vis publicæ, parricidij, veneficij, de ſicarijs, l. 3.
ff. de bonis damnatorum. crimen autem læſæ
maieſtatis definitur in d. l. quiſquis. 5. C. ad leg.
Iuliam maieſtatis. Cum igitur extrà hos quin
que caſus dos vxoris non publicetur, viciſſim
dicendum eſt, ob delictum mariti præter cri-
men læſæ maieſtatis vxorem ea quarta, quæ
in defectum dotis, & ſubſidium alimentorū
ſucceſſit, priuari non debere.

Necnon † quoque Alexander Imperator i- 10
dem reſcripſit. Filius enim, qui in patris eſt ſa-
cris & poteſtate conſtitutus, & deportari me-
ruit, in cauſa non eſt, vt peculiū eius quod vel
in caſtris acquiſiuit, vel quod ipſi militaturo
à patre donatum eſt, auferri patri poteſt, l. ſi
filius. 3. C. de bonis damnatorum.

Pro concluſione itaq; exiſtimarem, diſtin-
ctionem quæ ex ipſis Iuſtiniani verbis in d. au
then. vt nulli iudicum §. fin. deſumpta eſt, ad-
hibendam eſſe, vt crimē læſæ maieſtatis à ma-
rito commiſſum vxori noceat: damnatio ve-
rò vel proſcriptio ob aliam cauſam minimè.

Neque † difficulter intentioni fiſci reſpon 11
deri poteſt, qua vult crimen læſæ maieſtatis e-
tiam in ciuitatem vel prouinciam committi.
Quia verum id nō eſt, Hermogenianus enim
vir Græcus, & Latinæ antiquitatis imperitus,
minus propriè id dicit. ſtandum igitur potius
eſt expreſſæ definitioni Arcadij & Honorij
Romanorum, qui hoc crimen reſcripſerunt,
perpetrari & committi vel in principem, vel
in eius conſiliarios, &c. l. quiſquis. 5. C. ad leg.
Iul. maieſtat.

Quamuis Vlpianus maieſtatē ciuitati Ro-
manæ attribuit. l. 1. ff. ad leg. Iul. maieſt. verùm
non immeritò in hac, quę caput orbis eſt, ma-
ieſtas violatur, diuerſum verò in alijs ciuita-
tibus.

Quod & Paulus exiſtimauit: † Meminiſſe, 12
inquit, oportebit, ſi quid contra maieſtatem
Imperatoris commiſſum dicatur, etiam poſt
rei mortem id crimen inſtaurari ſolere, & l. 6.
C. eo. tit. Et Caius apertè perduellionis crimē
à crimine læſæ maieſtat. ſeparat. d. l quos nos,
233. ff. de verb. ſignif. & apertè id ex Cicerone
& Liuio demonſtratur, vt ſuprà traditum eſt.
Idque etiam Interpretes plerique ſenſerunt.
Accurſ. & Bart. in d. l. 1. ff. ad leg. Iul. maieſt. &
ibi Angelus, ac alij.

FINIS LIBRI NONI.

LAVS DEO SEMPER.

Addiciones, quas poſt impreſsionem operis ab Authore accepimus.

Ad fol. 437.

SVMMARIA.

27 *Aſcendentes proximiores, excludunt remotiores ex quacunque linea.*
28 *Mater excludit auum paternum, & contra.*
29 *Repræſentatio in aſcendenti linea non obtinet.*
30 *Auus maternus etiam in bonis à patre profectis, excludit proauum maternum.*
31 *Aſcendentes de natura feudi non ſuccedunt, & nu. 33.*
32 *Actus viuentium naturam imitantur.*
34 *Aſcendentium ſucceſsio in feudo quibus caſibus obtineat.*
35 *Aſcendentes generaliter ex pacto in feudu ſuccedunt, & num. 36.*
36 *Feudum intuitu patris conceſſum filio mortuo, ad patrem deuoluitur.*
37 *Aſcendentes ex tranſuerſali, in feudo antiquo ſuccedunt.*
38 *Frater fratri in feudo nouo ex pacto ſuccedit.*

CONCLVSIO VI.

27 HInc conficitur, † quòd aſcendentes pro-
ximiores in gradu, ſemper excludunt re
motiores, ſiue in vna, ſiue in diuerſis lineis, pa
terna videlicet vel materna conſtituri conſti-
tutæve ſint. d. §. ſi igitur defunctus, verſi. ſin au
tem plurimi, auth. de hæred. ab inteſta. ven. &
d. auth. defuncto. ibi, ſalua grad⁹ ſui prærogà-
tiua. C. ad Tertull. Inde expeditum eſt, matrẽ
excludere auum maternum.
28 Conſequitur ſecundò, † matrem excludere
auum paternum, itemq́ue patrem excludere
auum maternum, d. §. ſi igitur. auth. de hęredi-
bus ab inteſt. ven. & auth. defuncto. ibi, ſalua
gradus prærogatiua. C. ad Tertul. § ſed quem-
admodum. Inſtit. eod. Eſt enim mater proxi-
mior auo paterno, & viceverſa, pater, auo ma
29 terno. Nec in † aſcendentium ordine ius re-
præſentationis locum habet. Alexand. conſi.
114. incip. Ser. Antonius, in princ. ibi, tamen
prætermiſſis argumentis, veritas eſt in con-
trarium, & ita perſæpè conſului: Nam de iuris
communis cenſura, auo paterno præferendã
matrem in auth. defuncto. C. ad Tertullia. in
verb. ſalua gradus prærogatiua & ibi notatur:
ita Alexan. lib. 2. idem reſpondit Caſtr. conſi.
344. incip. primùm eſt de intellectu [illegible]
ri, &c. colum. 2. verſic. prætercea, vbi ſimiliter
in ſpecie dicit, quod mater præfertur auo pa-
terno, & Benedict. Capra conſi. 149. incip. cũ
de pluribus, in 3. dub. Tyraq. de retract. lignag.
§. 14. glo. 2. num. 13. in fin. Bologni. in addit. ad
Mathesil. in ſecundo art. num. 39.
30 Ita pariter iuris eſt, † ſi ſuper[illegible] auus ma-
ternus, & proauus paternus, & ſic ſunt diſpa-
res in gradu, quia auus in ſecundo, pro[illegible]us in
tertio: ſine dubio ſuccedit auus mate[illegible]nus, ex-
cluſo proauo, etiam in bonis à ſubſtantia pa-
terna prouenientibus. Angel. in d. l. quod ſci-
tis, verſicu. quid autem iuris, C. de bonis quæ
liberis.

CONCLVSIO VII.

Succeſſionis feudi † talis eſt natura, quod 31
aſcendentes nõ ſuccedunt, verbi gratia, pater
filio, inferius verò filius patri ſuccedit, & nõ
filia. lib. 2. tit. 50. de natu. ſucceſſ. feudi. Aſcen-
dens itaque, putà, pater vel auus, non ſuccedit
deſcendenti, putà filio vel nepoti in feudo no
uo. Rationes huius iuris affert Matth. de Af-
flict. plurimas. Prima quidem, quòd † actus vi 32
uentium imitantur naturam, in quantum fie
ri poteſt, l. adoptio. ff. de adopt. Sed naturali
voto liberi ſuccedunt parentibus, l. cum ra-
tio. ff. de bonis damna. parentes autem turba-
to ordine naturæ. l. ſcripto. ff. vnde lib. l. nam
etſi. 15. ff. de inoffic. teſtam. Deinde amor de-
ſcendit, non aſcendit, l. iſti quidẽ. ff. quod me-
tus cauſa, l. liberorum, ff. de verb. ſignif. Hanc
igitur ratiõem naturalem ius feudorum mu-
tari voluit. adducuntur ab eodem Afflict. & a-
liæ rationes, minus tamen concinnæ, cuiuſ-
modi eſt, quod aſcendentes ſint debiliores, &
infirmiores, in exhibitione ſeruitiorum. Vn-
de feudo conceſſo iuueni valido propter ſer-
uitia, ſi pater mortuo filio ſuccederet, conceſ-
ſio hæc in præiudicium domini vergeret. ar-
gum. tit. de vaſallo decrepit. ætat. Sed nec hæc
ratio ſubſiſtit, cùm pater poſſit quandoque ro
bore, corporiſq́ue firmitate ſuperare filium:
magiſq́ue idoneè ſeruitia militaria præſtare.
Item, quid ſi ob feudum pecunia annua præ-
ſtetur? & hæc quidem præſtatio ab vtroque, pa
ri modo fieri poteſt.
Quemadmodũ ſimiliter † abſona eſt Bal- 33
di Angeliq; ratio: quia nec oculos habeat re-
trò, ſicuti nec dignitas. de quibus & ſimilibus
Matth. de Afflic. in d. tit. de natura ſucceſ. feu-
di, num. 1. & Aluarot. ibid. Pleriſque placuit,
aſcendentes in ſtipite, non ſuccedere filijs, par
tim ex natura feudi, partim ex mente conce-
dẽtis, ex natura feudi. Si enim feudum eſt an-
tiquum, tunc impoſſibile eſt, quod pater filio
ſuccedat, vel auus nepoti, vel proauus prone-
poti: cuius feudũ à patre vel auo mortuo in fi-
lium vel nepotẽ, naturaliter defluat. Si autem
feudum ſit nouũ, aut de nouo cõceſſum filio,
tũc eo ſine deſcendentib. decedente, feudum
ad dominũ reuertitur, & non ad patrem vel
auũ. ita Zaſi. in 8. part. de feud. Petrus Mozz. in
tract de feud. in c. de ſubſtantialib⁹ & requiſi-
tis feudi, nu. 74. aliter Sonſbeck. part. 9. nu. 47.
Nam feudum datũ ſimpliciter à domino, in-
telligitur ſolummodò datũ intuitu & contẽ-
platione accipientis, & legitimorũ hæredum
deſcendentiũ. Quamprimùm itaq; deſcendẽ-
tes nõ exiſtnt, res redit ad propriã & primæuã
ſuam naturam: idq́; ex tacita quadam pactio-
ne, nõ enim contemplatione aſcendentiũ de-
derat.

derat, nam ſi hoc voluiſſet, potuiſſet primò illis conferre. Ideoque naturam feudi exigere, vt non aſcendat in recta linea, ſiue nouum, ſiue antiquum fuerit. Quæ ſanè ratio præ cæteris conſentanea eſt.

34 Quibuſdam tamen caſibus, † pater, auus, proauus, filio, nepoti, vel pronepoti in feudo ſuccedunt. Primò quidem, & omniū aſſenſione, in feudo antiquo, ſi pater fauore filij, feudum ipſi reſtaurauerit, & filius ſuperſtite patre moriatur: tunc enim non dicitur propriè ſuccedere, ſi feudum id potius ad patrem reuertitur. arg. l. filio quem pater. & l. filius. § 1. ff. de libe. & poſth. l. pen. §. ſed hæc omnia. C. de adopt. l. captiuus C. de capt. & poſtlim. reuerſ. & l. captiuus §. expulſis. ff. eo. ita Matth. de Affli. in d. tit. de natura ſucceſſ. feudi. nu. 2. & Iacob. de Ardiz. in d. tit. de ſucceſ. feud. §. aſcendētes, Martin. Landen. in tit. de vaſallo decrep. ætat. Curt. in tract. de feud. nu. 3 parte. 43. ſubijciens

35 generaliter † ex pacto aſcendentes poſſe ſuccedere deſcendenti, prout etiam ex pacto ſuccederet quilibet extraneus. tit. de feud. non haben. propr. nat. feud. Zaſius in 8. parte. Sonſb. d. parte 9. num. 48. Moz. d. cap. de ſubſtit. & requiſ. num. 74.

36 Secundò, † excipitur caſus, quando feudū conceſſum eſt filio, reſpectu patris, vel intuitu & amore paterno, aut propter benemerita patris: non verò ſi ſolius filij reſpectu conceſſum ſit, arg. l. auus. ff. de iur. dot. l. dedit dotem, ff. de collat. bon. ita Matth. de Afflic. in d. titu. de natura ſucceſſ. feud. num. 70. verſ. eodem modo. & ibi Aluarot. d. num. 2. verſic. & hoc quod in feudo nouo. Curt. d. 3. part. num. 44. argum. l. fin. C. de vſufru. l. ſed etſi plures. §. in atrogato, ff. de vulg. & pup.

37 Tertiò, † Aſcendentium appellatio hoc caſu, ad aſcendentes in ſtipite, vel in recta linea referri debet. Hi cum filio, vel nepote, aut pronepote regulariter non ſuccedunt, niſi ſupradictis caſibus. Diuerſum obſeruatur in aſcendentibus trāſuerſalium, qui in feudo antiquo ſuccedunt deſcendentibus, vſque ad ſeptimū gradū. & ideò patruus qui eſt aſcendens tranſuerſalis, ſuccedit nepoti vel filio fratris. Matth. de Afflict. d. tit. de natura ſucceſſ. feudi. nu. 2. verſic. ſecundò fallit, & ibi Aluar. Curt. Iun. d. part. 3. num. 45.

38 Quartò, † admittuntur aſcendentes ad feudum filij, ſi id expreſſo pacto conuentum ſit. Pactis enim, modus ſucceſſioni feudorum dari poteſt. ſic frater fratri in nouo beneficio nō ſuccedit, niſi hoc nominatim expreſſum ſit, vt vno defuncto ſine legitimo hærede, alter ſuccedat. tit. 1. qui feud. dare poſſ. Per pactum enim frater ſuccedit, non dominus. tit. de feudo Marchiæ. & titu. de beneſ. frat. ibi, niſi per inueſtituram habeat. Ita quoque de filia, quę non niſi ex pacto ſuccedit. d. tit. de natura ſucceſſ. feud. l. cum ſimilib. Quod etiam fit in alijs feudis, non habentibus propriam naturā feudi tit. de feud. non hab. prop. nat. feud. de quibus in tract. de generibus feudorum.

Quintò, additur à quibuſdam, aſcendentes in feudo nouo nō ſuccedere filijs: ſecùs in feudo antiquo. quod exiſtimant Andr. de Iſern. in tit. 1. qui feud. dare poſſ. Quæ ſententia improbatur à Curt. in d. part. 3. nu. 45. & nouiſſimè Sonſbeck. d. parte 9. num. 46. Et tantum de ſucceſſione aſcendentium in feudis. 39

fol. 441.

Ad finem tertiæ Concluſionis Additio.

SVMMARIA.

13 *Mater per patruū, excluſa ſtatuto, propter ſororem defuncti vtrinque coniunctam admittitur excluſo patruo.*

14 *Mater fauore agnatorum, ſtatuto excluſa, admittitur, ſi cognatum quis excludat agnatos.*

15 *Filia dotata ſtatuto per patruum excluſa, cum filia alia indotata excludente patruum, admittitur.*

16 *Conſequimur aliquando ex perſona alterius, quod ex noſtra non poſſumus.*

QVOD in hac ipſa ſucceſſione multis exemplis obuiam eſt. Mater enim, † quę ex forma ſtatuti excluditur per patruum, à ſucceſſione filij: ſi tamen extet patruus, mater & ſoror vtrinque coniuncta, mater admittitur equaliter cum ſorore, propter perſonam ſororis, quæ habilis eſt, licèt ipſa mater ſit inhabilis: & excludetur patruus. Anchoran. in c. canonum ſtatuta, colum. 95. extr. de conſtitut. quem refert Alexand. conſi. 80. num. 2. lib. 1. & Aretin. conſi. 150. colum. 2. Socin. conſi. 207. incip. in cauſa. lib. 1. Caſtrenſ. conſ. 318. incip. hæreditas prodita. colum. fina. Corneus latè conſ. 341. incip. multa. colum. 1. lib. 1. & conſi. 98. incip. hac, in colum. 3. & ſequen. lib. 2. & cōſi. 61. incip. licet. 2. & 3. colum. libr. 4. & idem Corn. in d. l. illam. Decius conſi. 71. lib. 1. Ita † quoque Baldus in l. illam, colum. 1. C. de collatio. multis rationum momentis concludit; ſi ſtatuto cautum ſit, quod mater non ſuccedat extantibus agnatis defuncti, & contingat extare matrem & agnatos, & aliquos cognatos tranſuerſales, qui de iure communi ſuccederent, putà, nepos ſororis. Quia iſte caſus ſtatuto non eſt comprehenſus, ideò propter exiſtentiam cognati, nepotis mater admittitur. Sic etiā Bald. in l. quicunq. in prin. C. de ſeru. fug. de ſtatuto, quod patruo extante, non ſuccedat auus maternus: ſi quis decedat, ſuperſtitib9 patruo & auo materno, & auia materna, de qua nō erat facta mētio in ſtatuto. Nam & hoc caſu admittitur auus & auia: quia auia nō excluſa, trahit ad ſe auum maternum excluſum, & excludit patruum. l. fin. C. de legit. hæred. Alex. d. conſ. 80. num. 3. 4. 5. lib. 1. Tybe. Decian. conſ. 28. num. 34. libro tertio. Idem obtinet, ſi ſtatuto inducatur, quod hæreditas 13 14

denol-

deuoluitur ad fratres eius,& filios fratrum, ſi ſint,vel ad patruos, vel filios patruorum, excluſis auunculis. Si itaque adſit, amita cũ fratribus patruelibus defuncti & auunculis, non erit locus ſtatuto, quoad auunculos. Capra conſ.108 incip. circa quod videtur, lib.1.

15 Quemadmodum † & hoc pariter caſu, quãdo ſtatutum excludit filiam dotatam, propter patruum: ſi cõtingat ſupereſſe filiam non dotatam, filia dotata admittitur ad ſucceſſionem cum filia indotata, patruo excluſo. Corne. in l. fin. C. ad Tertyl. ſimilia alia exempla de varijs ſtatutis in Italiæ vrbibus, recenſet, diſcutitque Albert. Brun. in artic. ſexto, in 3. membro, num.126. vſque ad num.172. Iaſ. in l. ſi emancipati, num.5. & ſeq. C. de collatio. In quam rem adducunt reſponſum Vlpia. In l. 2. §. ſi ſit cognatus. ff. ad S. C. Tertyl. Si ſit agnatus defuncti, & naturalis pater in adoptiua familia ſit, & mater, admittimus matrem: quoniam patrem agnatus excludit: ſi ſit conſanguinea ſoror defuncti, ſit & mater, ſit & pater adoptatus, vel emancipatus: ſi conſanguinea velit habere hæreditatem, matrem ex Senatuſconſulto, vnà cum ea venire, patrem excludi placet.

Ex quo loco manifeſtum eſt, ſi extent mater, & ſoror conſanguinea, & pater qui eſt adoptatus vel emancipatus, ſoror cõſanguinea, tanquam agnata excludit patrem emancipatum, vel adoptatum. Si igitur conſanguinea velit habere hæreditatem, mater, quæ aliàs repellitur iure veteri, ſimul cum defuncti ſorore conſanguinea admittitur.

16 Nec † inuſitatum eſt in iure noſtro, quod quis per alium conſequatur, quod per ſe conſequi non poteſt. Sæpè enim, inquit Paulus, quod quis ex ſua perſona non habet, hoc per extraneum habere poteſt. l.3. in fin. ff. quæ res pign. vel hypothe. Si communem fundum ego & pupillus haberemus, licèt vterque non vteretur: tamen propter pupillum & ego viam retineo, inquit Paulus, l. ſi communem. 10. ff quemad ſeruit. amit. & Martian. cum hęreditate patris neceſſarius hæres ſe abſtinet, conditio cohæredi, ſiue ſuo, ſiue extraneo defertur, vt aut totam agnoſcat, aut à tota recedat: & ita ſe abſtinere poteſt propter alium, qui per ſuam perſonam non poterat. l. cum hæreditate 55. ff. de acquir. vel omit. hæred. cũ ſimilib. relatis à gloſſ. in l. Ariſto. 3 ff. quæ res pign, in verbo, poteſt. nota ergo, inquit gloſſ. quod aliqua per alium conſequor, quę per me non poſſum conſequi. & iterum gl. in l. cum hæreditate, in princ verb. non poterat, ibi, & nota hic, inquit, quod non poſſum per me, poſſum per alienum, cum concordantib. text. ibi relatis, & latè Iaſon in l. ſi emancipati, nume. 5. ibi, nota tu diligenter ex iſta ſol. Bart. & aliorum, hic vnam pulchram regulam, quod conſequitur ex perſona alterius, illud quod ex perſona ſua conſequi non poſſet, &c. Quã regulam ſeptendecim exemplis illuſtrat. Tyber. Decian. conſ. 27. incip quæritur, ergò nume. 32. lib 3. per tradita Bart. in l. ſi is qui duos. ff. de liber. leg. Alex. in l. 1. not. 7. ff. de verb. oblig. Bald. in c. pen. extr. de appellar.

fol. 443.

Ante poſtremam concluſionem Additio.

SVMMARIA.

a *Aſcendens excludit fratrem defuncti ex vno latere, niſi et is ex aſcendente deſcendat, & nu. b, c, e, & f.*

d *Authen. defuncto, C. ad Tertyl. an hodie correcta, & nu. ſequen.*

QVæſtionis eſt, † quia aſcendentes excludunt defuncti fratres ex vno latere coniunctos, an id obtineat in illis quoque fratribus ex vno latere coniunctis, qui defunctum fratrem vnà cum aſcendenti illo, conſanguinitatis vel cognationis iure attingunt. Purà, Titius pater habuit duas vxores, Elizabethã, primam: hac mortua, Barbaram: ex Elizabetha procreauit filium Caium. Ex ſecunda vxore Barbara, filium Paulum, hic Paulus viuis exceſſit, & reliquit poſt ſe patrem Titium, & Paulum fratrem conſanguineum. Quæſtionis eſt, an Titius pater ſolus ſuccedere, & alterum ſuum filium Caium, qui defuncto fratri Paulo ex patre fuit innctus, anteuertere & excludere debeat. Vel quoad matrem, Anna filia, duos habuit maritos, ex primo genuit Antonium: ex ſecundo matrimonio filium & filiam. Antonius poſt matrem deceſſit, & reliquit poſt ſe auum maternum, & fratrem ac ſororem ex latere matris tantùm: quæſtionis ſimiliter eſt, an auus maternus excludat fratres vterinos defuncti nepotis Antonij. Et ſanè non abſque ratione dubitari poteſt. Idque propter verba conſtitutionis, quæ proſpicit in caſum exiſtentium fratrum, ex vtroque latere coniunctorum, vt hi cum patre, matre, cęteriſque aſcendentibus gradu proximis ſuccedant. Authent. de hæredib. ab inteſtato venientib. §. ſi igitur defunctus deſcendentes, verſicu. ſi verò cum aſcendentibus inueniantur fratres vel ſorores cõiuncti defuncto, cum proximis gradu aſcendentibus vocabuntur, &c. & Auth. defuncto, C. ad S. C. Tertyl. Similiter etiam in Authẽ vt fratrum filij ſuccedant pariter ad imitationem fratrum. §. hoc itaq; iuſtè corrigentes, &c. Inprimis verò propter vulgatũ axioma: quod incluſio vnius ſit excluſio alterius.

Sed ſanior, † & æquitati veritatiq; plus cõſentanea eſt ſententia, patrem in hæreditate defuncti filij, alteri fratri, qui defuncto coniũctus eſt, ex parte matris tantùm præferri: ſin b

verò

verò defuncti frater einſdem patris filius ſit, patrem ſolum ad hæreditatem non admitti, nec excludere fratrem defuncti,ſed hunc vnà cum patte admitti.

c Mouentur † alia conſtitutione Iuſtiniani, ſub auth. de non eligendo ſecundò nubentes mulieres.§.cum igitur reliquum ſit, cogitare de hæreditatibus filiorum. ibi, ſi verò inteſtatus deceſſerit,reſeruans illius partem,ſi quidē habuerit filios proprios,ad filios venire. Sin aūt nō habuerit quidem filios proprios,fit fratrum vocatio, & matris vnà cum fratribus ſecundùm quod à nobis ſancitum eſt, ad hæreditarem venientis,& etiam firmè habentis,ſiue ad ſecundas vellet venire nuptias, ſiue nō. vbi Accurſius in verb.Sancitum eſt,inquit,ſcilicet,vt cum fratribus vocetur in vitilem, cū ſororibus in vnam dimidiam, in altera verò dimidia,omnes ſorores,per l.fina. C. ad S.C. Tertyl.§.pen.Inſt eod. Sed hodie innouatur, Nam cum omnibus vocatur in virilem,vt infrà de nupt. §. quoniam. & infrà de hæred. ab inteſt.ven.ita Accurſ.Verba autem Iuſtiniani ſunt in d.tit.de S.C.Tertyl.§.antep.Si verò matre ſupetſtite,& fratre, vel fratribns ſolis, vel etiam cum ſororibus, ſiue legitima, ſiue ſola cognationis iura habentibus, Inteſtatus quis, vel inteſtata moriatur, in capita diſtribuatur eius hæreditas.vbi Accurſius interpretatur dictionem,legitima:quia ſunt ſorores ex vtroq; parente:cognationis autem, quia ſunt ſorores ex matre tantum. Idem in conſtitutione, vel auth.de nupt.Sancit Iuſtinianus:vnde,inquit,ſi pluribus exiſtenribns filijs, moriatur vnus:ſi quidem habeat filios, ad illos ferri hæreditatem.Si verò non habeat filios, non omninò ad fratres totum venire: ſed qnātum ex pacto nō exiſtentium filiorum acquirebatur generanti,hoc eum lucrari. Reliquum verò concedere In filij venire ſuceeſſores, ſiue fratres ſint,ſiue extranei,&c.

d Quibus autoritatibus moti, † firmiter ſentiunt Interpretes, iura nouiſſima,ſub auth.de hæred.ab inteſtar.ven. §.conſequens.& auth. defuncto.C.ad S.C.Tertyl.& auth.vt fra. filij ſuccedant pariter. loqui tantum vel intelligi debere de eo caſu,quo extant pater, mater, auus,auia, & frater & ſoror defuncti ex altero latere tantum:& huiuſmodi fratres vel ſorores,non attinent patri vel matri,auo vel auię, cum quibus volunt concurrere in hæreditate defuncti, quod ſcilicet tunc aſcendentes præferantur eis. Verbi gratia, Titius moritur ab inteſtato, relinquens poſt ſe Caium patrem ſuum, & Seinm fratrem vterinum, & ita ex latere matris tantum.Illi,frarri vterino, tantum,qui patrem defuncti nulla conſanguinitate attingit:pater præfertur. Et econtrà,ſi decedat Titius ab inteſtato, relinquens poſt ſe Antoniam matrem,& Caium fratrem, ex latere patris, qui nulla conſanguinitate iungitur Antoniæ,matri defuncti,mater præfertur ei,& pater excluditur.Quod etiam dicendum eſt in vlterioribus aſcendentibus.

e Diuerſum † autē eſt, ſi defunctus relinquat aſcendentem,vel aſcendentes, & fratres vel ſorores ex altero latere tantum,qui tamen cū defuncto,etiam iuncti ſunt ſanguine aſcendētibus Hoc enim caſu cōcurrunt & admittuntur,vnà cum aſcendentibus,fratres & ſorores ex vno latere tantùm, veluti, Anna duos habuit maritos,ex primo genuit Antonium, ex ſecundo matrimonio filium & filiam.Antonius poſt matrem vita functus eſt, & reliquit poſt ſe auum maternum,& fratrem,& ſororē ex latere matris tantum. Hoc ſanè caſu, quia tam primi, quàm ſecundi matrimonij liberi, auum maternum reſpiciunt, & eiuſdem aui nepotes ſunt,hi nepotes, etſi diuerſos habuerunt patres:attamen, quia æqualiter auo materno attinent, vnà cum auo in defuncti fratris hæreditatem admittendi ſunt.Quam ſententiam obſtinatè defendit Caſtrenſis in d.authē.defuncto, ac inquit: eſſe ſatis extraneum, ſcilicet parentem fratri vel ſorori ex altero latere tātum,qui etiam eſt eius filius,vel nepos, in ſucceſſione filij præferri: Et quod ratio, vt admittantur,id dictet:& quod d auth.defuncto,reſtringatur ad illum fratrem, qui nō attinet patri vel matri, cum quibus vult concurrere,ſed quādo attinet,non videtur debere repelli. Quia, quo iure ipſe pater vel mater vult admitti,propter ſolam coniunctionem,eodē iure debet ſecum admittere ſuū filium propriū,propter eandem coniunctionē. hæc ille: Quę quidē ratio,coniunctionis eiuſdem cum patre vel auo,ceſſat In fratre ſuperſtite, nō atinente parenti,cum quo vult concurrere.Eo
itaque caſu,† quo fratres & ſorores,licet ex v- f
no latere ſint,communē parentem reſpiciunt vel attingunt,tunc fratres & ſorores in defuncti fratris ex vno latere hæreditate, vnà cum cōmuni parente admittuntur, Quod etiā reſpondit Hieron.Schurff.conſ 5.per tot.cen.1. & conſ.91.cent.3.& Nicol.Boer.deciſ. 185. nu. 4. In quā ſententiam etiam In pleriſq; conſiſtorijs Germanię pronunciatur. Iſt N. verſtorben/vnd ſeinen natürlichen eheleiblichen vatter eines/einen Bruder vnd Schweſter vō Vatter/andern/vnd einen Bruder von der Mutter/dritten theils/daneben etlich beweglich vñ vnbeweglich gut nach ſich gelaſſen/So hat er all ſein habe vnd Gut ſeinem Vatter/ auch Bruder vnnd Schweſter vom Vatter/zu gleichem theil / billich/aber nicht auff den Bruder von der Mutter gebracht/vnd geſellet.

Finis Additionum,& totius Libri de Succeſſionibus.


DISCITE IUSTICIAM MONITI

VALENTINI FORSTERI IVRISCONSVLTI CLARISSIMI,

DE HISTORIA IVRIS CIVILIS ROMANI, LIBRI TRES.

In quibus traditur ortus Romani Imperij: ſubijciuntur mutationes inſignes magiſtratuum in Republ. Rom. & cauſæ: initia & progreſſus Iuris Ciuilis: necnon ſecundùm ſeriem annorum Catalogus legum, tam ad publicum, quàm priuatum ſtatum pertinentium: denique Vitæ veterum Iureconſultorum, à Papyrio indè vſque ad Iuſtinianum: item recentiorum Iureconſultorum, qui à reſtituta per Lotharium Saxonem Iuris profeſſione, celebritatem ſcribendo, conſulendo & docendo, ad ætatem noſtram conſequuti ſunt.

Adiecta ſunt Summaria, & Index Rerum, verborumq́, locupletiſſimus.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud Ioannem Gymnicum, ſub Monocerote.

Anno M. D. XCIIII.

Cum Gratia ac Priuilegio Cæſ. Maieſt. ad ſexennium.

AMPLISSIMO SAPIENTISSIMOQVE ORDINI SENATORIO REIPVB. NORINBERGENSIS,

S. D.

VALENTINVS FORSTERVS IVRECONSVLTVS.

ROMANA & poſtrema mundi Monarchia, cæteris potentior, ac maiore legum ſapientia firmata & munita fuit: vt in hac vltima, & viribus omnibus attrita mundi ſenecta, quę diabolorum timentium instans iudicium Dei, furori & inſidijs expoſita maximè ac prompta eſt, qualecunque Eccleſiæ domicilium pararet. Sola enim legum ſapiētia, ac iuſtitiæ ſtudium, tam amplum, tam magnificum, ac initiò toto penè orbe diffuſum imperium, conſociatis hac ratione & colligatis hominibus, conſtituit. Huius verò iuris Romani varia fuerunt initia, varij progreſſus. Prima in Vrbe adminiſtratio, regia fuit: Hoc tempore plurimæ leges à regibus latæ ſunt, priſcis quidem illis temporibus accommodæ, à noſtris verò alienæ: quippe quæ circa ſacra ipſorum peragēda, magiſtratus conſtituendos, patriam poteſtatem confirmandam, & alias exorientis Reipub. neceſſarias res, verſabantur. Eiecto regio nomine, duo ſtatim Conſules creati ſunt: his omnia iura, omnia inſignia regum data: legesq́ue regum in contemptum abiere. Iuris igitur ſtatuendi poteſtas in Senatum translata eſt: ſolus populus de capite ciuis Romani iudicium ſibi retinuit, lenem coercitionem Senatui reliquit. Ab eo itaque tempore ad Alexandrum Imperatorem vſque, Senatuſconſultis multum tribui cœptum eſt. Non enim tantùm Senatus de iis quæ pertinebant ad Reipub. maieſtatem amplitudinemq́ue, decernebat: verùm authoritatem ſuam, ſi priuatorum res poſtularent, interponebat. Sic Senatus decreuit, vt mulier quæ ſę alieno ſeruo iungeret, cum omnibus bonis ſuis ſeruo domini addiceretur: & de colluſione detegenda, ne quorundam dominorum erga ſeruos nimia indulgentia, ampliſsimum ordinem inquinaret, eò quòd paterentur ſeruos ſuos ad ingenuitatem proclamare; vt ſi quis probaſſet per colluſionem quidquam factum, fieret eius ſeruus qui detexiſſet. Et de nuptijs ſexagenarij, vt maior ſexagenario, ſi minorem quinquagenaria duxiſſet, perinde habeatur ac ſi minor ſexaginta annorum duxiſſet vxorem: impar matrimonium eſſet, neque proficeret ad capiendas hæreditates, legata, dotes. Sic quoque Senatuſconſultum factum eſt de quæſtionibus familiæ, vt de ſeruis eius qui domi ſuæ necatus erit, qui quidem ſub eodem tecto fuerint, neque opem éi tulerint, niſi qui impuberes fuerint, quæſtio instituatur, & conuicti ſummo ſupplicio adficiantur: qui verò non ſub eodem tecto, ſed in eadem regione fuerint, non aliter puniantur quàm ſi conſcij fuerint. Sic Senatuſconſulto vetitum eſt, ne filiofamilias mutuò detur pecunia. Si datur, ne fœneratoribus exigēdi crediti ius vnquam ſit, ne poſt patris quidem mortem. Sic multa alia de hæreditatibus, de adoptionibus, alijsq́ne priuatorum negotijs extant Senatuſconſulta.

Deinde, quia Publicolæ lex Conſulum ſententias irritas faciebat, ni populi

Romani iudicium accederet, permiſſa reis prouocatione ad plebem, Dictator cõſtitutus eſt: ei duæ ſecures in terrorem additæ. Et magiſter equitum adiunctus eſt: huic incumbebat & ludorũ faciendorum, feriarum, comitiorum, Senatus legendi, Reipub. conſtituendæ cura. Quia verò plebs domi ſe capi & opprimi à potentioribus, tutioremque in bello quàm in pace, inter hoſtes quàm inter ciues, libertatem eſſe experiebatur: facta ſeceſsione, Tribunos ſibi creauit, quos Conſulibus opponeret. horum ea erat vis, eaque facultas, vt intercederent aduerſus magiſtratus potentiam, nec non dictatoris imperium. Præterea quoties oportere viſum eſt, poteſtas fuit habendi & diſſoluendi Senatus, intercedendique. Hi deinde tribuni plebem rogabant: quod plebs iubebat, ratum firmumque erat: inde Plebiſcita orta. Paulò pòſt, cùm magnæ ſæpè contentiones inter plebem patreſque pro legibus ferendis eſſent, tribuni finem certaminum facere polliciti ſunt, ſi legumlatores & ex plebe & ex patribus crearentur, qui leges communes vtriſq; vtiles ferrent: quibus patres in legibus ferendis, non in latore aſſenſerunt. Vnde, ne quis eſſet inuidiæ locus, leges extraneas habere placuit: miſſique legati Athenas, qui Solonis leges deſcriberent, & aliarum Græciæ ciuitatum inſtituta, mores, iuraque cognoſcerent: creatique Decemuiri ſunt. Hi allatas leges Græcas, in decem tabulis deſcriptas, publicè propoſuerunt, additis duabus quæ leges Romanorum proprias continebant. Inde corpus omnis Romani iuris. Quia verò læta principia eius magiſtratus nimium luxuriauere, eo citius lapſa res eſt. Nam poſt biennium decemuiri, ob Appij Claudij libidinem, imperio abire iuſſi ſunt, attuliſque regibus & decemuiris ſola libido finem.

Decemuiris abdicatis, res ad Prudentes delata eſt: qui quòd conſilio iuuabant eos, à quibus de iure interrogabantur, Iureconſulti dicti ſunt. Horum officium in quatuor præcipuè rebus verſabatur. Primò enim iudiciorum formulis præerant, exprimebant quoque & præſcribebant extraordinariarum & priuatarum actionum formulas. Deinde conſilium clientibus ſuis fidele dabant, vt in contractibus ſecuriores, tutioreſque eſſent: & amicum conſilio ſuo indemnem ſeruabant. Præterea ſi lex legi obſtabat, hoc eſt, quando caſu & euentu quodam inter ſe confligebant & collidebantur, vel ſcripta lex nimis dura erat, & æquitati aduerſabatur, vel cum more maiorum & cõſuetudine contendebat, ipſi interpretabantur & conciliabant, teſtamentorum etiam ſententias, ſi obſcuræ eſſent, explicabant. Poſtremò, ſi neque lex extabat, neque teſtamenta vel pactiones eſſent, ipſi de iure quid æquum bonumque eſſet interrogati reſpondebant, ſuique adeundi copiam faciebant, vel publicè tranſuerſo foro ambulando, vel priuatim in ædibus. Ac initio quidem cuilibet qui ingenio fidebat ſuo, id liberum erat facere. Diuus Auguſtus verò, cùm authoritatem iuris, petulantia multorum euerti videret, non omnes, ſed eos qui prudentia, ſapientia & eruditione præſtabant, huic ampliſſimo muneri præeſſe voluit, conſtituitque vt ex authoritate eius reſponderent. Floruerunt itaque ab anno Vrbis trecenteſimo ſecundo in hoc munere, ampliſsimi præſtantiſsimiq; viri multi, qui non modò ob iuris peritiam, ſed rei bellicæ ſcientiam, ac Reipublicæ adminiſtrationem, claritatem amplitudinemque conſequuti ſunt: Papyrius, Appius Claudius, Sempronius Sophus, Tuditanus, Coruncanus, Fabij, Aelij, Scipio Naſica, Scipio Africanus, Cato, Manilius, Marcus Brutus, P. Mutius Scæuola, M. Licinius Craſſus, Quintus Mutius Scæuola, Rutilius, C. Aquilius Gallus. Seruius Sulpitius, Q. Aelius Tubero, Papinianus, Vlpianus, Paulus, Modeſtinus, & multi alij.

His initijs Iuris acceſsit deinde Prætorũ, nec non Aedilium in iure dicundo autoritas. Prætoris enim vrbani primũ præcipuumq; officiũ fuit, vt ius diceret, vt autem

tem cuiq; notũ eſſet, de qua re anno ſuo dicturus eſſet, in albo proponebat, quod deinde à præcedente enunciatione Edictum dici cœpit. Dabat bonorum poſſeſsionem ex legibus, ex edicto ſuo, ex Senatuſconſultis: dabat arbitros, cum priuati poſtulabant: dabat tutores ex lege Attilia: reſtituebat in integrum: iubebat cauere, & mittebat in bonorum poſſeſsionem. imponebat decreta ſuper alienationibus bonorum immobilium minorum: dabat quoque iudices, quos pro ſuo imperio cogebat iudicare: idque in cauſis quæ verſabantur in iure actionis, vt depoſiti, locati, & ſimilibus. Interdicebat, cùm de poſſeſsione, interdum etiam cùm de proprietate ageretur. inde Cicero ait: Iuris diſceptator, qui priuata iudicet, iudicarive iubeat, Prætor eſto. Is iuris ciuilis cuſtos eſto. Reliqui, præter vrbanum & peregrinum, publicis iudicijs præerant, itemque quæſtionibus perpetuis. Ad Aedilium autem curam pertinebat procuratiò vrbis, & ædificiorum, veluti cloacarum, viarum, aquæductuum, omninmque priuatorum & publicorum operum, vt prouiderẽt ea integra, munda, & incorrupta adſeruari.

Curulium verò officium erat, menſuras corrigere, vaſa minuta frangere. præterea de venditionibus rerum tam ſoli, quàm quæ mobiles, aut ſe mouentes ſunt, edicebant: vt illi qui mancipia venderent, certiores facerent emptores quid morbi vitijve cuique, quis fugitiuus, errove, è noxave ſolutus non ſit: eaque omnia, cùm ea mancipia veneant, palàm & rectè pronunciarent. Quòd ſi mancipium aduerſus ea venierit: ſiue aduerſus, quàm dictum promiſſumve fuit, cùm veniret, fuerit, quod eius præſtari oportere dicetur, emptori, omnibusque ad quos ea res pertinebat, iudicium dabant, vt id mancipium redhibeatur. Si quid autem poſt venditionem, traditionemque deterius opera emptoris, familiæ, procuratorisve eius factum erit, ſiue quid ex eo poſt venditionem natum, adquiſitum fuerit: & ſi quid ei in venditione acceſſerit, ſiue quis ex ea re fructus ad emptorem peruenerit, vt ea omnia venditori reſtituat; tum ſi quis acceſsiones ipſe præſtiterit, vt recipiat, Item, ſi quod mancipium capitalem fraudem admiſerit, mortisve conſciſcendæ cauſa ad beſtias intromiſſum fuerit, ea omnia in venditione pronuncianda eſſe. Hoc amplius, ſi quis aduerſus ea ſciens dolo malo vendidiſſe dicetur, iudicium dabant. Cerealium ædilium cura erat annonæ, olei, frugum, in quibus alimonia conſiſtit.

Tandem inclinante Romano imperio ad Monarchiam, conſtitutiones reſcriptaque Peincipum cœpere. Lege enim regia ſumma poteſtas, quam ſibi populus ab eiectis regibus vſurpauerat, in Auguſtum tranſlata eſt, vt is quidem ipſe nulla legis neceſsitate teneretur, omnique ſcripto iure ſolutus eſſet: ei verò parerent omnes. Ab eo itaque tempore Imperatores conſtitutiones edere, & reſcribere ad propoſitas facti quæſtiones cœperunt, idque non ſine Senatus, vel iuriſperitiſsimorum virorum conſilio. D. Auguſtus enim Antiſtium Labeonem, celeberrimũ tum Iuriſconſultnm ſibi adhibuit: Adrianus ſenatum, inſequuti alios. Alexander nullam conſtitutionem ſacrauit ſine viginti iuriſperitis, & doctiſsimis & ſapientiſsimis viris, iis denique diſertiſsimis, non minus quinquaginta. Sic reliqui Principes alios ſemper adiunxerunt ſibi Iureconſultos, quorum authoritate iudicioq; leges facerent, petentibusque de iure reſponderi, reſcriberent. Quæ deinde Principum conſtitutiones, necnon reſcripta, ab Adriani temporibus ad Iuſtinianum vſque, eius mandato in vnum Codicem congeſta ſunt. à Cęſaris enim Auguſti temporibus vſque ad Adrianum, nullæ fermè conſtitutiones extant, niſi vel ab hiſtoricis, vel iuriſconſultis referantur.

His initiis ius Ciuile ad tantam deinde excreuit molem, vt ſua magnitudine laborare inciperet, vixque ſe ſuſtinere poſſet. Nam conſtabat lege 12. Tabularum,

Plebiſcitis, Senatuſconſultis, Prætorum edictis, prudentum reſponſis & libris, Principum conſtitutionibus ac Reſcriptis. Quæ omnia cùm vix poſsibile, nec homini datum ſit perlegere, tantum abeſt plenè exacteque cognoſcere: Iuſtinianus huic difficultati remedium poſiturus, de iure in artem redigendo cogitauit. Quod & olim Pompeius Magnus, & Iulius Cæſar, vterque niſi bellis impeditus fuiſſet, præſtitiſſent. Anno igitur imperij ſecundo, qui in annum Chriſti quingenteſimũ vigeſimum octauum incidit, priorem Codicem ex tribus codicibus, Gregoriano, Theodoſiano, & Hermogeniano, colligi mandauit. Hi autem tres Codices continebant Imperatorum conſtitutiones, & eorum maximè qui ab Adriano & Antonino Pio vſque ad Iuſtiniani ætatem, ſummam gubernationis tenuerunt. Anno imperij quarto, anno Chriſti quingenteſimo trigeſimo, Pandectas colligi mandauit: necnon Inſtitutiones, quæ totius iuris præcipua & ſumma capita continerent, conſcribi iuſsit. Addidit rationem docendi, diſcendique iura. Profeſſores conſtituit, duos Conſtantinopoli, duos Berythi, quatuor Romæ, qui ius profiterentur. Quia verò temporibus Iuſtiniani, Italia miſerè à Gothis, Hunnis & Vandalis afflicta eſt, in ijs motibus omnia ſtudia ſuppreſſa ſunt: iuris autem profeſsio præ cæteris diſciplinis ceſſauit omnino, & obmutuit. Voluerũt enim Barbari, vnà cũ imperij Rom. amplitudine & nomine leges Romanas delere, ſuaſq; interim ſupplantare ac ingerere. Poſtquam igitur ad quingentos ferè annos iuris profeſsio in Italia delituiſſet, ſingulari Dei conſilio iterum reuocata, ac in lucem prodita eſt. Primuſque Irnerius, libros iuris ciuilis è bibliotheca eduxit: vtque in ſcholis denuò proponerentur, Lothario Saxoni author fuit, & ſuaſor. Ipſe iuris profeſsionem Bononiæ inchoauit. Creuit ſtudium hoc eo facilius, quò res nouæ animos hominum ad ſe libentius pertrahunt, alliciuntque. Prodierunt itaque ex ſchola Irnerij viri doctiſsimi, qui iuris profeſsionem in Italia conſeruarunt, & in Galliam tranſplantarunt: Placentinus, Rofredus, Ioannes Baſianus. Hos ſubſequuti ſunt multi alij doctiſſimi iuriſperitiſſimique viri, qui in Italia, Hiſpania, Gallia, Germania, docẽdo & reſpondendo claruerunt, ita vt tot clariſsimorum virorum commentarijs ius nimium adauctum, propria ſua mole denuò laborare incœperit. Hæc ferè ſunt ampliſsimæ longeque patentis legalis ſcientiæ initia, & progreſſus. Etſi aũt ea hiſtoriȩ pars, quæ temporis ſeriem ſequitur, aut quæ loca deſignat, aut quæ homines deſcribit, aut quæ actiones, reſque geſtas enumerat, ſuam laudem non modò meretur, ſed inſignes præterea vtilitates habet: hæc tamen quatuor, quȩ à naturȩ initijs, nempe loco, tempore, perſonis & agendi genere proficiſcuntur, ſi coniungantur, cæteris ſingulis vtilitate antecellere in aperto eſt. Cùm itaque Commentarium ad Ius, in quo non modò leges ipſas, verùm interpretum quoque tradita, conſilia, deciſiones, iuſta methodo, rebus, perſonis, actionibus, exceptionibus accommoda nõ ſine immenſo labore tractare, & in certa capita certoſque locos redigere conatus ſum, inſtituiſſem: in primis neceſſarium eſſe vidi, ſeriem temporum, quid in Republica Romana nouatum, quid relictum, quid vrbi Romanæ, quid prouincialibus in vſu fuerit, quis prior inter Iureconſultos, quis poſterior, quid hi in illorum ſcriptis notauerint, obſeruare. Collegi itaq; hiſtoriam, in qua, quanta potui diligẽtia, initia & progreſſus Romani imperij, ac ſimul iuris ciuilis: necnõ Reip. Rom. inſignes mutationes, earumque cauſas & occaſiones, præterea leges tam ad publicum, quàm priuatum Reipublicæ Roman. ſtatum pertinentes, ſecundùm ſeriem annorum vrbis, indicaui. Vitas veterum iureconſultorum, & eorum qui à reſtaurata iuris profeſsione, quȩ in Italia per quingentos annos ceſſauerat, ad noſtra vſque tempora celebritatem aſſequuti ſunt, eo quo vixerunt ordine ſcripſi: addidi antiquitatis cauſa, breuem Senatuſconſultorum explicationem; quȩ omnia non tantùm iu-

ris ſtudioſo vtilia, verùm alijs quoque iucunda lectu futura puto. Quamuis autem non habuerim in animo, eam tàm breui edere, quòd quilibet liber in nonum debeat premi annum, & (vt de fœtu vrſino dicitur) lambendo formam conſequi: multis tamen de cauſis propoſitam ſententiam mutaui, & Commentario Iuris ciuilis præmittendam hanc hiſtoriam eſſe putaui: ſequutus inſuper Pomponij Iureconſulti exemplum. Volui autem, Ampliſsimi ac magnifici viri, ſub nominis veſtri auſpicio eam in publicum edere, tùm propter inſignem ſapientiæ, prudentiæ, moderationis in adminiſtratione Reipub. laudem, quam à ſapientiſsimo Imperat: Carolo v. conſequuti eſtis: tum etiam, quòd nullam in Germania Remp. (ſola Spira, Cameræ Imperij deſignata, excepta) plures doctiſsimos, clariſsimosque iureconſultos fouere ſciam. Quibus quidem rebus etiam exteros admiratione veſtri affici non dubito. Denique, quòd ampliſsimum veſtrum ordinem, qui rei militaris ſcientia, eruditioneque præſtantibus viris conſtat, rectè de hoc meo qualicunque labore iudicaturum exiſtimem. Precor autem Deum æternum patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt Eccleſiæ ac Scholis, quæ huius ſunt ſeminaria, tuta tranquillaque hoſpitia largiatur & concedat: ac veſtram Rempub. protegat, & gubernet.

VALENTINI FORSTERI
IVRECONSVLTI PRAECLARISS.
DE HISTORIA IVRIS CIVILIS ROMANI,
LIBER PRIMVS.

CAPVT I.
De cauſis mutationum in Imperijs.

SVMMARIA.

1 *Imperiorum mutationes non fiunt caſu fortuito.*
2 *Scipionis notabile dictum, ſpectantis incendium Carthaginis.*
3 *Plato laudatur, eiuſq́; inſignis locus explicatur, & nume 6.*
4 *Leges Rerumpub per Harmoniam à Platone quomodo depingantur.*
5 *Principum erga leges obſeruantia, vel contemptus, cauſa eſt conſeruationis vel interitus eorum.*
7 *Cauſa mutationis Imperiorum variè conſiderata, & nume. 8. & 9.*

MVLTI quidem, iiq́ue magni nominis viri, cū viderent noua ſemper orta & adaucta eſſe regna: eadem deinde, quaſi maturitatem ſuam aſſequuta, conſenuiſſe, ac tandem prorſus interijſſe: idq́ue non ſine magnis cladibus generis humani factum eſſe: magno ſtudio, ſummaq́ue contentione, cauſas harum mutationum in Imperijs, diligentius inquirere, inueſtigare, atque perſcrutari conati ſunt.

Vt enim totius mundi machina, & omnium in ea rerum creatio, ac conſeruatio, oſtendunt & comprobant, nec caſu factas aut creatas res eſſe, nec ſine numinis æterni & omnipotentis præſidio & auxilio conſeruari: ita in
1 hac ipſa Imperiorum † conſtitutione ac mutatione, cuiuis obuiam eſt, caſu aut fortuitò regna nec conſtitui, nec firmari, nec denique transferri.

Quis enim exiſtimet tantas clades, quæ generi humano, vel in Regnorum conſtitutionibus, vel deſtructionibus illatæ ſunt, & contigerunt, fortuitò & caſu accidiſſe? Quis etiam non deplorabit, & conqueretur, horrendas confuſiones, quæ in Imperijs ſemper fuerunt? Vt de Romano ſolùm Imperio dicam: quanto ſanguine illud partum & acquiſitum eſt? Quantis deinde bellis ciuilibus, Syllæ, Marij, Cinnæ, Cæſaris, Pompeij, Bruti, Antonij, conquaſſatum & perturbatum? Quantis denique irruptionibus, Gotthicis, Vandalicis, Hūnicis, Arabicis, Turcicis, diſſutum ác diſcuſſum? Ita vt veram eſſe querelam, quæ apud Ouidium extat, res ipſa declaret:

——Sic omnia verti
Cernimus, atq; alias aſſumere pondera gentes,
Concidere has.——

Item:

——Summumq́; negatum eſt,
Stare diu.——

Aiunt Scipionem, capta Carthagine ſpectantem incendium, illachrymaſſe, ac † dixiſſe: 2
Deplorandam eſſe fortunæ incōſtantiam in rebus humanis: ſe non modò dolere vicem Carthaginis, quæ olim florens virtute, opib⁹ & Imperio, nunc ſpoliata incendio pereat: ſed etiā de Romanæ vrbis fato cogitare, quæ aliquanto pòſt ſimili calamitate ſit peritura: quia nulla imperia perpetua ſint.

Harum itaque mutationum, & variationum in Imperijs cauſam, Plato, † qui ſapien- 3
tiæ laudem præ cæteris philoſophis aſſequutus eſt, ponit: quia in generatione iungatur ſeſquitertiæ quinarius. Hoc eſt, ſicut ſeſquitertia ratio diateſſaron, quæ eſt imago optimæ Reipublicę aucta, ſecundùm ternarij perfectionem, non producit retinentia ſuæ originis, iuſtam ἁρμονίαν & ſuauitatem, ſed puras putas diſſonantias: ita & optima Reſpublica, cum peruenit ad ſui auctionem, non retinet ſuum naturalem ſtatum, ab initio conſtitutum: ſed prorſus contraria producit, deſtruentia harmoniam ipſius: nempè leges & totam imperij formam. Per harmoniam enim præcipuè Platonem depingere † leges Rerum- 4
publ facilè conſtat ex Ariſtotelis ſectione 19. Problem. 28. Et vt numeris ipſis res perſpicua magis & clara fiat, componatur ratio ſeſquitertia, quæ eſt diateſſaron, ter: & prodibit dupla, ſuper decem partiens vigeſimas ſeptimas, quæ conſiſtit inter duos cubos, nempè 64. & 27. Cadant igitur inter eos duo, medio loco, proportionalia, hoc modo: 64. 48. 36. 27. Conferantur autem primò tres numeri quicunque, medio exempto: & habebimus rationem, quæ eſt ſemidiatoni cum diapente. Conferantur poſtea extremi numeri 64. & 27. & habebimus rationem, quæ eſt diapaſon,

cum ſemidiatono.

Horum igitur duorum modorum, vt vio-
lenta inter ipſos diſſonantia conſideretur, a-
ſcendamus primò per ſeptimam ex Γ vt, in F
fa vt. Poſtea ex hoc per decimam aſcenda-
mus vſque ad excellentes in Aa la mi re. Si-
mul igitur ſonantibus horum trium locorũ
vocibus, audiemus dirum vlulatum, imò cla-
mores Lapitharum & Centaurorum, inter ſe
diſſono, vario ac deformi rugitu cèrtantium.
Hæc tanta diſſonantia, non tantùm à Muſi-
cis, ſed etiam ab omnibus cantoribus malè
àudit. Diſtat enim à Γ vt, decimaſexta. Dili-
genter igitur conſideretur, has duas diſſonan-
tias non ſimpliciter per ſe eſſe diſſonas, ſed e-
tiam inter ſe tanquam duo peſſima mala con
traria acerrimè pugnare: quia maxima pug-
na, ſtrepitu & tumultu omnes totiùs Scalæ
cum diateſſaron optimæ harmoniæ, non mo
dò non audiuntur, ſed prorſus obruuntur &
intereunt.

Ita (ait Plato) prorſus fieri in optima Re-
publica, quæ naturali modo perfecta, ſecun-
dùm ternarium, quum aucta eſt, profert ſibi
contraria: quæ inter ſe violentiſſimè pugnan-
tia, faciunt turbationes, & totales mutatio-
nes legum, & imperiorum adferunt. Quum
autē hi numeri 64. & 27. proferant eas diſſo-
nantias, multiplicentur ſimul inter ſe, tum cũ
producent numerum annorum: quo, iſta cõ-
traria, euertentia leges & ſtatus Rerumpubli-
carum exiſtunt, nempè 1728. annos. Horum
partem ſubtriplam ſuper tripartientem octa-
uas, tribuunt mutationibus principatuum,
nempè 512. annos: cubum ex octo, ad quæ
duodecim habent ſeſquialteram rationem:
hoc eſt, duodecim habent ſe ad octo, vt tria
ad duo: quæ eſt ratio viuidi & geſtientis dia-
pente.

Status igitur & leges conſtituunt, cũ prin-
cipibus hanc exhilarantem ſuauitatem dia-
5 pente, dum principes † manent ſimplices nu-
meri, hoc eſt, ſubiecti legibus: vt binarius mul
tis modis eſt ſubiectus ternario. Cùm verò fi-
unt ſolidi, hoc eſt, negligentes legum, con-
temptoresque omnis diſciplinæ, ſua tantùm
quærentes, nec ſtatum publicum augentes,
turbant hanc concinnam, & viuificam dia-
pente ἁρμονίαν, qua turbatione ſibi interitum
accerſunt vltrò: ſicut octonarius repræſentãs
principes, dum nullum alium numerum niſi
ſe ter auget, procreat eum numerum, quem
Plato conſtituit euerſorem principatuum.
Habet autem hæc ratio celeriores mutatio-
nes, quàm ratio ſeſquitertia legum, vt conue-
nit diapente: quod vehementius fertur, & eſt
excitatius quàm diateſſaron. Quod etſi eſt dul
ciſonans, aliquanto tamen remiſſius & lan-
guidius ſonat.

Talis eſt ſtatus legum & Reipublicę, ſi non
accedat Heroicus quidam zelus magiſtratu-
um, qui eſt viua vox legum, conſtituens dia-
pente ἁρμονίαι: ita vt hoc modo ex diapente &
diateſſaron conſtituatur vna quædam perfe-
ctiſſima & abſolutiſſima ἁρμονία, omnes alias
complectens, nempè ſuauiſſimum diapaſon,
omnis diſſonantiæ expers.

Superior verò numerus inuenitur quoque
ſi numerus τοῦ πυθμένος, ſeu diagrammatos, fi-
at ſolidus: hoc eſt, ſi duodecim, quæ numerãt
aream prioris quadranguli, cubicè multipli-
centur.

Hoc modo ſimpliciter procedit Ariſtote-
les, & primò quidē ipſe Plato: † qui tamē poſt- 6
ea alium videtur modum ſubiungere, cùm
ſcilicet à numeris laterum, pro ratione quam
habent ad vnitatem, progreditur vſq; in quin
tum locum, hoc modo:

	1	
4		3
16		9
64		27
256		81
1024		243

Hi numeri omnes aggregati cum vnitate,
etiam procreant 1728. quem numerum con-
ſtat Platonem tribuere totalibus legum mu-
tationibus, ex tota illa ſpeculatione quam ha-
bet de duratione mundi.

Alij hanc ipſam mutationum in imperijs
regniſque cauſam † à motuum cœleſtium ra- 7
tione, nouisque Copernici ſpeculationibus
deducunt. Exiſtimant enim, omnes monar-
chias, omniaque regna, & cœpiſſe, & adaucta
eſſe, cùm centrum eccentrici in aliquo inſig-
ni loco parui circuli fuit: in cuius circumfe-
rentia ab ortu in occaſum, centrum eccentri-
ci mouetur.

Sic, cùm ſolis maxima eſſet eccentricitas,
Romanum Imperium ad monarchiam de-
clinaſſe: & quemadmodum illa decreuit, ita
& hoc tanquam conſeneſcens defeciſſe refe-
runt.

Sic, cùm centrum dicti eccẽtrici ſolis, per-
ueniret ad quadrantem, terminumque me-
diocrem, lata eſt lex Mahometica: & aliud
magnum imperium exortum, quod velociſ-
ſimè ad motus rationem creuit. Iam itaque
in centum annis, cùm minima futura eſt ec-
centricitas, hoc quoque Imperium ſuam cõ-
ficiet abſoluetque periodum, vt iam circa i-
ſta tempora in ſummo ſit faſtigio, à quo æ-
què velociter, Deo volente, lapſu grauio-
re ruet.

Centro deinde eccentrici ad alterum ter-
minum mediocrem perueniente, ſperamus
adfuturum Dominum noſtrum Ieſum Chri-
ſtum. Nam hoc in loco, circa creationē mun-
di fuiſſe tradunt.

Quæ

Quæ ſanè erudita & ingenioſa computa-
tio,& mutationis cauſa,non multùm à dicto
Eliç diſcrepat,qui diuino inſtinctu,mundnm
ſex millibus annorum duraturum vaticina-
tus eſt: quo tempore duæ ferè reuolutiones
peraguntur.Ex quo apparet,paruum hunc cir
culum à centro eccentrici deſcriptum,rotam
illam fortunæ eſſe, cuius circumactu mundi
monarchiæ initia ſumunt, atque mutantur,
in quo circulo ſummæ totius hiſtoriæ mun-
di mutationes inſcriptæ conſpiciuntur & ap-
parent.

Aliunde hanc ipſam variationem & mu-
8 tationem deriuat Cardanus, vir de Aſtrono-
mia & naturæ inueſtigatione bene meritus.
Refert hic mutationum harum in imperijs
regniſque cauſam, ad extremam caudæ vrſæ
maioris ſtellam Hanc enim,cùm Roma con
deretur,vrbi verticalem fuiſſe oſtendit, & do
cet:quæ deinde,poſtquam receſſit, & à verti-
ce declinauit,Romanum quoque imperium
paulatim labi & attenuari cœpit. Eadem de-
inde ſtella, cum verticem Byzantinum occu-
paret,imperium eò pariter deuexit,ac tranſtu
lit:& prouti iterum vel deflexit,vel acceſſit, i-
ta ſedem Romani imperij cõſtituit & firma-
uit: donec tandem Germanis ſtella hæc ver-
ticalis facta, Imperij Romani molem ad eos
perduxerit.

Hæc quidem etſi ingenioſè ac acutè dicun-
tur: harum tamen inſignium mutationum
in imperijs cauſæ, non ab aſtris ſolum modò
tanquam ſecundis cauſis, petendæ ſunt, aut
9 deducendæ: verùm † ab ipſo Deo Opt. Max.
Hic enim regna conſtituit,& bonos guberna-
tores excitat.Quod multa teſtantur dicta Pro
phetica.

Daniel.2.Illius eſt ſapientia, & maieſtas:il-
le tempus & horam mutat, ille reges repudi-
at & conſtituit. Pſalm.126. Niſi Dominus cu-
ſtodierit ciuitatem,&c.Pſalm.143.Qui dat ſa-
lutem regibus.Et Salomon:Vt oculus videat,
& auris audiat, Deus dat vtrumque.Et Paulus
Romanor. decimotertio: Quæ ſunt poteſta-
tes,à Deo ordinatæ ſunt.Prouerb.16 Libra &
pondus,iudicia Domini ſunt.

Sic diuinitùs excitati & adiuti fuerunt Da-
uid,Salomon,Ioſaphat,Ezechias,Ioſias, Na-
buchodonozor,Cyrus,Conſtantinus,Theo-
doſius, Carolus Magnus: vt & imperia reſti-
tuerent,& Eccleſiam adiuuarent. Sicut quo-
que excitati ſunt,& adiuti diuinitùs, vt impe-
ria & diſciplinam reſtituerent, etiamſi do-
ctrinam de Deo ignorarent, Themiſtocles,
Ariſtides, Alexander Macedo,Fabius Marcel
lus,Scipio,Paulus Aemylius,Auguſtus. Nam
& hi quoq; res generi humano ſalutares geſ-
ſerunt,& politias mediocres erexerunt, & cõ-
ſtituerunt.

Quemadmodum quoque regna & impe-
ria,ob impietatem,libidines, aliaq́; ſcelera e-
uertuntur & mutantur.

Prouerb.25.Aufer impietatem de vultu re-
gis, & firmabitur iuſtitia thronus eius. Pro-
uerb.28. Propter peccata terræ, ſæpè mutan-
tur principes: & propter virum prudentem,
atque intelligentem,diuturna erunt imperia.
Eſaiæ 3. Væ qui iuſtificatis impium pro mu-
neribus. Eſaiæ 33. Væ qui prædaris, quoniam
ſpoliaberis. Prouerbiorum 28. Quando iuſti
exaltantur, regum eſt gloria: quando exur-
gunt impij,fiunt mutationes. Syrach. 10. Re-
gnum à gente in gentem transfertur, propter
iniuſtitiam. Micheæ 3. Audite principes: pro-
pter vos principes,& ſacerdotes, Sion quaſi a-
ger arabitur, & Hieroſolyma erit aceruus la-
pidum. Zachariæ 11. Super paſtores irritatus
eſt furor meus. Prouerbiorum 28. Rex iudi-
cans in veritate pauperes, thronus eius in æ-
ternum firmabitur. Item:Cum ceſſat prophe-
tia, diſſipabitur populus. Sapientiæ 5. Malitia
euertit ſedes potentum. Leuitici 18. Omnis a-
nima quæ fecit has abominationes, delebi-
tur. 1. Regum 2. Glorificantes me, glorifi-
cabo.

CAPVT II.

De ortu Romanæ Monar-
chiæ.

SVMMARIA.

1 *Imperia quare à Deo conſtituantur, & num. 4.*
2 *Monarchiarum cauſa,numerus,& diſtinctio.*
3 *Romana Monarchia quando cœperit,& quanta fuerit.*

CONſtituit Deus, firmatque regna & Im-
peria, † vt per hæc ſocietati ciuili cuſto- 1
dias excubiaſque ponat. Hominum enim ſo-
cietas,& vitæ quaſi communitas,magiſtratu-
um officio continetur: cuius hæc eſt vis, vt
præſit,præſcribatque recta & vtilia,& coniun
cta cum legibus:latrocinia, tyrannides & ali-
os furores coerceat & puniat. Deinde voluit
quoque aliquod Eccleſiæ ſuæ domicilium &
aliquam ſedem ad finem vſque mundi collo
care,& qualiacunque hoſpitia parare, vt vox
diuina ad terminum atque exitum mundi du
rare & ſonare poſſet.

Præ cæteris verò regnis & imperijs monar
chias erexit, quæ magnam totius orbis terra-
rum partem tenerent, ac occuparent, tan-
tamque haberent potentiam,& eas vires,† vt 2
cæteros reges compeſcerent, & continerent:
ac ſimul leges præſcriberent, iudicia & diſci-
plinam armis defenderent, & tuerentur.
Quas quidem quatuor futuras eſſe prædixit,
vt certò aduentum Meſſiæ, & finem mundi,
ac inſtans iudicium oſtenderet, & definiret.
Voluit enim Deus ſciri, hanc generationem
hominum non perpetuò duraturam: voluit

quoque tempora vtriuſque aduentus Chriſti, & æternæ reſurrectionis prænonſtrare, vt pij confirmarentur, & conſolationem, ac liberationis æternæ ſpem certam, & promiſſionem haberenr.

Prima autem monarchia fuit Chaldæorum, qua & vicini Aſſyrij comprehenduntur. Incœpit ea anno mundi 1789, anno Noæ 731. & anno ſalutis ex aquis 131. Durauit annos 1636.

Secunda fuit Perſarum, quæ incœpit à Cyro, anno mundi 3425. Durauit annos ducētos & nouem.

Tertia fuit Græcorum. Cœpit anno mundi 3634. Durauit annos 284.

Poſtrema monarchia eſt Romanorum.

8 Incœpit hæc anno 3918. anno 2. Olympiadis 183. anno vrbis 706. Hæc monarchia qualis futura fuerit, deſcribit Daniel capite ſeptimo: Poſt hęc aſpiciebam, inquit, in viſione noctis, & ecce beſtia quarta terribilis atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus ſuis conculcans. Et deinde Beſtia quarta, regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis: & deuorabit vniuerſam terram, & conculcabit, & comminuet eam.

Et Dionyſius Halicarnaſſeus, cùm potentiam huius monarchiæ cum tribus præcedentibus conferret, ait: At Romana ciuitas terræ toti quæcunque non eſt inacceſſibilis, ſed quæ ab hominibus incolitur, imperat. Maris ea totius quoque domina: neque ſolùm mediterranei, quod eſt intra columnas Herculis, ſed etiam Oceani, quà nauigari poteſt, prima ſolaque omnium, quæcunque ex omni æuo referuntur, ortum & occaſum, terminos imperij ſui faciens. Nec tempus ei poteſtatis aut dominij breue eſt: ſed quantum nulli aliarum ciuitatum, nullique regnorum contigit. ſtatim enim ab initio poſt Vrbem conditam gentes finitimas ſanè multas ac pugnaces, iuris ſui fecit: proceſſitque ea ſemper, obuios quoſque proſternens. Atque hoc ſeptingentos iam & quadraginta quinque annos, vſque ad Coſſ. Claudium Neronem iterum, & Calphurnium Piſonem, qui 193. Olympiade ſunt creati. Ex quo autem totam Italiam obtinuit, confiſaque eſt contra omnium principatum progredi: mari quidem Carthaginenſes eijciens, qui nauali potentia plurimùm excelluerunt: Macedoniamque ſubijciens, quæ terreſtribus antè viribus plurimùm pollere viſa erat.

Et Virgilius inquit:

Certè hinc Romanos olim voluentibus annis,
Hinc fore ductores, reuocato à ſanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus: quæ te genitor ſententia vertit?

Et paulo pòſt:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium ſine fine dedi.——

Et deinde:

——Mecumq́; fouebit
Romanos rerum dominos, gentemq́; togatam:
Sic placitum, veniet luſtris labentibus ætas,
Cum domus Aſſaraci, &c.——

Voluit autē Deus Optimus Maximus huius poſtremæ monarchiæ ſummā eſſe potētiam, ſummumq́; robur, † vt in extrema, ac viribus 4
omnibus attrita prorſus, & attenuata mundi ſenecta (quæ diabolorum, timentium inſtans iudicium Dei, furori ac inſidijs expoſita maximè & prompta eſt, & vbi graſſandi inexplebilis libido, ac effrenata appetentia creſcit indies, vires ſumit & augetur) qualeſcunque politias erigeret, ac aliquod Eccleſiæ domicilium conderet, retineret & conſeruaret.

Huius verò monarchiæ originem & initium, omnes à Troiano excidio repetunt, & deriuant.

CAPVT III.

De Regno Troiano.

SVMMARIA.

1 *Troiani regni initium & progreſſus, num. 3.*
2 *Dardanus primus Troianorum Rex.*
4 *Belli Troiani cauſa: eiuſq; calamitas, num. 6.*
5 *Libidines multis imperijs exitium attulerunt.*

TRoianum regnum, vt paulò altius ordiar, † cœpit anno mundi 2477 annis à diluuio 830. ab exitu ex Aegypto annis 24. Et paulo antè Troiani regni exordium, conſcripti ſunt libri ſancti à Moyſe, nempè Geneſeos, Exodi, Leuitici, Numeri, Deuteronomij: ante natum Chriſtum 1483. Durauit hoc regnum ſub ſex Regibus: quorum primus fuit Dardanus, qui † regnare cœpit anno mundi 2487. ab exitu Iſrael ex Aegypto anno 34. ante mortem Moyſis circiter annos 8. anno ſecundo Amynthæ Aſſyriorum regis XIX. ante natum Chriſtum 1476. Regnauit annos 31. 1

De hoc ait Virgilius:

Dardanus Iliacæ primus pater vrbis, & autor,
Electra, vt Graij perhibent, Atlantide cretus.

Item:

Atq; etiam memini (fama obſcurior annis)
Dardanus Idææ Phrygiæ penetrauit ad vrbes
Threiciamq; Samum, quæ nunc Samothracia fertur:
Hinc illum Coriti Tyrrhena ab ſede profectum.

Et deinde:

——Hinc Dardanus ortus
Huc repetit, iuſsuq́; ingentibus vrget Apollo
Tyrrhenum ad Tybrim.——

Secundus Rex † fuit Erichthonius, filius Dardani. Regnare cœpit anno mundi 2518. anno 65. 2

no 65. poſt exitum ex Aegypto, quo tempore Faunus apud Aborigines in Italia regnum ob tinebat, ante natum Chriſtum 1445. fuit in imperio annos 75.

Reliquit Erichthonius Troem, qui patri ſuffectus eſt anno mundi 2593. ab exitu ab Aegypto 140. ante natum Chriſtum 1370. Ab hoc, regio Troia dici cœpit, & incolæ Troes. Regnauit annos 60. paulo pòſt hiſtoria Ruth ſcripta eſt.

Troem ſubſequutus eſt Ilus, Trois filius, anno mundi 2653. anno 200. ab exitu ex Aegypto, ante natum Chriſtum 1310. Ab hoc Ilo, tota regio Ilium nominari cœpit. Regnauit annos 54.

Hic Ilus filium reliquit Laomedõtem, qui abnepos fuit Dardani, & quintus in regno. Incœpit regnare anno mundi 2707. anno exitus ex Aegypto 254. ante natum Chriſtum, 1256. Eius regni anno decimo Hercules natus eſt qui deinde Laomedonti bellum intulit, cuius Homerus facit mentionem in Iliad. libro quinto:

> ὅς ποτε δεῦρ' ἐλθὼν ἕνεχ' ἵππων Λαομέδοντος,
> ἓξ οἴῃς σὺν νηυσὶ καὶ ἀνδράσι παυροτέροισιν,
> Ἰλίου ἐξαλάπαξε πόλιν, χήρωσε δ' ἀγυιάς.

Quod ſic Eobanus conuertit:

> *——Qui parua claſſe profectus*
> *Sex ratium, ſacra peruenit ad inclyta Troiæ*
> *Mœnia, propter equos periuri Laomedontis,*
> *Aequauitq; ſolo victrici Pergama dextra,*
> *Exhauſitq; opibus cunctis, & diuite gaza.*

Inſtaurauit itaque Laomedon denuò Ilium, & muro cinxit, auxilio Apollinis & Neptuni. Durauit eius adminiſtratio annos ſex & triginta.

Laomedontis filium Priamum, Hercules patri ſubſtituit. Hic Priamus ita ciuitatem exornauit, vt nulli maximarum vrbium ornatu & potentia tum cederet. Regnare hic cœpit anno mundi 2744. ab exitu 291. ante natũ Chriſtum 1220.

Priamus filium habuit Paridem, vel Alexandrum, qui Helenam Spartanorum regis vxorem rapuit: quam Græci repoſcentes, &
4 ſpe recuperandæ eius fruſtrati, bellum † per quinquennium decernunt: quod deinde decennale factum eſt. Hiſtoriam deſcribunt Dictys Cretenſis, Dares Phrygius, Homerus & Virgilius. Huius belli cauſa fuit adulterium Paridis: quemadmodum libidines, adulteria & ſtupra grauiſſimas ſemper ſecum trahunt, ducuntque pœnas. Sic Sodoma deleta eſt. Sic multis alijs vrbibus, regnis & imperijs exitio
5 fuerunt † libidines: vt omnibus Græcis ciuitatibus, Thebis, Athenis, Spartæ. Sic plurimi reges tragicis caſibus interierunt, vt Aegyſthus, Clytemneſtra, Macedonici reges ferè omnes, Archelaus, Philippus, Alexander, Demetrius, Ptolemæi, Cæſares plurimi. Sic quoque tota tribus Beniamin deleta eſt, propter ſtupratam vxorem Leuitæ: & innumera alia extant exempla. Neque miſera hæc calamitas & deuaſtatio Troiæ † ſolum communis, & ſuo au 6
thore contenta fuit: ſed pœnæ per omnes familias vagatæ ſunt, mutationemque regnis Aſiæ, Græciæ, & Latijattulerunt. Raptus igitur incidit in annum mundi 2765. & ab exitu 312. Excidium verò in annum mundi 2783. ab exitu 330. & diem 17. ante ſolſtitium, ante natum Chriſtum 1180. De hoc excidio, & miſera deuaſtatione, ac cauſis, ſic ſcribit Sybilla libro ſeptimo.

> ἔσται μὲν ὅτε πᾶσα κακὴ καὶ δύσμορος οἰκτρῶς
> Ἰλιὰς ἐπί[illegible] τ φορ, οὐ γάμον, ἔνθα βαθεῖα
> κλαύσονται νύμφαι, ὅτι δὴ θεὸν οὐκ ἐνόησαν,
> ἀλλ' αἰεὶ καὶ τυμπάνοις καὶ κρότοις ἐχόρευσαν.

Hoc eſt:

> *Porrò tempus erit, cum fatis tota ſiniſtris*
> *Ilias haud nuptum, ſed combibet improba buſtum,*
> *Atq; ibi plorabunt Nymphæ miſerabile: quando*
> *Non nouere Deum, ſed ſemper tympana pulſa*
> *Tangere, ſemper eis crepitacula plaudere cura eſt.*

Priamo itaque interfecto à Pyrrho Achillis filio, iuxta aram: & incenſa deletaque ciuitate, regnum Troianum deſijt, anno mundi 2783. & anno ab exitu 330. ante Chriſtum natum 1180. Mortem Priami Virgilius ſic deſcribit:

> *——Altaria ad ipſa trementem*
> *Traxit, & in medio lapſantem ſanguine nati,*
> *Implicuit comam læua, dextraq; coruſcum*
> *Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit enſem:*
> *Hic finis Priami fatorum, hic exitus illum*
> *Sorte tulit.——*

CAPVT IIII.

De regno Latinorum.

SVMMARIA.

1 *Aeneas quomodo ex incendio Troiano in Italiam peruenerit.*
2 *Latinorum Reges poſt Aeneam.*
3 *Rhea Syluia Numitoris filia.*
4 *Romulus & Remus gemini ex Rhea Syluia nati.*

AENEAS itaque poſtquam ex Incendio Troiano euaſiſſet, ac liberatus eſſet, circiter ſeptem & triginta dies à captiuitate, reliquias Troianas collegit, & vicinos Achiuos adminiſtrauit: anno ſequẽti poſt deuaſtationem, circiter æquinoctium autumnale, in Helleſpontum traiecit, & in Thracia per hyemẽ commoratus eſt. Gliſcente vere, in Siciliam nauigauit: vbi & altera hyeme manſit, ac vrbem Erynnis cõdidit. Poſtea mari ſedato, circa mediam æſtatem † Laurentum venit: vbi 1
accepto loco, Lauinium condidit. Tertio, à Troiæ excidio, anno, ſolus ſuis imperauit. Quarto, moriente Latino, cuius filiam Aeneas duxerat, ſolus rerum potiri cœpit: & primus rex Latinorum factus eſt anno mũdi 2789. ab

exitu ex Aegypto 336. regnauit annos tres. De eius obitu ſic ſcribit Dionyſius: Commiſſo, inquit, acri prælio hand procul à Lauinio, atque multis vtrinque cæſis, exercitus ſuperueniente nocte ſunt ſeparati. Aeneæ autem corpus nuſquam apparens, alij in Deum tranſlatum: alij in fluuio iuxtà quem prælium fuit, ſubmerſum eſſe putant: eiq; Latini templum conſtruxerunt, tali inſcriptione,

PATRIS DIVI TERRESTRIS QVI FLVVII NVMICI VNDAS GVBERNAT.

2 Aeneæ in Latinorum regno † ſubſtitutus eſt filius Aſcanius, anno mundi 2791. ab exitu 338. anno 2. Samſonis ex cognatione Dan. Et anno à Troiæ excidio 8. Hic Albam Longam condidit. De Aſcanio ſic ſcribit Virgilius:

At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur, (Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno)
Triginta magnos voluendis menſibus orbes
Imperio explebit, regnumq; à ſede Lauini
Transferet, & Longam multa vi muniet Albam.

Hnic ſucceſſit Sylnius tertius. regnanit annos 29.

Hunc ſubſequutus eſt Aeneas Sylnius, qui Latinis præfuit annis 31.

Poſt quem regnare cœpit Latinus Syluius, qui regnum adminiſtrauit annis 50. Huius coætaneus fuit Dauid.

Huic ſuffectus eſt Alba Syluius, qui in imperio fuit annis 39.

Poſt quem Capetus Sylnius Latinorum gubernacula ſuſcepit. Eius adminiſtratio durauit annos 24.

Hoc mortuo, Capys, qui & Capuam condidit, ad regnum peruenit. in adminiſtratione fuit per annos 28.

Deinde Calpetus, cuius nihil extat memoria dignum: & ideo imperium eius minus diuturnum fuit. Præfuit annis 13.

Hunc ſubſequuti ſunt ordine ſex Reges, nempe Tyberinus Syluius, Agrippa Sylnius, Alladius Syluius, Auentinus Syluius, Procas Syluins. Is Numitorem atque Amulium procreat. Numitori, qui ſtirpis maximus erat, regnum vetuſtum Syluiæ gentis legat. Plus tamen vis potuit, quàm volũtas patris, aut verecundia ætatis.

Pulſo enim fratre, Amulins regnat. addit ſceleri ſcelus, ſtirpem fratris virilem interi-
3 mit: & filiæ Rheæ Syluiæ † per ſpeciem honoris, cùm Veſtalem eam legiſſet, perpetua virginitate ſpem partus adimit. Hæc tamen vi cõpreſſa, cùm geminum partum edidiſſet, vincta in cuſtodiam data eſt: & pueri in profluẽtem aquam miſſi, diuinitùs tamen ſeruati, & à Fauſtulo gregis magiſtro inuenti, educati
4 ſunt. Tandem Romulus & Remus † ex Rhea Sylnia nati, comperta tota re, regem Amuliũ obtruncãt, & Numitori Albana re permiſſa, de condenda vrbe cogitare cœperunt: idq; in ijs locis vbi expoſiti, vbi educati erant.

CAPVT V.
Vrbs Romana quando condita.

SVMMARIVM.

1 *Roma vrbs quo anno & die condita.*

Condita eſt vrbs à Romulo & Remo, anno † mundi 3214. à capta Troia 432. ante 1
natum Chriſtum 750. anno primo ſeptimæ Olympiad. die 21. Aprilis, quo Palilia celebrabantur. Conſtituta deinde Republ. legibusq; neceſſarijs datis, Romulus ludos publicos edicit, in quibus 683. puellæ raptæ ſunt. Dionyſius libro 2. Ceninenſes, Antennates, & Cruſtumerij ideò bello eum laceſſunt. Victi Ceninenſes, Antennatesque vrbes amittunt: & magna ex parte Roma commigrant, ibique cum filiabus raptis vitam degere, quàm domi ſuæ abſq; liberis eſſe maluerunt: deinde multæ & non contemnendæ fortis vrbes & familiæ externarum gentium, ob auditam Romuli famam, ſponte ſe ei ſubiecerunt.

CAPVT VI.
Romulus.

SVMMARIA.

1 *Romulus primus Romanorum Rex.*
2 *Tribuum & Curiarum diſtributio à Romulo facta.*
3 *Patres à Romulo inſtituti, vnde ſic dicti, & Patricij, & Patres conſcripti. num. 4.*
5 *Anni decem menſium: eiusq; diuiſio à Romulo facta.*
6 *Leges à Romulo lata.*
7 *Sacerdotes à Romulo inſtituti.*
8 *Plebs commiſſa à Romulo.*
9 *Mulieres nupta, quo iure eſſent ex lege Romuli.*
10 *Diuortium quatenus lege Romuli permiſſum.*
11 *Poteſtas patria maxima, ex lege Romuli.*

Primus itaque rex fuit † Romulus. Regna 1
re cœpit anno à condita Vrbe primo. Exorta enim de principatu, cum Remo fratre contentione, & Remo in pugna extincto, ſuperſtes Romulus ſolus gubernacula tenuit.

Inſtituta Romuli, & leges ab eo lata.

Quia verò non ſatis eſt, ciuitatem mœnibus, ac amplis profundisque foſſis munire: verùm oportet quoque eandem bellorum potentia, quæ fortitudine paratur & aſſiduo ſtudio: in ciuilibus autem perturbationibus concordia ciuium, corroborare & firmare. Primò igitur de tali Reipub. ſtatu cogitauit, qui & paci atque bello idoneus eſſet maximè, & commodus.

Eum igitur talem inſtituit. In tres partes † 2
diuiſa vniuerſa multitudine, ſingulis præclarum aliquem virum ducem præpoſuit. Deinde vnamquanque rurſus in decem partitus, totidem fortiſſimos viros ei præfecit.

has

has curias, illas tribus vocari voluit: ſicut vo-
cantur & hodiè. Grȩci has φρατρίας ſiue λόχους,
illas φυλὰς ſiue τριττύας dicunt: ſicut præſectos
alteros φυλάρχους & tritarchos, quos Romani
Tribunos: alteros Curijs præpoſitos phra-
triarchos, & λοχαγοὺς, quos illi Curiones no-
minant.

Diuiſæ autem ſunt rurſus Curiæ in Decu-
rias: vocabanrq́ue ſingularum præſectus De-
curio.

Poſtquàm autem hoc modo omnes in
tribus & curias deſcripſiſſet, populum vr-
banum vniuerſum in triginta æquales par-
tes diſtribuit: ac ſingulis Curijs ſuam partem
attribuit: exempta ex ſingulis rantilla por-
tione, quȩ ſufficeret templis, delubriſq́ue con
ſtituendis, ſimulq́ue parte aliqua in commu-
ne relicta.

Deinde ſingulis Curijs ſacra ſua conſti-
tuit, ſuis cuique diuis, quos venerari ſemper
deberent, aſſignatis: & ſacris faciendis certos
ſumptus definiuit, quos ex ærario ſuppedi-
tari oporteret.

Tertiò, illuſtres genere, & virtute cla-
ros, opibuſq́ue, vt tum ferebant tempora, a-
bundantes, quibus eſſent liberi, ſecreuit ab
obſcuris, egenis & humilibus. Inferioris for-
tunæ homines, plebeios vocauit: potioris
3 verò, patres: † ſiue quòd ætate anteirēt alios,
ſiue quòd haberent liberos, ſiue propter no-
bilitatem generis, ſiue propter hæc omnia.
Hi deinde Patricij dici cœperunt. Plebeios
ſub commendatione patriciorum eſſe vo-
luit, optione è vulgo data, vt quē quis vellet
patronum ſibi eligeret: hic clienti ſuo de iu-
re interrogatus reſpondebat, nec non alijs
iuuabat rebus. de quibus Dionyſius libro ſe-
cundo.

Quartò, magiſtratus præfecit, vt eſſent,
quibus cum adminiſtraret Rempub. Secre-
nit itaque centum viros ex ordine patricio,
ratione hac: Ex omnibus vnum præcipuum
ipſe declarauit, cui rerum vrbanarum regi-
men committeret: quoties ipſe foras duce-
ret exercitum. Præterea tribuum vnamquan-
que iuſſit tres viros ſeligere, qui per ætatem
maximè ſaperent, & genere præcellerent.
Poſt hos nouem, mandauit ſingulis Curijs,
vt è Patricijs ternos eligerent, adiectiſq́ue ad
illos nouem, quos tribus legerant. His 90.
promotis, centenarium expleuit ſenatorum
4 numerum. Et hi electi, Patres † conſcripti vo
cati ſunt.

Quintò, ob tutelam corporis, & rerum ge-
rendarum robur, trecentos robuſtiſſimos ex
familijs legit, Lacedæmonios ſequutus.

5 Sextò, annum † in decem menſes diuiſit,
& primùm Martiū à patre appellauit, ac an-
num trecentorum & quatuor dierum con-
ſtituit. Menſes in Calendas, Idus & Nonas di-
uiſit.

Condita igitur, & diuiſa ciuitate, inſtitu-
tis ſacris, & ordine facto inter ciues, leges † 6
tulit.

I. Ne quis niſi per portas ingrederetur, é-
grederetur ve: mœnia ſacroſancta eſſent.

II. Vt Patricij ſacra curarent, magiſtra-
tus gererent, ius redderent, ſecum Rempub.
adminiſtrarent, res vrbanas obirent: plebeij
verò ab his negotijs immunes: quippe qui ta-
lium imperiti eſſent, nec vacaret eis propter
inopiam, agros colerent, pecora alerent, exer
cerent quæſtuoſa opificia.

III. Sacrificia voluit eſſe frugalia, & om-
ni moroſa curioſitate carere.

IIII. Ne in templo nocturnæ vigiliæ ha-
berentur, ne quid per noctem minus caſtè,
minusve pudicè, ſacrorum ſpecie committe-
retur. Deinde ne qua fieri coitio, ne quid in-
iri aduerſus ipſum, publicamve rem occulti
conſilij, ne quid inſidiarum tendi poſſet. ad
quam legem Cicero ſpectauit: Nocturna mu
lierum ſacrificia ne ſunto, prȩter illa quȩ pro
populo ritè fiant.

V. Quoniam verò commenticiæ de dijs
fabulæ contemptum religionis, & inde licen
tiam, ad omneq́ue facinus audaciam adfe-
runt, & facilè homines ſua natura ad hæc
promptos, occupant & prehendunt, pœnam
ijs indixit, qui fabuloſa de Dijs figmenta cre-
didiſſent.

VI. Cùm ex diſparitate religionis maxi-
ma animorū alienatio oriatur, ex hac odia,
ex odijs ſeditiones promanent: prouidit Ro-
mulus, cauitq; lege lata, ne deos peregrinos,
præter Faunum colerent, neve ſacrificia ex-
terna facerent: ne quid diuini Iuris, negligen
do patrios ritus, peregrinoſq́ue aſciſcendo
turbaretur.

VII. Sanciuit, vt è ſingulis Curijs legeren
tur bini ſacerdotes, † annum egreſſi quinqua- 7
geſimum, qui virtute ac genere præcellerent
cæteris, cenſumq́ue haberent ſufficientem,
& integro eſſent corpore. Hos eum honorē
non ad tempus, ſed in omnem vitam habere
voluit: immunitatē inſuper ijs conceſſit pro-
pter ætatem à militia, & propter priuilegium
ab vrbanis negotijs. Eam tamen electionem
ita ratam habuit, ſi comprobata fuiſſet ab
Auguribus.

VIII. Sanxit, idq́ue ſemper ſeruauit, ne
quid publicè inauguratò fieret.

IX. Plebi † tria cōmiſit: magiſtratus crea- 8
re, leges ſancire, de bello, referente rege, de-
cernere.

X. Neceſſitatem colonis impoſuit, edu-
candi quicquid eſſet maſculum, & è filiabus
primogenitis. Nullam autem prolem necari
permiſit minorem triennio, niſi ſi quid mu

tilum aut prodigioſum in partu eſſet editum. Tales enim fœtus exponi à parentibus non vetuit: ſed indicatos prius quinque viris vicinis proximis, ſi illis quoque exponendos eſſe viſum fuerit. Contra hanc legem committentium, præter alias mulctas, etiam dimidiũ bonorum addixit ærario.

XI. Supplicibus & confugientibus in Capitolium, impunitatem in honorem numinis permiſit.

XII. Pubẽtes omnes in bello, captis vrbibus, necari vetuit, aut ſub haſta venundari.

9 XIII. Mulierem nuptam, † quæ iuxta ſacratas leges conueniſſet cum viro, ei participem eſſe poſſeſſionum ac ſacrorũ omnium voluit: hoc eſt, vxor pudica, & ſemper viro obſequens, æquè ac ille domus erat domina, & in eius defuncti bona ſuccedebat hæres, ſicut parentis filia: ex aſſe quidem, ſi is liberis carẽs, ac inteſtatus decederet. Quòd ſi prolem haberet, ex æquo cum liberis. Si antẽ aliquid peccaſſet, pœnam luebat ex mariti læſi arbitrio: de huiuſmodi criminibus cognati cum ipſo cognoſcebant, in quibus erat violata pudicitia. & quod apud Græcos videbatur leuiſſimum, ſi deprehenſa eſſet vinum bibiſſe mulier: vtrunque damnauit Romulus, vt erratorum muliebriũ maximum: ratus è ſtupro naſci inſolentiam, ſtuprum è vinolentia: & vt deprehenderetur odore, à cognatis oſculũ deferri conceſſit.

10 XIIII. Vxori virum † relinquere interdixit: viro verò vxorem repudiare permiſit, ſi in veneficio natorum, aut in adulterio, aut in clauiũ adulteratione deprehenſa foret. Quòd ſi aliàs quis vxorem repudiaſſet, eius copiarũ partem vxori dari, partem Cereri ſacram eſſe iuſſit Plutarch.

11 XV. Omnem poteſtatem patri † dedit in filium, idque toto vitæ tempore, ſiue in carcerem eum mittere, ſiue flagris cædere, ſiue vinctum ablegare ad ruſticas operas, ſiue enecare libeat: etiãſi filius teneat Remp. etiamſi magiſtratus gerat maximos, etiamſi liberalitatis laudem publicè ſit promeritus. Dionyſ. libr. 2. Quod plus erat, etiam vendere permiſit, & ternam venditionem conceſſit. Qua in re maiorem largitus eſt poteſtatem patri in liberos, quàm hero in mancipium. Seruus enim ſemel venditus, deinde libertatem adeptus, in poſterũ ſui iuris fit: filius à patre venditus, ſi liber reddatur, iterum in poteſtatem patris redigebatur. Fuitque hæc lex, vt Dionyſius ait, firmiſſima.

XVI. Sellularias ac ſordidas, & turpibus cupiditatibus ſubſeruientes artes, vt corporibus atque animis tractantium noxias, ſeruis & exteris exercẽdas cõmiſit. Ingennis duo tantùm reliquit ſtudia: rei militaris, ac ruſticæ. Cice. in Oratione pro Roſcio Amerino.

XVII. Iniurias pro modo criminum puniuit. Ideoque tribunal conſtituit in publico, & trecentis militibus armauit. Virgas ac ſecures præferri iuſſit à duodecim lictoribus. Leuia crimina flagris, grauia ſecuri coercuit.

Hæ ferè leges Romuli ſunt, quæ apud ſcriptores extant. Narrat enim Dionyſius, plurimas non ſcriptas leges tum temporis fuiſſe, ex more Lacedæmoniorum. Bella & res geſtas ibidem recitat: quod & Plutarchus in vita Romuli facit. Imperauit annos 37. Mortuus eſt Nonis Quinctilibus.

CAPVT VII.
Numa Pompilius.

SVMMARIA.

1 *Numa Pompilius ſecundus Romanorum Rex, pacificus & Iuriſconſultus.*
2 *Sacra varia à Numa Pompilio inſtituta.*
3 *Salij ſacerdotes vnde dicti.*
4 *Anni diſtributio in 12. menſes, per Numam.*
5 *Rubigalia feſta quæ. & quare inſtituta.*
6 *Leges à Numa Pompilio latæ.*
7 *Termini agrorum, & Terminalis Iupiter, & Terminale feſtum.*
8 *Patria poteſtas à Numa parumper mitigata.*

FVIT hic Pomponis, viri apud Sabinos illuſtris, filius, formę dignitate regia pręditus. Hic quadragenarius in regem Romanorum electus eſt, anno mundi 3251. anno 2. Olympiad. 17. anno quinto regis Manaſſæ. Pacis ſtudioſiſſimus; † & Iuris conſultiſſimus 1 fuit. Bellum nullum geſſit, verùm Romam legibus ac moribus condere parauit. Ideoque totam vitam in conſtituendis ſacris, & procurandis negotijs, vt vrbs neceſſaria ad victũ haberet, traduxit. Exiſtimabat enim efferatis militia animis, mitigandum ferocem populum armorum deſuetudine: ne tamen poſitis externorum periculorum curis luxuriarent ocio animi, quos metus hoſtium diſciplinaque militaris continuerat: omnium primùm rem ad multitudinem imperitam, & illis ſeculis rudem, efficaciſſimam, deorum metum iniiciendum ratus eſt. Pietatem ante omnia docuit homines, quòd omnia bona dij darent, dataq; conſeruarent mortalibus: deinde iuſtitiam, per quam conceſſis diuinitùs commodis frui liceat.

Diuini cultus † inſtitutionem in octo ge- 2
nera diuiſit, & ſingulis ſuos addidit ſacrorũ miniſtros. Inſtituit igitur primò ſacra triginta Curionum: quæ ſacra Curiones pro ſuis Curialibus adminiſtrabant, & rem diuinam faciebant.

Secunda ſacra erant Flaminum, qui à coronæ geſtamine ſic dicebantur.

Tertia ſacra peragebant tribuni Celerum, equites & pedites ſtipatores.

Quar-

Quartus ordo ſacerdotum, erat Augurum, vel ſigna de cœlo obſeruantium.

Quinto loco erant virgines Veſtales, ſacri ignis cuſtodes.

In ſexta parte continebãtur, quos Romani appellant Salios. Erant autem horum ſacerdotum duodecim, & ij quidem ex ordine patricio præcipui Marti Gradiuo dedicati. Horum cultus in ſaltationibus & laudationibus deorum belli præſidum cõſiſtebat. Dicti ſunt Salij † à continuato tripudio.

Septima legum ſacrarum pars, dicata eſt collegio Fœcialium.

Vltima continebat maximi ſacerdotij, vel pontificum ſacra. Horum munus erat, vt iudicarẽt de omnibus cauſis ad ſacra pertinentibus tam inter magiſtratus ſacrificos, quàm inter priuatos homines. Deinde ſicubi deſtituebantur ſcriptis legibus, nouas condebant. Magiſtratus penes quos ceremoniæ erant, ac ſacrificia examinabant, miniſtros ſacrorum in officio continebant. Conſulebantur à profano & imperito vulgo, de cultu deorum ac geniorum.

4 Annum deinde ad curſum lunæ in duodecim † menſes diſtribuit, Ianuarium & Februarium primos anni mẽſes conſtituit, quẽadmodum teſtatur Plutarchus in Mario & Numa: quam Numæ in menſibus inſtitutionem & nos ſequimur.

5 Feſta Rubigalia † introduxit, quę celebrantur 7. Calend. Maij, quoniam tunc ferè ſegetes rubigo occupat. Inde defluxit quoq; mos ad Pontificios, vt circa feſtum Crucis ſegetes obambulent, & preces Deo, pro incolumitate ſegetum faciant.

6 Leges plurimas tulit, † perpaucæ tamen extant.

I. Vt quilibet ſuo fundo contentus ſit, & alienos non concupiſcat. Vnumquenque iuſſit agrum ſuum circumſcribere, ac lapides apponere. Hos ſacros eſſe Ioui Terminali voluit. addidit, vt quotannis ſtato die res diuina, eo in loco in paganorum cœtu fieret, id-

7 que feſtum † Terminale appellauit. Quòd ſi quis hoſce lapides transferret aut tolleret, lege terminali caput eius Ioui terminali deuouit, & impunè is tanquàm ſacrilegus interficiebatur.

II. Lex ad ius pactorum pertinet. Contractus enim dubios & ſine teſtibus factos, fide & iureiurando terminari cõſtituit: ideo templum Fidei ſacrauit. Magiſtratus quoque & iudices in dubijs cauſis, plerunq; ex altera eius partis fide ac ſacramento, ſuam interponebant ſententiam.

III. Eum qui ſciens necaſſet hominem liberum, parricidam eſſe voluit.

IIII. Romuli aſperitatem circa patriam

8 poteſtatem in liberos, † emẽdauit. Prohibuit enim, ne pater filium, quem vxorem ducere permiſerat, diſtraheret: Feſto authore.

V. Mulierem quoque infra decem menſes, poſt obitum mariti nubentem, immolare prægnantem vaccam iuſſit. item, ne pellex ædem Iunonis tangeret: & ſi tangeret, vt Iunoni demiſſis crinibus agnum fœminam cęderet. Gellius.

VI. Ne mulier quæ prægnans mortua ſit, humetur, antequàm partus ei excidatur: qui contrà fecerit, ſpem animantis cum grauida peremiſſe videatur, l. 2. ff. de mortuo inferendo.

Mortuus eſt Numa Pompilius anno ætatis 83. poſtquàm annos 43 regnaſſet. De hoc Virgilius ſic ſcribit, libr. 6.

Quis procul ille autem, ramis inſignis oliua,
Sacra ferens: noſco crines, incanaq; menta
Regis Romani, primus qui legibus vrbem
Fundabit, Curibus paruis & paupere terra
Miſſus, in imperium magnum.

CAPVT VIII.
Tullus Hoſtilius.

SVMMARIA.

1 *Tullus Hoſtilius tertius Romanorum Rex, quo anno regnare cœperit.*
2 *Alba euerſa, & Albani in Senatum Rom. lecti.*
3 *Fœderis feriendi formula antiqua.*
4 *Perduellionis lex à Tullo Hoſtilio lata.*
5 *Tullus Hoſtilius Rex fulmine ictus obijt.*

FVIT hic Tullus Hoſtillus tertius Romanorum rex, à patribus creatus & iuſſus: † 1
anno mũdi 3994. 2. anno 27. Olympiadis: circa quod tempus Manaſſes ob impietatem & idololatriam in Babylonem captiuus deductus eſt, anno ab Vrbe condita 82. ante natum Chriſtum 668. Natus eſt in Medullia, ab Albanis oppido condito. Auum habuit Hoſtium Hoſtilium, virum bello ſtrenuum: qui ob inſignem fortitudinẽ primus à Romulo frondea corona donatus eſt, quòd Fidenas primus irrupiſſet. Plinius lib. 16. cap. 4. Fuit Romulo ferocior, & bellicis ſtudijs, ne ciuitas ocio ſeneſceret, in primis deditus: ideoque occaſionem & opportunitatem belli faciendi, excitandique quæſiuit. Albanis itaque bello illato, Albam, † ob perfidiam Metij Suffetij, ſo- 2
lo ęquauit, vna hora quadringentorum opus annorum, quibus ſteterat, excidio ac ruinis dedit. Populum verò deductum Romam traduxit, & montem Cœlium ad ædificia conceſſit: vtque eò frequentiùs habitaretur, montem Cœlium ſedem regiæ cœpit: ac, vt in poſterum omnis prorſus iniuria obliuioni daretur, Albanos principes in Patres legit, & ordinem Senatorium ex ijs ſupplegit.

Præterea populum ſingulari benignitate, ac li-

ac liberalitate ſibi deuinxit. Romulus enim & Numa agros deputarant, ex quorum reditibus dijs ſacra fierent: qui agri non publici habebantur, ſed propria regum ſors & poſſeſſio erant. Eos Tullus viritim inter Romanos inopes diuiſit: profeſſus, patrimonium ſibi ſufficere in ſacrificia, ſumptusque domeſticos.

3 Extat fœderis † formula inter Tullum & Albanos, apud Liuiũ libro 1. Fœcialis regem Tullum ita rogauit: Iubesne me rex, cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? Iubēte rege: Sagmina, inquit, te rex poſco. Rex ait: Puram tollito. Fœcialis ex arce graminis herbam puram attulit, poſteà regem rogauit: Rex facisne me tu regium nuncium populi Romani Quiritium, vaſa, comitesque meos? Rex reſpondit: Quod ſine fraude mea populique Romani Quiritium fiat, facio. Deinde ſubijcit formulam: Audi, inquit, Iupiter, audi pater patrate populi Albani, audite populus Albanus: vt illa palàm prima poſtrema ex illis tabulis cerave recitata ſunt, ſine dolo malo: vtique ea hic hodiè rectiſſimè intellecta ſunt: illis legibus populus Romanus prior non deficiet. Si prior defecerit publico conſilio, dolo malo: tu illo die, Iupiter, populum Romanum ſic ferito, vt ego hunc porcum hodiè feriam: tantoque magis ferito, quantò magis potes, pollesque. Id vbi dixit, porcum ſaxo ſilice percuſſit.

Recenſet Liuius Tullij Hoſtilij vnicam legem, † de Perduellionis indicio: Duumui-
4 ri perduellionis indicent: ſi à duumuiris prouocarit, prouocatione certato: ſi vincent, caput obnubito, infelici arbori reſte ſuſpendito: verberato vel intra pomerium, vel extra pomerium.

Poſtremò deuictis Sabinis, cùm in magna gloria, magnisque opibus regnum Tulli, ac tota res Romana eſſet, Tullus omnem animum ſacris dedit, & omnibus magnis paruisque ſuperſtitionibus obnoxius factus eſt. Cumque non ritè ſacrum Ioui Elleio curaſſet, ira Iouis ſollicitati praua religione, ful-
5 mine † ictus, cum domo flagrauit. Liuius libro primo, Dionyſius Halycarnaſſ. libro tertio. Solin. capite ſecundo. Imperauit annos 32. Circa eius obitum Manaſſes in carcere pœnituit, & in regnum reſtitutus eſt. Tulli hiſtoriam Virgilius ſic deſcribit libro octauo.

Poſt ijdem inter ſe poſito certamine reges
Armati Iouis ante aras, pateramq́ tenentes
Stabant, & cæſa iungebant fœdera porca.
Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ
Diſtulerant (at tu dictis Albane maneres)
Raptabatq́ viri mendacis viſcera Tullus
Per ſyluam, & ſparſi rorabant ſanguine vepres.

CAPVT IX.

Ancus Martius.

SVMMARIA.

1 *Ancus Martius quartus Romanorum Rex. eiusq́ res geſta. num. 3.*
2 *Belli indicendi ritus antiquus.*
4 *Hoſtia vrbs ab Anco Martio condita.*

MOrtuo Tullo, res, vt inſtitutum iam inde ab initio in vrbe Romana erat, ad Patres redierat: hique interregem nominauerant. Quo comitia habente, Ancum Martium † regem populus creauit, cui rei patres fuère authores. Regnare cœpit anno mundi 3327. anno 23. Ioſiæ regis, ſub quo Ieremias prophetare incœpit. Libri Moyſis deperditi, reperti ſunt anno ab Vrbe condita 114. ante natum Chriſtum 636. Fuit hic inſtitutorum Numæ & Romuli memor: ideoque tam belli quàm pacis ſtudijs gloriam ſibi & laudē parare conatus eſt. Cùm enim ſine iniuria ocium haud facilè haberi poſſit, & patientia temperata ſemper contemnatur, nullas bellorum occaſiones refugit. Deinde quoque, vt Numa in pace religiones inſtituerat, ita Ancus bellicas cæremonias prodidit: quibus nō tantùm bellum gereretur, ſed aliquo etiam ritu indiceretur, deſcribens ius ab antiqua gente Aequicolis. Ritum autem indicendi belli, refert Liuius libro primo. Bellum conſenſu fieri ſolitum, denunciabat † 2
fœcialis hac ratione. Fœcialis haſtam ferratam, ſanguineam, aut præuſtam, ad fines eorum ferret, & non minùs tribus puberibus præſentibus diceret: Quod populi priſcorum Latinorum, hominesve priſci Latini aduerſus populum Romanum Quiritium fecerūt, deliquerunt, quod populus Romanus Quiritium bellum cum priſcis Latinis iuſſit eſſe, ſenatusque populi Romani Quiritium cenſuit, conſenſit, conſciuit, vt bellum cum priſcis Latinis fieret: ob eam rem ego, populusque Romanus, populis priſcorum Latinorum, hominibusque priſcis Latinis bellum indico, facioque. Id vbi dixiſſet, haſtam in fines eorum emittebat.

Primum bellum geſſit † cum Latinis, qui 3
eum vt ignauum, & adminiſtrãdo bello minùs idoneum, contempſerant: Politorium, vrbem Latinorũ, vi cœpit: ſequutus morem regum priorum qui rem Romanam auxerant: multitudinem omnem Romam traduxit, & Auentinum nouæ multitudini habitandum dedit. Recepit Medulliã, quæ tribus annis à Latinis poſſeſſa his erat: Ficulneam euertit. Sæpiùs feliciter duce Tarquinio, qui deinde in Anci locum ſuffectus eſt, cũ Latinis acie pugnauit. Fidenates ob defectionem expugnauit, & eorum vrbem diripuit ac incendit. Victis & ſuperatis Veientibus, triumphum egit.

egit. Volſcos obſedit, & Velitras: ac Sabinos
tumultuantes, & bellum Romanis inferen-
tes, deuicit, caſtris & omni præda exuit, ac
mãdata facere coegit. Res pace geſtæ hę ſunt.
Primò intermiſſum cultum deorum reuoca-
uit: docens, à contemptis numinibus mor-
bos, peſtilentias, aliasq́ue calamitates innu-
meras vrbi immiſſas, quibus magna pars po-
puli cõſumpta: & quod ipſe Hoſtilius ob neg-
lectas religiones diù multumq́ue cum varijs
morbis conflictatus ſit: poſtremò, ne mente
quidem ſanus, ſed vtraque ſui parte laborans,
miſerabili exitio cum tota familia perierit.
Deinde commentarios, quos Numa de ſa-
cris conſcriptos reliquerat, à Pontificibus
ſumpſit, & in tabulas quernas transſcripſit, ac
in foro legendas quibuſlibet propoſuit. Præ-
tereà vrbem non mediocriter auxit. Auenti-
num enim adiecit, & ijſdem mœnibus com-
plexus eſt. Carcerem ad terrorem increſcen-
tis audaciæ, media vrbe ędificauit. In ora Ty-
4 beris Hoſtiam vrbem † condidit. Salinæ cir-
ca factę. Aedes Iouis Feretrij amplificauit: Ia-
niculum montem in aduerſa ripa imminen-
tem Tyberi muniuit, & præſidium contra
Hetruſcos collocauit. Sublicium pontem Ty-
beri impoſuit. Regnauit quatuor & viginti
annos: cuilibet ſuperiorum regum, belli pa-
ciſq́ue artibus & gloria par. Fuit huic Anco
coætaneus in Babyloniorum regno Nabu-
chodonozor, in Iudęa Ioakim: 4. Regum 24.
qui deuictus à Nabuchodonozore, in Baby-
lonem deductus eſt, & inter reliquos etiam
Daniel cum ſodalibus: 4. Regum, 24. 2. Para-
lipom. 36. & Danielis 1. De Anco ſic ſcribit
Virgilius:

—Quem iuxta ſequitur iactantior Ancus,
Nunc quoq; iam nimium gaudens popularibus auris.

CAPVT X.
L. Tarquinius Priſcus.

SVMMARIA.

1. *Tarquiniorum familia, & origo.*
2. *Demaratus Corinthius Tarquiniorum pater.*
3. *Tarquinius Priſcus quintus Romanorum Rex, eiusq́; res geſta, nu 4. & virtutes nu 5.*
5. *Prætexta & bullæ origo & inſtitutum.*
6. *Babylonica captiuitas Hieroſolymorum.*
7. *Maßilia Galliæ condita.*

1 L. Tarquinius Priſcus, Demarati Corin-
thij, ex familia † Bachidarum, filius: ob
ſeditiones domo profugus, Tarquinijs, Ita-
liæ oppido, conſedit: vxore ibidem ducta, ex
qua duos filios genuit, vnum Aruntem, He-
truſca lingua: alterum Lucumonem appel-
lauit. Aruns diem ante patrem obijt, relicta
vxore, quæ vterum gerebat. Poſthumus A-
runtis, ab auo ob ignorantiam neglectus, in
cauſa fuit, vt ad Lucumonem tota hæredi-
tas, eaq́ue ampliſſima, perueniret. Duxit de-
inde Lucumo Tanaquillam, ſummo loco
natam, in vxorem. Vtraque res fecit, vt ani-
mum gereret altum, & principem apud ſuos
locum affectaret. Cùm autem à ſuis ſperne-
retur & contemneretur, neque eam indigni-
tatem ferre poſſet, conſilium migrandi ab
Tarquinijs cœpit. Roma eſt ad id potiſſimũ
viſa. In nouo populo, vbi omnis repentina,
atque ex virtute nobilitas fit, locum forti ac
ſtrenuo viro, fore perſuadet. Romam igitur
iter inſtituit, cui ad Ianiculum applicanti o-
men felix apparuit. Aquila enim ſuſpenſis
demiſſa leniter alis, pileum aufert, ſuperq́ue
carpentum cum magno clangore volitans,
rurſus velut miniſterio diuinitùs miſſa, capi-
ti aptè reponit. inde ſublimis abijt. Romam
veniens, cùm Græcum ingenium Italicis ar-
tibus imbuiſſet, breui & munificentia & for-
titudine tantùm effecit, vt à populo regnare
iuſſus ſit. Pro Lucumone igitur Lucij no-
men adſumpſit. Tarquinium à Tarquinijs,
vbi educatus erat, ſe appellauit: Priſci cogno-
men inuenit, quòd natu maior eſſet. Diony-
ſius aliter de hoc Tarquinio ſcribit. Dema-
ratus † cum Corintho patria per ſeditionem 2
pulſus, in Italiam commigraſſet, Tarquinijs
Etruriæ vrbe omnium fortunarum ſuarum
ſedem collocauit, ibiq́ue filios procreauit,
Aruntem & Lucumonem. Demarato autem
& Arunte mortuis, Lucumo, neglectis Tar-
quinijs, cum magna cliẽtum manu Romam
veniens, ſeq́ue pro Lucumone Lucium, &
Tarquinium à Tarquinijs, vbi educatus erat,
appellans, ab Anco rege in ciuium, & in pa-
triciorum ac ſenatorum numerum aſcitus,
pòſt eo mortuo dignus qui ei in regni † ad- 3
miniſtratione ſuccederet, habitus eſt. Hic fi-
lias duas reliquit, quarum vna Ser. Tullio re-
gi nupſit, altera M. Iunio, Bruti patri: item-
q́ue filium, qui viuente patre mortuus eſt, re-
lictis filijs duobus, Arunte & Lucio. Ex qui-
bus Lucius pòſt Superbi cognomine inuen-
to, Romæ regnauit. Factum id eſt anno mun-
di 3350. anno 12. regni Nabuchodonozoris:
quo anno Ezechiel prophetare incœpit in
Babylone, ab Vrbe condita 138. ante natum
Chriſtum 612.

Studia eius bello magis, quàm paci dedita
fuerunt. Bellum primum cum Latinis geſ-
ſit. Eos vicit, & oppidum Appiolanos militi-
bus diripiendum dedit. Deinde Cruſtumeri-
um, quod defecerat, & Numantium Colla-
tiamq́ue recepit. Collatiæ fratruelem Arun-
tis Tarquinium, præfecit, qui Egerius dictus
fuit ob paupertatem. Bello hoc denique Sa-
bino perfecto, triumphans Romam redijt.
Inde priſcis Latinis bellum fecit, & omne no-
men Latinum domuit.

Abello

A bello dum quieſceret,omnem animum
ad ornandam ciuitatem adiecit: forum offi-
cinis, tabernisque & alijs ſplendidis ædificijs
exornauit. Cloacas ad euehendas ſordes in
Tyberim fieri fecit. Muros vrbis, lapide ſe-
cto ad regulam conſtruxit. Circo maximo
locum deſignauit: loca patribus diuiſit,equi
tibusque. Senatus maieſtatem centumviris
ampliauit. Centurias equitum duplicauit.
Capitolium inchoauit: filium quòd trede-
cim annos natus hoſtem peremiſſet, prætex-
4 ta & bulla decorauit. Inde prætexta † & bul-
la ingenuorum puerorum inſignia eſſe cœ-
perunt.

Primum hunc Romæ triumphaſſe, Meſ-
ſala, Eutropius & Florus ſcribunt. ter autem
triumphaſſe, author eſt Dionyſius: primùm
de Latinis, iterum de Etruſcis, tertiùm de Sa-
binis.

Tandem dolo filiorum Anci Martij, poſt-
quàm regnaſſet annos 38. interfectus eſt.

Habuit hic Priſcus Tarquinius duo, quæ
5 imperatoris adeſſe debent: in bello † vires, in
conſilijs prudentiam. Deinde clemẽtiam ad-
debat: quibus ſibi etiam hoſtium animos de-
uinxit. quæ quidẽ animi moderatio in victo-
ria maximum eſt & præcipuum boni Impe-
ratoris decus. Teſtatur id victoria in Cruſtu-
minos, Numentanos, Latinos & Tarquinios.
Refert Dionyſius Halycarnaſſ. orationem
Tarquinij ad Tarquinios: Audite nunc, in-
quit, conditiones, & quam vobis pro iſta ve-
ſtra voluntate repono gratiam.

Ego neminem Hetruſcum occiſurus ſum,
aut exilio pecuniave mulctaturus: ciuitates
ipſas ſine præſidijs, ſine exactionibus permit-
to ſuis legibus viuere, nihil mutato ſtatu Rei-
publicæ. Pro his omnibus quæ vobis conce-
duntur, vnum poſtulo, vt me veſtrarum ciui-
tatum principem agnoſcatis. Quod etiam in-
uitis vobis futurus ſum, quamdiu ero armis
ſuperior: malo tamen id conſequi à volenti-
bus. Hæc referte veſtris ciuitatibus. Ego inte-
rim dum huc reuertimini, vobis inducias
polliceor.

Tarquinij tempore hæc contigerunt. Hie-
roſolyma obſeſſa fuit à Nabuchodonozore.
4. Regum 25. Ieremiæ 34. & 52. Deinde deſo-
6 lata, & captiuitas Babylonica † ſubſequuta,
quæ incidit in annum nonum Tarquinij: in
annum 17. incidit ſomnium Nabuchodono-
zoris de quatuor regnis mundi. Danielis ſe-
cundo. Ioſephus libro decimo, capite vnde-
cimo. Anno 21. Ezechiel prophetare incœ-
pit: Ezechielis capite 40. Quo anno Maſſi-
7 lia † ciuitas Galliæ condita eſt, vt teſtatur Iu-
ſtinus libro quadrageſimotertio, & Euſebi-
us. Aurea columna circa hoc tempus à Na-
buchodonozore erecta: Danielis quarto. Ob
quam idololatriam triennio pòſt ad inſa-
niam redactus, ſeptem annis cum feris egit.
Anno 27. Nabuchodonozor cognoſcens
Deum, in regnum reſtitutus eſt. Danielis
quarto.

CAPVT XI.
Seruius Tullius, Sextus Romanorum Rex.

SVMMARIA.

1 *Seruius Tullius ſextus Romanorum Rex quomodo ad regnum peruenit.*
2 *Cenſus, Claſſes, & Centuriæ quando Romæ inſtituta.*
3 *Aes ſignari Romæ quando cœptum.*

HAbuit hic Seruius Tullius patrem Tul-
lium Corniculanum, & Ocretiam ma-
trem ſeruam. Ei puero, & dormienti, caput
arſiſſe ferunt. Quo miraculo mota Tanaquil,
Tarquinij vxor, omnibus cum artibus, qui-
bus ingenia ad magnæ fortunæ cultum exci-
tantur, erudiri ac inſtitui curauit. In chari-
tate denique, atque honore ſemper, non mo-
dò apud Tarquinium, ſed apud Patres, plè-
bemque habitus fuit, ita vt Tarquinius filiam
ei ſuam deſponderit. Peruenit † ad regnum 1
aſtutia Tanaquilis. Hæc enim occiſo rege, ex
alto ad populum deſpiciens, Priſcum mari-
tum ne lethale quidem vulnus accepiſſe di-
cit. Interim dum conualeſceret, Seruio Tul-
lio iubere populum dicto audientem eſſe,
eum iura redditurum, obiturumque alia eius
munia eſſe. Itaque per aliquot dies cùm iam
expiraſſet Tarquinius, celata morte per ſpe-
ciem alienæ fungendæ vicis, ſuas opes firma-
uit. Deinde præſidio firmo munitus, primus
iniuſſu populi, voluntate patrum regnauit:
& duas filias iuuenibus regijs, Lucio atque
Arunti Tarquinijs iunxit. Primum bellum
ſuſcepit contra Veientes & Hetruſcos, quos
domuit. Inde pacis tempore opus longè ma-
ximum aggreſſus eſt. Quemadmodum e-
nim Numa diuini iuris author fuerat, ita hic
omnium ordinum in ciuitate conditor. In-
ſtituit enim cenſum, † claſſes, centuriasque, 2
vt latè refert Liuius libro primo ab vrbe con
dita, Dionyſius libro quarto. Primo luſtro
cenſa ciuium dicuntur millia 80. Vrbem in
quatuor partes diuiſit, & à collibus cognomi
nauit, Palatinam, Suburranam, Collinam,
Aeſquilinam: ciuitati adiecit duos colles,
Quirinalem & Viminalem. Aeſquilias, vr-
bem aggere, foſſis & muro auxit. Templum
Dianæ conſtruxit. Leges tulit de contracti-
bus & iniurijs, numero 50. quæ nõ extant. Ser-
uis manumiſſis ius ciuium communicauit,
& libertinos ad omnia plebeiorum munia
admiſit. Tandem à L. Tarquinio, Tarquinij
Priſci filio, poſt quatuor & quadraginta an-
nos, poſtquàm regnum acceperat, interfe-
ctus eſt, anno mundi 3431. anno 3. ſexageſimæ
primæ

primæ Olympiadis. Paulò antè eius obitum fundamenta templi Hieroſolymitani cœpta ſunt: primo Eſdræ tertio. Sub hoc Seruio primùm in Italia oliuæ plantatæ ſunt. Plinius libro 15 cap. primo. Deinde primus poſt vrbē
3 conditam æs † ſignare cœpit. Plinius libro 33. repetita veteri ſignandi conſuetudine, ab Iano gemino, rege primo Italię, introducta: qui vna numini parte ſui capitis effigiem, altera nauem, qua aduectus in Italiam Saturnus fuerat, expreſſit. Macrobius libro primo Saturnaliorum.

CAPVT XII.

L. Tarquinius Superbus.

SVMMARIA.

1 *Tarquinius Superbus ſeptimus & vltimus Romanorum Rex eius impietas, & tyrannus, nume. 2. & 3. res geſta, num. 5.*
2 *Superbi nomen vnde Tarquinio inditum.*

L. Tarquinius, Priſci Tarquinij nepos, re-
1 gnum † ſcelere & neceſſu adeptus eſt. Erant Tullio duæ filiæ ex vxore Tarquinia, quam ei rex ipſe in matrimonium collocauerat. Has puellas iam nuptijs maturas iunxit conſobrinis earum, Tarquinij nepotibus: maiorem maiori, iuniorem iuniori: bene ita comparatos exiſtimans. Sed fortè fortuna vterque gener moribus ſuis diſſimilem nactus eſt. Lucio enim natu maiori, audaci, arroganti, naturaque tyranno, proba, modeſta, & erga patrem pia vxor contigit: contrà Arunti iuniori, miti, & bono ingenio prædito, ſceleſta, infenſa patri, nihil non auſura fœmina. Hæc igitur eum fratre mariti ſui L. Tarquinio ſceleratiſſimas celebrauit nuptias: cùm illa Aruntem Tarquinium virum optimum, hic vxorem virtutis amantiſſimam veneno peremiſſet. Contraxit celeriter ſimilitudo eos, vt ferè fit, malum malo aptiſſimum. Hic
2 Tarquinius Seruium ſocerum † clarum è curia, in inferiorem partem, per gradus deiecit, deinde fugientem interfici iuſſit. Fertur, Tulliam filiam per patris corpus carpentū egiſſe, partemque ſanguinis ac cædis paternæ, cruento vehiculo contaminatam ipſam, reſperſamque ad penates ſuos tuliſſe. Ipſe Tarquinius gener ſocerum ſepultura prohibuit: primores patrum, quos Seruij reb. fauiſſe credebat, interfecit. Cumq; ad ius regni nihil quicquam preter vim haberet, armatis corpus circumſepſit. Primus regum morem de omnibus ſenatum conſulendi ſoluit: Rempub. domeſticis conſilijs adminiſtrauit: bellum, pacem fœdera ſocietateſq; per ſe ipſe, cum quibus voluit, iniuſſu populi ac ſenatus fecit, diremitque. Latinorum ſibi gentem maximè conciliauit, vt peregrinis opibus tutior inter ciues eſſet. veteres leges ſuſtulit, nouas finxit: 3
omnia denique † pro libidine egit. Cognitiones capitalium rerum ſine conſilijs per ſe ſolus exercuit, perque eam cauſam occidere, in exilium agere, bonis mulctare poterat, nō ſuſpectos modò, aut inuiſos: ſed ob nihil aliud, quàm vnde prædā ſperare poſſet, inde nomē
Superbi † quòd omnes leges omnemq; iuſtiā contemneret, ac omnia pro libito faceret 4
meruit. Res bello † geſtæ hæ ſunt: Gabios per 5
S. Tarquiniū filium domuit, Volſcis Sueſſam & Pometiū eripuit: domi cloacam grandem, & lacus in circo compoſuit: primus ferias Latinas adinuenit: vincula excogitauit, taureas, fuſtes, compedes, cathenas, exilia & metalla: templum Ioui in Capitolio ædificauit. Tandem ob ſtupratam Lucretiam à S. Tarquinio, filio, vnà cum liberis in exilium pulſus eſt. S. autem Tarquinius filius, Gabios, tanquā in ſuum regnum, profectus, ab vltoribus veterum ſimultatū, quas ſibi ipſe cædibus rapiniſque concitauerat, interemptus eſt. Regnauit L. Tarquinius annos 25. Tulit, vt Liuius inquit, Romana regia ſceleris tragici exemplum, vt tædio regum maturior veniret libertas, vltimumque regnum eſſet, quod ſcelere partum foret.

MVTATIONES INSIGNES MAGISTRATVVM IN REPVB. ROM. ET CATALOGVS LEGVM, QVAE SVB SINGVLIS MVTATIONIBVS, SECVNDVM SERIEM ANNORVM VRBIS, LATAE SVNT.

I. MVTATIO.

CAPVT XIII.

Conſules creati.

SVMMARIA.

1 *Regium nomen Romæ deletum*
2 *Conſules vnde dicti: quo anno primùm Romæ creati, nu. 3. & qui, num. 4.*

EIECTO, pulſoq; Tarquinio Superbo, cùm propter regis impotentiam, tum propter ſtuprum Lucretiæ à regis filio illatum: & deleto omni prorſus regio † nomine, ac libertate vindicata & recupera- 1

b ta; de

ta, de noua Reipublicæ forma cogitare cœperunt.

Quare cùm nihil nocentius eſſe ciuitati, quàm tyrannide & crudeli dominatu premi, proprio malo didiciſſent, imperium duobus viris annuum mãdatum eſt: qui poſteà, quòd
2 Reipublicæ conſulerent, Conſules † nominati ſunt. His omnia iura, omniaque inſignia regum conſulerunt: id modò cautum eſt, ne ſi ambo faſces haberent, duplicatus terror videretur.

Primum itaque Conſulatum Romæ geſſiſſe L. Iunium Brutum, & L. Tarquinium Collatinum, ab omnibus ſine dubio traditũ eſt: quo verò vrbis anno, & quo anni tempore reges expulſi ſint, & primi cõſules inierint, dubitatum variatumque eſt ſententijs. Liuius & Dionyſius anno poſt Romã conditam CCXLV. id factum eſſe ſcribunt: alij
3 anno † CCXLIIII. Quorum opinionem Carolus Sigonius, vir longè doctiſſimus, ſequitur. mouetur in primis authoritate Macrobij lib. 1. Saturnal. Nonnulli, inquit, putauerunt Iunium menſem à Iunio Bruto, qui primus Romæ conſul factus eſt, nominatum, quòd hoc menſe, id eſt, Kalen. Iun. pulſo Tarquinio, ſacrum Carnæ deæ in Cœlio monte voti reus fecerit, &c. Adfert alias haud obſcuras rationes, quibus opinionem ſuam firmat aduerſantium conuellit.

4 PRIMI † igitur Coſſ. ex Patricijs, penes quos tum vniuerſa Reipub. gubernatio erat, creati ſunt L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus, à Sp. Lucretio, Lucretiæ patre, interrege, comitijs centuriatis, ex commentarijs Seruij Tulli regis, anno Vrbis CCXLV. 9. Kalend. Iun.

CAPVT XIIII.

Brutus.

SVMMARIA.

1 *Brutus libertatis Romanorum primus vindex & cuſtos.*
2 *Patres, Conſcripti.*
3 *Bruti ſeueritas in liberos. eius mors. nu. 4.*

1 BRutus itaque, qui non acrior vindex † libertatis fuit, quàm deinde cuſtos, populum iureiurando adegit, neminem regnare paſſurum, ne eſſet vnde periculum libertati foret, id ſumma ope tuendum eſſe: neque vllam rem, quæ eò pertineat, contemnendam. Deinde quo plus virium in Senatu etiam frequentia ordinis faceret, cædibus regis diminutum patrum numerum primoribus equeſtris gradus lectis, ad trecentorum ſummam expleuit. traditumque inde fertur, vt in ſena-
2 tum vocarentur, qui patres, quique † conſcripti eſſent. Conſcriptos videlicet nouum ſenatum, appellabant Lectos. Rerum deinde diuinarum habita cura, regem ſacrificulum à regibus creatum, pontifici ſubiecit, ne additus nomini honos, aliquid libertati, cuius tũc prima erit cura, officeret. Leges Tulli de contractibus reuocauit. Reduxit comitia, ſuffragiaq; de rebus maximis. Præterea ex ſenatus conſ. ad populum tulit, vt omnes Tarquiniæ gentis exules eſſent. Edidit inſigne exemplum ſeueritatis † in proprios liberos, de qui- 3
bus quòd contra libertatem conſpirauerant, ſupplicium ſumpſit: conſpectiùs eo, quòd pœnæ capiendæ miniſteriũ patri de liberis, conſulatus impoſuit: & qui ſpectator erat amouendus, eum ipſum fortuna exactorem ſupplicij dedit. Nam inter omne tempus dum virgis cæduntur, ſecurique feriuntur, vultus & os eius ſpectaculo fuit, eminẽte animo patrio inter publicę pœnæ miniſterium: legum & iuriſiurandi maiorem rationem habens, quàm affectuum.

Interfectus † eſt Brutus bello cõtra Veientes, ab Arunte Superbi regis filio, pridie Kal. Martias. Matronæ, annum vt parẽtem luxerunt eum, quòd tam acer vltor violatæ pudicitiæ fuiſſet. De eo ſic ſcribit Virgilius: 4

——Animamq́; ſuperbam
Vltoris Bruti, faſceſq́; videre receptos.
Conſulis imperium hic primus, ſæuaſq́; ſecures
Accipiet, natoſq́; pater noua bella mouentes
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit
Infœlix: vtcunq́; ferent ea facta minores,
Vincet amor patriæ, laudumq́; immenſa cupido.

CAPVT XV.

L. Tarquinius Collatinus.

1 *Tarquinius Collatinus Conſul, quomodo magiſtratu ſe abdicauit.*
2 *Publicola nomen vnde L. Valerio inditum. eius res geſta. num. 4.*
3 *Leges à Publicola latæ.*

MAgiſtratu ſe L. Tarquinius Collatinus abdicauit. Abdicationis diuerſæ à multis traduntur cauſæ, quæ quidem diuerſitas facilè excuſari poteſt. Priſcis enim temporibus Romani armorum magis quàm literarum ſtudio occupati, deditique fuerunt: quæ res effecit, vt eò minùs certi aliquid de rebus ipſorum poſterioribus conſtare potuerit. Liuius itaque & Plutarchus ſcribunt, L. Tarquinium † Conſ. ne nomen Tarquinio- 1
rum populo inſenſum in vrbe eſſet, hortatu Conſ. Bruti, depoſito magiſtratu, ſponte vrbe ceſſiſſe. Idem ſcribit L. Piſo apud Gellium, libr. 15. L. Tarquinium collegam ſuum, quia Tarquinium nomen eſſet, metuere: eumque orat, vti ſua voluntate Roma cõtendat. Quæ opinio ita Dionyſio diſplicet, vt eam pro ridicula habeat. ſcribit igitur: Poſtquàm Brutus de proprijs liberis, qui de recipiendis in vrbem regibus conſilia habuerant, ſupplicium ſumpſiſſet, & pariter in ſororum Colla-

tini

tini fillos, eius coniurationis ſocios animad-
uerti vellet: quos pro pari poteſtate, qua præ-
ditus erat: eximere pœna Collatinus vellet:
ortam eſſe diſſenſionem inter eum & Colla-
tinum, Brutum, miſſo in ſuffragia populo, ei
magiſtratum abrogaſſe: Dionyſius, Cicero
lib. 3. Offic. & Zonaras. Collatino ſuffectus eſt
L. Valerius, patre Voluſo ortus. Publicolę no-
2 men † ipſi inditum eſt, quòd leges populares
tuliſſet, populumque coleret, & vt Dionyſius
tradit, ἰσονομίας eſſet. Valerius Poblicola, in-
terfecto Bruto, collegam ſibi adſciuit Sp. Lu-
cretium, Lucretiæ patrem, quo interrege pri-
mi coſſ. creati erant, eique vt natu grandiori,
faſces dedit: Dionyſius, Liuius, Plut. quo mor-
tuo iterum Horatium Puluillum collegam
ſibi ſumpſit: ita primus annus quinque Con-
ſules habuit: Eutropius. Tulit autẽ plurimas
3 leges, † quarum hæ extant.

I. Vt à Coſſ. ad populum prouocatio eſſet, neve ſine iuſſu populi, in caput ciuis Romani animaduerti poſſet, ſola eis relicta eſt coercitio, vt in vincula duci iuberent: Plutarchus. Pomponius verò Bruto eam tribuit.

II. Ne quis Romæ gereret magiſtratum, iniuſſu populi, mortis pœna propoſita, qui contra fecerit: & impunitate, qui talem occiderit.

III. Ne quis magiſtratus ciuem Romanum, aduerſus prouocationem verberaret, aut necaret: & de ſacrando cum bonis capite, eius qui regni occupandi conſilia iniiſſet.

IIII. Conſulibus non parentes boũ quinque, & duarum ouium precio mulctari iuſſit. Erat verò precium ouis, oboli decem: bouis autem centum.

V. Pauperibus proſpexit, & ciuium vectigalia ſuſtulit.

VI. Ne Conſul, ſi vir acer & ſtrenuus eſſet, quæſtorijs occupationibus à cura rerum maiorum occuparetur: nec, ſi improbus, rebus pecunijsque permiſſis, occaſionem ſibi ad inferendam iniuriam oblatam eſſe exiſtimaret: Liuius libr. 2. Dionyſius libr. 5. Plutarchus in vita Poblicolæ, Valerius Maximus lib. 4. cap. 1.

Hæ leges, & aliæ quæ non extant, latæ ſunt
ab anno Vrbis 245. vſque ad annum 250. Con-
ſulatum ter geſſit. Primò conſul, de Veienti-
4 bus & Tarquinienſibus triumphum egit: Dio-
nyſius lib. 5. Liuius libr. 2. Plutarch. in Pobli-
cola: vbi addit, primum hunc fuiſſe, qui qua-
drigis vectis triumphauerit. Triumphatum
autem eſt Kalend. Mart. quia Dionyſius ait,
poſtridie quàm pugnatum erat, triumphum
eſſe actum. Pugnatum autem eſt, Plutarcho
authore, pridie Kalend. Mart. Secundò con-
ſul, cenſum egit. Cenſaque eſſe ciuium capi-
ta CXXX. millia, Dionyſius ſcribit. Tertio
conſulatu, ædes Iouis Capitolini à M. Hora-
tio Coſſ. dedicata eſt, & Etruſco bello finis,
pace cum Porſenna facta, impoſitus.

CAPVT XVI.

Quæ fuerit Conſulum dignitas & poteſtas.

SVMMARIA.

1 *Conſules quo anni tempore crearentur, quo ritu, qua ætate: & quando magiſtratum inirent. nu. 2.*
3 *Conſulum dignitas, & poteſtas. quæ poſterioribus temporibus attenuari cœpit. nu. 7 & 8.*
4 *Palmata veſtes ſolis Conſulibus conceſſa.*
5 *Faſces & ſecures Conſulares quare ligarentur.*
6 *Valerius Publicola legem de prouocatione tulit.*

CReabantur † Conſules Centuriatis co- 1
mitijs, 6. Kalend. Sextileis. Cicero in Phi-
lipp. 2. & Plutarch. in vita Ciceronis. Qui ve-
rò ritus illis comitijs, quæ magiſtratuum cre-
andorum, & legum ferẽdarum, & iudicij ex-
ercendi cauſa inſtituebantur, in vſu erant, tra-
dit Nicolaus Gruchius in lib. de Comitijs.
Obſeruabatur autem in primis conſularis æ-
tas, qua ad conſulatum aſpirare legibus An-
nalibus licebat. Nam annus tertius & qua-
drageſimus ad Conſulatum conſtituebatur:
Cicero pro Planco: Deſignati deinde in Co-
mitijs, domum ingenti hominum multitu-
dine & maxima pompa deducebantur. In-
ibant autem Conſulatum † Calend. Ianuar. 2
& antequàm inirent, Iunoni ſacra faciebant.
Cicero pro Flacco: Cùm bellum iam geren-
te Catilina, omnes me authore duos Coſſ.
Calend. Ianuarijs ſcirent eſſe oportere. Et pro
Murena: Iuno Soſpita, cui omnes Coſſ. face-
re neceſſe eſt. Et Ouid. de Ponto:

Ergo vbi Iane biceps longum reſeraueris annum,
Pulſus & à ſacro menſe December erit,
Purpura Pompeium ſummi velabit honoris,
Ne titulis quidquam debeat ille ſuis.
Cernere iam videor rumpi penè atria turba,
Et populum lædi deficiente loco.
Templaq; Tarpeiæ primùm tibi ſedis adiri,
Et fieri faciles in tua vota deos.
Colla boues niueos certæ præbere ſecuri,
Quos aluit campis herba Faliſca ſuis:
Curia te excipiet, patresq; ex more vocati
Intendent aures ad tua verba ſuas.
Inde domum repetes toto comitante Senatu,
Officium populi vix capiente domo.

ELEGIA IX.

Dumq; latus cinget ſancti tibi turba Senatus,
Conſulis ante pedes ire iuberet eques.
Et quanquàm cuperem ſemper tibi proximus eſſe,
Gauderem lateris non habuiſſe locum.
Nec querulus, turba quamuis eliderer, eſſem:
Sed foret à populo tum mihi dulce premi.

Proſpicerem gaudens, quantus foret agminis ordo,
Denſaq; quàm longum turba teneret iter.
Quóq; magnu norú, quàm me vulgaria tangant,
Spectarem qualis purpura te tegeret
Signa quoq; in ſella noſſem formata curuli,
Et totum Numida ſculptile dentis opus.
At cùm Tarpeias eſſes deductus in arces,
Dum caderet iuſſu victima ſacra tuo,
Me quoq; ſecreto grates ſibi magnus agentem,
Audiſſet, media qui ſedet æde Deus.

3 Quanta verò fuerit Conſ. dignitas † & pote-
ſtas, facilè ex multis ſcriptorum locis cõſtat.
Cicero lib. de Legibus 3. ſic ſcribit: Regio im-
perio duo ſunto: iíque præeundo, iudicando,
conſulendo, Prætores, Iudices, Conſules ap-
pellantor. Militiæ ſummum ius habento, ne-
mini parento. Ollis ſalus populi ſuprema lex
eſto. Et in Orat. contra Rull. & pro Planco:
Honorum populi finis eſt conſulatus, quem
magiſtratum iam octingenti ferè conſequu-
ti ſunt. Et Polyb. libro ſexto: Conſules ante-
quàm ex vrbe legiones educant, vrbanarum
rerum omnium ius atque imperium habent.
His etenim cæteri omnes magiſtratus, præ-
tor, tribunus pleb. parent ac ſubiecti ſunt. Hi
legationes in curiam introducebant: quæ ce-
leriter ſtatuenda ſunt, decernunt: quæ & de-
liberanda ſunt, ad ſenatum referunt. Quæ ve-
rò à ſenatu decreta ſunt, ea vt perficiantur,
ipſorum officium eſt. Quin imò, & quæ de
Repub. per populum tranſigenda & perfici-
enda ſunt, eorum officium eſt perpendere, ac
diligenter examinare: concionem, quoties
opus eſt, aduocare: ſenatuſconſulta ad popu-
lum referre: quidquid maior pars iuſſerit,
exequi. Quin etiam in his quæ ad belli appa-
ratum, & caſtrenſem diſciplinam pertinent,
hi ſummum imperium habent. His ius eſt,
ſocijs, quidquid viſum fuerit, imperare. Tri-
bunos militum creare, delectum habere. Ad
hæc, de ijs qui ſub imperio eorum ſunt, in ca-
ſtris arbitratu ſuo ſupplicium ſumere. His
prætereà licet, eos comitante quæſtore, ac ſe-
dulò imperata faciente, publici æris, quan-
tum res ipſa tulerit, impendere. Hæc Poly-
bius. Et Caſſiodorus: Priſcorum iudicio, In-
quit, qualis ſit conſulatus, hinc omninò da-
tur intelligi, quando inter mundi dignitates
4 eximias, ſolus meruit habere palmatas † ve-
ſtes, quas felicitas dabat, pręmia vincentium,
nomen annorum, compenſatio ſola, cui de-
bebantur omnia, ſtatum Reipub. Roman. vi-
ri fortis dextera tuebatur, fortunas omnium
ac liberos huius conſilia vindicabant: & tot
magnis debitis, ſola erat huius retributio di-
gnitatis, reperta in libertatis ornatum, In-
uenta ad generale gaudium: per illam nimi-
rum ſtatus Imperij iugiter creuit, illam ſem-
per felix Roma ſuſcepit. Meritò quidem ge-
nus habebatur Imperij, meritò ſupra omnes
ciues poterat, qui ab hoſte patriam vindica-
bat, vtilitates publicas ſub æquitate diſpo-
nens, ius dicebat etiam capiti: ſed tutò illi
commiſſa eſt poteſtas necis, qui fuerat autor
ſalutis. hinc eſt, quòd etiam faſces atque ſe-
cures tantæ poteſtati præcepti ſunt illigari,
† vt cùm tardiùs ſoluerentur, moram deli- 5
berationis acciperent, ſi de cæde aut nece ho-
minis aliquid cenſuiſſent, ita vt cùm om-
nia eius traderentur arbitrio, ne inſoleſce-
ret animo, Conſul dictus eſt, à conſulendo.
Hinc tanta largitas profluebat, vt illa dextra,
quæ ſanguinem copioſè fuderat hoſtium, vi-
tæ auxilium ciuibus manaret irriguum. ſic
quos felices per bella fecerat, ſtudio largita-
tis explebat: in argumentum etiam publicæ
gloriæ ſoluebat famulos iugo ſeruili, qui li-
bertatem tantæ dederat ciuitati, &c.

Quamuis autem primis temporibus ho-
norum populi finis fuerit conſulatus, am-
pliſſimaque eius ordinis dignitas tum extite-
rit: poteſtatem tamen ipſorum, ne vllus in
poſterum tyrannidis metus eſſet, P. Valeri-
us Poblicola † lege centuriatis comitijs lata 6
cohibuit, ac frenum quaſi eis iniecit: Vt ciui
Romano prouocare liceret, & ne quis magi-
ſtratus ciuem Romanum aduerſus prouo-
cationem verberare aut necare vellet. Poſt
Auguſti deinde tempora poteſtas Coſſ. pau-
latim inclinare, concidere & † attenuari, ſo- 7
laque iuris dicẽdi facultate circumſcribi cœ-
pit: qua Adriani ſeculo adhuc vſos liberè fuiſ-
ſe, ex Dione liquet, qui Adrianum memo-
rat conſulibus ſæpè aſſediſſe, cùm iudicarent.
Tandem in nomen honoris ſine aliqua po-
teſtate Conſulatus tranſijt. Sic Caſſiodorus:
Pinge, inquit, vaſtos humeros, vario colore
palmatos, validam manum victoriali ſcipi-
one nobilitatam: Lares proprios, etiam cal-
ceis auratus egredere, ſellam curulem pro ſua
magnitudine, multis gradibus eniſus, aſcen-
de, vt in ocio ſubiectus merearis, quod nos
per maximos labores aſſumimus imperan-
tes. Rem victoriarum agitis, qui bella ne-
ſcitis. nos, iuuante Deo, regimus, nos conſu-
limus: & veſtrum nomen annum deſignat:
viciſtis felicitate principes, qui & honores
ſummos geritis. & dominationis tædia non
habetis. Quapropter erige confidentiam
mentis tuæ: conſules eſſe magnanimos de-
cet: opes priuatas non cogites, qui gratiam
publicam donando habere decreuiſti. Hinc
eſt enim quòd alios iudices, etiam nõ rogan-
tes, euehimus. Conſules autem ſperantes
tantummodò promouemus, vt ſoli ad has
largitates veniatis, qui vos pares eſſe tantis
expenſis cognoſcitis: alioqui onera eſſent po-
tiùs, non honores, ſi ſupra vires aliquid im-
poneremus inuictis. Fruere igitur decenter
optatis: hic eſt ambitus, qui probatur. Eſto
mundo clarus, tibi proſperrimus, tuis autem
poſte-

poſteris feliciter imitandus. Valentinianus
verò ordinem conſulatus ad antiquam re-
duxit ſanctionem : vtilitatem tamen ſpar-
gendi, erroremque perdendi prohibuit. Et
id quod incompetenter proijciendum erat,
ad reſtaurationem aquæductuum vrb. Rom.
cētena pondo auri præſtari per ſingulos con-
ſulatus ſanciuit. Iuſtiniani temporibus Con-
ſulatus † ad nihilum redactus fuit. Honora-
rij enim tantùm, & plures Coſſ. fieri cœpe-
runt, conſulatusque codicillis paſſim Impe-
trabatur, l. vlti. C. de decurionibus.

SECVNDA MVTATIO, QVAE CONTIGIT ANNO VRBIS CCLIIII. AB EIECTIS REGIBVS ANNO NONO AVTHORE DIONYSIO, EVSEBIO IN CHRONICIS, ET EVTROPIO LIBRO PRIMO DE GESTIS ROMANORVM.

CAPVT XVII.

Dictator creatus, & magiſter Equitum.

SVMMARIA.

1 Procreationis licentia, difficultatis occaſio.
2 Senatusconſultum vrgente bellica neceſſitate factum.
3 Dictatoris creandi occaſio, & modus. et num. 4. & verùm à Græcis, an verè ab Albanis ſumpto exemplo, nume. 6. & 7.
5 Dictatoris nomen vnde dictum.
8 Dictatorem quis potuerit creare: & ex quo ordine creatus ſit, nu. 9.
10 Dictatoris poteſtas & imperium. & nu. 12.
11 Optima lege, quid ſignificet.
13 Dictatura multi ciuiliter, quidam crudeliter & tyrannicè vſi. num. 14.

CAVSA ET OCCASIO.

MARCI Valerij Poblicolæ lex, quum plebis
poteſtatem augeret, Se-
natus & magiſtratuum
imminueret, propter-
eà quòd ſententias con
ſulum irritas faciebat,
ni populi Romani iu-
dicium accederet, per-
1 miſſa reis prouocatione † ad plebis ſuffragia,
anſam cauſamque dabat, vt ad nulla munia
per magiſtratus cogi poſſent inopes: ſublato
nimirum omni prorſus ſupplicij metu.
Cùm itaque Latini, S Tarquinio & gene-
ro eius Octauio Manilio ducibus, præſideſ-
que Aricinæ vrbis, & Latini generis partici-
pes, communi conſilio, auxilioque aduerſus
Romanos bellum ſuſciperent : Romani ve-
rò paratis omnibus rebus ad bellum neceſſa-
rijs, legiones inciperent ſcribere, ſumma dif-
ficultate & duriſſima conquiſitione collige-
re exercitum potuerunt, non eandem exhi-
bentibus omnibus ad operam promptitudi-
nem. Viræ enim tenuis homines, & præcipuè
qui æs alienum diſſoluere nequaquàm pote-
rant, multi admodum ad arma vocati, mi-
nimè obtemperabant : neque eſſe cum Patri-
cijs participes alicuius operis volebant, niſi
eis illi decernerent pecuniæ debitæ diſſolu-
tionem. quin & vrbem relicturos ſe, eorum
aliqui prædicabant: cohortabanturque alter
alterum, ne in vrbe habitare cuperent. Pri-
mùm igitur cohortari eos Patricij, diſſuade-
reque iſta eis nitebantur: poſteà verò quàm
nihilo illi moderatiores fierent, incaſſum-
que laborarent, acerrima & attentiſſima co-
gitatione Senatus conſilium inijt, qua ratio-
ne vrbem perturbatione hac liberaret Quum-
que variæ dicerentur ſententiæ, vicit ea: Nul-
lum † fieri in præſentia Senatusconſultum 2
de ijs rebus: cùm verò finem caperent præcla
rum bella, tunc referrent ad Senatum con-
ſules, exquirerentque ab ijs ſententias : nul-
lamque interim fieri exactionem contractus
alicuius, ſiue vadimonij, ſiue condemnatio-
nis : intermittique alias diſceptationes om-
nes, iuſtitiumque indici : neque cognoſcere
magiſtratus de aliquo, præter ea quæ ad bel-
lum pertinerent. Hoc Senatusconſultum da-
tum in plebem, diminuit quidem aliquid ci-
uilis perturbationis, non tamen omnem ex
vrbe ſuſtulit ſeditionem. Erant enim merce-
nariæ multitudinis aliqui, quibus minimè
ſufficiens auxilium videbatur ſpes à Senatu
ipſis facta, quum clari certique haberet nihil.
Ex duobus itaque alterum poſtulabant Sena-
tum facere: aut dare eis iamiam debitæ pecu-
niæ dimiſſionem, ſi eos ſocios habere vellet
periculorum: aut non verba eis dantem, rem
omnem ipſum in alia differre tempora. Non
enim ſenſus eoſdem eſſe hominum, cùm in-
digent: & cum omnibus quorumcunque in-
digebant, ſunt expleti. In tali Reipublicæ
conſtitutione Senatus diligentiùs rem cogi-
tans & perpendens, omni cura in id incum-
bebat, ne plebs ampliùs moliretur res nouas.
Tollendam itaque eſſe conſularem poteſta-
tem in præſentia iudicauit: aliquemque a-
lium † magiſtratum eſſe creandum, belli, pa- 3
cis, reique omnis dominum, Imperatorem,
neque obnoxium rationi reddendæ alicuius
eorum quæ vellet, aut ageret. Eſſe verò po-
teſtatis tempus magiſtratui nouo modera-

 tum,

tum,ſex menſes: poſtque tempus illud ſeme-
ſtre, imperare rurſus Conſules. Quæ verò Se-
natum cogebant ad tyrannicum diſſoluen-
dum bellum, vltroneam tolerare tyrannidē,
multa quidem erant alia. ſuper omnia verò
lex,quam alter cōſulum ſanxerat,P.Valerius
Poblicola, de qua prius dixi, quæ lex ſenten-
tias conſulum ad puniendum Romanorum
quenquam ante cauſæ dictionem inualidas
faciebat,dum permitteret, & concederet eis
qui ducebantur ad ſupplicia, prouocare, &
cognitionem cauſæ à magiſtratibus ad po-
pulum deferre: qua re efficiebatur donec po-
pulus de corporibus eorum vitaque ſuffra-
gium ferret, vt eſſent in tuto. Cogitabat igi-
tur,hac lege ſtante,minimè obtemperaturos
eſſe coactos à magiſtratibus pauperes, deſpi-
cientes(vt vero ſimile erat)ſupplicia, quæ nō
ſtatim ſubituri eſſent, ſed cùm eos condemnaſſet
populus. Abrogata verò hac lege, in
multam adduci omnes neceſſitatem, vt iuſ-
ſa facerent. Ne ergo pauperes aduerſaren-
tur, ſi quis hanc legem palàm abrogaret, ſta-
tuit parem tyrannidi magiſtratum ad res ge-
rendas, qui magiſtratus leges omnes ſub ſe
haberet. ſcribitque Senatuſconſultum, per
quod quidem decipiens pauperes,legem quæ
eis libertatem confirmabat,ſuſtulit. Erat au-
tem S. C. tale: † vt Largius & Clœlius tunc
coſſ. poteſtatem deponerent: &, ſi quis alius
magiſtratum haberet,aut publicarum rerum
procurationem: vnusque vir, quemcunque
ſenatus eligeret, populuſque confirmaret,re-
rum omnium poteſtatem aſſumens impe-
raret, non plus ſemeſtre tempus, maiorem
habens quàm coſſ. poteſtatem. Hoc quam
haberet vim ignorans plebs decernit, firma
eſſe quæ Senatui viderentur. Erat igitur ma-
giſtratus hic maior tyrannide ſecundùm le-
ges, electionemque futuri magiſtratus Sena-
tui ipſi concedunt conſultanti per ſeſe face-
re. Poſt hæc [illegible] affuit primoribus ſena-
tus inquiſitio atque prouidentia, de viro qui
eſſet ad imperium ſuſcipiendus. Videban-
tur enim ſibi, viro prompto & alacri opus eſ-
ſe ad res gerendas,quique militaris rei peritia
ſingulari inſtructus eſſet, pari coniuncta pru-
dentia, animique moderatione, qui & con-
ſtanter imperaret: & in contumaces non le-
nis nec mollis eſſet, nec poteſtatem in tyran-
nidem verteret. Videntes itaque omnia hæc
in altero Coſſ. T. Largio eſſe: quamuis enim
Clœlius virtute ipſi par erat, clemens tamen
erat vltor non parentium: cùm in altero bel-
licum, imperatoriumque emineret ingeni-
um: Clœlio itaque conſuli negotium datum
dictatoris dicendi. Clœlius T. Largium, vel,
vt aliqui ſcribunt, Lartium dictatorem pro-
nunciat,qui cenſu populi habito,Latinis bel-
lum fecit,ac Latinorum vrbibus per legatos
ab armis deterritis, quoſdam ex Maniliano
exercitu agrum Romanum populantes par-
tim cæcidit, partim cepit: ac diſſolutis Lati-
norum copijs, annuas vrbibus inducias de-
dit.

Creatus eſt igitur primus hic Romæ prin-
ceps vnicus,belli paciſque, rerumque cætera-
rum Imperator: nomenque ei impoſitum eſt
Dictator, † ſiue propter poteſtatem iubendi 5
dictandiq; quod vellet, & quæ iuſta pulchra-
que cæteris, quemadmodum ei videretur,
(nam præcepta & preſcriptiones iuſtorum &
iniuſtorum Romani edicta vocant) ſiue, vt
quidam ſcribunt, propter eam quæ tunc fie-
bat dictionem: quandoquidem non à popu-
lo magiſtratum inuentum more patrio ha-
biturus erat, ſed ab vno viro dictus. Neque e-
nim oportere putabant inuidioſo etiam no-
mine grauari eum magiſtratum,qui liberam
adminiſtraret ciuitatem, cùm parentium ip-
ſorum cauſa, ne odioſis appellationibus per-
turbarentur: tum ad ſuſcipiētium etiam ma-
giſtratus prouidentiam, ne laterent patientes
delictum aliquod ab alijs, aut iniuſtè ijdem
in proximos, quæ tales ferre ſolent potentiæ:
quandoquidem magnitudo poteſtatis quam
habet dictator, minimè declaratur nomi-
ne Tyrannis enim electa eſt Dictatoria po-
teſtas.

Videntur autem Romani ſumpſiſſe etiam
hoc inſtitutum † à Græcis. Nam qui αἰσυμνῆται 6
vocati ſunt apud Græcos antiquitùs, vt in li-
bris Hiſtoriæ de Regno ſcribit Theophra-
ſtus, electi quidam tyranni erant: eligebant-
que eos ciuitates, non in tempus infinitum,
neque ſemper: ſed in tempore quando eis ex-
pedire videretur, & ad quantum temporis. ſi-
cut etiam Mytilenæi elegerūt aliquando Pit-
tacum aduerſus exules, qui cum Alcæo poeta
erant. Venerunt autem ad hoc primi experi-
mento docti, hoc eſſe vtile. A principio enim
Regibus ſuberat vrbs quæque Græca, non vt
Barbaræ gentes tyrannicè: ſed ſecundùm le-
ges quaſdam, conſuetudineſque patrias. E-
ratq; omnium clariſſimus is, qui iuſtiſſimus,
legumque ſtudioſiſſimus, nihil ſtatuens ex-
tra mores patrios. Videntur itaque Romani
ſumpſiſſe, vt dixi, hoc exemplum à Græcis.
Licinius autem putat, nos dictatorē † ab Al- 7
banis ſumpſiſſe: dicens illos, primos poſt A-
mulij Numitoriſque mortem, deficiēte Re-
gia cognatione, annuos creaſſe magiſtratus,
poteſtatem habētes eandem quam reges an-
teà vocaſſeq; eos Dictatores. Dionyſius lib. 5.

A quibus, & ex quo ordine creari potuerit: & quæ fuerit ipſius poteſtas.

Initiò dicam quis † potuerit creare Dicta- 8
torem, & ex quo ordine. Dictator itaque vt
Plutarchus ait, non à populo, aut à Patribus
creari

creari poteſt: ſed alter Coſſ. quẽ vult dictatorẽ dicit. Dionyſius verò S. C. factum ſcribit, vt Coſſ qui tum erant, magiſtratuſque reliqui, ſe abdicarent, vnuſq; vir, quem Senatus nominaret, populus ſciſceret, haud amplius quàm per ſex menſium ſpacium, ſine prouocatione & maiore quàm Coſſ. poteſtate, imperaret. Nonnunquã & Senatus populum rogari decernebat, vt quem vellet dictatorem iuberet, qui deinde à Conſule diceretur: extat exemplum apud Liuium, lib. 27. Appia. lib. 1. de bello ciuili tradit, L. Cornelium Syllam dictatorem à L. Valerio Flauo interrege dictum eſſe. Plutarchus in vita Cæſaris ſcribit, Senatum creaſſe C. Iulium Cæſarem dictatorem.

9 Videndum iam eſt, ex quo ordine † creari potuerit. Patricij quidem primi dictatores creati ſunt: poſt centeſimum verò & quinquageſimum ferè annum hic magiſtratus plebi patere cœpit. Vt autem è Conſularibus fierẽt, lege prouiſum tradit Liuius.

10 Poteſtatem verò & imperium † Dictatoris ſic exponit Dionyſ. ἦν δ' ὁ πρῶτος ἐν Ῥώμῃ μόναρχος ἀποδειχθεὶς πολέμου καὶ εἰρήνης, καὶ πάντων ἄλλων πραγμάτων αὐτοκράτωρ, ὄνομα δ' αὐτῷ τίθενται δικτάτωρα, εἴτε διὰ τὴν ἐξουσίαν τοῦ κελεύειν, καὶ διατάττειν ὅ, τι θέλοι: τὰ δ' ἄλλα τὰ καλὰ τοῖς ἄλλοις, ἃ ἂν τῷ αὐτῷ δοκῇ. Et Cicero lib. 3. de Legibus: Aſt quando duellum grauius, ne amplius ſex menſes, ſi Senatus creuerit, idem iuris quod duo Conſules teneto, iſque aue ſiniſtra dictus, populi magiſter eſto. Et Pompon. in l. 2. ff. de origine iuris. Populo deinde aucto, cum crebra oriren tur bella, & quædam acriora à finitimis inferrentur, interdum re exigente placuit maioris poteſtatis magiſtratum conſtitui. Itaque dictatores proditi ſunt, à quibus nec prouocandi ius fuit, & quibus etiam capitis animaduerſio data eſt. Hũc magiſtratum, quoniam ſummam poteſtatem habebat, nõ erat fas vltra ſextum menſem retinere.

Primus C. Iulius Cæſar dictator perpetuus factus eſt. Cicero de Finib. C. Cæſari dictatori perpetuo M. Antonius Coſ. iuſſu populi regnum detulit. Et Feſtus libro decimotertio. O-

11 ptima lege † cùm diceba tur in magiſtro populi faciendo, qui vulgò Dictator appellatur, quàm pleniſſimum poſſet ius eſſe, ſignificabatur: vt fuit M. Valerij, M. F. Voluſi nepotis, qui primus magiſter populi creatus eſt. Poſtquam verò prouocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quæ antea non erat, deſitum eſt dici, vt optima lege, vtpote imminuto iure priorum magiſtratuum. Hæc ille. Et Liuius libro octauo: Optare, inquit, ne poteſtas tribunicia inuiolata ipſa, violet intereeſſione ſua Romanum imperium: neu populus Romanus in ſe potiſſimum dictatorẽ, & ius dictaturæ extinguat: quod ſi feciſſet, non L. Papyrium, ſed Tribunos, ſed prauum populi iudicium nequicquam poſteros accuſaturos: cum polluta ſemel militari diſciplina, nõ milites centurionis, non centurio Tribuni, non tribunus legati, non legatus Coſſ. non magiſter equitum Dictatorum pareat imperio.

Dictatura itaque ſummus † erat magiſtratus belli paciſque tempore, habebaturque in ſummo periculo vltimum remedium. Duæ ſecures Dictatorem præcedebant. ab eo ad populum prouocare non licebat. Et erat ei animaduerſio in caput data, vt hoc modo plenã rei gerendæ facultatem haberet, & conciliatis onem plebis ac ſeditionem pro ſua autoritate ſedaret & comprimeret. Temporis deinde ſucceſſu aliæ acceſſere cauſæ: vt Claui figendi, Liuius libro 7. Ludorum faciendorum, feriarum Latinarum, comitiorum habendorum, Senatus legendi, & Reipublicæ conſtituendæ. 12

Summum autem magiſtratum † maxima cũ modeſtia primos Dictatores geſſiſſe, Dionyſius ſcribit. Huius autem rei æmulatio, inquit, ab illo viro incipiens, permanſit omnibus accipientibus eam poteſtatem, vſq; ad tertiam ante nos ætatem. Etenim neminem ex Hiſtoria accepimus, qui non ea moderatè ciuiliterque vſus fuerit, coacta ſæpè vrbe magiſtratus legitimos diſſoluere, ſub vnoque res omnes facere: & ſi quidem in externis bellis tantum fuiſſent, qui Dictaturam ſuſcipiebant præſides patriæ egregij, nec imperij corrupti magnitudine, minus vtique mirandum eſſet. Nunc verò etiã in ciuilibus ſeditionibus multis & magnis, Regumque eiectione, ſuſpicioneq; tyrannidis, aliarumq; calamitatum plurimarum prohibitione, quicunque tanta potiti ſunt poteſtate, irreprehenſibiles, & primò Imperium hoc aſſumẽti ſimiles ſeipſi omnes exhibuere: Ita vt omnibus confirmata fuerit hæc opinio, quòd inſanabilis mali omnis vnicum remedium, ſpeſque ſalutis vltima, cũ reſcinduntur omnia, aliquibus temporibus ſit Dictatorius magiſtratus. Patrum verò noſtrorum ætate elapſis annis fermè quadringẽtis, à T. Largij dictatura, calumniæ habita, odioſaque res omnibus hominibus apparuit, L. Cornelio Sylla primo & ſolo amarè crudeliterque † ea poteſtate, vſo: ita vt tunc primùm ſenſerint, id quod antea per omne tempus ignorauerant Romani, tyrannidem eſſe Dictaturam. Hęc Dionyſius. Liuius libro 8. de Fabio ſcribit: Se quoque, inquit Fabius, dictatorem Romæ fuiſſe: necà ſe quenquam, ne plebis quidem hominum, non centurionem, non militem violatum: Papyrium, tanquam ex hoſtium ducibus, ſic ex Romano Imperatore victoriam & triumphum petere. Quantum intereſſet inter moderationem antiquam, & nouam ſuperbiam, crudelitatemque. 14

CAPVT XVIII.

Magiſter Equitum.

SVMMARIA.

1 *Magiſtri equitum quales fuerint, & num. 3.*
2 *Celeres, & Tribuni Celerum, qui?*
4 *Præfecti Prætorio ſucceſſerunt Magiſtris equitum.*

1 MAgiſtri equitum, vt † Pomponius I.C.
ait, ita Dictatoribus ſunt iuncti, vt Regi
bus Tribuni Celerum. Paucis igitur qui Cele-
res fuerint, referam Romulus, vt Liuius ſcri-
bit, trecentos armatos ad cuſtodiam corpo-
2 ris, quos Celeres † appellauit, non in bello ſo-
lum, ſed pace elegit: cui reliqui obedirent, tri-
bunum Celerum appellauit. Et Feſtus lib.3. Ce
leres, inquit, antiqui dixerunt, quos nunc E-
quites dicimus, à Celere interfectore Remi,
qui initio à Romulo ijs præpoſitus fuit, qui
primitùs electi fuerũt ex ſingulis decurijs de-
ni: ideoque omnino trecenti fuere Et Diony
ſius lib. 2. ſcribit: Celerum alios equites, alios
pedites fuiſſe: eorum tribuno tres ſubiectos
centuriones fuiſſe, rurſusque his alios: om-
nesque per vrbem haſtatos Regem comita-
tos eſſe, eiusque mandata obijſſe. In militia ve
rò anteſignanos fuiſſe, primos pugnam inijſ-
ſe, poſtremos diſceſſiſſe: Equites quidem in
planitie, pedites verò in aſperis & inæqualib9
locis pugnaſſe. Pomponius I. C. paulò aliter:
Regum temporibus, inquit, tribunum Cele-
rum fuiſſe conſtat: Is autem erat, qui equitib.
præerat, & veluti ſecundum locum à Regi-
bus obtinebat: quo in numero fuit Iun. Bru-
tus, qui autor fuit Regis eijciendi.

Ouid. lib. 4. Faſtorum:

Hoc Celer vrget opus, quem Romulus ipſe vocarat:
Sintq; Celer, cura, dixerat iſta tua.
Neve quis aut muros, aut factam vomere foſſam
Tranſeat: audentem talia dede neci.

Cum igitur in Dictatorem ſumma plane-
que regia eſſet collata autoritas, & inſtitutus
ſit Magiſtratus hic rei gerendæ & ſeditionis
comprimendę gratia, neceſſe fuit eum muni
re & firmare præſidio quodam. Quomodo
igitur Tribuni Celerum Regibus, ita Dictato-
3 ribus Magiſtri † equitum iungebantur. Sta-
tim igitur atque T Largius dictaturam aſſum
pſit, Magiſtrum equitum S. Caſſium deſigna-
uit. Quæ conſuetudo ſemper deinde cuſtodi-
ta eſt: nec Dictator vllus creatus, ſine Magi-
ſtro equitum dictaturam geſſit. Dionyſ. lib. 5.
Vnde Furium Camillum, quartò Dictatorē
creatum, in hæc verba Valerium magiſtrum
equitum nominaſſe, autor eſt Liuius lib. 6. Te
Valeri ſocium Imperij, conſilijque, legiones
mecum aduerſus Antiatem hoſtem ducere
placet: quamuis Senatus populusque Roma-
nus Dictatorem, & vnà magiſtrum duxerit.
Sic ſecundo Punico bello, cùm acerrimo prę-
lio & maximo Reſpublica conflictaretur, no-
uo exemplo populus ſine Patribus (quod nun
quam factum antea) Fabium Dictatorem, &
eũdem Q. Minutium magiſtrum equitum di-
xit. Republica Romana in monarchiam re-
dacta Magiſtris equitum † ſubſtituti ſunt Prę
fecti prætorio.

TERTIA MVTATIO, QVAE CONTIGIT ANNO VRBIS CCLX. ANTE IIII. IDVS DECEMBRIS: VT TRADIT Dionyſ. & Liuius lib. 39. Quamuis Cicero pro Cornelio ſcribat, ann. xvj. poſt Reges exactos, Tribunos plebis creatos: cui Pompon. annum addit, & 17. anno id factum eſſe putat.

CAPVT XIX.

Tribuni plebis creati.

CAVSA ET OCCASIO.

SVMMARIA.

1 *Tribunorum plebis creandorum cauſa & occaſio, & nu. 3. & 4. & ſeqq.*
2 *Creditorum ſæuitia antiquitus in debitores.*
5 *Edictum Seruilij Conſulis.*
6 *Mediatores ſæpè neutrius partis gratiam ineunt.*
7 *Appij Conſulis contra plebem ſuperbia & contumacia, & num. 8.*
9 *Priuatæ rei ſtudium officit publicis conſilijs.*
10 *Edictum Valerij Dictatoris pro mitiganda plebe.*
11 *Plebis receſſio in montem Sacrum.*
12 *Agrippa Menenij ad plebem oratio.*
13 *Magiſtratus plebis vt eſſent ſacroſancti, conceſſum.*

IMMINENTE bello Volſco, ciui-
tas ſecùm ipſa diſcors, inteſtino † in- 1
ter Patres plebemque flagrabat odio,
maximè propter nexos ob æs alienum. Fre-
mebant, ſe foris pro libertate & Imperio di-
micantes, domi à ciuibus captos & oppreſſos
eſſe: tutioremque in bello quàm in pace, in-
ter hoſtes, quàm inter ciues libertatem ple-
bis eſſe: inuidiamque eam ſua ſponte gliſ-
centem, inſignis vnius calamitas accendit.
Magno natu quidam, cum omnium maio-
rum ſuorum inſignibus ſe in forum proie-
cit: obſita erat ſqualore veſtis, fœdior cor-
poris habitus, pallore ac macie perempti:
ad hoc promiſſa barba, & capilli efferaue-
rant ſpeciem oris: noſcitabatur tamen inta-
cta deformitate, & ordines duxiſſe aiebant: a-
liaque militiæ decora vulgò miſerantes eum
iactabant. ipſe teſtes honeſtarum aliquot lo-
cis pugnarum, cicatrices aduerſo pectore o-
ſtentabat.

Sciſcitantibus vnde ille habitus? vnde de-
formitas? cum circumfuſa turba eſſet propè
in concionis modum: Sabino bello ait ſe mi-
litan-

tantem , quia propter populationes agri non
fructu modò caruerit , ſed vt illa incenſa
fuerit , direpta omnia , pecora abacta , tribu.
tum iniquo ſuo tempore imperatum, æs alie-
num feciſſe. Id cumulatum vſuris , primò ſe
agro paterno, auctoque exuiſſe; deinde fortu.
nis alijs, poſtremò velut tabem perueniſſe ad
corpus. Ductum ſe ab creditore non in ſerui.
2 tium, † ſed in ergaſtulum & carnificinam eſ.
ſe : inde oſtentare tergum fœdum recentibus
veſtigijs verberum . Ad hæc viſa auditaque,
clamor ingens oritur : non iam foro ſe tu.
multus continet, ſed paſſim totam vrbem
peruadit: nexu vincti, ſolutique, ſe vndique in
publicum proripiunt , implorant Quiritium
fidem. Nullo loco deeſt ſeditionis voluntar'-
us comes : multis paſſim agminibus per om.
nes vias cum clamore in forum curritur, ma-
gno cum periculo ſuo . Qui fortè patrum in
foro erant , in eam turbam inciderunt : nec
temperatum manibus foret, ni properè Coſſ.
P. Seruilius & Appius Claudius , ad compri.
mendam ſeditionem interueniſſent. At in e-
os multitudo verſa, oſtentare vincula ſua, de-
formitatemque aliam : hæc ſe meritos dice.
re, exprobrantes ſuam quiſque alius alibi mi-
litiam: poſtulare minaciter magis, quàm ſup.
pliciter, vt Senatum vocarent: curiamque ip.
ſi futuri arbitri, moderatoresque publici con.
ſilij, circumſiſtunt. Pauci admodum patrum,
quos caſus obtulerat , contracti ad Conſules:
cæteros metus non curiæ modò, ſed etiam fo
ro arcebat : nec agi quicquam per infrequen-
tiam poterat Senatus. Tum verò eludi atque
extrahi ſe multitudo putare , & patrum qui
abeſſent, non caſu, non metu , ſed impedien.
dæ rei cauſa abeſſe, & Conſules ipſos tergiuer
ſari, nec dubiè ludibrio eſſe miſerias ſuas. Iam
propè erat, vt ne Conſulum quidem maieſtas
coerceret iras hominum , cùm incerti , mo.
rando an veniendo plus periculi contrahe-
rent, tandem in Senatum veniunt: frequentiſ
3 que tandem curia non modò † inter patres,
ſed ne inter Conſules quidem ipſos, ſatis con
ueniebat. Appius, vehementis ingenij , impe
rio conſulari rem agendam cenſebat: vno
aut altero arrepto, quieturos alios. Seruilius, le
nibus remedijs aptior, concitatos animos fle.
cti, quàm frangi, putabat cùm tutius , tum fa-
cilius eſſe. Inter hæc maior alius terror. Lati-
ni equites cum tumultuoſo aduolant nun.
4 cio , Volſcos † infeſto exercitu ad vrbem op-
pugnandam venire. Quæ audita (adeò duas
ex vna ciuitate diſcordia fecerat) longè aliter
patres ac plebem affecere: exultare gaudio ple
bes, vltores ſuperbiæ patrum adeſſe dicere de-
os : alius alium confirmare, ne nomina da.
rent, cùm omnibus potius quàm ſolos peritu
ros: patres militarent , patres arma caperent,
vt penes eoſdem pericula belli , penes quos
præmia, eſſent. At verò curia mœſta & trepi-
da ancipiti metu, & ab ciue, & ab hoſte, Serui-
lium Conſulem , cui ingenium magis popu-
lare erat, orare, vt tantis circumuentam terro
ribus expediret Rempublicam. Tum Conſul
miſſo Senatu, in concionem prodit : ibi curæ
eſſe patribus oſtendit, vt conſulatur plebi. Cę
terùm deliberationi de maxima quidem illa,
ſed tamen parte ciuitatis metum pro vniuer.
ſa Republica interueniſſe: nec poſſe, cum ho-
ſtes propè ad portas eſſent , bello præuer-
tiſſe quidquam : nec ſi ſit laxamenti aliquid,
aut plebi honeſtum eſſe, niſi mercede prius ac
cepta, arma pro patria non cœpiſſe: neque Pa
tribus ſatis decorum, per metum potius , quā
poſtmodùm voluntate, afflictis ciuiū ſuorum
fortunis conſuluiſſe.

Concioni deinde edicto, addidit finem :
quo edixit , † Ne quis ciuem Romanum vin. 5
ctum aut clauſum teneret , quo minus ei no.
minis edendi apud Conſules poteſtas fieret,
ne quis militis , donec in caſtris eſſet . bona
poſſideret aut venderet, liberos nepotesve e.
ius moraretur. Hoc propoſito edicto, & qui
aderant nexi profiteri extemplò nomina , &
vndique ex tota vrbe proripientium ſe ex pri-
uato , cum retinendi ius creditori non eſſet,
concurſus in forum, vt ſacramento dicerent,
fieri : magna ea manus fuit. Neque aliorum
magis in Volſco bello metus atque opera enī
tuit. Appius & inſita ſuperbia animo, vt col-
legæ vanam faceret fidem , quàm aſperrimè
poterat, ius de creditis pecunijs dicere : dein-
ceps, & qui antè nexi fuerant, creditoribus tra
debantur, & nectebantur alij : quòd ubi cui
militi inciderat, collegam appellabat: concur
ſus ad Seruilium fiebat , illius promiſſa iacta-
bant , illi exprobrabant ſua quiſque belli me.
rita , cicatricesque acceptas , poſtulabant , vt
aut referret ad Senatum : aut vt auxilio eſſet
Conſul ciuibus ſuis , imperator militibus.
Mouebant Conſulem hæc, ſed tergiuerſari
res cogebat : adeò in alteram cauſam collegā
non ſolum præceps erat , ſed omnis factio
nobilium, ita medium † ſe gerendo, nec ple- 6
bis vitauit odium , nec apud patres gratiam
iniit. Patres mollem Conſulem & ambitio.
ſum rati, plebs fallacem breuique apparuit, æ.
quaſſe cum Appij odium. Sæuire inde vtique
Conſulum alter, patresque: ſed plebi creuerāt
animi, & longè alia quàm primò inſtituerāt,
via graſſabātur. Deſperatò enim Conſulū Se.
natusque conſilio, cum in ius duci debito-
rem vidiſſent, vndique conuolabant , neque
decretum exaudiri Conſulis præ ſtrepitu &
clamore poterat: neque cum decreuiſſet, quiſ-
quam obtemperabat. Vi agebatur , metusque
omnis & periculum libertatis , cum in con. 7
ſpectu conſules ſinguli à pluribus violarentur,
hinc in creditores à debitoribus verterent.
Super

Super hæc timor inceſſit Sabini belli: delectuſ-
que decreto, nemo nomen dedit furente Ap-
7 pio,† & inſectante ambitionem collegæ, qui
populari ſibi ſilentio Rempublicam prode-
ret: & ad id quod de credita pecunia ius non
dixiſſet, adijceret, vt ne delectum quidem ex
Senatuſconſ. haberet: non eſſe tamen deſer-
tam omninò Rempub. neq; proiectum Con-
ſulare imperium: ſe vnum & ſuæ & patrum
maieſtatis vindicem fore. Cum circumſtatet
quotidiana multitudo, licentia accenſa, arri-
pi vnum inſignem ducem ſeditionis iuſſit. il-
le cum à lictoribus iam traheretur, prouoca-
uit: nec ceſſiſſet prouocationi Coſ. quia non
dubium erat populi iudicium, niſi ægrè victa
pertinacia foret, conſilio magis & autoritate
Principum, quàm populi clamore. adeò ſu-
pererant animi ad ſuſtinendam inuidiam.
Creſcere malum in dies, non clamoribus mo
dò apertis: ſed quod multo pernicioſius erat,
ſeceſſione, occultiſque colloquijs. Tandem
inuiſi plebi Coſſ. magiſtratu abeunt: Seruilius
neutris, Appius patribus mirè gratus.

Anno verò inſequenti, Veturio Virginio-
que Coſſ. plebs incerta quales habitura Con-
ſules eſſet, cœtus nocturnos, pars in Eſquilijs,
pars in Auentino facere, ne in foro ſubditis
trepidaret conſilijs, & omnia temerè ac for-
tuitò ageret: eam rem Coſſ. rati, vt erat, perni-
cioſam, ad patres referunt. Tres fuere ſenten-
tiæ. P. Virginius rem non vulgabat: de ijs tan-
tum qui fidem ſecuti P. Seruilij conſulis, Vol-
ſco, Autunco, Sabinoque militaſſent bello, a-
gendum cenſebat. T. Largius, non id tempus
eſſe, vt merita tantummodò exoluerentur: to
tam plebem ære alieno demerſam eſſe: nec
ſiſti poſſe, ni omnibus conſulatur: quin ſi a-
lia aliorum ſit conditio, accendi magis diſ-
8 cordiam, quàm ſedari. Appius Claudius † &
natura immitis, & efferatus, hinc plebis odio,
illinc patrum laudibus: Non miſerijs, ait, ſed
licentia tantùm concitum turbarum: & laſci
uire magis plebem, quàm ſæuire: id adeò ma-
lum ex prouocatione natum: quippè minas
eſſe conſulum, non imperium, vbi ad eos qui
vnà peccauerint, prouocare liceat. Agedum,
inquit, Dictatorem, à quo prouocatio non
eſt, creemus: iam hic, quo nunc omnia ardet,
conticeſcet furor. pulſet tum mihi lictorem,
qui ſciet ius de tergo vitaque ſua penes vnum
illum eſſe, cuius maieſtatem violauit. Multis,
vt erat, horrida & atrox videbatur Appij ſen-
tentia: rurſus Virginij, Largijque exemplo
haud ſalubres, vtique Largij putabant ſenten-
tiam, quæ totam fidem tolleret: medium
maximè & moderatum vtroque conſilium
Virginij habebatur. ſed factione reſpectuque
9 rerum priuatarum,† quæ ſemper officere, of-
ficientque publicis conſilijs, Appius vicit: ac
propè fuit, vt Dictator ille idem crearetur.
Quæ res vtique alienaſſet plebem periculoſiſ-
ſimo tempore, cum Volſci, Aequique & Sabi-
ni fortè vnà omnes in armis eſſent. Sed curæ
fuit conſulibus & ſenioribus patrum, vt im-
perium hoc vehemens manſueto permitte-
retur ingenio. M. Valerium Voleſi filium cre-
ant. Plebs etſi aduerſus ſe Dictatorem creatū
videbat, tamen cum prouocationem fratris
lege haberet, nihil ex ea familia triſte nec ſu-
perbum timebat. Edictum † deinde à Dictato 10
re propoſitum, confirmauit animos, Seruilij
ferè conſulis edicto conueniens. Sed & homi
ni & poteſtati melius rati credi, omiſſo certa-
mine nomina dedere. Quantus nunquam an-
te exercitus, legiones decem effectæ: ternæ in-
de datæ Conſulibus, quatuor Dictator vſus.
Poſtquam igitur M. Valerius Dictator ple-
bem eadem de cauſa militiam detrectantem
promiſſis mitigaſſet, & in hoſtes eduxiſſet, &
parta victoria per Senatum promiſſa præſtare
non poſſet, Dictatura ſe abdicauit. Nam Va-
lerius poſt Veturij conſulis reditum, omni-
um actionum in Senatu primam habuit pro
victore populo, retulitque quid de nexis fieri
placeret. Quæ cum reiecta relatio eſſet, Non
placeo (inquit) concordiæ author: optabitis
mediusfidius propediem, vt mei ſimiles Ro-
mana plebs patronos habeat. Quod ad me at-
tinet, neque fruſtrabor vltrà ciues meos, neq;
ipſe fruſtra Dictator ero: diſcordiæ inteſtinæ
bellum externum, fecere vt hoc magiſtratu
egeret Reſpublica, pax foris parta eſt, domi
impeditur. Priuatus potius, quàm Dictator
ſeditioni interero. Ita curia egreſſus, dictatu-
ra ſe abdicauit. apparuit cauſa plebi, ſu-
am vicem indignanti, magiſtratu abiſſe. Ita-
que velut perſoluta fide, quoniam per eum
non ſtetiſſet quin præſtaretur, decedentem
domum cum fauore ac laudibus proſequuti
ſunt. Pòſt autem, cùm per cauſam renouati ab
Aequis belli educi ex vrbe legiones iuſſiſſent,
quòd in Conſulum verba iuraſſent, & ſacra-
mento tenerentur: primò agitatum dicitur
de Conſulum cæde, vt ſoluerentur ſacramen
to. Docti deinde, nullam ſcelere religionem
exolui, Sicinio quodam autore, iniuſſu Con-
ſulum, in Sacrum † montem ſeceſſerunt trās 11
Anienem amnem, tria ab vrbe millia paſſu-
um. Ibi ſine vllo duce, vallo foſſaque com-
munitis caſtris, quieti, rem nullam niſi neceſ-
ſariam ad victum ſumendo, per aliquot dies
neque laceſſiti, neque laceſſentes, ſeſe tenue-
re. Pauor ingens in vrbe, metuque mutuo ſu-
ſpenſa erāt omnia. timere relicta ab ſuis plebs
violentiam patrum: timere patres reſidem in
vrbe plebem: incerti, manere eā, an abire mal
lent. Quemadmodum aūt tranquillam, quæ
ſeceſſerit, multitudinem fore? quid futurum
deinde, ſi quod externum interim bellum ex-
iſtat? nullam profectò niſi in concordia ci-
uium

ulum, ſpem reliquam ducere. eam per æqua, per iniqua, reconciliandam ciuitati eſſe Placuit igitur oratorem ad plebem mitti, Menenium Agrippam, facundum virum: & quòd inde oriundus erat, plebi carum. Is intromiſſus in caſtra, priſco illo dicendi & horrido modo, nihil aliud quàm hoc narraſſe fertur.
12 Tempore,† quo in homine, non vt nunc, omnia in vnum conſentiebant, ſed ſingulis membris ſuum cuiq; conſilium, ſuus ſermo fuerat, indignatas reliquas partes, ſua cura, ſuo labore ac miniſterio ventri omnia quæri, ventrē in medio quietum nihil aliud, quā datis voluptatibus frui. Conſpiraſſe inde, ne manus ad os cibum ferrent: nec os acciperet datum, nec dentes. Hac ita dum ventrem fame domare vellēt, ipſa vnà membra, totumque corpus, ad extremam tabem veniſſe: inde apparuiſſe, ventris quoque haud ſegne miniſterium eſſe: nec magis ali, quàm alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc, quo viuimus, vigemusque, diuiſum pariter in venas, maturum confecto cibo ſanguinem. Comparando hinc, quàm inteſtina corporis ſeditio ſimilis eſſet iræ plebis in patres, flexiſſe mentes hominum. Agi deinde de concordia cœptum: conceſſumque in conditiones,
13 vt plebi ſui † magiſtratus eſſent Sacroſancti, quibus auxilij latio aduerſus Conſules eſſet: neve cui patrum capere eum magiſtratum liceret.

CAPVT XX.

Quot Tribuni plebis initio fuerint creati, & ad quem numerum aucti.

SVMMARIA.

1 *Tribuni plebis vnde ſic dicti, & quot initio ac deinde fuerint creati, & num. 2.*
3 *Tribuni plebis, an magiſtratuum nomine contineantur, & num. 5.*
4 *Domus Tribunor. plebis etiam noctu patebat.*
5 *Tribuni plebis ſacroſancti. Eorum poteſtas & officium, num. 7.9.10. & 12. & an contra Dictatoris imperium potuerint intercedere, num 8.*
11 *Tribuni plebis Senatores effecti.*

1 TRibuni dicti ſunt, quòd † olim in tres partes populus diuiſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur: vel quia tribuum ſuffragio creabantur. Pomponius in l. 2. de origine iuris: Cum itaque ob fœneratorum impotentiam, qui plebem ære alieno obſtrictam in vinculis tenebant, ſeditio exorta eſſet, & edicto Seruilij ſedata, & anno poſt denuò exorta, ac ſeceſſio in montem ſacrum trans Anienem autore Sicinio facta: plebs ſibi quoſdam ſciuit, quos Coſs. opponerent. Initio autem
2 duo † creati ſunt: deinde tres adiecti, vt quinque eſſent. Sic Liuius ex Piſonis ſententia: quamuis Dionyſius & Plutarchus quinq; primùm factos ſcribant. Illud autem conſtat, cū anno CCXCVI. Horatio & Minutio Coſſ. quinque additis decem effecti ſint, qui numerus deinde ſtante Repub. in perpetuum cōſeruatus eſt: primos duos creatos Liuius C. Licinium, L. F. Bellutum, L. Iunium, C. F. Paterculum: Dionyſ. C. Sicinium Bellutum: Suidas in voce δήμαρχοι, Sicinium & Brutum. ex tribus reliquis vnum Sicinium nominat Liuius, de reliquis parum ait conuenire. Dionyſ. autem eos C. & P. Licinios, & C. Icilium Rugam vocat. Diem, quo primi tribuni inierunt, ante 4. Idus Decembr. nominat Dionyſ. eumque ſolennem fuiſſe vſque ad ſua tempora ineundo tribunatui tradit. De hiſce tribunis Cicero pro Cornelio ſic loquitur: Tanta igitur in illis virtus fuit, vt anno XVI. poſt Reges exactos, propter nimiam dominationem potentium, Leges ſacratas ipſi ſibi conſtituerent, duos Tribunos crearent, mōtem illum trans Anienem, qui hodie mons Sacer nominatur, in quo armati conſederant, æternæ memoriæ cauſa conſecrarent.

Quæ fuerit poteſtas Tribunorum?

Plutarchus in Problematibus, negat Tri-
bunos † magiſtratuū nomine contineri: quia 3
ex ſella curuli, vt magiſtratus, ius non redderent: & ideò purpuram non geſtare, cùm cæteri magiſtratus purpurati incedāt. Nam nec, inquit, lictores habet, nec ſellam curulem, nec creato Dictatore poteſtatem deponit: ſed cùm omnis poteſtas ad Dictatorem redeat, ſolus Tribunus ſuam retinet, quaſi Imperium nullum gerens. Refert idem, moribus Romanorum conſtitutum eſſe, vt domus tribu-
norum † noctu ne clauderetur: quod & Ma- 4
crobius libro 1. Saturnal. confirmat: ſed interdiu noctuque indigenti cuique eorum auxilia paterent, quaſi portus quidam & præſidiū periclitantium. Maiores enim communem tribunum eſſe voluerunt, & tanquam aram omnibus acceſſibilem: proinde honore quidem ſacroſanctos eos eſſe voluerunt, nec ſine inexpiabili ſcelere violabiles. Cic. lib. 3 de Legibus poteſtatem eorum ſic declarat: Plebes, quos pro ſe contra vim auxilij ergò decem creaſſit, tribuni eius ſunto: quodque ij prohibeſſint, quodque plebem rogaſſint, ratum eſto: ſanctique ſunto: neve plebem orbam tribunis relinquunto. Erat enim magiſtratus ſacroſanctus.

Liuius libro 2. Tribunus, inquit, viatorem 5
mittit ad Conſulem. Conſul lictorem ad tribunum, † priuatum eſſe clamitans, ſine imperio, ſine magiſtratu. Tribunatus enim imperio & magiſtratui obijciebatur, magis ad impediendum (vt inquit Plutarchus in vitis
Gracchorum & Vticenſis) quàm ad agen- 11
dum creatus. Et Liuius lib. 3. Ipſis quoq; Tribu-
nis, vt ſacroſancti † viderentur, cuius rei pro- 6
pè iam

pè iam memoria aboleuerat, relatis quibuſdã
ex magno interuallo ceremonijs, renouarũt.
& tum religione inuiolatos eos: tum legem
etiam fecerunt, ſanciendo, vt qui Tribunis
plebis, ædilibus, iudicibus Decemuiris nocu-
iſſet, eius caput Ioui ſacrum eſſet: familia ad
ædem Cereris, Liberi Liberæq́ue venum iret.
Idem ſcribit Dionyſius libro ſexto. Ij viato-
7 rem quidem & prehenſionem † habebant, vo
cationem verò nequaquam. Nam vt ait Gel-
lius, antiquitùs creati videntur nõ ius dicun-
do, nec cauſis querelisq́ue de abſentibus noſ-
cendis: ſed interceſſionibus faciendis, quibus
præſentes fuiſſent, vt iniuria quæ coram fie-
ret, arceretur. ac propterea ius ad ſe vocandi
ademptum: quoniam vt vim fieri vetarent, aſ
ſiduitate eorum & præſentium oculis opus
erat. Hæc Gellius lib. 13. cap. 12. Et deinde lib. 15.
cap. 27. Tribuni inquit, neque aduocant patri-
cios, neque ad eos referre vlla de re poſſunt.
Ita ne leges quidem propriè, ſed plebiſcita ap-
pellantur, quæ Tribunis plebis ferrent accep-
ta, &c. Tribuniciæ itaque poteſtatis ea erat vis
eaq́ue facultas, vt intercederent aduerſus ma-
giſtratus potentiam. Contra etiam Dictato-
8 ris imperium † Tribunis intercedendi pote-
ſtatem fuiſſe, quidam contendunt, Q. Fabij ex-
emplo: qui cum magiſter equitum eſſet, & in
eum quòd contra veritum pugnaſſet, L. Papy-
rius Dictator animaduertere vellet: M. Fabi-
us pater, qui ter conſul dictatorq́; fuerat, Tri-
bunos plebis, & populum appellauit. qui in-
terceſſione ſua etſi precariam præſtitiſſent o-
pem, reum tamẽ ſupplicio exemere. Ab vno-
9 quoque tribunorum ad † reliquos Tribunos
prouocare licuiſſe, ipſosq́ue intercedere po-
tuiſſe, ſine controuerſia eſt. Neque enim leuis
erat vnius Tribuni in prohibendo poteſtas.
Siquidem vno aliquid fieri negante, nihil cæ-
teri, etiamſi plures numero eſſent, decerne-
bant. Præterea Tribunis, quoties oportere vi-
10 ſum eſt, poteſtas † fuit habendi & diſſoluendi
Senatus, intercedendiq́ue. Ipſis tamen, cum
frequens haberetur Senatus, intra limites cu-
riæ adeſſe non licebat: ſed poſitis ante curiæ
fores ſubſellijs, quæ ad populum pertinerent,
Senatuſconſulta excipere: & ſi probarent, T li
tera ſubſcribere ſolebant; Si autem minimè
rata eſſe vellent, poterat Senatuſconſultum
per interceſſiones tribunitias impediri. Tam-
etſi æuo poſteriore tribunum frequenti curia
de his quæ ad populum pertinerent, Senatum
ſæpè conſuluiſſe, ibiq́ue ſubſellia habuiſſe, ex-
empla in aperto ſint, donec Atinio plebiſci-
11 to Tribuni plebis † Senatores effecti ſunt: hoc
eſt, vt quem Tribunum plebis creaſſet, is hoc
ipſo in poſterum Senator eſſet. Sed & de pub-
12 licis criminibus † Tribunos quæſiuiſſe, & cũ
conſilio cognouiſſe, exempla oſtendunt.
Nam C. Norbanus tribunus plebis, incitato
in Q. Cæpionem populo, quia malè pugnaſ-
ſet, ei imperium abrogauit, & Gn. Domitius
in tribunatu M. Scauro diem dixit ad popu-
lum, & ei mulctam irrogauit, quòd eius ope-
ra ſacra multa populi Romani eſſe diminuta
diceret. Saturninus quoque Tribunus plebis
de Q. Metello Numidico, quòd in legem ſu-
am iurare noluiſſet, tulit, vt ei aqua & igni in-
terdiceretur. Et M. Virgilius in Tribunatu L.
Syllæ Imperatori diem dixit. Ac denique P.
Clodius Tribunus plebis lege ad populum la-
ta, Ciceroni, quòd ciues indicta cauſa dam-
naſſet, aqua & igni interdixit. Reperitur quo-
que apud Liuium libro 4. Conſules à Tribu-
nis plebis in vincula duci potuiſſe. Et libro 9.
Cenſorem Appium à P. Sempronio trib. ple-
bis prehendi, & in vincula duci iuſſum eſſe. Et
lib. 5. Tribunos plebis minitari, ſe iuſſuros eſſe
in vincula Tribunos militum duci. Et Dio-
nyſius ſcribit, Metellum Conſulem à L. Fla-
uio Tribuno pleb. in carcerem ductum eſſe.

CAPVT XXI.

Leges Sacratæ.

SVMMARIA.

1 *Leges ſacratæ vnde nomen acceperint: & quales fuerint, & num. 2.*
3 *Lex Agraria quando, & à quo lata.*
4 *Publia lex quæ, & à quo, & quando lata.*
5 *Lex Aterna & Tarpeia de mulcta.*

NOmen acceperunt leges ſacratæ. † quòd 1
in Sacro monte latæ ſint: vna verò, vel
plures fuerint, in dubio eſt. Vna tamen dici
poteſt, quia reuera vna ſit: plures, quia pluri-
bus partibus eodem ſpectantibus conſtet. Fe-
runtur igitur hæc capita.

Primum, Vt † plebi ſui magiſtratus eſſent, 2
ijq́ue Sacroſancti, quibus auxilij latio aduer-
ſus Conſules eſſet, neve cui patrum capere eũ
magiſtratum liceret.

Secundum, Tribunum inuitum nemo, vt
vnum è vulgo, quicquam facere cogito, nec
verberato, nec alium verberare iubeto: nec oc
cidito, nec occidere iubeto. Si quis contra fe-
cerit, ſacer eſto. Et ne in poſterum plebi pote-
ſtas eſſet abrogare hanc legem, ſed perpetuò
maneret immobilis, adacti ſunt omnes ciues
iurare per ſacra omnia, vtique vſuros ſe hac
lege in ſempiternum, & ipſos, & poſteros: ad-
ditaq́ue imprecatio, vt ita eius confirmatores
ſuperos ac inferos haberent propitios: tranſ-
greſſores verò iratos vtroſque, vt obligati gra
uiſſimo ſcelere Liuius lib. 2.

Tertium, refertur à Dionyſio Halicarnaſ-
ſeo lib. 7. Tribuno, inquit ad populum cõcio-
nanti, ne quis contradicito, neve eum inter-
pellato. Qui contra faxit, prædes tribunis da-
to, ſe mulctam quam ipſi irrogabunt, ſoluru-
rum. Qui prædes non dederit, capitalis eſto,
famis

familiaque eius ſacra eſto. Si quid erit in mulctis controuerſiæ, populi iudicium eſto.

Anno vrbis 267. Proculo Virginio Trigoſto, & Sp. Caſſio Viſcellino tertiò Coſſ. quo anno Xerxes Perſarum monarcha Aegyptū
3 recepit, lata eſt à Sp. Caſſio lex † Agraria. Cum enim eo tempore fœdus cum Hernicis ictum fuiſſet, & iis agri partes duæ ademptæ eſſent, tulit legem Sp. Caſſius, vti ex eo agro dimidium Latinis, dimidium plebi diuideretur. Huic largitioni adijciebat agri aliquātum, quem publicum poſſideri à priuatis criminabatur. Id multos quidem patrum, ipſos poſſeſſores, periculo rerum ſuarum terrebat. Sed & publica Patribus ſollicitudo inerat, largitione cōſulem periculoſas libertati opes ſtruere. Tum primùm lex Agraria promulgata eſt, nunquam deinde vſque ad eam memoriam ſine maximis motibus rerum agitata. Conſul alter largitioni reſiſtebat, authoribus Patribus, nec omni plebe aduerſante: quæ primò cœperat faſtidire munus vulgatum, à ciuibus iſſe in ſocios. Sæpe deinde & Virginium conſulem in concionibus, velut vaticinantem audiebat: peſtilens collegæ munus eſſe, agros illos ſeruitutem iis qui acceperint laturos, regno viam fieri. Quid ita enim aſſumi ſocios, & nomen Latinum? Quid attinuiſſe Hernicis, paulo antè hoſtibus, capti agri tertiam partem reddi? niſi, vt hæ gentes pro Coriolano duce, Caſſium habeāt? Popularis iam eſſe diſſuaſor & interceſſor legis Agrariæ cœperat. Vterque deinde Conſul certatim plebi indulgere: Virginius dicere, paſſurum ſe aſſignari agros, dum ne cui, niſi ciui Romano aſſignētur. Caſſius, quia in agraria largitione ambitioſus in ſocios, eoque ciuibus vilior erat: vt alio munere ſibi reconciliaret ciuiū animos, iubere pro Siculo frumento pecuniam acceptam rettribui populo. Id verò haud ſecus quā præſentem mercedem regni aſpernata plebs: adeò propter ſuſpicionem inſitam regni, velut abundarent omnia, munera eius in animis hominum reſpuebantur. Quem, vbi primùm magiſtratu abijt, damnatum necatumque cōnſtat. Sunt qui patrem autorem ei ſupplicij ferant: eum cognita domi cauſa verberaſſe, ac necaſſe, peculiumque filij Cereri conſecraſſe, Liuius Dec. 1. lib. 1. refert.

Anno vrbis 282. quo tempore Sophocles & Euripides claruerunt, lata eſt à Volerone Publilio Philone lex, quæ ab auctore Publilia
4 † dicta eſt, vt Plebeij magiſtratus, qui antea Curiatis comitijs fiebāt, deinceps remotis patribus, tributis comitijs crearentur: Liuius lib. 2. Dionyſius lib. 2.

Anno vrbis 290. Lucretio, Veturio Coſſ. C. Terentius Arſa Tribun. pleb. legem tulit, vt quinque viri crearentur Legibus de imperio conſulari ſcribendis, ne ipſi libidinem ac licentiam ſuam pro lege haberent. Dionyſ. libro 10. Liu. 3.

Anno vrbis 297. quo tempore Empedocles & Parmenides floruerunt, lata eſt lex, à L. Icilio tribuno plebis, de monte Auentino publicando: hoc eſt, vt mons ad ædificia populo cōcederetur. Liuius lib. 3. Dionyſ. lib. 10. clarius: ὅσα μὲν ἰδιῶταί τινες εἶχον ἐκ δικαίου κτησάμενοι ταῦτα τοὺς κυρίους κατέχειν· ὅσα δὲ βιασάμενοί τινες ἢ κλοπῇ λαβόντες ᾠκοδόμησαντο, κομισαμένους τὰς δαπάνας ἃς ἂν οἱ διαιτηταὶ γνῶσι τῷ δήμῳ παραδιδόναι. τὰ δ' ἄλλα ὅσα ἦν δημόσια, χωρὶς ὠνῆς τὸν δῆμον παραλαβόντα διελέσθαι. hoc eſt: quæ priuati quidā iure quæſita poſſidebant, ea pro domino poſſiderent: quæ verò vel vi, vel clàm accepta ædificijs occuparant, ea recuperatis impenſis, quas arbitri ſtatuiſſent, populo redderēt. Cætera verò quæ publica eſſent, ea populum ſine precio recipere, & inter ſe diuidere.

Anno vrbis 298. lata eſt lex à Sp. Tarpeio Capitolino, & ab Aterino Fontinali, vnde Aterina, & Tarpeia † ab authoribus vocatur: 5
Vt omnibus magiſtratibus mulctæ dicendæ ius eſſet, cum antea ſolis Coſſ. id liceret: ita tamen, ne vel duos boues, vel triginta oues excederent: Dionyſ. libro 10. Gellius libro ſecundo, cap. 1.

Anno vrbis 301. T. Menenius, & Publius Sextius Coſſ. legem tulerunt, Vt in mulctis bos centuſſis, ouis decuſſis æſtimaretur, Feſtus lib. 14.

QVARTA MVTATIO REIPVB. ROMANAE, QVAE CONTIGIT anno vrbis 302.

CAPVT XXII.

Decemuiri creati.

a SVMMARIA.

1 *Leges Solonis, & aliorum Græcorum, à Romanis per legatos petita.*

2 *Decemuiri quando Romæ creati.*

3 *Leges XII. tabularum: de cultu deorum. num. 4. & genere eorum, num. 6. de Templis, num. 5. de ferijs, nume. 7. de ſacerdotum officijs & generibus, num. 8 & 9 de ſacrificijs mulierum, ac ludis, num. 10. de ſacrilegio, periurio, inceſtu, num 11. de funeribus & ſepulchris, num. 12. de Magiſtratibus ciuilibus, & militaribus, num. 13. & 14. de Aedilibus, num. 15. Cenſoribus, num. 16. Prætoribus, num. 17. Conſulibus, num. 18. de temporibus magiſtratuum, & præceptis eorum num. 19. & 27. de Dictatoris officio, num. 20. de Auſpicijs & electionibus, nume. 21. de Tribunis plebis, num. 22. de Senatu, nume. 23. de Suffragijs, nume. 24. de Quæſtoribus, num. 25. Quibus ius ſit cum populo aut Senatu agendi, num. 26. de Legibus & priuilegijs, nume. 28. de iure perſonarum: Patria poteſtate, Tutoribus & Curatoribus, num. 29. de Suis & legitimis heredibus, num 30. de Teſtamentis, & legatis, nu. 3. Familiæ erciſcundæ, nu. 31. de iudicijs: in ius vocando, dilationibus, num. 33. de re iudicata, num. 34. de Emptione, venditione, & vſucapionib. num. 35 de Seruitutibus & Finibus regundis, num. 36. de iniurijs, & delictis, num. 37 de Furtis. 38.*

39 *Lex Clodia de liberali cauſa, quando, & à quo lata.*

CAVSA ET OCCASIO.

INTER Patres & Tribunos, pro legibus ferendis, magna ſæpè contentio erat: tribuni finem certaminum facere polliciti ſunt, ſi legumlatores & ex plebe & ex patribus crearentur, qui leges communes vtriſque vtiles ferrent. quibus patres, in legibus ferendis, non in latore aſſenſerunt: quoniam laturum neminem, niſi ex patribus, aiebant. Vnde, ne quis eſſet inuidiæ locus, leges extraneas habere placuit. Miſſi igitur legati ſunt Athenas, Sp. Poſthumius Albus, T. Manlius, P. Sulpit. Camerinus, iuſſique inclytas le-
1 ges † Solonis, deſcribere, & aliarum Græciæ ciuitatum inſtituta, mores, iuraque cognoſcere. Poſtquam iam rediјſſent legati cum Atticis legibus, intentius inſtabant Tribuni, vt tādem ſcribendarum legum initium fieret. Placuit igitur creari Decemuiros ſine prouocatione.

Anno itaque vrbis 302. quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis, ab
2 Coſſ. ad † Decemuiros, quemadmodum ab Regibus antè ad Conſules venerat, tranſlato Imperio. Minus inſignis, quia non diuturna, mutatio fuit. Læta enim principia eius magiſtratus, nimium luxuriauere: eò citius lapſa res eſt: repetitumque duobus vti mandaretur conſulum nomen, imperiumq́;. Sunt igitur Decemuiri creati, Appius Claudius, T. Genutius, P. Sextius, L. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, P. Sulpitius P. Curiatius, T. Romulius, Sp. Poſthumius Hi itaque ingenti hominum expectatione propoſitis decem tabulis, populū ad concionem aduocauerunt: & quod bonū, fauſtum, felixque Reipub. ipſis, liberiſque eorum eſſet, ite, & legere leges propoſitas iuſſere: ſe, quātum decem hominum ingeniјs prouideri potuerit, omnibus ſummis, infimiſq́; iura æquaſſe. Centuriatis itaque Comitiјs decem tabularum leges perlatæ ſunt. Deinde cū
3 legibus Græcis aliquid deeſſet, † duas adiecerunt, quibus propriæ Romanorum leges continebātur. Inde corpus omnis Romani Iuris.

Leges XII. Tabularum.

4 *De cultu † Deorum.*

Ad diuos adeunto caſtè, pietatem adhibento, opes amouento.

Qui ſecùs faxit, Deus ipſe vindex erit.

5 *De templis † & lucis.*

Separatim nemo habeſſit deos: néue nouos, ſed aduenas, niſi publicè aſcitos, priuatim colunto.

Conſtructa à patribus delubra habento, lucos in agris habento: & Larium ſedes, ritus familiæ patriæque ſeruanto.

De duplici † deorum genere. 6

Diuos, & eos qui cœleſtes ſemper habiti, colunto.

Illos quos in cœlum merita vocauerunt, Herculem, Liberum, Aeſculapium, Caſtorē, Pollucem, Quirinum. Et illa, propter quæ datur huiuſmodi aſcenſus in cœlum: Mentem, Virtutem, Pietatem, Fidem, earum laudum delubra ſunto: nec vlla vitiorum ſacra ſolennia obeunto.

De † ferijs. 7

Ferijs iurgia amouento, eaſq́; in famulis operibus patratis habento.

Itaque vt ita cadat, in annuis anfractibus deſcriptum eſto.

Certaſq́; fruges, certaſq́; baccas, ſacerdotes publicè libanto.

Hoc certis ſacrificijs, ac diebus, itemque alios addes.

Vbertatem lactis fœturæq́; ſeruanto.

Idque ne committi poſſit, ad eam rem & ratiõem curſus annuos ſacerdotes finiunto.

De hoſtijs & † officijs ſacerdotum. 8

Quæq́; cuique diuo decoræ, gratæ ſint hoſtiæ, prouidento.

Diuiſque aliјs aliј ſacerdotes, omnibus pōtifices, ſingulis flamines ſunto.

Virgines Veſtales in vrbe cuſtodiunto, ignem foci publ. ſempiternum.

Quoque & priuatim & publicè modo ritúque fiant, diſcunto ignari à publicis ſacerdotibus.

De duobus † ſacerdotum generibus. 9

Eorum autem duo genera ſunto: vnum, ꝙ præſit ceremoniјs & ſacris: alterum, quod interpretatur fatidicorum & vatum effata incognita, cum Senatus populuſq́; aſciuerit.

Interpretes autem Iouis opt. max. publici augures, ſignis & auſpicijs poſtea vidento, diſciplinam tenento.

Sacerdotes vineta, virgetaq́ue, & ſalutem populi auguranto, quique agent rem duelli, quiq́; populare auſpicium, præmonento, illiſque obtemperanto.

Diuorumque iras prouidento, ijſque parēto: cœlique fulgura, regionibus ratis temperanto.

Vrbemque & agros, & templa liberata & effata habento.

Quæque augur iniuſta, nefaſta, vitioſa, dirá ue dixerit, irrita infeſtaque ſunto.

Quique non paruerit, capitale eſto.

Fœderum, pacis, belli, induciarū, oratores, fœciales, iudicéſue ne ſunto.

Bella diſceptanto: prodigia, portenta, ad Hetruſcos & aruſpices, ſi Senatus iuſſerit, deferunto.

Hetruriæque principes diſciplinam docento.

Quibus

Quibns dinis creuerint, procurator:ijdem. que fulgura & oſcina pianto.

10 *De nocturnis † mulierum ſacrificijs ac ludis.*

Nocturna mulietum ſaerificia ne ſunto, præter illa quę pto populo ritè fient: néue initiantor, niſi (vt aſſolet) Cereri Græco ſacro.

Sacrum commiſſum, quod neque expiari poterit, impiè commiſſum eſt.

Quod expiari poterit, publici ſacerdotes expianto: ludis publicis, ſiue curriculo, ſiue certatione corporis fiant, popularem lætitiam in cantu, & fidibus, & tibijs moderanto, eamque cum diuûm honore iungito.

11 *De ſacrilegio, † periurio, inceſtu.*

Ex patrijs ritibus colunto optima.

Præter Ideæ matris famulos, eoſque iuſtis diebus ne quis ſtipem cogito.

Sacrum, ſacróue commendatum, qui clepſerit, rapſeritque, patticida eſto.

Periurij pœna, diuina exitium, hnmana dedecus.

Inceſtum Pōtifices ſupremo ſupplicio ſanciunto.

Impius ne audeto placare donis iram deorum.

Sanctè vota reddunto, pœna violati Iuris eſto.

Quocirca ne quis agrum conſecrato.

Auri, argenti, eboris ſacrandi modus eſto.

Sacra priuata, perpetua manento.

Deorum manium iura, ſancta ſunto.

Hos lœto dato, diuos habento: ſumptum in illos, luctumque minuunto.

12 *De ſumptibus † funerum, & ſepulchris.*

In vrbe ne ſepelito, néue vrito, ne facito rogum, aſcia ne polito.

Mulieres genas ne radunto, néue leſſum funeris ergo habento.

Homini mortuo ne oſſa legito.

Rogum buſtúmue nouum, inuito domino, ne propius ædes alienas ſexaginta pedes adducito.

Veſtibulum ſepulchri, buſtúmue, ne vſucapito.

Ploratus & lamentationes in funere ſuo latæ ſunto.

13 *De † Magiſtratibus ciuilibus.*

Iuſta imperia ſunto, iiſque cines modeſtè, ac ſine recuſatione parento.

Magiſtratus nec obedientem, & nocuum cinem, mulcta vinculis verberibúſve coercento, ni par maiórve poteſtas populusq; prohibeſſit, ad quos prouocatio eſto.

Cum magiſtratus iudicaſſit, irrogaſſitve, per populum, mulctæ, pœnæ, certatio eſto.

Quodcunq; poſtremum populus iuſſerit, id ius ratumque eſto.

De Magiſtratibus † militaribus. 14

Militiæ ab eo qui imperabit, ptouocatio ne eſto.

Quodque is qui bellum gerat imperaſſit, ius ratumque eſto.

Minores magiſtratus petiti iuris, plures in prælio ſunto.

Militiæ, quibus iuſſi erunt, imperanto, eorumque Tribuni ſunto.

Domi pecuniam publicam cuſtodiunto.

Vincula ſontium ſeruanto, capitalia iudicanto.

Aes, argentum, aurum publicè ſignanto.

Lites contractas iudicanto.

Quodcunque Senatus decreuerit, agunto.

De † AEdilibus. 15

Suntoque ædiles, curatores vrbis, annonę, ludorumque ſolennium.

Olliſque ad honoris amplioris gradum is primus aſcenſus eſto.

De † Cenſoribus. 16

Cenſores populi, ciuitates, ſoboles, familias, pecuniasque cenſento.

Vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento.

Populique partes in tribus diſtribuunto.

Exeinde pecunia, ciuitatis ordines partiunto.

Equitum peditumque prolem deſcribunto.

Cœlibes eſſe prohibento.

Mores populi regunto.

Probrum in Senatu ne relinquunto.

Bini ſunto: magiſtratus quinquēnium habento.

Reliqui magiſtratus annui ſunto, eaque poteſtas ſemper eſto.

De † Prætoribus. 17

Iuris diſceptator qui priuata iudicet, iudicarive iubeat, prætor eſto.

Is Iuris ciuilis cuſtos eſto, huic poteſtati parento.

Quotcunque Senatus creuerit, populusve iuſſerit, tot ſunto.

De † Conſulibus. 18

Regio imperio duo ſunto, iique præeundo, iudicando, conſulendo, Prætores, iudices, Conſules appellantor.

Militiæ ſummum ius habento, nemini parento, ſalus populi, ſuprema lex eſto.

De † temporibus Magiſtratuum. 19

Eundem magiſtratum, ni interfuerint decem anni, ne quis capito.

Ciuitatem annali lege ſeruanto.

De † Dictatoris officio. 20

At ſi quando duellum grauius, diſcordiæ ciuium fuerint, eſto ne amplius ſex menſes, ſi Senatus creuerit.

Idem iuris quod duo Conſules, teneto.

Iſque ave ſiniſtra dictus, populi magiſter eſto.

Aequitatem, quleunque regat, habeto pari iure cum eo, quicunque erit iuris diſceptator.

Aſt quando conſul is eſt, magiſtratusve populi, reliqni magiſtratus, ne ſunto.

21 *De auſpicijs,† electionibus, alijsq́; ritibus.*

Reipublicæ auſpicia patrum ſunto, olliq́; ex ſe produnto, qui comitijs creare Conſules ritè poſſunt.

Imperia, poteſtas, legationes, cum Senatus creuerit, populusve iuſſerit, ex vrbe execunto.

Duella iuſta, iuſtè gerunto.

Socijs parcunto: ſe & ſeruos continento.

Populi ſui gloriam augento, domum cum laude redeunto.

Rei ſuæ ergò, ne quis legatus eſto.

22 *De Tribunis † plebis.*

Plebes, quos pro ſe contra vim auxilij ergò creaſſit, Tribuni eius ſunto.

Quodq́ue hi prohibeſſint, quodq́; plebem rogaſſint, ratum eſto.

Sanctiq́ue ſunto: neve plebem orbam tribunis relinquuntor.

23 *De † Senatu.*

Omnes magiſtratus auſpicium, iudiciumq́ue habento.

Exq́ue ijs Senatus eſto: eius decreta rata ſunto.

At ſi poteſtas par, maiorve prohibet, S. C. præſcripta ſeruanto.

Is ordo vitio vacato, cæteris ſpecimen eſto.

24 *De † Suffragijs.*

Creatio magiſtratuum, & ludicia, populi iuſſa, vetita, cum Senatus ſuffragio conſciſſentor: optimatibus nota, plebi libera ſunto.

25 *De † Quæſtoribus.*

At ſi quid erit, quod extrà magiſtratus coærario æſſuſſit, qui coæret, populus creato, eiq́ue ius coærendi dato.

26 *Quibus † ius ſit cum populo agendi, aut cum Senatu.*

Cum populo patribusq́ue agendi, ius eſto Conſuli, Prætori, Magiſtro populi, Equitumq́ue: eiq́ue quem produnt Patres, Conſulum rogandorum ergò.

Tribuniſq́; quos populus rogaſſit, ius eſto cum patribus agendi.

Iidem ad plebem, quod cenſuerint, ferunto.

27 *Præcepta iuris † de Magiſtratu.*

Quæ cum populo, quæ cum patribus agentur, modica ſunto.

Senator qui nec aderit, aut cauſa, aut culpa eſto.

Loco Senator, & modo Orator, cauſas populi tenento.

Vicini populi abeſto.

Par, maiorve poteſtas, plus valeto.

Aſt, qui turbabaſſit in agēdo, fraus autoris eſto.

Interceſſor rei malæ, ſalutaris ciuis eſto.

Qui agent, auſpicia ſeruanto.

Auguri publico patento.

De promulgatione † legum, de priuilegijs, de ſingulis rebus agendis. 28

Promulgata, propoſita, in ætario, cognita ſunto.

Nec plus quàm de ſingulis rebus ſemel conſulunto.

Rem populūm docēto: doceri à magiſtratibus priuatisq́ue patiuntor.

Priuilegia ne irroganto.

De capite ciuis, niſi per maximum comitium, olloſq́ue quos cenſores in partibus populi locaſſint, ne ferunto.

Donum ne capiunto, neve danto, neve petenda, neve gerenda, neve geſta poteſtate.

Quiſquis earum rerū migraſſit, noxiæ pœna par eſto.

Cenſores, fide legem cuſtodiunto: priuati ad eos acta referunto, nec eo magis lege liberi ſunto.

De iure † perſonarum, de Patria poteſtate, de Tutoribus & curatoribus. 29

Vendendi filium, patri poteſtas eſto.

Tutores liberis in poteſtate, teſtamento parentes danto.

Si non ſint dati: agnati qui ſucceſſionē ſperant, tutores ſunto.

Sed ſi aliqua ſit inſidiarum ſuſpicio, apud alios pupillus educator.

Tutor cum pupillorum matre ne habitato.

Prodigo bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta eſto.

Si furioſus exiſtet, agnatorum, gentiliumq́; in eo, pecuniaq́; eius poteſtas eſto.

Suſpecti tutores remouentor.

Filius arte carens, patris incuria, eidem vitæ neceſſaria ſubſidia ne præſtato.

Alioqui parentes educare cogitor.

In X. menſe legitimus infans naſcitor.

Vendendi ſtatu liberos ius poteſtasq́; eſto.

De † ſuis & legitimis hæredibus. 30

Inteſtatorum hæreditates, primò ſuorum hæredum, velint, nolintve, ſunto.

His deficientibus, adgnatus proximus familiam habeto.

Si libertus ab inteſtato moriatur, nullum hæredem ſuum reliquens, patronus ei ſuccedito.

De ſucceſſione teſtamentaria, † & de legatis. 31

Hæreditates in teſtamento iure facto datæ, ratæ ſunto.

Vti quiſq; legaſſit ſuæ rei, ita Ius eſto.

Qui erit teſtator, libripensve fuerit: ſi graui crimi-

crimine damnetur, teſtimonium feriatur, improbus, inteſtabiliſq́; eſto.

32 *Familiæ † herciſcundæ.*

Cohæredes à communione diſcedere volentes, agunto.

Pro hęreditaria parte, debitores hęredibus obligati ſunto.

Pro portionibus hæreditarijs, hæredes tenento.

33 *De iudicijs, de in ius vocando, † de Dilationibus.*

Iudicem arbitrumve iure datum, qui ob rem dicendam accepiſſe pecuniam conuictus eſt, capite punito.

•Ioue tonante, fulguranteve, comitia ne ſunto.

Si quis in Ius vocatur, ſi morbus, æuitasve vitium extitit, qui In Ius vocabit, iumentum dato: ſi nolit, arceram ne ſternito.

Si ſtatus dies ſit, cum hoſte venito.

Aduerſus hoſtem æterna autoritas eſto.

Si iudex, vel alteruter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, dies iudicij diffuſus eſto.

34 *De † re iudicata.*

Aeris confeſſi, rebusq́ue iure iudicatis, triginta dies iuſti ſunto.

Pòſt deinde manus iniectio eſto: in ius ducito, ni iudicatum facit.

Aut qui pſeudo eo in iure vim dicit, ſecum ducito, vincito aut neruo, aut compedibus 15. pondo: ne minore, aut ſi volet, maiore vincito.

Si volet, ſuo viuito.

Ni ſuo viuit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato: ſi volet, plus dato.

In vinculis, ſexaginta dies habeto.

Inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætorem In comitium producito: quantæq́; pecuniæ iudicatus erit, prædicato.

Tertijs autem nundinis, ſi interea pactus non ſit, capitis pœnas dato: aut trans Tyberim peregrè venum ito.

Et ſi plures forent quibus reus eſſet iudicatus, tertijs nundinis partes ſecanto.

Si plus minúsue ſecuerũt, ſine fraude eſto.

Qui falſum teſtimonium dixiſſe cõuictus erit, è ſaxo Tarpeio deijcitor.

35 *De emptione & venditione, † de vſucapionibus.*

Venditæ res, & traditæ, poſt precium ſolutum, aut ſi alio modo ſatisfactum exiſtat, emtori adquIruntor.

Furtiuæ res non vſucapiuntor.

36 *De ſeruitutibus, † & finibus regundis.*

Viæ latitudo in porrectum octo pedes: in anfractum, id eſt, vbi flexum eſt, ſedecim habeto.

Si qui ſepem vel maceriam, iuxta alterius regionem effoderint, terminum ne excedunto.

Si autem murum, pedem vnum: ſi domũ, duos pedes relinquunto.

Si verò ſepulchrum aut foueã effoderint, quantum ſit profundum, tantundem relinquunto.

Si puteum, paſſum.

Oliuam autem aut ficum, nouem pedes ab extranea regione plantanto.

In cæteris autem arboribus, quinque pedes ſeruanto.

Si in agrum alterius arbor impendeat, vſq; ad 15. pedes à terra altius coercito.

Et ne vmbra arboris vicino prædio noceat, ſexdecim pedes altius ramos arboris circumcidito.

Glandem in alienum fundum procidentẽ colligere fas eſto.

Si aqua pluuia nocet, arceſto.

De iniurijs † alijsq́; delictis. 37

Defuncti iniuria non afficiuntor.

Si inIuriam alteri faxit, XXV. aſſes æris pœnæ ſunto.

Re, perſona, tempore, loco, atrociores iniuriæ iudicantor.

Si membrum ruperit meum, è pacto talio eſto.

Propter os verò fractum, nummariæ pœnæ conſtitutæ ſunto.

Vim ingenuę virgini Inferre, aut eam ſuaſione in tuam ſententiam trahere caueto.

Sororem aut filiam in ſtupro deprehenſam, vendito.

Si puerum quis caſtrauerit, licèt precioſiorem fecerit, quadruplum præſtato.

Qui fruges excantaſſet, pœnas dato: neve alienam ſegetem pellexeris excantando.

Ne incantato: ne agrum defruganto.

Ne frugem aratro quæſitam, nocte furtim depaſcunto.

Puberes, ſi ſecanto, Cereri eos ſuſpẽdunto.

Impuberes arbitratu Prætoris verberanto, ac noxam duplionemve decernunto.

Qui ſecus faxit, & terminũ exaraſſit, ipſus & boues ſacri ſunto.

Matrimonia inter patres & plebeios ſeparata ſunto.

Qui hoſteis concitauerit, quive opem hoſti tradiderit, pœnam capitis dato.

Mœchum in adulterio deprehenſum necato.

Aſſiduo vindex, aſſiduus eſto.

Proletario ciui, quiuis volet, vIndex eſto.

Si quadrupes pauperiem fecerit, animal quod commiſit noxam dato, aut noxæ æſtimationem ferto.

De † furtis.

Furem qui manifeſto furto deprehenſus erit, ſi furtum aut noctu faciat, aut interdiu, cũ prehenderetur, ſi telo defendat, occidito. 38

E cæteris manifeſtis furibus, liberos verberato: & ei cui luci factum furtum erit, ſi ſe telo non defendant, addicito.

na calamitate documentum damnum illis, ca
uendæ ſimilis iniuriæ. quod ad ſe attineat, v-
xorem ſibi fato ereptam: filiam, quia non vl-
trà pudica victura fuerit, miſeram, ſed hone-
ſtam mortem occubuiſſe: non eſſe iam Appij
libidini locum in domo ſua: ab alia violētia
eius, eodem ſe animo ſuum corpus vindica-
turum, quo vindicauerit filiæ: cęteri ſibi ac li-
beris ſuis conſulerent. Facinus itaque hoc ſe-
ditionem maximam in caſtris excitat: ſuccla
matque multitudo, nec illius dolori, nec ſuæ
libertati ſe defuturos ad arma conclamant,
ſigna vellunt: cum agmine ad vrbē, & Auen-
7 tinum † inſidunt. Paulò pòſt in montem Sa-
crum à Decēuiris ſeceſſerunt. Placata deinde
per patres plebs, ſe redituram eſſe profeſſa eſt,
ſi Decemuiri inſignia magiſtratus depone-
rent & Cōſularis poteſtas reuocaretur, & Tri
buni plebis reſtituerentur. Quibus conditio-
nibus à Senatu acceptis, & facto S.C vt Decē-
uiri ſe primo quoq; tempore magiſtratu ab-
8 dicarent: abdicatis † his, tribuni plebis decem
iterum creantur. Sexageſimo hoc poſt reges
exactos anno factum eſſe, ſcribit Cicero de Fi
nibus, inquiens: L. Virginius ſexageſimo an-
no poſt libertatem receptam, Virginiam filiā
ſuam manu occidit potiùs, quàm ea Appij
Claudij libidini, qui tum erat ſummo in im-
perio, dederetur. Comitijs porrò, vt ait Liui-
us, Conſularibus habitis, per interregē Con-
ſules creantur, L. Valerius Potitus, & Hora-
tius Barbatus. Iidem magiſtratum ſtatim oc-
cœperunt Decemuiri itaque, authorę Liuio,
in tertium annum continuarunt, & poſt ter-
tium annum Conſules denuò inierunt. Ru-
fus enim tantùm per biennium Decemuiros
Reipub. pręfuiſſe: Tacitus Decemuiralem po
teſtatem non vltra biennium valuiſſe, tra-
dit. Abdicare igitur imperio iuſſi ſunt anno
CCCIIII. minus inſignis, quia non diuturna
mutatio fuit. Læta enim principia magiſtra-
tus eius nimium luxuriauēre. eò citius lapſa
res eſt: repertumque duobus vti mandaretur
Conſulum nomen, Imperiumque.

ANNO VRBIS 304. L. Valerius, & M.
Horatius Coſſ. leges pro populo tres tule-
runt.

Cùm enim in controuerſia eſſet, Patresne
plebiſcitis tenerentur: legem Centuriatis co-
9 mitijs tulerunt, vt quod plebs † tributim iuſ-
ſiſſet, populum teneret. Qua lege Tribuni-
tiis rogationibus telum acerrimum datum
eſt.

Secunda fuit de prouocatione, quæ anteà
Decemuirali poteſtate euerſa erat: ne quis vl
10 lum magiſtratum † ſine prouocatione crea-
ret. Quòd ſi aliquis creaſſet, eum occidi ius,
faſque eſſet, neve ea cædes capitali noxæ ha-
beretur. Liuius lib. 3. Dionyſ. lib. 10.

Tertia ad Tribunitiam poteſtatem perti-
nebat. Sanxerunt enim, vt caput eius qui Tri-
bunus plebis, Aedilibus, Iudicibus nocuiſſet,
Ioui ſacrum eſſet: & familia ad ædem Cere-
ris, Liberi, Liberæq; venum irent.

Inſtitutum etiam eſt ab iiſdem Coſſ. vt Se-
natuſconſulta in ædem Cereris ad ædiles ple-
bis deferrentur: quæ antè arbitrio Conſulum
ſupprimebantur, vitiabanturque.

His etiam Coſſ. M. Duillius tribunus ple-
bis, plebem rogauit, plebsque ſciuit: qui ple-
bem ſine Tribunis reliquiſſet, quique magi-
ſtratum ſine prouocatione creaſſet, tergo ac
capite puniretur. Hac igitur Tribunitia pote-
ſtate fundata, Tribuni aggredi ſingulos tutū
maturumque iam rati, accuſatorem primùm
Virginium & Appium reum delegerunt. Li-
uius lib. 3. Dionyſ. lib. 10.

ANNO VRBIS 305. Herminio, Virginio
Coſſ. L. Trebonius Trib pleb. legem tulit, vt
qui plebem Romanam Tribunos plebis ro-
garet, is vſque eò rogaret, dum decem Tribu-
nos plebis faceret. Qua lege Tribunorum co-
optatio collegio adempta, in populū Roma-
num tranſlata eſt. Liuius lib. 3. & 5.

¶ Anno Vrbis 309 M. Genutio & P. Curia-
tio Philone Coſſ. Canuleius Tribunus ple-
bis contra Decemuiralem legem, qua ſanci-
tum erat, ne liceret patricijs connubio iungi
cum plebeijs, legem contrariam tulit, vt con-
nubia † promiſcua eſſent patribus, plebique. 11
Neque enim liberæ ciuitati conſentaneum,
eſſe maximam partem ciuium, veluti conta-
minatam, indignam connubio haberi. Con-
tra hanc legem acerrimè patres dimicabant.
Contaminari enim ſanguinē ſuum, confun-
diq; iura gentium exiſtimabant: vnde ſeque-
retur perturbatio priuatorum auſpiciorum,
& publicorum.

Cùm autem eodem tempore lex promul-
gata eſſet, vt alter Conſul ex plebe crearetur,
& plebs in hoc acriter incumberet, veriti pa-
tres, ne ſi Canuleiam rogatio non concede-
rent, alteri aſſenſum præbere cogerentur: vt
lex de connubio ferretur, conceſſēre. Liuius
lib. 4. Auguſtinus lib. 3. cap. 37. de ciuitate Dei:
vbi tertiam cauſam diſcordiæ inter plebem
& patricios, dicunt fuiſſe hanc matrimonio-
rum indignitatem.

QVINTA MVTATIO REIPVB. ROMANAE, QVAE CONTIGIT anno vrbis 310.

CAPVT XXIIII.

Tribuni militum Conſulari poteſtate præditi, creati.

SVMMARIA.

1 *Conſulum ſeu de plebe ſeu de patribus faciendorum, vt po
pulo poteſtas eſſet, rogatio à Tribunis lata.*

2 *Canuleij Tribunipl. pro ſuis legibus diſſertatio.*
3 *Tribuni militum Conſulari poteſtate creati.*
4 *Tribunorum militarium ſeu legionariorum officium. eorumq́; duo genera, nu. 5.*

CAVSA ET OCCASIO.

C.Canuleius tribunus pleb. poſt abro
gatam legem Decemuiralē de ma-
ritandis ordinib. mentionem ſen-
ſim intulit, vt alterū ex plebe Con-
ſulem liceret fieri: eò proceſſit deinde, vt ro-
gationem nouem Tribuni promulgarent, vt
populo poteſtas eſſet, ſeu de plebe ſeu de pa-
1 tribus vellet, †Conſules faciendi. Quam rem
Patres ægerrimè tulerunt. Nam non vulgari
modò cum infimis, ſed prorſus auferri à pri-
moribus ad plebem ſummum imperium cre
debanr, colluuione gentium perturbationem
auſpiciorum publicorum priuatorumq́; af-
ferri, ne quid ſinceri, ne quid incontami-
nati ſit, vt diſcrimine omni ſublato, nec ſe
quiſquam, nec ſuos noнerit. Quam enim aliā
vim connubia promiſcua habere, niſi vr fe-
rarum propè ritu vulgentur concubitus ple-
bis, patrumq́; ? vt qui natus ſit, ignoret cuius
ſanguinis, quorum ſacrorum ſit: dimidius pa
trum ſit, dimidius plebis, ne ſecum quidem
ipſe concors. Parum id viderl, quòd omnia
diuina humanaq́; turbentur: iam ad Conſu-
latum vulgi turbatores accingi. Et primò, vt
alter Conſul ex plebe fierer, id modò ſermo-
nibus tentaſſe: nunc rogari, vr ſeu ex patribus
ſeu ex plebe velit, populus Conſules creet: &
creaturos haud dubiè ex plebe ſeditioſiſſimū
quemque. Canuleios igitur, Iciliosq́ue Con-
ſules fore. ne id Iupiter optimus maximus ſi-
neret, Regiæ maieſtatis eò recidere: & ſe mil-
lies morituros potiùs, quàm vt tantum de-
decoris admitti patiantur. Certum habere,
maiores quoque, ſi diuinaſſent, concedendo
omnia non mitiorem in ſe plebem, ſed aſpe-
riorem, alia ex alijs iniquiora poſtulando,
cùm prima impetraſſet, futurā: primò quam-
libet dimicationem ſubituros fuiſſe potiùs,
quàm eas leges ſibl imponi paterentur. Quia
tum conceſſum ſit de Tribunis, iterum con-
ceſſum eſſe. Finem non fieri poſſe: in eadem
ciuitate Tribunos plebis eſſe, & patres: aut
hunc ordinē, aut illum magiſtrarum tollen-
dum eſſe: potiusq́; ſerò quàm nūquàm, obuiā
eundum audaciæ temeritatiq́ue illi, ne vt im
punè primò diſcordias ſerentes, concitent fi-
nitima bella. Cū maximè hæc in Senatu age-
2 rentur, Canuleius † pro legibus ſuis, & aduer-
ſus Conſules ita diſſeruit: Patres contemnere
plebē, indignos indicare vt ſecum vnà in vr-
be intra eadem mœnia viuant: etſi non eaſdē
opes habeant, eandem tamen patriam inco-
lere. Plebi cum patribus connubium ſe pe-
tiiſſe, quod finitimis externisque dari ſolet.
Altera lege nihil noui latum eſſe: ſed id quod
populi eſt, repetitum atq; vſurpatum, vt qui-
bus velir populus Romanus honores māder.
Non igltur præſcindi ſpem plebeio, adſert ex-
empla. Numa Pompilius non modò non pa
tricius, ſed ne ciuis, ex Sabino agro accitus,
popnli iuſſu, patribus authoribus Romæ re-
gnauit. L. Tarquinius non modò Romanæ,
ſed ne Italicæ quidem gentis incola, ab Tar-
quiniis, viuis liberis Anci rex factus eſt. Ser-
uius Tullins matre ſerua, ingenio & virtute
regnum tenuit. Ergo dum nullum faſtiditur
genus, in quo eniteret virtus, creuiſſe Roma-
num imperium ait. Deinde in maximam ple
bis contumellam redundare, ne connubium
patribus cum plebe eſſet, diſſerlr. Nihil enim
aliud eſſe, quàm exilinm intra eadem mœ-
nia quàm relegationem pati, ne affinitatibus,
ne propinquitatibus im miſceantur. Multa a-
lia in hanc ſententiam dixit. Cùm itaque
Tribunum acerrimum autorem plebs nacta
eſſet, & ipſa cum eo pertinacia certaret, & ap-
pareret aut hoſtibus aut ciuibus de victoria
concedendnm eſſe: res eò deducta eſt, vr Tri-
bunos militum † Cōſulari poteſtate promiſ- 3
cuè ex patribus ac plebe creari ſinerēt: de Con
ſulibus creandis nihil mutaretur. Eo conten-
ti Tribuni, contenta plebs fuit. Anno itaque
trecenteſimodecimo, quàm vrbs Roma con
dita erat, primnm Tribuni militum pro Con
ſulibus magiſtratum ineunt, A. Sempronius
Atratinus, L. Attilius, T. Cæcilius: quorum in
magiſtratu concordia domi, pacem etiam ſo
ris præbuit. Non tamen pro firmato iam ſte-
tit magiſtratus eius ius: quia tertio menſe quā
inierant, augurum decreto perinde ac vitio
creati, honore abiêre: quòd C. Curiatius, qui
comitijs eorum præfuerat, parùm rectè raber
naculum cœpiſſet. Liuius lib. 4.

Plurimùm autem hi à Tribunis militum
in legionibus differunt. Nam horum † offi- 4
cium eſt, milites in caſtris continere, ad exer-
citationē producere: claues portarum ſuſci-
pere, vigilias interdum circumire, frumenta-
tionibus cōmilitonum intereſſe, frumentum
probare, mēſorum fraudem coercere, delicta
ſecundùm ſuæ autoritatis modum caſtigare,
principijs frequenter intereſſe, querelas com
militonnm audire, valetudinarios inſpicere.
Illi verò & imperio & inſignibus Cōſularib.
vtebantur. Pedian. in Verr. de Tribunis le-
gionarijs ſic loquitur: Tribunorum, inquit,
militarium duo † ſunt genera. Primum, eorū 5
qui Ruſuli dicuntur: hi in exercitu creari ſo-
lent. Alij ſunt comitiati, qui Romæ comitijs
deſignantur. Et Polyb. libr. 6. de Repub. De-
ſignatis Conſulibus, poſteà Tribunos mili-
tum creauit, qui habent annua quinq; ſtipen-
dia. His deinde adijciunt decem, quos creant
ex ijs qui ſuprà quinque, vſque ad decem ha-
bent

ſient annua ſtipendia : pedites autem, qui ſex & eò amplius habent annua ſtipendia. Faciũt horum mentionem multis in locis Liuius, Suetonius, Plutarchus, Plinius.

CAPVT XXV.
Cenſores creati.

SVMMARIA.

1 *Cenſores quo anno, & quomodo primùm creati.*
2 *Cenſores vnde dicti.*
3 *Cenſorum officium, & dignitas. nu. 4. & poteſtas. nu. 5. & 7.*
6 *Cenſura olim quinquennalis, deinde annua, & ſemeſtris. num. 8.*
9 *Libertatis maxima cuſtodia, ſi magna imperia non ſint diuturna.*
10 *Leges anno V.C. 322. 324. 370. 376. à Tribunis pl. & Conſulibus variæ latæ. & nu. 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 18.*
17 *Conſul è plebe creatus primus L. Sextius.*
19 *Aediles duo ex patribus creati, lege Camilli.*
20 *Camilli Dictatoris victoria de Gallis, & triumphus.*

1 ANnus CCCX. initium dedit † Cenſoribus: Ortum autem eius rei initium eſt, Liuius ſcribit, quòd in populo per multos annos incenſo, neque differri cenſus poterat, neq; Conſulibus, cùm tot populorum bella imminerent, operæ erat id negotium agere. Mentio illata ab Senatu eſt, rem operoſam, & minimè conſularem, ſuo proprio magiſtratu egere, cui ſcribarũ miniſterium, cuſtodiaq; & tabularum cura, cui arbitriũ formulę cenſendi ſubijceretur. Et patres, quanquàm rem paruam, tamen quò plures patricij magiſtratus in Repub. eſſent, læti accepêre, id quod euenit: futurum rati, vt mox ope eorum qui præeſſent, ipſi honori ius maieſtatemq; adijcerent. Et Tribuni, id quod tunc erat, magis neceſſariã quàm ſpecioſi miniſterij procreationem intuentes, haud ſanè tetendêre. Hæc
2 Liuius. Addit, Cenſores † dictos à cenſendo. Varro ait dictos eſſe, ad quorum cenſionem, id eſt arbitriũ, populus cenſeretur. Feſtus cenſores nuncupatos ſcribit, quòd rem ſuã quiſq; quæ æſtimare tanti ſolitus eſſet, quantum illi cenſuiſſent. De horum officio ſic loquitur
3 Cicero libr. 3. de Legibus: Cenſores † populi æuitates, ſoboles, familias, familiasq; cenſento. Vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento. Equitum, peditumque prolem deſcribunto. Cœlibes eſſe prohibento. Mores populi regunto. Bini ſunto. Magiſtratum quinquennem habento : eaque poteſtas ſemper eſto. Plutarchus in vita Catonis Cenſorij ſic ait : Annos decem Cato poſt conſulatum
4 cenſuram ambiuit: quæ cùm omnium † magiſtratuum facilè princeps ſit, vniuerſę rei ſupremum & perfectiſſimum locũ habet. Hæc cùm alias res, tum verò vt mores vitasq; diſcutiat, plurimo imperio ac poteſtate eſt, vt quę de nuptijs, de liberorum procreatione, de viuendi ratione, de cõuiuijs diligenter inquirat. Nullam deniq; omnium cupiditatum ac inſtitutionum eſſe, quam adoriri ac indagare non oporteat. His enim putabant longè facilius, quàm publicis muneribus, aut ijs quæ in oculis hominum fiunt, hominũ mores eum poſſe deprehẽdere, qui ſeueritate diſciplinæ, ne quis ad voluptatem verteretur, cuſtodiret: & acerrimè coerceret, ne quis patriam ac cõſuetam viuendi diſciplinam trãſgrederetur. Ad hoc igitur munus alter patricius, alter verò plebeius deligebantur, quos Cenſores appellabant. His licebat, & integrum erat, è Se-
natu † eos eijcere, & illis equum adimere, qui 5
flagitioſe ac intemperanter degerẽt. Ipſi quoque ſacrificiorum precia curabant, & deſcriptionibus genera & Reipub. officia diſtinguebant. Hęc Plutarchus. Liuius lib. 40. Comitijs perfectis, Cenſores in campo ad aram Martis in ſellis curulibus cõſederunt. Eorum autem officium erat, legere Senatum, recẽſere equites, agere cenſum, luſtrum condere. In omnibus precationibus hæc verba nuncupabant: Vt ea res mihi collegæque meo benè & feliciter eueniat. Solebãt autem Cenſores quin-
to † quoque anno creari. Mam. Aemilius de- 6
inde legem tulit, vt cenſura quæ anteà quinquennalis fuerat, annua & ſemeſtris eſſet. Pe-
dian. in Diuinat. Hi † prorſus ciues ſic nota- 7
bant, vt qui Senator eſſet, eijceretur Senatu: qui eques Romanus, equum publicũ perderet : qui plebeius, in Ceritum tabulas referretur, & ærarius fieret, ac per hoc non eſſet in albo centuriæ ſuæ, ſed ad hoc eſſet ciuis tantũ, vt pro capite ſuo tributi nomine æra penderet. Iidem completo quinquennio vrbem luſtrabant, & Suouetaurilia ſacrificia de ſue oue tauro faciebant. Eorum notam ſucceſſores plerumq; ſoluebant.

Anno vrbis 320. Manilius Aemylius dictator legem tulit, ne plus quàm annua ac ſe-
meſtris † cẽſura eſſet, cùm vetere inſtituto vel 8
12. Tab. lege hic magiſtratus quinquẽnio duraret. Indignum enim eſſe Aemylius putauit cũ alij magiſtratus annui eſſent, magnus magiſtratus quinquennium duraret. Libertatis
etiam maximam † eſſe cuſtodiam dixit, ſi ma 9
gna imperia diuturna non ſint. Liuius lib. 4. & lib. 9. Floruit hoc tempore Socrates.

Anno vrbis 322. L. Pinarius tribunus plebis
legem † tulit de ambitu, ne cui album veſti. 10
mentum addere petitionis cauſa liceret. Quæ tamen lex non tenuit Liuius lib. 4.

Anno vrbis 324. L. Papyrius & L. Iulius
Coſſ. legem tulerunt de mulctarum † ęſtima- 11
tione, valdè quidem populo gratam, cum ea à Tribunis parari, vnius ex collegio proditione excepiſſent. Liuius lib. 4. Secundò tulit le-
gem, vt † aſſes aſſes eſſent ſemiunciales: cùm 12
olim vario diuerſoq; põdere pro ratione ſta-

tuque

tuque Reipub cudetentur. Plin. libr.33.cap.3.
Feſtus lib.3.in voce Seſtertius.

Anno Vrbis 370. L. Cornelius tribunus
13 militum,cum collegis legem tulit, ne † quis
patricius in arce aut Capitolio habitaret.
Liuius lib.4. Dionyſ.lib.4.Biennio antè,Ro-
ma à Gallis capta eſt.

Anno Vrbis 376. & ſequenti, C. Licinius
14 tribunus plebis quatuor leges tulit. Vnam †
agrariam: Ne quis plusquinquaginta iuge-
ra agri,centum pecoris maioris capita, quin-
genta minoris poſſideret. Liuius lib.6. Var-
ro in lib.de re ruſtica. Appian.in lib.1.de bel-
lo ciuili. Gellius libro 20.cap.1. Velleius lib.
2. Plutarchus in Camillo, & Gracchis. Se-
cundam, quæ tamen primùm promulgata
15 eſt,de † ære alieno minuendo: vt deducto eo
de capite, quod vſuris pernumeratum eſſet,
id quod ſupereſſet, triennio æquis portioni-
bus perſolueretur. Hæc lex maximè plebi pla
cuit, exhauſtæ fœnore, atque ære alieno ob-
rutæ. Liuius lib.6. Tertia lex fuit,renouatio
legis Canuleiæ,quæ lata eſt anno vrbis 309. vt
16 † alter Conſul ex plebe crearetur. Liuius lib.
6. Soli enim patricij in maiorum magiſtra-
tuum poſſeſſione erant: quæ res plebis poten-
tiam vehementer debilitabat. Omnium igi-
tur ſimul rerum, quarum immodica cupido
inter mortales eſt, agri, pecuniæ, bonorum
diſcrimine propoſito,conterriti patres trepi-
darunt initiò, & pertinaciſſimè contra hanc
legem pugnarunt. Contentiones refert Li-
uius. Tandem victi,legem perferri paſſi ſunt:
17 & L.Sextius de plebe † primus Coſ.factus eſt.
Hæ autem tres leges ciuitatem diſcordia la-
borantem, propter ordinum diſſidia in con-
cordiam reduxerunt: ſimulque & patrum ni-
miam potentiam caſtigarunt, & plebeiā hu-
militatem ita extulerūt, vt deinde plebs à pa-
18 tribus contemni deſierit. Quarta fuit, Ne †
Tribunorum militum comitia fierent, ſed
Conſulum, & vtiq; alter ex plebe crearetur.
Liuius lib.6.

Anno vrbis 386. M.Furius Camillus dicta-
19 tor tulit, vt duo ædiles † ex patribus crearen-
tur, quemadmodum tribunitia lege alter
Conſulum ex plebe. Liuius libro 6. Hoc an-
no bellatum eſt cum Gallis ad Anienem flu-
men: fugati cæſique amiſſis caſtris Galli, Di-
20 ctatore † Camillo, & victoria ingenti relata,
ei Senatus plebis conſenſu triumphum de-
creuit. Plutarchus in vita Camilli. Polybi-
us tamen libr.1. Camillum cum Gallis dimi-
caſſe ad Albam author eſt, anno poſt Ro-
mam captam 30. Plutarchus & Polyænus an-
no 13.cùm tamen 23.annus hic ſit,ex quo vrbs
capta eſt. Liuius pugnam ad Anienem cum
Gallis in annum 392.reijcit: Liuium ſequitur
Zonaras.

SEXTA MVTATIO REIPVB. ROMANAE, QVAE CONTIGIT ANNO Vrbis 387.

CAPVT XXVI.

Prætor creatus,& Aediles Curules.

SVMMARIA.

1 Prætura Romæ introducta.
2 Aediles Curules primùm creati.
3 Lex Genutia Aemilia de officio Prætoris.
4 Clauus, nota numeri annorum.
5 Lex Pætilia de ambitu.
6 Lex Manlia de viceſima.
7 De fœnore, ne maius vnciario exerceretur, lege cautū.
8 Lex, de eodem Magiſtratu intra decennium non repetendo.
9 Lex ſacrata militaris.
10 Publilij Dictatoris leges aduerſus Senatum.
11 Lex Petilia & Papyria de ære alieno grauatis.
12 Fœneratoris Papyrij crudelitas & libido.
13 Aeri alieno bona debitoris, non corpus obnoxium.
14 Tribuni militum vt à populo crearentur, lege cautum.
15 Prouocationis lex à familia Valeria ter repetita.
16 Sacerdotum numerus auctus, & dignitas plebi conceſſa.
17 Hortenſia lex de Plebiſcitis, & de Nundinis.
18 Lex Glicia, de Teſtamentis.
19 Senatoribus naues habere quandaꝫ legibus prohibitum.
20 Mulierum luxus lege coërcitus.
21 Ludi Apollinares in ſtatam diem coniecti.
22 Lex Cincia, de patrocinijs tenuioribus gratuitò præſtandis, ad quam Paulus I.C. ſcripſit. nu. 23.
24 Auſonij locus eleganter explicatus.
25 Carthaginenſibus pax lege data.
26 Epulones propter ſacerdotia lege creati.
27 Lex Acilia, de pecunijs repetundis.
28 Lex de Conuiuiorum ſumptibus lata.
29 Per milites luxuria externa in plebem deriuatur.
30 Lex de ambitu, à Cornelio & Bæbio lati.
31 Lex Hoſtilia, vt alieno nomine quibuſdam caſibus agere liceat.
32 Obnunciare quid ſit.
33 Lex Fannia de ſumptibus, quæ ad totam Italiam poſteà porrecta eſt, nu. 38.
34 Lex de repetundis, quam Cicero ſocialem vocat num. 35.
36 Quæſtiones perpetuæ quando primùm inſtitutæ, & cur ſic dictæ. & earum Prætores, Quæſtores. nu. 37.
39 Lex Voconia, de mulierum ſucceſſionibus imminuendis.
40 Suffragium non voce, ſed tabella, vt ferretur, lege cautū. nu. 42. & nu. 43.
41 Tabella, ſeu ſuffragij per tabellam ferendi, libertas.
44 Lex, de ſuffragijs tabella ferendis iterum repetita, & ad perduellionis quoq; iudicium extenſa.
45 Sacerdotiorum cooptio populo quadantenus impertita. & rurſus adempta. nu. 61. & iterum reſtituta. nu. 83. & 84.
46 De ſeditioſis ciuibus etiam diebus feſtis quærilicere.
47 C. Marij in optimates ſæuitia.
48 Lex de legibus ſeparatim ferendis.
49 Lex ſumptuaria à P. Licinio Craſſo lata, poſt veteres, Orchiam, Fanniam, & Didiam.
50 Cœna centuriata vnde dicta.
51 Antoninus Pius omnes in orbe Rom. ciues Romanos fecit.
52 Lex Iudiciaria.
53 Lex Plautia, de quindenis iudicibus ex ſingulis tribubus creandis.

54 Lex

54 Lex Plautia, de vi, & rebus vi poſſeſsis.
55 Capitalium rerum cognitio olim populo reſeruata.
56 Sylla quæſtiones publicas ac perpetuas conſtituit: & de varijs rebus leges tulit.
57 Lex repetundarum à Sylla confirmata.
58 Lex ſumptuaria à Sylla lata, de conuiuijs, & de funeribus. nu. 59
60 Tribunis plebis ferendarum legum ius à Sylla ademptum.
62 Leges Corneliæ de maleficijs variæ à Sylla latæ.
63 Lex Cornelia, de ſicarijs & veneficis.
64 Quæſtio de ſicarijs diu non perpetua, ſed extraordinaria.
65 Lex Cornelia, de falſis.
66 Lex Cornelia, de iniurijs.
67 Lex de parricidijs à Sylla lata, à Pompeio emendata.
68 Lex Cornelia, de Teſtamentis.
70 Mortis pœnam Romanis primus Sylla introduxit.
71 Sylla phthiriaſi mortuus, & honorificè ſepultus.
74 Sepulchri Syllæ inſcriptio.
73 Lex ſumptuaria de cibis, quibus cœna inſtruerentur.
74 Iudicia Senatoribus & Equitibus æqualiter commiſſa. & nu. 81.
75 Ambitus duplex eſt: licitus, & illicitus ſeu infamis. nu. 76.
77 Lex de Ambitu à Piſone Conſule lata: & à Cicerone Conſule: nu. 78. & à Cicerone Trib. pleb. nu 79.
80 Lex frumentaria.
82 De fœnore lex à Gabinio lata.
85 Iudæa quando primùm à Romanis ſubacta.
86 Lex, de legibus ferendis.
87 Lex de ſuffragijs ſeorſim ferendis.
88 Clodij Tribuni pleb. leges Reip. pernicioſa.
89 Collegia primùm à Numa Rege inſtituta. eorumq́; diſtributio & nomina varia. nume. 90. & 91. & iura ſingularia illis tributa. num. 92. & facultas legis ſibi ferendæ. num. 93.
94 Collegia, quæ aduerſus Rempub. ſunt, tollenda.
95 Pœna Collegiorum illicitorum vnde ſumpta.
96 Cenſoria poteſtas lege Clodia nonnihil imminuta.
97 Scribarum Quæſtoriorum magna olim dignitas.
98 Scribis negotiatio lege interdicta.
99 Clodij leges aduerſus Ciceronem, & nu. 100. & alia nonnulla. nu 101. 102. & 103.
104 Lex de Moneta.
105 Victoriatus nummus quando percuſſus, & qualis.
106 Ciceronis reditus in Vrbem, & in Senatum lege conceſſus.

ANnus hic, ab vrbe condita 387. vt Liuius inquit, inſignis fuit noui hominis Conſulatu, inſignis nouis duo-
1 bus magiſtratibus: Prætura, † & Curuli ædilitate. Hos ſibi patricij quæſiuere honores, pro conceſſo plebi altero Conſulatu. Plebes Conſulatum L. Sextio, cuius lege partus erat, dedit: patres præturam Sp. Purio M. filio Ca-
2 millo, ædilitatem † Cn. Quinctio Capitolino & P. Cornelio Scipioni, ſuarum gentium viris, gratia campeſtri cœperunt. L. Sextio collega ex patribus datus L. Aemilius Mamercus. Hæc Liuius libro 7. Quæ autem fuerit cauſa creandi prætores, quod fuerit ipſorum officium, qua ratione auctus fuerit numerus Prætorum, tradetur lib. 2. vbi & de Senatuſconſ. & de prudentum reſponſis dicetur.

Anno Vrbis 390. C. Genutius, & L. Aemylius legem tulerunt ex Senatuſconſulto, quæ ab authoribus Genutia † Aemylia dicta eſt, & 3
pertinet ad officium & munus Prætoris: vt qui Prætor maximus ſit, idibus Septemb. clauum pangat. Clauus autem, quia raræ per ea tempora literæ erant, nota † numeri annorũ 4
fuit. Quæ lex Mineruæ templo dicata fuit, quia numerus à Minerua inuentus ſit. Liuius lib. 7. Decad. 1.

Anno Vrbis 395. lata eſt lex Pætilia, † C. 5
Fabio Ambuſto & C. Plautio Proculo Coſſ. Vocata eſt Pætilia à C. Pętilio tribuno plebis. Ea rogatione non largitio aliqua vindicata eſt, ſed præpoſtera ambiendi ratio coercita, cùm noui quidam homines, præter morem nundinas & conciliabula obirent, ſibique hominum fauorem conciliarent, ſuffragiaque peterent. Liuius lib. 7.

Anno Vrbis 396. lata eſt lex Manlia † de vi- 6
ceſima, à Cn. Manlio Capitolino, & C. Manlio Rutilio, vt viceſima eorum qui manumitterentur, ad ærarium pertineret Liuius lib. 7. Quæ lex multiplicibus viceſimis & alijs partibus exigendis occaſionem præbuit.

Eodem anno facta eſt rogatio à tribunis Duillio & Menenio: & duæ leges latæ. Vna, de fœnore, † Ne maius vnciario exerceretur: 7
quam rogationem plebs aliquanto cupidius ſciuit, accepitque. Liuius lib. 7. Quamuis Tacitus libr. 5. fœnus vnciarium duodecim Tabularum legibus conſtitutum fuiſſe tradat. De quo tamen fœnore multæ deinde leges latæ ſunt poſterioribus temporibus, vt dicetur. Altera, Ne quis populum ſeuocaret: Quis hoc faxit, capitale eſſet. Liuius libro ſeptimo.

Anno Vrbis 411. C. Martio Rutilio 4. & Q. Seruilio Coſſ. L. Genutius tribunus plebis duas leges tulit. Vnam, ne fœnerare liceret: alteram, † ne quis eundem magiſtratum in- 8
tra decem annos caperet: nec duos magiſtratus vno anno gereret, & vt ambos Coſſ. plebeios creari liceret. Hęc tamen lex ſæpiùs obſeruata non eſt. Marius enim, vt Cymbros & Teutones debellaret, quinque Conſulatus continuos geſſit, cùm alius ad id bellum conficiendum magis idoneus non inueniretur: & C. Licinius Stolo, & L. Sextus decimum tribuni: deinde Iulius Cæſar cõtinuum Conſulatum, perpetuam Dictaturam, Præfecturamque accepit, Auguſtus perpetuam Tribunitiam in ſe recepit.

Eodem anno lata eſt lex Sacrata † milita- 9
ris, à M. Valerio Coruino Dictatore. Cùm enim milites adimẽdæ Campanis Capuæ conſilia iniſſent, atq; ſeceſſiſſent, vt recõciliarentur, M. Valerius Coruinus Dictator legem ſacratam militarem tulit, ne alicuius militis ſcripti nomen, niſi ipſo volente deleretur. &

ne

ne quis, vbi Tribunus militum fuiſſet, poſteà ordinum ductor eſſet. Liuius lib.7. vbi ait,ſe inueniſſe non Valerium dictatorem dictum, ſed per Conſulem rem omnem actam.atque non T.Quinctium, ſed per C. Manlium duces ſibi milites depopoſciſſe.

10 Anno Vrbis 414. Q. Publius Philo Dictator tres leges aduerſus Senatum tulit: vnam, vt Plebiſcita omnes Quirites tenerent: alteram, vt legum quæ Centuriatis comitijs ferrentur,ante initum ſuffragium,patres authores fierent: tertiam, vt alter vtique ex plebe, cùm eò ventum ſit vt vtrumq; plebeium fieri liceret.

Occaſio harum legum, quæ plebi ſecũdiſſimæ, nobilitati aduerſæ fuerunt, hæc fuit. Aemylius Conſul bello Pedanorum infecto, repentè omiſſo, quia collegæ decretum triumphum audiuit: ipſe quoque triumphi ante victoriam flagitator, Romam redijt. Qua cupiditate offenſis patribus, negantibuſque, niſi Pedo capto,aut dedito,triumphum hũc, alienatus ab Senatu, ſeditioſis Tribunatibus ſimilem Conſulatum geſſit.Itaque poſtquàm Senatus finire imperium Conſulibus cupiens, Dictatorem aduerſus rebellantes Latinos dici iuſſit Aemylius, cuius tum faſces erant.collegam Dictatorem dixit: ab eo Magiſter equitum Iun. Brutus dictus. Hæc Liuius lib.8.

Anno Vrbis 427.C.Petilius & L.Papyrius
11 Mugillanus ſiue Curſor,legem † ad populum tulerunt: vt nullus, niſi qui noxam meruiſſet,donec pœnam lueret, in compedibus aut neruo teneretur,neque ob æs alienum nectetur: ſed pecuniæ creditæ, bona debitoris, non corpus obnoxium eſſet.Qua lege,emendata fuit legis duodecim Tabularum ſanctio. Ex iure enim duodecim Tabularum conſtitutum fuit, vt debitores, ſi ſoluendo non eſſent,creditori ſeſe nexum dare cogerentur, vt miſer ſcilicet debitor,quòd in ære non haberet,lueret in corpore. Nexorum autem miſerrima erat cõditio, cùm ad omnes iniurias contumeliaſque creditorum expoſiti eſſent, eatenùs conſtricti multis laboribus, vt quaſi ſerui attererentur.Mutatum verò hoc ius 12. Tabularum eſt ob vnius fœneratoris libidinem,etſimul crudelitatem inſignem.L.enim
12 Papyrius † fœnerator, cui cum ſe C. Publius, ætate formaque præſtans adoleſcens,ob æs alienum paternum, nexum dediſſet: ergà eam ætatem & formam quæ miſericordiam elicere poterat, libidine & contumelia acceſſus, primò pellicere adoleſcentem ſermone inceſto.& de turpiſſimo obſequio appellare auſus eſt.Cuius Publij adoleſcẽtis aures cùm flagitium aſpernarentur, minis terriſſe,atque identidem admonere fortunæ cœpit. Poſtremò, cùm ingenuitatis magis quàm præſentis conditionis memorem videret, tractari iuſſit,verberaque afferri Quibus laceratus iuuenis,cùm ſe in publicum proripuiſſet,libidinẽ crudelitatemq; conquerens fœneratoris,ingens vis hominum cum ætatis commiſeratione atque indignitate iniuriæ accenſa,tum ſuæ conditionis liberumque reſpectu, in forum, atq; inde agmine facto ad curiam concurrit. Et cũ Coſſ. tumultu repentino coacti ſenatum vocarent, introeuntibus in curiam Patribus,laceratum iuuenis tergum,procumbentis ad ſingulorum pedes,oſtentabant. Victum eo die,ob impotentem iniuriam vnius, ingens vinculum fidei: iuſſique Coſſ. ferre ad populum, Ne quis,niſi qui noxam meruiſſet, donec pœnam lueret, in compedibus aut in neruo teneretur. Pecuniæ creditæ bona debi-
toris,† non corpus obnoxiũ eſſe. Ita nexi ſo- 13
luti: cautumq; in poſterum ne necterentur. Liuius lib.8.

Anno Vrbis 430.Sulpit.Aemilio Coſſ. M. Flauius tribunus pleb. legem tulit, vt in Tuſculanos animaduerteretur, quorum ope ac conſilio Veliterni Priuernateſque populo Romano bellum feciſſent. Polyb. libro ſecundo.

Anno Vrbis 435. Foſlio & Plautio Coſſ. L. Furius prætor legem tulit de iure Campanorum.Liuius lib.9.

Anno Vrbis 442.C. Iunio Bruto Bubulco III. & Q.Aemylio Barbula II.Coſſ. L.Aelius & C. Martius tribuni plebis legem tulerunt,
vt Tribuni † militum ſemideni in quatuor 14
legiones à populo crearentur: quæ anteà perquàm paucis ſuffragio populi relictis locis, Dictatorum & Conſulum fermè fuerant beneficia. Liuius lib.9.

Eodem anno M. Decius tribunus plebis alterum plebiſcitum tulit, vt Duumuiros nauales claſſis ordinandæ reficiendæque cauſa, populus iuberet.

Anno Vrbis 453.M.Valerius Coſſ. cum Q. Apuleio, legem de prouocatione tulit: qua eum qui prouocaſſet, virgis cædi, ſecurique necari vetuit. Si quis aduerſus eam feciſſet, nihil vltrà quàm improbè factum adiecit. Li-
uius libro 10. Hæc lex † ab eadem familia ter 15
lata & repetita eſt: à Pub. Valerio Publicola primùm: ſecundò à L. Valerio, ſtatim poſt duodecim Tabulas. tertiò, à M.Valerio, de quo hic loquimur. Cauſam huius legis ſæpius renouandæ, Liuius libro 10. refert: quòd plus paucorum opes,quàm libertas plebis poterant.

Eodem anno 453.Q.& Cn.Ogulnij, tribuni plebis rogationem promulgarunt, vt cùm quatuor Augures, quatuor Pontifices, eo tempore eſſent, placeretque augeri Sacerdo-
tum † numerum: quatuor pontifices, quin- 16
que augures, de plebe omnes adlegerentur:

cùm

cùm antea more à Regibus tradito, ſolis pa-
tricijs capere ſacerdotia liceret. Itaque patres
cùm hoc ius, cæteris per plebem ablatis, iam
ferè ſolum retinerent, quaſi prærogatiuam
quandam dignitatis ſuę, aliquandiù rogatio-
ni aduerſati ſunt: nec tamen animi ardore,
quãto ſuperioribus annis decertatum eſt, pa-
trib. iam vinci aſſuetis. Vnus Appius Claud.
vir vehemens & diſertus, propugnatorq; no-
bilitatis acerrimus, de ea rogatione grauiter
cum viro fortiſſimo P. Decio cõtendit. Vicit
tamen ad extremum pertinacia plebis.

Anno Vrbis 455. M. Curius Trib. pleb. M.
Fuluio & T. Manlio Coſſ. legem tulit, vt ante
comitia magiſtratuum, patres authores fie-
rent. Liuius lib. 10. Cice. de Clar. orat. Probus
de Viris illuſt.

Anno Vrbis 467. Q. Hortenſius Dictator
17 legem † tulit, vt eo iure quòd plebs ſtatuiſſet,
omnes Quirites tenerentur. quibus rogatio-
nibus aute Patricij non tenebantur. Gellius
lib. 15. cap. 27.

Extat alia lex Hortenſij de nundinis: vt
nundinæ, quæ prius erant feriæ, faſtæ eſſent:
vt ruſtici, qui nundinandi cauſa veniebant,
lites componerent. Macrob. lib. Saturnal. 1.
cap. 16.

Anno Vrbis 499. Tatius Labienus tribu-
nus plebis legem tulit, vt populus ſacerdotia,
quemadmodum olim lege Domitia, man-
daret: quum anteà ſacerdotes lege Cornelia
à Pontificum collegio crearentur. Dion li-
bro 37.

Anno Vrbis 504. M. Claudius Glitia Dicta
18 tor † legem tulit de teſtamentis. Hanc legem
interpretatus eſt Caius I. conſultus: & citatur
in l. 4. ff. de inoffi. teſtam.

Anno Vrbis 521. C Flaminius Tribunus
plebis legem tulit, vt ea regio Galliæ quæ Pi-
cenum vocatur, vnde Senones expulſi fue-
rant, militibus Romanis diuideretur. Poly-
bius lib. 2.

Anno Vrbis 535. Q Claud. trib. pleb. legem
tulit, adiuuante ex patricijs C. Flaminio: Ne
quis Senator, quive Senatoris pater fuiſſet,
19 maritimam † nauem, quæ plus quàm trecen-
tarum amphorarum eſſet, haberet. Liuius li-
bro 21. Huius legis mentionem facit Cicero
in Verrina: Noli, inquit, metuere, Hortenſi,
ne quęram, quin licuerit nauem ædificare Se-
natori. Antiquæ ſunt iſtæ leges, & mortuæ:
quemadmodum tu ſoles dicere, quæ verant.
Fuit iſta Reſpublica quondam, fuit iſta ſeue-
ritas in iudicijs, vt iſtam rem accuſator in ma
gnis criminibus obijciendam putarit. Hanc
deinde legem Iulius Cæſar in legem Iuliam
de Repetundis tranſtulit. Nam ex lege Iulia
repetundarum naues habere Senatoribus nõ
licuit. Scæuola in l. his qui naues. ff. de vacat.
& excuſat. muner. Refert Suetonius in Do-
mitiano, aliud huius legis Claudiæ caput:
Scribas Quæſtorios, negociantes ex cõnſue-
tudine, ſed contra Claudiam legem, venia in
præteritum donaſſe.

Anno Vrbis 540. C. Oppius tribunus ple-
bis, Q. Fabio Maximo, & Tib. Sempronio
Graccho Coſſ. in medio belli Punici legem
tulit, de coercenda mulierum † luxuria: ne 20
qua mulier plus ſemunciã auri haberet, neu
veſtimento verſicolori vteretur: neve iuncto
vehiculo in vrbe, oppidove, aut propius inde
mille paſſus, niſi ſacrorũ publicorum cauſa
veheretur. Quæ lex deinde à M. Portio Cato-
ne cõſule, iuſſu populi, ingenti fœminarum
gaudio antiquata eſt viceſimo anno pòſt quã
lata erat. Liuius lib. 34. Tacitus lib. 3.

Anno Vrbis 543 Claudio, Valerio Coſſ. L.
Atilius trib. pleb. tulit: Omnes Campani, At-
tellani, Calatini, Sabatini, qui ſe dediderunt
in arbitrium ditionemque populi Romani,
Fuluio proconſuli, quæque vnà ſecum dedi-
derunt: de his rebus quid fieri velitis, vos ro-
go Quirites. Plebs ſic iuſſit: Quòd Senatus ma
xima pars cenſeat, qui adſidetis, id volumus,
iubemusque. Liuius lib. 26.

Anno Vrbis 546 Coſſ. M. Claudio Marcel
lo, & T. Quintio, P. Licinius Varus, prætor
vrbanus, legem tulit, vt ludi Apollinares, † 21
qui die incerta fiebant, in perpetuum in ſta-
tam diem vouerentur. Itaque ipſe primus ita
vouit, fecitque ante diem 3. Nonas Quintiles.
Liuius lib. 27.

Anno vrbis 549. lata eſt lex Cincia, à M.
Cincio tribuno plebis, M. Cornelio Cethego
& P. Sempronio Tuditano Coſſ. Legem ſua-
ſit Q Fabius Maximus Verrucoſus, vt patro-
cinia, † quæ tenuioribus præſtabantur, gra- 22
tuita eſſent: cùm eo tempore cauſarum pa-
troni plebem occaſione munerum & dono-
rum exhaurirent. Liuius lib. 34. Tacit. lib. 13.
Vnde & Cincius legiſlator lepidè in C. Cen-
tonem iocatus eſt, vt refert Cicero in lib. 2. de
Orat. Cùm enim ea die qua legem laturus e-
rat Cincius, prodijſſet Cento, & ſatis cõtume
lioſè, Quid fit Cinciole? quæſiſſet: Vt emas
(inquit) Cai, ſi vti velis. Cauſam ferendę legis
recenſet Liuius lib. 34. his verbis. Quid legem
Cinciam excitauit de donis & muneribus,
niſi quia vectigalis iam & ſtipendiaria plebs
eſſe Senatui cœperat? Et Tacitus lib. 15. Sic O-
ratorum licentia Cinciam rogationem, can-
didatorum ambitus Iulias leges magiſtratuũ
auaritia Calphurnia ſcita pepererunt. Ad
hanc legem † ſcripſit Iulius Paulus Feſtus, le- 23
gem Cinciam muneralem à Plauto appella-
ri ait:

Neq, muneralem legem, neq, lenoniam,
Rogata fuerit, necne, flocci æſtimo.

Lege Titia idem ferè renouatum eſt. Nam &
hac cauebatur, ne quis ob cauſam orandam

pecuniam donumve acciperet: authore Ta-
cito lib.6. Et Auſonius quoque huius legis fa-
cit mentionem:

Iuriſconſulto, cui nubit adultera coniunx,
Papia lex placuit, Iulia diſplicuit.
Quæritis unde ſit hæc diſtantia? ſemiuir ipſe,
Scantiniam metuens, non metuit Titiam.

24 Ludit autem hiſce verſibus Auſonius † in
quendam, qui iuriſconſultus haberi volebat.
Cùm enim Papia lege propoſita eſſent præ-
mia ijs qui vxores duxiſſent: placebat ea lex
I.conſulto, qui iuxta legis voluntatem mari-
tus erat. Sed viciſſim Iulia lex de adulterijs,
eos qui adulteras ducebant, puniebat, infa-
mabatq́;. Hac igitur ratione hæc lex iuriſcon-
ſulto incommoda erat. Deinde, cùm hic iu-
riſconſultus parum pudicè viueret, pœnis le-
gis Scantiniæ, quæ eos proſequebatur qui mu-
liebria patiuntur, obnoxius erat: & propterea
eam metuebat. Præterea, cùm propter impe-
ritiam nemo vti vellet eius patrocinio, non
erat quòd metueret legem Titiam, cùm mu-
neribus donis à nemine coleretur. Quanta
autem ſalaria patronis fuerint conſtituta, tra
dit Tacitus libr.6. Plinius lib. Epiſtolarum 5.
ad Rufum, Vlpia. in l ff. de varijs & extraor-
dinar. cognition.

Anno Vrbis 553. Coſſ. P. Aelio Pæto I.con
ſulto, & L. Cornelio Lentulo, Q. Minutius &
M. Acilius tribuni plebis legem tulerunt:
Vellentne, iuberentne Senatum decernere,
25 vt cum Carthaginēſibus † pax fieret: & quem
eam pacem dare, quemque exercitus ex A-
frica deportare iuberent. De pace, vti roga-
tum, omnes tribus iuſſerunt: Pacem dare P.
Scipionem, eundem exercitus deportare. Li-
uius lib.30.

Anno Vrbis 556. Cn. Cornelio Cethego, &
Q. Minutio Coſſ. C. Acilius, ſuperioris for-
taſſe filius vel frater legem tulit, vt quinque
coloniæ in oram maritimam deducerentur:
duæ ad oſtia fluminum Vulturni, Literniq́;:
vna Puteolos: vna ad caſtrum Salerni. His
Bruxentum adiectum. Tricenæ familiæ in
ſingulas colonias iuberentur mitti. Liuius
lib.32.

Anno Vrbis 557. L. Furio & M. Marcello
Coſſ. P. Manlius tribunus plebis legem de ſa-
cerdotijs tulit, vt propter ſacrificiorum mul-
26 titudinem tres viri epulones † crearentur.
Liuius libro 33. Cicero in libro tertio de O-
ratore.

Anno Vrbis 558. Cornelio & Sempronio
Coſſ. Q. Aelius Tubero legem tulit, vt Lati-
næ coloniæ duæ, vna in Brutios, altera in
Thurinum agrum deduceretur. Liuius li-
bro 35.

Anno Vrbis 562. duæ leges latæ ſunt. Vna,
à L. Cornelio Scipione Aſiatico, de bello An-
tiochi. Vellent, iuberentve cum Antiocho
rege, quique ſectam eius ſequuti eſſent, bel-
lum iniri. Liuius libr.36. Altera lata eſt à M.
Acilio Glabrione, qui vir optimus iudicatus
tus eſt à Senatu. Is legem tulit † de pecunijs 27
repetundis. De hac lege Cicero in 2. Verrina
ſic ait: Fac tibi paternæ legis Aciliæ veniat in
mentem, qua lege populus Romanus de pe-
cunijs repetundis, optimis iudicijs, ſeueriſſi-
miſque iudicibus vſus eſt. Et Actione tertia:
Ego tibi illam Aciliam legem reſtituo, qua
lege multi accuſati, dicta cauſa, ſemel auditis
teſtibus condemnati ſunt. Et Pedianus: Aci-
lius, inquit, Glabrio legem tulit de pecunijs
repetundis ſeueriſſimam, in qua nec compe-
rendinari quidem reum licet. Fuitque hæc
primò à Glabrione lata, quemadmodum e-
tiam Beroaldus exiſtimauit: licèt impruden-
ter Zaſius eum reprehendat. Poſt hanc Cal-
phurnia ſequuta eſt, & reliquæ: vt in ſerie an-
norum dicetur. Huius Glabrionis conſulatus
etiam inſignis fuit, ob deuictos Gallos & Bo-
ios, de quibus triumphauit. Liuius lib.7.

Anno Vrbis 570. Q. Fabio Labeone & M.
Claudio Marcello Coſſ. C. Orchius tribunus
plebis legem † de ſumptibus conuiuiorum 28
omnium primus tulit. Prima Romanorum
tempora quàm longiſſimè ab omni luxu in-
temperantiaque abfuére. Optimum enim &
in priuatis familijs, & in Repub. vectigal pu-
tarũt eſſe, parſimoniam & frugalitatem: cùm
res familiaris conſeruetur diligentia & par-
ſimonia, ijſdem etiam rebus augeatur. Siquid
† tamen luxurioſius actum videretur, cenſo-
ria id notabatur & corrigebatur animaduer-
ſione. Deinde ſubactis exteris nationibus, &
confectis bellis Punicis & Macedonicis, mo-
res ſimul harum gentium addicére, ratio-
nemque viuendi Romam tranſduxere: vt fe-
rè homines nouarum rerum cupidi ſunt, fa-
cileq́; mores non bonos arripiunt & induũt.
Initiò itaque milites † luxuria & voluptatibus 29
tanquàm contagio quodã infecti, paulò poſt
eadem plebem inuaſerunt: & ita quidem, vt
Roma Aſiam magiſtram luxuria & volupta-
tibus longè ſuperaret ac antecederet. C Or-
chius itaque Catonem, ſeueriſſimum & fru-
galiſſimum virum, ac cenſorem, tertio anno
ſubſequutus, de Senatus ſententia legem tu-
lit, quę numerum conuiuarum præſcribebat,
& vt patentibus ianuis cœnitaretur, edixit.
Quæ quidem lex ſæpius deinde repetita eſt, vt
in ſerie annorum dicetur. Macrob. lib.3. cap.
17. Feſtus lib.13.

Anno Vrbis 572. P. Cornelius & M. Bæbi-
us legem tulerũt, † de ambitu. Liuius lib.40. 30
quæ deinde lex ſæpiùs repetita eſt.

Anno Vrbis 576. C. Claudius Coſſ. cum T.
Sempronio legem tulerũt, vt qui ſocij, ac no-
minis Latini cenſi eſſent, omnes in ſuã quiſ-
que ciuitatem ante Calend. Nouemb. redi-
rent,

rent, vt Dictator, Conſul, Interrex, Cenſor,
Prætor, qui nunc eſſet apud ſorum, darent o-
peram, vt qui manumitteretur, in libertatem
vindicaretur: iuſiurãdum daret, qui eum ma-
numitteret, ciuitatis mutandæ cauſa manu
nõ mitteret. Qui id non iuraret, eum manu-
mittendum non cenſuerunt. Liuius lib. 41.

Anno vrbis 583. C. Hoſtilius & C. Attilius
31 legem tulerunt, † vt liceret agere furti, eorũ
nomine qui apud hoſtes eſſent, aut Reipub.
cauſa abeſſent, quive in eorum in cuius tute-
la eſſent, §. prætereà. Inſtit. per quos agere poſ
ſumus. Facit huius legis mentionem Cicero
in lib. 1. de Orat. Et credo, inquit, in illa mili-
tis cauſa, ſi tamen aut hæredem, aut militem
defendiſſet, ad Hoſtilianas te actiones, nõ ad
tuam vim & oratoriam facultatem contu-
liſſes. Celebratur horum Conſulatus ob L.
Actij poëtæ natalem.

Anno vrbis 586. Q. Aelio Pæto I. conſulto
& M. Iunio Coſſ. Q. Caſſius prætor legem tu-
lit, vt Paulo Anicio & Octauio ex bello Ma-
cedonico cum victoria redeuntibus, quo die
vrbem triumphantes inueherentur, imperiũ
eſſet. Liuius lib. 45 Eodem anno 586. Q. Aeli-
us & M. Iunius legem tulerũt, vt quoties cum
populo ageretur, augures de cœlo ſeruarent.
Magiſtratus & obnunciandi, & interceden-
32 di poteſtatem haberent. Obnunciare † au-
tem, teſte Donato eſt, cùm malum aliquod
ſæuumq́ue omen nunciatur: vt cùm tonuiſ-
ſet, aut fulmen viſum eſſet. Quare cùm tale
aliquid à collegio Augurũ, aut Conſule præ-
toreve nunciatum eſſet, cõcilium populi di-
rimebatur, nihilq́ue eo die agi fas erat. Dura-
uit autem hæc lex plus quàm centum annis.
Cicero in Piſon.

Anno vrbis 592. M. Val. Meſſala, & C Fan-
33 nio Strabone Coſſ. lata eſt lex Fannia † de
ſumptibus. Secundò, Ne quis plus quàm vice-
nos aſſes inſumeret, & id ludis tãtùm Rom.
plebeijs, & Saturnalibus, alijsq́ue quibuſdam
ſtatis dieb. Decem deinde alijs dieb. in ſingu-
los mẽſes triceni æris in conuiuiorũ ſumptus
conceſſi erant. Cæteris autem diebus plus
quàm denos inſumere lex vetabat. Cantum
etiam erat, ne quid volucrum poneretur, præ-
ter vnam gallinam, quę non eſſet altilis. Plin.
lib. 10. cap. 50. Gell. libr. 2. cap. 24. Athen. libr.
6. infrà.

Anno vrbis 605. Sp. Poſthumio Magno, &
34 L. Calphurnio Piſone Coſſ. Lata eſt lex † de
repetundis, ad coercendam magiſtratuum a-
uaritiam: vt quibus in prouincijs magiſtratus
populi Romani, eorumve comites, pecunias
cõtra leges cœpiſſent, earum prouinciarum
homines, iudicio Romæ conſtituto, ſuas pe-
cunias repeterent. Ita Cice. in lib. 2. de Offic. &
in Action. 4. in Verrem. Et Tacitus lib. 15. Ci-
35 cero hanc legem † Socialem vocat: ipſum iu-
dicium, arcem ſociorum.

Cæterùm hac lege primò omnium † quæ- 36
ſtiones perpetuæ cõſtitutæ ſunt: vt inquit Ci-
cero in Bruto, cùm nullæ antea fuiſſent. Quę-
ſtiones autem perpetuæ idcirco dicebantur,
quòd perpetuò exercebantur, quarumq́; cau-
ſa Prætores ſingulis annis creabantur, quos † 37
Quæſtores vocabant. Eiuſmodi ſunt quęſtio-
nes ex l. Calphurnia, ex legibus Cornelijs de
falſo, de ſicarijs, de iniurijs. Lex autem Repe-
tundarũ ſæpiùs fuit renouata, vt in ſerie an-
norum dicetur.

Anno vrbis 610. Appio Claudio & Q Me-
tello Coſſ. Didius tribunus plebis legem tu-
lit, vt non modò vrbs Romana, ſed vniuer-
ſa Italia † lege Fannia ſumptuaria teneretur: 38
vt nõ ſoli, qui prandia cœnasve maiore ſum-
ptu feciſſent, ſed etiam qui ad eas vocati eſ-
ſent, atque omninò interfuiſſent, pœnis legis
tenerentur. Macrob. lib. 3. cap. 17. Lata eſt hæc
lex decem & octo annis poſt Fãniam: in tam
paruo tempore luxuria denuò ita creuit, vt
nouam legem ferre, pœnam augere, atque ad
ſocios extendere oporteret.

Anno vrbis 611. lata eſt lex de Statellis: vt
qui ex Statellis Liguriæ populis deditis in li-
bertatem reſtitutus ante Cal. Sextiles primas
non eſſet, cuius dolo malo is in ſeruitutem
veniſſet, vt iuratus Senatus decerneret, qui eã
rem quæreret, animaduerteretq́ue.

Anno vrbis 614. Q. Voconius tribunus ple
bis legem tulit, ne quis cenſus, hoc eſt pecu-
nioſus, hæredem † vnicam filiam relinque- 39
ret. Erat autem cenſus ille, qui centum mil-
lia ſeſtertiûm in profeſſione detuliſſet. Ve-
rùm hoc plebiſcitũ, vt Gellius libr. 20. refert,
in vſu eſſe deſijt. Alteram quoque tulit, ne
quis virginem, neve mulierem hæredem fa-
ceret. Vtramque legem M. Cato orationę lu-
culẽta ſuaſit. Tandem, quemadmodum Tri-
buni plebis mulierum ſucceſſionẽ diminue-
runt: ita Iuſtinianus eas adauxit. Parem enim
maſculorum & fœminarum conditionem
in ſucceſſione ab inteſtato fecit. Facit huius
legis Voconiæ mentionem Cicero in 3. Ver-
rina, in libro de Senectute, in libr. 2. de Finib.
Dion lib. 56. Gellius lib. 17. cap. 5. Auguſtinus
in libro de Ciuitate Dei 3. Florus in Epitome
libro 41.

Anno vrbis 614. Piſone & Popilio Coſſ.
Gabinius trib. pleb. legem tulit, vt Comitijs
quibus magiſtratus crearentur, populus non
voce, ſed tabella † ſuffragium ferret. Et quo 40
id liberius eſſet, cautum eſt, ne quis inſpiceret
tabellam, ne rogaret, ne appellaret. Ita ab om
ni parte liberum iudicium ſuum in magiſtra
tibus creandis populus haberet. Cicero lib. 1.
de Legib. & in lib. de Amicitia. Hæc lex vt
intelligatur, ſciendum eſt, populum Roma-
num ſuffragium primò voce tuliſſe, & in ma-

giſtratibus creandis, & in iudicandis reis, legibusq; ſanciendis vel abrogandis. Hæc ratio ſuffragij cum patribus obeſſet, data eſt popu-
41 lo tabella, † quæ (vt inquit Cicero pro Plácio) frontes hominũ aperit, mentes tegit, eamque libertatem dat, vt quod velint faciant: promittant autem, quod rogantur.

Anno vrbis 616. Caſſius tribunus plebis, &
42 homo nobilis, legem tulit, vti † In iudicijs populi de damnando vel abſoluẽdo reo, quemadmodum & in creandis magiſtratibus, tabularetur: in his etiam populus ipſe duntaxat, quum de multis iudicaret, non de capite: nimirum in perduellionis iudicio. Facit eius mentionem Cicer. in Lælio, & in Bruto, vbi ſcribit: Caſſium multũ potuiſſe, non eloquentia, ſed dicendo tamen: hominemque fuiſſe eum non liberalitate, vt alij, ſed ipſa triſtitia & ſeueritate popularem. Aſcon. in Cornel. & Verr. 2.

Anno vrbis 617. P. Fur eum S. Attilio Coſ. legem tulit, vt certis diebus, qui tamẽ faſti eſſent, agi cum populo non liceret. Cicero in Sextiana, & in Oratione poſt reditum.

Anno vrbis 621. C. Papyrius Carbo tribunus plebis, homo ſeditioſus, & improbus ciuis legem tulit, vt in iubendis legibus, aut ve-
43 tandis, populus † tabella ſuffragium ferret. Cic. in lib. 3 de Legibus.

Anno vrbis 630. Cælius tribunus plebis ite-
44 rum legem de † ſuffragijs tulit. Cùm enim Caſſius perduellionis iudicium excepiſſet, quod iniquum ipſi videbatur in ciuis Romani vitæ bonorumque omnium diſcrimine, tabellarum licentiæ locum dare: Cælius legẽ tulit, vt etiam in perduellionis iudicio populus non voce, ſed tabella ſententiam ferret. Cicero lib. de Legib. 3.

Anno vrbis 631. M. Liuius Druſus tribunus plebis legem tulit, vt duodecim coloniæ deducerentur, & ſingulis tria ciuium millia adſignarentur, Plutarch in Graccho.

Anno vrbis 634. C Marius tribunus plebis legem tulit, vt pontes, per quos ſuffragia in comitijs ferebantur, anguſtiores fierent: ne quis illic, qui ſuffragium ferret, ad rogandum ſubſiſtere poſſet. Plutarch. in Mario: Cice. lib. 3. de Legibus.

Anno vrbis 635. Antiſtius tribunus plebis legem tulit, vt Satricanis ciuibus ius ferendæ legis eſſet. Liuius lib. 26.

Anno vrbis 650. Cn. Domitius Aenobardus legem tulit, vt ſacerdotum collegia, non quem vellent adoptarent, vt anteà facere po-
45 terant, ſed † populi beneficium id eſſet. Cùm autem ſacerdotes ab vniuerſo populo creari non poſſent, rogauit, vt minor pars populi, id eſt, tribus ſeptemdecim vocarentur: ab ea parte, qui eſſet factus, is à collegio cooptaretur. Ita nec collegijs cooptionem ademit, & populo poteſtatem mandandorum ſacerdotiorum dedit. Cic. in Agraria, & in li. 2. Epiſt. fam. 5 Velleius Paterc. lib. 2. Dion lib. 37.

Anno vrbis 651. Q. Luctatius Catulus, & C.
Marius legem tulerunt, vt de ſeditioſis † ciuibus, qui armati Senatum obſederant, & magiſtratui vim intulerant, quotidiè etiam diebus feſtis, ludiſque quæreretur. Cicero pro Cælio. 46

Anno vrbis 652. L. Apuleius Saturninus tribunus plebis, C. Mario nepote VI. & L. Valerio Flacco Coſſ. legem tulit, vt in ſingulas colonias Latinas C. Marius ternos ciues Romanos facere poſſet. Tulit idem Apuleius in gratiam Caii Marij, vt quem agrum C. Marius Coſ. in Gallia pulſis Cymbris, in ditionẽ populi Romani redegiſſet, is populo Romano diuideretur. Et ſi ita ſciuiſſet, intra diem quintum à ſingulis Senatoribus in eam iuraretur. Qui non iuraſſet, ei multa pœna eſſet. Appian lib 1. de Belliſciuilibus. Deinde cum Q Metellus Numidicus legi non paruiſſet, aqua & igni vt ei interdiceretur, legem tulit. Appian. in d. lib. 1. Cicero pro Sextio. Hic C.
Marius, † Apuleij tribuni auxilio, optimates in foro trucidari iuſſit. Valerius libr. tertio, cap. 2. 47

Anno vrbis 654. C. Mario & G Flauio Fimbria Coſſ. C. Caſſius L. F. Longinus tribunus plebis legem tulit, quæ ad diminuendam nobilitatis potentiam pertinebat: vt quem populus damnaſſet, cuive imperium abrogaſſet, in Senatu ne eſſet. Aſconius in Cornel.

Anno vrbis 655. Q. Cæcilius Metellus & T.
Didius legem † de legibus tulerunt, vt de ſingulis rebus ſeparatim, non de pluribus coniunctim ad populum ferretur. Præterea vt leges trinundinum rogarentur. Cicero 5. Philippica, & pro Domo. Cauſa ferendæ legis hæc fuit. Tribuni plebis, & ij quibus rogare legem fas erat, plura ſub vnius rogationis nomine ad populum ferre, & plerunque perniocioſa bonis commiſcere ſolebant. Ne igitur populo neceſſe eſſet in coniunctis rebus com pluribus, aut id quod nollet accipere, aut id quod vellet relinquere, hæc lex lata eſt. Exemplum refert Liuius libro ſexto. Inter priorem, inquit, Dictaturam abdicatam, nouamque à Manlio initam, ab tribunis velut per interregnum concilio plebis habito, apparuit, quæ ex promulgatis plebi, quæ latoribus gratiora eſſent. Nam de fœnore atque agro rogationes iubebant, de plebeio conſulatu abdicabant. Et perfecta vtraque res eſſet, ni tribuni ſe in omnia ſimul conſulere plebem dixiſſent. 48

Anno vrbis 656. P. Licin. Craſſus diues legem † ſumptuariam poſt Orchiam Fanniam
Didiamque tulit. Prima enim, vt Macrobius inquit, omnium de cœnis lex ad populum 49

Orchia peruenit: ſequuta eſt Fannia, quæ in
eo ſuperabat. Orebiam legem, quòd in ſupe-
riore numerus rantummodò cœnantium co
hibebatur, licebatq́; vnicuiq; ſecundùm eam
bona ſua inter paucos cōſumere: Fannia mo
dū ſumptibus fecit, aſſib. 100. Poſt ann. 18. con-
ſequuta eſt Didia: vt vniuerſa Italia, non ſola
vrbs, lege hac vteretur. Poſt Didiam Licinia
lata eſt, vt cal. non. nund. Rom. cuique in dies
ſingulos 30 aſſes edundi cauſa conſumere li-
ceret. Deinde carnis aridæ & ſalſamentorum
certum pondus in dies ſingulos conſtituit.
Aridæ pondo tria, ſalſamentorum pondo li-
bram. Ea autem quæ terra, arbore, vite nata
eſſent, impunè conſumere conceſſit. Macro-
bius lib. 7. cap. 17. Gellius lib. 2. cap. 24. Ab
50 hac lege Cœnæ † centuriatæ dici cœperunt,
quòd in his non plus centuſſibus impendeba-
tur. Feſtus lib. 4.

Anno vrbis 653. L. Licinius Craſſus, & Q.
Mutius Scæuola I. conſultus, Coſſ. legem tu-
lerunt, qua ſociorum vnuſquìſque in ſuæ ci-
uitatis ius redigebatur: quæſtione in eos con-
ſtituta, qui cùm non ciues eſſent, pro ciuibus
tamen ſe gererent. Vnde Cicero in libr 3. Of-
fic. ait: Nam eſſe pro ciue, qui ciuis non ſit, re-
ctum eſt non licere: quam legem tulerunt ſa-
pientiſſimi Coſſ. Craſſus & Scæuola. Quæ
quidem lex admodum auſtera fuit. Non ſo-
lùm enim ij qui in ciuitatem ſe inſinuaue-
rant, ſed & ij qui nati Romæ erant, quorum
tamen parentes iuris Italici fuiſſent arceban-
tur. Facit prætereà eius mentionem Cicero
in Bruto, & pro Cornelio Balbo. Tandem
51 Antoninus Pius Imperator, † omnes qui in
orbe & imperio Romano eſſent, ciues Ro-
manos eſſe iuſſit: vt tradit Vlpian. in l in or-
be. ff. de ſtatu hominū: & Modeſtin. in l. Ro
ma. ff. ad municip. Auguſtinus de Ciuitate
Dei lib. 5. cap. 17.

Anno vrbis 662. M Liuius Druſus tribu-
52 nus plebis legem tulit † iudiciariam: vt iudi-
cia æqua ex parte penes Senatum & equeſtrē
ordinem eſſent. Aſconius in Corneliana: Ci-
cero in lib. 3. de Orator. Florus in Epitome 71.
Appian. lib. 1. de bellis ciuilibus.

Eodem anno Sex. Iul. Cæſar Coſſ. legem
tulit, vt ciuitas ſocijs & Latinis omnibus da-
retur Gell. lib. 4. cap. 4.

Anno vrbis 664. M. Plautius Siluanus tri-
bunus plebis, Cn Pōpeio Strabone & L. Por-
tio Catone Coſſ. ſecundo anno belli Italici,
leges tulit tres: quarum prima iubebat,
53 vt † tribus ſingulæ ex ſuo corpore quinos de-
nos ſuffragio crearent, qui eo anno iudicarēt.
Ex quo fiebat, vt Senatores quoque in eo nu-
mero eſſent, & quidam etiam ex ipſa plebe.
Fuerunt itaque iudices. 450. cum tribus eſſent
35. & ſingulæ quinos denos darent. Hanc le-
gem ſtatim conſequutum eſt bellum ciuile
atrox atque multiplex, in quo iudicia omnia
omiſſa eſſe, legesq́ue tacuiſſe, Cicero in Bruto
author eſt. Secundò tulit legem vtilem, vt de
ijs † qui vim publicam armatis hominibus fe- 54
ciſſent, quæſtio cōſtitueretur. Deinde, ne rem
vi poſſeſſam vſucapere liceret. Meminit Ci-
cero pro Milone, pro Cœlio, ad Q fratrem, ad
Atticum 4. Saluſtius in Catil. Iulianus in l. nō
ſolum. 13. §. 2. ff. de vſucapio. & Iuſtinianus in
§. furtiuæ. Inſtit. eod. titu. Lege itaque Plau-
tia de Vi, tenebantur omnes qui armati Sena
tum obſediſſent, magiſtratibus vim attuliſ-
ſent, Rempub. oppugnaſſent. Item ſi quis
cum telo in publico fuiſſet, aut pugnæ cauſa
loca ſuperiora occupaſſet, alienisve ædibus,
ſaxis, ignibus aut ferro cladē intuliſſet. Ter-
tiò tulit legem, cum C. Papyrio Carbone tri-
buno plebis, vt ciuitas ijs daretur, qui fœdera-
tis ciuitatibus aſcripti fuiſſent: ſi &, cùm lex
ferebatur, in Italia domicilium habuiſſent, &
ſexaginta diebus apud Prætorem eſſent pro-
feſſi Cicero pro Archia.

Anno vrbis 665. P. Sulpitius tribunus ple-
bis legem tulit, vt exules reuocarentur: noui
ciues libertiniq́ue diſtribuerentur in tribus.
Plutarch. in Sylla, Flor. in Epito. 77.

Anno Vrbis 666. L. Cornelius Cinna Coſſ.
cum Cn. Octauio legem tulit, vt C. Marius,
qui à L. Sylla oppreſſus profugerat, in vrbem
reciperetur.

Anno vrbis 673. cùm ob bellum C. Marij
iudicia omiſſa eſſent, legesq́ue tacuiſſent, L.
Cornelius Sylla Coſ. qui aſſertor fuit digni-
tatis optimatium, & ſe Mario oppoſuit, iudi-
cia legesq́ue iterum & reuocare & conſtitue-
re cœpit. Cumq́ue anteà populus Romanus
rerum † capitalium cognitionem ſibi reſer- 55
uaſſet, ac in inquirendis ciuium facinoribus
Quæſtores conſtituiſſet, Cornelius Sulla quę-
ſtiones publicas ac † perpetuas conſtituit, atq; 56
ideo Prætorum numerum auxit. Secundò le-
gem iudiciariam tulit, vt iudicia equeſtri or-
dini adempta, in ſolum ordinem Senatoriū
transferrentur. Equites enim à lege Sempro-
nia ad annos quadraginta iudicarant. Flor. in
Epit. 89. Tertiò, legem † repetundarum cōfir- 57
mauit: nempè vt in repetundarum iudicio
reus omninò cōperendinaretur: vt certi dies
prouincialibus magiſtratibus, quibus ſucceſ-
ſum eſſet, decedēdi cauſa, præſtituti eſſent: vt
accuſatori liceret omnibus teſtimonium de-
nunciare, pręterquàm defenſori. Cic. in Verr.
3. & 4. & ibi Aſcon. Quartò, tulit legem Agra-
riam, vt proſcriptorum agri publici eſſent.
Cicero contra Rullum: Saluſt. in Catil. Quin-
tò, tulit legem † Sumptuariam, vt Calendis, 58
Idib. Nonis, diebus ludorum, & ferijs quibuſ-
dam ſolennibus. HS tricenos in cœnam in-
ſumere ius poteſtasq́ue eſſet: cæteris autem
diebus alijs omnibus, non ampliùs ternos.

Gellius lib.2.cap.24.Macrob.libr.Saturnal.3.
cap 17.Plutarch.in Sylla. Eſtque hæc quarta
lex ſumptuaria. Sextò, legem tulit de magi-
ſtratibus: vt qui cum imperio in prouinciam
profectus eſſet, tam diu illud imperium reti-
neret, quoad in vrbem reuerteretur. Deinde,
vt triginta tantùm dies, poſtquàm ſucceſſor
miſſus eſſet, magiſtratui ad decedendum con
cederentur. Cic.epiſt.9.ad Lentulum, & lib.1.
Epiſtol.8. Septimò, tulit legem de ſumptibus
59 † funerum. Plutarch in Sylla. Octauò legem
60 tulit, ne tribunis plebis † ferendarum legum
concionandive ius eſſet, neve ad eos prouo-
catio eſſet: vt ne ijs intercedere liceret: neve
ijs qui tribuni plebis fuiſſent, alios poſteà ma
giſtratus capere liceret. Cicero de Leg.libr.3.
Plutarch.in vita Syllæ. Et ita authoritatem
tribunorum diminuit. Nonò, quia lege Do-
mitia populo ius creandorum ſacerdotum
datum erat, L.Cornelius Sylla hoc ipſum ius
61 † populo ademit, & in collegium ſacerdotũ
denuò tranſtulit. Dion lib.37. Decimò tulit
legem, vt viginti quæſtores ſupplendo Sena-
tui crearentur, cui iudicia traderet. Tacitus
62 lib.2. Vndecimò, leges † de maleficijs pluri-
mas promulgauit: nempè legem Corneliam
maieſtatis, Ne qui cum imperio prouincias
obtinerent, populi Senatusve iniuſſu exerci-
tum de prouincia deportarent, bellumve ſua
ſponte gererent. Cicero in Piſonem. Fuerunt
& alia capita, quæ referuntur ab Aſconio in
Corneliana. Fuit & hoc vnum, vt à quæſtio-
nibus vel cruentis, nullius dignitas excipere-
tur. Ammian.Marcellinus lib.19. Duodeci-
63 mò, legem tulit † de ſicarijs & veneficis, cu-
ius legis capita ſic refert Martianus ſub l.1.ff.
ad legem Cornel. de ſicarijs: Lege Cornelia
de ſicarijs & veneficis tenetur, qui hominem
occiderit, cuiusve dolo malo incendium fa-
ctum erit: quive hominis occidendi, furti fa-
ciendi cauſa, cum telo ambulauerit: quive
cùm magiſtratus eſſet, publicove iudicio præ-
eſſet, operam dediſſet, quo quis falſum iudi-
cium profiteretur, vt quis innocens circum-
ueniretur, & condemnaretur. Præterea tene-
tur, qui hominis necandi cauſa venenum
confecerit, dederit: quive falſum teſtimoni-
um dolo malo dixerit, quò quis publico iudi-
cio rei capitalis damnaretur: quive magiſtra-
tus iudexve quæſtionis ſub capitalem cauſam
pecuniam acceperit, vt publica lege reus fie-
ret: & qui hominem occiderit, punitur, non
habita differentia cuius conditionis homi-
nem interemit. Quamuis autem ante hanc
64 Syllæ legem quæſtio † de ſicarijs habita fue-
rit: non tamen fuit ea perpetua, ſed extra or-
dinem Prætoribus, vel ex Senatuſcõſulto, vel
ex plebiſcito mandabatur. Decimotertiò, le-
65 gem tulit de crimine † falſi. Capita huius le-
gis ſimiliter recenſet Martianus ſub l.1.ff.ad
l.Cornel.de falſis. Pœna legis Corneliæ irro-
gatur ei, qui in falſas teſtationes faciendas, te-
ſtimoniave falſa inuicem dicẽda, dolo malo
coierit. Item qui ob inſtruendam aduocatio-
nem, teſtimoniave, pecuniam acceperit, pa-
ctusve fuerit, ſocietatẽ coierit ad obligationẽ
innocentium, ex Senatuſconſulto coercetur.
Sed & ſi quis ob renunciandũ remittendumve
teſtimonium, dicẽdum vel non dicendũ,
pecuniam acceperit, pœna legis Corneliæ
adficitur: & qui iudicem corruperit, corrum-
pendumve curauerit. Sed & ſi iudex conſtitu-
tiones principum neglexerit, punietur. Qui
in rationibus, tabulis cereisve, vel aliqua re ſi-
ne conſignatione falſum fecerint, vel rem a-
mouerint, perinde ex his cauſis atque ſi erant
falſarij, puniuntur. Sic & diuus Seuerus lege
Cornelia de falſis damnauit præfectum Ae-
gypti, quòd inſtrumentis ſuis, cùm præerat
prouinciæ, falſum fecit. Is qui peruertit viui
teſtamẽtum, legis Corneliæ pœna tenetur. Is
qui depoſita inſtrumenta apud alium, ab eo
prodita eſſe aduerſarijs ſuis dicit, accuſare eũ
falſo poteſt. Facit huius legis mentionem Ci-
cero in 3.Verrina, & in libr.2. de Natura deo-
rum: Suetonius in Auguſto. Pomponius in l.
2.de orig.iur. Et l.conſulri ſub titulo in Pan-
dectis, ad l.Corneliam de falſis. Decimoquar
tò, legem tulit † de iniurijs. Verba huius legis 66
refert Vlpianus, ſub l. lex Cornelia. ff. de in-
iurijs. Lex Cornelia de iniurijs compe-
tit ei, qui iniuriarum agere volet ob eam
rem, quòd ſe pulſatum, verberatumve, do-
mumve ſuam vi introitam eſſe dicat. Qua
lege cauetur, vt nõ iudicet, qui ei qui agit, ge-
ner, ſocer, vitricus, priuignus, ſobrinusve eſt,
propiusve eorum quenquam ea cognatione
affinitateve attinget: quive eorum eius, paren
tisve, cuius eorũ patronus erit. Decimoquin-
tò, tulit legẽ † de parricidijs, quæ quod a Pom- 67
peio emẽdata eſt, Pompeij nomen ſortita eſt.
Nunc vocatur lex Pompeia de parricidijs.
Decimoſextò, legem tulit de † teſtamentis, 68
vt eorum teſtamenta qui ab hoſtium pote-
ſtate eſſent, perinde rata eſſet, ac ſi hi qui ea fe
ciſſent, in hoſtiũ poteſtatẽ non peruenißent,
& hæreditas ex his eodem modo ad vnum-
quenq; pertineret, l.12.ff.qui teſtamẽta facere
poſſunt, l.15.ff.de inluſto rupto & irrito facto
teſtamento. Et Vlpian.in Inſt, tit.quemadmo
dum teſtamenta rumpantur: Si is, inquit, qui
teſtamentum fecit, ab hoſtibus captus ſit, te-
ſtamentum eius valet. ſiquidem reuerſus fue-
rit, iure poſtliminij: ſi ibi deceſſerit ex lege
Cornelia, quæ perinde ſucceſſionẽ eius con-
firmat, atq; ſi in ciuitate deceſſiſſet. Decimo-
ſeptimò, tulit quoque legem † de luſu, ne quis 69
in pecuniam luderet: ſponſionemve in lu-
do, niſi qui corporis exercendi cauſa ſuſcep-
tus eſſet, faceret: veluti haſta, pilove iaciendo,
curren-

currendo,ſaliendo,luctando,pugnando.Mar
tianus ſub l.3.ff.de aleatoribus. Multas igitur
bonas leges Cornelius Sylla tulit, primusque
70 Romanorum morte † mulctauit. Depoſito
tandem magiſtratu priuatus vixit, & com-
mentarios ſcripſit,Luculloque dedicauit. An
no deinde Vrbis 676. mortuus eſt phthiriaſi,
71 & † honorifico funere in campo Martio exu-
ſtus,& ſepultus eſt. Tantam à matronis vim
odorum allatam eſſe dicitur, vt præter eos o-
dores qui in lecticis decem atque ducentis cō
portabantur, quædam iuſtæ magnitudinis i-
mago Syllæ formaretur, & thure cinnamo-
moque ingentis pretij lictor formaretur. In-
ſcriptionem ſepulchro ipſe ſibi hanc feciſſe
72 dicitur:† NEMO me amicus beneficentia,ne-
mo inimicus inferenda iniuria ſuperauit.

Anno vrbis 675. M. Aemylius Scaurus Cos.
73 legem tulit † ſumptuariam, non quo ſump-
tu, ſed quibus cibis cœnæ inſtruerentur. Sori-
ces enim condi ſolebant, ſicuti glires, vt au-
tor eſt Nigidius: quos cenſoriæ leges & M.
Scaurus non aliter cœnis ademêre, quàm cō-
chilia, aut ex alio orbe aduectas aues. Gellius
lib.2.cap.20.Macrobius Saturnalium lib.3.ca.
17.Plin.lib.8 cap.57.

Anno Vrbis 678. C. Aurelius Cotta & L.
Octauius legem tulerunt, vt tribun.pleb.lice-
ret poſtea alios magiſtratus capere,quod Cor
nelius Sylla ipſis ademerat.Pedian.in Verr.1.
Velle.lib.2.

Anno Vrbis 683. idem C. Aurelius Cotta,
homo, (vt Cicero ait) nobiliſſimus,qui tum
Prætor erat,legem iudiciariam tulit,& tribus
74 ordinibus iudicia † commiſit,Senatoribus,e-
quitibus,& Tribunis ærarijs, qui & ipſi de cor
pore Romanorum equitum erant: Plin.lib.33
cap.2. Velleius Paterculus lib.2. Per idem (in-
quit) tempus Cotta iudicandi munus, quod
C.Gracchus ereptum Senatui ad equites, Syl-
la ab illis ad Senatum tranſtulerat, æqualiter
inter vtrumq; ordinem partitus eſt. Idem ve-
rò antea tentauerat M. Liu. Druſus, cuius ta-
men leges citò interierunt.

Anno Vrbis 686. C. Calphurnius Piſo le-
gem tulit de ambitu. Sciendum autem eſt,am
75 bitum † duplicem eſſe. Alter quidem conceſ-
ſus & laudatus, quem popularem Cicero vo-
cat, in oratione contra Saluſtium: cùm quis
operam ſuam, magiſtratum aut curationem
petendo,Reipub.offert,iudiciumq; de ſe faci-
endum populo permittit abſq; dolo malo. Et
hoc ambitionis genus legibus nullis prohibe-
tur,verùm à maximis quibuſque ſemper viris
76 appetitum eſt. Alterum † genus infame eſt,ac
legum ſeueritate notatum: aliquando vi, nō-
nunquam dolo graſſatur: vnde homicidia,
largitiones, ac variæ corruptelæ naſcuntur.
Hoc genus ambitus vt coerceretur, variæ le-
ges latæ ſunt. Primus de hac re ad populum
tulit C. Perilius tribunus pleb. anno vrbis 398.
Hunc ſubſequutus eſt longo interuallo M.
Bæbius,deinde C.Calphurnius Piſo Coſs an-
no vrbis 686.cum iam Reſpublica, & imperij
dignitate, & opum magnitudine, magnam
& ambiendi,& largiendi materiam præberet.
Eandem repetit,addita pœna, vt ambitus dā-
nati,omni honoris petitione prohiberentur,
certaque pecunia mulctarentur. Dion lib.26.
Cicero pro Murena, & pro Cornelio. Hanc
legem cum ferret † Piſo Conſul ex Senatuſ- 77
conſulto ad populum, à multitudine eorum
qui ex ambitu paſti & ſaturati erant, è foro
pulſus eſt. Maiori deinde manu ſtipatus,In fo
rum deſcendit,clamans: Qui rem ſaluam eſſe
vellent, vt ad legem accipiendam adeſſent:
eaq; ratione exterritis ijs qui aduerſabantur,
legem pertulit. quæ quidem lex obſeruata eſt.
Sequenti enim anno Coſs. deſignati P. Sylla,
& P. Antonius, lege hac interrogati, & con-
demnati pœnas dederunt. Deinde M. T. Ci-
cerone † Coſ. Senatuſconſultum factum eſt, 78
quo cauebatur,ne quis biennio,quo magiſtra
tum petat, petiturusve ſit, gladiatores daret,
niſi ex teſtamento præſtituta die. Item,ne quis
mercede conductus, obuiam candidatis iret,
aut conductus ſectaretur. Preterea ne quis prā
dia vulgo daret. Qui eorum quid feciſſet,con
tra legem Calphurniam factum videri. Adie-
cta eſt etiam pœna aſperior quàm antea, nem
pè exilium: cum antea damnati in ciuitate re-
manerent. Hanc autem legem Cicero ſaluis
auſpicijs tulit: vnde lex Tullia dicitur. Lata
fuit circiter hæc tempora & alia lex de ambi-
tu, vt Cicero refert in libro 1. ad Atticum, à
Lurcone † tribuno plebis: in qua noui hoc fu- 79
erit,vt qui nummos in tribu pronunciauerit,
ſi non dederit,impune ſit: ſin dederit, vt quo-
ad viuat ſingulis tribubus HS CCCCXXXV.
debeat.

Anno Vrbis 680. M. Terentio Lucullo &
C.Caſſio Coſs. lata eſt lex frumentaria, † qua 80
conſtitutum erat, vt frumentum in penuria
annonæ populo emeretur. Cicero in actione
5.& 7. in Verrem. Hæc largitio quàm ærario
damnoſa fuerit,oſtendit Cic. ait enim: tribus
illis annis,quibus Siciliā Verres obtinuit, HS
centies & tricies in ſolam emptionem Sici-
lienſem fuiſſe erogata: quę ſumma in Gallica
moneta conficit 325. coronatorum millia.

Anno Vrbis 681. L. Gellius Publicola legē
tulit, vti ciues Romani ſint ij quos Cneus Pō-
peius de conſilij ſententia ſigillatim ciuitate
donauit. Cic. pro Balbo.

Anno Vrbis 683. M. Craſſo C. Pompeio
I.Coſs. C. Aurelius Cotta prætor legem tulit,
vt iudicia,† quæ penes ſolos Senatores erant, 81
inter Senatores & equeſtrem ordinem, & tri-
bunos ærarios communicarentur. Cicero in
Verrem. Flor. Epit. lib.37. Velle. libr.2. Aſcon.

in oratione pto Cornelio.
Anno Vrbis 685. Metello & Martio Coſs.
A. Gabinius tribunus plebis legem tulit, vt
Pompeio bellum Piraticum decerneretur in
triennium: vt toto mari, quod eſt intra colū.
nas Herculis, & in maritimis prouincijs, vſ-
que ad quadringenteſimum à mari ſtadium,
poteſtatem haberet imperandi regibus, præſi-
dibus, ciuitatibus, vt ſe rebus omnibus ad eius
belli adminiſtrationem iuuarent. Velleius li-
bro 2. Plutarchus in Pompeio: Cicero pro le-
ge Manilia.
82 Tulit idem Gabinius legem † de fœnore,
Ne ius diceretur de fœneraticia pecunia, præ-
ter amiſſam ſortem: & pœnam addebat. Cic.
lib. 6. ad Atticum, vbi refert exemplum de Sa-
laminijs, à quibus Scaptius quatuor centeſi-
mas, terrore militari obſeſſo, & afflicto ipſo-
rum Senatu, exegit.
Tulit idem legem de Senatu cogendo, vt
cal. Februar. ad cal. Martias quotidie Senatus
cogeretur, & legatis exterarum nationum da-
retur. Cic. ad Q. Fratrem lib. 1. epiſt. 11.
Tulit idem legē, vt qui cōciones vllas clan
deſtinas in vrbe cōflauiſſet, more maiorū ca-
pitali ſupplicio mulctaretur. Porc. Lat. in Cat.
Anno Vrbis 689. Tit. Atius Labienus tribu
nus plebis, L. Iulio, C. Martio Coſs. legem tu-
83 lit, vt populus † ſacerdotia, quemadmodum
olim lege Domitia, mandaret, quum antea ſa
cerdotes lege Cornelia à Pontificum colle-
gio crearentur.
Anno vrbis 690. M. Tullio Cicerone & C.
Antonio Coſs. Titus Labienus tribunus ple-
bis legem tulit, vt ius creandorum ſacerdo-
84 tum † penes populum eſſet, ex veteri lege Do-
mitia, quæ abrogata erat à Cornelio. Dion li-
bro 37. Inſignis hic annus fuit ob bellum Ca-
tilinæ & Antonij: deinde ob ſubactam Iudæ-
85 am. † ea enim hoc anno in poteſtatem Roma
norum omnium primùm redacta eſt à Pom-
peio. Ioſeph. lib. 14. Plutarchus in Pompeio.
Eodem anno P. Seruilius Rullus, vnus ex
Tribunis plebis, legem tulit Agrariam: vt quę
poſt C. Marium, C. Carbonem Coſs. publicè
data, adſignata, vendita, conceſſa eſſent, ea o-
mnia eo iure forent, vti quæ optimo iure pri-
uata ſunt: vt Decemuiri cum ſummo impe-
rio crearentur, qui totius Italiæ, Syriæ, Aſiæ,
Libyæ, & prouinciarum quæ nuper Pompe-
ius ſubegerat, venderent, ex eaque pecunia a-
gros colonis, quos arbitratu ſuo quo vellent,
deducerent, mercarentur.
Anno Vrbis 691. L. Iunius & L. Licinius
Murena Coſs. legem tulerunt † de legibus fe-
86 rendis: vt leges trinundino antè promulgarē-
tur, quàm ad populum ferrentur. Cicer. Phi-
lip. 5. Contra tranſgreſſores autem pœnæ con
ſtitutæ erant. Cicero ad Atticum libro 4. Et e-
ius erat authoritatis, vt omnes leges contra
hanc latæ inualidæ eſſent. Cicero in orat. pro
Domo: & Quintil. lib. 2. vbi ait: Aut enim de
iure dubitari poteſt eius qui rogat, vt P. Clo-
dij, qui non ritè tribunus creatus eſſe argueba-
tur: aut de ipſius rogationis: quod eſt varium,
ſiue non trinò foriè nundino promulgata, ſi-
ue non idoneo die, ſiue contra interceſſiones
vel auſpicia, aliudve quid, quod legitimè ob-
ſtat, dicitur lata eſſe, vel ferri. Hanc legem P.
Clodius in tribunatu ſuſtulit. Cice. in Oratio-
ne pro Seſtio: Mitte, inquit, eam legem quæ o-
mnia iura religionum, auſpiciorum poteſta-
tem, omnes leges quę ſunt de tempore legum
rogandarum, vna rogatione ſuſtulit.
Anno Vrbis 693. T. Ampius & T. Labienus
Tribun. plebis, Metello & Afranio Coſs. le-
gem tulerunt, vt Cn. Pompeius Victor ex A-
ſia, ludis Circenſibus corona aurea, & omni
cultu triumphantium vteretur: ſcenicis au-
tem prætexta, coronaque aurea.
Anno Vrbis 694. C. Cæſare & M. Bibulo
Coſs. cum in tributis comitijs ſuffragia cōfun
derentur, Q. Fuſius prætor legem tulit, vt ſin-
gula genera ſuffragium † ſeorſim ferrent, quò 87
ſententiæ internoſci poſſent. Dion lib. 38.
Anno Vrbis 695. Piſone & Gabinio Coſs.
P. Clodius Tribunus pleb. & inimicus Cicero
nis, leges † plurimas tulit: quarum quatuor 88
Reipublicæ in primis pernicioſæ fuerunt. V-
na, de annona: vt frumentum populo, quod
antea ſemis æris ac trientibus ciuibus in ſin-
gulos modios dabatur, gratis daretur. Et Sext.
Claudio frumentaria procuratio mandare-
tur. Aſcon. in Piſon. Cicero pro Seſtio. Secun-
da, de Comitijs: ne quis per eos dies, quibus
cum populo agi liceret, de cœlo ſeruaret. qua
lege obnunciatio ſoluta eſt, contra legem Ae-
liam & Fuſiam. Dion libro 38. Tertia fuit de
collegijs reſtituendis, nouisque inſtituendis.
Collegia † omnium primò à Numa inſtituta 89
ſunt, vt refert Plutarchus in vita Numæ: Ex
plerisque, inquit, eius inſtitutis diſtributio
multitudinis per artificia, maximè admirati-
one digna habetur. Nam cum ciuitas ex Sabi-
nis & Romanis conſtaret, eſſentque inter eos
crebræ contentiones, ſtatuit eos Numa in plu
res partes ſecare, vt magnas illas duas factio-
nes in plures & minutas partes diſſectas, peni-
tùs tolleret. Fuit autem hæc diſtributio ex
ratione artificiorum facta, vtporè † tibicinū, 90
aurificum, architectorum, tinctorum, cerdo-
num, coriariorum, fabrorum, figulorum, ea-
demque ratione reliquorum artificum: atque
ijs cùm certos conuentus, tum etiā deos quos
colerent pro dignitate cuiuſque attribuit. Tū
primùm factiones illę ex vrbe ſublatę ſunt, vt
alij Sabini, alij Romani, alij Tatij, alij Romu-
li ciues inuidioſis nominibus dicerentur. Hęc
Plutarchus. Et meminit collegij tertij † ærari- 91
orum fabrûm. Plin. lib. 34. cap. 1. & collegij Ca
pitoli-

pitolinorum Cic lib 2.Epiſt.ad Q fratrem: &
collegij Mercurialis Liuius lib.2.& collegij ti
bicinum,quod collegium ſacrorum cauſa cō
ſtitutum fuit,Valer.Max.lib 2.cap.1. & colle-
92 gij viatorum,Gellius lib.12 cap.3.Hæc † colle-
gia iura multa ſingularia habuerunt, vt re-
fert Caius in l.1 ff quod cuiuſque vniuerſitat.
nomine:Collegia, inquit, Romæ certa ſunt,
quorum corpus Senatuſconſultis atque con-
ſtitutionibus principalibus confirmatum eſt,
veluti piſtorum. & quorundam aliorum: &
nauicularioru; qui & in prouincijs ſunt. Qui-
bus autem permiſſum eſt corpus habere, col-
legij ſocietatis, ſiue cuiuſque alterius eorum
nomine:proprium eſt,ad exemplum Reipub
licæ habere res communes,arcam communē
& actorem ſiue ſyndicum, per quem tanquā
in Republ. quod communiter agi fieriq́ue o-
porteat,agatur,fiat. Quod ſi nemo eos defen-
dat,quod eorum commune erit,poſſideri: &
ſi admoniti non excitentur ad ſui defenſio-
nem,vænire ſe iuſſurum,Procōſul ait. Et qui-
dem nō eſſe actorem vel ſyndicum tunc quo-
que intelligimus,cùm is abſit, aut valetudine
impediatur, aut inhabilis ſit ad agendum Et
ſi extraneus defendere velit, vniuerſitatē per-
mittit Proconſul, ſicut in priuatorum defen-
ſionibus obſeruatur:quia eo modo melior vni
uerſitatis conditio fit. Poterant hæc quoque
collegia manumittere, & legatum capere, &
93 leges ſibi ferre, † dummodò ne quid ex publi-
cis legibus corrumperetur Scæuola in l.pater
filium.ff.de leg.lib.3.Paulus in l.cum Senatus.
ff.de rebus dubijs. Habebant & conceſſas im-
munitates.Calliſtratus in l. ſemper. ff. de im-
munitatibus

Deinde cùm multa pernicioſorum homi-
num collegia fierent, factum eſt Senatuſcon-
ſultum,L.Luctatio & C.Mario Coſs quo col
94 legia ſublata ſunt, † quæ aduerſus Rempubl.
eſſe videbantur:conſeruatis paucis, cuiuſmo-
di ſunt fabrorum,luctorum, vt ſcribit Aſco-
nius in Piſoniana & Corneliana Clodius ita-
que legem tulit, vt conuentus artificum à Nu
ma inſtituti,& magna ex parte partim legib9,
partim Senatuſconſultis ſublati, reſtituerentur,
multiq́ue alij conſtituerentur. Cicero in
Sextiana,Piſoniana, pro Domo, pro Corne-
lio: Dion libr.38.Quæ Clodij lex Q.Cornelio
Lentulo, & Q.Cæcilio Metello Coſs. per Se-
natuſconſultum ſublata eſt:nempè vt omnes
ſodalitates & Decuriati diſcederent.Qui non
diſceſſiſſent, ea pœna quæ eſt de vi,tenerētur.
95 Quæ pœna poſtea ad illicita collegia tranſla-
ta eſt. Vlpian. in l. quiſquis. ff. de collegijs &
corporibus illicitis.

Quarta lex fuit de cenſoribus:Ne quis à cē-
ſoribus in Senatu legendo præteriretur, neve
qua ignominia adficeretur, niſi quis apud ip-
ſos accuſatus,& vtriuſq; cenſoris iudicio con
demnatus eſſet.Aſcon.in Piſon. Hac † autem
lege cenſoriç † poteſtatis ius imminutum eſt, 96
quod quadringentis annis in Repub. vt Cice.
in Piſonem ait,retentum fuerat. Antea enim
cenſoribus notam apponere licuit,non accu-
ſatis:& quod vnus ſtatuiſſet, niſi alter diſertè
interceſſiſſet,aut notatū liberaſſet, tāmindem
erat,ac ſi vtriuſque iudicio eſſet damnatus.

Quintò legem tulit contra † Scribas quæ- 97
ſtorios,qui quidem ordo Romæ cùm gratia,
tū autoritate plurimùm pollebāt: & poſt Se-
natores,equites, & tribunos ærarios facilè pri
mum locum obtinebat.Scribit Plin li. 26. ca.
1.equites Rom.ſcribarū officio functos. Erat
enim hic ordo induſtriæ propoſitus,& digni-
tati & eorum hominum fidei (vt inquit Cic.
actione in Verrem 5.)tabulæ publicæ & magi
ſtratuum pericula committebantur.Habebāt
igitur hi,quemadmodum iudices, ſuas decu-
rias:& ex ijs ſorte ducebantur, qui partim vr-
banis magiſtratibus,partim prouincialibus in
miniſterio erant. In decurias autem à magi-
ſtratibus legebātur, Quæſtorij quidem à quæ-
ſtoribus,Prætorij à prætoribus, Aedilitij ab æ-
dilibus. Clódius itaq; legem tulit, ne † ſcribæ 98
negotiarentur.Quare Suetonius in Domitia-
no ait: Scribas quæſtorios negociantes ex cō-
ſuetudine,ſed contra legem Clodiam, venia
in præteritum donauit.Quamuis Hotoman9
Claudio hanc legem tribuat.

Tulit idem Clodius legem de vi: Vt de ijs
qui ciues Romanos ſine iudicio populi, indi-
ctaque cauſa necaſſent, quæſtio haberetur.
Quam † legem ob Ciceronem, & alios à qui- 99
bus necati erant Catilinarii,tulit.Cic.ad Atti.
3.Velleius lib.2. Dion lib.38.

Tulit quoq; legem † contra M. T. Cicero- 100
nem:vt Ciceroni,quòd falſum S.C.retuliſſet,
quòd ciues Romanos indemnatos necaſſet,
aqua & igni interdictum eſſet: neve ei intra
quingenta paſſuum millia liceret eſſe:ne quis
de ipſius reditu ad Senatum referret: ne quis
ſententiam diceret,ne diſputaret,ne loquere-
tur,ne pedibus iret in ſententiā, ne ſcribendó
adeſſet.Cic.ad Attic.lib 3 Dion.lib 38.

Tulit legem † de prouincijs,vt Gabinio Sy- 101
ria,Babylon,Perſę Piſoni Macedonia,Acha-
ia,Theſſalia,Græcia, omniſq́; Bœotia pro cō-
ſulari imperio mādaretur, ijſq́; cum exercitu
in eas prouincias iuris pecunia ex ærario attri
bueretur.Cic.pro Domo, & in Sextiana.

Tulit legem † de regno Cypri, vt Cyprus 102
inſula in prouinciæ formam redigeretur: vt
Ptolemæus rex Cypri ſedens cum purpura &
ſceptro, in illis inſignibus Regijs præconi pu-
blico ſubijceretur,& cum bonis omnibus pu-
blicaretur. Cicero pro Domo, & pro Sextio:
Velleius lib.2.

Tulit legem † de Peſſinuntio ſacerdotio: 103
vt Peſſinuntius matris magnæ ſacerdos, ſuo
ſacerdo-

ſacerdotio ſpoliaretur, fanumq́ne illud Brogitaro Gallogræco attribueretur. Pro Sextio.
104 Tulit legem † de moneta. Nam antea aſſes tantummodo, & bigati quadrigatiq́ue, à notis bigarum & quadrigarum, in vſu erant. Plin.
105 lib.33.cap.2. Lege igitur Clodia Victoriatus † nummus percuſſus eſt. Eſt autem ſignatus victoria. Victoriatus verò ſemis eſt denarij. Varro lib.3. de Analogia. Nam quam rationem, ait, duo ad vnum habent, eandem habent viginti ad decem in nummis. in ſimilibus, ſicut eſt ad vnum Victoriatum denarius, ſic ad alterum Victoriatum alter denarius.

Anno vrbis 697. P.Cornelius cum Q. Metello, & cum omnibus magiſtratibus, præter vnum prætorem App.Claud. P.Clodij fratrē, & duos Tribunos plebis S. Attilium Sotanū, & Numerium Quinctium, pridie nonas Sex-
106 tileis legem tulit, vt † M.T.Ciceroni redire in ciuitatem, venireq́ue in Senatum liceret. Cicero pro Domo, pro Sextio.

CAPVT XXVII.
Leges à Pompeio latæ.

SVMMARIA.

1 *Leges à Pompeio lata, & num. ſeqq.*
2 *Tribunis pl. lege Pompeia reſtituta ea, quæ Sylla ademerat.*
3 *Lex iudiciaria à Pompeio lata, & num. 4.*
4 *Oratorum dignitas per legem Pompeiam iudiciariam collapſa, & num. 5.*
6 *Centumuirales cauſæ olim ſplendore alijs inferiores.*
7 *Lex de pecunijs ob rem iudicandam captis.*
8 *Lex Pompeia de parricidijs.*
9 *Parricidium quando primùm Romæ commiſſum: & leges de eo lata, num. 10.*
11 *Pœna legis Pompeia de parricidijs, duplex. & num. 13.*
12 *Supplicium parricidarum, à quo inuentum.*
14 *Lex Pompeia de Magiſtratibus, & præſertim Bithyniorū, num. 15.*
16 *Cenſoria poteſtas à Clodio imminuta, per Pompeium iterum reſtituta.*

1 CN. Pompeius † Magnus Coſ. cū M.Craſſo legem tulit, vt ad tribunos plebis prouocandi ius eſſet. quod lege Cornelia prohibitum fuerat: omniaq́ue, omninò quæ tribu-
2 nis plebis Sylla † ademerat, ipſis reſtitnerētur. Plutarchus in Pomp. Aſcon. in Vertin. 1. & 2. Cæſar lib. 1. de bello ciuili.

3 Anno ſequenti tulit † legem iudiciariam, vt ſcilicet ex ampliſſimo cenſu, aliter atq; antea lecti iudices, æquè tamen ex illis tribus ordinibus iudicarent. Cicero in Piſonem, & ibidem Aſcon.

4 Paulo pòſt legem tulit † iudiciariam tertiò, vehementem quidem atq; acrem, in qua de ordinibus qui tum iudicabant, nihil mutanit: ipſam autem iudiciorum formam vehementer circumcidit. Iubebat enim lex, teſte Aſconio, vt prius quàm cauſa ageretur, teſtes per triduum audirentur: dicta autem eorum, iudices confirmarent: quarta die adeſſe omnes in poſterum iuberentur, & coram accuſatore & reo pilæ, in quibus iudicum nomina inſcripta eſſent, æquarentur. Deinde rurſus poſtero die ſortitio iudicum fieret, vnius & ſeptuaginta. Qui numerus cum ſorte obtigiſſet, ij protinus ſeſſum irent: tum ad dicendum accuſator duas horas, reus tres haberet: eodemq́ue die illo res iudicaretur. Prius autem quā ſententia ferretur, quinos ex ſingulis ordinibus accuſator, totidem reus reijceret, ita vt numerus iudicum relinqueretur quinquageſimus & vnus. Hæc lex, vt ex Aſconio colligitur, magis ob potentiam Pompeij, qui armis eam ſe defenſurum dicebat, quàm vtilitatem accepta eſt. Poſt hanc enim legem omnis pe-
nè oratorum † dignitas & contentio collapſa 4
eſt. quam indignitatem commemorat etiam Cicero in Bruto: Maximè verò, inquit, perſpecta eſt vtriuſque noſtrûm exercitatio, paulò antè quàm perterritum hoc armis ſtudium, Brute, noſtrum conticuit ſubitò, & obmutuit, cum lege Pompeia ternis horis ad dicendū datis, ad cauſas ſimilimas inter ſe, vel potius eaſdem, noui veniebamus quotidie. Quibus quidem cauſis, tu etiam Brute præſtò fuiſti: cō pluresq́ue & nobiſcum, & ſolus egiſti. Et Tacitus in dialogo de Oratoribus: Tranſeo, inquit, ad formam & conſuetudinem veterum iudiciorum, quæ etſi nunc arctior eſt, ita tamen eloquentiam tanto illud forum magis exercebat, in quo nemo intra pauciſſimas horas perorare cogebatur, & liberæ comperendinationes erant, & modum dicendi ſibi quiſq; ſumebat, & numerus neque dierum, neque patronorum cauebatur. Primus tertiò Cos. Cn. Pompeius adſtrinxit, impoſuitq́ue velutì frenum † eloquentiæ, ita tamen, vt in foro om- 5
nia, & legibus omnia apud Prætores gererentur. Apud quos quanto maiora negocia exerceri ſolita ſint, quod maius argumentum eſt,
quàm quod cauſæ Centumuirales † quę nunc 6
primum obtinent locum, adeò ſplendore reliquorum iudiciorum obruebantur, vt neque Ciceronis, neque Cæſaris, neque Bruti, neque Cælii, neque Calui, non denique vllius Oraroris magnus liber apud Centumuiros dictus legatur? Addit prętereà Plutarchus in vita Pompeij, hac lege cautum fuiſſe, ne cui reum in iudicio laudare liceret.

Eodem anno legem † tulit de pecunijs ob 7
rem iudicandam captis, vt de ijs qui à ſecūdo ſuo conſulatu ad hunc vſq; diem ob rem iudicandam pecunias cæpiſſent, quæſtio conſtitueretur. Appianus de bello ciuili lib. 2.

Tulit deinde legem † de parricidijs. Pri- 8
mis enim temporibus nunquā parricidij quęſtio certa fuit. Romulus enim primus orbis conditor, nihil ſancire de hoc crimine immani voluit, quòd putaret neminem ad tantā impie-

Impletatem, ac crudelitatem dilabi poſſe: & propterea admonere homines facinoris inuſitati noluit. ſed nihil tam ant natura ſanctũ, aut legibus munitum eſt, ad quod profanandum, euertendumq́ue humana audacia non aſpiret. Nam vt Plutarchus ait, poſt annum
9 vrbis conditæ 600. L. Oſtius † patrem occidit. Deinde P. Malleolus poſt bellum Cymbricum, C. Mario, L. Valerio Flacco Coſſ. matrem interemit.

Graſſante itaq; eiuſmodi impietate ac im-
10 manitate, Sylla primus † de parricidijs quæſtionem conſtituit, quam deinde Pompeius emendauit, nouamq́ue legem tulit, qua cautum fuit, vt non ſolum qui patrem vel matrem, ſed etiam qui cognatos atque patronos necaſſent, parricidij tenerentur, l. hos accuſare §. item. ff. de accuſ. & inſcript

11 Pœna verò legis Pompeiæ de † parricidijs duplex fuit. Nam qui perſonam aliquam extra patrem aut matrem, auum aut auiam occidiſſet, pœna legis Corneliæ de ſicarijs, vt ſcribit Martianus, tenebatur. Qui autem patrem vel matrem, aut ex aſcendentibus aliquem necaſſet, ea pœna quę more maiorum conſtituta erat, adficiebatur. Ea huiuſmodi fuit: Iudicato ſtatim folliculo lupino os obuoluebatur, & ſoleæ ligneæ pedibus inducebantur: deinde in carcerem vſque ad ſupplicij ſumendi tempus conijciebatur. Productus deinde, virgiſq́ue ſanguineis verberatus, culeo inſuebatur: idq́ue more maiorum, vſque ad Cicero-
12 nis tempora. Quod genus ſupplicij † primus omnium inueniſſe dicitur Tarquinius Rex, qui M. Tullium duumuirum, quòd librum ſecreta ciuilium ſacrorum continentem, cuſtodiæ ſuæ commiſſum, corruptum Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, culeo inſutum in mari abijci iuſſit. Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1. Dionyſ. lib. 3. Deinde propter atrocitatem inſuti vnà ſunt, ſerpentes & ſimia. Tandem Cõſtantinus canem, & gallum gallinaceum adie-
13 cit. Cum ſerpente † igitur nunc, & ſimia, & cane & gallo gallinaceo inſutus, in profundum mare iactatur: aut ſi mare propinquum non eſt, in profluentem. Huius ſupplicij vim & atrocitatem deſcribit Cicer. pro Roſcio Amerino: Quid enim tam commune, quàm ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis? ita viuunt dum poſſunt, vt ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur, vt eorum oſſa terram non tangant: ita iactantur fluctibus, vt nunquam alluantur: ita poſtremò eijciuntur, vt ne ad ſaxa quidem cõquieſcant.

14 Tulit quoque legem † de Magiſtratibus, anno 701. Ne cuius abſentis in magiſtratuum comitijs ratio haberetur, vno Cæſare excepto. Dionyſ. lib. 40.

15 Extat etiam lex † de Magiſtratibus Bythiniorum, Ne quis annis 30. minor magiſtratũ caperet, in Senatúue eſſet: vt qui magiſtratum cæpiſſent, eis in Senatu eſſe liceret: Ne decuriones in curiam à cenſoribus lecti, pecuniam pro introitu darẽt: Vt Senatores certis de cauſis à cenſoribus ordine mouerentur: Vt Bythynicis ciuitatibus adſcribere ſibi quos vellent ciues liceret, dum ne ciuitatis eſſent alienæ, ſed earum quiſq; ciuitatum quæ eſſent in Bithynia. Plin. lib. 10 epiſt. 84. & 117.

Anno vrbis 701. Q. Cæcilius Q. F. Metellus Pius, Scipio Coſ. cum Pompeio tulerunt, vt cenſoria † poteſtas, quàm P. Clodius trib. ple- 16
bis imminuerat, reſtitueretur.

SEPTIMA MVTATIO REIPVB. ROMANAE, QVAE CONTIGIT anno vrbis 708.

CAPVT XXVIII.

Monarchia conſtituta.

SVMMARIA.

1 Iulius Cæſar à militibus Imperator ſalutatus: petit conſulatum, num. 2. apud milites concionatur, num. 5. conditiones concordiæ proponit, num. 6. ciuitates ad mare Adriaticum occupat, num. 7. Romam proficiſcitur, num. 9. exercitum Pompeij in Hiſpania ſubigit, num. 10. Dictator dicitur, num. 11. ad Pompeium pro pace mittit, num. 13. exercitus Antonij ſe coniungit, num. 16. in anguſtijs verſatur, nu. 17. mittit ad Scipionem, nume. 18. ad milites concionatur, nume. 21. ſtudet celeritati, nu. 22. Pompeij caſtra occupat, nu. 28. Alexandriam in Aegyptum venit, num. 35. bello ab Aegyptijs laceſſitur, num. 30. Aegyptum ſubigit, num. 37. in Africam exercitum ducit, nu. 38.

3 Pompeius à Cæſaris amicitia ſe auertit: Brundiſium proficiſcitur, & exercitum colligit, nu. 8. magnã claſſem cogit, nu. 12. ſuperbè ad mandata Cæſaris reſpondet, nu. 14. irruptionem in Cæſarianos facit, nu. 19. celeritati quoq; ſtudet, nu. 22. nimiũ ſibi fidit, nu. 24. acie excedit, n. 27 ex caſtris profugit, nu. 29. Peluſiũ venit, nu. 31. interficitur. nu. 33.

4 Senatuſconſultum extremum atq; vltimum quale.

15 Labieni acerba & tumida reſponſio ad poſtulata Cæſaris. eiuſdem temeraria iactantia, num. 25.

25 Pompeianorum nimia fiducia & ſpiritus: ac præmatura victoria deſignatio, num. 23.

26 Pharſalicum prælium inter Cæſarem & Pompeium.

30 Cratippi reſponſum de fatalibus imperiorum periodis.

32 Amici plerunq; in calamitate fiunt inimici.

34 Sapientum magna ſæpe & triſtia errata.

39 Cæſar animum altum & erectum ſemper geſſit.

40 Cato Vtica ſemetipſum interficit.

41 Officij meta ſeruanda, & abſtinendum non neceſſarijs.

42 Triumphi Cæſaris quatuor: Gallicus, nu. 43. Aegyptius nu. 44. Ponticus, nu. 45. Africus, nu. 46. & quintus Hiſpanicus, num. 51.

47 Cæſari à Senatu multi honores decreti, nu. 52.

48 Ciuium multa millia bello ciuili amiſſa.

49 Conſules honorarij quo anno primum creati.

50 Cæſar contra filium Pompeij exercitum in Hiſpaniam ducit, eamq́; ſubigit.

53 Imperatores poſt Iulium Cæſarem vnde ſic dicti.

54 Honores inuidiam pariunt.

55 Cæſar viginti tribus vulneribus interficitur.

CAVSA BELLI CIVILIS, ET EVENTVS.

CAIVS

CAIVS Iulius Cæſar rebus bellicis fœ
1 liciter geſtis, à ſuis militibus † Impe-
rator ſalutatus eſt. Mos erat, vt triun-
phum ducturi, extra vrbem aliquandiu mo-
ram protraherent: qui verò Conſulatum pe-
terent, neceſſariò in vrbe præſentes adeſſent.
Cęſar itaque in huiuſmodi conſtitutus ambi-
guitatibus, quoniam comitijs Conſularibus
aduentarat, abſentis rationem haberi, & ſe cō
2 ſulem † declarari petijt. Cum enim magnæ ip
ſi, veteresque cum multis inimicitiæ eſſent,
verebatur, ſi rectà Romam tanquam priuatus
reuerteretur, ne eum inimici, inſtituta accuſa
tione opprimerent. Literis igitur Conſulibus
redditis, ægrè ab his impetratum eſt, ſumma
tribunorum contentione, vt In Senatu recita-
rentur. Vt verò ex literis ad Senatum referre-
tur, impetrari non potuit. Poſtquam à multis
ſententiæ dicerentur, Scipionis vicit: vti ante
certam diem Cæſar exercitum dimittat: ſi nō
faciat, eū aduerſus Rempublicam facturum
videri. Huic Senatuſconſulto M. Antonius &
Q. Caſſius Tribuni plebis ſe opponunt, & in-
tercedunt. Ad ius comitiorum tribunos ple-
bis C. Curio euocat. Omnes amici conſulum,
neceſſarij Pompeij, atque eorum qui veteres
inimicitias cum Cæſare gerebant, in Sena-
tum coguntur: quorum vocibus & concurſu
terrentur infirmiores, dubij confirmantur,
pleriſque verò liberè decernendi poteſtas eri
3 pitur. Ipſe Pompeius † ab inimicis Cęſaris in-
citatus, & quòd neminem dignitate ſecum
exæquari volebat, totum ſe ab eius amicitia a-
uerterat: & cum cōmunibus inimicis in gra-
tiam redierat: & duabus legionibus ad ſuam
potentiam dominatumq; conuerſis, rem ad
arma deduci ſtudebat. His de cauſis aguntur
omnia raptim atque turbatim, neque docen-
di Cęſaris propinquis eius ſpacium datur, nec
tribunis plebis ſui periculi deprecandi, neque
etiam extremi iuris interceſſionem retinen-
di. Decurritur ad illud extremum atque vlti-
4 mum Senatuſconſultum. Dent † operam cō-
ſules, Prętores, Tribuni plebis, quique Conſu-
les ſunt ad vrbem, ne quid Reſpub. detrimen-
ti capiat Hæc Senatuſconſulto perſcribuntur
ad 7. Id. Ian: & de imperio Cæſaris, & de am-
pliſſ. viris Tribu. pleb. grauiſſimè acerbiſſime-
que decernitur. Profugiūt ſtatim ex vrbe Tri-
buni plebis, ſeſeque ad Cæſarem, qui Rauen-
næ erat, conferunt. De reliquis rebus ad Sena-
tum refertur. Prouinciæ priuatis decernun-
tur, duæ Conſulares, reliquæ prętoriæ. Scipio-
ni obuenit Syria, L. Domitio Gallia. Conſu-
les ex vrbe proficiſcuntur: tota Italia delectus
habetur, arma imperantur, pecuniæ à munici
pijs exiguntur, & è fanis tolluntur, omnia di-
uina humanaque iura permiſcentur. Quibus
5 rebus cognitis, Cæſar apud milites † concio-
natur: hortatur vt eius exiſtimationem digni
tatemque defendant. Milites ſeſe paratos eſ-
ſe, Imperatoris ſui Tribunorumque iniurias
defendere conclamant. Cognita igitur mili-
tum voluntate, Ariminum contendit, condi-
tionesque † proponit: Proficiſcatur Pompe- 6
ius in ſuas prouincias, ipſi exercitus dimitta-
tur: diſcedant in Italia omnes ab armis, me-
tus è ciuitate tollatur: libera comitia, atque o-
mnis Reſpubl. Senatui populoque Romano
permittatur. Hæc quo facilius certiſque con-
ditionibus fiant, & iureiurando ſanciantur,
aut ipſe propiꝰ accedat, aut ſe patiatur accede
re: fore vti per colloquia omnes controuerſię
componantur. Conſules reſpondent: Cæſar
in Galliam reuerteretur, Arimino excederet,
exercitus dimitteret: quæ ſi feciſſet, Pompe-
ium in Hiſpanias eſſe iturum: interea quoad
fides eſſet data Cæſarem facturum quæ polli-
ceretur, non intermiſſuros Conſules Pompe-
iumque delectus. Quæ conditio iniqua cum
deſperationem pacis adferret, Cæſar † Piſau- 7
rum, Fanum, Anconam occupat: Auximum
recipit. Quibus rebus Romam nunciatis, tum
mur repentè terror inuaſit. Cæſar enim iam-
iam aduentare, & eius equites adeſſe falſo nū-
ciabatur. Lentulus itaque ex vrbe profugit,
hunc Marcellus collega, & pleríque magiſtra
tus conſequuti ſunt. Cn. Pompeius pridie eius
diei ex vrbe ad legiones in Apuliam profectꝰ
erat. Auximo Cæſar progreſſus, omnem agrū
Picenum percurrit. Cunctę earum regionum
præfecturæ libentiſſimis animis eum recipi-
unt, exercitumque eius omnibus rebus iuuāt.
Sulmonenſes quoque portas Antonio, quem
eò cum quinque cohortibus miſerat, aperi-
unt: in poteſtatem ſuam deinde redigit Len-
tulum, Domitium Quintilium Varum, alioſ-
que complures adoleſcentes, & magnum nu-
merum equitum Romanorum & Decurio-
num. Deinde in Apuliam rectà contendit.
Pompeius his rebus cognitis, quæ erant ad
Corfiniū geſtæ, proficiſcitur † Brunduſium: 8
vbi exercitus, quantos potuit, ex Græcia & A-
ſia contraxit. Cæſar relicta vrbe, Pompeium,
ne ſe in dies maioribus auxilijs confirmaret,
conſectatur: Brunduſiumq; circumſidet. Sed
clam noctu diſcedente Pompeio, Brunduſini
Pompeianorum militum iniurijs, atque ipſi-
us Pompeij contumelijs permoti, Cæſari ſe
dediderunt. His rebus confectis, Cæſar, etſi ad
ſpem conficiendi negocij maximè pertine-
bat, coactis nauibus mare tranſire, & Pompe-
ium ſequi: quia tamen Pompeius præſentem
facultatem inſequendi ſui ademerat, in Hiſ-
paniam proficiſci conſtituit. Cæſar itaque, vt
reliquum tempus à labore intermitteretur,
milites in proxima municipia deducit: ipſe † 9
ad vrbem proficiſcitur. Coactoque Senatu, i-
nimicorum iniurias commemorat. docet ſe
nullum extraordinarium honorem appetiſ-
ſe:

ſe:ſed expectato legitimo tempore Conſula-
tus,eo fuiſſe contentum: quod omnibus ciui-
bus pateret.patientiam ſuam proponit, acer-
bitatem inimicorum docet, iniuriam in eri-
piendis legionibus, crudelitatem & inſolen-
tiam in circumſcribendis Tribunis plebis.O-
rat ac poſtulat, vt Rempub. ſuſcipiant, atque
vnà ſecum adminiſtrent, & legatos ad Pom-
peium mittant.ipſe,ne tempus omitteret, ab
vrbe proficiſcitur, & in vlteriorem Galliam
venit,ac inde in Hiſpaniam ad Pompeij exer-
citum properat. Vrbem Romam interea Le-
pido commendat, M.Antonio Italiam. Poſt-
quam in Hiſpaniam veniſſet,exercitum Pom
10 peij † fame ad deditionem coegit: M. Varro
legatus Cæſari quoque ſe dedit. Diebus igitur
XL.quibus in conſpectum aduerſariorum ve
nit Ceſar, in Hiſpania, duos pepulit exercitus,
duos ſuperauit duces, duas recepit prouinci-
as. Interea M. Lepidus prætor Dictatorem eũ
11 † dixit Rediens igitur Romam, comitia ha-
buit:ac multa de iudicijs, de frumento adue-
hendo in vrbem,de ſacerdotijs, de fœnore &
alijs rebus ordinauit. Depoſita poſt vndeci
mum diem Dictatura, vnà cũ Seruilio conſu-
latum inijt:& ab vrbe proficiſcitur, Brunduſi-
umq́ue venit:eò legiones duodecim, equitatũ
omnem venire iuſſerat. Pompeius anni inte-
rea ſpacium ad comparandas copias nactus,
magnam ex Aſia, Cycladibuſq́; inſulis, Cor-
cyra, Athenis, Ponto, Bithynia, Syria, Cilicia,
12 Phœnice & Aegypto † claſſem coegerat, ma-
gnam pecuniam exegerat, frumenti vim ma-
ximam comparauerat. Hyemare Dyrrachij,
Apolloniæ, omnibusq́ue oppidis maritimis
conſtituerat, vt mare Cæſarem tranſire pro-
hiberet.Cæſar certa militibus de victoria ſpe
facta, mancipia atque impedimenta in italia
relinquit, vt expediti naues conſcenderent,
iuſſit. Pridie itaque nonas Ianuarias, naues ſol
uit.poſtridie terram attingit Græcorum, ad
eum locum qui appellatur Pharſalia, omni-
bus nauibus ad vnam incolumibus milites
exponit.L.Vibulium ad Pompeium † mittit,
13 ac † mandata dat, quorum hæc erat ſumma:
Debere vtrumque pertinaciæ finem facere,&
ab armis diſcedere, neque amplius fortunam
periclitari: ſatis eſſe magna vtrinque incom-
moda accepta, quæ pro diſciplina & præcep-
tis habere poſſent, vt reliquos caſus timerent:
conditiones pacis, quoniam antea conuenire
non potuiſſent, Romæ à Senatu, & à populo
peti debere: ſi vterque in concione ſtatim iu-
raſſet, ſe triduo proximo exercitum dimiſ-
ſurum, iudicio populi vtrumque fore contẽ-
tum. Vibullus de mandatis Cæſaris agere in-
cipiens, interpellatur à Pompeio,& loqui plu
14 ra prohibetur: Quid mihi, inquit, aut vita, aut
ciuitate opus eſt, quam beneficio Cæſaris ha-
bere videbor? cuius rei opinio tolli non po-
terit, niſi cum Italiam, ex qua profectus ſum,
reductus exiſtimabor bello perfecto. Nihilo-
minus Cæſar adhuc de pace agere non deſti-
tit. Inſtituitur colloquium inter Cæſarianos
& Pompeianos: deputantur ad id P. Vatinius
& A. Varro. Inter bina enim caſtra Pompeij
& Cæſaris vnum flumen tantum intererat A-
pſus: orationem mediam interrumpunt ſubi-
tò vndique tela immiſſa. Tum Labienus: De-
ſinite † ergo de compoſitione loqui. nam no- 15
bis, niſi Cæſaris capite relato, pax nulla eſſe po
teſt. Deſperata itaque pace, eodem die, diuer-
ſis tamen conſilijs, ex caſtris ſtatiuis à flumi-
ne Apſo exercitum educunt. Cæſar vt quam-
primum ſe cum Antonio coniungeret, pa-
làm & interdiù caſtra ſoluit. Pompeius vt ve-
niẽtibus ſe in itinere opponeret,& ſic impru-
dentes ex inſidijs adoriri poſſet, clã & noctu.
Cæſari maiori circuitu iter erat lõgius aduer-
ſo flumine, vt vado tranſire poſſet: Pompeius
quia expedito itinere flumen ei tranſeundum
non erat, magnis itineribus ad Antonium
contendit. Sic ſe interea Cęſari coniungit: cu-
ius aduentu cognito, Pompeius, ne duobus
circumcluderetur exercitibus, ex eo loco diſ-
cedit, omnibuſq́ue copijs ad Aſparagum Dyr
rachinorum peruenit. Cæſar † Antonij exer- 16
citu coniuncto, poſtquam Pompeium ad Aſ-
paragum eſſe cognouit, cum exercitu profe-
ctus: & expugnato in itinere oppido Parthi-
norum, in quo Pompeius præſidium habe-
bat, tertio die in Macedoniam ad Pompeiũ
peruenit, iuxtaq́ue eum caſtra poſuit:& poſtri
die eductis omnibus copijs, acie inſtructa de-
certãdi poteſtatem Pompeio facit. vbi illum
ſuis locis tenere animaduertit, reducto in ca-
ſtra exercitu, poſtero die omnibus copijs ma-
gno circuitu, difficili anguſtoq́ue itinere Dyr
rachium profectus eſt, ſperans Pompeium
aut Dyrrachium compelli, aut ab eo inter-
cludi poſſe. Pompeius de Cæſaris conſilijs
per exploratores certior factus, poſtero die
caſtra mouit, breuiori itinere ſe ei occur-
rere poſſe putans: verùm à Cæſare præuen-
tus, Dyrrachioq́ue intercluſus, in edito loco
caſtra posuit, & viginti quatuor caſtellis com-
munit: mareq́ue circumcirca, vt omnium re-
rum copia abundare poſſet, occupat. Cæſar † 17
autem conſumptis omnibus longè lateq́; fru-
mentis, ſummis erat in anguſtijs. Premebat ve
rò Pompeium, quòd omnes riuos qui ad ma-
re pertinebant, Cæſar aut auerterat, aut ma-
gnis operibus obſtruxerat. Vnde Pompeiani
non bona vtebantur valetudine, cum angu-
ſtijs loci, & odore tetro ex multitudine cada-
uerum,& quotidianis laboribus, inſueti ope-
rum, aquæ ſumma inopia afficerentur. Facta
igitur eruptione, pugnatum eſt,& vno die ſex
prælijs factis, tribus ad Dyrrachium, tribus ad
munitiones, duo millia Pompeianorum ceci

derunt: ex Cæſarianis viginti tantum deſide-
rati. Hæc cùm in Achaia atque apud Dyrra-
chium gererentur, Scipionemq́ue in Macedo
18 niam veniſſe conſtaret, non oblitus priſtini
inſtituti Cæſar, mittit † ad eum Clodium, ſu-
um atque illius familiarem: huic dat literas,
mandataq́ue ad eum, quorum hæc erat ſum-
ma: Seſe omnia de pace expertum, nihil ad-
huc arbitrari vitio factum eorum quos eſſe
autores eius rei voluiſſet, quod ſua mandata
perferre opportuno tempore ad Pompeium
vererentur: Scipionem ea authoritate eſſe, vt
non ſolùm liberè quę probaret exponere, ſed
etiam magna ex parte compellare, atque errã-
tem regere poſſet: præeſſeque ſuo nomine ex-
ercitui, vt præter authoritatem vires quoque
ad cohercẽdum haberet. quod ſi feciſſet, qui-
etem Italiæ, pacem prouinciarum, ſalutem
Imperij vni omnes acceptam relaturos. Hæc
ad eum mandata, Clodius refert, ac primis di-
ebus, vt videbatur, libenter auditus, reliquis
19 ad colloquium non admittitur. Pompeius †
interea ob ſummam pabuli inopiam, adeò vt
folijs ex arboribus ſtrictis, & teneris arundi-
num radicibus contuſis equos alerent, erupti-
onem, per Allobroges perfugas de rebus Cæ-
ſarianis certior factus, fecit. magnumq́; Cęſa-
ri attulit damnum, quòd omnibus primæ co-
hortis centurionibus interfectis, omnia erãt
tumultus, timoris, fugæ plena: adeò, vt cùm
Cæſar ſigna fugientium manè prehenderet,
& conſiſtere iuberet, alij dimiſſis equis eundẽ
curſum conficerent, alij ex metu etiam ſigna
dimitterent, neque quiſquam omninò conſi-
ſteret. Deſiderati ſunt ex Cæſarianis milites
nongenti & ſexaginta, & equites Romani
quadringenti. His rebus tantum deinde fidu-
20 ciæ ac ſpiritus † Pompeianis acceſſit, vt non
de ratione belli cogitarent, ſed viciſſe iam ſi-
bi viderentur: nec communes belli caſus re-
cordarentur, neque putarent commutationẽ
rerum poſſe accedere, verùm per orbem ter-
rarum fama ac literis eius diei victoriam ce-
lebrarent. Cæſar à ſuperioribus conſilijs de-
pulſus, omnem ſibi commutandam belli ra-
21 tionem exiſtimans, habuit † ad milites con-
ciõem: qua hortabatur, ne ea quæ accidiſſent,
grauiter ferrent, neve his rebus terrerentur:
multa ſecunda prælia cogitarent: culpam in
ſe non conijcerent, ſed hoc ipſorum vel per-
turbationi, vel errori, vel fortunæ darent: co-
narentur acceptum incommodum virtute
ſarcire. nonnulliſq́ue ſignifcris ignominia
notatis, ac loco motis, non pugnandum eſſe
putauit, ſed ſpacium ad recrcãdos milites in-
terponendum cenſuit: relictiſq́ue munitio-
nibus, magnoperè rei frumentariæ timebat.
Educto igitur paulatim exercitu, & præmiſſis
Apolloniam ſaucijs, nouiſſimum agmen cõ-
ſequutus, ipſe celeriter è conſpectu caſtrorum
diſceſſit. quem etſi Pompeius inſequebatur,
expedito tamen itinere antecedebat. Confe-
cto iuſto itinere eius diei, traductoq́ue exer-
citu per flumen Genuſum, veteribus ſuis in
caſtris contra Aſparagum conſedit. Similiter
& Pompeius vetera caſtra repetijt. Inde vt ſu-
is eſſent auxilio, & ad opprimendos aduerſa-
rios, ne occaſioni temporis deeſſent, vterque
† eorum celeritati ſtudebat. Pompeius enim 22
ad Scipionem ſibi properandum exiſtimauit,
vt ſi Cæſar iter eò haberet, ſubſidium ipſi fer-
ret. Cæſar quoque timens Domitio, ne aduẽ-
tu Pompeij præoccuparetur, ad eum omni ce
leritate & ſtudio incitatus ferebatur: ipſiq́ue
ad Egium, cum Domitius vix quatuor hora-
rum ſpacium hoſtium periculum vitaſſet, oc
currit. Coniuncto exercitu, Cæſar Gomphos
peruenit: quos, quia ſe ab amicitia ſua ante-
uerterant, expugnat. Pompeius Cæſarem in-
ſequitur: paucisque pòſt diebus in Theſſaliam
peruenit. Habita concione, militibus gratias
agit: ſuum cum Scipione partitur honorem.
triumphum ante victoriam decernebant: alij
† domos, bonaq́ue eorum qui in caſtris erant 23
Cęſaris, petebant: poſtremò, omnes aut de ho
noribus ſuis, aut de præmijs pecuniæ, aut de
perſequendis inimicis agebant. Nec quibus
rationibus ſuperare poſſent, ſed quemadmo-
dum vti victoria deberent, cogitabant. Ten-
tandum tandem Cæſar exiſtimauit, quidnam
Pompeius propoſiti aut voluntatis ad dimi-
candum haberet. Itaque exercitum è caſtris e-
duxit, aciemq́ue inſtruxit. Pompeius † nimia 24
ſpe fretus, dixerat paucis diebus antè: priuſ-
quam concurrerent acies, fore vt exercitus
Cæſaris pelleretur. Dictis fidem addit: Perſua-
ſi, inquit, equitibus noſtris, id quod ſe mihi fa-
cturos confirmauerunt, vt cùm propius ſit ac
ceſſum, dextrum Cæſaris cornu à latere aper-
to aggrederentur: vt circumuenta à tergo a-
cie, prius perturbatum exercitum pellerent,
quam à nobis telũ in hoſtem iaceretur. Hunc
Labienus excepit, † deſpectiſq́ue copijs Cæſa- 25
ris iurauit, ſe niſi victorem in caſtra nõ reuer-
ſurum: reliquoſq́ue vt idem facerent horta-
tus eſt. Instructis itaque vtrinque aciebus, Cæ-
ſar ſuos milites ad pugnam cohortatur, &
ſua officia perpetui temporis in eos prædicat.
In primis commemorat, teſtibus ſe militibus
vti poſſe, quanto ſtudio pacem petijſſet: quæ
per Vatinium in colloquijs, quæ per Clodi-
um cum Scipione egiſſet: quibus modis ad O-
ricum cum Libone, de mittendis legatis con
tendiſſet: neque ſe vnquam abuti militum
ſanguine, neque Rempublicam alterutro ex-
ercitu priuare voluiſſe. Hac habita oratione,
expoſcentibus militibus, & ſtudio pugnæ ar-
dentibus, tuba ſignum dedit. Commiſſum eſt
itaque † prælium, longeq́ue aliter conſilia Põ 26
peij, atque putarat, cecidere. Tanta enim vi in
equi-

equites Pompeij, in quibus ipſe certam victo-
riæ ſpem poſuerat, impetus factus eſt, vt non
ſolùm loco excedere, ſed incitati fuga mon-
tes altiſſimos petere cogerentur. Pompeius,
vt equitatum ſuum pulſum vidit, atque eam
partem cui maximè confidebat, perterritam
animaduertit: alijs quàm maximè diffiſus, a-
27 cie † exceſſit, protinuſq; ſe in caſtra equo con-
tulit. Reliqui deſtituti equitatu, fugæ ſe cõmi-
ſerunt, intraque vallum ſe receperunt. Cæſar
perterritis nullum ſpacium dari oportere ex-
28 iſtimans, caſtra oppugnat, & † occupat. In ca-
ſtris videre licuit triclinia ſtrata, magnum ar-
genti pondus expoſitum, recentibus ceſpitib.
tabernacula conſtrata. L. etiam Lentuli & nõ
nullorum tabernacula protecta edera: multa
præterea quæ nimiam luxuriam, & victoriæ
fiduciam deſignarent: vt facilè exiſtimari poſ-
ſet, nihil eos de euẽtu eius diei timuiſſe, quin
non neceſſarias conquirerent voluptates. at-
que hi miſerrimo ac patientiſſimo exercitui
Cæſaris luxuriem obijciebant, cui ſemper o-
mnia ad neceſſarium vſum defuiſſent. Pom-
peius iam cum intra vallum noſtri verſaren-
tur, equum nactus, detractis inſignibus Impe-
29 ratorijs, decumana porta ſe † ex caſtris eiecit:
protinuſque equo citato Lariſſam contendit.
& nocturno itinere non intermiſſo, vnà cum
paucis ſuis ad mare peruenit, nauẽq. frumen-
tariam conſcendit, & Mytilenas paucis dieb⁹
venit, vbi coniunx eius Cornelia erat. Mytile-
nei Pompeio ſalutato, eum vt ingrederetur,
petiuêre. Quibus non annuit, ſed eos victori
parêre ſuaſit, inq; eo fidere. clementem enim,
æquumque eſſe Cæſarem. Inde ad Craiip-
pum in hortum diuertit, apud quem cùm de
fortuna quereretur, diſputauit an ſit prouidẽ-
tia, cùm in cauſa meliore victus eſſet. Cui re-
30 ſpondit Cratippus, † Fatales eſſe imperiorum
periodos, & iam non conuerti Romanam
Rempublicam in monarchiã. Biduum tem-
peſtate retentus, nauibuſq; alijs additis actua-
rijs, in Ciciliam, atque inde Cyprum perue-
nit. Inde depoſito adeundæ Syriæ conſilio, pe-
cunia ſocietatis ſublata, & à quibuſdam pri-
uatis ſumpta: duobus millibus hominum ar-
matis, partim quos ex familijs ſocietatum de-
legerat, partim à negotiatoribus coegerat,
quoſq; ex ſuis quiſq; idoneos exiſtimabat, Pe-
31 luſium † peruenit: vbi ad regem Ptolemæum,
puerum ætate, miſit: & petijt, vt pro hoſpitio
atque amicitia patris Alexandria reciperetur,
atque illius opibus in calamitate tegeretur:
exiſtimans ſe ibi tutum futurum, & nouos ex-
ercitus contrahere poſſe. Quia verò Ptole-
mæus alienis regebatur propter ætatem con-
ſilijs, amici regis (inter quos Photinus eunu-
chus, & Theodorus Chius præceptor adole-
ſcentis, & Achillas præfectus regius) an reci-
piendus Pompeius eſſet, deliberarunt. Re diu
diſputata, ſuaſit Theodorus præceptor regis,
Pompeium è medio tollendum eſſe: ſiue ti-
more adductus, ne ſollicitato exercitu regio
Pompeius Alexandriam Aegyptumque oc-
cuparet: & ne moles belli eò attraheretur, ſi
Cæſar Põpeium perſequeretur: ſiue deſpecta
eius fortuna, vt plerumque in calamitate † ex 32
amicis inimici exiſtunt. addens dictum, νεκρὸς
οὐ δάκνει. Et apud Lucanum Photinus inquit:

——Exeat aula,
Qui vult eſſe pius——
Nulla fides vnquam miſeros elegit amicos.

Ipſi clàm conſilio inito, Achillam præfe-
ctum regium, ſingulari hominem audacia, &
L. Septimium tribunum militum, ad interfi-
ciendum Pompeium miſerunt. Ab his libera-
liter ipſe appellatus, & quadam noticia Septi-
mij productus, quòd bello prædonum apud
eum ordinem duxerat, nauiculam paruã con-
ſcẽdere iubetur. limum enim eſſe quàm mul-
tum, nec profundum, quod triremi ad naui-
gandum ſupperat. Pompeius cum vltimò
complexus eſſet Corneliam, cum duobus cẽ-
turionibus & liberto Philippo nauiculam in-
greditur, & ad vxorem filioſq; Sophocleum
illud profert:

ὅστις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται,
κείνου ʼστὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.

Agnoſcit deinde Septimium, & alloqui-
tur: Non ego te, inquit, commilitonem me-
um agnoſco? Ille nulla ſalutatione data capi-
te tantum innuit, cumque legeret orationem
Græcam, qua alloquuturus erat Regem, & lit-
tori appropinquaret, ac ſurrecturus, Philippi
manu apprehenſa ſe ſubleuare vellet: Septi-
mius tergo inſtans, prior enſe eum transfigit: 33
inde Salmus & Achillas gladios nudauere.
Pompeins vtraque manu toga frontem ob-
ducens, nihil ſe ipſo indignum aut loquutus
eſt, aut fecit: ſed tantùm ſuſpirans, ſe interfici-
endum præbuit. Coniux eius Cornelia cùm
miſerrimam mariti cædem ex naui, qua vnà
cum eo vecta fuerat, videret, mox cum filijs
in Cyprum ſecundis ventis delata eſt. inde
eos in Africãm miſit ad Scipionem & Cato-
nem. Pompeio trucidato, caput auulſum eſt:
reliquum corpus nudum in littus eiectum,
ſpectaculo omnibus fuit. quod deinde liber-
tus Philippus ſua tunica inuolutum, pyræ ex
reliquijs paruæ ſcaphę tradidit. Interfectus eſt
Pompeins prima die Octobris, cum inchoa-
ret annum nonum & quinquageſimum. Con-
ſiderari autem debet inſigne hoc mutatio-
nis fortunæ exemplum: quòd ſimul oſtendit,
ſapientum magna † & triſtia errata eſſe. Sicut 34
dicitur:

οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐστὶν ἅπαντα σοφός.

Nec Cæſar quidquam durius ei obijcit,
quàm quòd bellum non neceſſarium mo-
uerit.

Cæſaris profectio in Aegyptum.

Cæſar paucos dies in Aſia moratus, cùm
audiſſet Pompeium ex Cypro in Aegyptum
iter habere propter neceſſitudines regni, reli-
quaſque eius loci oportunitates, Alexādriam
35 † contendit. Alexandriæ de Pompeij morte
cognoſcit: & cùm gemmam Pompeij vide-
ret, illachrymauit. deinde regem Ptolemæū,
& Cleopatram exercitus dimittere iuſſit, &
de controuerſijs iure apud ſe potius quàm in-
ter ſe armis diſceptare. Photinus autor cædis
Pompeianæ, inter ſuos queri & indignari cœ-
pit. Regem ad dicendam cauſam euocari: de-
inde adiutores quoſdam conſcios ſui nactus
ex regijs amicis, exercitum à Peluſio clàm A-
lexandriam euocauit, & Achillam omnibus
copijs præfecit, ac ſubitò & improuiſo Cæſa-
rem adoriri conatus eſt. Cæſar commonefa-
ctus de regio exercitu, Dioſcoridem & Sera-
pionem, qui legati Romæ, & in magna apud
patrem Ptolemæum autoritate fuerant, lega-
tos ad Achillam mittit: quos ille cum in con-
ſpectum ei⁹ veniſſent, priuſquàm audiret, aut
cuius rei cauſſa miſſi eſſent, cognoſceret, cor-
ripi ac interfici iuſſit. Quorum alter accepto
vulnere occupatus, per ſuos pro occiſo ſubla-
tus, alter interfectus eſt. Cùm itaque Cæſar cō-
fiſus fama rerum geſtarum, infirmis auxilijs
36 Alexandriam veniſſet, † & impetum Achillæ
difficulter ſuſtinere poſſet, ne claſſe erepta &
occupato mari, commeatu auxilijſq; prohibe-
retur: ad Pharum inſulam, Alexandriæ obie-
ctam milites exponit, ac præſidium collocat,
& loca maximè neceſſaria complexus præmu-
nit, & inſequentibus diebus auget, vt pro mu-
ro obiecta facilè haberet. Interea Photinum
capit, & interficit. Achillæ verò filia minor
Ptolemæi regis, vacuam poſſeſſionem regni
ſperans, ſe coniunxit, vnaque bellum admini-
ſtrare cæpit. Orta verò paulo pòſt diſſenſione
inter Achillam (qui veterano exercitui præe-
rat) & Arſinoen regis Ptolemæi minorem fi-
liam, cum vterque vtriq; inſidiaretur, & ſum-
mam imperij ipſe obtinere vellet, præoccu-
pat Arſinoe per Ganymedem eunuchum nu-
tricium ſuum, atq; Achillam interficit. Hoc
occiſo ipſa ſine vllo ſocio & cuſtode omne
imperiū obtinebat: exercitus Ganymedi tradi-
tur. Interea ex Aſia & Syria copię ad Cæſarem
perueniunt: quibus iunctis, feliciſſimè celerri-
37 meq; naualibus terreſtribuſq; prælijs † Aegyp-
tum ſubegit, & reges conſtituit, quos Ptole-
mæus teſtamento ſcripſerat: ſolaque legione
ſexta ſecum reducta, cæteras ibi reliquit, quo
firmius eſſet eorum regum imperium.

Cæſaris profectio in Africam, & victoria.

Fugato itaque Pompeio, Aegypto ſubacta,
Pharnace ſuperato, extremo anno quo Dicta-
tor iterum fuit, Romam redijt: atque haud i-
ta multo pòſt media hyeme, quatto Kalend.
Ian. contra Scipionem & Iubam Mauritaniæ
regem in Africam † exercitum duxit, in quā 38
poſt pugnam Pharſalicam P. Scipio & M. Ca-
to ſe receperant, ad quos Cornelia vxor Pom-
peij filios quoque miſerat. Peruenit Cæſar
X IIII. Kalend. Ian. Lilybæum: inde nauem
conſcendit VI Kalend. Ian. poſt diem quartū
vento certo, celerique nauigio vectus cū lon-
gis paucis nauibus, in conſpectum Africæ ve-
nit. Et ante portum commoratus, dum con-
uenirent reliquæ naues, exponit exercitum:
cuius numerus in præſentia fuit peditum tri-
um millium, equitum centum quinquagin-
ta. P. Scipio imperium in Africa tum tenebat,
Vticæ autē tutela & cuſtodia M. Catoni man-
data erat. Pugnauit quidem Scipio aliquoti-
es fœliciter: qua re efferebatur. Tandem à Cæ-
ſare, cuius nomen authoritasq; ex parte exer-
citui Scipionis minuebat audaciam (cum Cę-
ſar animum † altum & erectum prę ſe gereret 39
ſemper) ad Thapſum victus fugatuſque eſt: &
milites Scipionis cùm fidem Cæſaris implo-
rarent, inſpectante ipſo Cæſare, & à militibus
deprecante, vt eis parcerent, ad vnum ſunt
interfecti. Deinde protinus Vticam peruenit,
vt viuum Catonem in poteſtatem adduceret.
Cato igitur audita ſuorum non tantùm cla-
de, ſed internecione, omnibus rebus diligen-
tiſſimè prius conſtitutis, liberis ſuis L. Cęſari,
qui tum ibi pro Quæſtore fuerat, commenda-
tis, & ſine ſuſpicione, vultu atq; ſermone quo
ſuperiore tempore vſus fuerat, cùm dormi-
tum iſſet, ferro intro clàm in cubiculum tu-
lit, atque ita ſe † traiecit. Qui dum anima non- 40
dum expirata concidiſſet, impetuque facto
in cubiculum ex ſuſpicione, medicus familia-
reſque continere, atque vulnus obligare cœ-
piſſent, ipſe ſuis manibus crudeliſſimè diuel-
lit, atque animo præſenti ſe interimit. Poſt
prælium Iuba ab omnibus ciuitatibus exclu-
ſus, deſperata ſalute, cum iam conatus eſſet
cum Petreio, vt per virtutem interfecti eſſe vi-
derentur, ferro inter ſe depugnant: atque fit-
mior imbecilliorem, Iuba Petreium facilè fer-
ro conſumpſit. Deinde ipſe ſibi cùm conare-
tur gladio traijcere pectus, nec poſſet, à ſeruo
ſuo imperauit vt interficeret, idque obtinuit.
Fauſtus & Affranius capti interficiuntur. Sci-
pio in naue circumuentus, honeſtæ morti vo-
cem adiecit. Quærentibus enim hoſtibus Im-
peratorem, dixit: Imperator benè ſe habet. at-
que ſe percuſſum fluctibus ſubmerſit. Hęc tri-
ſtia exempla dum legimus, ſimul cogitādum
nobis eſt, ne extra † officij metas ruamus, & 41
non neceſſaria moueamus, vt Euripides in-
quit:

ἐν τίς ἂν μεγάλα διώκων, τὰ παρόντα οὐχὶ φέρει
ματούμενος ὅδ᾽ ἂν τρόποι.

Cæſaris Triumphi.

Cæſar parta victoria ante diem 3. kal. Quin-
tilis

tilis naues conſcendit, & duodetrigeſimo die
ad vrbem Romam venit, & quatuor trium-
42 phos † in vrbem inuexit: vt Dio, Appianus,
Plutarchus, & Suetonius autores ſunt. Trium-
phauit autem ex Gallijs, ex Aegypto, ex Pon-
to, ex Africa. De Gallico triumpho ſic Sueto-
nius: Primum & excellentiſſimum triumphū
43 egit † Gallicum, cuius die Velabrum præter-
uehens, penè curru excuſſus eſt, axe defracto.
Et Florus: Primum de Gallia triumphū tranſ-
miſerat Rhenus & Rhodanus, & ex auro cap-
tiuus Oceanus. Tradit Dio, Vercingetorigem
Gallorum regem in triumpho ductum: pòſt
44 necatū ait. In triumpho aūt † Aegyptio graui-
ter animos populi Romani affeciſſe Arſinoë
reginam ductam, quanquā pòſt à Cæſare fra-
45 trum rogatu dimiſſam, in triumpho † Ponti-
co titulum præ ſe tuliſſe, his verbis: VENI,
VIDI, VICI, cum celeritatem victoriæ no-
46 tare vellet. Ex Africa triumphauit † de Iuba:
& imagines ciuium Romanorum qui victi
fuerant, Catonis videlicet, Scipionis, Affranij
& aliorum, & eorum caſus in triumpho ge-
ſtari iuſſit: quod populus Romanus ægrè tu-
lit. Vltimo triumphi die, poſtquam cænatum
eſt, ipſe in ſuum forum calceatus, & varijs flo-
ribus coronatus venit: atque inde domum v-
niuerſo populo proſequente, & multis ele-
phantis lampadas ferētibus ſe recepit, & mul-
ta de hoc triumpho paſſim ſcribunt Dio, Vel-
leius Paterculus, Plutarchus, Appian. Sueton.
Facta hæc ſunt anno Vrbis 707. Decreti præ-
47 terea ei à Senatu multi † honores ſunt: in pri-
mis ſupplicatio per quadraginta dies, trium-
phi quatuor, Dictatura in decennium, atque
vt moribus præfectus eſſet in triennium. Egit
itaque cenſum: ac pro CCCXX. millibus ci-
48 uium, † quæ ante ciuile bellum cenſa eſſent,
CL. millia tantum, reliquis bello ciuili confe-
ctis, inuenit. Cum autem ipſe ciuium paucita-
tem ex cenſu cognoſceret, præmia ijs qui libe-
ros multos procrearunt, propoſuit. Appian.
& Zonaras.

Anno Vrbis 708. creatus eſt Dictator III.
cùm M. Lepido magiſtro equitum, vt conſtat
ex tabulis Capitolinis: à quibus diſſentit Dio,
qui hoc anno Cęſarem Dictatorem IIII. Le-
pidum magiſtrum equitum II. tradit. Aul.
Hircius tertiò Dictatorem fuiſſe ſcribit, de-
49 ſignatum quartò. Ex hoc anno † honorarij
Conſules creari cœpti ſunt. Nam Cæſar cum
neque in annum, neque in reliquum anni ſpa-
cium Conſulatum geſſiſſet, atque auſpicijs co-
actus abdicaſſet: alium, honoris eius duntaxat
gratia, ſibi ſubrogauit. quo exemplo multi a-
lij in ſequentibus deinceps annis, non in to-
tum annum, præter paucos, ſed alij in plures,
alij in pauciores aut menſes, aut dies creati
ſunt, ex quibus qui Kalen. Ian. inierunt, ij tan-
tùm nomen anno dederunt: reliquorum qui
in parte anni fuerunt, niſi fortè memorabile
aliquid geſſerunt, vix vlla conſeruata memo-
ria eſt. Hæc Dio.

Cæſaris profectio in Hiſpanias.

Pharnace ſuperato, Africa recepta, qui ex
his prælijs cum adoleſcente Pompeio profu-
gerant, dum Cæſar in Italia deſtinetur, in fi-
dem cuiuſque ciuitatis confugientes, partim
precibus, partim vi, magna comparata manu
Hiſpaniam vaſtare cœperunt. C. Cæſar itaque
magnis itineribus in † Hiſpaniam cum exer- 50
citu, ſpacio dierum viginti ſeptem, venit: ad-
ductoque ad Cordubam, quæ à S. Pompeio te-
nebatur, exercitu, Cneum ab Vlla quam pro-
pè cæperat, auocauit: ipſe Ategnam circum-
uallatam obſedit. eò Pompeius accurrens, e-
quitatum Cæſaris circumuentum propè con-
cidit. Ategna pòſt à Cæſare capta eſt, ad 11. Ka-
lend. Mart. ipſe Imperator appellatus eſt dein
de Corduba, pòſt Hiſpalis: poſtremò Munda,
pridie Id April. in poteſtatem Cæſaris perue-
nerunt. Is vltimo prælio ad Mundam deſpe-
ratis rebus, etiam de nece cogitaſſe dicitur.
Cn. Pompeius cum ex prælio effugiſſet, depre-
henſus ac interfectus eſt. Ceſar vniuerſa rece-
pta Hiſpania, ac bellis ciuilibus omnibus con-
fectis, Romam conceſſit. Decretæ ſunt ei ob
hanc victoriam quinquaginta dierum ſuppli-
cationes, atque triumphus v. † quo triumpho 51
nihil populo Romano potuit eſſe grauius. e-
tenim de ciuibus actus eſt, non de Hiſpanis.
Dio, Appian. Hircius, Plutarch. Alij poſt Cæ-
ſarem triumpharunt. Q. Fabius Max. 3. id. O-
ctob. & Q. Pedius Idib. Decemb.

Cæſar Imperator, & monarcha.

Victis Pompeij filijs, & confectis bellis ci-
uilibus, Senatus Cæſari ſingulares † honores 52
decreuit: in primis autem, vt Pater patriæ di-
ceretur, Conſul in decennium, Dictator in
perpetuum, Sacroſanctus haberetur, Quincti-
lis menſis à ſuo nomine Iulius appellaretur,
comitia etiam tributa in poteſtate haberet,
in acta ſua magiſtratus ineuntes iurarent: po-
ſtremò etiam, vt Imperator appellaretur, po-
tentiam, auctoritatemque in Republica ſum-
mā obtineret. Ex eo factum eſt, vt † qui ſum- 53
mum ius in Republica haberent, Imperato-
res dicti ſint.

Mors Cæſaris.

πρὸς τὰ ὑπερέχοντα ὁ φθόνος ἕρπει. hoc Cæſari quo-
que contigit. Singulares enim ac maximi ho-
nores ipſi à Senatu decreti, † inuidiam ei, odi- 54
umque apud ciues pepererunt. Cui acceſſere
aliæ cauſæ. Senatui enim, ſe cum plurimis ho-
norificentiſſimiſque decretis adeunti, non
conſurrexit. Deinde, quòd diadema à M. An-
tonio conſule, collega ſuo, inter Lupercos
currente, capiti ſuo pro roſtris impoſitum,
in ſella repoſuit. Prętere, quòd Epidio Metel-

eijs conceſſum. l. legis. C. qui bonis cedere poſ
ſint.
8 Quartò, tulit legem † de libertaribus: vt Im
perator, cùm ſeruum manumitteret, nõ vin-
dictam imponat, ſed ſimpliciter liberum eſ
ſe iubeat, l. apud eum. ff. de manumiſſionib.
Qua lege tam manumiſſoris, quàm manu-
miſſi ætatem definiuit, iuraque quibus patro-
ni aduerſus libertos vterentur cõſtituit. Dion
libr. 55. Iuſtinianus hoc diſcrimen ætatis, loci,
ſexus ſuſtulit. §. inde adeò autem. Authent.
vt liberti de cætero aureo annulo non indi-
geant.
9 Quintò, vnà cum Bibulo conſul tulit, † vt
Achaia, Theſſalia, cũcta Græcia liberæ eſſent,
neque in ijs magiſtratibus pop. Rom. ius di-
cere liceret. Cicer. pro Domo, in Piſonem.
Item, vt magiſtratibus tranſeuntibus, eorum-
que comitibus, fœnum aliaque ab oppidis &
vicis ſubminiſtrarentur. Cicero ad Atticum
libr. 5. Item duabus in ciuitatibus prouinciæ
ſuæ magiſtratus decedentes, rationes ſuas re-
linquerent, eaſdemque totidem verbis ad æ-
rarium referrent. Cicero. Epiſt. fami. lib. 5. epiſt.
20. Item, ne coronarium aurum ijs qui pro-
uincias obtinerent, vel decerni, vel ab ijs acci-
pi liceret, niſi decreto triũpho. Cice. in Piſon.
Ne quis aut de prouincia exercitus deduceret,
aut bellum ſua ſponte iniuſſu populi aut Se-
natus gereret. Cicero in Piſon.
10 Sextò, tulit † legem agrariam, cuius duo
reperiuntur capita. Primùm: Vt ager Stellas,
maioribus conſecratus, itemque Campanus
ad ſubſidia Reipub. vectigalis relictus plebi,
diuiderentur. Diuiſit extra ſortem 20. milli-
bus ciuium, quibus terni pluresque liberi eſ
ſent. Vell. lib. 2. Plut. in Pomp. & Cæſare. Se-
cundum caput refert Calliſtratus ſub l. 3. ff. de
termino moto: Vt qui terminos ſtatutos ex-
tra ſuum gradum fines ve dolo malo moue-
rint, quinquaginta aureos dare in publicum
damnentur: eiuſque rei actio, petitio, ei qui
volet detur.
11 Septimò, tulit idem Dictator: † Ne prouin
ciæ prætoriæ plus quàm annũ, neu plus quàm
biennium Conſulares obtinerentur.
12 Octauò tulit, † vt ei qui in ſuas leges non
iuraſſet, capitale eſſet. App. libr. 2. de Bello
ciuil.
13 Nonò, tulit † legem repetundarum, vel po
tiùs priores repetijt: Huic legi occaſionem
dedit auaritia magiſtratuum: repetita itaque
ſæpiùs, & aucta eſt. Primò omnium L. Cal-
phurnius Piſo legem tulit de repetundis, bel-
lo Punico tertio, Coſſ. Cenſorino & Manilio:
vt Cicero lib. de Officijs ſecundo, & in Bruto
docet. Legem Calphurniam ſubſequuta eſt
lex Cæcilia, cuius meminit Valerius Max. li-
bro 6. ca. 11. Proxima deinde fuit lex Seruilia,
quam tulit Seruilius Glaucia. Cicero pro
Scauro: Valer. Max. lib. 8. cap. 1. Is cùm de re-
petundis rogationem ferret, nouum de com-
perendinatione caput primus intulit, intraq;
ſpacium hoc iudicij tempus concluſit, vt ac-
cuſatori dies viginti ad agendum, totidem
defenſori ad defendendum darentur. Com-
perendinatio † verò, vt obiter dicam, vtriuſ- 14
que partis recitatio eſt. Differt ab ampliatio-
ne: quia comperendinatio ex vna tantùm re
dabatur, cùm cauſam iudex non intelligeret:
& omninò, ſi videbatur iudicibus bona cau-
ſa abſoluebant reum: ſi mala, nõ ſtatim dam-
nabant, ſed hac excuſatione parcebant. Nam
cùm condemnandi nota eſſet C littera, abſol
uendi A, ampliandi † ſignũ N. L. dabant, quò 15
ſignificabant, non liquere: vnde ampliatio
naſcebatur. In ampliatione itaque aut accu-
ſator ſolus, aut defenſor iterum cauſam age-
bat. Inde Aſcon ait: Ante legem Glauciæ de
comperendinatione, aut ſtatim ſententia di-
cebatur, ſi abſoluẽdus eſſet reus: aut, Ampliùs
pronunciabatur, ſi videretur eſſe damnãdus,
cùm dixiſſent iudices, Non liquet, hoc eſt,
obſcura eſt. Itaque ea pars interpoſita dilatio-
ne, dicebat, in cuius peroratiõe videbatur ob-
ſcuritas. Hæc Aſcon. Poſt Seruilium, tulit L.
Acilius Glabrio, pater eius qui Verris in cau-
ſa prætor fuit, & poſt biennium cum Cal-
phurnio Piſone Conſulatum geſſit, vt com-
perendinatio cum ampliatione (quæ vtra-
que rei potiùs cauſa, quàm accuſatoris vide-
tur eſſe conſtituta) omninò antiquata eſſet,
ac ſublata. Seueriſſima igitur fuit, in qua nè
comperendinari quidem, aut ampliari lice-
ret reum. Cicero lib. 1. in Verr. Sed & L. Syl-
la tulit † de repetũdis legem, in qua primùm 16
de ipſo proconſulum ac prætorum officio
cautum fuit. Hac lege comperendinationem
lege Acilia ſublatam, reſtituit. Denique C.
Cæſar conſul nouam de repetundis legem
rogauit. Huius legis Iuliæ de repetundis hæc
inuenio † capita.

De Magiſtratibus vrbanis.

Ne quis ob ſententiam in Senatu conſi-
liove publico dicendam, pecuniã acipiat, vel 17
ob accuſandum, vel non accuſandum: Vtque
vrbani magiſtratus ab omni ſorde ſe abſtine-
ant: neve plus doni muneriſve in anno acci-
piant, quàm ſit aureorum centum. L. 6. §. fi. ff.
ad legem Iuliam repetund.

Secundum caput recenſetur à Macrob. lib.
1. iudiciorum: & vtrique magiſtratui, tam vr-
bano quàm prouinciali, commune eſt: Ne
quis ob iudicem, arbitrumve dandũ, vel mu-
tandum, iubendumve vt iudicet: neve ob nõ
dandum, non mutandum, non ve iubendum
vt iudicet: neve ob hominem in vincula pub
lica conijciendum, vinciẽdum, vincirive iu-
bendum, exve vinculis dimittendum: neve
quis ob hominem condemnandũ, abſoluen-

dumve: neve ob litem æſtimandam, iudiciũ
capitis pecuniæve faciendum, vel non facien
dum aliquid accipiat. Illud quoq; cauetur, ne
in acceptũ feratur opus publicum faciẽdum.
frumentumve publicè dandum, præbẽdum,
approbandum, ſarta tecta tuenda, antequàm
perfecta, probata, præſtita lege erunt.

De Magiſtratibus prouincialibus.

Quia ſemper ferè fieri ſolet, vt ij qui extra
patriam, & rebus ad quotidiannm vitę vſum
neceſſarijs deſtituti, cum poteſtate mittun-
18 tur, importunìus † aliquid à ſubditis efflagi-
tare, imperareve ſoleant: hanc efflagitationẽ
ſimiliter coërcuit, ne ea in re ſocijs grauiùs a-
liquid contingeret. quod & Solymannorum
inſtituto ſeruatur. Tulit itaque: Ne cui, qui in
prouincia, cum poteſtate imperiove eſſet, pe-
cuniam capere, cõciliare liceret: extrà quàm
ſi ad templum, monumentumq́; capiat. Item
vt tranſeuntibus magiſtratibus, eorumq́; co-
mitibus, fœnum aliaq́ue ab oppidis & vicis
ſubminiſtrarentur. Quod præſidibus deinde
plebiſcito interdictum fuit. his enim eſculen
tum, poculentumve tantum accipere licebat.
19 Plebiſcito, † inquit Modeſtinus, continetur,
vt ne quis præſidũ munus donumve caperet,
niſi eſculentum, poculentumve, quod intra
dies proximos prodigatur. l. plebiſcito. ff. de
officio præſid. Diu. Seuerus & Antoninus,
xèniola proconſuli permiſerunt. verba epi-
20 ſtolæ ſunt: Quantum ad xenia † pertinet, au-
di quid ſentimus. Vetus prouerbium eſt,
οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. Nam val-
dè inhumanũ eſt, à nemine accipere: ſed paſ-
ſim, viliſſimum: & omnia, auariſſimum. Et
quod mandatis continetur, Ne donum vel
munus ipſe proconſul, vel qui in alio officio
erit, accipiat, ematve quid, niſi victus quoti-
diani cauſa: ad xeniola nõ pertinet, ſed ad ea
quæ eduliúm excedant vſum. Sed nec xenia
producenda ſunt ad munerum quantitatem.
De qua re paulò aliter Lamprid. in vita Ale-
21 xãdri ſcribit: Iudices † cùm promoueret exem
plo veterum, vt & Cicero docet, argento &
neceſſarijs inſtruebat, ita vt præſides prouin-
ciarũ acciperent argenti pondo vicena, phia-
las ſenas, mulas binas, equos binos, veſtes fo-
renſes binas, domeſticas ſingulas, balneares
ſingulas, aureos centenos, cocos ſingulos: &
ſi vxores non haberent, concubinas ſingu-
las, quòd ſine his eſſe non poſſent: reddituri
depoſita adminiſtratione mulos, mulas, e-
quos, muliones & cocos: cætera ſibi habituri,
ſi benè egiſſent: in quadruplum reddituri, ſi
22 malè. Præterea eadem lex † venditiones om-
nes, locatiões eius rei cauſa pluris minorisve
factas, irritas facit: impeditq́ue vſucapionem,
priuſquàm in poteſtatem eius à quo profecta
res ſit, hęredisve eius, veniat. l. penul. ff. de leg.
Iul. Repetund. Et Martianus: Non licet ex of-
ficio, quod adminiſtrat quis vel per ſe, vel per
aliam perſonam, emere quid: alioquin non
tantùm rem amittit, ſed & in quadruplum
conuenitur, ſecundùm conſtitutionem Se-
ueri & Antonini. Et hoc ad procuratorem
Cæſaris quoque pertinet. Quod à maiori-
bus quoque ſancitum fuiſſe, Cicero refert in
Verrina 6. Videte, inquit, dum maiorum di-
ligentiam, qui nihil dum etiam iſtiuſmodi
ſuſpicabantur, verumtamen ea quæ paruis in
rebus fieri poterant, prouidebant: neminem
qui cum poteſtate aut legatione in prouin-
ciam † eſſet profectus, tam amentem fore pu 23
tarunt, vt emeret argẽtum, dabatur enim de
publico: vt veſtem, præbebatur enim legibus.
Mancipium putauerunt, quo & omnes vti-
mur, & non præbetur à populo. Sanxerunt,
ne quis emeret mancipium, niſi in demortui
locum. Et act. 7. Vbi muli, inquit, vbi taber-
nacula, vbi tot, tantaq́ue ornamenta magi-
ſtratibus & legatis à Senatu populoq́ue Ro-
mano data & permiſſa? Adeò veteres nemi-
nem in prouincia domum ſuam inſtruere
volebant, tantaq́ue diligentia magiſtratus ab
emptionibus remouebant, quòd putabant e-
reptionem eſſe, non emptionem, cùm ven-
ditori pro arbitratu vendere non liceret. Ne-
que ſolùm venditiones donationesve irritæ
reddebantur: ſed principalibus quoque con-
ſtitutionib. vt Modeſtinus ſcribit, cauetur, ne
hi qui prouinciam regunt, quive circa eos
ſunt, negocientur, † mutuamve pecuniam 24
dent, fœnusve exerceant. l. principalib. ff. ſi
certum petatur.

Quod plus eſt, ſi quis officium in aliqua
prouincia adminiſtrat, inde oriundam, vel
ibi domicilium habentem, vxorem † ducere 25
non poteſt, quamuis ſponſare nõ prohibea-
tur: ita ſcilicet, vt ſi poſt officium depoſitum
noluerit mulier nuptias contrahere, liceat ei
hoc facere arris tantummodò redditis, quas
acceperat. l. ſi quis officium. ff. de ritu nupt.
Item: Si quis contra mãdata duxerit vxorem
ex ea prouincia, in qua officium aliquod ge-
rit, quod ei ex teſtamento vxoris adquiſitum
eſt: diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt,
retinere eum non poſſe, tanquàm ſi tutor pu-
pillam contra decretum ampliſſimi ordinis,
vt domum ſuam duxiſſet. l. 2. ff. de his quib.
vt indignis.

Lege Iulia peculiariter circa magiſtratus
prouinciarum ſancitum erat, † Ne ijs in libe- 26
ros populos de pecunijs creditis ius dicere li-
ceret. Item: Ne quis de prouincia exiret, aut
exercitum inde ſua authoritate educeret: bel
lum ſua ſponte gereret: in regnum alienum
iniuſſu Senatus ac populi accederet. Modus
præterea diplomatum, nauium, frnmentiq́;
exigendi conſtitutus erat. Cautum etiam, vt
liber-

libertas ſocijs, ac præmia ob merita in Rem-
pub.data,integra eſſent. Cicer.in Piſon.& de
Prouinc.conſul.
27 Lege Iulia repetund. interdicebatur, † Ne
cuiquam aurum coronarium aut imperare,
aut accipere liceret, niſi cui decretus à Senatu
eſſet triũphus: vt inquit idẽ Cicero in orat.in
Piſonem. Quid autẽ ſit aurum coronarium,
declarat Gellius libr.5. cap.6. Cauſam huic
rei præbuit vel ſuperbia, & gloriæ quæ iam
cupiditas, cui præ cæteris gentibus Romani
dediti addictiq; fuerunt: vel auaritia, vt quaſi
triumphaturi aurum coronarium à prouin-
cijs peterent, & eo omiſſo, in priuatos vſus
conuerterent.
De referendis rationibus cautum fuit: Pri-
mùm, vt prouinciarum rectores, rationes,
28 † priuſquàm decederent, apud duas in prouin
cia ciuitates deponerent. Cicero lib.5.epiſtol.
20.& libr.6.Epiſt. ad Attic. Deinde, Ne quis
Procos. aut prætor legatum ſuum ante ſe, de
prouincia dimittat. l. meminiſſe. ff. de offic.
proconſ.
29 Quartum caput legis Iuliæ † de repetundis,
verſatur circa eos qui nulla præditi ſunt po-
teſtate, ſed curationem tantùm ſuſtinent, vel
legationem: vel quod aliud officium, munus,
miniſteriumve publicum habent, vel qui ex
cohorte eorum ſunt. l.1. ff. hoc tit.
30 Quintum caput † ad priuatos pertinuit,
qui ob negotium faciendum aut non facien-
dum, per calumniam pecuniam accepit: ſiue
ante iudiciũ, ſiue poſt iudicium cœptum. l.1.
ff. de calumniatorib. Item, eadem lege tenen-
tur, qui ob denunciandum vel non denunci-
andum teſtimonium, pecuniam acceperint.

CAPVT XXX.
Leges ab Antonio latæ.

SVMMARIA.

1. *Leges ab Antonio latæ.*
2. *Iulius menſis quando, & cur ſic nominatus.*
3. *Lex Aquilia de damno dato.*
4. *Aquilij formula inſtituendi poſthumos.*
5. *Lex Caſſia, de Senatu, & magiſtratuum numero augendo.*
6. *Lex Fabia, de ambitu.*
7. *Pompeiani ad dignitates non admittendi.*
8. *Lex Lætoria ſiue Lectoria, de Minorib. & nu. 9.*

ANtonij ortum & res geſtas latè refert
Plutarchus in vita eius: tulit verò leges
1 † aliquot: Primò de re iudiciaria, qua lege in
tertiam decuriam, quæ Tribunorum ærario-
rum fuerat, centuriones atque alaudas conie-
cit. Cic. in Philip.1.& 5.
Secundò, tulit legem de Dictatura, ne quis
vllam ob cauſam de Dictatore creando re-
ferret, neve dictaturam oblatam acciperet.
Qui ſecùs faxit, eum vt necare iuſque faſque
ſit. Appian. de Bel.ciuil.
Tertiò tulit legem de nomine menſis Iu-
lij, vt qui menſis Quintilis anteà vocabatur,
quòd à Martio, qui priſcis tẽporibus primus
fuerat, quintus eſſet: is à C. Iulij Cæſaris nomi
ne Iulius † deinceps diceretur, quòd in hoc 2
menſe ad quartum idus Quintilis Iulius na-
tus eſſet. Macrob. lib. Saturnal.2.cap 12.
Quartò tulit legem de ſacerdotijs, vt ius
cooptandorum ſacerdotum à populo ad il-
lorum collegium iterum trãsferretur. Dion
lib.37.
Circa tempora Iulij Cęſaris, Antonij & Ci
ceronis, latæ ſunt multæ aliæ leges, inter quas
præcipua eſt lex Aquilia. Tulit hanc legem
C. Aquilius Gallus tribunus plebis, & iuris pe-
ritiſſimus. Eius laudes refert Cicero in Ora-
tore, & in Topicis ad Trebatium. Tulit autẽ
† de damno iniuria dato: quæ lex, vt Vlpian. 3
ait, omnibus legibus quæ ante ſe de dãno in-
iuria loquutæ ſunt derogauit, ſiue duodecim
tabulis, ſiue alia quæ fuit.
Huius legis tria fuerunt capita. Primum &
tertium ab Vlpiano referuntur. Lege Aquilia
primo capite cauetur, vt qui ſeruum ſeruam-
ve alienum alienamve, quadrupedem vel pe-
cudem iniuria occiderit, quãti id in eo annò
plurimi fuit, tantum æs domino dare dam-
nas eſto. Tertio autem capite ait: Cæterarum
rerum præter hominem & pecudes occiſos,
ſi quis alteri damnum faxit, quidve viſerit,
fregerit, ruperit iniuria, quanti ea res erit in
diebus triginta proximis, tantum æs domi-
no dare damnas eſto. Exempla vtriuſque ca-
pitis plurima recenſentur ab Vlpiano & Pau-
lo in titul. Pandectarum, ad legem Aqui-
liam.
Secundò † formulam inſtituendi poſthu- 4
mos tradidit. L. Gallus Aquilius. ff. de liberis
& poſthum. hæred. inſtit.
Extat quoque lex Caſſia, † quam tulit C. 5
Caſſius prætor, dictatore Iulio Cæſare, de Se-
natu ſupplendo & patricijs allegẽdis: de Prę-
torum, Aedilium, Quæſtorum, minorum ę-
tiam magiſtratuum numero ampliãdo. Sue-
tonius in Iulio Cæſare. Fertur & lex Fabia, † 6
de ambitu. tulit, vt certus numerus ſectato-
rum eſſet: id eſt, eorum qui candidatos in
campum deducerent. Cic. in Mureniana.
A. Hirtius quoque tulit, † vt Pompeia- 7
ni ad dignitates non admitterentur. Phi-
lipp.13.
Legitur quoque lex Lætoria † de minori- 8
bus, vt ijs qui furioſi vel prodigi eſſent, cura-
tores darentur: & vt ij qui adoleſcentem fu-
rioſum, quique ſuæ authoritatis non eſſet, cir
cumſcripſiſſent, fraude dolove malo, iudicio
publico tenerẽtur. Cic. lib.3. de Offi. de natura
deorum. inde, tot iudicia de fide mala, tutelę,
mandati, pro ſocio, fiducię, nec nõ cæterę quę
ex

genti αὐτονομίᾳ in religione, & iuriſdictiōe in-
5 feriori. Anno Imperij Auguſti 42. † natus eſt
ex virgine Maria filius Dei, Dominus noſter
IESVS CHRISTVS. Non tantùm autem hic
D. Auguſtus qualemcūq; pacem reſtituit, ſed
6 multas ſalutares quoque † leges tulit.

7 Primò, † de maritandis ordinibus: cuius
legis varia fuerunt capita. Cùm enim pleriq;
diuites, ob euitanda matrimonij onera, vxo-
res non ducerēt, cumq; nullos liberos ſuosq;
hæredes haberent. in magno propter diuitias
atq; opes honore habebantur ab ijs qui ad ſuc
ceſſionem eorum adſpirabāt: captabanturq;
non ſolùm à propinquis, ſed etiam alienis.
Quæ res multipliciter Reip. damnoſa fuit.
Nam & crimini ambitus facilè locum ape-
riebat, & legitima ſobole ciuitas deſtitueba-
tur, & multa teſtamēta improba fiebant. Di-
uus itaque Auguſtus, vnus ex bonis, ſapienti-
bus & ſalutaribus principibus generi huma-
no conceſſis, multiplicibus præmijs, immu-
nitatibus atq; honoribus eos ad matrimoniū
inuitauit. Cœlibatum autem & orbitatē vi-
ciſſim pœnis ſubiecit, quæ omnes ad locuple-
tādum ærarium inſtitutæ & excogitatæ erāt.
Cumque noui vectigalis magnam ad popu-
lum inuidiā eſſe cerneret, ſe excuſauit, quòd
ex diui Iulij (quem populus vehementer &
viuum dilexerat, & mortuum vindicauerat)
commentarijs edoctus eſſet.

Capita huius legis de maritandis ordini-
bus, hæc ferè ſparſim reperiuntur. Primùm,
8 † vt priori ex Coſſ. faſces ſumendi poteſtas
ſit, qui plures liberos quàm collega, aut in ſua
poteſtate habet, aut bello amiſit: ſed ſi par v-
trique numerus liberorum eſſet, maritus, aut
qui in numero maritorum eſt, præferatur: ſi
verò ambo & mariti & patres totidem libe-
rorum ſunt, tum ille priſtinus honos inſtau-
retur: & qui maior natu eſt, prior faſces ſu-
mat. Gell lib. 2. cap. 15.

9 Secundum caput erat † de libertis: Si liber-
tus duos filios, vel diuerſo tempore in pote-
ſtate habuiſſet, obligatione operarum libera-
batur lege Iulia, de maritandis ordinibus: vt
reſcripſit Alexander Seuerus ſub l. nec patro-
nis. 6. C. de operis libertorum.

10 Tertium caput † refertur à Paulo in lib. 2.
ad l. Aeliam Sentiam: Lege Iulia, inquit, de
maritandis ordinibus remittitur iuſiurandū,
quòd liberto in hoc impoſitum eſt, ne vxo-
rem duceret, libertæve ne nuberet, ſi modò
nuptias contrahere rectè velint, l. adigere. in
fi. ff. de iure patronatus.

11 Quartum caput erat, † de viceſima parte
fiſco relinquenda: vt quæ hæreditates, legata,
& donationes mortis cauſa, ad alienos aut lo
cupletes peruenirēt, earum pars viceſima ad
fiſcum pertineret. de qua re vide Alciat. lib.
Diſpunct. ſuarum 3. cap. 6.

Quintum caput erat, † vt fœminæ à mor- 12
te viri anni ſpacium, à diuortio ſex mēſium,
liberum à cœlibatus pœna obtinerēt. Quem-
admodum lex Papia à morte viri biennij, à
repudio anni & ſex menſium. Vlpianus in
Inſtitut. titu. 14. Quam legem denuò repetijt
Theodoſius in l. ſi qua mulier. C. de ſecundis
nuptijs.

Sextum caput † refert Paulus I. conſultus 13
in l. 44. ff. de ritu nuptiarum: Lege Iulia, in-
quit, ita cauetur: Qui ſenator eſt, quive filius,
nepos, pronepos ve ex filio vel ex filia natus,
cuius eorum eſt, eritve, ne quis eorum ſpon-
ſam, vxorem ve ſciens dolo malo habeto li-
bertinā: aut eam, quæ ipſa, cuiusve pater, ma-
terve artem ludicram facit, fecerit: neve ſena
toris filia, neptis ve ex filio, proneptis ve ex ne-
pote filio natæ nato, libertino, eive qui ipſe,
cuiusve pater materve artem ludicram facit,
fecerit, ſpōſa, nupta ve ſciens dolo malo eſto:
neve quis eorum dolo malo ſciens ſponſam,
vxorem ve eam habeto. Et in fin. Eas quas in-
genui cæteri prohibentur ducere vxores, Se-
natores non ducent: cæteri autem ingenui
† prohibentur ducere lenam, à lenone lena- 14
ve manumiſſam, & in adulterio deprehen-
ſam, & iudicio publico damnatam, & quę ar-
tem ludicram fecerit.

Septimum caput † refert Martianus in l. 15
19. ff. eod. tit. Qui liberos, quos habent in po-
teſtate, iniuria prohibuerint ducere vxores,
vel nubere, vel qui dotem dare non volunt;
coguntur in matrimonium collocare, & do-
tare.

Secunda lex pertinet † ad teſtamenta Eius 16
multa fuerunt capita. Primum, vt teſtamen-
ta in colonijs, municipijs, oppidis, præfectu-
ra, vico, caſtello, conciliabulo facta, in foro
vel baſilica, præſentibus teſtibus vel honeſtis
viris, inter horam ſecūdam & decimam diei
recitentur: exemploq; ſublato, ab ijſdem rur-
ſus magiſtratibus obſignato, quorum præſen
tia conſtat apertum.

2. Caput: Vt teſtamentum † ſtatim poſt 17
mortem teſtatoris aperiatur: hoc eſt, à pręſen
tibus intra triduum, vel quinque dies: ab ab-
ſentibus quoque intra eos dies, cùm ſuperue-
nerint.

3. Caput: Vt teſtes, vel maxima pars eorū
adhibeantur, qui ſignauerunt teſtamentum,
ita vt agnitis ſignis, rupto lino aperiatur, &
recitetur: atque ita deſcribendi exempli fiat
poteſtas, ac deinde ſigno publico obſigna-
tum in archiuum redigatur, vt ſi quando ex-
emplum eius intercideret, ſit vnde peti poſ-
ſit. Dion lib. 38. Paulus libro Sententiarum 4.
titu. 6.

4. Capite continetur, vt coniugi ſuperſti-
ti legatū † ſibi à demortuo ea lege, ne matri- 18
moniū aliud contraheret, ita capere ius eſſet,
ſi in-

ſi intra annum iuraret, ſe liberorum quærendorum cauſa nubere. Iuſtinian. in tit. de indicta viduitate tollenda, lib. C. 6. titu. 40. & Nouella conſtit. 22.

19 TERTIA lex † ad Bonorum poſſeſſiones
pertinet, ſi nemo ſit ad quem bonorum poſſeſſio pertinere poſſit: aut ſit quidem, ſed ius ſuum amiſerit, populo bona deferuntur ex lege Iulia caducaria. Vlpian. in tit. 28. de poſſeſſionibus dandis. & in l. 4. § eodem. ff. de fideicommiſſar. libertatibus. Et meminit eiuſdem legis Iulianus, l. 96. §. 1. ff. de legat. libro 1.

20 QVARTA lex † de iudicijs eſt, quæ vide-
licet in iudicijs tum priuatis tum publicis forma obſeruari debeat. Cuius hæc feruntur capita.

1. Vt qui nomen alicuius deferrẽt, locum, annum & menſem, quo crimen admiſſum eſt, deſignent, l. 3. ff. de accuſat.

2. Caput: Ne eodem tempore de duobus reis quæratur, niſi ſuarum iniuriarum cauſa, l. 12. ff. eod.

21 3. Caput: Ne Inuito denuncietur, † vt te-
ſtimonium dicat aduerſus ſocerum, generũ, vitricum, priuignum, ſobrinum, ſobrinam, ſobrino natum, eosve qui priore gradu ſint. Item, ne liberto ipſius, liberorum eius, parentum, viri, vxoris: item patroni, patronæ aduerſus libertos: neque liberti aduerſus patronum, cogantur dicere teſtimonium, l. 4. ff. de teſtibus.

4. Caput: Vt inter priuatos, qui in iudicem conſenſiſſent, iuris dicendi poteſtas eſſet, l. 2. §. 1. ff. de iudicijs.

22 5. Caput: Ne qui iudex ſit, † arbitrium reci-
pere eius rei, de qua iudex eſt, neve in ſe compromitti iubeat, l. 9. ff. de arbitris.

6. Caput: Ne minor annis vigintiquinque iudicare cogatur, l. cum lege. 41. ff. de arbitris.

23 QVINTA lex fuit † de ſumptibus: Vt
profeſtis diebus ducentos nummos in conuiuijs conſumere liceret: Calẽdis, Idibus Nonis & alijs quibuſdam feſtiuis, trecentos: Nuptijs autem & repotijs, H S millies. Gell. lib. 2. cap. 28.

24 SEXTA lex fuit † de ſeſſionibus: Vt equi-
tibus Romanis, quibus ipſis, parentibusve, equeſter cenſus vnquàm fuiſſet, in quatuordecim ordinibus, lege Roſcia theatrali conſtitutis, conſidere liceret. Sueton. in Auguſto, Plin. lib. 33. cap. 2.

25 SEPTIMA lex fuit † de manumiſſioni-
bus: Vt Imperator, cùm ſeruum manumittit, non vindictam imponat, ſed ſimpliciter liberum eſſe iubeat. Paulus in l. apud eum. 14. ff. de manumiſſionibus.

26 OCTAVA lex fuit † de ceſſione bono-
rum: Vt qui ſine dolo malo ſuo, ęri alieno ſatisfacere non poſſet, bonis ſuis cedendo liberaretur, l. 4. C. qui bonis cedere poſſint. & in C. Theodoſiano lib. 4. tit. qui bonis ex lege Iulia cedere poſſint.

NONA lex fuit † de limitibus: Vt per a- 27
ctuarios limites populo eundi ius eſſet, ſicut per viam publicam. Higinius in libello de Limitibus.

DECIMA: Ne maritus dotale † prædiũ 28
inuita vxore alienet, neve id etiam eius voluntate oppignoret. Paulus libro ſecundo Sententiarum, cap. 22. Inſtit. ſub tit. Quibus alienare licet.

DEINDE DE MALEFICIIS plurimas
quoque leges tulit. Et primò quidem legem
† de adulterijs & ſtupto. de qua lege extat to- 29
tus tit. in Pandectis libr. 48. ad l. Iuliã de adulterio & ſtupro.

Legis Iuliæ de adulterijs capita, vt Briſſonius tradit.

1. Ne quis poſthac ſtuprum, adulterium, facito ſciens dolo malo.

2. Qui ſtuprum, adulterium ſciẽs dolo malo fecerit, in inſulam relegator.

3. Patri qui in poteſtate habet, adulterum
† quemliber, quem in filia deprehenderit do- 30
mi ſuæ, generive ſui, occidere ius eſto, dum vnà cum eo incontinenti filiam occidat.

4. Viro deprehenſum domi ſuæ in vxore
ſua adulterum, † qui leno fuerit, quive artẽ 31
ludicram fecerit, vel in ſcenam ſaltandi cantandive cauſa prodierit, iudiciove publico damnatus, neque in integrum reſtitutus erit, quive libertus eius mariti, vxorisve, patris, matris, filij, filiæ, vtriuſque eorum fuerit, propriusve eorum, vel cum alio cõmuuis, quive ſeruus erit, occidere liceto. Qui eorum aliquẽ occiderit, vxorem ſine mora dimittito.

5. Viro adulterum cum vxore ſua deprehenſum, quem aut nolit, aut non liceat occidere, retinere per horas diurnas nocturnaſque non plus quàm viginti, teſtandæ eius rei gratia, vt vti ſine fraude, iure ſuo poſſit, liceto.

6. Viro, patrique, † qui in poteſtate habet, 32
ſexaginta dies vtiles ad accuſandum dantor, intraque eos dies cuilibet præferuntor. Poſt eos dies patri maritoque lapſos, extranei quilibet admittuntor.

7. Ne quis inter reos, eum qui tunc ſine detrectatione Reipubl. cauſa aberit, refetto.

8. Minoribus 25. annis, adulterij accuſare ne liceto.

9. Si ſeruus adulterij accuſetur, & quæſtionem in eo haberi accuſator poſtulet, iudices ſeruum æſtimanto: & quantum æſtimauerint, tantam pecuniam, & alterum tantum

eum

eum qui nomen eius ſerui detulerit,ei ad quē ea res pertinet,date iubento.

33 10. Qui poſt maritum & patrem † accuſare poſſunt, ſi ad accuſandū plures ſimul profiluerint, is cuius de ea re notio eſt,de iuſto accuſatore conſtituito.

11. Reos adulterij marem & fœminam ex eadem cauſa ne facito.

12. Si mulier ante denunciationem nup-
34 ſerit,qui accuſare volet, ab † adultero incipito. Nec antè ad mulierem quiſquam peruenito,quàm adulterum reum peregerit.

13. Adultero abſoluto, quæ nupſit, quamdiù nupta erit,aduerſus omnes ſecuta eſto.

14. Si vir, qui vxori adulteræ repudium miſit, vel extraneus quis mulieri, antequàm nuberet,adulterij ſe acturos denunciauerint, eaque poſt denunciationem nupſerit, ab ea incipere accuſare volenti,ius eſto.

15. Si vidua ſit, de cuius adulterio agitur, accuſator. Libetum arbitrium, adulterum vel adulteram, vtrùm prius velit, poſtulandi habeto.

16. Qui domum ſuam præbuerit, vt ſtuprum, adulteriumve cum aliena matrefamiliâs, vel cum maſculo fieret,ſciens, hac lege tenetur.

17. Qui pro comperto ſtupro pretium acceperit, quæſtumve ex adulterio vxoris ſuæ fecerit,hac lege tenetor.

18. Damnatam adulterij,ſi quis ſciens vxorem duxerit,hac lege tenetor.

19. Qui deprehenſum in domo ſua adulterum dimiſerit, vxoremve in adulterio deprehenſam retinuerit,hac lege tenetor.

35 20. Mulieri accuſandæ † ſex menſes vtiles dantor,poſtea accuſare ne liceto.

21. Adulterum adulteramve poſt quin-
36 quennium † continuum quàm commiſſum eſſe adulterium dicetur,accuſare ne liceto: eaque præſcriptio adultero adulteræque vtilis eſto.

22. De ſeruis ancillisve eius,de quo vel de qua quæretur, patētisve vtriuſque eorum qui eis ad vſum à parentibus dati ſint,ſi accuſator poſtulet,quæſtionem habeto.

23. Quæſtioni reus,reave, patrònive eorū, & is qui crimen detulit,interſunto. Patronis interrogandi facultas eſto.

24. Seruus, de quo quæſtio habita fuerit, publicus eſto.

25. Si reus vel rea abſoluti fuerint, ſeruorum damnum iudices æſtimanto: ſiue mortui fuerint,quantæ pecuniæ ante quęſtionem fuerint:ſiue ſalui,quātæ pecuniæ in his damnum datum fuerit,factumve erit.

26. Serui qui quæſtioni poſtulari poſſunt, intra ſexaginta dies,ex die diuortij ne manumittuntor,neve alienantor.

27. Adulterij damnato, damnatæve, teſtimonij dictio ne eſto.

28. Diuortia ſeptem ciuibus Romanis puberibus,teſtibus adhibitis, præter libertū eius qui diuortium faciet, poſthac faciunto. Aliter facta pro infectis habentor.

29. Dotale † prædium Italicum, maritus 37
inuita vxore ne alienato,neque conſentiente ea obligato.

Secundò tulit legem † de ambitu, vt qui 38
petiturus magiſtratum, vel prouinciam, vel ſacerdotium, turbā ſuffragiorum cauſa conduxerit, ſeruos aduocauerit, alienamve quā multitudinem conduxerit, conuictus, vt vis publicæ reus in inſulam deportetur. Suetonius in Auguſto.Item:Et ſi quis reus vel accuſator domum iudicis ingrediatur, per legem Iuliam iudiciariam in legem ambitus committit: id eſt, aureos centum fiſco inferre iubetur. Ita Modeſtin. In l. vnica.ff.ad l.Iuliam de ambitu, vbi ait: Hæc lex in vrbe hodiè ceſſat,quia ad curam principis magiſtratuum creatio pertinet, non ad populi fauorem. Quòd ſi municipio contra hanc legem magiſtratum aut ſacerdotium quis petierit, per Senatuſconſultum centum aureis cum infamia punitur. Qua lege damnatus, ſi alium conuicerit, in integrum reſtituitur: non tamen pecuniam recipit. Item, Is qui nouum vectigal inſtituerit, ex Senatuſconſulto hac pœna plectitur.

Tertiò, tulit legem † de peculatu, ſacrile- 39
gis,& de reſiduis. Lege Iulia peculatus cauetur,ne quis ex pecunia ſacra, religioſa, publicave auferat, neve intercipiat, neve in rem ſuam vertat: neve faciat quò quis auferat,intercipiat,vel in rem ſuam vertat, niſi cui vtique lege licebit:neve quis in aurum,argentū, æs publicum, quid indat, neve immiſceat: neve quò quid indatur, immiſceatur, faciat ſciens dolo malo,quo id peius fiat.Labeo verò peculatum † definit, pecuniæ publicæ aut 40
ſacræ furtum, non ab eo factum, cuius periculum fuit. Et ideo æditiuum in his quæ ei tradita ſunt, peculatum non admittere. Eodem capite ſcribit,nō ſolùm pecuniam publicam,ſed etiam priuatam,crimen peculatus facere,ſi quis,quod fiſco debetur, ſimulans ſe fiſci creditorem,accepit, quamuis priuatam pecuniam abſtulerit. Eum quoq; qui pecuniā publicam in vſus aliquos retinuerit, nec erogauerit, hac lege teneri, idem Labeo ſcripſit. Hac quoq; lege tenetur, † qui in tabulis pub- 41
licis minorem pecuniam, quàm quid venierit,aut locauerat, ſcripſerit, aliudve quid ſimile commiſerit. Ita Martianus:Similiter is
† qui prædam ab hoſtibus captam ſurripuit, 42
lege peculatus tenetur,& in quadruplū damnatur. Ita Modeſtinus. Item: Qui † perfora- 43
uerit muros,vel inde aliquid abſtulerit,peculatus actione tenetur. Ita Vlpianus. Item:

44 Qui † tabulam æneã, leges formam ve agrorum, aut quid aliud continentem refixerit, vel quid inde mutauerit, lege Iulia peculatus tenetur. Eadem lege tenetur, qui quid in tabulis publicis deleuerit, vel induxerit. Ita Venu-
45 leius ſub l.8. Peculatus pœna † varia eſt. Qui enim prædam ab hoſtibus captam ſurripuit, in quadruplum damnatur: cæteris aqua & igni interdicitur. Quam pœnam deinde deportatio ſequuta eſt. in quem ſtatum deducti, ſicut omnia priſtina iura (inquit Vlpianus) ita etiam bona amittunt, l.3.l.6.ff. ad legem Iuliã de peculatu.

Acceſſerunt & conſtitutiones & manda-
46 ta principum, quibus extraordinariæ † pœnæ ſancitæ ſunt, & pecuniæ fiſcalis peculatus introductus, & quadrupli pœna conſtituta eſt, l.9.§.1.l.penul. Paul.lib.5.Senten. Iudices autẽ, hoc eſt, præſides, rectores prouinciarum, ſi tempore adminiſtrationis publicas pecunias ſubtraxerint, capitali animaduerſione tam ipſi, quàm miniſtri eorum, & conſcij puniuntur: idque ex conſtitutione Theodoſij, l.6.& l.9.C.de crimine ſacrilegij. Et Iuſtinianus in § item lex Iulia peculatus. Inſtitu. de public. iudic.& l.vnica.C quando ciuilis actio criminali præiudicet. Alexander Seuerus fertur iudices hoc crimine aſperſos proſequutus adeò, vt quoties talis ei occurreret, paratum haberet digitum, vt illi oculũ erueret. Lamptidius in Alexandro.

47 Secundum crimen eſt, † de reſiduis. Pecuniæ verò reſiduæ dicuntur, quæ delegatæ in vſum publicum, nec in eum vſum conſumptæ, apud aliquem reſederunt. Qui igitur talem pecuniam in vſum publicum delegatam retinuit, neque in eum vſum conſumpſit, lege Iulia tenetur, l.2.ff. ad l. Iuliam de reſiduis. Martianus exempla adfert: Lege Iulia, inquit, de reſiduis tenetur is, apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, ex pecunia quam accepit, aliave qua ex cauſa, pecunia publica reſedit, l.4.ff.eod.tit. Pœna eſt, vt præter pecuniam quam debet, tertiam partẽ eius pecuniæ dependat. d.l.4. Exẽpla de reſiduis, recenſentur apud Liuium libr.33. apud Ciceronem pro Cluentio, pro Rullo, Aſcon. in Corneliana.

48 Tertium caput huius legis fuit † de ſacrilegio. Sacrilegium autem furti ſpecies eſt, & eſt furtum ſacræ rei, l.4.l.6.ff.eod. Sacræ autem res intelliguntur publicæ, non priuatæ. l.9.ff. eod.titu. Itaque ad hanc legem non pertinet furtum rei priuatæ, quæ in æde ſacra depoſita erat: ſed furti actio dabitur. l.5.ff.eod.titul. Quamuis negari non poſſit, ſacrilegum rectè dici, qui ex loco ſacro quid ſubtrahit. Ita Cicero lib.2.de Legibus. Quintilia.lib.7.cap.4. Exempla inſignium ſacrilegorum apud Romanos, extant in Pleminio Scipionis legato, C.Verre Siciliæ prætore. Pœna † ſacrilegij ex 49
ſententia Vlpiani, pro modo & qualitate aliquando ſeueriùs, nonnunquàm remiſſiùs adhibetur. Quare iudicis eſt cognoſcere, inſpecta conditione rei, temporis, ætatis, ſexus. Ideo ſe meminiſſe ait, aliquando aliquos ad beſtias damnatos, aliquando viuos exuſtos, aliquos in furca ſuſpenſos. l 6.ff. eod. Paulus verò ait, vniuerſaliter ſacrilegos capite puniri, l.9.ff.eo.

Quartò, tulit legem † de repetundis pecu- 50
niis. Lex hæc in primis neceſſaria eſt in Repub. vt magiſtratus qui ſemper ad auaritiam proclines ſunt, coerceantur. De pecunijs repetundis primam legem tulit L.Calphurnius Piſo, L. Martio Cenſorino & M. Manlio Coſſ. Triennio pòſt eadem lex dennò reuocata eſt. Hanc ſubſequuta eſt lex Seruilia: deinde Acilia, anno Vrbis 612. Lucius etiam Sylla legem de repetundis tulit. Ita Cicero in lib.1.Epiſtol.famil. ad Lentulum. Et in libr.3. ad Appium, & in oratione pro Rabirio. Poſtremò C Iulius Cæſar in conſulatu, quem cum M. Bibulo geſſit, legem de repetundis, quæ quidem multò ſeuerior antiquis legibus erat, tulit. Cicero in libr.2.Offic. in lib. de Diuinatione, in Bruto, in 2.Verr. in epiſt.5. lib. 10.Epiſt.

Legis Iuliæ † capita recenſentur à Iuris au- 51
thoribus. Martianus ait: Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere miniſteriove publico cœpit, vel cum ex cohorte, cuius eorum eſt. l. 1. Macer ſic: Lege Iulia repetundarum tenetur, qui cùm aliquam poteſtatem haberet, pecuniam ob iudicandum vel non iudicandum, decernendumve acceperit. l.3. Et deinde: In comites quoque iudicum ex hac lege iudicium datur. l.5. Et iterum: Lex Iulia de
repetundis † præcipit, ne quis ob iudicem ar- 52
bitrumve dandum, vel mutandum, iubendumve vt iudicet, neve ob non dandum, nõ mutandum, nonve iubendum vt iudicet: neve ob hominem in vincula publica conijciendum, vinciendum, vincirive iubendum, exve vinculis dimittendum: neve quis ob hominem condemnandum, iudicium capitis pecuniæve faciendum, vel non faciendum aliquid accipiat, &c. l.7. Excipiuntur tamen ex hac lege ſobrini, propiore ve gradu cõiuncti. l.1.in fin.

Præterea lege Iulia repetundarum † con- 53
ueniri poſſunt magiſtratus, cùm de prouincia decedunt, vt rationes in duabus ciuitatibus prouinciæ, quæ ipſis maximè videbantur, relinquant, & totidem verbis ad ærarium referant. Cicer. pro Poſthumo, & in lib.5.Epiſt. 20.& in oratione pro Flacco.

Pœna † huius iudicij extraordinaria eſt, 54
ſiue

ſiue arbitraria: hoc eſt, vel exilio puniuntur, vel etiam durius, prout admiſerunt. Iudex enim, qui pecuniam acceperit, vt innocẽtem, vel quem punire non debuerat, capite puniret, capite plecti debet, vel certè in inſulam deportari. l. 7. Accedit & pœna pecuniaria quadrupli. l. 1. C. eod. l. 3. C. de aſſeſſoribus.

55 Singularia huius † iudicij ſunt, vt lite ante mortem non conteſtata, nihilominùs contra hæredem agatur, nec morte rei accuſatio finiatur. l. ex iudiciorum. ff. de accuſationibus. l. 2. C. eod. Prætereà ſuſcipitur iuſiurandum ab ijs qui munera publica capeſſunt. l. vltim. C. eod. Deinde, quod contra legem repetundarum datum eſt proconſuli, vel prætori donatum eſt, vſucapi non poteſt. Eadem lex venditiones omnes, locationes eius rei cauſa pluris minoriſve factas, irritas facit, impeditque vſucapionem. l. 10 ff. eod. Referenda hæc ſunt ad legem Iulij Cæſaris, de Repetundis.

56 Quintò, tulit † legem Iudiciariam, vt iudicia ad duo genera iudicũ redigerentur, Equeſtris ordinis & Senatorij: Tribuni ærarij, quod erat tertium, tollerentur. Gell. libr. 14. cap. 2. Dion lib. 43. Sueton. in Cæſ.

57 Sextò, tulit legem † de vi. Quia verò duplex eſt vis, priuata & publica: duplicem quoque, vnam de vi publica, alteram de vi priuata. Vis publica dicitur, quæ armis fit. Lege igitur Iulia de vi publica tenetur, qui arma, tela, domi ſuæ, in agrove, in villave, præter vſum venationis, vel itineris vel nauigationis coegerit. In eadem cauſa ſunt, qui turbæ ſeditioniſve faciendæ conſilium inierint, ſeruoſq́; aut liberos homines in armis habuerint: In eadem cauſa ſunt, qui peſſimo exemplo, conuocata ſeditione villas expugnauerint, & cum telis & armis bona rapuerint. Item tenetur, qui ex incendio rapuerit aliquid præter materiam. Præterea punitur huius legis pœna, qui puerum, vel fœminam, vel quenquam per vim ſtuprauerit: ſed & qui in incendio, cum gladio aut telo rapiendi cauſa fuerit, vel prohibendi dominum res ſuas ſeruare, eadem pœna tenetur. Eadem lege tenetur, qui hominibus armatis poſſeſſorem domo, agrove ſuo, aut naui ſua deiecerit, concuſſerit, expugnauerit. Lege Iulia de vi publica tenetur, qui cùm imperium poteſtatemve haberet, ciuem Romanum aduerſus prouocationẽ necauerit, verberauerit, iuſſeritve quid fieri, aut quid in collum cõiecerit vt torqueatur. Item, quod ad legatos, oratores, comiteſve attinebit, ſi quis eorum quem pulſaſſe, ſiue iniuriam feciſſe arguetur. Item lege Iulia de vi publica cauetur, Ne quis reum vinciat, impediatve quominùs Romæ intra certum tempus adſit. Item, qui dolo malo fecerit, quominùs iudicia tutò exerceantur: aut iudices, vt oportet, iudicent: vel is qui poteſtatem imperiumve habebit, aliter quàm ei ius erit, decernat, imperet, faciat. Item, qui ludos, pecuniamve ab aliquo inuito polliceri publicè priuatimve per iniuriam exegerit. Coercentur eadem lege qui noua vectigalia imponũt, l. fina. ff. ad l. Iul. de vi publica. Sic P. Feſtus & M. Fõtanus de vi publica rei facti ſunt, quòd portorium per vim inſtituiſſent. Hoc crimen Cicero Viuarium vocat.

58 Lege autem Iulia † de vi priuata tenetur, ſi quis cui conuocatis hominibus, vim feciſſe dicetur, neque is homo occiſus erit, præter infamiam publicatio tertiæ partis bonorum pœna eſt. Eadem pœna tenetur, qui ex naufragio aliquid dolo malo rapuerit: quive ſine iudice res debitoris occupauerit: quive cœtum concurſumve fecerit, quominùs quis in Ius produceretur: quive quæſtionem de alieno ſeruo habuerit, tit. ff. & C. ad l. Iuliam de vi priuata.

59 Septimò, tulit legem † de crimine maieſtatis. Ante hanc legem multæ de eodem crimine, quod ſacrilegio proximũ eſt, latæ ſunt. Primam tulit L. Apuleius in C. Norbanum, ciuem improbum, ac ſeditioſum. Secundam tulit Q. Varius Sucronenſis, Tribunus plebis & orator ſui temporis non vulgaris. Iubebatur hac lege, vt quæreretur de ijs quorum ope conſiliove ſocij arma contra Rempublicam Romanam ſumpſiſſent. Tertiam tulit L. Cornelius Sylla dictator. Cicero in Piſonem, & Aſcon. in Corneliana. Quartam tulit Octauius Cæſar.

62 Maieſtas † autem, vt Victorinus Ciceronis Interpres ait, amplitudo & magnificentia eſt, in qua ius totius ciuitatis conſiſtit. Hęc olim in populo Romano erat, quemadmodum authoritas in Senatu. Inde Cicero ait: Minuere maieſtatẽ eſt, de dignitate, aut amplitudine, aut poteſtate populi, aut eorũ quibus populus poteſtatem dedit, aliquid derogare. Et deinde in libr. 3. de Oratore: Populi maieſtatem minuit, ſi quis exercitum populi Romani tradidit, aut ſi legionem vel exercitum iniuſſu populi aut Senatus ſollicitauerit, delectumve habuerit. Vlpianus crimen

61 læſæ † maieſtatis ſic definit: Maieſtatis autem crimen illud eſt, quod aduerſus populum Romanum, vel aduerſus ſecuritatem eius committitur: quo tenetur is, cuius opera dolo malo conſilium initum erit, quo obſides iniuſſu Principis interciderent: quo armati homines cum telis, lapidibusve in vrbe ſint, conueniantve aduerſus Rempub. locave occupentur, vel templa, quove cœtus conuentusve fiat: hominesve ad ſeditionem cõuocentur: cuiusve opera & conſilio, dolo malo conſilium initũ erit, quo quis magiſtratus populi

Romani, quive imperium poteſtatemve ha-
bet, occidatur: quove quis contra Rempub.
arma ferat: quive hoſtibus populi Romani
nuncium literasve miſerit, ſignumve dede-
rit, feceritve dolo malo, quo hoſtes populi
Romani conſilio iuuentur aduerſus Rem-
publicam fiat, l.1 ff. ad legem Iuliam maie-
ſtatis.

62 Octauò tulit legem: † Ne prouinciæ Præ-
toriæ plus quàm annum, neu plus quàm bien
nium Conſulares obtinerentur. Cice. in Phi-
lip.1. & in Piſonem: Dion lib. 43.

63 Nonò, tulit legem † de colonijs, vt ager
Campanus viginti millibus ciuium extra ſor
tem diuideretur, eoque colonia deduceretur.
Sueton. in Iulio & Auguſto.

64 Fertur & alia quædam lex † de infamibus,
quæ quidem Auguſti tempore lata eſt, ab eó-
ne, an à Senatu, aut à Tribunis plebis, igno-
ratur. Cùm poetæ abuti licentiùs ſtylo, & paſ
ſim lædere ex libidine cœpiſſent plures bo-
nos nequiſquam in alterum carmen infame
proponeret: lege lata ſiluêre.

——Lex eſt accepta, chorusq́;
Turpiter obticuit ſublato iure nocendi.

Hæc Donatus in Terentium, ex Horatij li-
bro de arte Poetica. Et meminit Horatius
eiuſdem legis, ad Auguſtum:

——Quin etiam lex
Pœnaq́; lata, malo quæ nollet carmine quenquam
Deſcribi: vertere modum, formidine fuſtis,
Ad benè dicendum delectandumq́; redacti.

CAPVT XXXII.

Confirmatio Monarchiæ, & ordi-natio, & tituli.

SVMMARIA.

1 *Auguſti conſilium de reddenda Repub. à Mæcenato & a-lijs diſſuaſum. & nu. 2.*
3 *Prouinciarum diuiſio cum Senatu ab Auguſto facta.*
4 *Honores Auguſto à Senatu decreti & habiti.*
5 *Auguſtus vnde nominatus.*
6 *Lex Regia, quando lata.*
7 *Alexandri Imp. laus in ferendis Conſtitutionib.*
8 *Lex Falcidia quando lata.*
9 *Lex Furia Caninia quando lata.*
10 *Lex Aelia Sentia quando & de quibus rebus lata.*
11 *Lex Iunia Norbana de ſtatu libertinorum, quando lata.*
12 *Leges variæ incertorum authorum.*
13 *Pauli Manutij liber Antiquitatum.*

C. Octauius Aug. latis multis legibus, & pa
cato ferè toto terrarum orbe, ita vt pro-
preterà Ianum tertiò clauderet, atque ſalutis
augurium faceret, quæ niſi quieto prorſus tran-
quillove imperio fieri aſſueuerant: cōſilium
1 de Republica † reddenda & imperio depo-
nendo habuit. Mœcenatis tamen ſententia
reuocatus, animum ad imperium lege fir-
mandum adiecit. Egit itaque cenſum: edixit,
ne quis Senator extra Italiam eſſet: & ne in
ciues, qui Antonio adhæſerant, tanquam ſibi
ſuſpectos, aliquid moliri videretur, omnes li-
teras ad Antonium ſcriptas cremauit: pro
more veteri collegæ faſces dedit, Senatus prin
cipem legit, populum muneribus & ludis de-
linitum, Senatores pecunia iuuit, ærarium
publicum pecunia priuata ſuſtentauit: nomi-
na eorum qui ærario deberent, publicis in-
cenſis tabulis deleuit. Quæcunque contra ius
à Lepido & Antonio conſtituta erant, ea om
nia vno edicto ſuſtulit. Quibus rebus cùm
maximam gratiam apud populum ſibi con-
ciliaſſet, aliam animi magnitudinem addere
voluit. Conuocatis enim Senatoribus & ha-
bita oratione, † ſe imperio abdicare, idque 2
Senatui & populo tradere dixit. Tum Sena-
tores, alij, quòd parum fidei dictis eius habe-
rent: alij, quod damna ex populari ſtatu exti-
meſcerēt: alij, quòd eius animi offenſionem,
ſi aliter facerent, metuerent: precibus peren-
tes coegerunt, vt imperium ipſe vnus retine-
ret, ac S. conſulto ſatellitibus & cuſtodibus
eius ſtipendium duplicarunt, vt diligentiorē
cuſtodiam corpori eius adhiberent. Stabili-
tis hoc modo opibus, vt popularis videretur,
totius Imperij gubernationem ipſe ſolus de-
popoſcit: prouinciarum † adminiſtrationem 3
cum Senatu & populo communicauit. Nam
Senatui populoque Africam, Numidiam, A-
ſiam, Græciam, Epirum, Dalmatiam, Mace-
doniam, Siciliam, Cretam cum Cyrene, Bi-
thyniam, Pōtum, Sardiniam & Beticam, quæ
pacatiores erant, tradidit. Sibi verò ſumpſit
reliquam Hiſpaniam & Tarraconenſem, &
Luſitaniam: & Galliam omnem, Narbonen
ſem, Lugdunenſem, Aquitanicam, Celticam,
& eorum colonias, vt Germaniam, Cœlem
Syriam, Phœnicem, Ciliciam, Cyprum &
Aegyptum. Pòſt autem Cyprum & Galliam
Narbonenſem populo dedit, ab eo verò Dal-
matiam accepit. His rebus actis, vt ab omni
monarchiæ ſuſpicione alienus eſſet, in decen
nium poteſtatem omnium rerum ſibi ſum-
pſit. Tranſacto decennio in quinquennium,
ac deinde in alterum quinquēnium, poſt ite-
rum in decēnium, eo lapſo in tertium decen
nium & petijt, & obtinuit. Multi honores † 4
ipſi à Senatu decreti ſunt, & habiti. Laurus
ante regiam eius, cum corona querna, quòd
hoſtes viciſſet, & ciues conſeruaſſet, poſita:
regiæ eius palatij nomen datum: Auguſtus † 5
nominatus, quaſi qui maior eſſet homine.
Omnia enim quæ maximo honore digna &
ſacra ſunt, Auguſta dicuntur. Dio, Suetonius,
Eutropius. Poteſtate itaque omni, quam &
Senatus & populus obtinuerat, ad Auguſtum
delata, ab eo certiſſimæ monarchiæ initia
ducta ſunt. Quia verò Monarchæ, Regis &
Dictato-

Dictatoris nomen populi auribus graue: & illud Brutij, hoc Antonij lege, è Republica ſublatum erat, Cæſaris, Auguſtique nomen adſumpſit: quibus nulla ipſi poteſtas addebatur. Illo enim generis ſucceſſio, hoc dignitatis ſplendor & amplitudo indicatur: quæ deinde nomina Imperatorū Romanorum propria facta ſunt.

LEX REGIA.

Anno Vrbis 729 C.Cæſare Augnſto 10. &
6 C.Norbano Coſſ. lata eſt † lex Regia, atteſtante Dione lib. 53. & Tacito in Annalibus. Lege hac ſumma & regia poteſtas, quam ſibi populus Romanus ab eiectis regibus ſumpſerat, in vnum principem trāſlata eſt: vt is qui. dē ipſe nulla legis neceſſitate teneretur, omnique ſcripto iure ſolutus eſſet: ei verò parērent omnes. Quod igitur, vt Arcadius I.C. ait, principi placuit, legis habet vigorem. Ab eo itaque tempore Imperatores conſtitutiones edere, & reſcribere ad propoſitas facti quæſtiones cœperunt: idque non ſine Senatus, vel iuriſperitiſſimorum virorum conſilio. Auguſtus enim Antiſtium Labeonem, celeberrimum tum Iureconſultum ſibi adhibuit: Adrianus, Senatum: inſequuti, alios. A-
7 lexander † nullam conſtitutionem ſacrauit ſine viginti Iuriſperitis, & doctiſſimis ac ſapientiſſimis viris: iis denique diſertiſſimis non minus quinquaginta, vt nō pauciores in conſilio eſſent ſententiæ, quàm quot Senatuſconſultum conficerent. Et id quidem ita, vt iretur per ſententias ſingulorum, ac ſcriberetur quid quiſque dixiſſet. Dato tamen ſpacio ad diſquirendum, cogitandumque. Sic reliqui Principes, alios ſemper ſibi adiunxerunt doctiſſimos conſultiſſimosque viros, quorum authoritate iudicioque leges facerent: petentibusque de Iure reſpōderi, reſcriberent. Quæ deinde Principum cōſtitutiones, nec non reſcripta, ab Adriani temporibus ad Iuſtinianum vſque, eius mandato in vnum codicem congeſta ſunt. A Cæſaris enim Auguſti temporibus vſq; ad Adrianum nullæ ferme conſtitutiones extant, niſi vel ab hiſtoricis, vel ab Iureconſultis referantur.

Anno Vrbis 714. P.Falcidius tribunus ple-
8 bis, † legem Falcidiam tulit, cuius capita referuntur ſub tit. Pandectarum, ad legem Falcidiam: & ab Iuſtiniano in Inſtitut. titul. eodem.

Anno Vrbis 752. P.Furius Camillus, C.Ca-
9 ninius Gallus † legem de manumiſſione tulerunt. Extant huius legis capita apud Vlpianum in Inſtit. & Paul. lib. 4. Senten. & Caium in Inſtit. & apud Iuſtinianum in Inſtit. Quam legem præceſſit Furia, de teſtamentis: Ne cui, niſi manumiſſoris cognato, certiſq; alijs perſonis ſupra mille aſſes legare, mortisve cauſa donare liceret. Quòd ſi quis maiorem ſummam ſibi legatam accepiſſet, quadruplum eius, quo plus quàm licebat, accepiſſet, redderet. Cicero pro Balbo, & in Verr. Iuſtinianus in Inſtit. de lege Falcidi: Vlpian Inſtit. cap. 1. & 28. Hanc ſubſequuta eſt Aelia Sentia.

Anno Vrbis 756. S. Aelius & C. Sentius † 10
legem tulerunt: vt qui ſerui pœnæ cauſa vincti à domino, quibusve iniuſtæ notæ fuerant, quive propter noxam torti, nocentesve inuēti, quive traditi vt ferro aut cum beſtijs depugnarent, quive in cuſtodia fuiſſent, ij ſi manumitterentur, non ciues Romani, ſed deditiorum numero eſſent: Id eſt, vt neque connubium, neque commercium, neque commercium, neque teſtamenti factionem haberent: vt minorem triginta annorum ſeruum vindicta aut teſtamento, niſi cauſa apud conſilium probata, manumittere nō liceret. Nec dominus 20. annis minor, ſeruum, niſi cauſa apud conſilium probata, manumitteret: vt ſeruus ab eo domino qui ſoluendo non eſt, teſtamento liber eſſe iuſſus, & hæres inſtitutus; & ſi minor ſit 30. annis, vel in ea cauſa ſit vt dedititius fieri debeat, ciuis Romanus & hæres ſit, ſi tamen alius ex eo teſtamento hæres non ſit. Quòd ſi duo pluresve liberi hæredesve eſſe iuſſi ſunt, primo loco ſcriptus liber & hæres ſit. Vt ſi patronus libertum inopem non aluerit, primum libertatis cauſa impoſitis tam ipſe quàm is ad quem ea res pertinebit, mulctetur: deinde ipſius hæreditate tum ipſius liberi priuentur, niſi hæres inſtitutus ſit. poſtremò à bonorum poſſeſſione remoueatur, præterquàm ſecundùm tabulas. Ne dominus in manumittendo ſeruo, ſeruave, legem ei de contrahendo matrimonio, quæ ciuis Romani libertatem imminuat, imponat. ſi ſecùs faxit, ad eius legitimam hæreditatem ne admittatur. Vlpian. & Iuſtinia. in Inſtitut. Iulian. in l. 42. & Paulus in l. 55. 57. 60. 83. ff. de hæredib. inſtit. & l. 70. ff. de verborum obligatio.

Anno Vrbis 771. M. Iunius Silanus L. Nor-
banus Balbus † legem de ſtatu libertinorum 11
tulerunt. Capita ſunt: Vt ij ſerui, qui neque cenſu, neque vindicta, neque teſtamento, ſed aut per epiſtolam, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione liberi fierent, nō ciues Romani, ſed eodē iure quo Latini coloni eſſent. Vt ſi Latinus ciuem Romanam vel Latinam vxorem duxerit, teſtatione interpoſita, quòd liberorum quærendorum cauſa vxorem duxerit: poſteà filio filiave nato, natave, & anniculo facto, poſſit apud prætorem vel præſidē prouinciæ cauſam probare, & fieri ciuis Romanus, tam ipſe quàm filius, filiave eius, & vxor, ſcilicet ſi & ipſa Latina ſit. Vt Latinorū legitimæ ſucceſſiones nullæ prorſus eſſent: ſed eorum bona manumiſſores, tanquàm ſer

uorum peculia ſibi haberent. Vt liberti ius ciuitatis Rom. non antè haberent, quam ius aureorum annulorum aut natalium reſtitutionem à principe impetraſſent. Vlpianus in fragm. & Iuſtinia. in titu.de ſucceſſ.libert. & ſucceſſ.libert.& Nouella 78. Hæc autem lex, primùm S. conſulto Largiano, deinde D. Traiani edicto ſublata eſt poſtremò Iuſtiniani conſtitutione tota abrogata: qua conſtituitur, vt omnes libertini, ſublatis antiquis differentijs, ciues Rom. ſint. §. ſed hæc de libertinis.Inſtit.de ſucceſſione libertorum.

Feruntur & aliæ incertis authoribus le-
12 ges: † Vt neque libera, neque ſerua biberet
vinum, neque verò clarorum virorum quiſpiam à pube vſque ad 35.annum Aelian.

Item: Ne duo ex eadem gente idem ſacerdotium haberent. Dion lib.39.

Item: Ne Dictatori equum conſcendere liceret: Plutarch.in Fabio.

Item: Vt ciues Rom. annos 40. cùm vſus Reipub.poſtularet, militarent. Plutarchus in Gracchis.

Item: Vt is qui ciuem ab hoſte liberaſſet, querna corona donaretur. Plutarchus in Coriol.

Item lex de triumpho: Ne quis triumpharet, niſi qui hoſtium quinque millia vna acie cecidiſſet. Valer.Maxim.libr.2.cap.3. Vt ſolis Conſulibus & Ducibus triumphare liceret. Plutarch. in Pomp. & Catone Vtic. Ne qui triumphaturus erat, ante triumphum vrbem ingrederetur. Plut.in Pomp.

Item lex, quæ ſumptum ſepulchrorum definiebat: Vt qui eum modum ſuperaſſet, tanta pecunia, quantam præter modum impendiſſet, mulctaretur. Cicero ad Attic lib. 12.epiſt 33.

Item lex: Vt ijs magiſtratibus qui à Dictatore creati eſſent, lictoribus, curuli ſella, & prætexta toga vtendi ius eſſet. Dion libro 43.

Item lex caſtrenſis: quæ pro deſertore habet, ſi quis vlterius ſecedat quàm vnde ſigna videri poſſint. App.in Libyco.

Item lex de comitijs: Ne is qui comitijs præeſſet, ſui rationem in magiſtratu petendo haberet. Liuius libr.10. Ne quis inſpiciat tabellam, ne roget, ne appellet. Cicero de Legib lib.3.

Item lex de liberis: Vt numerus liberorum in candidatis præpolleret. Tacit.libr.2. Quæ lex pars legis Iuliæ Popeæ fuit.

Item lex de trigeminis: Vt quibus trigemini liberi nati erant, ijs ad alendos pueros ſumptus de publico ſuppeditetur. Dionyſius libr.3.

Hę ferè ſunt leges, tam ad publicum quàm priuatum Reipub. Rom.ſtatum pertinentes: quæ paſſim apud Romanæ hiſtoriæ ſcriptores extant. Videndum iam erat, qui legum ferendarum poteſtatem habuerint: quo in loco, quo tempore, quibus de cauſis: quæ om-
nia cùm diligētiſſimè doctiſſ. vir Paulus Ma-
nutius † in lib. Antiquitatum tradiderit, vo- 13
lui Lectorem eò potiùs remittere, quàm doctiſſimum virum hac in re, ſi meum Opus eius labore augerem, offendere. Quamuis non dubitem, publici eum commodi hac quoque in re rationem habiturum eſſe.

FINIS LIBRI PRIMI.

HISTO-

HISTORIAE IVRIS CIVILIS,
LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.
De Prudentum reſponſis, De Senatuſconſultis, de prætorum edictis.

SVMMARIA.

1 *Legum explicatio ad prudentes delata.*
2 *Iuris ciuilis peritus primus Papyrius.*

QVEMADMODVM
Romanũ imperium à
regibus cœpit: ita eorun-
dem legibus gubernatũ
initiò, & adminiſtratũ
fuit. Pulſis deinde, eie-
ctiſq́; regibus, leges quo
que eorũ in deſuetudi-
nem abiêre. Tota itaq;
gubernatio ad Conſules delata eſt, à Conſuli-
bus ad Tribunos peruenit. Inde orta conten-
tione inter Patres & Tribunos pro legibus fe
rendis, leges extraneas habere placuit. Anno
itaque Vrbis 302. quàm condita erat, Decem-
uiri creati: qui ingenti hominum expectatio-
ne, propoſitis decem Tabulis, omnibus ſum-
mis infimiſq́; iura æquarunt Verùm læta eius
Magiſtratus initia, nimium luxuriauêrte: &
eo citius lapſa res eſt, repetitumq́; duobus vti
mandaretur Conſulum nomen, imperium-
que. Decemuiratus igitur biennio tantum du
1 rauit. Tãdem itaq; explicatio † legum ad pru-
dentes delata eſt, & peruenit. Iuris ciuilis au-
tem ſciẽtiam plurimi & maximi viri profeſſi
ſunt, Pomponium I.C. ſequutus, ordine refe-
ram: & quantum in compendioſo ſcripto fie
ri poteſt, vitas eorum perſtringam. Fuit verò
2 primus Iuris ciuilis † peritus Papyrius: ab eo
itaq; tanquam fonte ordiar.

CAPVT II.
Papyrius.

SVMMARIA.

1 *Papyrius primus ſacrificiorum Rex, & Iuriſperitus.*
2 *Ius Ciuile Papyrianum vnde ſic dictum.*
3 *Zaſij error de Papyrio.*

PApyrius, vel (vt veteres Romani loquebã
tur) Papyſius, ex gente patricia oriundus,
1 honeſto ocio & quieti deditus, † primus Rex
ſacrificiorum creatus eſt. Hic in primis Iuris
peritus fuit, & leges omnes regias in vnũ con
tulit. Nam cum antea Ancus Martius rex Ro-
man. leges ſacras à Numa latas, in deſuetudi-
nem iam abeuntes, reduxiſſet in ciuitatem: e-
aſq́; ex commentarijs Pontificum exſcriptas,
in foro tabulis quernis ſculptas propoſuiſſet:
eiectis inde regibus, Papyrius hic ſacras om-
nes profanaſq́; leges, à regibus latas, in vſum
publicum deduxit, conſcripto codice, quem
poſtea Ius ciuile † Papyrianum appellarunt: 2
non quòd ibi quidquam Papyrius de ſuo ad-
iecerit, ſed quòd leges varijs temporibus latas
& ſine ordine apud Pontificum commenta-
rios deliteſcentes, in vnum corpus compoſi-
tas inuulgauerit. Eæ paulo pòſt, cum duode-
cim Tabulæ ferrentur, Tributa lege abrogatæ
ſunt. Vrbe inde à Gallis Senonibus capta, atq;
incenſa, ſimul cum cæteris ex illo incendio
conquiſitæ, & in vulgus editæ, niſi ſi quæ ad ſa
cra pertinerent. Illæ enim à Pontificibus ma-
ximè, vt religione obſtrictos haberent multi-
tudinis animos, ſuppreſſæ ſunt. Hunc autẽ Pa
pyrij librum ad ætatem Pomponij perueniſſe
faciIè ex eo cõſtat. Vixit hic Papyrius ſub Tar
quinio Superbo. Ex quo apertè Zaſij † error 3
detegitur, qui Papyrium putat eum eſſe, quem
Prætextatum vocant. Nam vt Dionyſ. ſcribit,
primus rex ſacrificulus creatus fuit, quem Ma
nium appellat.

CAPVT III.
Appius Claudius Decemuir.

SVMMARIA.

1 *Claudiorum familia vnde originem traxerit.*
2 *Appius Claudius Decemuir & legulator. eius mors, nu. 3. ſcripſit de vſurpationibus, num. 4.*

CLaudlorum familia † ex Sabinis originẽ 1
traxit. Cùm enim Sabini bellum in Ro-
manos molirentur, Claudius quidam huius
Appij auus, & inter ſuos honorato loco na-
tus, pacis author fuit. Quæ res effecit, vt à tur-
batoribus premeretur. Cumque factioni par
non eſſet, collecta magna clientũ manu, Ro-
mam ſexto anno pòſt exactos reges, Regillò
fugit, vbi receptus eſt. Huius filius Conſul fa-
ctus, rèliquit hunc Appium Claudium, homi
nem acri quidem ingenio, verùm plebi infe-
ſto: & qui familiam deinde magis afflixit, quã
honeſtauit. Primùm igitur cùm plebem Pa-
trum decretis nimium premi videret (Patres
enim plebiſcitis teneri minimè volebant) ip-
ſe autor fuit populo Romano, vt à Græcis le-
ges peterent. Cœperat enim Appium cupido
extraordinarij magiſtratus, quò leges † patriæ 2
daret, quæ eſſent ciuilis concordiæ ac pacis,
iam primùm inter ordines labefactaræ, perpe
tuum ſtabilimentum. Pręclaro ſanè cõſilio,
ſi non mox poteſtatis magnitudine nimium
delectatus, animum ad tyrannidem conuer-
tiſſet. Dictis itaq; in vtramque partem ſenten
tijs, cùm alij peregrinas leges reſpuerunt, & pa
trijs inſtitutis manendum eſſe cenſerent, vicit
tamen Appij ſententia. Placuit igitur ſtatim
Decemuiros creari, ſine prouocatione, qui cõ
feſtim magiſtratum inirent: & ne quis eo

anno alius magiſtratus eſſet: vtq́ue ij ex patri-
js inſtitutis, Græciſq́ue legibus optima quæq́;
diligenter interpretantes, Reipublicæ futuræ
commoda iura conderent. Qua autem ratio-
ne allatæ ſint leges duodecim Tabularum, &
publicè pro roſtris propoſitæ, ſuprà libro 1. di-
ctum eſt. Tandem hic Appius Claudius ob at-
tentatam Virginij filiam, nec non vindica-
3 tam filiam à patre per necem, ſibi manu † la-
queoque mortem conſciuit: quemadmo
dum longa narratione Liuius recitat. In cauſ-
ſa fuit, vt Decemuiri abdicarentur. Reliquit
filium, qui pòſt aliquot annis præfectus vrbis
fuit: & eodem prænomine nepotem, cogno-
mine Craſſum, vel patrem, vel auum Cæci.
Pomponius hūc Appium Decemuirum ſcri-
4 pſiſſe † librum de vſurpationib⁹ refert, qui ad
ſua tamen tempora non peruenit.

CAPVT IV.

Hermodorus.

SVMMARIVM.

1 Hermodorus I. C. interpres ll. 12. tabular.

1 Hic Epheſius † Iureconſultus fuit. Inter-
pretatus eſt leges XII. Tabularum, quas
legati ex Græcia attulerant, ob eamq́; cauſam
ſtatua ei in comitio dicata eſt. Plin. lib. 34. cap.
5. Strabo lib. 14. & Pomponius in l. 2. ff. de ori-
gine iuris.

CAPVT V.

Appius Claudius Cæcus.

SVMMARIA.

1 Appius Claudius Cæcus quo anno cenſor fuerit, quando cæcus eſſe cœperit, num. 7. Conſul creatus, num. 8. & 10 fuit homo diſertus, & iuris peritus, num 9. & 16. & 23.
2 Appia via, & aqua Appia.
3 Senatorius ordo praua Appij lectione deformatus, nu. 4.
5 Tibicines in æde Iouis noluiſſe veſci.
6 Potitia gens, eiuſq́; interitus.
11 Appius Claudius bello Hetruſco præficitur: Volumnio conſ. ſuperbè reſpondet, num. 12. & cauillatur, num 13. fit prætor, num. 15. eius oratio in Senatu contra Pyrrhum regem, num. 18.
14 Volumnij Conſ. cordatum & modeſtum reſponſum contra Appium.
15 Pyrrhus Epiri Rex in Italia bellum gerit: ab Appio contemnitur, num. 19 in vrbem Romam non admittitur, num. 20. vincitur & Italia expellitur, num. 22.
21 Cyneæ legati Pyrrhi reſponſum & iudicium de Romanis.
24 Appius Claudius ſcripſit actiones, & auxit vſum R. literæ.
25 Tiberius Cæſar, Caligula, & Claudius, ab Appio deſcendunt.

Hic Appius Claudius Cæcus, pronepos
Appij Claudij decemuiri fuiſſe exiſtima
1 tur. Functus eſt cenſura † anno Vrbis 441. M.
Valerio Maximo & P. Decio Coſs. Liuius, Eu-
trop. Caſſiod. Frontinus, Cicero in Catone.
Quo in numero quidam vir doctus errat, qui
cenſorem eum ponit, Sempronio & Sulpitio
Coſs. anno vrbis 449. Eius quidem cenſura ce-
lebris maximè & clara ad hodiernum diē eſt.
Viam enim Capenam, Roma Capuam vſq;,
centum trigintaquinq; millibus paſſuum mu-
niuit: eiuſq́; partem plurimam, lucis qui emi-
nerent excitis, vallibus cauiſq́; per opportuna
explementa complanatis, ſolido lapide ac ſi-
licibus longè conuectis, quadratiſq́; ac leuiga-
tis, atque inter ſe coagmentatis conſtrauit. In
quo opere prouentus omnes publicos inſum
pſit, æternum ea ſui publici commodi curati-
one monumentum relicturus. Siquidem ea
deinde via Brunduſium vſq; ſtrata, itinere in
Græciam atque Orientem maximè frequen-
tata eſt: ab Appio tamen vltrà Capuam non
perfecta. Diod. Sicul. Viæ latitudo patuit, vt
plauſtra duo ſibi occurrentia latè peruaderēt.
Ab Appio via † Appia dicta eſt, & ad hodier- 2
num vſque diem durat. Præterea, cùm popu-
lus Romanus per annos quadringentos qua-
draginta amplius, Tyberinis aquis, aut puteo-
rum, aut fontium vſus fuiſſet, Appius ſimili-
ter populo rem gratam facturus, aquam Ap-
piam in vrbem inuexit: ea aqua, decem milli-
bus amplius, procul vrbe petita eſt. Deinde hic
Appius nobilitati, auito exemplo, infenſus, in
legendo † Senatu plebeios libertinoſque, vel (vt 3
Suetonius tradit) libertinos ingenuos ex ma-
numiſſis ortos, multos immiſcuit nobilibus
honeſtiſq́; ciuibus: infamem nullum Senatu
mouit, quod facere cenſores ſolebant. Cuius
inuidiæ verecundia victus collega, magiſtra-
tu ſeſe abdicauit.

Conſules itaq; inſecuti, initio anni, queſti
ſunt apud populum deformatum ordinē pra-
ua † lectiōe Senatus eſſe, qua potiores aliquot 4
lectis præteriri eſſent. Negauerunt eā lectionē
ſe, quæ ſine recti prauiq́; diſcrimine ad gratiā
ac libidinem facta eſſet, obſeruaturos: & Sena
tum exemplò citauerunt. Verùm Appius, cū
eam lectionem à nemine ratam haberi vide-
ret, nec in curia adeptus eſſet quas petiuerat o-
pes vrbanas, nouo exemplo, humilib. per om-
nes tribus diuiſis, forum & campū corrupit:
poteſtatemq́; omnibus, in qua quiſq; tribu po-
ni, & vbi cēſeri vellet, effecit. Quæ comitia tā-
tum indignitatis habuerunt, vt pleriq; nobili-
um annulos aureos deponerent, & phaleras.
Ea forēſi factione, quinto anno pòſt, C. Flauiū
Cnei filium, ſcribā, ædilem curulem creauit.

His igitur rebus, conflatam ſibi apud clariſ-
ſimos viros inuidiam ſentiens Appius, cauit
ne quem aliorum ciuium offenderet. Voluit
enim ſibi propugnaculum aduerſus odia no-
bilium, in vulgarium beneuolentia colloca-
re. Recenſendis itaque equitibus, nemini e-
quum ademit. Tibicines tantum prohibuit † 5
in æde Iouis veſci: quod traditum antiquitus
erat. Illi ægrè paſſi, Tibur vno agmine abie-
runt: vixq́; per ſomnū in plauſtris reuecti, re-
ſtituti ſunt, auctaq́; licentia retēti ſunt. Extat
quoq;

quoq; in eius cenſura inſigne exemplum pœ-
næ diuinæ, ob mutatam religionem. Appio e-
nim authore, corrupta precio quinquaginta
6 millium grauis æris Potitia † gens, (cuius ad
aram maximam, Herculis familiare ſacerdo-
tium, iam inde ab Euandro, dono Herculis i-
pſius, multis ante vrbem conditam annis fu-
erat) ſeruos publicos, miniſterij delegãdi cau-
ſa, ſolennia eius ſacri docuerat. Traditur in-
de dictu mirabile, & quod dimouendis ſtatu
ſuo ſacris religionem adferre facilè poſſit.
Cum duodecim familiæ ea tempeſtate Poti-
tiorum eſſent, puberes ad triginta, omnes in-
tra annum, trigeſimumque adeò intra diem
cum ſtirpe extinctos: nec nomen tantùm Po-
titiorum interijſſe, ſed cenſorem etiam Appi-
um, memori deûm ira pòſt aliquot annos lu-
7 minibus † captum. Liuius lib 9. Quamuis qui-
dam eum expleto magiſtratu, vt Senatus inui
diam declinaret, cęcitatem ſimulaſſe, ac ſe do
mi continuiſſe authores ſint.

Permulti quoque anni erant, cum inter pa
tricios magiſtratus. Tribunosque nulla certà-
mina fuerant: ex ea tamen familia, quæ velut
fatalis Tribunis ac plebi erat, certamen ortũ.
Nam Appius Claudius cenſor, circumactis
decem & octo menſibus, quod Aemilia lege
finitum cenſuræ ſpatium temporis erat, nul-
la vi ad deponẽdum eum magiſtratum com-
pelli potuit. Quæ res effecit, vt P. Sempronius
Sophus, qui tum Tribunatum gerebat, longa
oratione habita, minimè parẽntem Appium
prehendi, ac in vincula duci iuberet. Appro-
bantibus tamen tribus tribunis Sempronij a-
ctionem, reliqui collegæ tribuni Appio auxi-
lio fuerunt. Summa itaque inuidia omnium
ordinum ſolus cenſuram quinquẽnio (quod
initiò ſpacium eius honoris fuerat) geſſit. Vt
igitur tandem cenſura dimoueretur, cùm L.
8 Volumnio anno Vrbis 446. conſul † eſt fa-
ctus Liuius, & Cicero in Catone. Verùm in
eo magiſtratu, memoria dignum ab eo geſtũ,
nihil traditur.

Sexto anno pòſt, cum Tribuni legem fer-
rent de communicandis ſacerdotijs, plebeijs
hominibus, quę ſacerdotia ad eam diem pro-
pria nobilium manſerant: Appius acerrimè
ſe oppoſuit. ad extremum verò Decius Mus
obtinuit, vt plebs quoq; in partem ſacerdotio
rum admitteretur ſicuti antea conſulatus, cẽ
ſuræ, dictaturæ ius impetratum fuerat.

Proximo anno Appius comitiorum gra-
tia interregnum geſſit. Sic Cicer. in Bruto ait:
9 Interrege Appio Cæco, † diſerto homine, co-
mitia cõtra leges habente, cùm de plebe Con
ſulẽ non accipiebat, M. Curium Tribunũ Pa-
tres antè authores fieri coëgiſſe.

Triennio iterum pòſt, hoc eſt, anno Vrbis
457. nouæ factionis author extitit. Cum enim
Q. Fabius, vir nobilis ſummo ſtudio à cunctis
centurijs Conſul crearetur: Appius quoque
vir acer & ambitioſus non ſui magis honoris
cauſa, quàm vt patricij recuperarent duo con
ſularia loca, cùm ſuis, tum totius nobilitatis
viribus incubuit, vt ſe cum Q. Fabio cõſulem
dicerent. Cum autem Fabius conſulatum re-
cuſaret, L. Volumnius de plebe cum Appio
Claudio Conſul † eſt factus, priore item con- 10
ſulatu inter ſe cõparati. Q. Fabius pro ea mo-
deſtia hoc reportauit, vt nobilitas diceret, fu-
giſſe eum ne Appium collegam haberet: cùm
eloquentia ciuilibusq; artibus haud dubiè Ap
pius eum ſuperaret.

Hoc igitur conſulatu cõcitati ſunt quatu-
or maximi ea tempeſtate per Italiam populi,
Samnites, Hetruſci, Galli & Vmbri. Huic bel-
lo † præfectus eſt Appius Claudius. Secutæ 11
ſunt eum duæ legiones Romanæ, prima &
quarta, & ſociorum duodecim millia. Ipſe
Appius nihil ſatis ſcitè aut fortunatè geſſit.
Accerſitus igitur eſt ex Samnio L. Volumni-
us: Appio abnuente literas miſſas, Volumnio
affirmante Appij ſe literis accitum. Appius e-
nim ſi nihil ſcripſerat, haud dubiè iratum ani
mum habebat: ſi verò eguerat ope, illiberali
& ingrato animo diſſimulabat vix enim ſalu
te mutua reddita, cùm obuiam egreſſus eſſet,
Satin ſalua, inquit, Luci Volumni? vt ſeſe in
Samnio res habent? quæ te cauſſa, vt pro-
uincia tua excederes, induxit? Volumnius in
Samnio res proſperas eſſe ait, literis eius acci-
tum veniſſe: quæ ſi falſæ fuerint, nec vſus ſui
ſit in Etruria, extemplò conuerſis ſignis abitu
rum. Tu verò abeas, † inquit, neque te quiſquã 12
moratur. Etenim minimè conſentaneum
eſt, cùm bello tuo forſitan vix ſufficias, hic te
ad opem ferendam alijs gloriari veniſſe. Be-
ne Hercules verteret, dicere Volumnius: mal-
le fruſtra operam inſumptam, quàm quicquã
incidiſſe, cur non ſatis eſſet Hetrurię vnus cõ-
ſularis exercitus.

Digredientes iam Coſs. legati Tribunique
ex Appiano exercitu circumſiſtunt: pars Im-
peratorem ſuum rogare, ne collegæ auxilium
quod vltrò accipiẽdum fuerit, ſua ſponte ob-
latum ſperneret. Plures abeunti Volumnio
obſiſtere, atque obteſtari, ne prauo cum colle-
ga certamine Rempublicam perderet. Si qua
clades incidiſſet, deſertori magis quàm deſer-
to noxæ fore: eò rem adductam, vt omnis rei
benè ac ſecus geſtæ in Hetruria decus dede-
cuſque ad L. Volumnium ſit delegatum: ne-
minem quæſiturum quæ verba Appij, ſed quę
fortuna exercitus fuerit: Dimitti ab Appio ad
eum, ſed à Repub. & exercitu retineri: experi-
retur modò voluntatem militum. Hæc monẽ-
do obteſtandoq; propè reſtitantes Coſs. in cõ-
cionem pertraxerunt. Ibi orationes lõgiores
habitæ, in eandem fermè ſententiã, in quam
inter paucos certatum verbis fuerat. Et cùm
Volum-

Volumnius cauſſa ſuperior, ne infacundus
quidem aduerſus eximiam eloquentiam col-
13 legæ viſus eſſet: cauillanſque Appius † ſibi ac-
ceptum referri diceret debere, quòd ex muto
atque elingui facundum etiam Coſ. haberet:
priore conſulatu, primis vtique menſibus hi-
ſcere eum nequiſſe, nunc iam populares ora-
tiones ſerere. Quam mallem (inquit Volum-
14 nius) tu à me ſtrenuè facere, quàm ego abs te
ſcitè loqui didiciſſem. Poſtremò conditionē
ferre, quæ decretura ſit, non orator, (neque id
deſiderare Rempubl.) ſed Imperator vter ſit
melior. Hetruriam & Samnium prouincias
eſſe: vtram mallet, eligeret: ſuo exercitu ſe vel
in Hetruria, vel in Samnio rem geſturum.
Tum militum clamor ortus, vt ſimul ambo
bellum Hetruſcum ſuſciperent. Quo animad
uerſo cōſenſu, Volumnius: Quoniam in col-
legæ voluntate interpretanda, inquit, erraui,
non committam, vt quid vos velitis obſcu-
rum ſit: manere an abire me velitis, clamore
ſignificate Tum verò tantus clamor eſt exor-
tus, vt hoſtes ex caſtris exciret. Armis ereptis,
in aciem deſcendunt: & Volumnius ſigna ca-
nere, & vexilla efferri è caſtris iuſſit. Appium
addubitaſſe ferunt, cernentem, ſeu pugnan-
tem ſeu quieto ſe, fore collegæ victoriam. de-
inde veritum, ne ſuæ quoq; legiones Volum-
nium ſequerentur: & ipſum flagitantibus ſu-
is ſignum dediſſe. Ab neutra parte ſatis com-
modè inſtructi fuerūt. Samnitium enim dux
Gellius Egnatius, pabulatum cum paucis co-
hortibus ierat, & milites ſuo impetu magis,
quàm cuiuſquam ductu aut imperio pugnā
capeſſebant. Romani quoq; exercitus nec pa-
riter ambo ducti, nec ſatis temporis ad inſtru-
endum fuit. Pugnatum tamen eſt, fuſi fugati-
que hoſtes, ſeptem millia ac trecenti occiſi,
duo millia & centum viginti capti. In medio
pugnæ diſcrimine Appius, Bellonæ, ſi ſibi vi-
ctoriam daret, templum vouit. Ea parta, Bel-
lonam victricem celebrauit.

15 Ex Conſule factus eſt † prætor anno Vrbis
458. Videbatur enim ad verborum linguæq;,
quàm armorum certamina paratior: cùm eſ-
16 ſet callidus ſolerſque iuris † atque eloquentię
conſultus, ideoque iuri ac foro magis idone-
us, quàm ad bella gerenda aptus. Bello itaque
præfectus eſt Fabius.

Eodem tamē anno, mortuo Fabio Coſ. &
redintegrato bello cū Samnitib⁹, aduerſus eos
Appius Claudius prætor cum exercitu mor-
tui Conſulis miſſus eſt, & pugnauit in agro
Stellati infeſtiſſimis animis: hinc ira ſti-
mulante aduerſus rebellantes toties, illinc
ab vltima iam dimicantibus ſpe. Cæſa ergo
Samnitum ſexdecim millia trecenti: capta
duo millia ſeptingenti. Ex Romano exercitu
cecidêre duo millia ſeptingenti. Victoriam
Fabianam deſcribit Oroſ. Flor. Cicer. in 2. de
Finib. & in Catone maiore.

Poſt ſex deinde annos, nempè 464. M. Va-
lerio Coruino, & Q. Seditio Noctua Coſs.
Pyrrhus Epiri † Rex, Alexandri Magni ſuc- 17
ceſſorum opibus adiutus, per ſpeciem feren-
di Tarentinis auxilij bellum in Romanos ge-
rens, cum eos ita profligaſſet, vt Præneſte vſ-
que milliario fermè ab vrbe vigeſimo proceſ
ſiſſet, admiratus Fabricij cæterorumque, vt fe-
runt, conſtantiam, legatum Cyneam nomi-
ne miſit, qui pacem ita peteret, atque offerret,
vt partem Italiæ, quam iam armis occupaue-
rat, retineret. Senatus clade perterritus, & gra-
uiora metuens, ad pacem ſocietatemque iam
propemodum inclinabat. Appius itaque vir
ampliſſimus quidem, cæterùm ſenectute & or
bitate oculorum à Reipublicæ muneribus va
cans, auditis iis quæ à rege nunciabantur, ac
rumore obtinente, Senatum pacem eſſe de-
creturum, tolerare non potuit, ſed in curiam
ſe deferri iuſſit. Latus igitur in lectica per fo-
rum, vbi ad ianuam curiæ peruenit, filij ſimul
& gener ſuſcipientes ipſum, ſtipanteſque in
Senatum duxerunt. Cum patres ad conſpe-
ctum tanti ſenatoris obmutuiſſent, ille, vbi
ſuo loco conſtitit, ita dicere eſt orſus: † Equi- 18
dem antea P.C. meam hanc oculorum fortu-
nam permoleſtè ferebam: nunc autem doleō
atque angor, quòd non vltra cæcitatem ip-
ſam, ſurdus etiam ſim, ne turpes conſultatio-
nes ac ſententias veſtras, quæ huius vrbis glo-
riam ſubuertunt, audire compellerer. Vbi e-
nim illa eſt ferocia, quam crebrò verbis vſur-
pare ſoletis, affirmantes: Si Magnus Alexan-
der in Italiam profectus, nobiſcum adoleſcē-
tibus, aut cum patribus noſtris, tum floreni-
bus, geſſiſſet bellum, nequaquam eum tunc,
vt inuictum, gloriam relaturum: ſed aut fuga
aut morte ſua, maiorem huic vrbi gloriam,
nomenque relicturum fuiſſe? Hanc igitur
verborum inſolentiam, nunc rebus oſtendi-
te. Chaones & Moloſſos, qui ſemper Mace-
donum præda fuêre, & Pyrrhum † regem eo- 19
rum, formidatis: qui vnum ex Alexandri ſa-
tellitibus ſemper ſecutus eſt, ac coluit. Et nūc,
non tam Tarentinis auxilium ferens, quàm
hoſtes domi fugiens, in Italia verſatur, auſus
profiteri principatum in Italia: cum poten-
tia, quæ ad exiguam Macedoniæ partem con-
ſeruandam ſufficere non valuit. Itaque non
hunc remouebitis, ſi amicum feceritis: ſed a-
lios contemptu noſtri inuitabitis, quaſi ſupe-
rare nos facilè ſit, ſi Pyrrhus abeat, non mo-
dò pœna non data eorum quæ contra nos
geſſit, verùm etiam mercede accepta fœderis
eo authore cum Tarentinis, Samnitibuſque
recipiendi.

Itaque acerba in Patres oratione inuectus,
pacem vt inſalubrem diremit, & ad belli ſtu-
dium animos traduxit. Neque id modò: ſed e-
tiam

20 tiam admitti in vrbem † Pyrrhum, inſpicien-
di amicè gratia id orantem, vetuit. Renunci-
atum eſt igitur Pyrrho à Romanis, eum cum
Romãis, niſi ex Italia decederet, pacẽ habere
non poſſe. Et quod in armis eſſet, populum
Romanum in eum geſturum bella, vel ſi mil-
le Coſs. viciſſet. Itaque Cyneas legatus admi-
21 ratione plenus, reuerſus quærẽti † Pyrrho re-
ſpondit: Regum ſe patriam & conſeſſum vi-
diſſe, talesque Romæ eſſe omnes ſigillatim,
qualis vnus Pyrrhus apud Epirum & reliquã
Græciam putaretur: & aduerſus Lernæam
quandam hydram pugnari, tantum eſſe & mi
litum, & populi numerum. Salubre Appij cõ-
ſilium euentus comprobauit. nam paulo pòſt
22 Pyrrhus vi victus, atque Italia expulſus eſt. E-
ius orationis initium Ennius in Annalibus i-
ta expreſſerat:

Quò vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant
Antehac, dementes ſeſe flexere ruina?

Hæc de rebus eius geſtis tam bello, quàm
pace. Non minorem autem in iuris ciuilis pe
23 ritia, † & eloquentiæ laude celebritatem con
ſequutus eſt. Nõnullæ enim mortuorum lau-
dationes vſque ad Ciceronis extremam ætate
tem peruenêre: quæ ita probatæ ſunt, vt inuen
ti ſint qui Appium, quàm Catonem magis i-
mitarentur. Legitur & carmen quoddam ab
eo relictum, à Pythagoreorum inſtitutis non
abhorrens: quod Panætius Stoicus philoſo-
phus in quadam ad Q. Tuberonem epiſtola,
valdè laudauit. Pomponius verò refert actio-
24 nes eum † ſcripſiſſe: & affirmat, Appium v-
ſum R literæ ad multa nomina quæ prius per
S enunciabantur, traduxiſſe, vt pro Valeſijs Va
lerij, pro Fuſijs Furij dicerentur.

Fertur eius dicterium: Negotium populo
Romano melius eſſe, quàm ocium.

Vita functus eſt decrepita prorſus ætate, cũ
multos antea annos ſine luminibus exegiſſet.
Reliquit quatuor filios, & quinque filias. Ita
vixit vt nec priuato commodo, nec publico
muneri defuerit. Exemplum de inſolentia fi-
liæ refert Gellius lib. 10. cap 6. Quæ ob verba
improba ac inciuilia, mulctam dedit æris gra-
uis XXV. millia. Ab Appio originem ducũt,
25 † Tiberius, C. Caligula, Claudius Druſus Ger-
manicus.

CAPVT VI.

Cn. Flauius.

SVMMARIVM.

1 *Cn. Flauius Appij ſcriba, ius ciuile euulgauit.*

ORtus eſt patre libertino, & humilis for-
tunæ homine Appij Claudi Cæci ſcriba
1 factus, clam ius † ciuile, in pontificum pene-
tralibus repoſitum, furatus eſt, & euulgauit.
Vnde apud plebem eam gratiam cõſequutus
eſt, vt in Aedilem curulem eligeretur.

CAPVT VII.

P. Sempronius Sophus.

SVMMARIA.

1 *Sempronius Sophus, ſiue Sapiens, vnde ſic cognominatus,*
inuehitur in Appium Claudium. num. 2. 8. 9. creatur Con-
ſul, num. 10. Pontifex, Cenſor, Prætor: & bello præficitur,
num 11.

3 *Lex Aemilia, de cenſuræ tempore, controuertitur, num 6.*
& ſeqq.

4 *in Appiam familiam inuectiua Sempronij. & nu. 7.*

5 *Lex noua ſemper antiquam abrogat ſi ſit contraria.*

SEmproniorum familia inter patricias fa-
milias antiquas nõ incelebris fuit. Ex hac
originem habuit Sempronius: cui populus
Romanus † ob inſignem ſapientiæ laudem, 1
Sapientis cognomen indidit.

Primùm factus eſt Tribunus plebis. In Tri
bunatu dixit † contra Appium Claudium, 2
qui circumactis decem & octo menſibus, cen-
ſuram deponere recuſauit. Quæ actio non po
pularis magis quàm iuſta, nec in vulgus quàm
optimo cuiq; gratior fuit. Nitebatur Sophus
lege Aemilia, † cuius author fuit Aemilius 3
Mamercus dictator, qui quinquennalem an-
tè cenſuram, & longinquitate poteſtatis do-
minantem, intra ſex menſium & anni coege-
rat ſpacium. Contrà Appius negabat, interro
gationem Tribuni magnopere ad cauſam
pertinere ſuam. Nam etſi tenuerit lex Aemi-
lia eos cenſores, quorum in magiſtratu lata
eſſet: quia poſt illos cenſores creatos eam le-
gem populus iuſſiſſet, quodq; poſtremum iuſ-
ſiſſet, id ius ratumque eſſet: non tamen aut ſe,
aut eorum quenquam qui poſt eam legem la-
tam creati cenſores eſſent, teneri ea lege po-
tuiſſe. Cui reſpondit Sempronius Sophus in
hæc verba: En, inquit, Quirites, illius Appij
progenies, † qui Decemuir in annum creatus, 4
altero anno ſe ipſe creauit: tertiò, nec ab ſe,
nec ab vllo creatus, priuatus faſces & imperi-
um obtinuit: nec antè continuando abſtitit
magiſtratu, quàm obruerent eum malè par-
ta, malè geſta, malè retenta imperia. Hæc eſt
tandem familia, Quirites, cuius vi atque iniu-
rijs compulſi, extorres patria Sacrum montẽ
cæpiſtis. hæc, aduerſus quam Tribunitium au
xilium vobis comparaſtis. hæc, propter quam
duo exercitus Auentinum inſediſtis. hæc, quę
fœnebres leges, hæc, quæ Agrarias ſemper
impugnauit: hæc connubia patrum, & plebis
interrupit: hæc, plebi ad curules magiſtratus
iter obſepſit. Hoc eſt nomen multo quàm
Tarquiniorum infeſtius veſtræ libertati. Ita-
ne tandem, Appi Claudi, cum centeſimus
iam annus ſit à Mamerco Aemilio dictato-
re, tot cenſores fuerint nobiliſſimi fortiſſimi-
que viri, nemo eorum duodecim Tabulas le-
git? nemo id ius eſſe, quod poſtremo populus
iuſſiſſet, ſciuit? Immò verò omnes ſciuerunt:
ideò

ideò Aemiliæ potius legi paruerunt, quàm il-
li antiquę, qua primùm cenſores creati erant,
quia hanc poſtremum iuſſerat populus: & qa
5 vbi duæ cõtrariæ leges ſunt, ſemper † antiquã
abrogat noua. An hoc dicis Appi, non teneri
Aemilia lege populum? An populum teneri
6 te vnum extra legem eſſe? Tenuit † Aemilia
lex violentos illos cenſores, C. Futium, & M.
Meganium: qui, quid iſte magiſtratus in Re-
publ. malè facere poſſet, indicarunt: cum ira
finitę poteſtatis Mamercum Aemilium, prin
cipem ætatis ſuæ belli domíque, ærarium fe-
cerunt: tenuit deinceps omnes cenſores intrà
centum annorũ ſpacium. tenet C. Plautium
collegam tuum, iiſdem auſpicijs, eodem iure
creatum. An hunc non, vt qui optimo iure cẽ
ſor creatus eſſet, populus creauit? Tu vnus ex-
imius es, in quo hoc præcipuum ac ſingulare
valeat? quem tu regem ſacrificiorum crees?
amplexus regni nomen, vt qui optimo iure
rex Romæ creatus ſit, creatum ſe dicet: quem
ſemeſtri dictatura, quem interregno quinque
diebus contentum fore putes? quem claui fi-
gẽdi aut ludorum cauſa dictatorem audacter
crees? quàm iſti ſtolidos ac ſocordes vide-
ri creditis eos, qui intra viceſimum diem
ingentibus rebus geſtis, dictatura ſe abdicaue-
runt? aut qui vitio creati, abierunt magiſtratu?
Quid ergo antiqua repetam? Nuper intra de-
cem annos C. Mæuius dictator, quia cũ quæ-
ſtiones ſeuerius quàm quibuſdam potenti-
bus tutum erat, exerceret, contagio eius quod
quærebat, ipſi criminis obiecta ab inimicis
eſt: vt priuatus obuiam iret crimini, dictatura
ſe abdicauit. Nolo ego iſtã in te modeſtiam,
7 ne degeneraueris à familia † imperioſiſſima &
ſuperbiſſima: non die, non hora citius quàm
neceſſe eſt, magiſtratu abieris: modò ne exce-
das finitum tempus, ſatis eſt aut diẽ, aut men-
8 ſem cenſuræ adijcere. Triennium, inquit, † &
ſex menſes, vltra quàm licet Aemilia lege, cẽ-
ſuram geram, & ſolus gerã. Hoc quidem iam
regno ſimile eſt. An collegam ſubrogabis?
quem ne in demortui quidem locum ſubro-
gari fas eſt. Pœnitet enim, quod antiquiſſimũ,
ſolenne, & ſolum ab ipſo cui fit inſtitutum
Deo, ab nobiliſſimis antiſtibus eius ſacri, ad
ſeruorum miniſterium, religioſus cenſor de-
duxiſti. Gens antiquior originibus vrbis hu-
ius, hoſpitio deorum immortalium ſancta,
propter te ac tuam cenſuram intra annum ab
ſtirpe extincta eſt: niſi vniuerſam Rempubli-
cam eo nefario obſtrinxeris, quod ominari
etiam reformidat animus. Vrbs & luſtro ca-
pta eſt, quo demortuo collega C. Iulio Cenſo
re, L. Papyrius Curſor, ne abiret magiſtratu,
M. Cornelium Maluginenſem collegam ſub-
rogauit: & quanto modeſtior illius cupiditas
fuit, quàm tua, Appi? nec ſolus, nec vltra fini-
tum lege tempus, L. Papyrius cenſuram geſ-
ſit: tamen neminem inuenit qui ſe poſtea au-
thorem ſequeretur. omnes deinceps cenſo-
res, poſt mortem collegæ, magiſtratu ſe abdi-
carunt. Te, † nec quòd dies exijt cenſuræ, nec 9
quòd collega magiſtratu abijt, nec lex, nec pu-
dor cohercet: virtutem in ſuperbia, in auda-
cia, in contemptu deorum hominumque po-
nis. Ego te Appi Claudi, pro iſtius magiſtratus
maieſtate ac verecundia, quem geſſiſti, non
modò manu violatum, ſed ne verbo quidem
inclementiori à me appellatum vellem. Sed
& hæc quæ adhuc egi, peruicacia tua & ſuper-
bia coegit me loqui. Et niſi Aemiliæ legi pa-
rueris, in vincula duci iubebo. Nec, cum ita
comparatum à maioribus ſit, vt comitijs cen-
ſorijs, niſi duo confecerint legitima ſuffragia,
non renunciato altero, comitia differantur:
ego te, qui ſolus cenſor creari non poſſis, ſo-
lùm cenſuram gerere patiar? Hæc, taliaque
cum dixiſſet, prehendi cenſorem, & in vincu-
la duci iuſſit.

Anno Vrbis 449. in † Conſulem creatus 10
eſt hic Sempronius Sophus. Collegam habu-
it P. Sulpitium Auerrionem. His Coſs. fœdus
antiquum, poſt annorum circiter XX. bel-
lum, Samnitibus redditũ. Pugnatum eſt quo-
que cum Aequis: quam pugnam Liuius de-
ſcribit.

Anno Vrbis 451. cùm poſt magnam conte-
tionem obtinuiſſet plebs, vt ſui ordinis homi
nibus ſacerdotia quoque communicarentur,
Sempronius † pontifex creatus eſt: & proxi- 11
mo anno cenſor, cum eo quem in Conſulatu
collegam habuerat. Poſt pontificatum duo-
bus annis, præturam adeptus eſt. Nam, nec
poſt maiores magiſtratus is honos tum ſper-
nebatur. In prætura cum nunciatum eſſet, E-
truſcos, Vmbros, Samnites, Gallos etiam in
armis eſſe, & iam vrbi minitari, ſummæ rerũ
à Senatu præpoſitus iuſtitium indixit. Dele-
ctum omnis generis hominum habuit: nec
ingenui modò, aut iuniores ſacramento ada-
cti ſunt, ſed ſeniorum etiam cohortes factæ.

CAPVT VIII.

P. Sempronius Tuditanus.

SVMMARIA.

1 *Sempronij Tuditani Tribuni mil. oratio ad milites. idem Conſul factus, eiuſq; geſta, nu. 3. & virtutes, nu. 5.*

2 *Luſtro anno V.C. 545. condito, quod ciues cenſi.*

4 *Ptolemaus Aegypti Rex, amicus Romanorum bello Punico.*

6 *Repudium propter ſpectatos ignorante marito ludos, miſſum.*

Filiúsne prioris Sempronij fuerit, ignora-
tur: ex poſteris tamen fuiſſe veriſimile eſt.
Hic Sempronius Tuditanus, initiò Tribunus
militum factus eſt. Liuius lib. 2. Decade 3. Re-
fert Liuius eius orationem † ad milites, in bel 1
lo Pu-

lo Punico ſecundo, Cannẽſi acie afflictis Ro-
manis. Capi ergo mauultis inqt ab auariſſimo
& crudeliſſimo hoſte? æſtimariq́; capita veſtra
precio? & exquiri ab interrogantibus, Roma-
nus ciuis ſis, an Latinus ſocius? Vt ex tua con-
tumelia & miſeria alteri honos quæratur, nō
tibi? Non vos quidem L. Aemilij, qui ſe bene
mori, quàm turpiter viuere maluit, & tot for-
tiſſimorum virorum, qui circa eum tumulati
iacent, ſimiles eſtis? Sed antequam opprimat
lux, maioraque hoſtium agmina obſepiant:
inter, per hos qui inordinati atque incompo-
ſiti obſtrepunt, portis erumpamus. Ferro atq;
audacia iter fiat, quamuis per confertos ho-
ſtes. Cuneo quidem hoc laxum atque ſolu-
tum agmen, ac ſi nihil obſtet, trãſibimus. Ita-
que ite mecum, qui & voſmetipſos, & Rem-
publicam ſaluam vultis. Hæc vbi dicta dedit,
ſtringit gladium: cuneoq́ue facto, per medios
vadit hoſtes.

Quarto inde anno Curulis ædilis factus
eſt: & in ſequentẽ annum Prætor deſignatus.
Obuenit ei Ariminum prouincia, nunc Ciſ-
alpina Gallia.

Biennio pòſt cenſuram obtinuit, cum M.
Cornelio Cethego, anno Vrbis 544. De his
ſic Liuius: Hoc etiam anno, inquit, M. Corne-
lius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus, cen-
ſores creati anno, qui nondum conſules fue-
rant, Senatum, & Senatus principem Q. Fabi-
um Maximum legerunt, quæq́; locanda erãt,
2 locârunt. Cæterùm anno ſequenti luſtrum †
condiderunt, cenſa ſunt ciuium capita 127.
millia, 107. De his Ennius in Brut. Ciceronis:

Additur orator Cornelius ſuauiloquenti
Ore Cethegus, Marcus Tuditanus collega,
Marci filius.

Quadriẽnio iterum pòſt abſens, cùm pro-
uinciam Græciam haberet, creatus eſt in inſe-
3 quentem annum † Conſul. Liuius, Caſſiodo-
rus, Faſti Capitolini. In Conſulatu hæc geſſit:
Primò, conditiones pacis inter Epirotas &
Romanos dixit. Deinde per æſtatem in agro
Crotonienſi cum Hannibale, in ipſo itinere,
tumultuario prælio conflixit, quo conflictu
agminibus magis, quàm acie pugnatum eſt.
Tandem verò Pœnos fudit, fugauitque: ſuprà
quatuor millia armatorum cæſa, paulò mi-
nus trecenti viui capti, & equi quadraginta,
& vndecim militaria ſigna. Liuius, App. alij.
Quæ victoria in cauſa fuit, vt in inſequentem
annum ei imperium prorogaretur, ita vt in
locum P. Licinij ſuccederet. Reuocatus ex
Brutijs, aut Calabria (vt nunc vulgò vocatur)
Romam, biennio pòſt cum duobus collegis
4 ad Ptolemæum regem † Aegypti miſſus eſt,
vt annunciarent victum Hannibalem, Pœ-
noſque fuſos: & gratias agerent regi, quòd in
rebus dubijs, cùm finitimi etiam ſocij Roma-
nos desererent, in fide manſiſſet: & peterent,
vt ſi coacti iniurijs bellum aduerſus Philip-
pum Macedoniæ regem ſuſcepiſſent (quod
futurum videbatur) priſtinum animum erga
populum Romanum conſeruaret. Sempro-
nius itaque bello quoq; bonus habitus ad cæ-
tera, quibus nemo ea tempeſtate instructior
ciuis habebatur, congeſtis omnibus humanis
à † natura fortunaque bonis, nobilis idem ac 5
diues erat, forma viribuſq́ue corporis excel-
lebat: facundiſſimus habebatur, ſeu cauſſa o-
randa, ſeu in Senatu & ad populum ſuadendi
ac diſſuadendi locus eſſet: Iuris pontificij peri-
tiſſimus: ſuper hæc bellicæ quoq; laudis con-
ſulatus compotem fecerat. Liuius lib. 30.

Fertur de eo inſigne exemplum ſeuerita-
tis. Cõiugem enim † repudij nota affecit. quæ 6
nihil aliud egerat, quàm quòd ſe ignorante
ludos ſpectare auſa fuerat.

CAPVT IX.

T. Coruncanus.

SVMMARIA.

1 *Ius primùm profeſſus eſt T. Coruncanus.*
2 *Coruncanus primus iura profeſſus, ſapientiam cum eloquẽtia coniunxit. Conſul factus, num. 3. triumphauit, nu. 4.*

FVit oriundus ex antiqua Coruncanorum
familia, quæ Camerii celebris olim erat.
Hic omnium primus ius † profeſſus eſt, cùm 1
ſuperiores veluti in latenti id retinuiſſent: ſo-
lumq́ue conſultoribus vacantes, haud diſce-
re volentibus ſui copiam feciſſent. Pompon.
in l. 2. ff. de orig. iur. Fuit autem vnus qui ſapi-
entiam cum † eloquentia, quantum illa fere- 2
bant tempora, coniunxit. Dedit ſe ad Remp.
gerendam: & vt ad eum de omnibus diuinis,
atque humanis rebus referretur, conceſſit.
Idemq́ue & in Senatu, & apud populum, & in
cauſis amicorum, & domi & militiæ, conſiliũ
ſuum fidemq́ue præſtabat. Quotidie tranſuer-
ſo deambulabat foro: quod erat inſigne, eum
qui id faceret, facere ciuibus omnibus libera-
liter conſilij ſui copiam.

Factus eſt † Coſ. anno Vrbis 473. collegam 3
habuit P. Valer. Leuinum Florus, Oroſius, Eu-
tropius, Epitome, omnes demum præter Plu-
tarchum. Valerio Tarentini, Coruncano E-
truſci, quæ duæ hoc tempore conſulares pro-
uinciæ erant, obtigerunt. Hoc anno ineunte
Pyrrhus in Italiam venit, & primus viginti e-
lephantis (quæ animalia non ante in Italia cõ-
ſpecta erant) admirationem ac terrorem ho-
minibus attulit. Plin lib. 8. Pauſa. in Attic. De
Pyrrhi porrò aduentu, & bello loquuntur,
Plutarchus, Iuſtinus, Eutropius, & præ cæte-
ris Zonaras, Flor. Et Ennius apud Ciceronem
lib. 1. de Officijs. Triumphauit † T. Corunca- 4
nus de Vulſinienſibus & Vulcientibus: vt tra-
dunt Capitolini ſcriptores, & Velleius lib. 2.
Factus eſt cenſus, & cenſa ſunt CCLXXVII.

millia,

millia, CCXXII. Huius verò Coruncani ſcripta nulla ad ſuam ætatem perueniſſe, tradit Pomponius. Deinde pontificatum adeptus eſt, quingenteſimo circiter ab Vrbe condita anno.

CAPVT X.

Q. Fabius Pamphilus.

SVMMARIA.

1 *Fabiorum præclara familia.*
2 *Pomponij error in Q. Mutio.*
3 *Q. Fabij legatio ad Hannibalem: ad Carthaginēſes, nu. 4. ad Volſianos. nu. 6.*
5 *Carthaginenſes bellum ſucclamant.*

FAbia gens, ab ipſo Hercule originem ſuam repetit: & multa multorum † Fabiorum præclara atque egregia in Rempub. merita extant. Fuitque familia frequentiſſima, vna enim acie trecenti Fabij cæſi. Ex hac ſtirpe genus duxit Q. Fabius, quem Pomponius † Q. Mutium falsò vocat. Q. Fabius igitur omnium primò functus eſt legatione † ad Hannibalem, qui Saguntum, Hiſpaniæ vrbem, contra fœdera Romanorum & Carthaginenſiũ, violaturus videbatur. Quæ quidem legatio vana & irrita fuit. Expugnauit enim Hannibal Saguntum, neglecto fœderum iure. Polybius. Anno deindè pòſt miſſus eſt in Africam tanquam dux legationis, † ad percunctandos Carthaginenſes, publicóne conſilio factum: & vt peteret, vt vel Hannibal in pœnam rupti fœderis dederetur Romanis, vel indiceret populo Carthaginenſi bellum. Fertur inſigne exemplum magnitudinis animi de illo. Cùm enim legatis, poſtquam Carthaginem veniſſent, Senatus datus eſſet: & Q. Fab. nihil vltra quàm vnum, quod mandatum erat, non ſine Carthaginenſium indignatione percontatus eſſet: Hanno autem factionis Barſinæ princeps, Hannibalis fautor, longa oratione de iure fœderum diſſeruiſſet, ad extremumque ita peroraſſet: Proinde omittite Romani mentionem Sagunti atque Iberi facere, & quod diu parturit animus veſter, aliquando pariat: tum Fabius, legatorum natu maximus, cùm eam de iure fœderum diſceptationem, vt alienam dignitate populi Romani, attoci oratione reſpuiſſet, eum ita tolerari poſſe inquiens, ſi res Saguntinorum integra eſſet: nunc verò exciſo Sagunto, violatiſque iniquiſſimè fœderibus, vel patratorem ſceleris dedendũ Romanis, vt appareret Saguntum publico Carthaginenſium cōſilio minimè oppugnatum: vel ſi id nollent, ac ſuo conſilio expugnatam vrbem faterentur, vt ſe ad bellum pararet. Vbi tergiuerſantes Pœnos animaduertit, verbum non addidit: ſed ſinum è toga factum, Senatui oſtendens: Hic (inquit) vobis bellum pacemque portamus, vtrùm eligitis, & vtrùm placet, ſumite. Sub hanc vocem, haud minus ferociter, Daret vtrùm vellet: vel (vt alij tradunt) Bellum, † ſucclamatum 5
eſt. Fabius interim effuſo in media curia ſinu, Bellum dare ſe dixit: non ſine horrore, quaſi planè id in ſinu ferret. Accipere ſe illi omnes, alacri vultu reſponderunt: & quibus acciperent animis, iiſdem eſſe geſturos. Ab Carthagine in Hiſpaniam traiecit, & ad Volſianos legationis † munus ſubijt. ab iis tamen æquè 6
ferox reſponſum retulit. Cum enim à Q. Fabio in ſocietatem ſollicitati & pellecti eſſent, maximus natu è Volſianis in conſilio reſpōdit: Quæ verecundia eſt, Romani, vos poſtulare, vti veſtram Carthaginenſium præponamus amicitiæ? cùm qui id fecerunt, Saguntinos, crudelius, quàm Pœnus hoſtis perdidit, vos ſocij prodideritis? Ibi quæratis ſocios, cēſeo, vbi Saguntina clades ignota eſt. Hiſpanis populis ſicuti lugubre, ita inſigne documentum, Sagunti ruinæ erunt, ne quis fidei Romanæ aut ſocietati confidat. Inde extemplò abire finibus Volſianorum iuſſit: ab nullo deinde conſilio Hiſpaniæ benigniora verba tulêre.

Quidam exiſtimant, hunc Fabium eum eſſe, cuius vitam Plutarchus deſcribit, nempe Q. Fabium Maximum, quinquies conſulem, qui Verrucoſus & ouicula eſt dictus. Horum opinionem ſi qui ſequi velint, poterunt apud Plutarchum ſplēdidè vitam eius deſcriptam legere.

CAPVT XI.

P. Aelius Pætus.

SVMMARIA.

1 *Aeliorum familia vnde ſic dicta.*
2 *Pætus Aelius quo patre natus, & quo anno Aedilis, Prætorq; factus, nu. 6. Conſul, nu. 7. Cenſor, nu. 10.*
3 *Carthaginenſes Hannibalem ex Italia reuocant. nu. 4.*
5 *Scipionis geſta in Africa, & Senatu Rom. comprobantur.*
8 *Bellum Punicum ſecundum quibus conditionibus finitum.*
9 *Aelius Pætus contra Boios in Galliam mittitur.*

GEns Aeliorum † plebeia fuit: & Conſu- 1
lem in familia ſua non prius vidit, niſi centeſimo & trigeſimo ab exactis regibus anno. Nomen autem familia cœpità petulantia, & oculorum laſciuia. Fuit gens magna. inde Feſtus ait: Gentem Aeliam appellari, quæ ex multis familijs conficiatur.

Pætus † itaque noſter patrem habuit pon- 2
tificem Maximum, qui in Cannēſi pugna cecidit. Factus eſt initiò Aedilis, deinde Prætor, anno Vrbis 550. Cn. Seruilio Cepione & Gemino Coſs.

Eo anno Scipio, qui pòſt Africanus Maior dictus eſt, in Africa Syphacis regis caſtra incendit, eaq; vnà cum caſtris Aſdrubalis deleuit: cæſa aut flammis hauſta ad X L. millia hominum ſunt: capti ſuprà V I. millia. neque

haud

haud ita multo pòſt, in magnis campis, cum
iiſdem qui exercitu reparato bellum redinte-
grabant congreſſus, eos fugauit, atque ciuita-
tes circũ omnes partim vi, partim metu ſub-
egit. Quo terrore compulſi Carthaginenſes,
3 † legatos, qui Hannibalem cum exercitu eius
in Africam ex Italia ad patriæ defenſionem
reuocarent, miſerunt. Lælius Maſiniſſam ſibi
coniungit, ac acie cum Syphace congreſſus,
eum in prælio viuum cepit, atque Maſiniſſæ
paternum regnum reſtituit Maſiniſſa Sopho
nisbam, vxorem Syphacis, filiam Aſdrubalis,
poſtquam adamare cœpiſſet, ac matrimonio
ſibi eam copulaſſet, à Scipione caſtigatus, ve-
nenum ad eam miſit, quo hauſto extincta eſt.
4 His rebus perculſi Carthaginenſes, oratores, †
ad pacem petendam mittunt, triginta ſenio-
rum principes. Pacis conditionibus à Scipio-
ne latis, induciæ, dum ad Senatum Romam
legati mitterentur, factæ ſunt. Miſſus eſt inte-
rea Romam à Scipione Lælius, cum captiuo
rege Syphace: cui ſe adiunxerunt legati Maſi-
niſſæ. P. Aelius Pætus prætor tum, coacto Se-
natu Lælium quæ in Africa geſta eſſent, pa-
tribus exponere iubet. Et aduocata concione,
pro roſtris multitudini publicum hoc gaudi-
um ſignificat. Deinde extemplò edixit, vti æ-
ditui ædes ſacras omnes tota vrbe aperirent:
circumeundi ſalutandique deos, agendique
gratias per totum diem populo poteſtas vt
fieret. Poſtero die legatos Maſiniſſæ in Sena-
tum produxit: qui & gratulati ſunt Senatui de
rebus proſperè à Scipione geſtis: & gratias e-
gerunt, quòd Maſiniſſam non modò regem
nominaſſet, ſed feciſſet: petieruntque vt Se-
natus regium nomen & reliqua in Maſiniſ-
ſam à Scipione collata beneficia confirma-
rent. Quibus reſpondit Senatus, rerum in A-
frica proſperè geſtarũ communem ſibi cum
rege gratulationem eſſe: ea quæ Scipio contu-
5 liſſet † beneficia, Senatui placere, eique proba-
ri plurimum. Per prętorem munera mittunt,
dolenſque in Africam legatorum iuſſu reuer
titur. Annibal de ſuorum clade certior fact°,
6 in Italiam diſcedit. Refert itaque P. † Aelius
prætor, de gratijs dijs habendis. decretum eſt,
vt quinque dies circum omnia puluinaria
ſupplicaretur, victimæque maiores immola-
rentur. Centum viginti legati Carthaginen-
ſes poſtquam Romam veniſſent, pace infe-
cta, ac propè ſine reſponſo dimiſſi ſunt: quòd
ſpeculatores, non legati veniſſe arguerentur,
Polybius, Liuius, Florus, Appianus, alij.

Anno ſequenti, Rutilius Aelium magi-
ſtrum equitum fuiſſe commemorat, dictato-
re Gn. Seruilio. Verùm errat. nam Pub. Sulpi-
tius dictator Gn. Seruilium magiſtrum equi-
tum creauit. Liu. lib. 45.

7 Anno Vrbis 552. Conſul † creatus eſt cum
Cornelio Lentulo. Huic claſſis, illi Italia pro-
uincia obuenit. Eo anno finitum eſt bellum
Punicum ſecundum cum Carthaginenſibus,
his conditionibus, † vt liberi ſuis legibus vi-
uerent: quas vrbes, quoſq́; agros, quibuſq́; fini-
bus ante bellũ tenuiſſent, tenerẽt: perfugas &
fugitiuos & captiuos oẽs, & naues roſtratas,
præter viginti triremes, traderent: elephan-
toſque quos haberent domitos, neque doma-
rent alios: bellum neque in Africa, neque ex-
tra Africam iniuſſu populi Romani gererẽt:
Maſiniſſę res redderent, fœduſque cum eo fa-
cerent: decem millia talentûm argenti de-
ſcripta penſionibus æquis, in annos quinqua-
ginta ſoluerent: obſides centum arbitratu
Scipionis darent. Liulus, Appianus, alij. Ipſe
P. Aelius Pætus † contra Boios, qui incurſio- 9
nes in agros ſociorum in Gallia faciebant,
profectus eſt. Verùm infeliciter pugnauit.
Improuiſo enim impetu C. Appius præfectus
cum frumentatoribus eſt circumuentus, & ad
ſeptem millia hominum palata per ſegetes,
ſunt cæſa: inter quos ipſe C. Appius præfe-
ctus Sub exitum anni, cum creatẽtur Decem-
uiri, qui agrum Samnitem atque Apulum, qui
publicus populi Romani erat, metirentur, &
militibus qui cum Scipione bellum Puni-
cum feceran, diuiderent: inter hos & P. Ae-
lius creatus eſt. Decretumque, vt quot quiſ-
que miles in Hiſpania vel Africa militaſſet
annos, in ſingulos annos bina iugera accipe-
ret.

Poſt præturam cenſor † factus. Deinde v- 10
nà cum decẽ legatis miſſus in Macedoniam,
ad dirimendas controuerſias inter Antio-
chum Syriæ, & Ptolemæum Aegypti regem,
vndeuigeſimo deinde anno ad Triumuira-
tum peruenit: & ſequẽti anno cum augur eſ-
ſet, peſtilentia obijt.

CAPVT XII.

Sext. Aelius.

SVMMARIA.

1 *Sext. Aelius quando Aedilis Curulis factus, & Conſul, nu. 2. & Cenſor, nu. 3.*
4 *In Ludis ſpectandis, quando Senatus primùm à populo ſeparatus.*
5 *Iuriſperitorum vetus conſilij præbendi mos.*
6 *Aelius Sextus laudatur, eiusq́; ſcripta.*
7 *Ius Aelianum, quale fuerit.*

FVit hic Publij frater, & ædilis † curulis cũ 1
M. Claudio Marcello, Anno ab Vrbe con
dita 541. In ædilitate frumenti vim magnam
ex Africa aduectam, binis æris in modios po-
pulo diuiſit: & ludos Romanos cum magno
apparatu fecit. Diem vnum inſtaurauit, ſigna
ænea quinque ex multaticio argento in æra-
rio poſuit.

Proximo anno pòſt, Conſulem creatum
Rutulius ſcribit: qua in re errat, vt Faſti om-

 nes

2 nes comprobant. Factus eſt autem † Conſul
anno 555. cum T. Quinctio Flaminio, Liuius,
Caſſiodorus, Capitolinæ tabulæ, Plutarchus
in Quinctio. Aelio Italia, Quinctio Macedo-
nia obuenit. In bello memorabile nihil geſ-
ſit. Quinctius aduerſus Philippum in faucib⁹
Epiri proſperè pugnauit, fugatumq́ue coëgit
in regnum reuerti. Anno Vrbis 559. cum Cor-
3 nelio Cethego cenſor † factus eſt: cenſa ſunt
ciuium capita CXLIII. millia, ſeptingenta
quatuor. Liuius, Pedian. in Cornel. Capitol.
tabulæ.

In cenſura hoc egit. Ludis Romanis impe-
rauit Aedilibus curulibus, authore Africano
Coſ. vt loca Senatoria ſecernerent à populo.
nam antea in promiſcuo ſpectabant. Itaque
4 Senatus tunc † primùm ſecretus à populo lu-
dos ſpectauit, cùm magna plebis indignatio-
ne, nec ſine Africani authoris pœnitentia.

Hic Aelius vnus ex illis fuit, qui more ve-
5 teri † transuerſo foro ambulantes, ciuibus o-
mnibus conſilij ſui copiam faciebant. Habi-
tus eſt non modò omnium æqualium ſuorũ
iuris peritiſſ. ſed etiam ad dicendum paratus.
6 Eum Ennius † ita laudat:

Egregiè cordatus homo catus Aelius Sextus.

Huius Aelij Cic. ſæpiſſimè facit mentionem,
in lib. de Orat. in Topicis, & in lib. ad Treba-
tium. Pomponij temporibus extabat liber e-
ius, qui Tripartita inſcriptus erat: quod legi-
bus XII. Tab. propoſita iungebatur interpre-
tatio, dehinc ſubtexebatur legis actio. Hic li-
ber quaſi cunabula iuris continebat, & ius Ae-
7 lianum † appellabatur: ex quo non difficulter
apparet, Aelij ſcripta vehementer à vetuſtate
approbata fuiſſe. Anno antequam cenſor fie-
ret, prætores duo additi ſunt, vt eſſent ſex.
Plinius.

CAPVT XIII.

Aelius Pætus filius.

SVMMARIA.

1 *Aelius Pætus filius, cuius fuerit, & nu. 3.*
2 *Prætores ſex, quo anno primum creati.*
4 *Lunæ ecclipſis à Sulpitio Trib. mil. prædicta.*

1 PVblijne, an Sexti hic filius † fuerit, dubi-
tatur. Pomponius enim ſolummodò fili-
um fuiſſe Aelij refert. Inueniuntur enim in
Liuij annalibus duo iuniores, C. Aelius, & M.
Aelius. Caius quidem Aelius ædilitatem con-
ſequutus eſt P. Cornelio Lentulo, & P. Iulio
Appulo Coſs. Deinde prętor factus Galliam,
Inſubrium prouinciam ſortitus eſt. M. verò
Aelius anno pòſt Aedilis plebis cum fuiſſet,
in inſequẽtem annum creatus eſt prætor. Eo-
2 que anno primùm ſex † prætores creari cœp-
ti, creſcentibus iam prouincijs, & pateſcente
3 Imperio. Ego exiſtimo Pomponium † loqui
de Q. Aelio Pæto, cuius conſulatus incidit in
annum ab vrbe 586. & qui collegam habuit M.
Iunium Pennam: cuius temperantiam Plini-
us celebrat lib. 33 cap. 11. Liu. Eutropius, alij.

Anno ante Pæti conſulatum, Gentius rex
Illyrici ſeſe dedidit: & triumphi decreti L. Ae-
milio Paulo proconſuli, & Cn. Octauio, de re-
ge Perſe ex Macedonia: L. Anicio Gallo, de
Gontio.

Facta quoque eſt inſignis ecclipſis † lunę, cu- 4
ius meminit Plutarchus in vita Aemilij. Hãc
Sulpitius Gallus tribunus militum, poſtea cõ-
ſul factus, reddita cauſa, prædixit.

CAPVT XIIII.

Attilius Sapiens.

SVMMARIA.

1 *Attilij Reguli conſtantia ſingularis & fides.*
2 *Attilius Iuriſconſultus celebris.*
3 *Sapientis nomen L. Attilio vnde tributum.*

TRaxit hic originem ex familia quidem
plebeia, præſtantium tamen virorum fe-
raci. Habuit enim M. Attilium Regulum, L.
Attilium Iureconſultum, & Regulum Serra-
num bis Coſ. cuius ſingularem † conſtantiam 1
& fidei obſeruãtiam refert Cic. lib. 1. Officio-
rum: Regulus enim Serranus primo Punico
bello captus à Pœnis, cum de captiuis com-
mutandis Romam miſſus eſſet, iuraſſetq́ue ſe
rediturum: primùm vt venit, captiuos reddẽ-
dos in Senatu non cenſuit. Deinde cùm reti-
neretur à propinquis & amicis, ad ſupplicium
redire maluit, quàm fidem hoſti datam falle-
re. Et in oratione in Piſonem: M. Regulus, in-
quit, quem Carthaginenſes reſectis palpebris
ligatum in machina, vigilando necauerunt,
ſupplicio videtur affectus. Ex hac itaq; familia
& noſter Attilius † celebris euaſit. De eo ſic 2
ſcribit Cic. in Cęlio: Scimus L. Attilium apud
Patres noſtros appellatũ eſſe † Sapientem, qa 3
prudens eſſe in Iure ciuili putabatur.

CAPVT XV.

P. Cornelius Scipio.

SVMMARIA.

1 *Corneliorum familia patricia, & ampla.*
2 *Scipio Naſica in ſumma exiſtimatione apud Romanos, & optimus iudicatus, num 3. Prætor factus, num. 5. Conſul, num 6. triumphat de Boijs, num. 9. clarus in iuriſprudentia, num. 11. eius facetum dictum.*
4 *Mater Deûm Lapis, qua ſolennitate Romam introducta.*
7 *Edictum Scipionis de Senatoribus.*
8 *Boiorum exercitus à Scipione cæſus.*
10 *Hannibal veneno occumbit.*
13 *Dos ex ærario publico filiæ Scipionis data.*

COrneliorum familia inter † patricias ce- 1
lebris fuit, & multos clariſſimos viros
protulit: veluti Scipiones, Scapulas, Barbatos,
Lentulos, Dolabellas, Ruffinos, Merendas,
Bleſos

Bleſos, Cethegos, Merulas, Cinnam, Syllam.
Ex Scipionum itaque progenie noſter Naſica
ortus eſt. Patrem habuit Gn. Cornelium Sci-
pionem Caluum, qui in Hiſpania occiſus eſt,
prope Tarraconam:& fuit frater patruelis A-
fricano maiori.

2 Adoleſcens in ſumma fuit apud † Roma-
nos exiſtimatione, ob probitatis & continen-
tiæ laudem. Cùm enim Idæa mater magna
deûm Cybele, è Phrygiæ oppido Peſſinunte
Romam aduceheretur, ac iam Tarracinã ad-
ueniſſet, & recipi eam hoſpitio optimi in ci-
uitate viri, conſecrarique ex oraculo Pythio
opotteret, haud paruę rei indicium Senatum
tenebat, qui vir optimus in ciuitate eſſet. Ve-
rùm certę victoriam eius rei ſibi quiſque ma-
lebat, quàm vlla imperia honoreſve ſuffra-
gio ſeu plebis ſeu patrum delatos. Patres Con
ſcripti igitur iurati, P. Scipionem Naſicam a-
doleſcentem, nondum Quæſtorium iudica-
3 uerunt in tota ciuitate † optimum eſſe. Quæ
laus vnico huic à condito æuo contigit.

Cum omnibus igitur matronis Hoſtiam
ire obuiam deæ, iſque eam de naue accipere,
& in terram delatam tradere referendam ma
tronis, iuſſus eſt. Poſtquam nauis ad oſtium a-
mnis Tyberini acceſſit, ſicut erat iuſſus, in ſa
lum naue euectus, ab ſacerdotibus deam ac-
cepit, extulitque in terram. Lapis erat, quem
4 † Matrem deûm incolæ dicebant, ab Attalo
rege Aſiæ Romanis traditus. Matronæ pri-
mores ciuitatis, inter quas vnius Claudię Quin
tiæ inſigne eſt nomen, accepêre: cui dubia, vt
traditur, antea fama, inducta Romam deorũ
matre: cum nauem autem qua vehebatur ad-
uerſo Tyberi, repentè in vado remoratam, &
nullis viribus mobilem, zona pertraxiſſet,
precata deam, vt ſi pudicam ſe ſciret, ſequere-
tur: clariorem ad poſteros tam religioſo mi-
niſterio pudicitiam fecit. Eæ per manus ſuc-
cedentes deinde aliæ alijs, omni effuſa ciuita-
te obuiam, thuribulis ante ianuas poſitis, quà
præferebatur: atque accenſo thure precantibus
vt volens propitiaq; vrbem Romam iniret,
in ædem Victoriæ, quæ eſt in palatio, pertulê-
re, prid. id. April.

Decennio pòſt, hoc eſt anno 559. Scipio Na
5 ſica † prætor factus, vlteriorem Hiſpaniã ſor-
te obtinuit, ibiq; trans Iberum multa ſecun-
da prælia fecit. Quo terrore non minus quin-
quaginta oppida ad eum defecerunt.

Poſtero anno, proprætor pugnauit cum
Luſitanis, incerto euentu. In hoc itaque diſ-
crimine ludos Ioui, ſi vi funderet, exciderétq;
hoſtes, vouit. Vicit deinde, duodecim milli-
bus cæſis, captis quingentis quadra-
ginta, & ſignis militaribus centum triginta
quatuor. De exercitu Romano ſeptuaginta &
tres amiſſi & deſiderati ſunt. Romam deinde
reuerſus, competitores habuit L. Quintium
Flaminium, & C. Manlium Volſonem. Ve-
rùm Quintius ipſi prælatus eſt, & antepoſitus,
& cum Gn. Domitio Aenobarbo conſul fa-
ctus. Sequentis tamen anni conſulatum in
magna rurſus competitorum contentione
accepit: vt delatum priore anno tali viro, nõ
negatum honorem appareret. Conſul † ita- 6
que factus eſt anno Vrbis 562. cum Acilio Gla
brione: non 559. vt Hotomannus putat. quod
conſtat ex Liuio, Caſſiodoro, Capitolinis fa-
ſtis, Plutarch. in Quinctio, Appiano in Syria-
ca hiſtoria. In eius conſulatu duo grauiſſima
bella à Senatu decreta ſunt: vnum contra An-
tiochum Syrię regem: alterum contra Boios.
Et adeò in apparatum curamque eius belli ci-
uitas intenta fuit, vt P. Cornelius Coſ. edice-
ret, † Qui Senatores eſſent, quibuſque in Sena- 7
tu ſententiam dicere liceret, quique minores
magiſtratus eſſent, ne quis eorum ab vrbe Ro
ma abiret, quàm vnde eo die redire poſſet: ne-
ue vno tempore quinque Senatores ab vrbe
Roma abeſſent. Ipſe in agrum Boiorum legi-
ones induxit: ac duobus ferè menſibus pòſt
cum Boiorum † exercitu ſignis collatis egre- 8
giè pugnauit. Duodetriginta hoſtium millia
cæſa, capta tria millia & quadringenti. Signa
militaria 123. equi mille ducenti triginta, car-
penta ducenta quadraginta ſeptem. Ex victo-
ribus mille quadringenti octoginta quatuor
ceciderunt. Eius victoriæ cauſa ſupplicatio
decreta eſt ab Senatu, victimæque maiores
cæſæ. Inde primò obſidibus à Boiorum gente
acceptis, agri parte ferè dimidia eos mulcta-
uit. quò, ſi vellet, pop. Roman. coloniam mit-
tere poſſet. Romam reuerſus, de Boijs † tri- 9
umphauit. In eo triumpho Gallicis carpen-
tis, arma ſignaque & ſpolia omnis generis
tranſuexit, & vaſa Aenea Gallica: & cum cap-
tiuis nobilibus, equorum quoque captorum
gregem traduxit. aureos torques tranſtulit
1470. ad hæc auri pondo 245. argenti infecti
factique in Gallicis vaſis non inſabrè ſuo mo
re factis, duo millia & 340. pondo. Bigatorum
nummûm 234. Militibus qui currum ſequu-
ti ſunt, centenos, vicenos, quinos aſſes diuiſit:
duplex centurioni, triplex equiti. Liuius, Ap-
pianus.

Biennio inde cenſuram cum multis mag-
næ dignitatis viris cùm petijſſet, repulſam tu-
lit: iterumq; quinquennio pòſt, petitam cum
octo competitoribus, haud obtinuit.

Anno proximo triumuir ad Aquileiam
coloniam Latinam deducendam creatus eſt.
Antequam verò deduceret coloniam, cum
T. Quintio Flaminio, ac L. Scipione Aſiatico,
ad Pruſiam Bithyniæ regem eſt miſſus: apud
quẽ contendente legatione effectũ eſt, vt Hã-
nibal † Pœnus Imperator, qui apud eũ fortè 10
tum erat, obſeptis præſidio militum omnibus
cubili exitibus, ſumpto veneno occumberet.

Biennlo pòſt, Naſica cnm collegis coloni-
niam Aquileiam deduxit, trla millia pediiū.
Quibus data quinquagena iugera, centurio-
nibusq; centena: centena qnadragena equites
acceperunt.

Demum cum M. Portio Catone citerioris
Hiſpaniæ patronus factus eſt, aduerſus Roma
nos magiſtratus, qui Hiſpanos ſpoliarant, &
miſerè vexarant.

Hæ ferè ſunt res ab eo bello geſtæ. Domi
11 ob † iuris prudentiam præcipuè clarus fuit, i-
ta vt ipſi publicè domus in ſacra via data ſit,
quo facilius conſuli poſſet.

Celebratur dictum eius ſacetum. Cum e-
nim ad Ennium veniſſet, eique ab oſtio Enni-
um quærenti, ancilla dixiſſet, domi non eſſe:
Naſica ſenſit illam domini iuſſu dixiſſe, & il-
lum intus eſſe. Paucis pòſt diebus cùm ad Na-
ſicam veniſſet Ennius, & eum à ianua quære-
ret, exclamat Naſica, ſe domi non eſſe. Tum
Ennius: Quid? ego non cognoſco, inquit, vo-
12 cem tuam? Hic Naſica: † Homo es, inquit,
impudens Ego cum te quærerem, ancillæ tuę
credidi, te domi non eſſe: tu mihi non credis
ipſi?

Fertur inſigne parſimoniæ ac frugalitatis
veteris Romanæ exemplum. Habuit ſororē,
cuius iam adultæ virginis dotem. cùm pater
Hiſpaniæ præfectus Senatui ſcripſiſſet, ſine ſe
expediri non poſſe: ac proinde peteret vt ſibi
ſucceſſor mitteretur, Senatus, ne Reſpublica
bono duce careret, patris ſui partes deſump-
ſit: conſilioq; vxoris ac propinquorum Scipi-
13 onis conſtituta † dote, ſummam eius ex æra-
rio erogauit, ac puellam nuptui dedit: dotis
modus, quadraginta millia æris, hoc eſt qua-
draginta coronati Romani fuêre. Sic Valer.
Maximus.

CAPVT XVI.

L Cornelius Scipio Africanus.

SVMMARIA.

1 *Scipio Africanus Naſicæ filius, vnde hoc cognomen ſibi vē-
dicarit, num 9 creatus Conſul. nume. 2 triumphauit de
Carthagine, num. 8. contra luxum & laſciuiam ſeuerus.
num. 11.*
3 *Nihil temere faciendum, Scipionis dictum.*
4 *Cato Carthaginis delendæ ſuaſor.*
5 *Carthaginem non delendam ſuaſit Scipio, & quare.*
6 *Carthago capta ſpoliata, & incendio deleta.*
7 *Africa, prouincia conſtituta.*
10 *Scipio Africanus ſcripſit libros ſex de Republ.*

FVit hic L. Cornelius, P. Cornelij Scipio-
1 nis Naſicæ † filius, vt rectè monet Bern-
hardus Rutilius: qui Plinium, Pomponium,
itemque Valerium, non ſine cauſa, erraſſe o-
ſtendit. Nam hi omnes, P. Cornelio Scipioni
omnia attribuunt, quæ poſterioribus tempo-
ribus geſta & acta ſunt. Quorum opinio ex tē
porum ſerie refelli facilè ac euerti poteſt. Nā
P. Scipio Naſica, qui optimus à Senatu iudica
tus eſt, & qui Boios deuicit, ad Conſulatum
peruenit anno Vrbis 562. Ea verò quæ de Sci-
pione refert Plinius & Valerius, geſta ſunt an
no Vrbis 608. Hic itaq; P. Cornelius Scipio cō-
ſul † creatus eſt anno Vrbis 607. Inſignis eius 2
conſulatus fuit, ob captam Carthaginem. Oc-
caſio autem captæ & deletæ Carthaginis hæc
fuit. Cùm in finibus Carthaginenſium maxi-
mus Numidarū exercitus, Archobazane du-
cis Syphacis nepote, diceretur eſſe: & M. Cato
ſuaderet, vt Carthaginenſibus, qui exercitum
ſpecie contra Maſiniſſam regem, ſed reuera
contrà Romanos accitū, in finibus haberent,
bellum indiceretur: contradixit Naſica, tan-
tumq; effecit, vt legati mitterentur Carthagi-
nem, qui ſpecularentur quid ageretur Quibus
miſſis, neq; ſatis benignè acceptis, cum Guluſ
ſa Maſiniſſæ filius denunciaſſet, Carthagine
delectus agi, claſſem comparari, & haud dubi-
um bellum ſtrui: Catone ſuadente vt ijs bellū
indiceretur, Naſica dixit, Nihil † temerè faci- 3
undum. Itaq; rurſum legati exploratum miſ-
ſi: qui cùm reuerſi legationem retuliſſent, Ca-
tone & alijs principibus Senatus ſuadētibus,
vt in Africam confeſtim tranſportaretur ex-
ercitus, Naſica ſententiam dixit: Nondum ſi-
bi iuſtam cauſam belli videri, quamuis exerci
tus & claſſis Carthagine deprehenſa eſſet. Ita-
que placuit, vt bello abſtineretur, ſi Carthagi-
nenſes claſſem exuſſiſſent, & exercitum dimi-
ſiſſent: ſin minus, proximi Coſs. de bello refer
rent. Deinde, cum Cato † non deſiſteret, qua- 4
cunq; de re ageretur in Senatu, ad extremum
ſententiæ exclamare, delendam eſſe Cartha-
ginem: Naſica diſſentiēs, inſtituit in hunc mo-
dum contrariam tueri ſententiam: è Republ.
ſibi videri, Carthaginem † non euerti, potiſſi- 5
mùm, quoniam populus Romanus ſecundis
rebus elatus & inſolens, à multis iam ſceleri-
bus contineri non poſſit: qui proſperitate re-
rum adeò luxuriatet, vt quò impetus animo-
rum ferret, eò per vim atq; impotentiā graſſa-
retur. Hunc ergo metum moderatorem & ſa
lutarem, quaſi frenum quoddam temeritati
multitudinis, retinendum cenſebat. Carthagi
nenſes enim, quemadmodum Romanos ſu-
perare non poſſent: ſic ſatis eſſe, ad populum
Romanum, intra moderationis terminos cō
tinendū. Quamuis hęc & moderatè ac ſapien
ter à Scipione Naſica dicerentur, peruicit ta-
men Catonis ſententia. Placuit igitur, vt Car-
thago caperetur, incenderetur, ac loco moue
retur. Scipio igitur, qui ad interitum Cartha-
ginis natus erat, vt Cicero ait, eā † cepit, ſpo- 6
liauit, & incēdit. Dicitur deinde Scipionē Na-
ſicam incendiū ſpectantem illachrymaſſe, ac
dixiſſe: Nihil eſſe in rebus humanis conſtans
& firmū: ſe non tantum Carthaginis vicē do-
lere, quòd opibus ac imperio florens, ſpoliata
igne

igne conſumatnr: ſed eriam de Romanæ vr-
bis fato cogitare, & vereri ne & hęc ſimili ca-
lamirate aliquando periret.

Romæ gaudiū ingens ortum, hac Scipio-
nis victoria cognita: ſupplicationes, ſacriſi-
cia dijs immortalibus facta ſunt. Indi & cer-
tamina edita. Decem legarl ex more in Afri-
7 cam miſſi, qui cum Scipione Africam † pro-
uinciam conſtituerent. his mandatum eſt, vt
ſi quid ſupereſſet vrbis, diſturbarent: quę ciui-
taies Pœnorum rebus ſtuduiſſent, earum op-
pida diruerent: quæ pro Romanis ſtetiſſent,
præmijs agrisq; donarent. Quibus rebus per-
fectis, tranſportato exercitu Romam, permiſ-
8 ſu Senatus de Carthagine & Aſdrubale † tri-
umphum egit, auro, ſtatuis, omnibusq; mo-
numentorum generibns ornatiſſimum: ar-
genri quater millia, quadringenta & ſeptua-
ginta millia pondo præ ſe eum tuliſſe, ſcribit
Plin. lib. 33. Carthagine & Africa in poteſta-
9 tem redacta, † Africani nomen ſibi vendi-
cauit.

Fuit huius Scipionis tanta ſapientla & in-
tegritas, vt Maſiniſſa moriens, filiorum curā
ei commiſerit. Nec minor fuit religionis in
eo obſeruatio. Scipio enim & Figulus Coſſ.
quòd Augures iudicaſſent eos vitio creatos
eſſe, magiſtratu ſe abdicauerunt.

10 Docuit libris † ſex optimam Reipub. ra-
tionē: & perpaucis ante mortem diebus, tri-
duum diſſeruit de Republica. Reliquit filium
P. Scipionem Naſicam Serapionem, qui con
ſul creatus eſt anno Vrbis 616. Factus deinde
eſt Pontifex maximus.

11 Fertur de eo exemplum cōtra † laſciuiam
& luxuriam. Cùm enim cenſores theatrum
lapideum in vrbe, ad Floralium cęterorumq;
ludorū ſpectacula locaſſent, id ne fieret, gra-
uiſſima oratione obſtitit: perſuaſitq;, ne Græ-
cam luxuriam humilibus patriæ moribus pa-
terentur obrepere: inimiciſſimum hoc fore
inquiens bellatori populo, ad nutriēdam de-
ſidiam laſciuiamque commentum. adeoque
authoritate ſua mouit Senatū, vt non ſolùm
vendi omnia theatro comparata iuſſerit, ſed
etiam ſubſellia, quibus ad breue horæ ſpaciū
congeſtis in ludorum ſpectaculo iam vti ci-
uitas cœperat, poni intra vrbem, propiusve
mille paſſus prohibuerit.

CAPVT XVII.

Q. Fabius Labeo.

SVMMARIA.

1 *Fabiorum familia illuſtres viros habuit multos.*
2 *Q. Fabius Labeo quæſtor, Prætor, Præfectus claßis, triumphum naualem egit. nu. 3. creatus Conſul. nu. 4. Pontifex. num. 5.*
6 *Arbitrium de finibus Nolanorum, & Neapolit. Q. Fabij.*

FAbiorum familia, vt ſuprà dixi, ampla &
illuſtris † fuit: multosque inſignes viros, 1
qui ſummis in magiſtratu officijs præfuerūt,
produxit: veluti C. Fabium interregem, ma-
giſtrum equitum, trib. milit. Cn. Fabium Bu-
teonem prætorem: L. Fabium duumuirum:
M. Fabium interregem, dictatorem, quæſto-
rem, tribunum, triumuirum: M. Fabium Am
buſtum, interregem, conſulem, magiſtrum
equitum, trib. milit. M. Fabium Buteonem,
ædilem cur. & prætorem: Q. Fabium cenſo-
rem, conſulem, dictatorem, principē decem-
uirorum: Q. Fabium Ambuſtum, conſulem,
magiſtrum equitum, trib. milit. Q. Fabium
Buteonem prætorem, triumuirum, quinque-
uirum: Q. Fabium Cunctatorem augurem,
pōtificem maximum: Q. Fabium Maximum
augurem, pontificem, prætorem, Romanæ
ciuitatis principem, & noſtrum Q. Fabium,
† qui primus Labeonis nomen in familiam 2
intulit. Factus eſt primùm quæſtor, cum L.
Aurelio, anno vrbis 558. Fuit ipſi eo anno ma-
gnum cum omnibus ſacerdotibus certamen
de pecunia in bellum collata, perſoluenda.
Liuius lib. 33.

Anno vrbis 564. denuò prætor, claſſis præ-
fectus in Cretam nauigauit, & cum Cydo-
niatæ bellum aduerſus Gortinios & Gnoſios
gererent, & captiuorum Romanorum atque
Italici generis magnus numerus in ſeruitutē
eſſe diceretur, imperauit vt armis abſtinerēt,
& captiuos reducerent. Soli Gortinij ad qua-
tuor millia reddiderunt: reliquos nihil mo-
uit Fabij mandatum. Fuit hæc ſola cauſa, vt
Senatus triumphum † naualem ei decerne- 3
ret. Liuius lib. 37. & 38. Triumphatum eſt eo
anno ter: bis de Antiocho rege à L. Aemilio
Regillo, & L. Scipione Aſiatico: & à Q. Fabio
Labeone de Creta.

Anno vrbis 569. conſulatum petijt. verùm
ab Appio Claudio, quantumuis omnium o-
pinione deſtinatus eſſet, deiectus eſt. Liuius
lib. 49. In inſequentem tamen annum crea-
tus † Conſul eſt, cum M. Claudio Marcello, 4
& vterque Ligures ſortitus eſt. Marcellus ta-
men in Galliam aduerſus Gallos Tranſalpi-
nos, qui in Italiam tranſgreſſi, oppidum in
agro Aquileienſi ædificabant, Gallis ex pro-
uincia exactis, Iſtricum bellum moliri cœpit,
literis ad Senatum miſſis, vt ſibi liceret in I-
ſtriam legiones ducere. Id Senatui placuit. In
Liguribus nihil memorabile à Q. Fabio ge-
ſtum. Marcellus ex Iſtria reuocatus, exercitu
dimiſſo Romam comitiorum cauſa redijt.
Liuius lib. 49. Zonaras.

Anno vrbis 571. triumuir factus, Saturniā
coloniam ciuium Romanorum in agrum
Caletianum deduxit. iugera in ſingulos da-
ta decem. Liuius lib. 39 in fine. Prorogatum
eſt ei imperium in Liguribus, & M. Mar-

cello in Gallia. Ligures ſine prælio in deditionem accepti.

Anno Vrbis 574. cùm peſtilentia eius anni multos ſacerdotes abſumpſiſſet, & inter alios L. Valerius Flaccus Pont. mortuus eſſet, in
5 eius locum ſuffectus eſt † Q. Fabius Labeo. Actus eſt eo Pontifice cenſus quinquageſimus: cenſa ſunt ciuiũ capita CCLXXII. millia, CCXLIII.

Tradirur de hoc Fabio: Cùm à Senatu arbiter datus eſſet Nolanis & Neapolitanis, qui
6 † de finibus certabant, & ad locum veniſſent, ſeparatim cum vtriſque loquutum, ne quid cupidè agerent, nec appeterent, atque vt regredi quàm progredi mallent. Id cùm vtrique viri authoritate moti feciſſent, aliquantum agri in medio relictum eſt. Itaq; illorum fines, ſicuti ipſi dixerant, terminauit: in medio quod relictum erat, pop. Rom. adiudicauit. Cice. lib. 1. Offic.

CAPVT XVIII.

Q. Fabius Pictor.

SVMMARIA.

1 *Pictoris cognomen in familia Fabiorum vnde.*
2 *Q. Fabius Pictor, Flamen Quirinalis, & Prætor. num. 4. Annales ſcripſit. nu. 5.*
3 *Apollo Pythius muneribus placandus.*

FVit & hic ex Fabiorum familia. Duo verò cognomen
1 † Pictoris conſequuti ſunt: M. Fabius Pictor, qui flamen Quirinalis fuit, & mortuus eſt anno Vrbis 587. & Q. Fabius Pictor, ſic dictus, quòd primus Romæ ædem Salutis pinxit. Plinius libr. 35. cap. 4. Cicero in Tuſcul. 1.

Anno Vrbis 538. Delphos ad oraculũ miſſus eſt. Præter cæteras clades quæ populo Romano illatæ erant, prodigium acceſſit. Duæ Veſtales eo anno, Opimia atq; Floronia, ſtupri compertæ: & altera ſub terram, vt mos eſt, ad portam Collinam necara fuerat: altera ſibimetipſa mortem conſciuerat. L. Cantilius ſcriba pontificum, qui cum Floronia ſtuprum fecerat, à Pont. Max. cò vſque virgis in comitio cæſus erat, vt inter verbera expiaret. Hoc nefas cùm inter tot clades in prodigium verſum eſſet, Decemuiri libros adire
2 iuſſi ſunt. Et Q. Fabius † Pictor Delphos ad oraculum miſſus eſt, ſciſcitatum quibus precibus ſupplicationibuſque deos poſſent placare, & quænam futura finis tantis cladibus foret. Interim ex fatalibus libris ſacrificia aliquot extraordinaria facta: inter quæ Gallus & Galla, Græcus & Græca, in foro Boario viui ſub terra demiſſi ſunt, in locum ſaxo conſeptũ, ibi antè hoſtijs humanis minimè Romano ſacro imbutum. Legatus à Delphis Romam rediens, reſponſum ex ſcripto recitauit (Diui quoq; in eo erant, quibus quoquo modo ſupplicaretur.) Tum ſi ita faxitis Romani, veſtræ res meliores, facilioreſq; erunt: magis ex ſententia Reſpub. veſtra vobis procedet, victoriaque duelli populi Romani etit. Pythio † Apollini R.P. veſtra benè geſta, 3
ſeruataque, lucris meritis donum mittitote, deque præda, manubijs, ſpolijſque honorem habetote. Liuius lib. 33.

Anno Vrbis 565. Flamen Quirinalis inauguratus eſt: & Prætor † factus Sardiniam pro- 4
uinciam nactus eſt. Prius quàm in prouinciam iret, certamen cum P. Licinio Pont. Max. habuit. Nam P. Licinius ne in Sardiniam proficiſceretur, tenuit. & in Senatu, & ad populum magnis contentionibus certatum eſt, & imperia inhibita vltrò citroque, & pignora capta, & mulctæ dictæ, & tribuni appellati, & prouocatum ad populum eſt. Religio ad poſtremum vicit, & dicto audiens eſſe Flamen Pontifici iuſſus, & mulctæ ex iuſſu populi remiſſæ: ira prouinciæ ereptæ prætorem magiſtratu abdicare ſe conantem, patres authoritate ſua deterruerunt, & vt ius inter peregrinos diceret decreuerunt. Delectibus deinde intra paucos dies (neque enim multi milites legendi erant) perfectis, Coſſ. prætoreſque in prouincias proficiſcuntur. Liuius lib. 37. Conſcripſit Annales, † in qui- 5
bus cætera breuiter, ſui verò temporis res geſtas latius narrauit. Nunc circumferuntur eius fragmenta.

CAPVT XIX.

M. Portius Cato.

SVMMARIA.

1 *Catonis origo, & exercitia iuuenilia: res geſta. nume. 26.*
2 *M. Portius Cato quibus artibus ſe exercuerit. & nu. 3.*
4 *Catonis frugalitas nu. 7. 10.*
5 *Apophthegma Curij, ad Samnitium legatos.*
6 *Voluptas, maxima malorum eſca.*
8 *Græcas literas in ſenectute didicit Cato.*
9 *Demoſthenes Romanus, dictus fuit Cato.*
11 *Superfluum nihil benè conſtat.*
12 *Oratio mentis character.*
13 *Apophthegmata Catonis varia & inſignia: de vxoribus. num. 14. de magiſtratibus. num. 15 de rege Eumene. num. 16. de Legatis quibuſdam num. 17. de Græcis relegatis. num. 18. de Polybio & Vlyſſe. num. 19. & de alijs. nu. ſeq. & nu. 22. 25. 34. 35.*
20 *Stulti prudentibus magis vtiles, quàm prudentes ſtultis.*
21 *Militem Cato qualem non optaret.*
23 *Amoris capti animus viuit in alieno corpore.*
24 *Catonem trium rerum pœnituit, & quarum.*
27 *Cenſuram Cato quàm difficulter obtinuit.*
28 *Cato filius Iuriſconſultus, à patre inſtitutus nu. 30.*
29 *Balneum generos cum ſoceris ingredi, olim non licuit.*
31 *Militibus abſq; ſacramento non permiſſum pugnare.*
32 *Catonis filij libri de Iuris ſcientia. eiuſdem reuerentia erga patrem. nu. 33.*
36 *Catonis encomium locupletiſſ. ex Liuio.*

Genus

1 GEnus † traxit Cato ex Tuſculano. Ante-
quàm ad militiam & Rempub. ſe con-
ferret, in agro paterno circa Gabinos vixit.
Fuit ſpecie ſubruffus, & glaucus, vt Poëta qui-
dam de eo ſcribit:

Porrius hic mordax, glaucus ſubruffus ocellis,
Plutonia moriens exulat arce miſer.

Iuuenis ſtatim ſe contulit ad ea exercitia,
quibus maximum vitæ pręſidiũ, maximamq;
ſibi laudem & gloriã parari poſſe arbitraba-
tur. Orationem itaque tanquàm alteram per-
ſonam, magno ſtudio, magna cura compo-
nebat, quaſi omnibus qui grauibus in reb. nõ
per ſocordiam, ſed cum dignitate verſaren-
tur, neceſſarium id inſtrumentum eſſet. Qua-
re paſſim per vicos & caſtella ſe dicendo exer
cebat: quique ſua indigebãt opera, deerat ne-
mini. Qua in re tantùm valuit, vt primùm
2 promptiſſimus diſceptator, poſteà † eloquen
tiſſimus orator iudicatus ſit. Omnes prætereà
quibus cum viuebat, tantã in eo morum gra-
uitatem & animi magnitudinẽ animaduer-
tebant, vt magnis operibus magnificentiſſi-
ma quadam Repub. dignum arbitrarentur.
Non ſolùm enim forẽſibus in cauſis ab ope-
ra mercenaria ſe liberauit: ſed nec tam gloriã
magnifacere viſus eſt, quam ex huiuſmodi
contentionibus conſequi poſſet. Longè verò
magis cùm adhuc eſſet adoleſcens ex pugnis,
quibus cum hoſte manum conſereret, & bel-
3 licis † artibus laudem ſibi conciliare cupiẽs,
multis aduerſis vulneribus cõfoſſum corpus
habuit. Ipſe enim ſe ſeptem & decem annos
natum, primatum meruiſſe ſtipendia dicit,
cùm Hannibal ſecundis prælijs vſus incende-
bat Italiam. Inter dimicandum autem talem
ſe præſtitit, vt manu quidem pugnator egre-
gius, in ſtataria verò pugna immobilis ac cõ-
ſtans: oculis, frõte, vultu terribilis, verbis mi-
nax eſſet. aſperitate propterea vocis vtebatur,
cùm & ſibi rectè ſuaſiſſet, & cæteros admo-
neret: plerumq; huiuſmodi res hoſtibus ma-
iorem terrorem inferre, quàm enſes. Cùm
iter faceret, ipſemet arma, vno ſubſequente
miniſtro, ferebat, qui ſecum ea quæ vitæ ne-
ceſſaria erant, comportaret. Huic vel pran-
dium vel cœnam miniſtranti, nunquàm Ca-
tonem ſuccẽſuiſſe, aut maledixiſſe, quin eum
plurimum iuuiſſe, & vnà minima quoq; pa-
raſſe, ſi quando à militia vacatio illi libera eſ-
ſet data, proditum eſt. In exercitu ferè ſemper
4 † aqua vtebatur. Quòd ſi quando vehemen-
ti calore percitus ſitiret, aceto frequenter
hauſto ſitim ſedare: vel ſi quando vires pri-
ſtinas deſideraſſet, vegetandi corporis cauſa
leuiuſculi nonnihil vini delibare conſueue-
rat.

Penes agrum ſuũ, ciuis M. Curij villa fuit,
qui tertium triumphauit. Hanc cùm ſæpenu-
merò peteret, & tenuitatem agelli & domi-
cilij frugalitatem cõtemplaretur, cœpit eum
illius viri cogitatio: qui tametſi princeps in-
ter Romanos eſſet, & ferociſſimas gentes
ſubegiſſet, Pyrrhumque de poſſeſſione Italiæ
eieciſſet, agellum tamen hũc foderet, & poſt
tres honeſtiſſimos triumphos ædiculam hãc
incoleret. Et quòd is, cùm eum ad focum ſe-
dentem, & rapas coquentem legati Samnıti-
um offendiſſent, ac magnum auri põdus ob-
tuliſſent: id quamprimùm repudiaſſet, inqui-
ens † illis auro minimè opus eſſe, quibus cœ- 5
na huiuſcemodi ſatis eſſet, quique aurum ha-
bentes vincere lõgè pulchrius, quàm aurum
habere, iudicarent. Hæc ſecum animo ver-
ſans Cato, diſcedebat domum ſuam, vbi a-
gros, ſeruos, & vitæ formulam diligenter in-
tuens, in opere faciũdo ſtudioſior erat, & lu-
xum etiam atq; etiam omni ex parte circum-
cidebat, veteris diſciplinæ recordans. Cùm
enim adhuc admodum adoleſcens, ſub Fab.
Max. qui Tarentum recepit, militaret: Near-
cho Pythagoreo philoſopho & hoſpite fami
liariter vſus eſt, à quo & cõplura accepit quæ
& à Platone vſurpabantur: qui voluptatem
† maximam malorum eſcam appellabat: & 6
primariam animo noſtro calamitatem ac-
cedere, cùm corpori coniungitur: deputatio-
nem autẽ & diſſolutionem aſſequi, cùm cogi-
tationes eã à corporis cupiditatibus ſeparant
atq; diſiungunt. His ab ipſo plane perceptis,
Cato longè magis † frugalitatẽ ac continen- 7
tiam animo complexus eſt.

Eum ſerò Græcas literas perdidiciſſe, ple-
riq; authores ſunt. In ſumma enim ſenectute
† Græcos libros in manum ſumens, breues ex 8
Thucydide commentariolos, plures autem
ex Demoſthene confecit: quos in cauſis oran
dis magno ei vſui fuiſſe conſtat. Scripta quo-
que ſua Græcis & ſententijs & hiſtorijs diſtin
cta frequenter exornauit, ac pleraque graui-
ter & ſapienter ad verbum è Græco in Lati-
num traduxit. Et quia eloquentia plurimùm
poterat, vulgò † Romanus Demoſthenes di- 9
cebatur. In victu ac veſtitu fuit † frugaliſſi- 10
mus: nunquàm veſte maiore centum drach-
marum ſumptu vſum ſe fuiſſe refert, Conſul
& Imperator eodem vino, quo & operarij v-
tebantur, contentus fuit. Pulmentum ad cœ-
nam aſſibus triginta comparare ſolebat.

Cùm Babylonia ſupellex hæreditatis inte
fortunis ſuis acceſſiſſet. vt quamprimùm ve-
nundaretur curauit. Nullam eius villam te-
ctorium habuiſſe, nec vllum mancipium vl-
tra mille quingentas drachmas emiſſe dicit:
quaſi non delicatis & formoſis, ſed colonis
& robuſtis, & ſtabularijs & bubulcis ſibi opus
eſſet: quos deinde ſenectute confectos, non
paſci, ſed inutiles vendi debere iudicauit.
Prætereà nihil benè conſtare, † quòd ſuper- 11
fluum eſſet: adeoq; quodcunq; non eſſet opus,

id

id etiam minimo ſi redimi poſſet, nimium eſſe adſeuerabat. Paſcuum & ſeminarium agrum, quàm floreum & irriguum, maluit.

In oratione verò Cato grauis & ſapiens habebatur: qui ſi exterius in congreſſu ſpectaretur nullius dignitatis imaginem, ſed Satyricum carpēdi ſtudium præ ſe ferebat: ſin interius, ferijs & dignitate refertus erat, vt ijs quibus cum loqueretur, lachrymas mouere, & animum trahere quò vellet, poſſet. Referuntur aliquot eius ſermones, ex quibus cognoſci hæc facilè poſſunt. Solet enim o-
12 ratio † mentis eſſe character: & apertius ex ſermonibus, quàm lineamentis, animi cognoſcuntur. Cùm populum Romanum importunè tumultuantem, à partiendo ac diuidendo frumento auertere ſtatuiſſet, hunc in
13 modum orſus eſt: Difficile † quidem eſt, Quirites, ad carentem auribus ventrem verba facere.

Ciuitatis rurſus mores increpans, dixit: Laborioſum eſt illam Rempub. ſaluam fore, vbi piſciculus pluris quàm bos venit.

Romanos etiam multis pecudibus cōferre ſolebat. nam & illæ ſingulę nemini obtemperant, vniuerſæ autem gregis principem ſequuntur. Sic & vos, inquit, ab ijs quos priuatim nequaquam conſiliarios habere velletis, hic frequentes coacti, agi æquo animo permittitis.

14 De vxoria † poteſtate ſic loquutus dicitur: Omnes homines vxoribus imperāt, nos omnibus hominibus, nobis autē vxores. Quod à Themiſtocle deſumpſit. nam cùm ſibi filius matris interceſſione pleraque iuberet: O vxor, inquit, Athenienſes Græcis imperant, ego Athenienſibus, tu mihi, tibi filius.

Populum Romanum Cato non modò purpuræ, ſed ſtudijs atq; exercitationibus magiſtratus contulit. Quemadmodum enim tinctores, cum maximè inducunt colorem, quo maximè delectari mortales intuētur: ſic adoleſcētes ea magno ſtudio diſcunt, & conſequi cupiūt, quæ vos honore & laude digna iudicatis. Exhortabatur eos, vt ſiquidem virtute & moderatione magni facti eſſent, ne ad deteriora ſe conuerterent. ſin incontinentia ac improbitate amplitudinem eſſent conſequuti, ad meliora ſe conferrent.

Qui ſumma cura ac diligentia magiſtra-
15 tus † ſæpè ambirent, eos veluti ignaros viæ, dicere ſolebat: Ne errarent lictores, quibus cum incederent, ſemper quæritare.

Ciues grauiter increpabat, qui eoſdem frequenter publicis muneribus præficerent. Sic enim, ait, vel non multi principatum facere videmini: vel non multos, qui principatu digni ſunt, exiſtimatis.

Ex inimicis, cùm quiſpiam turpiter ac ignominioſè viueret: Huius mater, inquit, cùm deos immortales precatur, vt hic ſibi vita functæ ſuperſtes ſit, execrari, non orare ſe putat.

Paternum quidam fundum maritimum venundederat. quo facto, Cato magis atque magis ſe mirari ſimulauit, quòd longè amplius ipſe, quàm mare, potuiſſet. Nam quę vix pontus alluebat, iſte facilè abſorbuit.

Cùm Eumenes rex Romam veniſſet, ac à Senatu comiter & honorificentiſſimè ſuſceptus eſſet, & clariſſimorum circa eum ciuium frequentia certatim verſaretur: Cato nō ob-
ſcurè tantùm erga † regem ſtudium ſuſpe- 16
ctum habens, eum declinabat. Dehinc cùm ipſi diceretur, Eumenem frugi virum amiciſſimo animo in Rempub. Romanam eſſe: Eſto, inquit. cæterùm hæc ipſa belua, Rex & carniuora eſt. Neminem ex regibus qui beati reputantur, inuenies, quem Epaminondæ, Pericli, Themiſtocli, M. Curio, & Hamilcari cognomento Barchæ, optimo iure conferre poſſis.

Inimicos inuidia ſibi effectos dictitabat, quia quotidiè noctu exurgens, rei ſuæ familiaris rationes negligeret, vt Reipub. dignitati ac commodis, omni cura violentiaq; conſuleret.

Dicere quoque ſolebat ſe gratia quàm ex benefactis expectaret, priuari malle, quàm pœnam non dare, quæ ex malefactis ſibi deberetur. Omnibus qui ex beneficio deſtitiſſent, ſe duntaxat excepto, facilè ignoſcēdum eſſe iudicabat.

Poſteaquàm tres in Bithyniam legati Romæ delecti erant, quorum vnus podagra, alter capite vulneribus confoſſo, tertius vecor-
dia laborare videbatur, ridens Cato: † Popu- 17
lus Romanus, inquit, legationē emittit, quæ nec pedes, nec caput, nec cor habet.

Scipio Polybij gratia, ſuper ijs qui ex Achaia relegati fuerant, cum Catone collocutus eſt. Poſteà cùm multus ſermo de illorum reditu in Senatu haberetur, & alij quidem reditum in patriam ipſis decernerent, alij verò accuratiùs quàm par erat cōtradicerent, hūc
in modū Cato diſſeruit: † Quaſi nil habeamus 18
quod dignū factu ſit, vniuerſum diē de Græculis ſenibus altercando conſumimus: ac ſi multū interſit, vtrùm penes nos, an in Achaia ſepeliantur. Quibus ſimulac ex Senatuſconſulto domum reuerti cōceſſum eſt, Polybius in Senatum introduci moliebatur, vt exulibus illis qui grauiſſimi ordinis decreto in patriā redibant, priſtinos honores & magiſtratus reſtitueret. Qua de re cùm Catonis ſenten
tiam rogaret, ſubridens Cato reſpondit: † Po- 19
lybium, quemadmodum Vlyſſem in ſpeluncam Cyclopis, redire velle, vt pileum & cingulum quæ illic oblitus erat, repeteret.

Affir-

20 Affirmabat prætereà, ſtultos † prudentibus
viris maiori emolumento eſſe, quàm pruden
tes ſtultis. nam qui prudentia valent, illo-
rum errata facilè deprehendere, ac vitare:
ſtultos verò quæ à prudentibus rectè facta
ſunt, imitari non poſſe. Se quoque longè
plus adoleſcentibus delectari, quorum vul-
tus rubore prius quàm pallore perfunderc-
tur.

21 Eo milite † ſibi opus nõ eſſe, qui inter eun-
dum manus, inter confligendum pedes agi-
taret: quique ſteriendo, quàm hoſtibus incla-
mãdo, longius ſentiretur.

Cùm in pinguem aliquem acerbè maledi-
22 ctis inueheretur, † Quibus in rebus huiuſce-
modi corpus ciuitati fructuoſum ac commo
dum eſſet, rogabat, cuius inter guttur & in-
guen cuncta ſub ventris ditione poſita foret.

Libidinoſo cuidam, inter familiares ſuos
eſſe cupienti, conceſſutum ſe negauit: quo-
niam cum eo viuere non poſſet, qui me-
lius ac ſubtilius palato quàm corde ſenti-
ret.

23 Animum eius qui amoribus † teneretur,
in alieno corpore viuere dicebat.

Tribus item in rebus, per omnes vitæ ſuæ
24 partes, pœnitentiam egiſſe ſe dicebat. † Pri-
mùm, ſi mulieri quicquam arcanum aliquan
do crediſiſſet. Secundò, ſi aliquò naui tran-
ſiſſet, quò pedeſtri itinere ſibi proficiſci licuiſ
ſet. Tertiùm, ſi qua dies ei per incuriam ina-
nis effluxiſſet.

Deprauatum quoque quandoque ſenem
25 conſpicatus: † Te magnoperè, inquit, rogo,
vt cùm pleraque turpia ſenectutem circum-
ueniant, des operam, ne te authore maligni-
tatis acceſſio fiat.

Ad Tribunum plebis, qui in ſuſpicionem
veneficij venerat, iniquam legem ferentem:
Adoleſcens, ait, nondum ſcio vtrùm haurire
quod miſces, an approbare quod ſcribis, de-
terius ſit.

Cato cuiuſpiam, qui multis intemperan-
tiæ ac impotentiæ notis inuſtus erat, probris
vexatus: Impar mihi tecum, ait, certandi con
ditio eſt. Nam vt & malè audire, & maledi-
cere tibi facillimum ſimul, ac promptiſſimũ
eſt: ſic mihi maledicere inſuaue, & malè au-
dire inſuetum eſt.

26 Res † eius bello geſtæ, multæ præclarè re-
cẽſentur à Plutarcho, in vita eius. Poſtquàm
enim ſub M. Cornelio Cethego & P. Sem-
pronio quæſtor fuiſſet, anno Vrbis 550. Con-
ſul deinde deſignatus eſt cum Valerio Flac-
co, & citeriorem Hiſpaniã ſortitus eſt. Quid
in cõſulatu geſſerit, recitat Liuius libr. 4. Dec.
4. & Plutarch, in vita eius, vbi ſingulare mo-
derationis ac abſtinentiæ exemplum de Ca-
tone recenſet. Ex captiuis enim hoſtium re-
bus, præter cibum & potum nihil retinuit.
Neq; ſeipſum modò, ſed etiã miniſtros ſuos
ab omni prædæ noxa liberos ſeruabat.

Deinde cum Manlio Attilio tribunus mi-
litum aduerſus Antiochum Græciæ regem
factus eſt. Domum reuerſus, cenſuram † pe- 27
tiuit: verùm in petitione cenſuræ nobiliſſimi
& primores patrum Catoni obſtiterunt. Pa-
tricij quidem inuidia ſtimulati, cùm hoc pa-
cto nobilitati maximè detractum iri putarẽt,
ſi ignobili loco nati quãprimùm ſummum
honoris gradum obtinerent, tum etiam ve-
hementer commouebantur: quibus ex mul-
torum malefactorum conſcientia, & priſci
moris tranſgreſſione, viri auſteritas terrori e-
rat: quam difficilem & inexorabilem fore ſi-
bi perſuadebant, ſi cenſorij muneris ius & au-
toritas ipſi accederet. Idcirco ſtudijs partium
ex cõpoſito paratis, ſeptem candidati in cam
pum deducti, cum Catone magna contentio-
ne petierunt: hi quidem bona ſpe multitudi-
nem colere, vt quæ mollem & voluptuoſum
iam magiſtratum expeteret: contrà Cato aliũ
petendi rationem ingredi, nullam facilitatis
aut comitatis ſignificationem præ ſe ferre:
verùm potiùs ex ſuggeſtu in improbos mini-
tabundus, apertè & palàm teſtari, ciuitati ma-
xima expiatione opus eſſe. Hunc in modum
populũ rogare, vt ſi prudentes eſſent, nõ blan
diſſimum ac aſperrimum medicum delige-
rent. ſe quidem illum eſſe: alterum verò ex pa
tricijs Valerium Flaccum, quo vno collega
delitias atque mollitiem velut hydram ex-
ſcindens atque concremans, vt opinio ſua fe-
rebat, operæprecium quid facturus erat. Cum
cæteris verò ſibi minimè liberum fore, pro
dignitate Reipub. adminiſtrare: quoniam o-
ptimos præceptores formidarent Qua quidẽ
in re populus Romanus, magnis ſanè princi-
pibus dignus, ſic excelſo animo fuit, vt nec
rigidos nec elatos Catonis mores extimeſce-
ret: verùm cæteris omnibus popularibus, &
qui cuncta ad gratiam facturi videbantur, re-
pulſis, cum Catone Flaccum cenſorem deſi-
gnarit: cui non velut candidato, ſed iam prin
cipi & imperitanti paruit.

Reliquit filios duos: quorũ priorem Pom-
ponius in numerum iuriſprudentium refert.
Hunc † Cato ipſe pater inſtituit. ipſe leges do- 28
cuit: ipſe exercendi corporis magiſter, non
modò iaculandi, tractandi arma, equitandi,
ſed etiam pugna dimicandi, & calorem & fri
gus tolerandi, ac rabidos gurgites & aſperri-
mos fluuios tranſeundi, artes edocuit. Ipſe e-
tiam propria manu hiſtorias maiuſculis lite-
ris exaraſſe teſtatur, vt domi maiorum virtu-
tis exemplo filiolo vſui & adiumento forẽt.
A verborum turpitudine, præſente puero, ſic
temperauit, quaſi Veſtalibus virginibus arbi-
tris loquuturus eſſet, nec cum eo vnquàm la-
uit: id quod à priſcis Romanis factitari eſt ſo-
litum.

29 litum.Generos † enim cum ſoceris balneum
ingredi,vitio dabāt: quoniam membrorum
nudationem inſpectātibus illis, cum decore
fieri non poſſe iudicatenr.Poſteà cùm à Græ-
cis Romani nndari didiciſſent: ipſi ſubinde
Græcos, vt id cum vxoribus vſurparent, do.
cuerunt. Omnia igitur quæ ad ingonium &
30 ſolertiam pertinerenr,Cato, †qui filium per.
inde ac pulchettimum quoddā opus ad vir.
tutem formabat & effingebat, ex ſentenria
perfecit. Cùm verò corpus natura mollius,
quàm vt laboribus ſufficere poſſet,appareret,
ſtrictè ac caſtigarè leges viuendi ei remiſit.Fi-
lius itaque etſi natura talis eſſet, ſtudio tamē
& induſtria adeò in re militari ſtrenuus fuit,
vt in ea pugna qua P. Aemilij auſpicijs aduer-
ſus Perſea dimicatum eſt, maxima cum lau-
de certauerit: vbi,cum ictu pugio reiectus ob
ſudorem manu excidiſſet, mœrore adſectus,
ad familiares & contubernales conuerſus at
que inclamitans, cum eis in confertiſſimos
hoſtes ſe coniecit.Tum magna dimicatione,
magna vi nudaro loco, inter atmotum & ca
dauerum,quę vrrinque ceciderant,aceruum,
gladium vix inuenir, non ſine magna P. Ae-
milij admiratione.

Illud præreteà quod ad rem militarem at-
tinet,de eo rradirur. Cùm in exercitu Popilij
Imp. hic filius Caronis tyro militaret,viſum-
q́ue Popilio eſſet, legionem in qua Caro mili-
tabat,dimittere,eum inter alios exautorauit.
Sed cùm is amore pugnandi in exercitu re-
manſiſſet,ſcripſir ad Popilium Cato pater,vt
ſi filium ſuum pareretur in exercitu remane.
31 re,ſecūdo obligaret eum militiæ † ſacramen-
to:quia priore rem iſſo,cum hoſtibus iure pu-
gnare non poſſet.Scripſit prætereà ad filium,
ſe audiſſe eum miſſum factū eſſe à Coſſ. cùm
In Macedonia bello Perſico miles eſſet: mo-
nebat igitur, vt caueret, ne prælium iniret.
Negabat enim ius eſſe, qui miles non ſit, pu-
gnare cum hoſte. Adeò ſumma erat populi
Romani obſeruatio,in bello mouendo.

Poſt aliquot annos filius deſignatus eſt
Prætor. Reliquit & hic filium,qui non leuis
orator fuit,multasq́ue orationes ad exemplū
aui ſcripſit. Qui quoque clariſſ. ac potentiſſ.
Cos. cum Q.Martio rege in Africam profe-
ctus,& ibi extinctus eſt.

32 Scripſit † filius Catonis ſenioris multos e-
gregios libros de iuris ſcientia,vt refert Cice.
in Orat. & extat hodiè in lib. Pandectarū Re-
gula Catoniana, ad legata pertinēs, & de Di-
uidendis ſtipulationibus ſubtilis doctrina,
aliæq́ue aliquot eius ſententiæ. Traditur de
33 hoc filio inſigne exemplum reuerentiæ † in
patrem. Cùm enim Cato ſenior vxorem pri-
mam amiſiſſet, & filio vxorem tradidiſſet
Pauli Aemylij filiam,Scipionis ſororem: ipſe
cuiuſdam coloni ſui clientisq́ue filiæ coitu,
quæ ad eum ventirabat,vtebatur. id facilè per
anguſtias domus perceptum eſt. Filius cùm
mulierculam impudentius ac tumultuoſius
ad patris thalamum profectam intellexiſſet,
verbum nullum fecit: ſed quaſi rei turpitudi-
ne affectus, grauius in eam oculos coniecit.
Quod ſimulac cognouit pater, nulla ex parte
queſtus, vultu ac frōte nullum veſtigium do.
loris expreſſit. Cæterùm cùm ex more,grege
amicorum ſtipatus in forum deſcenderet, à
Salonio ſcriba, qui cùm cæteris eum domo
deducebat, magna voce accito, ſciſcitatus
eſt,vtrùm filiolam marito collocaſſet? Quo,
nihil adhuc actum eſſe,nec ſe niſi ex conſilio
ipſius facturum, reſpondente: Videor, † in- 34
quit,idoneum tibi generum inueniſſe: cuius
niſi grandiorem ætarem repudies, cætera,vt
vt ſpero,faciiè probabis. Tum Salonius Ca-
tonem cohortatus eſt, quo puellæ cogitatio-
nem ſuſciperet, & arbitratu ſuo collocaret:
quæ in clientelam ipſius recepta,gratia,fide,
opera ipſius indigebat. Nihil tardatus Cato,
ſe eam ſibi coniugē expetere indicauit. Quo-
circa Salonius non minus primùm obſtu-
puit,quàm poſteà lætatus eſt. Catonis enim
ætas annis iam grauis, & familiæ dignitas,
quæ cōſulares ac triumphales imagines præ-
ferret,à puellæ ſuæ nuptijs aliena videbantur.
Verùm Catonem ſeriò locutum perſpiciēs,
libenter ei filiam deſpōdit. Deinde in forum
procedentes,mox ſpōſalia ritè fecerunt. Hæc
res vbi ad Catonem filium perlata eſt,accer-
ſitis ſocijs patrem conuenit. rogauitq́;,num
qua in re offenſus,indignabundus ſibi nouer
cā induxiſſet? Cui Cato: Meliora dic,inquit,
fili cariſſime. † Omnia ſanè tua, iucundirare 35
me quadam afficiunt: & quod tibi ſuccēſeam
nihil eſt. ſed huius rei conſilium cœpi, cum
multos mihi quidem natos, patriæ verò tibi
perſimiles ciues relinquere cuperem.

De Catone Liuius libr.39. ſic loquitur: In
hoc viro † tanta vis animi ingenijq́ue fuit,vt 36
quocunque loco natus eſſet, fortunā ſibi ipſe
facturus fuiſſe videretur. nulla ars neque pri-
uatæ neque publicæ rei gerendæ ei defuit. Vr-
banas,ruſticasq́; res pariter callebat. Ad ſum.
mos honores alios ſcientia iuris, alios elo-
quētia,alios gloria militaris euexit: huic ver.
ſatile ingenium ſic pariter ad omnia fuit, vt
natum ad id vnum diceres,quodcunque age-
ret. in bello manu fortiſſimus. multisq́; inſig.
nibus clarus pugnis: idē poſteaquàm ad ma-
gnos honores peruenit,ſummus Imperator.
idem in pace,ſi ius conſuleres,peritiſſimus: ſi
cauſa oranda eſſet,eloquētiſſimus. nec is tan-
tùm, cuius lingua viuo eo viguerit, monu-
mentum eloquētiæ nullum extet: viuit imò,
vigetq́; eloquētia eius, ſacrata ſcriptis omnis
generis. Oratiōes & pro ſe multæ,& pro alijs,

& in

& in alios. Nam non ſolùm accuſando, ſed etiam cauſam dicendo fatigauit inimicos. Simultates nimio plures & exercuerũt eum, & ipſe exercuit eas. nec facilè dixeris, vtrùm magis preſſerit eum nobilitas, an ille agitauerit nobilitatem. Aſperi procul dubio animi,& linguę acerbæ & immodicè liberæ fuit: ſed inuicti cupiditatibus animi, & rigidæ innocentiæ,contemptor gratiæ,diuitiarum: in parſimonia,in patientia laboris,periculique, ferrei propè corporis animique: quem ne ſenectus quidem, quæ ſoluit omnia, fregerit: qui ſextum & octogeſimum annũ agens,cauſam dixerit, ipſe pro ſe orauerit, ſcripſeritq́; octogeſimo anno S.Galbam adduxerit in iudicium. Reliqua,quæ ad eius familiam pertinent,tradit Gell.lib.13.cap.18.

CAPVT XX.
M.Portius Cato, M. F.

SVMMARIA.

1 *M.Portius Cato M.F.Iuriſperitus.*
2 *Regula Catoniana,à quo nomen habeat.*
3 *Cato Vticenſis Stoicus.*

CAto ſenior duos reliquit filios,ex duab. nuptijs.Primus prætor deſignatus, viuo
1 patre mortuus eſt:& Iuris† peritiſſimus habitus,ſcripſit multos ad Ius ciuile libros. Gell. lib.13.cap.18. ex quibus ſenior Cato multa ſibi vindicauit, atteſtante Pomponio. Creditur
2 eius eſſe regula Catoniana, † vt legatũ quod non valeret,ſi teſtamẽti facti tempore teſtator deceſſiſſet, quandocunque is decedat, nõ valeat. Extat prætereà eius de Diuiduis & indiuiduis ſtipulationibus diſputatio, l.4.ff.de verbor.oblig.Citatur à Iuſtiniano lib.1. Inſti. tit.de adopt. & à Paulo l.44.ff.ſolu.matrim. Vlpia.l.10.ff.de ædilitio edicto. Celſo.18.ff de
3 verbo.ſign. Poſterior † Stoicæ ſectæ addictus fuit, & Vticæ perijt, vnde Vticenſis dictus. Multa de vtroque vide apud Plutarchum, in vita vtriuſque Catonis.

CAPVT XXI.
M. Manilius.

SVMMARIA.

1 *Manliorum familia patritia:eiusq́; inſignes viri.*
2 *Manlius Torquatus,eiusq́; geſta,& dignitates.*
3 *M.Manlius,ſiue Manilius, Iuriſcõſultus & Conſul:eiusq́; res geſta.nu. 7.18.36.*
4 *Inconſtantia rerum humanarum exemplum in Carthaginis euerſione.*
5 *Giſgo Amilcaris filius Carthaginenſis,ſeditioſus.*
6 *Ciceronis locus in Catone maiore.*
7 *Vticenſes Romanis ſe dedunt.*
8 *Claſsis Romanorum contra Carthaginenſes quanta fuerit.*
9 *Arma Carthaginenſium ferrea, ænea, aurea, argentea.*
10 *Scipionis Aemiliani in bello prudẽtia,fortitudo,nu.11. 12. 14.15. 28.& in ſupplices hoſtes clementia.nu. 31.*
13 *Aſdrubal Carthaginenſium dux aſtutus: in captiuos Romanos crudelis.nu.23.Scipioni ſe dedit, ac mox ſeipſum interficit.nu.32.*
16 *Sepultura militum ab hoſte petita & conceſſa.*
19 *Scipio Aemilianus fit Conſul,eiq́; Africa prouincia & bellum ſine ſorte à populo committitur. nu.20.Vticam applicat.nu.21.*
22 *Exercitus luxui,auaritia,aut deſidia deditus,antè emendandus quàm cum hoſtibus depugnandum.*
24 *Carthago à Scipione obſidetur: capitur, & incendio vaſtatur nu.30 quot annis ſteterit nu 35.*
25 *Carthaginenſium in rebus aduerſis animus conſtans & fortis.& nu.27.*
26 *Naualis pugna Carthaginen.& Romanor.*
29 *Nepheris Africæ ciuitas capta à Scipione.*
33 *Triumphus Scipionis de Carthagine*
34 *Numantia a Scipione exciſa.*
37 *Paternæ ſeueritatis exemplum in Manlio ſententiam de filio ferente.*

MAnliorum familia † inter patricias omnes vna eminuit, extititq́; in primis, 1
tum propter magiſtratus, quos decimo inde ab eiectis regibus anno geſſerunt: tum quoq; propter multa præclara erga Rempub. bello paceq́ue præſtita ſtudia. Primus in hac familia cõſulatum geſſit M. Manlius Tullius, Anno Vrbis 254. Hunc inſequuti ſunt multi alij: Cn.Manlius,cum M.Fabio conſul Anno Vrbis 274.C.Manlius,cum L.Furio conſul Anno Vrbis 280. & prætor:M.Manlius interrex, & qui plebem in patres concitauit,ac ob ſeditionem de ſaxo Tarpeio deiectus eſt, Anno Vrbis 371. A. & T. Manlius, M. fratres, quorum ille Cõſul fuit,decemuir, Romanorum ad Apollinem legatus, tribunus militum, triumuir: P. Manlius dictator: T.Manlius,
† cui torquis hoſti Gallo detractus, Torquati 2
nomen dedit, Anno Vrbis 394. qui deinde cõſulatum geſſit,dictator,ciuitatis princeps, Pont. Max. factus eſt: & qui de filio, quod contra imperium conſulare, & maieſtatem patriam, aduerſus edictum extra ordinem pugnaſſet, capitale ſupplicium ſumpſit, Anno Vrbis 415. L. Manlius Torquatus,legatus, pontifex,& ludorum faciendorum cauſa dictator: L.Manlius Volſo, prætor,& conſul: P.Manlius Volſo,prætor & dictator:L.Manlius Acidinus, conſul, prætor, triumuir, Scipionis in Hiſpania ſucceſſor: L.Manlius Capitolinus:Cn.Mãlius Volſo,ædilis,tribunus,
conſul: & noſter M. Manlius, † qui à Tor- 3
quato originem duxit,vnde M.Manlius Torquatus dicitur.

Factus eſt Conſul Anno Vrbis 604. Caſſiodorus, Cicero in Lucullo. Collegam habuit L.Marcium: in Appianus in Libyco, Cenſorinus de die Natali. Vtrique Africa prouincia decreta eſt.His Conſulibus,Pruſias rex Bithyniæ à Nicomede filio, adiuuante Attalo rege Pergami,occiſus eſt.Cùm legatos ad pacem faciẽdam, inter Nicomedem & patrem

Pruſiam Romani miſiſſent, & vnus ex ijs ca-
put multis cicatricibus fartum haberet, alter
pedibus æger eſſet, tertius ſocors habebatur:
Cato dixit, eam legationē nec caput, nec pe-
des, nec cor habere. Appianus. Sub hoc M.
Manilio conſule ortum eſt bellum Punicum
tertium, quod paulò pòſt Carthagini excidiū
attulit. Quia verò in hac ipſa Carthaginis e-
4 uerſione † inſigne exemplum inconſtantiæ
rerum humanarū conſpicitur, & initia quo-
que huius belli à M. Manilio poſita ſunt, &
collocata, breuiter hiſtoriam huius tertij Pu-
nici belli & excidij Carthaginenſis referam.

Res eius bello geſtæ: & cauſa ac euentus tertij Punici belli.

Anno Vrbis 600. Q. Fuluio & T. Annio
Cōſulibus, legati Carthaginem, ad diſceptan
dum de agro inter Maſaniſſam & Carthagi-
nenſes controuerſo miſſi, inter quos fuit M.
Cato, Carthagine vim ingentem naualis ma-
teriæ ſe deprehēdiſſe renunciarunt, quæ vni-
uerſum Senatum valdè commouerunt. Se-
quenti itaque anno cùm in finibus Carthagi-
nenſium maximus Numidarum exercitus,
Archobarzane duce, Syphacis nepote, dice-
retur eſſe: M. Cato ſuaſit, vt Carthaginēſibus,
qui exercitum ſpecie contra Maſſaniſſam re-
gem, ſed reuerà contra Romanos accitum
in finibus haberent, bellum indiceretur. Con
tradicente P. Cornelio Naſica, eo qui à Sena-
tu vir optimus iudicatus fuerat: placuit lega-
tos mitti Carthaginē, qui ſpecularentur, quid
agerent. Caſtigato Senatu Carthaginenſium,
quòd contra fœdus exercitum & nauales ma
terias haberent, pacem inter eos & Maſſaniſ-
ſam facere voluerunt: Maſſaniſſa agro, de quo
5 lis erat, cedente. Sed Giſgo † Amilcaris filius,
homo ſeditioſus, qui tunc in magiſtratu erat,
cùm Senatus pariturum ſe iudicio legato-
rum dixiſſet, ita bellum aduerſus Romanos
ſuadendo concitauit, vt legatos quò minus
violarentur, fuga explicuerit. Id nunciantes,
infeſtum iam Senatum Carthaginenſibus,
infeſtiorem fecerunt. Lucullo autem & Al-
bino conſulibus, Guluſſa Maſſaniſſæ filius de-
nunciauit, Carthagine delectus agi, claſſem
cōparari, & haud dubium bellum ſtrui. Cùm
Cato ſuaderet, vt ijs bellum indiceretur: Na-
ſica dicente, nihil temerè faciundum: placuit
decem mitti legatos exploratum. Acilio au-
tē & Quinctio conſulibus, cùm legati ex Afri-
ca cum Carthaginenſium oratoribus & Gu-
luſſa redijſſent, dicerentque ſe & exercitum
& claſſem Carthagine deprehendiſſe: perro-
gari ſententias placuit, Catone & alijs prin-
cipibus Senatus ſuadentibus, vt in Africam
confeſtim tranſportaretur exercitus: quòd
Naſica dicebat nondum iuſtam ſibi cauſam
bellandi videri, placuit vt bello abſtinerent,
ſi Carthaginenſes claſſem exuſſiſſent, & ex-
ercitum dimiſiſſent. Sin minus, proximi Con
ſules de bello Punico referrent. Quo factum
eſt, vt Cato ſic loquatur apud † Ciceronem, 6
illo anno: Ego Senatui, quæ ſunt gerenda
præſcribo, & quomodo Carthagini malè iam
diù cogitanti bellum inferatur, multò ante
denuncio. Martio autem & Manilio conſu-
libus, inter Catonem & Naſicam varijs cer-
tatum eſt ſententijs: Catone ſuadēte bellum,
vt tolleretur Carthago: Naſica diſſuadente.
placuit tamen, & quòd contra fœdus naues
haberent, & extra fines exercitum eduxiſſent:
quodq́; ſocio Maſſaniſſæ arma intuliſſent. &
quòd filium eius Guluſſam, qui cum legatis
Romanis erat, in oppidum non recepiſſent,
bellum ijs indici. Conſulibus ambobus Afri-
ca prouincia decreta, & vt bellum cum Car-
thaginenſibus gererent, atque Carthaginem
excinderent: quorum Manilius pedeſtribus
copijs, Cenſorinus claſſi præfectus eſt. Prius
quàm vllæ copiæ in naues imponerentur, V-
ticenſes † legati Romam venerunt, ſe ſuaque 7
omnia dedentes. Ea legatio velut maximum
belli omen, grata patribus, acerba Carthagi-
nenſibus fuit. Legati triginta Romam vene-
runt, per quos Carthaginenſes ſe dedebant:
Catonis ſententia peruicit, vt decreto perſta-
retur, & vt Conſules quàm primùm profi-
ciſcerentur ad bellum. Peractis itaque vſita-
tis ſacris, è Sicilia ſoluentes, Vticam verſus
nauigant, quinqueremes † quinquaginta, ſex- 8
quiremes centum vna. Has onerariæ & ro-
ſtratæ naues quàm plurimæ ſequebantur, quę
octoginta millia peditum, equitum quatuor
millia, ex habitis vndecunque delectibus ſe-
cum vehebant, cùm omnes fermè ciues, om-
nes ſocij, veluti ad inſignem quandam mili-
tiam & ſperatam victoriam vltrò accederēt.
Quibus rebus territi Carthaginenſes, ad Con
ſules legatos mittunt. Conſules in edito quo-
dam loco conſedere, ducibus ac tribunis eos
circumſtantibus. quos vniuerſus deinde exer-
citus longo ordine inſignibus obibat armis:
vexilla recta ſtetêre, vt eoràm legati multitu-
dinem copiarum intuerētur. Poſtremò Con-
ſules indicto per tubas ſilentio, accedere le-
gatos per tubicinem iuſſere. Illi per ingentia
profecti agmina, neutiquàm ad Cōſulum tri-
bunal admiſſi ſunt: ſed eo tabernaculo, quod
in medio ſitum erat, perſtitêre. inde ſi quid
vellent, iuſſi fari. Miſerabili & longa id fecē-
re oratione. Cōſules primùm arma tradere,
claſſemq́; comburere: mox eos iuſſa diligen-
tiſſimè facientes, procul à mari paſſuum decē
milibus conſedere, vrbe relicta iubent. Iis im-
peratis, quippe quæ crudeliſſima eſſent, Car-
thaginenſes incenſi, cùm omninò aut vrbem
defendere, aut vnà cum ea pugnando cadere
ſtatuiſſent, apparantur ad bellum. itaq; pro-
tinùs

tinùs & Aſdrubalem toti bello, imperioque
9 præficiunt: & non ferrea ſolùm & ænea † ar-
ma, ſed etiam ea deficiẽte materia, aurea atq;
argentea facinnt. Cùm ergo Carthaginenſiũ
hoc loco res eſſent, magnaq́; in ipſa vibe tre-
pidatio verſaretur, tum Conſules vrbem ip-
ſam, quòd infirmis adhuc Pœnorum opibus
ea ſe facilius potituros eſſe ſperarent, omni
conatu extemplò oppugnare aggreſſi ſunt.
Verùm cum re ſępiùs tentata, nihil adhuc ef-
ficere potuiſſent, tandem commodiſſimum
rati futurum, ſi per quandam murorum par-
tem, quæ paulò antè deiecta, nondum probè
fuerat reſtituta, inuaderẽt, ea omninò ex im-
prouiſo irrumpere conſtituerant. At verò P.
Scipio Aemilianus, qui tribunus militum M.
Manilio ad quartam legionem venerat, cùm
Pœnos cognito Conſulum conſilio ſuos ita
diſpoſuiſſe audiuiſſet, vt alij armati Roma-
norum impetum ſuſtinerent, alij inermes li-
gna & lapides in eos ingredientes ex loco ſu-
periore conijcerẽt: maximum, quod Roma-
10 nis militibus † imminere periculum proui-
debat, ſibi eſſe propulſandum cenſuit Itaque
cùm cohortes ſuas in plures partes diſtribuiſ
ſet, casq́; nõ pròcul à muris ex interuallo con
ſtituiſſet, datis mandatis effecit, vt nõ eos ſo-
lùm qui in vrbem irrumpere, ſed illos etiam
qui laceſſentibus inſtare hoſtibus cuperent, à
certamine cohiberet Ad hæc verò, cum Cen-
ſorini diſceſſu, qui Romã comitiorum cauſa
deceſſerat, maioribus animis Pœni ſumptis,
ſumma vi ex vrbe ſilentio noctis egreſſi, ca-
ſtra Romanorum infeſta redderent: Scipio è
portis caſtrorum egreſſus, ijs quæ longiùs à
prælio aberant, cùm impetum in Carthagi-
nenſes feciſſet, eos tum repentina eruptione
adeò exterruit, vt extempiò caſtra Romano-
rũ reliquerint, & intra mœnia ſe receperint.
Paucis etiam pòſt diebus, cùm Carthaginen-
ſes Romanarum nauium præſidium inuaſiſ
ſent, ſimulque ciues in vrbe ad arma concla-
11 mauiſſent: Scipio, † Manilio ſe, quòd clamo
ris cauſam ignoraret, caſtris tenente, magno
animo trepidãtes cohortes ſuas educit: tum
quoſdam cum accenſis facibus præire iubet,
non vt per noctem acie dimicaret, ſed vt illis
tumultuoſiùs omnia peruagantibus maioris
ſpeciem multitudinis offerret, atque terro-
rem hoſtibus incureret. Quo facto hoſtes per-
territi, ſtatim nauium oppugnatione omiſſa,
in vrbem refugerunt. Intereà M. Manilius
caſtra contra Aſdrubalem mouere cùm ſta-
tuiſſet (is tum ad Nepherim vrbem cum exer
citu erat) peregrè id Scipio patiebatur. Vide-
batur enim Imperatori, per anguſta ac diffi-
cilia quædam loca exercitum eſſe ducẽdum.
Cùm autem promotis copijs, ad ipſa Aſdru-
balis caſtra per tria fere ſtadia perueniſſent,
ac flumen quoddam traijciẽdum eſſet, de re-
ceptu ſuorum cogitans, ſe anxio eſſe animo
dixit. Ea verò res ſollicitum Scipionem ha-
bebat, quòd alio tempore atque alio ordine
in Aſdrubalem mouendùm fuiſſe cenſebat.
tribunis autem reliquis repugnãtibus, mini-
meq́; vicino iam hoſti cedendum arbitranti-
bus, ne ſi pedem referrent, ab hoſtibus quaſi
metu fugientes, à tergo inuaderẽtur: monuit
Cõſulem Scipio, † vt ſe ſaltem ante fluuium 12
valli præſidio cõmuniret: quo ſe, ſi fortè pel-
leretur, recipere ſtatim ac ſine periculo poſ-
ſet. Quod conſilium ita ab illis irriſum eſt, vt
quidam etiam ex ijs gladium ſe abiecturum
eſſe diceret, ſi Scipio, non Manilius impera-
ret. Eorum ergo auctoritatem ſequutus Ma-
nilius, fluuium traijcere ſtatuit. Quo facto, re-
pentè cum occurrente ſibi Aſdrubale ad ma-
nus venit. Aſdrubal autem poſtquàm vario
vtrinque prælio dimicatum eſt, ſuas in caſtra
copias, vbi à Romanis legionibus nihil acci-
pere detrimenti poterat, ſibi reducendas, nul-
lamque Romanis copiam dandã eſſe pugnæ
putauit: ratus, id quod res monebat, Roma-
nos inopia commeatus ex ijs locis mouere ſe
coactos, ſibi in ipſo flumine traijciendo occa
ſionem ad eos adoriendos vel maximam da-
turos. Itaque obſeruato diligenter eo tempo-
re, quo ipſi pedem referentes in ipſo tranãdo
flumine impediti eſſent, atque ordines pro-
pter anguſtias vadorum interrupiſſent, edu-
ctis copijs, vndique eos incautos inuadit, eoſ-
demq́; ſecum dimicare vel iniquiſſimo loco
compellit. Scipio autem cùm rem Roma-
nam in ſummo diſcrimine verſari videret,
haud ſibi moram interponendam, ad ſuos
quoquo modo poſſet ſubleuandos, ratus, ſa-
nis, vt in re trepida potuit, ſalutare conſilium
† cepit: ad trecentos equites, quos ſecum ha- 13
bebat, alijs quos maximè potuit conuocatis,
omnes in duas partes diſtribuit, mandauitq́;
vt alij iacula, ſagittasq́; in hoſtes conijcerent:
alij interim ijs qui defeſſi iaculando eſſent,
recentes integrique ſuccederent. atq; ita or-
be quaſi quodam mutua pugnantium com-
mutatione prælio certaretur: ipſe ad omnes
partes adequitans, omnem pugnam fortitu-
dine atq; conſilio ſuſtinebat. Cùm iuſſa dili-
gẽtiſſimè fortiſſimeq́; ab omnibus fierent, gra
niusq́; premi iam Aſdrubal videretur, eos qui
flumen tranſibant, relinquere coactus, ſe to-
tum in Scipionem cõuertit. Ita illis commo-
dè fluminis traijciendi ſpacium datum eſt.
Scipio pòſt ſe fortiſſimè ab Aſdrubalis impe-
tu liberauit. In ea pugna multi Romani deſi-
derati ſunt: inter quos tres potiſſimũ tribuni,
ex ijs quibus pręlium maximè committi pla-
cuerat, ceciderunt. Intereà Romanis, poſtquã
in caſtra peruentum eſt, cohortes octo, quę ſe
à flumine pręlij eius initio, in editum collem
quendam ſubduxerant, ab Aſdrubale obſi-

Scipionem mox affore. inde equitibus alijs
ſuper alios miſſis, qui Piſonē ad opem Man-
cino ferendam excitent: ipſe militibus in na-
ues impoſitis, Vtica ſoluit. Mancinus prima
luce Carthaginenſibus ex omni parte vrgen-
tibus, quingentos, quos ſolos in armis habuit,
duobus hoſtium millibus à fronte oppoſuit.
iamque vulnere accepto à muris pulſus, pro-
fligari videbatur: cùm ſubitò Scipionis naues
citato curſu in Pœnos cōtendentes apparuê-
re. Quibus conſpectis Carthaginenſes, qui à
captiuis de Scipionis aduentu edocti erant,
ſubſtitêre. Exercitum ſtatim Scipio exponit,
& nō procul Carthagine caſtra metatur. Pœ-
ni ex muris per ſtadia quinque progreſſi, val-
lum iaciunt: in eoque ſpacio Aſdrubalem &
Bythiam collocant, quorum vnus ſex millia
peditū habebat, alter mille equitibus inſtru-
ctus erat. Scipio autem cùm exercitum à Pi-
ſone acceptum, luxui, auaritiæ ac deſidiæ de-
22 ditum videret: antè, ſe eum ſibi emendandum
conſtituit, quàm cum hoſtibus ad pugnam a-
liqua ratione deſcenderet. Pòſt autem inſi-
dijs per noctem potiris, Megara, qui locus vr-
bis eſt ampliſſimus, aggreſſus eſt, & cepit. Po-
ſtridie eius diei Aſdrubal Megaram captam
23 indignè ferens, captiuos † omnes Romano-
rūm in muris ſtatuit, eo maximè in loco, quo
à ſuis facilè videri poſſent: eoſque ibi crude-
liter per contumeliam Romanorum varijs
generibus tormentorum excruciatos inter-
fecit. Quibus confectis Scipio ratus Cartha-
24 ginem † niſi obſidione expugnari non poſſe,
eam quoad potuit circumuallauit: & Iſthmū
omnem complectens à mari vſque ad mare,
per iactum teli foſſa muniuit. ea perfecta, al-
teram è regione continentem verſus eduxit.
duas alias ſimiles à lateribus addidit, in me-
dio turrim excitauit, vt inde q; in vrbe fierēt,
proſpiceret. Quibus comparatis, Scipio intra
ſpacium illud copias deduxit, ita vt vno tem-
pore & caſtra metaretur, & hoſtes obſidens
omni commeatu terra marique interclude-
ret: atque hinc malorum omnium fons In
Carthaginēſes manauit. Nam cùm maxima
ex agris in vrbem multitudo refugiſſet, neq;
commeatus quidquam, aut terra propter mu-
nitiones, aut mari propter claſſem Romano-
rum ſupportaretur, res eos frumentaria defi-
cere cœpit. In has neceſſitates coniecti, mari
omninò interclusi & prohibiti ſuis rebus dif-
fidere cœperunt. Haud tamen his caſibus fra-
25 cti † animum abiecerunt, ſed portum alte-
rum ex contraria parte magno mulierum &
puerorum vnà perpetuò laborantium ſtudio
ſuffoderunt: ac triremes, quinqueremes, alia
que complura paratiſſima nauigia, atq; omni
genere armorum inſtructiſſima in mare e-
duxerunt, nō ſine magno Romanorum ter-
rore. Ab vtraque itaque parte concurſum eſt:

eaque pugna, † cùm remigum vtrinque ac 26
gubernatorum, militumque virtus atque au-
dacia eniteret, ad ſolis vſq; occaſum magna
contentione perducta eſt. Eo prælio ad noctē
dirempto, Carthaginēſium naues, quotquot
incolumes fuere, vrbem petierunt. Lembi
verò regredientes cùm nauigandi ſe veloci-
tate interclusiſſent, à maioribus Romanis na-
uibus occupati, cùm progredi nōn poſſent,
aggerē petiêre. Is locus ante mœnia vrbis fuit
ampliſſimus, in quo pacatis rebus negotiato-
res onera ſua exponere cōſueuerant. Verùm
imminente bellō in anguſtiorem formam
redactus fuerat, ne hoſtes patenti in loco ſub
muris aliquando verſarentur. Huc ergo ob
portus inopiam delati, conuerſo impetu præ-
lium inſtaurarunt, cùm alij ab aggere, alij è
nauibus pugnarent. ac Carthaginenſibus qui-
dem conſiſtentibus, & leuis nauigatio, & fa-
cilis pugna Romanis erat. Cùm autem re-
grederētur, difficili grauiorum nauium ſua-
rum agitatione magna ſæpè incommoda à
circumcurſantibus Pœnis accipiebant. Sci-
pio itaque poſtridie aggerem aggreſſus, & ad-
hibitis machinis partem muri deturbauit.
Pœni & multis malis defeſſi, & in ſummam
inopiam rei frumentariæ adducti ac coiecti,
extrema † queque tentanda ſibi eſſe putantes, 27
è muris ad ipſas munitiones Romanorū In-
cendendas erumpunt. Re à Romanis perce-
pta, fit atrox prælium, cùm ab vtraque parte
multi & vulnerarentur & caderent. Pœno-
rum autem virtus incredibilis, atque animi
magnitudo excellētiſſima fuit. quorum cùm
in ora pectoraque aduerſa gladij eſſent, tela q;
multa coniecta, non antè tamen pugnare de-
ſtiterunt, quàm aut opera ſucceſa, aut pulſos
loco Romanos conſpexerunt. Turbatis igi-
tur ex hoc tumultu rebus, & orta tali in ca-
ſtris trepidatione, qualis nunquàm antea ex-
titiſſet: Scipio equo accurrens, ac terrorem
mortis terga vertentibus iniiciens, plurimos
conſeruauit. Pœni incenſis operibus in vrbē
ſe recipiunt: poſtridie murum, qui labefacta-
tus erat, inſtaurant, turreſque plurimas ſuper
ipſum ædificant. Romani etiam alias machi-
nas comparant, aggerem validiſſimum con-
tra turres extruunt. Aggere Pœnorum poti-
tus Scipio, eum foſſa & muro lapideo ſepſit:
in eoque quatuor millia hominum ſtatuit,
qui hoſtium incurſiones reprimerent, quorū
multa cum iis è muris dimicātibus prælia ex-
titerunt. Atque hoc modo æſtas ab vtriſque
traducta eſt. App. Florus.

Anno Vrbis 607. ineunte hyeme, cùm plu-
rimi in Africa Pœnos commeatu cæteriſq;
rebus iuuarent, Scipio eos è medio tollendos
ſtatuit. Dimiſſis itaque in hyberna militibus,
ipſe in Diogenem, qui Aſdrubali fauebat, Ne-
pherim verſus per ſtagnum contendit: &

poſitis ab eo caſtris, ad ſtadia duo, Guluſſam
ijs præfecit, qui cum Diogene dimicaret, Ipſe
intereà modò Carthaginem, modò Nephe-
28 rim petens, bellum † ſumma ſapientia admi-
niſtrabat. Pugnat paulò pòſt ad Nepherim,
Diogenemq́ue caſtris exuit, & Pœnos in fu-
gam pellit: eo prælio ad ſeptuaginta millia
hominum cum inutilibus cæſa dicuntur, de-
cem millia capta, quatuor euaſerunt. capta
29 inde † Nepheris eſt, poſt duos & viginti dies,
poſtquàm obſideri à Scipione cœpta eſſet.
Qua victoria cùm cōplures Libycæ ciuitates
ad eum deficerent, ad Carthaginem expugnā
dā accenſus eſt: quę iam viribus attenuata, &
media ferè conſumpta erat: Cothonem por-
tum, ex quo totam expugnationem inſtitui
poſſe putabat, aggreſſus, Aſdrubale quātum-
uis ſe opponente, occupat: & Pœnos partim
cædit, partim capit. Pauci in vrbem ſe con-
ijcientes, vix mortis periculum euitarunt.
Cothone occupato, omnem prorſus com-
meatum intercipit. Poſt hæc, quòd nox ſub-
erat, & milites ex ſuperioris diei labore fati-
gati erant, ſub armis tota nocte quieuit.
Vbi illuxit, facta in muros vrbis qua par-
te ceciderant, impreſſione, vrbem fruſtrà
30 renitentibus Pœnis † ingreditur, cum gra-
nioris armaturæ militum quatuor millibus.
Irruptione eius in vrbem, magna Carthagi-
nenſium pars in Byrſam arcem confugit, &
pugnare incipit. Scipio tribus partibus illato
incendio vrbem vaſtat. Vrbis autem intereà
deflagrantis, cùm per ſe ſatis miſer, tum verò
miſerior ac terribilior aſpectus erat, quòd ig-
ne omnia peruagante, ædes ſæpè finitimæ in-
cendium præuertentes, ſua ſponte corruebāt,
ſuaq́ue ruina ingentem fragorem edebant:
eumq́ue ijs ſenes, pueri, mulieres, cæteraq́ue
turba eorum qui pauore ſe intra tecta conie-
cerant, aut ſemianimes, aut ſaucij, aut afflati
incendio procumbebant. Rem multò acer-
biorem effecit, quòd foſſæ reliquaq́ue depreſ-
ſa vrbis loca mortuis viuentibusq́ue ſine di-
ſcrimine ſumma crudelitate replebātur. At-
que hæc ſex quidē dierum ſpacio geſta ſunt.
Intereà qui in arce erant, & ira deûm & dire-
ptione vrbis perculſi, legatos ad Scipionē de
deditione mittūt: & ad pedes eius ſe abijcien-
tes, fidem & miſericordiam implorant. Sci-
31 pio † habitu & precibus ſupplicantiū motus,
omnibus prærterquàm fugitiuis ac transfugis
copiam exeundi fecit. Egreſſa ſunt ad quin-
quaginta millia hominum. primum agmen
mulierū in primis miſerabile fuit, ad 20. mil-
lia: alterum virorum, ad 30. millia. Oroſius
11. Transfugæ Aeſculapij templum occupant,
& ſalute deſperata incendunt, ac ſe in ignem
32 conijciunt. Aſdrubal † confugiens, Scipioni
ſupplex factus & cōſeruatus, paulò pòſt mor-
tem ſibi conſciuit. Vxor eius prius interfectis
tribus liberis, & in ignem coniectis, ſe flam-
ma quoque conſumpſit. A multis traditum
eſt, decem & ſeptem dies arſiſſe. His rebus ge-
ſtis Scipio nauem ſpolijs ornatam Romam,
nunciatum victoriam miſit: pòſt hæc ſacrifi-
cia ludosq́ue fecit, ac fugitiuos omnes, quos
capere potuit, beſtijs dilaniādos obiecit. Ro-
mæ hac victoria audita, ingens gaudium or-
tum: ſupplicationes, ſacrificia dijs immorta-
libus facta ſunt: ludi & certamina edita. Miſſi
decem legati, qui cum Scipione Africam
prouinciam conſtituerent: & ſi quid eſſet vr-
bis, diſturbarent. Quibus rebus perfectis, Sci-
pio Romam tranſportato exercitu, † trium- 33
phum egit, auro, ſtatuis, omnibusq́ue monu-
mentorum generibus ornatiſſimum: argenti
quater millia, quadringenta & ſeptuaginta
millia pondo præ ſe tulit. Plin. lib. 13. Et Afri-
cani nomen, vt auus ei⁹ fecerat, ſibi vindica-
uit: haud dubiè ad interitum Carthaginis na-
tus. Hæc omnia ex Appiano, Oroſio, Floro,
Eutropio, Epitomis, alijs. Quartodecimo
anno poſt deletam Carthaginē, vrbem Nu-
mantiam † in Celtiberia ſitam, ad quam Ro- 34
mani exercitus aliquoties trucidati fuerant,
excidit: non minori terrore, quàm Cartha-
ginem. Ciues enim, inopia rei frumentariæ
conſumpti ferè, ne ſuperſtites vrbe rebusq́ue
omnibus perditis & amiſſis manerent, incen-
dio ſe cum vrbe perdiderunt: vtraque inſigne
inconſtantiæ fortunæ, rerumq́ue humana-
rum mutationis exemplum relinquens. De-
leta eſt autem Carthago † ſeptingenteſimo 35
anno, quàm erat cōdita. Liuius lib. 51. Solinus
dicit anno 737. Euſeb. anno 668. Condita verò
fuit 72. annis antè quàm Roma. Iuſtin. lib. 19.
De hoc excidio Carthaginis refert Valerius
dixiſſe Q. Metellum, illam victoriā, qua Car-
thago deleta eſt, neſcire, bonine plus an mali
attuliſſet. Val. cap. 2. lib. 7. Vide Ciceronem
lib. 1. Offic. Plin. cap. 9. lib. 7. & cap. 18. lib. 15.
Plutarch. In Catone: & Auguſtin. cap. 30 lib.
1. de ciuitate Dei. Hoc bellum Punicum ter-
tium deſcribunt Florus cap. 48. & 49. Appian.
in Libyc. Auguſtin. cap. 21. lib. 3. de ciuitate
Dei. Plutarchus in vita Catonis Cenſorij.
Eutrop. 3. 4. Oroſius cap. 22. & 23. Plinius cap.
58. de Viris illuſtrib. Iuſtin. lib. 18. & 19. De bel-
lo Numantino, vide Florum 55. & ſeq. Oro-
ſius cap. 6. lib. 5. Eutrop. cap. 3. libri 4. Val. cap.
2. lib. 2. cap. 2. lib. 3. cap. 6. lib. 7. Auguſt. cap. 21.
libr. 3. de ciuitate Dei. Front. in cap. 1. libri
quarti.

De rebus geſtis domi.

Domi habitus fuit † iuris peritiſſimus. Fuit 36
enim ex his qui tranſuerſo foro ambulabāt,
& conſilij ſui copiam omnibus faciebant.
Scripſit libros tres de Iure ciuili, ex quibus
multa, præſertim de venalium vendēdorum
legib.

legibus & actionibus, ac veterum verborum proprietatibus, à Cicerone & Varrone citantur. Præterea orator prudens eſt habitus. Denique præter egregia multa, taræ dignitatis, ſacrorum etiam Pontificalium peritiſſimus fuit.

Refert Valerius Maximus inſigne ſeueri-
37 tatis paternæ † exemplum de eo. Nam cùm ad Senatum Macedonia de filio eius detuliſſet, quòd pecunias cepiſſet: à P. conſcriptis pater Manlius rogauit, ne quid ſtatuerent, antequam & Macedonum & filij cauſam audiuiſſet. Summo deinde tum ampliſſimi, tum etiam eorum qui queſtum venerant conſenſu, cognitione ſuſcepta, domi conſedit: ſoluſque vtrique parti per totum biduum vacault. Tertio die pleniſſimè diligentiſſimeque auditis teſtibus, ita pronnnciauit: Syllanum filium meum, pecunias à ſocijs accepiſſe, mihi probatum cùm ſit: neque talem fuiſſe in Imperio, quales maiores mei fuerint: & Republica eũ, & domo mea indignũ iudico, protinuſq; à cõſpectu meo abire, nec redire vltrà iubeo. Tam triſti patris ſenrentia perculſus filius, lucem vlterius intueri nõ ſuſtinuit, ſuſpendio. que ſe proxima nocte conſumpſit.

CAPVT XXII.

M. Brutus.

SVMMARIA.

1 *Iunia familia Romana antiquiſſ.*
2 *Brutus Iuriſconſultus, eiuſq; libri: item de filio eiuſdem, num. 4.*
3 *Quæſtio iuris perpetui, & vniuerſi generis, non hominũ nomina, ſed rationes & argumenta deſiderat.*
5 *Craſſi iocus de Bruti libris, & filio illius Bruto iuniore, nume. 6.*

INTER Romanas familias, antiquitate;
1 Iunia † nulliscedit. Ilio enim oriundi Iunij, cum Aenea profugo Italiam petiêre, ab eoque ſemper tempore in magna fuiſſe autoritate, dubium non eſt. Nam L. Iunius Tarquinia, Tarquinij Priſci regis filia, natus eſt: primuſque conſulatu familiam illuſtrauit. Hic ſumpto de ſuis filijs ſupplicio, finem familiæ dediſſe exiſtimatur. Iunioſque & Brutos, qui poſtea extiterint, plebeios fuiſſe, ſunt qui tradunt. Poſt primum Conſulem Brutum, vſq; ad annum Vrbis 414 nulli huius nominis, vel ob rei militaris peritiam, vel magiſtratus Initos clari fuêre. Primus D. Iun. Brut. celebritatem genti denuò attulit: nam & magiſter equitum fuit Q. Publilio Philone dictatore: & Conſul factus eſt anno Vrbis 427. Hunc inſequuti ſunt plurimi: Iunius Brutus Bubulcus, Libones, Peræ, Pulli, Syllani: & noſter M. Bru-
2 tus † Iureconſultus. Geſſit hic præturam ſolummodò, & ideo nihil celebre aut inſigne de eius geſtis fertur. Scripſit de iure ciuili libros tres, vt teſtatur Cicero in libro ſecundo de Oratore. De his ſic ait Cicero: Verùm hoc, vt dixi, nihil ad me. Illud ad me, ac multo etiam magis ad vos, Cotta noſter, & Sulpiti, quo modo nunc ſe iſtorum artes habent, pertinet. ſcenda eſt multitudo cauſarum: eſt enim infinita. Si in perſonis ponitur, quot homines, tot cauſæ: ſin ad genetum vniuerſas quæſtiones referuntur, ita modicæ & paucæ ſunt, vt omnes eas diligentes & memores, & ſobrij oratores, percurſas animo, & propè decantatas habere debeant: niſi fortè exiſtimatis à M. Curio cauſam didiciſſe L. Craſſum, & ea re multa attuliſſe, quamobrem poſthumo non nato, Curium tamen hæredem Coponij eſſe oporteret. Nihil ad copiam argumentorum, neque ad cauſæ vim ac naturam nomen Coponij ac Curij pertinuit: in genere erat vniuerſo rei negotijque; non in tempore ac nominibus omnis quæſtio, cùm ſcriptum ita ſit: Si mihi filius gignitur, iſque prius moritur, & cætera, tum vt mihi ille ſit hæres. Si natus filius non ſit, videaturne is qui filio mortuo inſtitutus hæres ſit, hæres eſſe? Perpetui iuris, &
vniuerſi generis quæſtio, † non hominum no- 3
mina, ſed rationem dicendi, & argumentorum formas deſiderat. In quo etiam iſti nos Iuriſconſulti impediunt, à diſcendoque deterreut. Video enim in Catonis & Bruti libris nominatim ferè referri, quid alicui de iure, viro aut mulieri reſponderint: Credo, vt putaremus, in hominibus, non in re, conſultationis, aut dubitationis cauſam aliquam fuiſſe: vt quod homines eſſent innumerabiles, debilitari à iure cognoſcendo, voluntatem diſcẽdi ſimul cum ſpe perdiſcendi abijceremus. Hæc Cicero.

Præterea ſedulitatem adhibuit, vt multa verba quæ iam maioribus fugitiua obliuione
prærepta fuerant, retraheret. Filium † habuit 4
qui magiſtratus non petiuit, ſed accuſator fuit vehemens & moleſtus: vt facilè cerneres, naturale quoddam ſtirpis bonum degeneraſſe vitio deprauatæ voluntatis. Hunc filium mirificè vexauit Craſſus, vt Cicero refert in lib. 2. de Orat. Nam cùm Brutus duos lectores excitaſſet, & alteri orationem Craſſi de colonia Narbonenſi legendam dediſſet, alteri de lege Seruilia: & cum contraria inter ſeſe de Repub. capita contuliſſet, Craſſumq; quòd primus peregrini marmoris columnas ad Palatinas ædes ſuas inſtruendas aduexerat, Ve-
nerem Palatinam appellaſſet: Craſſus † face- 5
tiſſimè tres patris Bruti de iure ciuili libellos, tribus lectoribus legendos dedit. In libro primo ita erat: Fortè euenit, vt in Priuernati eſſemus tum Craſſus: Brute, teſtificatur pater, ſe tibi Priuernatem fundum reliquiſſe. Deinde ex libro ſecundo: In Albano eramus ego & M. filius. hic Craſſus: Sapiens videlicet

homo cùm primis noſtrę ciuitatis, notat hũc
gurgitem: metuebat, ne cum is nihil haberet,
nihil ei eſſe relictum putaretur. Tum ex libro
tertio: In Tiburti fortè aſſedimus, ego & M. fi-
lius Craſſus hoc loco: Vbi ſunt ij fundi Bru-
te, quos tibi pater publicis commentatijs cõ-
ſignatos reliquit? Quod niſi puberem te, In-
quit, iam haberet, quartum librum compo-
ſuiſſet, & ſe etiam in balneis locutum cum fi-
lio, ſcriptũ reliquiſſet. Nam fortè nuper Bru-
tus filius balneas paternas vendiderat: vnde
6 Ille etiam eiuſdem Craſſi † iocus. Cùm enim
ſe Brutus ſine cauſa ſudare, in facili & aperta
cauſa diceret: MInimè mirũ, inquit Craſſus,
modò enim exiſti de balneis.

CAPVT XXIII.

M. Brutus, M. Bruti qui Cæſarem interemit, pater.

SVMMARIVM.

1 M. Brutus orator & Iuriſperitus, Marianas partes ſecutus, à Pompeio interfectus. num. 2.

1 CIcero non modò hunc acutum † orato-
rem fuiſſe narrat, ſed etiam Iuris publici
& priuati peritiſſimum: Marianas ſequutus
eſt partes, & cum Pompeio adoleſcente con-
flixit. Deinde prætor factus: & Marianas ad-
2 huc partes † ſectatus, à Pompeio comprehen-
ſus, ad Rhegium interfectus eſt. Vide res ge-
ſtas, & hiſtoriam huius belli apud Flor. lib. 77
& ſeq. Eutrop. lib. 5. per totum. Oroſ. cap. 19. li-
bri 5. Appian. lib. 1. Belli ciuilis. Solin. cap. 40.
Val. lib. 1. cap. 3. & 5. Plutar. in vitis Marij & Syl-
læ. Auguſt. cap. 27. & 28. libr. 3. de ciuitate Dei,
Lucan. lib. 2. Plinium ca. 67. & duobus ſeq. de
Viris illuſtr. Cic. lib. 2. Offic.

CAPVT XXIIII.

P. Mutius Scæuola.

SVMMARIA.

1 Nomina Romani vnde ſoliti ſumere.
2 Scæuola cognomen, vnde in familia Mutiorum.
3 Scæua ſiniſtram manum ſignificat.
4 Mutiorum familia, & præſtantes viri.
5 Gracchi Tribuni pl. ſeditio.
6 Leges Sempronia agraria.
7 Mutius Scæuola Conſul, & Pont. Max. nu. 8.
9 Annales Maximi, qui?
10 P. Mutij Scæuola geſta, mores, & libri in iure ciuili, & nume. 11.
12 Iuriſconſultus quis nominetur, ſecundùm Cicer.

1 APVD Romanos moris fuit, vt ſe nomi-
narent, † vel à nominibus Aboriginum,
vel Troianorum, vel aliorum eiuſmodi po-
pulorum: veluti Fabij, à Fabio Herculis filio:
Pomponij, à Pompone, Numæ regis filio. A-
liàs à prænominibus, nominibus & cognomi
nibus: veluti Lucilij, à Lucio. Aliàs à locis, vr-
bibus, populis: aliàs à re alia. Sic Mutiorum fa-
miliæ, Scæuolæ cognomen Inditum, à † Mu- 2
tio quodam, qui Porſennam regem interfe-
cturus, occiſo ſcriba, quem regem eſſe puta-
bat, comprehenſus, impoſitam altaribus ma-
num, in quibus ſacrificatum erat, exuri paſſus,
& ob id Scæuola dictus eſt. Scæua † enim ſini- 3
ſtram manum ſignificat. Liuius lib. 2. Dionyſ.
lib. 6. Plin cap. 11. & 12. de viris illuſtribus. Eu-
trop. cap. 11. lib. 1. Plutarch cap. 4. Paral. Augu-
ſtin. cap. 18. lib. 2. & cap. 20. lib. 4. de ciuit. Dei,
Lactant. cap. 5. lib. 5. Valer. lib. 3. cap. 3. Martial.
lib. 1. Sil. in 8.

Ex hac itaque familia † non tantum multi 4
præſtantiſſimi viri, quorum vſus in admini-
ſtratione Reipub. fuit, prodierunt: verùm ce-
leberrimi quoque in ciuilis iuris peritia exti-
terunt, quam ſibi quaſi eius gentis propriam
ſingularemq́ue vindicauêre. Primus autem
ex hac gente P. Mutius Scæuola, gloriam in
Iuris ſcientia conſequutus eſt. Fuit verò filius
P. Scæuolę conſulis, Anno 577. Cicero in Bru-
to. Ipſe conſulatum inijt Anno Vrbis 620.
Collegam habuit L. Calpurnium. Caſſiodor.
Faſti Siculi, Velleius. His Conſulibus Reſpub.
Romana, ſeditione à Tito Graccho † tribu- 5
no pleb excitata, vehementiſſimè perturbata
eſt. Tit. Sempronius Gracchus, clariſſima fa-
milia, atque optimis maiorum exemplis, tri-
bunus pleb. ad aucupandam popularem au-
ram legem † tulit inuitis Senatoribus atque 6
equitibus: Ne quis ex agro publico plus quàm
500. iugera poſſideret. Cui cùm M. Octauius
collega, cauſam diuerſæ partis defendenti in-
tercederet, in eum furorem exarſit, vt ei pote-
ſtatem lege lata abrogaret: ſeq́; & Caium fra-
trem, & App. Claudium ſocerum, triumuiros
ad diuidundum agrum crearet. Promulgauit
& alteram legem, ſi quis latius agrum patefa-
ceret, vt ijdem triumuiri iudicarent, quà pub-
licus ager, quà priuatus eſſet: deinde cùm mi-
nus agri eſſet, quàm quod diuidi poſſet ſine of
fenſa etiã plebis, quoniã eos in ſummã ſpem
opum erexerat, legem ſe promulgaturum o-
ſtendit, vt ijs qui Sempronia lege agrum acci-
pere deberent, pecunia, quæ regis Attali fuiſ-
ſet, diuideretur. Hæredem autem populum
Rom. reliquerat Attalus rex Pergami, Eume-
nis filius. Tot igitur indignitatibus commo-
tus grauiter eſt Senatus, & ante omnia P. Mu-
tius Scæuola, qui cum in Senatu in Gracchũ
peroraſſet, raptus ab eo ad populum, rurſus in
eum pro roſtris concionatus eſt. Cùm autem
iterum creari Tribunus plebis vellet, quod
cum ſummo Reipublicæ exitio futurum op-
timates arbitrabantur: auctore P. Cornelio
Naſica in Capitolio ab optimatibus occiſus
eſt, ictus fragmentis ſubſelliorum: & inter a-
lios, qui in eadem ſeditione occiſi ſunt, inſe-
pultus eſt in flumen proiectus. De P. Mutio
Cicero ſic loquitur pro Domo: *P. Scipionis*
factum

7 factum ſtatim P.Mutius conſul,† qui in gerē-
da Republica putabatur fuiſſe ſegnior,multis
Senatuſconſultis non modò defendit, ſed et-
iam ornauit.Et pro Plancio: P.Mutius arma,
quæ priuatus P.Scipio ſumpſerat,ea Ti.Grac-
cho interempto, iure optimo ſumpta eſſe de-
fendit.De rebus huius conſulatus, vide Liui-
um lib.60.& 61.App lib.1.belli ciuilis. Et Vel-
leium, Plutarch.in vita Gracchor. Oroſ. cap.
12.lib.5.Flor.58.Valer.Max.lib.1.cap.de ſomni-
js,& multis alijs cap.Gell.cap.13.lib.11. Plin.li-
bro 33.cap.2.& Plin.iun.cap.65.de viris illuſtr.
Auguſt cap.24.lib.3.de ciuitate Dei.

8 Poſt Conſulatum,Pontifex Maximus † fa-
ctus eſt. Huius negligentiam tacitè incuſare
videtur Cicero in lib.2 de Orator. Erat enim
hiſtoria nihil aliud, niſi Annalium cōfectio:
cuius rei memoriæq́; publicæ retinendæ cau-
ſa,ab initio rerum Romanarum,vſque ad Q.
Mutium Pontificem Maximum, res omnes
ſingulorum annorum mandabat litteris Pon
tifex Maximus,efferebatque in album:& pro-
ponebat tabulam domi, poteſtas vt eſſet po-
9 pulo cognoſcendi,qui etiam nunc † Annales
maximini nominantur.

Traditur aliud quoque exemplum,ex quo,
quā in authoritate apud Senatum fuerit,faci-
cilè colligi poteſt.Licinia virgo Veſtalis,ſum
mo loco nata, & ſanctiſſimo ſacerdotio cre-
dita,aram & ædiculam, & puluinar ſub loco
ſacro iniuſſu populi dedicauerat. Hic itaque
P. Scæuola pontifex maximus reſpōdit:quod
in loco publico Licinia dedicaſſet, ſacrum
non videri.

Recitat Cicero ad Herennium de eo,quòd
10 † iudex iniuriarum condemnauerit eum, qui
L.Auſum poetam lædendi gratia in ſcena no
minauerat: cum C. Cælius abſoluiſſet eum;
qui Lucilium poetam in ſcena nominatim
læſerat. Deinde hunc P. Scæuolam memoria
plurimum valuiſſe,in lib.1.de Oratore refert.
Pila quoque, & duodecim ſcrupis atque alea
optimè luſiſſe ſcribitur: Ita vt illo duodecim
calculorū luſu tanta diligentia fuerit, vt cùm
aliquando calculum promouiſſet, eſſetq́; vi-
ctus,dum rus tenderet, repetito totius certa-
minis ordine, quoque loco erraſſet recorda-
tus,redierit ad eum qui cum luſerat.Hæc Val.
Maximus falsò Q Mutio attribuit.

11 Scripſit libros X.de † iure ciuili. Præter lu-
ris ſcientiam, nonnullum quoque locum in-
ter Oratores habuit. Dicebat enim valdè pru-
denter,& acutè: & paulò etiam, quàm multi
æquales ſui,copioſius. P.Craſſum Mutianum
oratorem,& fratrem adoptiuum, in Iuris ſci-
entia inſtituit ita, quantum neceſſarium eſſe
putabat oratorio muneri, nihil vt in eo deſi-
deraretur. Eam autem Iuris peritiam habuit,
vt Cicero Iurecōſultum definiens, ſic ſcribat:
Sin autem quæreretur, quiſnam Iuriſconſul-
tus † verè nominaretur,eum dicerem, qui le- 12
gum,& conſuetudinis eius, qua priuati in ci-
uitate vterentur,& ad reſpondendum, & ad
agendum,& ad cauendum peritus eſſet.Et ex
eo genere S.Aelium,M.Manilium, P.Mutiū
nominatem,&c.

CAPVT XXV.

P.Licinius Craſſus Mutianus.

SVMMARIA.

1 *Licinia familia plebeia ampliſſima.*
2 *P.Licinius Craſſus Diues Mutianus, vnde ſic dictus.*
3 *Craſſus Mutianus ſimul Conſul & Pont. Max. in prælio in-
terfectus in Aſia. num. 4. fuit Iuriſperitiſſimus, & quinque
præcipuis bonis ornatus num. 5.*
6 *Pomponij error de Craſſo.*

Licinia familia † plebeia quidem, ampliſ- 1
ſima tamen ob magiſtratus perfunctos
extitit. Primus in ea P.Licinius Caluus,tribu-
nus militum, non petens, à patribus creatus
fuit, Anno Vrbis 359. Hunc inſequuti ſunt, C.
Licinius Stolo cōſul, Anno Vrbis 392. qui pri-
mus de plebe magiſter equitum factus eſt: Li-
cinius Menenius,Licinius Caluus conſul, L.
Licinius prætor, tribunus milit. M. Licinius
tribun.milit. P. Licinius, qui in Brutios pro-
fectus eſt, & contra Hannibalem miſſus, &
Pont.Max.fuit.P.Licinius cenſor, magiſter e-
quitum,prætor & tribun.milit.P.Licinius Va
rus,ædilis curulis,prætor:& noſter P.Licinius
Craſſus Diues † Mutianus,ſic dictus,quòd ad- 2
optione in Mutiam familiam tranſierat. Vn-
de Scæuolæ frater dicitur à Cicerone,in libro
de Oratore, & in Bruto: & Velleius libro ſe-
cundo,Mutianum eum vocat. Factus eſt ini-
tiò quæſtor, deinde functus eſt ædilitio mu-
nere. primus argento auroque folia imitatus,
coronas dedit. acceſſerunt lemniſci quoque;
quos adijci ipſarum coronarum honos erat;
propter Hetruſcas,quibus iungi niſi aurei de-
bebant. Tiberio Graccho, quem affinitate
cōtingebat (nam C.Gracchus,T.frater,Craſſi
filiam in matrimonio habebat) dicitur in cō-
ſilio fuiſſe. Conſulatum † inde cum L. Vale- 3
rio Flacco adeptus eſt, Anno vrbis,cùm idem
Pontifex Maximus eſſet,620. His Conſulibus
ortum eſt cum Ariſtonico, Eumenis filio ex
pellice,bellum: qui Ariſtonicus poſt mortem
Attali, velut paternum regnum inuaſit Aſi-
am, cum teſtamento Attali regis legata popu
lo Romano,libera eſſe deberet. Aduerſus eū
P.Licinius Craſſus conſul,† cùm idem ponti- 4
fex maximus eſſet, quod nunquam antea fa-
ctum erat,extra Italiam profectus, prælio vi-
ctus & interemptus eſt. Epit.59.& Strabo libro
14. Iuſtinus verò libro 37. paulo aliter obitum
eius deſcribit. Aſia Licinio Craſſo conſuli de-
cernitur,qui intentior Attalicæ prædæ, cùm
extremo anni tempore inordinata acie præ-
lium

llum commiſiſſet, victus, pœnas inconſultæ auaritiæ ſanguine dedit. Eutropius tradit Craſſum interfectum, caput eius Ariſtonico oblatum, corpus Smyrnæ ſepultum Hunc au rem non in conſulatu interfectum eſſe, ſed ſequẽti anno, tradit Obſequens, & Vell. qui ſcribunt, Craſſum ex Aſia decedentem pro conſule interemptum. Multa de eius nece & fortitudine, vide apud Val. lib. 8. cap. 6. Plin. cap. 28. lib. 5. Et de bello Aſiatico hoc, vide Flor. 59. Iuſtin. lib. 36. Strabon. lib. 14. Plin. cap. 11. lib. 33. Val. cap. 2. lib. 5. Eutrop. cap. 3. lib. 4. Oroſ. cap. 7. lib. 5. Appia. in Mithrid. Auguſt. cap. 11. lib. 13. de ciuitate Dei. Acronem Ode 18. lib. 2. carm. Ciceron. in Philipp. 9. Vell. & Obſeq. Euentus belli fuit, vt Andronicus à Craſſi ſucceſſore Perpenna captus, & Romam deductus, in carcere ſtrangulatus ſit.

5 Fuit autem hic P. Licinius Craſſus † iuris peritiſſimus, didicit iuris ſcientiam à P. Mutio fratre: ad cuius libros, cum diſſerendo par eſſe ſummo oratori Galbæ non poſſet, ſemper confugit. Tradit de eo Gellius libr. 1. cap. 13. quòd multis ac præcipuis bonis ornatus fuerit, quinque pręſertim: quòd eſſet ditiſſimus, quòd eloquentiſſimus, quòd nobiliſſimus, quòd iuriſconſultiſſ quòd Pont. Max. Facit eius mentionem ſæpiſſimè Cicero in libr. 1. de Oratore in Bruto, in Academicis quæſtionibus. In Bruto præcipuè ait: P. Craſſum valde probatum oratorem, iiſdem ferè temporibus accepimus, qui & ingenio valuit, & ſtudio, & habuit etiam domeſticas quaſdam diſciplinas. Et in Oratore: P. Craſſus idem eloquens, & iureconſultus. & deinde: P. Craſſus diues, P. Scæuolæ frater, Orator & Iurecõſultus. Maximi tamen animi vir ſuapte manu interfectus eſt, in libro 3. de Oratore. Reliqua quæ ad eius vitam, eruditionem & eloquentiam pertinent, vide apud Ciceronem paſſim in libris de Oratore, & in Bruto. Pomponius ſcribit, à
6 † Cicerone dici hunc Iureconſultorum diſertiſſimũ. qua in re labitur. Nam Cicero in Bruto loquitur de L. Craſſo, M. Antonij æquali. Celebratur præterea huius P. Licinij Craſſi memoria.

CAPVT XXVI.

C. Liuius Druſus.

SVMMARIA.

1 *Liuiorum familia plebeia, ſed illuſtris.*
2 *Druſus Liuius Iuriſconſultus, cæcus.*

ORiundus fuit ex Liuiorum familia, quæ
1 † quidem plebeia: ob magiſtratus tamen tam conſulates, quàm cenſorios, ſæpiſſimè adminiſtratos, ſatis illuſtris extitit. Ciceronis temporibus tres præcipuè oratores in hac familia floruerunt: M. Druſus, C. F. qui in tribunatu C. Gracchum collegam, iterum tribunum fecit: (fuit autem vir & oratione grauis, & autoritate) C. Druſus frater, & M. Druſus auunculus magnus M. Bruti, eius qui Cæſarem occidit.

Ex his igitur tribus, ob iuris peritiam præcipuè celebratur C. Druſus, quamuis Pomponius eum inter Iuriſconſ. minimè referat.

Celebrat autem † iuris ſcientiam eius Va- 2
ler. Max. Ea namque induſtria & ſtudio fuiſſe hominem tradit, vt & ætatis viribus, & acie oculorum defectus, ius ciuile populo benigniſſimè interpretatus ſit, vtiliſſimaque id diſcere cupientibus monumenta compoſuerit. Nam vt ſenem illum natura, & cæcum fortuna facere potuit: ita neutra interpellare valuit, ne nõ animo & videret, & vigeret. Et Cicero in Bruto ait: Domum eius, vt acceperit, cõpleri conſultoribus ſolitam: & cùm quorum res eſſet, ſua ipſi non viderent, cęcum adhibebant ducem.

CAPVT XXVII.

P. Rutilius Ruffus.

SVMMARIA.

1 *Rutiliorum origo vnde.*
2 *P. Rutilius Rufus in iuris ſcientia Mutij auditor: poſteà Tribunus pleb. & Conſul.*
3 *Poſtliminij ius cui olim non competeret.*
4 *Armorum tractandorum ratio, & ars militibus tradita.*
5 *Cimbri & Teutones Romanos inuadunt, & ingenti prælio vincunt.*
6 *Rutilius Rufus Iuriſperitus & orator, exemplum innocentia, ſynceritatis & candoris. nu. 10. 11.*
7 *Stoici in dicendo prudentes, & verborum architecti.*
8 *Innocentia & conſtantia exemplum in Rutilio: qui nihilominus ab ingrata ciuitate in exilium pellitur, & nume. 12.*
9 *Socratis viri ſapientiſſ. & ſanctiſſ. fortitudo animi & conſtantia, cùm accuſaretur.*

REpetunt Rutilij † originem ſuã ex Nau- 1
tia familia, quę euerſa Troia Aeneę protugo ſe adiunxit. In Catalogo conſulum Romanorum & cenſorum plurimi inueniuntur Rutilij, quorum nomina & res geſtæ, in eo quem de familijs Romanis inſtituimus libro, copioſè enumerabuntur. Adoleſcens † audi- 2
uit P. Mutium Scæuolam, ab eoque & iuris ſcientiam, & morum innocentięque opinionem hauſit. Prouectiore ætate Tribunus plebis factus eſt. In tribunatu C. Mancinum procos. qui cum Numantinis proditoriè fœdus inierat, domum reuerſum, & in Senatum ire auſum, extrahi iuſſit. Negabat enim eum ciuem eſſe, cùm memoriæ proditum eſſet: ei, † 3
quem populi Romani iuſſu parer patratus dediſſet, nullum eſſe ius poſtliminij. Deinde conſulatum cum M. Aemilio Scauro, acri homine, & vehementi, petijt: verùm repulſus, Scaurum ambitus accuſauit. Sed à Scauro abſoluto

ſoluto vocatus eſt ipſe in iudicium. Paulo ta-
men pòſt, cum C. Mallio conſulatum obtinu-
it, Anno Vrbis 651. Cicer. in Bruto, & pro Plã-
cio. vbi repulſa in tribunatu accepta, conſula-
tum ſe ait eſſe adeptum. In eo cónſulatu, ar-
4 morum † tractandorum rationem militibus
tradidit: ac nullius ante ſe imperatoris exem
plum ſecutus, ex ludo C. Aurelij Scauri docto
ribus gladiatorum accerſitis, vitandi atq; in-
ferendi ictus ſubtilitatem ac rationem legio-
nibus ingenerauit: virtutemq́ue arti, & artem
rurſus virtuti miſcuit: vt illa impetu hui9 for-
tior, hæc illius ſcientia cautior fieret. Hiſce
5 Coſs. tumultus Cimbricus ortus eſt. Cimbri †
enim, Teutones, Tigurini, & Ambrones, ad
Romanum imperium extinguendum con-
ſpirauerant: quibus ſe oppoſuit M. Aurelius
Scaurus legatus conſulis, pugnatum eſt, victi
ſunt Romani. M. Aurelius conſularis captus,
& interfectus eſt: duo filij conſulis Mallij cæ-
ſi. LXXX. millia Romanorum, ſociorumq́ue
trucidata: LX. millia calonum atque lixarum
interfecta: decem ex omni penitus exercitu ſu
perfuerunt. hoſtes binis caſtris, atque ingenti
præda potiti, omnia peſſundederunt: maxi-
mus non ſolùm luctus, ſed metus etiam fuit,
ne confeſtim Cimbri Alpes tranſgrederen-
tur, Italiamq; delerent. Pugnatum eſt non. O-
ctobr. Plutarchus in Lucullo, in Camillo, in
Apophtheg. De hoc bello Flor. 67. & 68. Plu-
tar. in Mario: & cap. 37. Paral. App. in Celtico.
Eutrop. cap. 1. libr. 5. Oroſ. cap. 16. libr. 3. Euſeb.
Frontin. cap. 5. lib. 1. & cap. 2. lib. 2. Val. Max. ca.
8. lib. 5 Pli. de vir. illuſt. ca. 67. Plin. de hiſt. mul-
tis in locis. Saluſt. in Iugurt. Tacitus, alij.
6 Pręter † iuriſperitiam, non obſcurum quo-
que locum inter Oratores tenuit: ſed in quo-
dam triſti ac ſeuero dicendi genere verſatus
eſt, & natura acer & vehemens. De eo ſic ait
Cicero in Bruto: De Scauro & P. Rutilio bre-
uiter licet dicere, quorum neuter ſummi ora-
toris habuit laudem, & vterque in multis cau
ſis verſatus erat. Ex quo facilè colligi poteſt,
maiorem eius induſtriam in iure reſponden-
do, quàm in oratione & dicendo fuiſſe. Præ-
tereà Stoicæ doctrinæ in primis addictus fu-
it. Præceptorem habuit Panætium, qui & ipſe
diſputando plus quàm dicendo valuit. Om-
7 nes enim ferè Stoici † prudentiſſimi in dicē-
do erant, & id arte faciebant vt architecti pe-
nè verborum eſſent. Inde factum eſt, vt à di-
ſputando ad dicendum traducti, inopes pror-
ſus reperti ſint: vt teſtatur Cicero in libro de
Claris oratoribus. Extant duo inſignia exem-
8 pla † innocentiæ & conſtantiæ in eo. Cùm e-
nim in iudicium magis ordinum diſſenſione
quàm ſua culpa reus à M. Scauro repetunda-
rum nomine vocatus eſſet, conſpirantibus in
eum publicanis, propterea quòd legatus C.
Marij proconſulis, ab eorum iniurijs Aſiam
defenderat: tum nõ modò ſupplex iudicibus
eſſe noluit, ſed nec ornatius aut liberius cau-
ſam dici ſuam paſſus eſt, quàm ſimplex ratio
veritatis ferebat. Qua in re imitatus eſt homo
Romanus & Conſularis, veterem illum So-
cratem, † qui cùm omnium ſapientiſſimus eſ- 9
ſet, ſanctiſſimeq́ue vixiſſet, ita in iudicio capi-
tis pro ſe ipſe dixit, vt non ſupplex aut reus,
ſed vt magiſter aut dominus videretur eſſe iu
dicum. quinetiam cum ei ſcriptam orationē
diſertiſſimus orator Lyſias attuliſſet, quàm ſi
ei videretur ediſceret, vt ea pro ſe in iudicio
vteretur, non inuitus legit, & commodè eſſe
ſcriptam dixit: ſed, inquit, vt ſi mihi calceos
Sicyonios attuliſſes, non vterer, quamuis eſ-
ſent habiles & apti ad pedem, quia non eſſent
viriles: ſic illam orationem diſertam ſibi &
oratoriam videri, fortem & virilem nõ vide-
ri. Ideoq; Cicero appellabat hunc Rutilium † 10
Iureconſ. exemplum innocentiæ: eoque ne-
minem neque integriorem in ciuitate, neque
ſanctiorem fuiſſe dicit. Idem Rutilius Q. Ser-
uium Galbam, quem hominem probè noſſe
& commeminiſſe ſe aiebat, pergrauiter repre
hēdere ſolebat: quòd is L. Scribonio, quæſtio-
nem in eum ferente, populi miſericordiam
concitaſſet: cùm M. Cato Galbæ grauis atque
àcer inimicus, aſperè apud populum Roma-
num, & vehementer eſſet locutus. Quam o-
rationē in Originibus ſuis expoſuit ipſe. Re-
prehendebat igitur Galbam Rutilius, quòd is
C. Sulpitij Galli, propinqui ſui, Q. Pupilium fi-
lium ipſe penè in humeros ſuos extuliſſet, qui
patris clariſſimi recordatione & miſeria fle-
tum populo moueret, & duos filios ſuos pa-
truos tutelæ populi commendaſſet, ac ſe, tan-
quam in procinctu teſtamentum faceret, ſine
libra atque tabulis, pop. Roma. tutorem inſti-
tuere dixiſſet illorum orbitati. itaq; cū & inui
dia & odio populi tum Galba premeretur, his
quoq; eum tragœdijs liberatū ferebat. Quod
Item apud Catonem ſcriptum eſſe video: Ni-
ſi pueris & lachrymis vſus eſſet, pœnas eū da-
turum fuiſſe. Hæc Rutilius valde vituperabat,
& huic humilitati dicebat vel exilium fuiſſe,
vel mortem anteponendam. Neque verò
hoc ſolum dixit: ſed ipſe ſenſit, & fecit. Dein-
de admirabile quoque exemplum † ſincerita- 11
tis, & candoris præbuit. Cùm enim aliquan-
do amici cuiuſdā iniuſtæ rogationi reſiſteret,
iſq; indignatus dixiſſet, Quid ergo mihi ami-
citia tua, ſi nihil abs te impetro, opus eſt? re-
ſpondit Rutilius: Imò, quid mihi tua, ſi pro-
pter te inhoneſti aliquid facturus ſum? Tan-
dem hic Rutilius cùm multa, tametſi falsò,
de ſe audire cogeretur, vir totius æui, nõ mo-
dò ſui ſeculi, ſanctiſſimus, innocentiſſimus
& temperãtiſſimus, † ab ingrata ciuitate, ma- 12
gno & forti animo in exilium ſeceſſit. Ita e-
nim damnationem ſuam tulit, tanquam illi
nihil

catis pedibus mirabili modo, hoc poſtea re-
medio vſus eſt.

CAPVT XXXI.

L.Cælius Antipater.

SVMMARIVM.

1 *Cælius Antipater, eloquens & Iuriſperitus: eius encomium ex Quintil. num. 2.*

VIxit hic tempore Ciceronis, & Craſſo fa
miliariter vſus eſt. Maiorem ex eloquen-
1 tia,† quàm Iuris ciuilis peritia, laudem meru-
it & aſſecutus eſt. De hoc ſic ait Cicero in Bru
to: L.Cælius Antipater, ſcriptor (quemadmo-
dum videtis) fuit, vt temporibus illis, luculen-
tus, Iuris valdè peritus: multorum etiam, vt
L.Craſſi magiſter. Et Quintilianus libr. 10. de
2 eo ſic ait: Multùm ingenij in † Cælio, & præ-
cipuè in accuſando, multa vrbanitas: dignuſ-
que vir, cui & mens melior, & vita longior
contigiſſet. Inueni qui Cælium præferrent o-
mnibus: inueni qui Ciceroni crederent, eum
nimia cõtra ſe calumnia, verum ſanguinem
perdidiſſe. Sed eſt & grauis & ſancta oratio,
& caſtigata, & frequenter vehemens quoque.
Imitator autem eſt Atticorum: fecitque illi
properata mors iniuriam, ſi quid adiecturus,
non ſi quid detracturus fuit. Hæc Quinti-
lianus.

CAPVT XXXII.

Q. Mutius Scæuola Augur.

SVMMARIA.

1 *Scæuola Augur, & Scæuola Pontifex Max. apud ſcriptores confunduntur: & quomodo diſtinguendi.*
2 *Mutius Scæuola Augur, Iuriſconſultus, Conſul, eiuſq; laudes, fortitudo & conſtantia, nu. 3. 4. 5.*

QVamuis Valer. Maximus, & alij ſcripto-
1 res, hunc † Scæuolam Augurem, & Scæ-
uolam Pont. max. confundant: officio tamen
ac dignitate, & reb⁹ geſtis diſtingui, diuerſoſ-
que eſſe, haud difficulter patet. Fuit autem fi-
lius C. Scæuolæ conſulis, anno 579. Ipſe Con-
ſul factus eſt Anno Vrbis 639. cum Lucio Cæ-
2 cilio. Scæuola itaque Augur, † familiaris fuit
Ciceroni. Docuit enim eum, & L. Craſſum
ius ciuile. Vnde in lib. de Orat. facit eum cum
L. Craſſo differentem, vbi Scæuola eloquenti-
am ciuitatibus perniciosam eſſe contendit, &
plurima detrimenta rebus publicis per homi
nes eloquentiſſimos importata oſtẽdit. Et in
Dialogo de Amicitia, facit eum diſputan-
tem.

Iuuenis Panætium audiuit, à quo Stoicam
philoſophiam hauſit. Deinde Iuriſprudentię
ſe dedidit: in qua præ cæteris ſuis hominibus
laudem eſt conſequutus. Domus enim eius
quotidie maxima conſulentium frequentia,
& maximorum hominum ſplẽdore celebra-
batur. Ita, vt propè habita ſit totius ciuitatis
oraculum.

Deinde in collegium Augurum cooptatus
eſt à Lælio ſocero, C. Vannio altero genero
præterito. Conſulatum † geſſit Anno Vrbis 3
636. Collegam habuit C. Cæcilium. Conſula-
tus eius celebris eſt, ob natalem M. Terentij
Varronis, & triumphum ex Dalmatis.

Laudatur in eo † grauitas, ſapientia, & ani 4
mi magnitudo. Cùm enim Sylla Rempubl.
occupaſſet, Senatumque armatus coegiſſet, vt
Marium hoſtem patriæ iudicaret, nec quiſ-
quam Senatorum voluntati eius reſiſtere au-
deret: ſolus Scæuola interrogatus, reſponde-
re noluit. cumq; truculẽtius minitaretur Syl-
la, in hæc verba prorupit: Licèt, inquit, agmi-
na militum, quibus curiam circumſediſti, mi
hi oſtentes: licèt mortem identidem minite-
ris, nunquam tamen efficies: vt propter exigu-
um ſenilemque meum ſanguinem, Reip. ho-
ſtem Marium iudicem, à quo vrbs & Italia cõ
ſeruata eſt.

Bello etiam Marſico, cùm eſſet ſumma ſe-
nectute, & perdita valetudine, † quotidie ſi- 5
mulatque lucebat, faciebat omnibus conue-
niendi ſui poteſtatem: neque eum quiſquam
illo bello vidit in lecto, ſenexq; & debilis pri-
mus veniebat in curiam. Idem confectus ſe-
nectute, & morbo præpeditus, mancus, & mẽ-
bris omnibus captus ac debilis, cùm propter
Saturnini tumultum Senatus capiẽda eſſe ar-
ma decreuiſſet: haſtili nixus, & animi vim ad
infirmitatem corporis oſtentauit, nec patriæ
ne extremo quidem in ſpiritu defuit. In hunc
Mutium ſæpiſſimè luſit Lucilius poëta Saty-
ricus:

Quam lepidè lexeis compoſta, vt teſſerula omnes
Arte, pauimento atq; emblemate vermiculato:
Craſſum habeo generum, ne Rhetoricoteros tu ſis.

CAPVT XXXIII.

Q. Mutius Scæuola, Pont. Max.

SVMMARIA.

1 *Q. Mutius Scæuola Pont. Max. Conſul & Iuriſperitus.*
2 *Lex Mutia Licinia de regendis in ſua ciuitate ſocijs.*
3 *Craſſo triumphus poſtulatus denegatur.*
4 *Scæuola Conſulis in regenda Aſia integritas, alijs pro exemplo propoſita.*
5 *Mutia, feſtum Aſianorum, vnde?*
6 *Mutius Scæuola Iuriſperitiſſ. & eloquentiſſ.*
7 *Pontifex nemo bonus, niſi qui ius ciuile cognouerit.*
8 *Scæuola eloquentia & iuris ſcientia.*
9 *Trinoctium vſurpationis quomodo computandum.*
10 *Bonæ fidei nomen quàm latè pateat.*
11 *Q. Mutius à Mario occiſus: & eius ſcripta in iure ciuili, & num. 12.*

HIC Mutius † patrem habuit P. Mutium 1
Pont. Max. cuius vitam ſuperius recita-
uimus. Tribunatum initiò geſſit: deinde Coſ.
factus eſt cum Craſſo, viro illo eloquentiſſi-
mo, Anno Vrbis 658. His Coſſ. natus eſt Lucre-

2 tius poëta. Deinde lex lata eſt † Mutia Licinia
de regendis in ſua ciuitate ſocijs. Cùm enim
ſumma cupiditate ciuitatis Romanæ Italici
populi tenerentur, & ob id magna pars eorũ
pro ciuib⁹ Romanis ſe gereret, neceſſaria lex
viſa eſt, vt in ſuæ quiſque ciuitatis ius redige-
tur. Verũ ea lege ita alienati ſunt animi prin-
cipum Italicorum populorum, vt ea vel ma-
xima cauſa belli Italici fuerit, quod poſt trien
nium exortum eſt. Pædian. in Cornelianam,
& Cicero de Officijs: Eſſe pro ciue, qui non ſit
ciuis, rectum eſt non licere: quam tulerunt le-
gem ſapientiſſimi conſules, Craſſus & Scęuo-
la. Licinio Gallia, Mutio Aſia obuenit. Anno
inſequenti L. Craſſus proconſul in Gallia res
3 quaſdam geſſit: triumphum † poſtulans, non
impetrauit. Cic. libro 1. de Inuent. Pædian. ita
in Piſonianam: Craſſo collega fuit Q. Scæuo-
la Pont. max. qui cum animaduerteret Craſ-
ſo, propter ſummam eius in Republ. potenti-
am ac dignitatem, Senatum in decernendo
triumpho, gratificari, nõ dubitauit Reip. ma-
gis quàm collegæ habere rationem: ac ne fie-
ret S.C intercesſit. & apud Val. lib. 3. L. Craſſus
cum ex conſulatu prouinciam Galliam obti-
neret, atque in eam Cn. Carbo, cuius patrem
damnauerat, ad ſpeculanda acta ſua veniſſet,
non ſolùm inde eum non ſummouit, ſed in-
ſuper locum ei in tribunali aſſignauit, nec vl-
la de re niſi eo in conſilium adhibito cogno-
4 uit. Aſiam porrò conſul Scæuola † rexit. Eius
adminiſtrationis illuſtria extant monumen-
ta. Val. lib. 8. ſic ſcribit: Q. Scæuola, quẽ L. Craſ-
ſus collegã in cõſulatu habuit, Aſiã tã ſanctè
& tam fortiter obtinuit, vt Senatus deinceps
in eam prouinciam ituris magiſtratibus exẽ-
plum atque formam officij Scæuolæ, decreto
ſuo proponeret. Pædianus autem in Piſonia-
nam ait: Scæuolam Aſiam prouinciam depo-
ſuiſſe, ne ſumptui eſſet ærario. & in Verrinas:
Q. Mutij Scæuolę quęſtor Rutilius Rufus da-
mnatus, quòd cùm prætore conſenſerit ſuo,
ne Publicani aliquid agerẽt in prouincia ſua,
quo cognito equites Roman. (nam tum ante
Syllana tempora iudicabant) damnauerunt
eum. Hic eſt Mutius, in honore cuius Aſiani
5 feſtum Mutia † nominabant. Et in Epit. 70. P.
Rutilius vir ſummæ innocentiæ, qui legatus
Q. Mutij proconſ. à publicanorum iniurijs A-
ſiam defenderat, inuiſus equeſtri ordini, pe-
nes quem iudicia erant, repetundarum dam-
natus in exilium abijt. Senatuſconſultum prę
tereà factum, ne homo immolaretur: quod
antea religioſiſſimum erat. Plin. lib. 30.
6 Iuris autem † peritiſſimus habitus eſt: nec
in minore exiſtimatione & laude fuit, ob in-
ſignem eloquentiam. De eo ſic inquit Cicero
in Bruto: Ita enim multa tum contra ſcriptũ
pro æquo & bono dixit, vt hominem eloquẽ-
tiſſimum Q. Scæuolam, & in iure, in quo illa
cauſa vertebatur, peritiſſimum, obrueret ar-
gumentorum exemplorumque copia: atque
ita tum ab his patronis æqualibus etiam con-
ſularibus, cauſa illa dicta eſt, cum vterque ex
contraria parte ius ciuile defenderet: vt elo-
quentiam iuris peritiſſimus Craſſus, iuris pe-
ritorum eloquentiſſimus Scæuola putaretur.
Qui quidem cum peracutus eſſet, ad excogitã-
dum quid in iure, aut in ęquo verum eſſet, aut
non eſſet: tum verbis erat ad rem, cum ſum-
ma breuitate mirabiliter aptus. Quare ſit no-
bis orator in hoc interpretandi, explanandi-
que & diſſerendi genere mirabilis, ſic, vt ſimi-
le nihil viderim: in augendo, in ornando, in
refellẽdo, magis exiſtimator metuendus, quã
admirandus orator. Et dicebat ipſe Scæuola,
vt ex patre audiuiſſet: Pontificem neminem
bonum eſſe, † niſi qui ius ciuile cognoſceret: 7
Dixit contra Albutium de pecunijs repetun-
dis. In dicendo habitus eſt percomis & face-
tus. Cùm enim Albutius ad ineptias vſque af-
fectaret Græcum ſermonem, ait: Græcum te,
Albuti, quàm Romanum atq; Sabinum, mu-
nicipem Ponti, Titi, Anni, centurionum, prę-
clarorum hominum ac primorum, ſignife-
rumque maluiſti dici. Græcè ergo prætor A-
thenis, quòd id maluiſti, te, cum ad me acce-
das, ſaluto. χαῖρε inquam Tite: lictores, turba
omnis, cohorsq; χαῖρε. Clariſſima eius oratio
fuit † in iudicio M. Curij, & Coponij apud cẽ- 8
tumuiros. cum enim ita ſubſtitutus eſſet Cu-
rius poſthumo, ſi is antea moreretur, quàm in
ſuam tutelam perueniſſet, Scæuola Coponiũ
ab inteſtato hęreditatem petentem defendit:
negauitque, ſi poſthumus natus non eſſet, lo-
cum ſubſtituto factum. Ita enim ſcriptum eſ-
ſe, vt & naſci eum oporteret, & pupillum de-
cedere. Contra collega eius L. Craſſus, ex bo-
no & æquo ſubſtitutum eſſe admittendum
contendit, etiam non nato poſthumo: quòd
id ſenſiſſe teſtator videretur, vt etiamſi non
natus eſſet poſthumus, admitti tamen ſubſti-
tutum vellet. Vterque verò in ea cauſa ita ſe
iactauit, vt omnium iudicio laudatiſſimi diſ-
ceſſerint. Multa in ea Oratione de teſtamen-
torum iure dixit, de antiquis formulis quem-
admodum ſcribi oportuiſſent. Si etiam non
nato poſthumo ſubſtituere teſtator Curium
voluiſſet, quod ſcriptum eſſet, negligi, & opi-
nione quæri voluntates, & diſertorum inter-
pretatione ſcripta ſimplicium hominum e-
uerti. Multa etiam de authoritate patris, qui
ſemper id iuris eſſe defenderat: Multa quoq;
de conſeruando iure ciuili. Quę quidẽ omnia
tam peritè, ſcienter, breuiter, preſſè, ornatè ex-
plicuit, vt nemo in populo fuerit, qui aut expe-
ctaret, aut dici melius putaret.

Præterea quoque formulam iuriſiurandi
condidit, quo iureiurando in arrogationibus
vteretur. Et dicere ſolitum ferunt, non eſſe
vſurpa-

vſurpatam mulierem, quæ cum Kal. Ianuarij
apud virum matrimonij cauſa eſſe cœpiſſet,
ad diem quartum Kal. Ianuarij ſequentis an-
ni vſurpatam eſſe. Non enim poſſe † impleri
9 trinoctium,† quo abeſſe à viro vſurpandi cau
ſa ex 12. Tabulis deberet: quoniam tertiæ no-
ctis poſteriores ſex horæ alterius anni eſſent,
qui inciperet ex Kal.

10 Fidei bonæ † nomen arbitrabatur patere
latiſſimè: idque verſari debere in tutelis, ſocie
tatibus, fiducijs, mandatis, rebus emptis, ven-
ditis, conductis, locatis, quibus vitæ ſocietas
continetur: in his magni eſſe iudicis ſtatuere,
præſertim cum in pleriſque eſſent iudicia cõ-
traria, quid quemque cuique præſtare opor-
teret.

Refertur de eo: cùm aliquãdo poſtulaſſet,
vt ſibi fundus, cuius emptor erat, ſemel indi
caretur: idq; venditor ita feciſſet, dixit ſe plu-
ris æſtimare. addidit igitur centum millia, ad-
eò à viri boni officio non diſcedebat.

Hic igitur vir ſapientiſſimus & iuriſperi-
tiſſimus & optimus, ante ſimulachrũ Veſtæ,
11 Marij iuſſu, quem ſeruauerat,† trucidatus eſt:
& caput eius in Tyberim proiectum, vt ſcri-
bit Cicero in lib. 3. de Natura deorum. De hoc
ſic Lucanus:

Te quoque neglectum violata Scæuola dextra,
Ante ipſum penetrale deæ, ſemperq; calentes
Mactauere focos: patrum ſed feſſa ſenectus
Sanguinis effudit iugulo, flammiq; pepercit.
Septimus exequitur repetitis faſcibus annus,
Ille fuit vita Mario modus.

Idemque Appianus ſcribit libr. 1. Velleius lib.
2. Florus lib. 3. cap. 23. Valer. lib. 8. & 9. & Cic. in
lib. 3. de Natura deorum.

12 Nunc in † iure ciuili aliqua ex eius libris ex-
tant. Ex libro ſingulari ὅρων deſumpta eſt l. 64.
ff. de acquirendo rerum dom l. 8 de aqua quo
tid & æſt. l. 241. ff. de verborum ſignif. l. 73. ff.
de reg. iur. Et citatur Q. Mutius in l. 3. ff. de pœ-
nu legat. l. 27. ff. de auro argento leg. l. 55. ff. de
legat. lib. 1. l. 30. ff pro ſocio. & l. 2. ff. de orig. iu-
ris l. 4. ff. de vſu & habitatio. l. 1. ff. ſi quadrupes
pauperiem feciſſe dicatur. l. 31. ff. ad leg. Aquil.
l. 5. ff. commod. l. 48. ff. mandati. l. 11. ff. pro ſo-
cio. l. 59. de contrah. emptio. & in l. 66. eod tit.
l. 33. ff. de in diem addictio. l. 75. ff. de euictio l.
3. ff. de tutelis. l. 35. ff. de hæredibus inſtituend.
l. 25. ff. de legatis, lib. 3. l. 7 ff. de annuis lega. l. 9.
ff. de emptione leg. l. 1. ff. de auro argento leg.
l. 34. ff. eodem. l. 1. ff. de aqua pluuia arcenda. l.
23. ff. de liberali cauſa l. 30. ff. de acquiren. poſ-
ſeſſione. l. 1. ff. quod vi aut clam. l. 5. eodem. l.
115. ff. de verborum obligat. l. 76. ff. de furtis. l.
17. ff. de obligat. l. 25. ff. de verborum ſignific.
l. 98. ff. eodem.

CAPVT XXXIIII.

C. Aquilius Gallus.

SVMMARIA.

1 *Aquiliorum familia, & viri in ea præclari.*
2 *Aquilius Gallus quibus parentibus ortus, & à quo ius di-
dicerit.*
3 *Galli Aquilij laudes & virtutes, num. 4. 5.*
6 *Doli mali formula ab Aquilio Gallo prolata.*
7 *Iuriſconſulti non de facto, ſed de iure conſulendi.*
8 *Dolus malus quid ſit.*

ORiundus fuit ex nobili Aquiliorum † a- 1
pud Romanos familia. primus C. Aqui-
lius conſulatum in hac familia iniit, anno vr
bis 266. Et quia Hernici deuicti, cum Volſcis
æquo marte diſceſſum erat; cum collega tri-
umphauit, Sicinius: quia maiore periculo vr-
bem liberauerat, laureatus: Aquilius, quia le-
uius prælium fecerat, ouans ingreſſus: hunc
ſubſequutus eſt L. Aquilius Caruus trib. mili-
tũ, L. Aquilius Pætus augur, Anno Vrbis 147.
L. Aquilius Gallus prætor in Siciliam miſſus,
358. Hoc haud dubiè vel auo, vel patre natus eſt
C. Aquilius † Gallus. Prætura functus eſt cum 2
Cicerone, vt Cicero in oratione pro Cluen-
tio teſtatur. Didicit ius à Q. Mutio Scæuola.
Docuit verò Seruium Sulpitium. Fuit homo
acutus & exercitatus, prompta in agendo &
reſpondendo celeritate præditus. Quia in au-
thoritate ob inſignes virtutes fuerit, facilè cõ
ſtat ex Cicerone, qui C. Aquilio familiariſſi-
mus fuit. Ait Cicero in oratione pro Cecin-
na: Hoc loco percommodè accidit, quòd non
adeſt is, qui paulò antè adfuit, & adeſſe nobis
frequenter in hac cauſa ſolet, vir ornatiſſi-
mus C. Aquilius. nam ipſo præſente, de virtu-
te eius & prudentia timidius dicerem: quòd
& ipſe pudore quodam adficeretur ex ſua lau
de, & me ſimilis ratio pudoris à præſentis lau-
de tardaret: cuius autoritate dictum eſt, ab illa
cauſa concedi nimium oportere. Vereor de
tali viro ne plus dicam, quàm vos aut ſentia-
tis, aut apud vos commemorari velitis. Qua-
propter hoc dicam, nunquam eius authorita-
tem nimium valere, cuius prudentiam popu-
lus † Romanus in cauendo, non in decipien 3
do perſpexerit. Qui iuris ciuilis rationem nũ-
quam ab æquitate ſeiunxerit: qui tot annos
ingenium, laborem, fidem ſuam populo Ro-
mano promptam expoſitamque præbuerit:
qui ita iuſtus & bonus vir eſt, vt natura, non
diſciplina conſultus eſſe videatur: ita peritus
ac prudens, vt ex iure ciuili, non ſcientia ſo-
lum quædam, verùm etiam bonitas nata vi-
deatur. Cuius † tantum eſt ingenium, ita prõ- 4
pta fides, vt quidquid inde haurias, purum li-
quidumque te haurire ſentias. Eiuſdem iudi-
cij & æquitatis ſingularis exemplum celebre
fertur. C. Viſellius Varro, graui morbo corre-
ptus, trecenta millia nummûm ab Octacilia
Lateranenſi, cum qua commercium libidinis
habuerat, expenſa ferri ſibi paſſus eſt: eo con-
ſilio, vt ſi deceſſiſſet, ab hæredibus eam ſum-

mam peieret, quam legati genus eſſe voluit:
libidinoſam liberalitatem debiti nomine co-
lorando. Euaſit deinde ex ea tempeſtate, ad-
uerſus vota Octaciliæ: quę offenſa, quòd ſpem
prædæ ſuæ morte non maturaſſet, ex amica
obſequenti ſubitò diſtrictam fœneratricem
agere cœpit, nummos petendo, quos vt fron-
te inuerecunda, ita inani ſtipulatione capta-
5 uerat. De qua re C. Aquilius, vir † magnæ au-
thoritatis, & ſcientia iuris ciuilis excellens, iu
dex adductus, & adhibitis in conſilium prin-
cipibus ciuitatis, prudentia & religione ſua
mulierem repulit. Quòd ſi eadem formula &
Varro damnari, & aduerſaria abſolui potuiſ-
ſet, eius quoque non dubito quin turpem &
inconceſſum errorem libenter caſtigaturus
fuerit: hanc priuatæ actionis calumniam ipſe
compeſcuit, adulterij crimē publicæ quæſtio-
ni iudicandum reliquit.

6 De dolo quoque † malo formulas protu-
lit, euerriculum omnium malorum, vt Cice-
ro ait in lib. 3. de Natura deorum: & in lib. 3. de
Officijs. Et extat nunc eius formula de poſthu
mis hæredib. inſtituendis, ſub l. Gallus Aqui-
lius, ff. de lib. & poſth. De eo hoc quoque Cice
ro in Topicis tradit: Si quis ad eum qui tale
retulerat, vt de facto quęreretur, ad Ciceronē
7 inquibat: ſignificans, iureconſultos † non de
facto, ſed de iure conſuli oportere.

Et refert idem Cice. Cùm Gallus Aquilius
8 interrogaretur ab eo, quid eſſet † dolus ma-
lus? reſpondit: cùm aliud eſt ſimulatum, aliud
actum. Præter ſingularem igitur in iure peri-
tiam, prudentiam, laborem & fidem, hoc quo
que ipſi acceſſit, quòd inter ſuæ ætatis iurecon
ſultos locupletiſſimus fuerit. Inhabitauit e-
nim ædes, quæ ducentis circiter millibus Ve-
netorum ducatorum æſtimabantur.

CAPVT XXXV.

L. Lucilius Balbus.

SVMMARIA.

1 *Lucilius Balbus Mutij auditor, Stoicus.*
2 *Balbi Lucilij laus, ex Cicerone.*

1 PRodijt & hic ex Q. Mutij Scæuolæ Pon-
tificis max. ſchola. Deditus in primis fu-
it Stoicæ philoſophiæ, in qua tantos progreſ-
ſus fecit, vt cùm excellentibus in eo genere
Gręcis compararetur. Scripſit ad eum Antio-
chus Græcus opus ſuum, ex quo Cicero Balbū
partes Stoicorum in ſuis libris defendentem
2 fecit. In Bruto, vocat eum † hominem doctū
& eruditum: & tum in agendo, tum in reſpō-
dendo, conſiderata tarditate præditum. Fa-
cit quoque eius mentionem in Epiſtolis ad
Atticum, & in libro de Natura deorum. Hu-
ius Lucilij ſcripta ad nos nulla peruenerunt.
Solius Seruij auditoris excellentia illuſtratus
eſt. Huius nominis quoque fuit Lucilius poë-
ta, ætate ſuperior: cuius Cicero facit mentionē
in 2. & 3. de Orat. & in 1. & 2. ad Heren.

CAPVT XXXVI.

P. Octauius Balbus.

SVMMARIVM.

1 *Octauius Balbus iuriſperitus laudatus.*

POmponius inter multos hunc quoque o-
mittit. Cicero tamen in oratione pro Clu
entio, † iuris peritiſſimum, ingenio pruden- 1
tiſſimum fide, religione, officio diligentiſſi-
mum nominat.

CAPVT XXXVII.

Multi alii à Cicerone relati, à Pomponio neglecti.

SVMMARIA.

1 *Pomponius multos iuriſconſultos recenſere omiſit.*
2 *Ciceronis iocus in P. Conſam.*

CIcero ſparſim multos enumerat iuris ſci
entia præſtantes, quos Pomponius † omi 1
ſit. Scripta, quæ nulla extant, eorum memori-
am fortaſſis minuêre. Recenſentur itaque, C.
Aculeo, Craſſo familiaris: & filius eius: Viſel-
lius Varro, cōſobrinus Ciceronis: C Fimbria,
Q Lucretius Viſpillo: C. Bilienus, P. Quintili-
us, M Marcellus, L. Valerius, vir facetus. & Ci
ceroni familiaris: P. Conſa, quem Cicero † ir 2
riſit. Interrogatus de re quadam teſtis, nega-
gauit ſe quidquā ſcire, reſpondit Cicero: For-
taſſe de iure interrogari te putas. Præter iuris
ciuilis peritiam, clari in augurali ſcientia ha-
biti ſunt multi: Appius Claudius, L. Poſthu-
mius, alij, quos omitto.

CAPVT XXXVIII.

Cn. Aufidius.

SVMMARIVM.

1 *Aufidius Iuriſconſultus à Pompon. omiſſus.*

POmponius † hunc omiſit, Cicero verò e- 1
um inter iureconſultos refert. Quamuis
cæcus eſſet, in Senatu tamen ſententiam dice
bat, cùm eſſet prætorius. Nec amicis deliberā-
tibus deerat. Facit huius mentionem Cicero
in orat. pro Domo, itemq; pro Flacco.

CAPVT XXXIX.

C. Iuuentius,

SVMMARIVM.

1 *Iuuentius Iuriſconſultus Mutij auditor, & præceptor Ser
uij Sulpitij.*

VSus eſt hic † quoque Q. Mutio Scæuola 1
Pont max. præceptore. Deinde Seruius
Sulpitius ſub hoc Iuri operam dedit. Facit e-
ius mentionem Cicero, & ait: multum nimis
eum fuiſſe lentum in dicendo, & penè frigi-
dum: ſed & callidum, & in capiendo aduerſa-
rio verſutum. & præterea nec indoctū, & ma-

gna

magna cum iuris ciuilis intelligentia. Fami-
liæ Iuuentianæ res geſtas omitto.

CAPVT XL.
C. Orbius.

SVMMARIVM.

1 *Orbius Iuriſc. auditor Iuuentij.*

1 IVuentij auditor, in † dicendo non nimis
exercitatus: in iure autem ciuili non infe-
rior, quàm magiſter fuit.

CAPVT XLI.
Sext. Papyrius.

SVMMARIA.

1 *Papyriorum familia antiqua paulatim conſenuit.*
2 *Sext. Papyrius Iuriſc. non celebris.*

1 ORiginem habuit ex Papyriorum † fami-
lia, celebri quidem & antiqua, verùm
quæ tandem paulatim conſenuit. Quod in o-
mnibus etiam florentiſſimis rebus euenire ſo
let. Quo enim maiore initio ceperunt, eò fe-
rè minore deſinunt. Habuit Q. Mutium Scæ-
2 uolam in iure † diſcendo præceptorem. Scri-
pris celebritatem nullam conſecutus eſt, ſoli-
us Seruij auditoris citatione illuſtratus.

CAPVT XLII.
P. Seruius Sulpitius Ruffus.

SVMMARIA.

1 *Sulpitiorum familia origo: ex qua Seruius Sulpitius na-
tus.*
2 *Seruius Sulpitius primus Iuris diſciplina artem adhibuit:
& ſubtilitate alios ſuperauit, num. 4. vt principem locum
in iure obtineret, nu 5. Prætor, nu. 6. & interrex, nu 7. &
Conſul, nu. 8. Præfectus Græcia, num. 11.*
3 *Dialectica omnium artium maxima, & quaſi lux.*
9 *Bellum ciuile quomodo & à quo commotum, & à Ser. Sul-
pitio præuiſum & diſſuaſum, & num. 10.*
12 *Ser. Sulpitio in legatione mortuo ſtatua poſita, nu. 17.*
13 *Vita mortuorum, in memoria viuorum poſita.*
14 *Ser. Sulpitij laudes, & Iuris ac iuſtitiæ ſtudium: ac libri de
iure ſcripti, nu. 15. & qua occaſione iuri operam dare cœ-
perit, num. 16.*

1 SVlpitiorum † familia vetuſtate nulli ceſſit
Romæ. Camerio enim primò oriunda
fuit, vnde & Camerini dicuntur. Originem
ſuam à Ioue & Minoe referunt. Horum facta
in familiarum Romanarum commentario
extabant. Habuit noſter Sulpitius patrem Q.
Seruium, equeſtri loco natum. Ipſe adoleſcēs
cum Cicerone Rhodum profectus eſt, & ibi
eloquentiæ exercitationibus ac philoſophiæ
tempus impendit. Deinde cùm ſe videret
eſſe imparem Ciceroni in eloquentia, & faci-
lè ab eo vinci ac ſuperari poſſe, maluit in iure
ciuili primum potius locum quàm in eloquē
tiæ laudibus ſecundum obtinere. Quamuis e-
nim, qui eum præcedebant, magni nominis
viri, Scæuolæ, & alij multi, magnum iuris ci-
uilis vſum haberent: Seruius tamen diſcipli-
næ † iuris omnium primus artem adhibuit. 2
Dialectica enim ratione ius pertractabat, ac
rem vniuerſam in partes diſtribuebat: laten-
tem definiendo explicabat, obſcuram inter-
pretando explanabat: ambiguam primùm vi-
debat, deinde diſtinguebat: poſtremò adhibe-
bat regulā, qua vera & falſa iudicaret, & quæ
quibus propoſitis eſſent, quibus non eſſent cō
ſequentia. Hic igitur attulit Dialecticam, † o- 3
mnium artium maximam, quaſi lucem, ad ea
quæ confusè ab alijs aut reſpondebantur, aut
agebantur. Adiunxit præterea literarum ſciē-
tiam, & loquendi elegantiam: quæ ex ſcriptis
eius, quorum ſimilia nulla ſunt, facilè perſpi-
ci poteſt. Cumque dicendi cauſa duobus peri-
tiſſimis operam dediſſet, L. Lucilio Balbo, C.
Aquilio Gallo, Galli hominis acuti & exerci-
tati promptā & paratam in agendo & reſpon
dendo celeritatem † ſubtilitate diligentiaque 4
ſuperauit: Balbi, docti & eruditi hominis, in
vtraq; re conſideratam tarditatem vicit, expe
diēdis conficiendiſq; rebus: ſic & habuit quod
vterq; eorum habuit, & expleuit quod vtriq;
defuit. Itaq; vt Craſſus videtur ſapientius fe-
ciſſe, quàm Scæuola, (hic enim cauſas ſtudio-
ſe recipiebat, in quibus à Craſſo ſuperabatur:
ille ſe conſuli patiebatur, ne qua in re inferi-
or eſſet quàm Scæuola) ſic Seruius ſapientiſſi-
mè. Cùm enim duæ ciuiles artes, ac forenſes,
plurimum & laudis haberent, & gratiæ, perfe-
cit vt altera præſtaret omnibus: ex altera tan-
tum aſſumeret, quātum eſſet & ad tuendum
ius ciuile, & ad obtinendam conſularem dig-
nitatem ſatis. Quamuis autem facilè princi-
pem locum † in iuris diſciplina inter ſuę æta- 5
tis homines obtinuit, ad ſummas inſuper di-
gnitates euectus eſt: ita quidē, vt dubitare poſ-
ſis, iuriſne ſcientia maiorem laudem, an ex
honoribus & Reipub. adminiſtratione digni-
tatem conſequutus ſit. Quæſturam itaq; cum
L. Murena petijt, priorque renunciatus eſt, &
ſortitus prouinciam Hoſtienſem, quæ quidē
ipſi non tam gratioſa quàm moleſta & nego-
tioſa ſit.

Deinde prętura † longo interuallo pòſt, 6
cum eodē Murena petijt: quam & obtinuit.

In inſequentem annum Conſulatum pe-
tijt: quem cùm obtinere non poſſet, & Mure-
nam ſibi anteponi & præferri videret, accuſa-
tionem ambitus in Murenam per filium inſti-
tuit. Murenæ verò defenſionem Cicero ſuſce
pit: neq; rationem ea in re habuit hominis a-
miciſſimi, Seruij Sulpitij. Ita tamen defendit,
vt Seruius plus glorię ex repulſa quàm corre-
ptores ex adepto conſulatu, retulerit.

Octennio pòſt turbata prorſus Republ. &
nullis Coſ. creatis, † interrex factus eſt, autho- 7
re Senatu: tumultus ſedandi cauſa operā de-
dit, vt Cn. Pōpeius Magnus ſolus Coſ. creare-
tur: ipſumque ad v. Kalen. Mart. menſe inter-

 calario

calario conſulem renunciauit.
8 Anno Vrbis 702. Coſ. † factus eſt cū M. Mar
cello. Caſſiodorus, Appianus, Faſti Siculi. In
conſulatum eius inciderunt initia belli ciui-
lis: quod deinde cauſam præbuit, vt Romana
monarchia laberetur indies, & attenuaretur.
M. Marcellus collega eius, & Cæſaris inimi-
cus. Iulio Cæſari adimere prouinciam Galli-
am ante tempus volebat, contra legem Pom-
peij & Craſſi. idque ad Senatum referebat: né-
ve abſentis in petendo conſulatu ratio habe-
retur, rogabat: & vt is exercitum dimitteret,
& vt colonis, quos ille rogatione Vatinia No
uocomum deduxiſſet, ciuitas adimeretur, Ser
uius, qui bellum ciuile hac Marcelli acerbita-
9 te † commoueri intelligebat, obſtitit: Sena-
tumque accuratiſſimè monuit, collectis om-
nibus bellis ciuilibus, vt & illa timerent, quæ
ab alijs inflicta Reipub. vulnera inteſtinis ſe-
ditionibus meminiſſent: ſcirentque, cùm ſu-
periores nullo tali exemplo antea in Republ.
cognito, tam crudeles fuiſſent, quicunq; poſt-
ea Rempub. oppreſſiſſet, armis multò intole-
rabiliorem futurum: quod enim exemplo fie
ret, id etiam iure fieri exiſtimari. Addi præter-
ea, afferriq; à nouis, multa de ſuo. Nihil ta-
men huius viri ſapientia profuit: verùm vel
fatum Reipub. Ro. vel dignitas vicit. Factum-
que eſt Senatuſconſ. pridie Kal. Octobris, vt
proximo anno circiter Kal. Martias, de pro-
uincijs ageretur. Item Senatuſconſultum fa-
ctum eſt, ne quis eorum qui poteſtatem habēr
intercedendi, impediendi morā afferret, quo
minus de Repub. quàm primùm ad Senatum
referretur, & Senatuſconſult. fieri poſſet: qui
impediſſet, eum Senatum exiſtimare contra
Rempub. feciſſe. In his itaq; motibus & bellis
10 † ciuilibus eam moderationem ſequutus eſt,
vt quoad licuerit, à bello abeſſet. Interea tamē
pacis & conciliationis autor ſemper fuit, &
quantum potuit Rempub defendit.

Poſtquam verò Pharſalico prælio Cæſar
Pompeium viciſſet, & rerū potitus eſſet, Ser-
uius in Græciam ſe contulit. Ibi ſe initio Athe
nis, deinde Sami, alijſq; Græciæ locis continu-
it, ſolatia mali à ſtudijs petēs, cùm ibi in ſcho-
lis Græcis de iure pontificio diſputaret. Cæſa-
re reuerſo in Italiam, Seruius non modò reſti
11 tutus eſt ab eo, ſed Græciæ † quoque præfectus
eſt, quam adminiſtrauit ſumma moderatio-
ne, ſumma iuſtitia, ac prudentia ſingulari. M.
Marcello, qui collega eius in conſulatu fue-
rat, & autor belli inteſtini, interfecto à Magio
Chilone cliente, funus nobiliſſimū, monu-
mētumque Athenis in academiæ gymnaſio
fieri curauit.

Deinde Cæſare interfecto in Italiam reuer
ſus eſt: & author Senatui fuit, ne qua tabula
poſt Idus Mart. quo die cæſus Cæſar fuerat,
vllius decreti Cæſaris, aut beneficij figeretur.

Tandem cùm M. Antonius triumuir in
Rempub. bellum renouaret, creatus eſt à Se-
natu Seruius legatus, cum L. Philippo & L. Pi
ſone Coſs. vt Marcum Antonium, ſi fieri poſ-
ſet, à perditis conſilijs ad ſanitatem pacemq;
reducerent. Legationis eius curam, quoad po
tuit, valetudinis excuſatione vehementer de-
precatus eſt. Quod cùm non impetraſſet, iti-
nere iam, ſed nondum legationis munere
confecto, ingraueſcente morbo † extinctus 12
eſt. Mortuo, Cicero pedeſtrem ſtatuam faci-
endam curauit. Extat oratio Ciceronis de lau-
dibus Seruij, in Philippica 9. vbi inter cætera
ait: Reddite igitur P. C. ei vitam, cui ademi-
ſtis. Vita enim mortuorum † in memoria vi- 13
uorum eſt poſita. Perficite, vt is quem vos ad
mortem inſcij miſiſtis, immortalitatem ha-
beat à vobis. Cui ſi ſtatuam in roſtris decreto
veſtro ſtatueritis, nullam eius legationem po
ſteritatis obſcurabit obliuio. Nam reliqua
Seruij Sulpitij vita, multis erit præclariſq; mo
numentis ad omnem memoriam commen-
data. Semper illius † grauitatem, cōſtantiam, 14
fidem, præſtantiam, in Repub. tuenda curam
atque prudentiam, omnium mortalium fa-
ma celebrabit. Nec verò ſilebitur admirabilis
quædam, & incredibilis, & penè diuina in le-
gibus eius interpretandis, æquitate explicāda,
ſcientia. Omnes ex omni ætate, qui in hac ci-
uitate intelligentiam iuris habuerunt, ſi vnū
in locum conferantur, cum Seruio Sulpitio
non ſunt comparandi. Neque enim ille ma-
gis iuris conſultus, quàm iuſtitiæ fuit. Itaque
quæ proficiſcebantur à legibus & à iure ciuili,
ſemper ad facilitatem æquitatemque refere-
bat: neq; conſtituere litium actiones malebat,
quàm controuerſias tollere. Ergo hoc ſtatuæ
monumento non eget: habet alia maiora,
&c. Reliquit filium S. Sulpitium, ſtudijs dedi-
tiſſimum, & effigiem ac exemplū virtutis pa-
ternæ, conſtantiæ, pietatis, & ingenij.

Scripſit Ser. Sulpitius pater de iure † ciuili 15
libros centum & octuaginta. De Seruio Sulpi
tio ſic loquitur Pomponius: Seruius autem,
cùm in cauſis orandis primum locum, aut
certè poſt M. Tullium obtineret, traditur ad
conſulendum Q. Mutium de re amici ſui per-
ueniſſe. Cumque eum de iure reſpondentem
parum intellexiſſet, & iterum Quintium in-
terrogaſſet: & à Quintio reſponſum eſſet, nec
tamen percepiſſet: Ita obiurgatum à Q. Mu-
tio. Namque eum dixiſſe: Turpe eſſe viro pa-
tricio & nobili viro, cauſas orāti, ius in quo
verſaretur, ignorare. Ea velut contumelia Ser
uius tactus, † operam dedit iuri ciuili. & plu- 16
rimùm eos de quibus loquuti ſumus audiuit:
Inſtructus à Balbo Lucilio: inſtructus autem
maximè à Gallo Aquilio, qui fuit Cæcinnæ.
Itaq; libri eius complures extant Cæcinnæ cō
fecti. Hic cùm in legatione perijſſet, ſtatuam
† ei po-

17 † ei populus Romanus pro roſtris poſuit: & hodiè extat pro roſtris Auguſti Huius volumina complura extant. Reliquit autem propè centum & octuaginta libros.

CAPVT XLIII.

C. Trebatius Teſta.

SVMMARIA.

1 *Trebatius Iuriſconſultus celebris non ex natalib. ſed eruditione: familiaris Ciceroni, & Cæſari.*

2 *Cæſar Senatui Rom. ad ſe adeunti, non adſurrexit.*

3 *Codicillorum vſus quando & à quo introductus.*

1 HIc † ad celebritatem nominis ex natalibus nihil attulit: verùm eruditio eum eo prouexit, & ſingularis memoria, & ſumma in iure ſcientia. Adoleſcens in familiaritatem Ciceronis peruenit, eoque, dum vixit, patrono & fortunarum & honoris vſus eſt.
1 Ciceronis commendatione, vt in familiaritatem intimã Cæſaris peueniret, effectũ eſt. Orto deinde bello ciuili. author fuit Ciceroni, vt partes Cæſarianas ſequeretur: aut ſi nec
2 id vellet, propter ſenium ſe in Græciam, longè à bellis, & ad otium conferret. Intereà Cæſar cum Cicerone per Trebatij literas egit.

Fertur exemplum candoris de Trebatio. Cùm Senatus Romanus Cæſarem ſemel ad-
2 iret, noluit Cæſar † Senatui adſurgere. Admonitus à Trebatio, vt id faceret: toruo vultu, ſubiratus, eum aſpexit. Quæ quidem conſpecti Senatus contumelia in cauſa fuiſſe dicitur, vt de Cæſare tollendo cõſpirarent. Fuit Trebatius familiaris & iocoſus, vt ex multis epiſtolis Ciceronis ad eum conſtat, quem præ cæteris familiarem habuit: à quo etiam impetrauit, vt Ariſtotelis Topica in Latinum verteret, & ſibi dicaret.

Peruenit Trebatius ad tempora Octauij, vt Horatius teſtatur. Eius ſuaſu codicillorũ
3 † vſus primùm ab Octauio introductus eſt: quòd diceret vtiliſſimum & neceſſarium hoc ciuibus eſſe, propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres erãt: vbi ſi quis teſtamentum facere non poſſet, tamen codicillos poſſet. Habitus eſt iuris peritior, quàm eloquentior. Scripſit libros plurimos de iure ciuili, de religione verò libros nouem. Reliquit celebrem diſcipulum, Antiſtium Labeonem.

CAPVT XLIIII.

A. Offilius.

SVMMARIA.

1 *Offilius Iuriſc. quem audierit, & quãdo floruerit, & quot libros ſcripſerit.*

2 *Edictum Prætoris primò ab Offilio compoſitum.*

1 AVdiuit † Seruium Sulpitiũ, & ſub Octauio maximè floruit. anteà Cæſari perfamiliaris fuit. Traxit originem ex equeſtri ordine. Facit eius mentionem Cicero in lib 7. & 16. Epiſt. Famil. & 13. ad Atticum. Floruit temporibus Trebatij: habitus eſt eo & Caſſellio doctior. Scripſit libros de iure ciuili plurimos. Præ cæteris celebrabatur tẽpore Pomponij, liber de Legibus viceſimæ, & liber de Iuriſdictione Prætereà, hic omnium primus
edictum † prætoris diligenter cõpoſuit. Hunc 2
fortaſſis deindè imitatus eſt Saluius Iulianus, Mediolanenſis.

CAPVT XLV.

A. Caſſelius.

SVMMARIA.

1 *Caſſelius Iuriſc. eloquens. & nu. 3.*

2 *Nux Pinea, an ſit pomum*

4 *Senectus & orbitas nonnullis licentiam præbent.*

HIc † ex equeſtri familia genitus eſt, & æ- 1
qualis Trebatiò atque Offiliò fuit: à quibus iuriſperitia ſuperabatur, ipſe verò eloquentia antecedebat Quintillanus venuſtum eum appellat nam cõſultus à mercatore, qui nauem cum ſocio diuidere volebat, reſpondit: Perdes. ex ambiguitate iocatus, quòd diuiſæ nauis perdatur vſus. Extat alius eius iocus. Lapidatus enim Vatinius à populo, cùm gladiatorium munus ederet, impetrarat, vt ædiles edicerent, ne quis in arenã aliud quàm poma mitteret. Conſultus itaque Caſſelius,
an nux † pinea pomum eſſet? reſpondit: Si in 2
Vatinium miſſurus eſſet, pomum eſſe. Facit
huius † mentionem Horatius: 3

O maior iuuenum, quamuis & voce paterna
Fingeris ad rectum. & per te ſapis, hoc tibi dictum
Tolle memor, certis medium & tolerabile rebus
Rectè concedi: conſultus iuris & actor
Cauſarum mediocris abeſt virtute diſerti
Meſſala, nec ſcit quantum Caſſelius Aulus,
Sed tamen in precio eſt: mediocribus eſſe poetis,
Non dij, non homines, non conceſſere columnæ.

In Reipublicæ adminiſtratione ſolũ quæſtorio munere perfunctus eſt. Cùm multa liberiùs de temporibus Cæſaris loqueretur, & ne id faceret, ab amicis admoneretur, ait: Duas res, quæ hominibus amariſſimæ viderentur, magnam ſibi licentiam præbere, ſe-
nectutem, † & orbitatem. Eius nominis eti- 4
am fuerunt Furius & Caſſelius Prædiatores: quorum Cicero prò Balbo meminit, & Valerius lib. 8. cap. 12. Verùm longè ſuperiores hoc fuerunt: Ciceronis enim tempore floruerunt.

CAPVT XLVI.

Q. Aelius Tubero.

SVMMARIA.

1 *Tubero ex qua familia fuerit.*

2 *Ligarius contra Tuberonem defenſus à Cicerone.*

i 4 3 Tube-

3 *Tubero Iuriſconſ. quo præceptore vſus, & quibus moribus fuerit.*
4 *Antiquo ſermone ſcripti libri, parùm grati.*

1 HIc Tubero † alius eſt à Q. Aelio Tube-
rone, vitam cuius ſuprà retulimus. Na-
tus eſt hic ex illuſtri patricia familia. Patrem
habuit virum doctũ ac ingenioſum, qui bel-
lo Cæſariano penè inuitùs Pompeio adhęſit.
In Africam igitur profectus, cùm prohibere-
tur à Q. Ligario, filius contra Ligarium dixit,
eumq́; accuſauit, quòd patrem ſuum cum im-
perio proficiſcentem in Africam repuliſſet.
Quæ quidem accuſatio Ligario Ideo magis
nocebat, quòd cum Repub contra Cæſarem
2 ſenſerat. Ligarij † defenſionem ſuſcepit Cice-
ro: tantumq́; effecit, vt ipſius facundia & pre-
ces apud Cæſarẽ plus valerent, quàm crimen
Ligarij, aut oratio Tuberonis.
3 A cauſis dicendis † ad ius ciuile ſe tranſtu-
lit. Præceptorem habuit A. Offiliũ, tum tem-
poris iuris publici priuatique doctiſſimum.
Prætereà Stoicæ quoque doctrinæ in primis
deditus fuit. Vnde vita ſeuerus, & congruens
cum ea diſciplina quam colebat, paulò etiam
durior fuit: & vt vita, ſic oratione durus, in-
cultus, horridus. Fuit autem conſtans ciuis, &
fortis. Ita Cicero in Bruto. Pomponius verò
ſic de eo ſcribit: Tubero doctiſſ. quidem eſt
habitus iuris publici & priuati, & complures
vtriuſq; operis libros reliquit. Sermone etiã
4 antiquo † vſus affectauit ſcribere, & ideo pa-
rùm libri eius grati habentur.

CAPVT XLVII.
P. Alphenus Varus.

SVMMARIA.

1 *Alfenus ex ſutore Iuriſconſultus, & Conſul factus, & quo anno, & quos libros in Iure ſcripſerit. nu. 2.*

1 ORiginem traxit Cremona, vbi † ſutri-
nam diù exercuit: tandẽ abiecto inſtru-
mento artis, clauſaque taberna, Romam ſe
contulit, & Seruio operam dedit. Tantùm
Itaque ſub eo profecit, vt propter iuris cogni-
2 tionem † ad Conſulatum eueheretur, Anno
tertio poſt natum Chriſtum. Scripſit libros
Digeſtorum triginta & quatuor: item Col-
lectaneorum.

CAPVT XLVIII.
Caius.

SVMMARIA.

1 *Caius Iuriſconſultus, de cuius vita & genere nihil cõſtat, quos libros ſcripſerit. nu 2.*
3 *Caij complures in iuris ciuilis peritia clari.*

PRodijt ex Sulpitij ſchola; vt Pomponius
refert. Citatur à Boetio in Topicis. Præ-
1 ter nomẽn. † nihil de eius vita & genere ſci-
tur. Quidam ſub Caracalla eum floruiſſe aſ-
ſerunt. Scripſit quidam Caius, quiſquis is fue-
rit, † ad Edictum prouinciale libros duos & 2
triginta: ad leges quindecim, ad Edictũ pub-
licum quindecim, Aureorum ſeptem: δώδεκα
δέλτων, hoc eſt duodecim tabularum ſex, In-
ſtitutionum tres, Fideicommiſſorum duos,
De caſibus vnum, Regularum vnum, Dota-
liriorum vnum, Hypothecariæ vnum. Nunc
libri duo Inſtitutionũ, Caij nomine circum-
feruntur. Plures Caios † in iuris ciuilis peri- 3
tia claros fuiſſe, dubium non eſt: temporum
verò iniuria non dinoſcuntur.

CAPVT XLIX.
Titius Cæſius.

SVMMARIA.

1 *Titius Cæſius Seruij Sulpitij auditor.*
2 *C. Titius, & Sex. Titius, Oratores.*
3 *Saltatio cui nomen Titius.*

ENumeratur † hic etiam inter Seruij Sul- 1
pitij auditores. Referuntur à Cicerone
Titij duo, S. & C. & ab eo in Oratorum nu-
mero collocantur. Verùm ad hunc Titium
non pertinent. Caium Titium † ait Cicero 2
eò perueniſſe, quò potuit ferè Latinus orator
ſine Græcis literis, & ſine multo vſu perueni-
re. Eius orationes tantùm argutiarum, tãtùm
exemplorum, tantùm vrbanitatis habebant,
vt penè Attico ſtylo ſcriptæ viderentur.
Sext. verò Titium loquacem facit, ſatis ta-
men acutum: ſed tam ſolutum & mollem in
geſtu, vt ſaltatio quædam naſceretur, cui ſal-
tationi † Titius nomen eſſet. Reliqua de Ti- 3
tijs, accuratiùs in commẽtario Familiarum.

CAPVT L.
Aufidij duo.

SVMMARIVM.

1 *Aufidij ambo auditores Seruij Sulpitij.*

FVerunt † Seruij auditores, vt refert Pom- 1
ponius. Cicero cuiuſdam T. Aufidij men-
tionem facit, & eum ad ſummam ſenectu-
tem perueniſſe ſcribit. Prætereà fuiſſe virum
bonum, & innocentem, ſed parùm dixiſſe. In
iuris autem intelligentia callidum extitiſſe,
refert. Familiam eius omitto.

CAPVT LI.
C. Atteius Paccuuius.

SVMMARIVM.

1 *Paccuuius Seruij Sulpitij auditor.*

DE eo, † prætérquàm quòd Seruij audi- 1
tor fuerit, nihil extat.

CAPVT LII.
Flauius Priſcus.

SVMMARIVM.

1 *Flauius Priſcus, de cuius natalibus non liquet, auditor Seruij.*

Præce-

1 PRæceotoris Seruij † fama hnne quoque
notum ac celebrem reddidit. De huius
natalibus nihil prorſus extat. Non enim exi-
ſtimandum eſt, Flauium hunc ea familia o-
riundum eſſe, quæ Veſpaſiano, Tito, Domi-
1 tiano illuſtrata eſt.

CAPVT LIII.

Cinna.

SVMMARIA.

1 *Cinna Iuriſconſ. ex familia Cornelia.*
2 *Cinna multi celebres.*

FVit hic qnoque auditor Seruij Salpitij, &
1 familia † Cornelia oriundns. Cinnæ ve-
2 ro † multi fuerunt: vnus poëta, quem cele-
2 branr Catullus & Vergilins: alter Lucretius
Cinna, qui fuit Coſ anno vrbis 725. C. Cinna,
qui ſeptimo anno poſt natum Chriſtum ad
conſulatum euectus eſt.

CAPVT LIIII.

P. Cæcilius.

SVMMARIA.

1 *Cæcilius Seruij auditor, natalibus illuſtris.*
2 *Cæcilius Iuriſconſultus quo tempore vixerit.*

1 DEdit hic † qnoque Seruio operam. Na-
ralibus ortus eſt illuſtribus. Multi enim
Cæcilij, qui conſulatum geſſerunt, reperiun-
tur. De hoc Cęcilio refert Macrobius iocum.
Nam cùm C. Cæſar cæteris colluſoribus ſuis
pilæ cẽtena ſeſtertia dari iuſſiſſet, ſoli Cęcilio
quinquaginta: Quid ego, Inquit, vna manu
ludo, vt nequeam tantundem capere? Fuit
2 deinde & alius Cæcilius, † qui vixit per Tra-
iani & Hadriani principatum, & in diſcipli-
na inris ac legib. P. R. noſcendis, interpretan-
diſque ſcientia, vſu atque autoritate illuſtris
habitus eſt. Cuius diſpntatio de duritie legis
12. Tab. extat apnd Gell. lib. 20. cap. 1.

CAPVT LV.

Antiſtius Labeo, pater & filius.

SVMMARIA.

1 *Antiſtiorum familia vnde: & quos viros habuerit.*
2 *Labeo Antiſtius Cinna, pater Labeonis Iuriſconſ. nu. 3.*
4 *Manumittendi mos antiquus Roman.*
5 *Labeo Iuriſconſ. eiuſq; libri, & libertas. nu. 7.*
6 *Secta prunicn in iure introducta à Labeone.*
8 *Iudicium cuiq; ſuum.*
9 *Labeones eius nominis plures.*

1 ANtiſtiorum † familia ex Antio otiun-
da fuit. Legltur Petron. Antiſtius, tem-
poribus S. Tarquinij regis. Deinde L. Anti-
ſtius tribunus militum, M. Antiſtius ad Fla-
minium legatus: Sextus Antiſtius: & Labeo
2 † Antiſtius Cinna, qui Sylla & Pomp. Coſſ.
tribunus plebis fuit, ob iuris prudentiam ce-
lebratur. De eo ſic Cicero in Bruto: Rabula,
Inquit, ſanè probabilis, qui multos cùm ta-
cuiſſet annos, neque contemni ſolùm, ſed ir-
rideri etiã ſolitus eſſet, in tribunatu primùm
contra C. Iulij illam conſulatus petitionem
extraordinariam, verã cauſam agens eſt pro-
batus. Itaque poſt tribunatum primò multæ
ad eum cauſæ, deinde omnes maximæ quæ-
cunque erant, deferebantur. Hæc Cicero. Se-
quutus deinde ſemper eſt partes Pompeia-
nas: tandem interfectoribus Cæſaris ſe adiun
xit, eiuſdemque facinoris ſe reum fecit. M.
Bruto itaque ab Octauio & Antonio ſupera-
to, morte à ſeruo impetrata, obijt. De eo ſic
Appian. lib. 1. Belli ciuilis: Labeo † verò do- 3
ctrina & prudẽtia clarus, pater Labeonis qui
propter iuris ciuilis peritiam hodieque cele-
bratur, cùm foſſam in tabernaculo ſuo pro
corporis ſui magnitudine fodiſſet, mandata-
que ſuis ſeruis cæteris de rebus dediſſet, vxori
ac liberis, vt voluit, proſpexit, literaſq; ſeruis
ad eos dedit. Tum eorum fideliſſimum dex-
tra † prehenſum circumegit, vt mos eſt Ro- 4
manis manum mittere, conuerſoque gladi-
um tradidit, & iugulum præbuit, & ita taber-
naculum pro ſepulchro habuit.

Reliquit filium Labeonem, † qui patris 5
gloriam adauxit. Is philoſophiæ in primis o-
peram dedit. Deinde ad iuris ſcientiã ſe tran-
ſtulit, quam à Trebatio hauſit. Eo erga ſtudia
animo fuit, vt Conſulatum quem ipſi Augu-
ſtus obtulerat, ſtudiorum gratia recuſarit.
Dicitur ita operam dediſſe ſtudijs, vt totum
annum diuideret, ac Romæ ſex mẽſibus cum
ſtudioſis eſſet: & ſecederet ſex menſibus, &
conſcribendis libris operam daret. Itaque
quadraginta volumina reliquit, ex quib⁹ plu-
rima in manibus poſterorum verſata ſunt. Is
primus veluti ſectam † quãdam iuris cum At- 6
teio Capitone exercuit. Nam hoc in veteri-
bus præceptis permanente, Labeo doctrina
atque ingenio fretus, multa innouare cona-
tus eſt. De Labeone filio ſic ait Gellins libro
13. cap 12. In quadam epiſtola Attei Capito-
nis legimus, Labeonẽ Antiſtium legum atq;
morum populi Romani, iuriſque doctum
apprimè fuiſſe. Sed agitabat, inquit, hominẽ
libertas † quædam nimia atque vęcors, vſque 7
eò, vt D. Auguſto iam principe, & Rempub.
obtinente, ratum tamen penſumque nihil
haberet, nihil quod iuſtum ſanctumq; eſſe in
Romanis antiquitatibus legiſſet. Et Suetoni-
us in Auguſto: Antiſtius Labeo Senatus le-
ctione, cùm triumuirum legeret M. Lepidũ,
hoſtem olim eius, & tunc exultantem, inter-
rogatus ab eo, An non alij eſſent digniores?
Suum † quemque iudicium habere, reſpon- 8
dit. Nec ideo libertas, aut contumacia cuiquã
fraudi fuit.

9 Obſeruandum autem eſt, plurimos † eius
nominis fuiſſe. Apud Senecam inter Orato-
res refertur quidam Labeo: & Macrobius
Cornelium Labeonem citat.

CAPVT LVI.
C. Atteius Capito.

SVMMARIA.

1. *Atteius Capito iuris publici & priuati peritiſſimus.*
2. *Adulationis exemplum in Capitone.*
3. *Pomponius Grammaticus.*
4. *Capitonis Atteij Iuriſc. libri de Iure ſcripti.*
5. *Arminius Germanorum Imp. quando obierit.*

PAtrem habuit tribunũ. Dion libr. 39. Gel-
1 lius priuati & publici iuris † peritiſſimum
cum fuiſſe dicit. Audiuit Ofillum, in cuius
præceptis atque ſententijs perſeuerabat: diſ-
ſidebatque à Labeone non modò diſciplinæ
exercitatione, ſed moribus etiam, & toto vi-
tæ genere. Labeo enim contumacia certabat:
hic obſequioſus dominantibus, in adulatio-
ne vſque erat. Tacitus lib. 3. refert Capitonem
principem locum ſtudijs ciuilibus aſſequu-
2 tum. Adulationis † eius exemplum fertur.
Cùm Tiberius edicto quodã verbum parùm
apud Larinos vſurpatum, ac vetus, inſcripſiſ-
ſet, eiuſque recordatio noctu principi ſubiſ-
ſet, cõuocatis poſtridie quotquot Romę Grã-
maticam aut verborum interpretandorum
ſcientiam profiterentur, Pomponio Gram-
matico verbum reprehendente: Capito affir-
mault, & eſſe illud antiquum: & ſi non eſſet,
futurum certè iam inde, & ciuitatem in gra-
tiam Cæſaris id verbum inter antiqua relatu-
ram. Quòd adeò tacitum non tulit, vt Pom-
3 ponius, † Grammaticus ad Tiberium conuer-
ſus, Mentitur Capito, reſponderit. Tu enim
Cæſar ciuitatem Romanam dare potes ho-
minibus, verba & linguæ Latinæ vſum non
4 potes. Reliquit libros † non paucos, quorum
teſtimonio ſępè Gellius, Interdum & Macro
bius & Frontinus, vtuntur: nempè commen-
taria ad 12. Tabularum libros: ducentos ſexa-
ginta Collectaneorum: ſeptem de Pontificio
iure, & librum ſingularem de officio Senato-
tio: de Iure ſacrificiorum decem. In Reipub.
adminiſtratione nihil dignum geſſit, quam-
uis Conſul fuerit cum Germanico Cæſare.
Mortuus eſt ſub Tiberio, poſt natum Chri-
ſtum anno 23. Quo anno mortuus eſt Armi-
5 nius, † Germanorum Cheruſcorumque Im-
perator, cùm expleſſet annos 37. Vide de At-
teio Gellium, Frontinum, Dionem, Macro-
bium, Feſtum, Nonium.

CAPVT LVII.
Cocceius Nerua, pater & filius.

SVMMARIA.

1. *Cocceius Nerua Iuriſc. ſectator Labeonis, Tiberij Cæſaris familiaris: fame ſe interemit, & quare. nu. 3.*
2. *Tiberij Cæſaris cum Nerua Iuriſc. familiaritas: eiuſdẽq; exacerbatio propter Neruæ mortem. nu. 4.*
5. *Nerua filius Iuriſc. pater Neruæ Imperatoris.*

COcceius † Nerua Labeonis ſectam exce- 1
pit, & diſſenſiones Capitonis adauxit. Is
omnis diuini atque humani Iuris ſciens, eaq;
cognitione illuſtris, familiariſſimus atq; aſ-
ſiduus Tiberio Cæſari fuit. In curatiõe aqua-
rum, quod munus principibus in ciuitate vi-
ris dari conſueuerat, Satrio Ruffo ſucceſſit.
Cùm Tiberius omnia cædibus ac libidine re-
pleuiſſet, vir priſcæ probitatis Nerua, eius cõ-
ſuetudinis impatiens, integro ſtatu, illæſo
corpore, moriendi conſiliũ cepit. Quod vt
Tiberio † cognitum eſt, adſidere Neruæ, & 2
cauſas requirere, addere preces: fateri poſtre-
mò ccepit, graue cõſcientiæ, graue famæ ſuæ,
ſi proximus amicorum nullis moriendi ra-
tionibus vitam fugeret: auerſatus ſermonem
Nerua, cùm diù nullis precibus elici ab eo re-
ſponſum potuiſſet, abſtinentiam cibi conti-
nuauit, atque ita vitam finiuit. Cauſæ † mor- 3
tis præcipuæ ferebantur à gnaris cogitationũ
eius, quòd quanto propius mala Reipub. in-
tueretur, præ metu & ira, dum integer, dum
intentatus eſſet, honeſtum finem voluerit.
Alij præter alias hanc addunt: quòd leges à
Cæſare poſitas de condemnationibus repe-
tiret, vnde infidelitatis plurimum ac rumul-
tus prouenire oporteret.
Cęterùm adeò exacerbatus eſt tacito mor-
tis eius conuicio Tyberius, † vt confeſtim ad 4
mitigandas vſuras 25. ſeſtertiorum millia in
publicum protulerit, vnde gratuitò indigen-
tibus in triennium mutuò daretur: & cele-
berrimos ac notiſſimos quoſque accuſatores
iuſſerit vno die interfici. Reliquit filium Ner
uam, † eadem iuris cognitione celebrem, qui 5
libros de Vſucapionibus ſcripſit. Ex hoc de-
inde natus eſt Nerua, qui Romanum impe-
rium omnium optimè geſſit.

CAPVT LVIII.
Maſurius Sabinus.

SVMMARIA.

1. *Maſſurius Sabinus Iuriſc. ſucceſſor Capitonis.*
2. *Auguſtus reſpondendi facultatem Iuriſconſultis conceſſit.*
3. *Iuriſconſultorum ſcientiæ infenſus Caligula.*
4. *Sabini Iuriſconſulti ſcripta.*

QVemadmodum Nerua Labeonis tradi-
ta ſequebatur, ita Maſſurius Sabinus † 1
Capitoni ſucceſſit. Fuit igitur hic Maſſurius
Sabinus æmulus Neruæ: quia verò facultati-
bus perexiguis erat inſtructus, ſuſtentabatur
ab auditoribus. Cùm autẽ ante tempora Au-
guſti, publicè reſpondendi ius non à princi-
pibus daretur, ſed qui fiduciam ſuorũ ſtudio-
rum

rum habebant, de iure reſponderent: primus
2 Octauius Auguſtus, † vt maior haberetur iu-
ris authoritas, conſtituit, vt ex authoritate
eius reſponderent. Elegit igitur inter cæteros
& hunc Maſurium Sabinum. Qui mos ſub
C. Caligula eſſe deſijt. is enim inter cætera li-
uoris ac malignitatis in omnes claros viros
3 ſcelera, de Iuris quoque conſultis, † quaſi ſci-
entię eorum omnem vſum aboliturus, iacta-
uit, ſe effecturum, ne quid reſpondere poſſent
præter eccuum. Perſius de Maſurio ſic ſcri-
bit:

Vindicta poſtquàm meus à prætore receſſi,
Cur mihi non liceat, iuſſit quodcunq; voluntas,
Excepto ſi quid Maſuri Rubrica notauit?

4 Scripſit † libros Memorabilium 12. Iuriſq;
ciuilis tres centurias, de Indigenis, & librum
cui titulus eſt, De furtis.

CAPVT LIX.
Caſſius Longinus.

SVMMARIA.

1 *Caſſij Longini duo iuriſconſulti.*
2 *Stola ſacerdotalis Pontificis Iudæorum vbi & quomodo olim tempore Romanorum cuſtodita.*
3 *Caſſius iuris & armorum peritus: deportatus, & rurſum reuocatus, nu. 4.*
5 *Epitaphium libertorum Longini.*

DVo recẽſentur à Pomponio Caſſij Lon-
1 gini, † iuriſconſulti: vnus, qui ex eque-
ſtri ordine ad Præturam peruenit: alter, qui
Conſulatum geſſit anno vrbis 782. Chriſti 32.
anno Imperij Tyberij Cæſaris 17. Biẽnio poſt
eius conſulatum, IESVS CHRISTVS pro
peccatis noſtris mortuus eſt.

Hic Caſſius Longinus natus eſt ex filia Tu-
beronis, quæ fuit neptis Sulpitij. Pomponius
plurimùm eum in ciuitate autoritatis habuiſ-
ſe ſcribit, eò vſque, vt Cæſar eum ciuitate pel-
leret. Fuit præfectus in Syria, breui ante Hie-
2 roſolymam captam. Primus ſtolam † ſacer-
dotalem pontificis Iudæorum, magno ſum-
ptu elaboratam, in cuſtodiam Romanorum
redegit. Ea enim cùm vſque ad Tyberij tem-
pora in turri ſeruaretur, quam Barin Iudæi
vocabant, ita vt pridie ſacrificiorum adhibi-
to pontificis Iudæi ſigillo, & ducis præſidij
Romani promeretur, & peractis ſacris eo-
dem inſpiciente cõderetur: eam deinde ſto-
lam Tyberius in gratiam Agrippæ regis, po-
teſtati Iudęorum commiſit. Hanc igitur Caſ-
ſius, cum Cuſpio Fado procuratore Iudææ, in
Antonianam (ſic enim turrim, quæ prius Ba-
ris dicebatur, in Antonij gratiã Herodes rex
vocari iuſſerat) turrim deponi iuſſit. Roma-
nos enim, vt prius, principes eſſe oportere:
neque de veteri iure quidquam detrahi. Id
enim petiturus de Iudæis Cuſpius, veritus ne
non obtemperaret gens religionis & ſacro-
rum tenaciſſima, cui tum ipſe præerat, Caſ-
ſium cum magnis copijs accluerat. Rogan- 3
ti igitur populo vt præſides ſpacium indulge-
rent, legatos ad Claudium Cæſarem ſuper ea
remittendi, conceſſum eſt, acceptis filijs obſi-
dibus: tandemque res à Cæſare impetrata.
Præeminebat igitur Caſſius † ea tempeſtate 3
& peritia legum, & militaribus artibus: vt
ſcribit Tacitus lib. 12. & lib. 14. inſignem eius
orationem refert. A Nerone luminibus or-
batus eſt, quòd inter imagines maiorum eti-
am C. Caſſij effigiem coluerit, cum inſcri-
ptione, Duci partium. Deportatus † eſt ex Se- 4
natuſcõſulto in Sardiniam. Induxerat enim
aliquos Nero, qui in Lepidam Caſſij vxorem,
amitam Syllani, inceſtum cum fratris filio,
& diros ſacrorum ritus confingerent: Sylla-
nus quoque relegatus paulò pòſt, iuſſu Nero-
nis interficitur. Tandem à Veſpaſiano reuo-
catus, vitam Romæ finijt. Reliqua de Caſſij
familia, ſeorſim in Familiarum Romanarũ
commentario extabunt.

Romæ repertum eſt epitaphium † liber- 5
torum Longini: C. Caſſius verecundus fecit
ſibi & Caſſiæ Damalidi libertæ cariſſimæ &
benemeritæ idem coniugi, & C. Caſſio Coti-
no, & Caſſiæ Moſchidi parẽtibus ſuis, iiſdem
patron. libertis C. Caſſij Longini, & libertis
ſuis, libertabuſque, poſteriſque eorum.

CAPVT LX.
Aminius Rebius.

SVMMARIVM.

1 *Aminius Rebius Iuriſconſultus.*

A Tacitò inter Iur. conſ. numeratur: ve-
rùm nihil de eius ſcriptis extat. Ditiſſi-
mus fuit, luxui ac libidinibus ad infamiam
deditus. Interfectus eſt à Nerone anno Impe-
rij tertio, miſſo per venas ſanguine.

CAPVT LXI.
Proculus.

SVMMARIA.

1 *Proculi plures celebres.*
2 *Proculus Iuriſconſultus familiaris Othonis Imp. nu. 3.*
4 *Proculiani vnde ſic appellati.*

PRoculi † plures celebrantur. Proculus 1
Spiculator, cuius mentionem Tacitus fa-
cit. Apud Plinium recẽſetur etiam Proculus
quidam inter poëtas. Proculus † verò noſter 2
ſub Othone præfectus præfectus prætorio, &
intima illi familiaritate iũctus fuit, tali quidẽ
vt in eum plurimũ ſpei & fiduciæ Otho collo-
caret, ac peditũ equitumq; copijs præficeret.
Eius tamen imprudentia & temeritate exer-
citus profligatus: ipſe deinde Vitellio ſupplex
factus, proditionem vltrò ſibi imputauit, &
in fidem Vitellij receptus eſt. Tacitus lib. 18. In
Iuris † ſcientia plurimùm potuit. nam Vlp. in 3
l. diui. ff. de iure patronatus, non leuem iuris
auctо.

auctotem hunc appellat. Fuit acerrimus defenſor acceptorum à Labeone, & Nerua patre. Et quia præ cæteris authoritate ſupra omnes ſui temporis Iureconſultos valuit, Caſſio defendētl Capitonis rradita ſe oppoſuit:
4 vnde partim Caſſiani, partim Proculiani † appellati ſunt.

CAPVT LXII.
Cœlius Sabinus.

SVMMARIA.

1 Cœlius Sabinus Caſsij & Capitonis ſucceſſor.
2 Sabini Cœlij liber de edicto Aedilium.

1 HIc † Caſſio Longino, qui Capltonem defendebat, ſucceſſit. Conſul fuit cum Flauio Sabino. Floruit maximè ſub Veſpaſiano, apud quem plurimum potuit: fortaſſis, quia Veſpaſianus initium imperij ptimo eins conſulatus dle, Kal. Ipſis Sextil. fœliciter oc-
2 cœpetat. Librum † de Edicto ædilium curulinm conſcrlpſit. Tacitus lib. 17. Gellius lib. 7. cap. 4.

CAPVT LXIII.
Sextus Pedius.

SVMMARIVM.

1 Pedius Iuriſconſ & eius libri.

1 QVis fuerit, ignoratur. Libri † eins referuntur, de Stipularionibus: item, ad Edictum quinque & vigintl. Facit eius Pedij mentionem Petſius, & Horatius.

CAPVT LXIIII.
Pegaſus.

SVMMARIA.

1 Pegaſus Iuriſconſ. Præfectus vrbi. nu. 3.
2 Pegaſianum Senatuſconſultum.

1 HIc † Proculum ſequutus eſt. Conſul fuit ſub Veſpaſiano, cum Puſione. Factum
2 eſt eo authore S. conſ. † vt ei qui rogatus eſſet hæreditatem reſtituere, perinde liceret quartam partem retinete, ſicut per legem Falcidiam ex legatis retinere pridem licuerat. Ex ſingulis quoque rebus per fideicommiſſum relictis, eadem permiſſa retentio eſt. Illud quoque eodem Senatuſconſulto cauebatur, vt ſi recuſaſſet ſcriptus hæres adire hæreditatem, quaſi ſuſpectam atque damnoſam, deſiderante fideicommiſſario, iuſſu prætoris adiret, & reſtitueret hæreditatem. Cuius decreti multa abrogauit Iuſtinianus, multa In Senatuſconſultum Trebellianum tranſtulit.
3 Deinde Præfectus † vrbis factus eſt, quod Iuuenalis ſcribit:

——Rapta properabat ab olla
Pegaſus, attonitæ poſitus modò villicus vrbi:
Anne aliud tum præfecti, quorum optimus atq;
Interpres legum ſanctiſsimus, omnia quanquàm
Temporibus diris tractanda putabat, inermi
Iuſtitia. ——

CAPVT LXV.
Iureconſulti, qui ſub Adriano, Antonino, ac ſequentibus floruerunt.

SVMMARIA.

1 Adrianus Imp. omnium artium capax & amans.
2 Chriſtiani ab Adriano Imp. primum perſecuti, deinde mitius tractati.
3 Antonini Pij Imper. virtutes & laudes.

ADriani & Antonini tempora, vt pacata & iuſta fuerunt, ita multos Iuriſconſultos protulerunt. Adrianus † enim ipſe omni- 1
um diſciplinatū capax fuit, & plus quàm bonum erat, ſuapte natura deditus: ita vt inuidia cōcitatus magis, quàm æmulatione, quoſdam celebres & excellentes artifices, quibus eruditione & ingenio par eſſe non poterat, interfecerit: ea contentlone in ſtudia incumbens, vt reliquos omnes vincere & ſuperare cōtenderet: quemadmodū refert Dion exempla de Fauorino Gallo, & Dionyſio Mileſió ſophiſta, ac Apollodoro architecto. Quantum itaque ad adminiſtrationem, quantum ad eruditionem, quātum ad ædificiorum extructionem, quantum denique ad omnia pacis belliq; ſtudia attinet, poſt Auguſtum Romano imperlo æquè vtilis Imperator nō contigit. Initio grauiter perſecutus eſt Chriſtianos: † deinde à vltis doctis mitigatus eſt, vt 2
neminem delnde religionis cauſa comprehendi, aut ſupplicio affici iuſſerit.

Adrianum ſubſecutus eſt M. Antoninus Pius: qui, vt Iulius Capitolinus ait, fuit † vir 3
fotma conſpicuus, Ingenio clarus, moribus clemens, nobilis vultu, & placidus ingenio, ſingularis eloquentiæ, nitidæ literaturæ, præcipuè ſobrius, diligens agri culror, mitis, largus, alieni abſtinens: & hæc omnia cum menſura, & ſine iactantia: in cunctis prætereà laudabilis, & qui meritò Numæ Pompilio ex bonorum ſententia comparatus ſit. Sub his igitur Imperatoribus plurimi floruerunt.

CAPVT LXVI.
Iuuentius Celſus, pater & filius.

SVMMARIA.

1 Iuuentius Celſus pater & filius Pegaſi ſectatores.
2 Celſus filius Iuriſconſultus.

VTerque † Pegaſianam ſectam ſequutus 1
eſt. Pater apud Traianum in magno honore habitus eſt: deinde Adriano inter iudicandum præcipuè in conſilio fuit. Filius Iuuentius † Celſus, Iuris ſcientia patri non infe- 2
rior extitit. Conſulatum bis geſſit. nempè anno Vrbis 865. quo anno Iudæi, qui Cyrenen

inco-

incolebant, Romanos, & Græcos ſine diſcrimine obtruncarunt: vt teſtatur Dion, & Anno Vrbis 881. Sub eius conſulatum Barochabas, Iudaicæ factionis princeps, Chriſtianos, niſi negarent Chriſtum, ad ſupplicia traxit. Reliquit hic libros Digeſtorum 39. Inſtitutionum 20. Epiſt. 13.

CAPVT LXVII.
Neratius Priſcus.

SVMMARIA.

1 *Neratius Priſcus Iuriſconſ. Traiani Imp. familiaris.*
2 *Priſci Neratij libri in iure.*
3 *Neratius nequam, non Iuriſconſultus.*
4 *Iniurijs æſtimandis recuperatores dati.*

1 ERat & hic † quoque Pegaſianæ doctrinæ addictus. Traiano optimo Imperatori tam probatus fuit, vt frequens opinio fuerit, eum in animo habuiſſe Neratiũ, non Adrianum ſucceſſorem Imperij relinquere, multis id ei amicis adſentientibus: vſq; adeò, vt Priſco aliquando dixerit: Commendo tibi prouincias, ſi quid fatale mihi contigerit. Sed tamen Hadriano, ſeu fautore Plotinæ, ſeu propter ſuſpicionem à Palma & Celſo inimicis eius, contra Traianum, tyrannidis, in adoptione atque Imperij ſucceſſione promoto, Neratius inter præcipuos in iudiciario conſilio adfuit. Conſul quoque fuiſſe fertur: quod tamen in Chronologia non reperio: ſi Neratium Priſcum putes eſſe Neratium Marcellinum, cuius conſulatus incidit in annum Vr-
2 bis 881. Libros † reliquit Membranarum ſeptem, Quæſtionum tres, Reſponſorum quinque, è Plautio decem, quatuor Epiſtolarum, Regularum quindecim: vnum de Nuptijs, vnde Gellius morem ſponſaliorum Latinorum annotat. Obſeruandum autem eſt, fuiſſe
3 & quendam Neratium † Nequam, qui pro oblectamento habebat os hominis liberi ſua manu verberare, ſequente ſeruo cum loculis plenis aſſium: & quemcunq; depalmauerat, numerari ſtatim ex 12. Tabulis aſſes 25. iubebat. Propterea Prætores edixerunt, ſe iniurijs
4 † æſtimandis Recuperatores daturos: atque ita lex paulatim deſuetudine abolita eſt. Nõ igitur hoc de Neratio Priſco, viro integerrimo & probatiſſimo, intelligendum eſt.

CAPVT LXVIII.
Domitius Labeo.

SVMMARIA.

1 *Domitius Labeo Iuriſconſultus.*
2 *Labeo Domitius alius ab Antiſtio Labeone.*
3 *Politiani error notatus.*

1 FLoruit † & hic Adriani temporibus. Lon-
2 gè verò alius eſt ab Antiſtio † Labeone, cũ ille ab hoc citetur: ex quo error Politiani † deprehẽditur. Scripſit libros Epitomatum, 3
Epiſtolarum complures.

CAPVT LXIX.
T. Ariſto.

SVMMARIVM.

1 *Ariſto Iuriſconſultus doctus: eiusq; ſtudium num. 2.*

POmponius hunc inter Iureconſultos nõ recenſet. Gellius verò ait, fuiſſe eum † Iu- 1
reconſultum & doctum, & priuati iuris ac publici peritiſſimum: in cuius libro, furta omnia apud veteres Aegyptios fuiſſe, licita & impunita, ſe legiſſe ſcribit. Facit eius quoque mentionem Plinius Cæcilius in quadam epiſtola. Conſulit enim hominem de obſcuro quodam iure ſenatorio: An ſententias diuidi, an iri in ſingulas oporteret: aitq; Ariſtoni in omniũ penè negligentia, & temporum Domitiani iniquitate ſemper fuiſſe curæ, † ſic iura publica vt priuata, ſic antiqua 2
vt recentia, ſic rata vt aſſidua tractare. Scripſit volumina de Decretis Fronianis.

CAPVT LXX.
Priſcus Iabolenus.

SVMMARIVM.

1 *Iabolenus Iuriſconſultus, eiusq; libri.*

ATtigit hic † Antonini tempora: fuit e- 1
nim ei à conſilijs. Præterea publicè de iure reſpondit. Reliquit è Caſſio quindecim libros: Epiſtolarum quatuordecim, quinque ad Plautium.

CAPVT LXXI.
Plautius.

SVMMARIVM.

1 *Plautius Iuriſconſultus.*

DE vita huius † nihil conſtat: citatur tamen ſæpè, multiq; iuris peritiſſimi ſcripta eius commentarijs illuſtrarunt.

CAPVT LXXII.
Ex ſchola Iaboleni prodierunt multi.

SVMMARIA.

1 *Alburnius Valens Iuriſc. Antonino Pio à conſilijs.*
2 *Vindius Verus Iuriſc. tempore Antonini.*
3 *Marcellus Iuriſconſultus tempore Seueri: eiusq; libri.*
4 *Arrianus Iuriſconſultus & Orator.*
6 *Arriani hiſtoria cuius authoris ſit incertum.*
6 *Tertullianus Conſul, Theologus, Iuriſconſultus.*

ALBVRNIVS † VALENS, Anto- 1
nino PIo à conſilijs, reliquit libros Fideicommiſſorum ſeptem: Scripſit ad eum aliquoties Plinius Cæcilius.

VINDIVS † VERVS: Capitolinus 2
hunc quoq; inter conſiliarios Antonini recenſet.

3 VLPIVS MARCELLVS, † fortaſſis ex Marcellorum antiqua Romana familia oriundus. Floruit ſub Seuero. Scripſit libros Digeſtorum vnum, vel (vt alij tradunt) octo & triginta: Reſponſorum vnum, ſex ad Leges, Quæſtionum 29. de Iure militari duos, quinque de officio Conſulis.

4 ARRIANVS, † fuit initio Senator: deinde ſtudiorum amore ad otium ſe contulit. Scripſit librum de re militari. Extant aliquot ad eum Plinij Cæcilij epiſtolæ, in quibus ipſi non iuris peritiam modò attribuit, verùm in oratoria Demoſtheni & Caluo parem facit.
5 Verſatur in manibus hiſtoria † Arriani: huiusne ſit, an alium huius nominis authorem habeat, in incerto eſt.

6 TERTVLLIANVS, † Conſul Romanus, & ſcriptor Eccleſiaſticus, cuius opera in Theologia edita extant. Vitam eius vide apud D. Hieronymum, Trithemium, alios. In iure reliquit libros Quæſtionũ quatuor, de Caſtrenſi peculio vnum. Factum eſt ſub hoc S.C. Tertyllianum, de quo in Pandectis & Inſtit.

CAPVT LXXIII.
Saluius Iulianus.

SVMMARIA.

1 *Saluius Iulianus Iuriſconſultus quo tempore vixerit.*
2 *Edictum perpetuum à Iuliano compoſitum: eiusq; authoritas.*
3 *Iuliani Iuriſc. cædes, & celebre dictum.*

1 SAluius Iulianus, † ex nobili apud Mediolanos familia oriundus, Iuris peritiſſimus fuit, quam cognitionem à Iaboleno inter cæteros quoque hauſit. Romæ vrbis præfecturam conſequutum eſſe, & conſulatum bis geſſiſſe, Riuallius, Spartianum ſequutus, refert: cùm tamẽ minimè in catalogo Coſſ. reperiatur. Sub Adriano præcipuè claruit, anno poſt natum Chriſtum 134. Perpetuum
2 † edictum compoſuit. Prætorum omnia edicta vagè diſperſa collegit, & in ordinem certosq; titulos digeſſit: ex quibus Edictum perpetuum compoſuit, quod centum & nonaginta libris eſt interpretatus, quos Digeſtorũ nomine appellauit, in quib⁹ nihil eſſet ſuum præter digeſtionem. Scribit hæc Eutropius: & meminit Iuſtinianus in l. 2. C. de veter. iur. enunc. Fuit verò huius Edicti tanta authoritas, vt ſi ex eo aliquid decerneretur, quo minus id fieret, appellare non liceret, l. fin ff. de appella. recipien. De ambiguitatibus vnum, ad Minutium ſex, ad Vrſeium quatuor. Sub Commodo Imperatore, cum alijs viris cla-
3 riſſ. † cæſus, & ſepultus eſt in via Labicana, miliari ab vrbe quinto. Fertur huius viri memorabilis vox: Etſi vnum pedem in ſepulchro haberem, adhuc tamen addiſcere vellem.

CAPVT LXXIIII.
L. Voluſius Metianus.

SVMMARIA.

1 *Voluſianus Metianus Antonini Pij Conſiliarius.*
2 *Mæciani Iuriſc. libri.*

IVlius Capitolinus ſcribit, Antoninum Pium Voluſio † conſiliario vſum eſſe, & ma- 1
giſtro. Lampridius in vita Alexandri, Metianum quendam recẽſet, qui diſcipulus fuit Papiniani, & Alexandri familiaris, & in conſilio ſocius. Fuit fortaſſis Voluſij Metiani filius. Metiani † hæc feruntur: Liber quæſtio- 2
num, Fideicommiſſorum ſedecim: Publicorum quatuordecim, ex L. Rhodia.

CAPVT LXXV.
Seruidius Scæuola.

SVMMARIA.

1 *Seruidius Scæuola Iuriſc. Antonini Pij Conſiliarius, præceptor Seueri Imperatoris.*
2 *Vigilantibus iura ſubueniunt, dictum Scæuolæ.*
3 *Scæuola Iuriſconſulti libri, & reſpondendi mos.*

SEruidio Scæuola † iuris perito & in ſan- 1
ciendis legibus, & in conſilio vſus eſt M. Antoninus. Docuit Septimium Seuerum, qui poſt Pertinacem magna virtute Imperium ſibi parauit. Docuit & Papinianum. Hu-
ius hoc dictum fertur: † Vigilantibus iura 2
ſubueniunt. Scripſit viginti libros † Quæſtio- 3
num, Reſponſorum ſex, quadraginta Digeſtorum, & Regularum quatuor, de Quæſtione familiæ vnum, & vnum librum Quæſtionũ publicè tractatarum. In reſponſis eam ſemper cautionem adhibuit, vt ius ad facti conditionem qualitatemq; accommodaret. itaq; ſemper ea clauſula vtitur, Secundùm ea quæ proponerentur.

CAPVT LXXVI.
Aemilius Papinianus.

SVMMARIA.

1 *Aemilius Papinianus Scæuolæ auditor, eiusq; vita, & obitus.*
2 *Papinianus Iuriſc. omnium acutiſſimus: Seueri Imp. amicus & affinis, nu. 1. adminiſtrator fiſci, num. 6. Præfectus Prætorio, nu. 7. eius libri, nu. 11.*
3 *Iuris aſylum, doctrinæq; legalis theſaurus, Papinianus.*
4 *Papinianiſta vnde ſic dicti.*
8 *Seuerus Imp filios ſuos Papiniano commendauit.*
9 *Antoninus Baſsianus Imp crudeliſsimus parricida.*
10 *Papinianus ſecuri percuſſus à Baſsiano Anton.*
12 *Epitaphium Papiniani duplex. nu. 13.*
14 *Papiniani laudes, & ſumma autoritas in Iure. nu. 15.*
16 *Sententijs Iuriſconſultorum diſcrepãtibus qua obtineat.*
17 *Papinianus ſingulos vincit, cedit duobus.*
18 *Nota Pauli & Vlp in Papinianum, olim infirmata.*

EX Seruidij ſchola prodijt † Papinianus. 1
Hic ſub Seuero tanquàm ſtella quædam iuris clara & inſignis, nitere ac effulgere cœpit. Natus eſt Hoſtilio Papiniano & Eugenia Gracili,

Gracili, parentibus: vir excelſi & iuſti indicij,
2 ac omnium † Iureconſultorum acutiſſimus.
Ideo Aelius Spartianus in Seuero, eum iuris
3 † aſylum vocat, doctrinæq́; legalis theſaurũ:
ſic, vt ab illo legum ſtudioſi qni profeciſſent,
4 Papinianiſtæ † appellati fuerint: quemadmo-
dum ipſe Iuſtinianus in præfatione Digeſto-
5 rum teſtatur. Fuit amicus Seueri † ſummus,
tum propter communia ſtudia, & quòd eodẽ
vſi erant præceptore: tum quoque, quòd per
ſecundam vxorem Seuerus eum affinitate at-
tingebat. Factus eſt Septimio Seuero in admi
6 niſtratione † Fiſci ſucceſſor: deinde Pręfectus
7 † prætorio. Denique in ea apud eum exiſti-
matione integritatis, prudentiæ & ſapientiæ
fuit, vt moriturus nulli alij magis filios ſuos,
8 † quàm Papiniano commendarit. Tandem
9 verò ab Antonino Baſſiano, † Seueri filio, Im
peratore crudeliſſimo, inceſtuoſo & parrici-
10 da, militũ gladijs obiectus, & ſecuri † percuſ-
ſus eſt: cùm parricidium ob interfectum fra-
trẽ Getam defendere noluiſſet, & anteà quo-
11 que Getæ fratris partes fouiſſet. Scripſit † vn-
deuiginti libros Reſpõſorum, Quęſtionũ ſex
& triginta, duos Definitionum libros, & de
Adulterijs: Aedilium quoq; curulium ſingu-
larem librum, & viginti Digeſtorum.

12 Fertur hominis epitaphium † duplex. nam
Socinus filius ſcribit, ætate ſua (vt ex patre au
dierit) vrnam argenteam à quodam ruſtico
Romæ inuentã, oſſaq́; inde in Tyberim pro-
iecta, vbi hic titulus fuerit: Aemilij Papiniani
& præfecti prætorio, requieſcunt hic oſſa: cui
infœlix pater & mater ſacrum fecerunt, mor
13 tuo anno ſuæ ætatis 38. Alterum † ex marmo-
ribus:

D. M.

Aemilio Paulo Papiniano, præfecto præ-
torio, Iuriſconſulto, qui vixit annis 36. diebus
10. Menſes 4. Papinianus Hoſtilius, Eugenia
Gracilis, turbato ordine, in ſenio, heu paren-
tes fecerunt, filio adoptiuo.

14 Quanta autem † ingenij vis, quanta iudi-
cij dexteritas, quanta in Iure peritia, quantus
denique Iuſtitiæ amor in Papiniano fuerint:
facilè ex ſummis dignitatibus, immenſa ne-
gotiorum mole, ac ex libris ab eo cõſcriptis,
colligi poteſt. Quæ ideo etiam eò diligentiùs
conſideranda ſunt, vt de inconſtantia fortu-
næ, & ignauorum principum ingratitudine,
& tyrannide admoneamur, &c. Eius autem
15 authoritatis † in Iure eſt, vt ſi diſcrepãtes ſen-
tentiæ Iureconſultorum inueniantur, ea ve-
rior exiſtimetur, in quam Papinianus incli-
nat: vt Theodoſius ſanciuit, quæ ſanctio ex-
tat in Codice Theodoſiano.

Impp. Theodoſius & Valentinianus,
AA. ad Senatum vrbis Romæ.
Poſt alia:

Papiniani, Pauli, Caij, Vlpiani atque Mo-
deſtini ſcripta vniuerſa firmamus: ita vt Ca-
ium atque Paulum, Vlpianum & cæteros co-
mitetur autoritas lectionis, quæ ex omni eius
opere recitentur. Eorum quoq; ſcientię, quo-
rum tractatus atq; ſententias prædicti omnes
ſuis operibus miſcuerunt, ratam eſſe cenſe-
mus: vt Scæuolæ, Sabini, Iuliani atq; Marcel-
li, omniumq́; quos illi celebrarunt: ſi tamen
eorum libri propter antiquitatis incertum,
Codicum collatione firmentur. Vbi autem
diuerſæ † ſententiæ proferuntur, potiùs nu- 16
merus vincat autorum: vel ſi numerus ęqua-
lis ſit, eius partis præcedat authoritas, in qua
excellentis ingenij vir Papinianus emineat:
qui vt ſingulos † vincit, ita cedit duobus. No- 17
tas † etiam Pauli atque Vlpiani in Papiniani 18
corpus factas, ſicut dudùm ſtatutũ eſt, præci-
pimus infirmari. Vbi autem pares eorum ſen
tentiæ recitantur, quorum par cenſetur auto-
ritas, quòd ſequi debeat, eligat moderatio iu-
dicantis. Pauli quoq; ſententias ſemper vale-
re præcipimus, &c. Dat. 6. Idus Nouembris
Theod. Aug. 7. & Valentiniano 2. Coſſ.

CAPVT LXXVII.

Domitius Vlpianus.

SVMMARIA.

1 *Vlpiani Iuriſc. origo ex Syria: eiusq́; vita & obitus.*
2 *Alexandri Imp. mos in negotijs, & legibus conſultandis.*
3 *Iuriſperitos quot adhibuerit Alexander Imp. in legibus
ſeu Conſtitutionib. ferendis.*
4 *Vlpianus inter Conſiliarios Alexandri Imp. præcipuus: ei-
dem gratiſſimus & familiariſſimus. nu. 6. 7 tandem à mi-
litibus interficitur. nu. 9.*
5 *Veſtitus diuerſitas vt præcipiatur, an vtile ſit Reipub.*
9 *Alexander Imp. ſummus, & quare.*
10 *Vlpiani Iuriſc. laudes & encomia: & libri. nu. 11.*

ORiundus † fuit ex Phœnice vrbe Syriæ, 1
& vnà cum Iulio Paulo Papinianũ do-
centem audiuit: à quo edoctus, eidem Præfe-
cto prætorio aſſedit, & in conſilio fuit. Sacro-
rum deinde ſcriniorum Alexandri principis
magiſter factus, mortuo Papiniano in locum
eius ſucceſſit. Fuit quoq; præfectus annonæ,
l. 4. C de contra. ſtipulat. Cùm autem Alexan
der † cauſas omnes, negotiaq́; à ſcriniorum 2
principibus & doctiſſimis Iureconſultis, qui-
bus plurimùm fidebat, tractari, ordinari, at-
que ad ſe referri præciperet, leges deinde plu-
rimas de iure populi & fiſci ſanciret, neque
vllam conſtitutionem † ſacraret ſine viginti 3
iuriſperitis doctiſſimis ac ſapientiſſimis, ijs
deniq; diſertiſſimis non minùs quinquagin-
ta: vt non minùs eſſent in cõſilio ſententiæ,
quàm quot Senatuſconſultum cõficerent: &
id quidem ita, vt iretur per ſententias ſingu-
lorum, ac ſcriberetur quid quiſq; dixiſſet: da-
to tamen ſpacio ad diſquirendum cogitan-
dumq́; prius, quàm dicerent, ne de rebus ma-

ximis improuiſi, minusq́; conſiderati dicere
cogerentur. Inter omnes itaq; hos principem
4 ſemper, præcipuumq́; Vlpianus † obtinuit lo
cum: inq́; ea apud omnes erat authoritate, vt
familiaris ac ſocius Imperatoris diceretur.

Idem Alexander Seuerus cùm in animo
haberet omnib⁹ officijs genus proprium ve-
5 ſtitus † dare, & omnibus dignitatibus, vt à
veſtitu dignoſcerentur: & omnibus ſeruis, vt
in populo poſſent agnoſci, ne quis ſeditioſus
eſſet, ſimulq́; ne ſerui ingenuis miſcerentur:
id Vlpiano Pauloque diſplicuit, dicentibus,
plurimarum rixarum cauſam fore, ſi abiecti
homines iniurijs exponerentur. Refert idem
Lampridius, Alexãdrum, cùm poſt epiſtolas
ſimul omnes amicos ſoleret admittere, cum
omnibus pariter loqui, nec vnquàm ſolùm
6 quenquam excipere: Vlpianum † modò præ-
fectum, & adſeſſores ſuos, remotis arbitris ſe
accedere paſſum eſſe: & ſi quis cum illis adhi-
bendus eſſet, Vlpianum ſemper rogaſſe: neq;
vllum vnquàm alium, ne ex domeſticis qui-
dem, ſolùm in palatio, quàm Vlpianum vi-
7 diſſe. Prætereà cùm Alexander † inter ſuos
conuiuaretur, Vlpianum frequenter accerſe-
bat: cum quo literatos aliquos ſermones, qui-
bus ſe recreari & paſci dicebat, habebat. De-
nique eum pro tutore habuit, primùm repu-
gnante Mammea matre, deinde gratias agen
te: eundem ſæpè à militum ira, obiectu pur-
8 puræ ſummè defendit. Ideoq; ſummus † Im-
perator extitit, quòd Vlpiani, aliorumq́; do-
ctiſſimorum virorum conſilio Rempublicã
adminiſtraret: cùm ante eum Caligulæ, Clau
dij, Nerones, Galbæ, Othones, Vitellij, Com-
modi, Iuliani imperatorium nomen, digni-
tatemq́; fœdaſſent. Hæc Lampridius. Xiphili-
nus è Dione ſcribit, Vlpiano ab Alexandro
præfecturam Prætorianorum datam: cætera-
que quæ ad Imperij adminiſtrationem perti-
nent, ei permiſſa fuiſſe. cùm autem Vlpianus
multa quæ non rectè à Sardonapalo facta e-
rant, emendaſſet: ipſum nõ multò pòſt à Præ-
9 torianis, qui de nocte eum inuaſerũt, † inter-
fectum eſſe: quanquàm ad Imperatorẽ, eiusq́;
matrem confugeret. Eundem ob iuſtitiæ a-
morem cum Papiniano exitum ſortitus, re-
linquens inſigne integritatis exemplum.

Summam in Iuris ſcientia poſt Papinia-
10 num † laudem conſequutus eſt. Modeſtinus
eum in libro de Excuſationibus, præſtantiſſi-
mum, & cum Scæuola & Paulo Iureconſul-
torum Coryphæũ vocat, & principem. Dio-
cletianus autem in l. Diuo Marco. C. de quæ-
ſtionibus, prudentiſſimum: Iuſtinianus in l.
vlt. C. de Inſt. vel ſubſtit. diſertiſſimum: in l.
vnica §. ne autẽ. C. de caducis tollendis, ſum-
mi ingenij virum.

11 Libros † quamplurimos reliquit. Decem
libros pro Tribunali, totidẽ de Officio pro-
coſſ. ad Edictum tres & octoginta, viginti ad
Leges ſeptem Regularum, Fideicommiſſo-
rum ſex. Eius prætereà libri quinq; de Adulte-
rijs feruntur, de Appellationibus quatuor, ad
Sabinum vnus & quinquaginta, Opinionum
ſex, de Officio cõſulis tres, Reſponſorũ duo,
ſex de Cenſibus, Inſtitutionumque duo. Se-
ptem etiam libros ſingulares cõpoſuit, quos
ſcripſit de Sponſalibus, de Officio præfecti
vigilum, de Officio prætoris tutelaris, de Of-
ficio quæſtoris, Regularum rurſus: de Officio
præfecti vrbis, de Officio curatoris Reipub.
Libros publicarum diſceptationum, ad per-
ennem ſciẽtiam & memoriam pariter com-
poſuit.

CAPVT LXXVIII.

Iulius Paulus.

SVMMARIA.

1 *Iulius Paulus Iuriſconſ. Patauinus, Prætor, Conſul, Præ-
fectus Prætorio.*

2 *Pauli Iuriſconſ libri quamplurimi in iure ſcripti, & nu. 3.*

PAtauio oriundus † fuit, vbi & hodierna 1
die ſtatua eius viſitur. Fuit vnà cũ Vlpia-
no aſſeſſor Papiniani, l. lecta. ff. ſi certum pe-
tatur. deinde Præturam & Conſulatum con-
ſequutus eſt: demùm Vlpiano vita functo, in
eius locum ſubrogatus, & præfectus prætorio
factus eſt: authoritate quidem Vlpiano par,
librorum multitudine ſuperior. Scripſit † 2
tres & viginti Reſponſorum libros, conſcri-
pſit Quæſtionum ſex ſupra viginti, ad Edictũ
octoginta tres, & viginti Breuium, ad Plauti-
um duodeuiginti, ad Sabinum ſexdecim, de-
cem ad Leges, Regularum ſeptem, Sententia-
rum vel factorum ſex, Sententiarum rurſus
quinque, ad Vitellium quatuor, ad Neratium
quatuor; Fideicommiſſorum tres, de Adulte-
rijs tres, Decretorum tres, Manualium tres,
de Officio procoſ. duos, ad l. Iuliam duos, In-
ſtitutorum duos, de Iure fiſci duos, ad l. Ae-
liam Sentiam tres. Libros † prætereà Singu- 3
lares reliquit, Regularum rurſus tres, de Offi-
cio præfecti vigilum, de Pœnis paganorum.
de Officio præfecti vrbi, de Pœnis militum,
de Vſuris, de Iure codicillorum, de Officio
prætoris tutelaris, de Pœnis omnium legum,
de Gradibus & affinitatibus, de Excuſationi-
bus tutelarum, ad S. C. Orficianum, ad S. C.
Tertullianum, ad S. conſ. Velleianum, ad S.
conſ. Libonianum, ſeu Claudianũ, ad S. cõſ.
Syllanianum, ad Regulam Catonianam, de
Extraordinarijs criminibus, de Hypotheca-
ria, ad Municipalem de publicis iudicijs, ad
Orationem D. Seuerini, de inofficio teſtam.
de Secundis tabulis, ad Orationem D. Marci,
de Tacito fideicõmiſſo, de Septemuiralibus
iudicijs, de Iuris & facti ignorantia, de Iure
ſingulari, ad l. Falcidiam, ad l. Velleiam,
ad

ad l.Cineiã, de Portionibus quæ liberis damnatorum conceduntur, de Adulterijs, de Iure bellorum, de Iure patronatus, de Teſtamentis, de Inſtructo [& inſtrumento, de Appellationibus: de Iure patronatus, quod ex l. Iulia & Papia venit: de Actionibus, de Interceſſionibus fœminarum, de Concurrentibus actionibus, de Legibus, de Libertatibus dandis, de Donationibus inter virum & vxorẽ, de Legitimis hæreditatibus, & de S C. Librũ etiam ſingularem, cui eſt titulus, de Varijs cognitionibus, & octo Digeſtorum libros.

CAPVT LXXIX.
Pomponius.

SVMMARIA.

1 *Pomponius Iuriſconſultus, Alexandri Imp. conſiliarius, eiuſq; libri. nu. 3.*
2 *Viuendi ratio optima in ſtudio.*

1 FVit hic † quoque vnus ex Alexandri conſiliarijs: prodijtque cum Vlpiano, Paulo & alijs, ex ſchola Papiniani. Exiſtimabat is,
2 vnam optimam viuendi † rationem conſiſtere in ſtudio, quam quidem rationem in octauum ſupra ſeptuageſimum ætatis annum
3 perduxit. Libros † plurimos reliquit: nempè viginti Epiſtolarum, ad Aedem octoginta, ad Edictum quatuor & octoginta: inſuper vnde quadraginta libros Lectionum ad Q. Mutium ſcripſit, ad Sabinum quinque ſupra triginta, Variarum lectionum quindecim: librum ſingularem Regularum etiã reliquit, quadraginta Digeſtorum, de Stipulationibus decem & ſeptem, Senatuſconſultorum quinque, ad Plautium ſeptem, Enchiridij duos, & quinque Fideicommiſſorum.

CAPVT LXXX.
Herennius Modeſtinus.

SVMMARIA.

1 *Herennius Modeſtinus Vlpiani diſcipulus, eius libri. nume. 3.*
2 *Modeſtinus Iuriſconſ. præceptor Maximini Imper.*
4 *Iuriſconſultorum variorum nomina, qui Papiniano operam dederunt. nu. 5. 6. 7. item aliorum quorundam incertæ ætatis num. 8.*

RVtilius auditorem eum Papiniani fuiſſe ſcribit, eiſdemq; honoribus cum Vl-
1 piano & Paulo vſum. exiſtimarem ego † Vlpiani diſcipulum fuiſſe, l. ſi quis. ff. de furtis. Conſulatum Alexandri temporibus geſſit cũ Probo, Anno vrbis 980. His Conſulibus Alexander Imperator de Perſarum rege triumphum egit. Docuit Modeſtinus iuniorẽ Ma-
2 ximinum, † qui ad Imperium poſt Alexandrum cum patre euectus eſt, Anno Chriſti 238. Vocatur à Gordiano, non contemnendæ authoritatis Iureconſultus, l. 5. C. ad exhi-
bendum. Tranſtulit librum † de Excuſation. 3
tutorum, è Græco in Latinum. Conſcripſit libros Regularum, deinde Excuſationũ ſex, duodecim Pandectarum, Differẽtiarum nouem. Eius prætereà eſſe vndeuiginti Reſponſorum libri dicuntur. De pœnis quatuor ſingulares, de Præſcriptionibus, de Legatis, de Fideicommiſſis, de Teſtamentis, de Ritu nuptiarum, de Enucleatis caſibus, de Differentiã dotis, de Manumiſſionibus, de Inofficioſo teſtamento, & de Eurematicis.

Alexandri, & ſuperiorum Seueri & Antonini temporibus, multi alij floruerunt, qui
omnes operam dederunt † Papiniano: Her- 4
mogenes, Alphenus Iunior, Metianus iunior, Proculus, & Iunius Frontinus. Præter hos
recenſentur alij. Tarruntius Paternus, † qui 5
ſcripſit libros Militarium quatuor: Macer, † 6
Militarium publicorum, de Officio præſidis, Eicaſton, de Appellationibus binos Teren-
tius † Clemens, ad Leges 20. Menander, Mi- 7
litarium quatuor. Archadius, vnum de Teſtibus. Ruffinus, Regularum 12. Papyrius Fronto, quatuor Reſponſorum. Anthius, vel Publius Furius Anthianus, partis edicti quinque. Maximus, ad legem Falcidiam, Hermogenianus, Epitomatum ſex. Africanus, Quæſtionum nouem. Florentinus, Inſtitutorum duodecim. Triphonianus, Diſputationum 21. Iuſtus, Conſtitutionum 20. Calliſtratus, de Cognitionibus 6. de Iure fiſci 4. Inſtitutorum tres, Quæſtionum 3. Edictorum monitoriorum 6. Venuleius, Stipulationum 19. Actionum 10. vnum de Pœnis paganorum, 3. Publicorum, de interdictis 6. quatuor de Officio procoſ. Celſus, cariſſ. Alexandro, viginti tres ad Sabinum Digeſtorum libros, Quæſtionum viginti vnum. Hos ſubſequuti ſunt
alij incertæ ætatis: † Saturnius, qui decem li- 8
bros ad Edictum reliquit: Adrianus totidem de Interdictis ſcripſit: Puteolanus Adſeſſorum aliquot. Horum memoria ſolis libris, ab ipſis conſcriptis, conſeruata eſt, de vita eorum nihil ferè extat.

CAPVT LXXXI.
De Iureconſultorum veterum munere & officio.

SVMMARIA.

1 *Iuriſconſultorum veterum munus in quatuor rebus poſitum. & nu. ſeq.*
2 *Formulæ actionum, aliarumq; rerum, ad I.C. petebantur.*
3 *Cauere, quid. & Cautiones variæ. nu. 5.*
4 *Stipulationes cautionales vnde ſic dictæ.*
6 *Legum in ſpeciem pugnantium conciliatio ad I.C. pertinebat.*
7 *Aequi boniq; interpretatio I.C propria.*
8 *Iuriſconſulti definitio ex Cicerone.*
9 *Negotialis ſtatus, quid?*
10 *Voluntatis quæſtio facti eſt, de qua I.C. non reſpondent.*

IVRECONSVLTORVM veterum
1 munus,† in quatnot præcipuè reb. poſitũ,
collocatumq́; fuit. Primò enim iudiciorum,
id eſt,omnium actionum, quæ & Legis dice-
bantur, ſormnlis præerant, l. Barbatius Phi-
lippus ff. de officio prætoris. Præſcribebant
quoque & exprimebant extraordinariarum
2 & priuatarnm actionnm † formulas. Hinc
ſormula Aquiliana, à Gallo Aquilio Iure-
conſulro expreſſa, l. Gallus Aquilius. ff. de li-
beris & poſthumis hæred. inſtit. Hinc ſor-
mula fiduciæ, vt inter bonos benè agier opot
teret. ita Cicero in Trebario. Hinc etiam ſor-
mnla ſponſionis, de qua Cicero pro Roſcio.
Omnibus enim de rebus ſormulæ ferè à Iu-
reconſultis conſtitutæ ſunt: vt Cicero ait lib.
3. Epiſtolarum, epiſt. 46.

3 SECVNDO cauebant, † hoc eſt, conſi-
lium clientibus ſuis fidele dabant: vt in con-
tractibus eò ſecutiores, eoque tutiores eſſent.
Et amicnm conſilio ſuo indemnem ſetua-
bant. *Sic Scæuola* ipſe cautè ſemper loquens,
cautionem interpretatur, l. 3. ff. de tranſactio-
nib. l. 53 §. 1. ff. de actione empti. Hinc ſtipula-
4 tiones † cautionales Vlpianus vocat, quòd
id ſtipulatione agatur, vt cautior quis & ſecu-
rior reddatur, l. 1. ff. de prætorijs ſtipulat. In-
5 de quoque ram variæ cautiones † à Iurecon-
ſultis introductæ ſunt: veluti cautio mora-
toria. l. 5. §. vltim. ff. de cenſib. Cautio indem-
nitatis. l. 32. §. 1. ff. de negotijs geſtis. Cautio
fœneratitia. l. 11. C. de pactis dotalib. l. 25. C.
de adminiſt. tutelæ. Cautio dotalis. l. vltim.
§. fina. ff. de legat. lib. 2. Cautio pollicitatio-
nis. l. 9. §. ſed ex facto. ff. de eo quod metus cau
ſa. Cautio ſolutæ pecuniæ. l. 2. C. qui accuſare
non poſſunr. Et multæ aliæ.

6 TERTIO, Si lex legi † obſtabat, hoc eſt,
quando caſu & euentu inrer ſe confligebant
& collidebantur, vt Quintilianus ait: vel ſcri-
pta lex nimis dura erat, & æquitati aduerſa-
batur, vel cum more maiorum & conſuetu-
dine contendebat, ipſi interpretabantur &
conciliabant. Teſtamentorum etiam ſenten
tias, ſi obſcuræ eſſent, vel ambiguæ, eas inter-
pretabantur, & explicabant.

POSTREMO, ſi neque lex extabat, ne-
7 que teſtamenta vel pactiones eſſent, ipſi † de
iure, quid æquum bonumq́ue eſſet interro-
gati, reſpondebant. Hinc Cicero Iurecon-
8 ſultum definit: † Iureconſultus eſt (inquit)
qui & legum & conſuetudinis eius qua pri-
uati in ciuitate vtuntur, & ad reſpondẽdum,
& ad agendum, & ad cauendum peritus eſt.
In hoc autem poſtremo reſpondendi mune-
re, primi Iureconſulti verſati ſunt: veluti, Pa-
pyrius, Appius Claudius, Scipio Naſica, Q.
Fabius, & alij. Hi ſui adeundi copiam facie-
bant, vel publicè tranſuerſo ſoro deambu-
lando: vel priuatim in ædibus, & de iure in-
terrogati reſpondebant. Reſpondebant ve-
rò non de facti quæſtione, id eſt, de ea cuius
ſtatus coniecturalis eſt, & vbi coniectura ve-
rum quæritur: ſed de iuris quæſtione, id eſt,
negotiali. Ita Cicero in libro ſecundo de In-
nentione: Negotialis † ſtatus eſt, in quo quid 9
iuris, ex ciuili more & æquitate conſideratur:
cui diligentiæ præeſſe apnd nos Iureconſulti
exiſtimantur. Et in Topicis. Nihil hoc ad
ius, ad Ciceronem inquibat Gallus noſter: ſi
quis ad eum quid tale retulerat, vti de facto
reſponderet. Probatur idem ex Vlpiano, in
l. ſtipulatio iſta. 38. §. hi qui ſunt. ff de verbor.
obligatio. & in l. nec ſeruus. 41. ff. de peculio.
Itemq́ue ex Paulo in l. ſi tibi decem millia. §.
ſi pactus. ff. de pactis.

Hinc de voluntatis † quæſtione, quæ facti 10
eſt, Iureconſulti non reſpondent. l. 3 ff. de au-
ro & argent. legato. l. 8. ff. quibus modis pi-
gnus vel hypotheca ſol. l. 44. & 94. ff. de ver-
borum obligationib. l. 122. ff. de verborum
ſignificationib.

Profeſſio verò iuris à Tito Coruncano
cœpit: eius tamen ſcriptum nullum extat, vt
Pomponius ait.

CAPVT LXXXII.

Iureconſulti qui ſcripſerunt, in quotu-plici ratione vel iuris genere verſati ſint.

SVMMARIA.

1 *Iuriſconſulti in triplici ratione tradendi iuris verſati. & nu. 3. 4.*

4 *Pragmaticum ſiue Practicum tractandi iuris genus.*

5 *De familijs Rom. Commentarium promittit author.*

IVreconſulti † in triplici ratione Iuris tra- 1
dendi verſati ſunt. Aliqui enim in eo iuris
genere excelluerũt, quod pragmaticum, † vel 2
practicum dicitur: videlicet in Epiſtolis per-
ſcribendis, in Quæſtionibus tractandis, in Re-
ſponſis dandis. Tali ratione vſi ſunt Papinia-
nus, qui Quæſtionum libros 7. Reſponſorum
libros 9. compoſuit. Sabinus libros Reſpon-
ſorum 2. edidit, Proculus libros Epiſtolarum
8. Neratius Reſponſorum 3. Pomponius Epi-
ſtolarum libros 22. Alij † animum adplica- 3
runt, vt ius in artem redigerent, & in vnum
corpus colligerent. Hi libros Pandectarum,
vel ſpeciales, vel vniuerſales ediderunt. velu-
ti Iulianus, Digeſtorum libros nonaginta, de
Ambiguitatibus librum ſingularem, Alphe- 4
nus libros quadraginta, & alij. Tertij, † expli-
cationem vel ad leges duodecim Tabularũ,
vel ad Prætorum edicta addiderunt: vel bre-
uiaria, vel notas conſcripſerunt. Eo in gene-
re excelluerũt Vlpianus, Paulus, Modeſtinus,
Caius, Marcellus, Florentinus, Marcianus, &
alij: quemadmodum, quid quiſque ad ius at-
tulit, ex ſuperioribus facilè cognoſci poteſt.

CONCLVSIO.

Vitas Iuteconſultorum,qua potui breuitate,perſttinxi. Quia verò ex clariſſimis ferè sũt orti familijs,neque tanrùm iutis cognitione, ſed bellorum magis ſtndio clari fuêre: ideo ſingulari de Familijs † commentario, copioſiot huius rei tractatio(Deo auxiliante) breui extabit.

CAPVT LXXXIII.

De Senatuſconſultis.

SVMMARIA.

1 *Senatum Roma. quis inſtituerit: & penes quos poteſtas legendi ſenatores fuerit.*
2 *Senatores quomodo legerentur, & quæ obſeruarentur in eorum lectione, num. 3. & ſeqq nu. 7. 15. 53.*
4 *Ciuis Romanus quis eſſe poterat.*
5 *Fama integra in ſenatore requiritur.*
6 *Genus quot modu ſpectaretur in ſenatoribus.*
8 *Equeſter ordo quaſi gradus ad ſenatorium.*
9 *Aetas ſenatoria, quæ.*
10 *Quæſtura quo anno ætatis geri potuit.*
12 *Cenſus ſenatorius, quantus.*
14 *Princeps ſenatus quis olim dictus.*
15 *Senatorum numerus quantus, & nu. 17.*
16 *Patres, conſcripti, lecti, Principes.*
18 *Senatus duplex, legitimus, vel indictus, nu. 19.*
20 *Senator ſemel lectus ſemper manebat, niſi remoueretur.*
21 *Cenſores poteſtatem mouendi ſenatu habebant.*
22 *Notam adſcribere, & Notare, quid.*
23 *Iudices eſſe poterant Senatu moti.*
24 *Cenſorum iudicia interdum contraria, & repugnantia.*
25 *Senatu moti, Antonius, & Manilius, & quare.*
26 *Cato Cenſor, quo tempore mulierem complecteretur.*
27 *in Senatum venire quibus licuerit.*
28 *Tribuno pleb. an Curiam ingredi permiſſum.*
29 *Præfectus vrbis non habuit ius ſententiæ in ſenatu.*
30 *Sacerdotes in ſenatum non veniebant.*
31 *Senatum conuocare qui magiſtratus potuerint, nu. 33. 34.*
32 *Conſulum munus, conuocare ſenatum.*
35 *Senatores conuocabantur aut edicto propoſito, aut voce præconis.*
36 *Senatores an inuiti ire in ſenatum cogerentur.*
38 *Pignora capere, & pignoribus captis coercere, quid.*
39 *Cenſendi modus & neceſſitas in ſenatu.*
40 *Senatores prehendi poterant iuſſu conſulis.*
41 *Prehendere quid: & qui magiſtratus prehenſionẽ habuerint.*
42 *Vocationem qui magiſtratus habuerint.*
43 *Tribuni pleb. coercendi, non vocandi ius habuerunt.*
44 *Labeo à Trib. pleb. vocatus quid reſponderit.*
45 *Senatores qui excuſarentur ne adeſſent.*
46 *Senatus quo in loco haberetur, nu. 50. & quo tempore, n. 53*
47 *Senaculum quid, & num. 51.*
48 *Senatuſconſultum quando eſſet iuſtum, vel non.*
49 *Aedes ſacræ, non omnes ſunt templa.*
52 *Templi appellatio quid ſignificet.*
54 *Comitiales dies, qui.*
55 *Februarius menſis legationibus exterorum datus.*
56 *Ceremoniæ in habendo ſenatu.*
57 *Rogandarum ſententiarum in ſenatu modus.*
58 *Senatuſconſultum per diſceſſionem quomodo fieret.*
59 *Pedarij ſenatores: Pedarij Equites, nu. 61.*
60 *Curulis ſella.*
62 *Senatores non omnes qui ſententiam dicere poterant.*
63 *Senatores pedarij, pedibus in ſententiam euntes.*
64 *Senatuſconſulti duæ ſpecies ſeu generà.*
65 *Ordo rogandi ſententias in ſenatu.*
66 *Domitiani tyrannis in ſenatorum ſententijs cogendis.*
67 *Diſceſſio in omni Senatuſconſulto fiebat.*
68 *Senatuſconſultum quoddam tacitum, & quoddam vltimæ neceſſitatis, num. 69.*
70 *Sententiam rogatus ſenator, modicè reſpondebat.*
71 *Senatori iuſſa tria, & quæ.*
72 *Breuitas in ſenatore, & in oratore laudatur.*
73 *Senatori neceſſarium noſſe quid?*
74 *Modicè dicendum ſenatori.*
75 *Diem tolli, vel diem eximi quid.*
76 *Catonẽ prolixius in ſenatu loquentẽ, Cæſar prehendi iuſſit.*
77 *Sententijs diſcrepantib. qua ratione fieret Senatuſconſult.*

PRiuſquam dicam quid & quotuplex Senatuſconſultum fuerit, paucis præmonebo, qua ratione Senatus lectus ſit: quis Senatorum numerus fuerit: quamdiu ipſorum munus durauerit: & qui poteſtatem conuocandi Senatũ habuerint: & quas ceremonias, quoſue ritus obſeruauerint.

Quis inſtituerit † Senatum Romanum. & penes quos legendi munus fuerit. 1

Primus omnium Senatũ inſtituit Romulus. Dionyſ. lib. 2. Initiò quoque arbitrium legendorum Senatorum penes reges erat: dein de huius ordinis & totius ciuitaris Romanæ diſciplina Cenſoribus commiſſa eſt, lege Ouinia. Feſtus. Paulo pòſt extra ordinem à Conſulibus quoque adlegi cœperunt. Appia. Deni que Principes ſibi hanc legendi poteſtatem ſumpſerunt.

Quomodo legebantur, † & quæ in legendis perſonis obſeruabantur. 2

Dionyſ. lib. 2. hac ratione & modo Senatũ lectum à Romulo tradit: Centum, inquit, viros ex patriciis ita ſecreuit. Vnum ex omnibus præſtantiſſimis ipſe declarauit, quem voluit præeſſe rebus vrbanis, ſi quando ad bellũ proficiſceretur. Deinde iuſſit ſingulas tribus tres viros, ætate, prudentia & genere præcipuos ſeligere. Poſt hos nouem ſingulas curias iuſſit denuò tres viros è patricijs maximè idoneos deligere. Adiectis ad illos nouẽ his XC. quos curiæ crearant, & illo præfecto quem ipſe anteà decreuerat centum Senatorum numerum expleuit. De alijs regibus & conſulibus tradit Feſtus, eos legiſſe: ſublegiſſeque ſibi, quos maximè dignos cenſebant, vel amabãt, Senatores.

In lectione † autem conſiderabatur, Pri- 3
mò, vt CIVIS ESSET. Ciuis † verò is eſſe 4
poterat, qui aut Romæ natus eſſet: aut in eo municipio, quod non modò munere honorario cum populo Romano vteretur, ſed & ciuitate, & ſuffragij latione. Qui mos ad annũ 662. durauit. Sociali enim bello, quod cum Italicis geſtum eſt, propter denegatam ciuitatem, cuius ipſi ſumma cupiditate flagrabant, maximæ parti Italiæ ciuitas data eſt. Tandem innumerabiles peregrini Senatores facti sũt,

nam C. Cæſar quoſdam è Semibarbatis Gal-
lorum recepit in curiam: de qua re vide Sue-
tonium. De bello ſociali vide Flor. libr. 71. &
ſequent. Appian lib. 1. de Bello ciuili. Plin. cap.
63. 75. de viris illuſtr. Val. cap. 6. lib. 8 Auguſt. ca
pite 17 & 26. lib. 3. de ciuitate Dei. Plin. cap. 1.
lib. 13. Natural. hiſto. Eutrop. cap. 1. lib. 5. Oroſ.
cap. 18. lib. 5. Strab. libr. 5. Solin. cap. 2. Plutarch.
in Sylla.

5 2. † FAMA: Quia hominibus turpi iudi-
cio damnatis, in perpetuum neque vllum ad
honorem, neq; in curiam aditus erat Cicero
pro Cluentio. Qui autem turpi iudicio dam-
nentur, traditur in Pandectis, de his qui notã-
tur Infamia

6 3. † GENVS: Idque tribus modis ſpectaba
tur. Vno, vt ſolùm patricij. Sext. Pomp. Dio-
nyſ. Liuius, Suetonius: Zonaras, à reliquis diſ-
crepans. Altero, vt quando iam patebat curia
plebeijs, ingenuo ſaltem non libertino ſan-
guine procreati legerentur. Tertiò, quòd à
Syllæ dominatione ad Cęſaris dictaturam cu
ſtoditum eſt, Ne proſcriptorum filij coopta-
rentur.

7 4. † ORDO: Quia oportebat eum equitẽ
8 fuiſſe. Equeſter enim ordo † quaſi gradus ad
Senatorium erat: &, vt Linius lib. 42. ait, ſemi
narium Senatus. Ad hũc autem ordinem ad-
mittebantur, qui erant ex infimo ordine, & è
plebe: ſed rarius, & ægrius. Feſtus, & Lamprid.
in vita Alexandri Seueri.

9 5. † AETAS: Non enim quauis ætate in
Senatum cooptari poterant. Cicero pro lege
Manilia Plutarchus in Pompeio. Dionyſ. lib.
6. Nam Priſci Romani ſenes eligebant, vnde
& Senatui nomen inditum, & ipſi Patres vo-
cati ſunt. Sic Saluſtius in Catilina: Delecti,
quibus corpus annis infirmum, ingenium ſa-
pientia validum erat: Reipubl. conſultabant.
Cicero in Catone, Ouid. in Faſtis. Quintilian.
cap. 6. lib. 1. Florus, Plutarchus, Eutrop. Diony
ſius, qui eos γέροντες appellat. Deinde iuniori-
bus quoque aditus patêre cœpit. Putat igitur
Sigonius, vir doctiſſimus, annum ſenarium
eum qui ſequeretur quæſturam, idoneum fu-
iſſe ad Senatoris lectionem. Quæſtura autem
10 geri † potuit anno ætatis 27. Quod non mul-
tum diſcrepat à lege quàm de Senatu cooptã-
do Haleſinis C. Claudius, & Bithynijs Cn. Põ-
peius dedit: Ne quis 30. annis minor in Sena-
tu eſſet.

11 6. † MAGISTRATVS: Per gradus e-
nim magiſtratuum, ad ampliſſimum ac ſum-
mum in vrbe locũ perueniebatur. Liu. Dion
lib. 54. Gell. lib. 3. Sueton in Auguſto.

12 7. CENSVS: Nam ante Auguſtum cen-
ſus Senatorius fuit octoginta millia H S. hoc
eſt, 24. millia coronatorum. & poſt Auguſtũ
duodecies. Suetonius in vita Auguſti, Dion li
bro 45. Aſcon. in Verr. Seneca in lib. de Bene-
ficijs, Arnobius lib. 4.

8. † QVAESTVS: Non enim cooptabãtur 13
tur in Senatorium ordinem, qui quæſtum tur
pem & ſordidum exercuerant. Sic Cicero in
Verrinis dixit, Claudium Pulchrum prætorẽ
ex S. C. Haleſinis de Senatu cooptando con-
ſcripſiſſe: in quibus alia multa, tum de quæſtu
ſanxiſſe, quem qui feciſſet, ne legeretur.

Cenſores itaque penes quos quãdoque le-
ctio Senatorum erat, ſingulis luſtris totum
Senatorium ordinem diligenter examina-
bant: & in demortuorum locum, vel eorum,
quos mouerant, nouos ſublegebant. Liuius
libr. 40. Expleto autem Senatorum legitimo
numero, & omnium nominibus in tabulas
relatis, ſuo quemque loco iubebant recitare.
Liuius libro 39. Et qui primus legebatur, (le-
gebatur autem ex cenſorio gradu) princeps † 14
erat Senatus. Poſt principem verò Senatus,
diſcrimine graduum, ætatum ſeruato, cæteri
Senatores & ſcribebantur, & recitabantur. Ci
cer. pro Domo.

De numero Senatorum.

Senatorum numerus † non ſemper vnus 15
& idem fuit, ſed pro temporum ratiõe inter-
dum auctior, interdum rarior. Romulus e-
nim condita Vrbe, centum creauit ex Alba-
nis Senatores: deinde centum, vel (vt alij tra-
dunt) quinquaginta ex Sabinis. Sic Dionyſius.
diuerſum Liuius ſcribit. Regnãte Tarquinio
Priſco, ducentos tantum fuiſſe: centum ab il-
lo lectos, & priores Romuli centum.

Brutus, liberata Republ. ex equeſtri gradu
patrum numerum ad trecẽtorum ſummam
expleuit: vel, vt Feſtus ait, regibus vrbe pulſis,
P. Valerius conſul, propter inopiam patricio-
rum, ex plebe adlegit in numerum Senato-
rum, centum ſexaginta & quatuor, vt exple-
ret numerum Senatorum trecentorum. Hi
veteres priſcis temporibus † Patres, in nouũ 16
conſcripti, lecti appellabantur. Plutarchi ſe-
culo Senatores à Romanis Patres conſcripti,
ab exteris Principes vocabantur. Liu. Appian.
Dion, Flor. Cic. Et hic numerus † perdurauit 17
vſque ad annum Vrbis 692. Nam M. Valerio
Meſſala, & L. Puppio Piſone Coſs. omnes ij
qui magiſtratus geſſerant, à Cenſoribus ſuprà
legitimum numerum, in Senatum lecti ſunt.
Sic Dion. Numeri autem mentionem facit
Cicero, itemq; Appianus. Cicero in epiſtolis
ad Atticum: Homines ad X V. Curioni nullũ
S C. facienti adſenſerunt, facilè ex altera par-
te C.D. adfuerunt. & in oratione ad Senatum:
Quo quidem die cum C D X. Senatores eſſe-
tis. & Appianus: Cum retuliſſet Curio, ecquid
cenſeréntne patres & Cęſarem & Pompeium
imperium deponere, X X I I. in alia omnia,
trecẽti autem & ſeptuaginta in Curionis ſen-
tentiam pedibus iuerunt.

Pau-

Paucós pòſt annos C. Iul. Cæſar dictator
900.legit.Dion libr.43 poſt mortem Cæſaris,
Antonius & triumuiri 1000.Sueton. Quem
numerum,quia promiſcua turba eò conflue-
bat,Auguſtus diminuit, & ad DC.redegit.
Dion lib.45.

Quotuplex fuerit Senatus.

18 Senatus † aut legitimus erat, aut erat indi-
ctus.Senatus legitimus ſtatis diebus agebatur.
Capitol.in Gord.Non legitimo, inquit, ſed
indicto Senatus die,conſul domi conuentus,
cum prætoribus, tribunis & ædilibus in curiã
venit.Et Sueton.In Auguſt.Sanxit,inquit, ne
plus quàm bis in menſe Senatus legitimus a-
gereturːſcilicet Kal. & Idib. Néue Septembri
Octobríue mẽſe vllos adeſſe alios neceſſe eſ-
ſet, quàm ſorte ductos, per quorum numerũ
decreta confici poſſent.Et Spart.In Adria. Se-
natui legitimo,cùm in vrbe, vel iuxtà vrbem
eſſet,ſemper interfuit.Edictus autem,vel indi
19 ctus † erat,qui ob negocia incidentia repentè
indicebatur.Sueton.in Cæſ.Sic apud Atheni-
enſes:νόμιμος ἐκκλησία dicebatur,ἡ κυρία ἐν ὡρισ-
μένοις ταῖς τοῦ μηνός.σύγκλητος δὲ ἡ ἐξαίφνης γινομένη
διὰ κατεπείγοντα:Legitima concio dicebatur, fi-
xa ſtataq́; concio,quæ ter in mẽſe habebatur:
conuocata autem & indicta, quæ repentè no-
ua quadam de cauſa fiebat.Suidas,& interpre
tes Demoſthenis in oratiõe περὶ παραπρεσβείας.
Et Appianus lib.1. de bello ciuili. Conſulum
alter Opimius nomine, vt in trepidatione
mos eſt, nõnullos cum armis in Capitolium
feſtinare iubet, Senatumque per præconem
conuocari.

Quamdiu Senatorium munus durauerit.

20 Qui ſemel in Senatũ lectus erat, † per om-
nem ætatẽ in eo ordine permanebat, niſi aut
Senatus remouendũ cẽſuiſſet:aut qui turpi de
crimine aliquo,aut de ambitu cõuictus, aut à
populo damnatus, aut cenſoria animaduer-
ſione notatus eſſet. Sic Cice.in orat. pro Flac.
Lyſanias adeptus eſt ordinẽ Senatorũ, ſed cũ
Remp.nimiũ complecteretur,peculatus dam
natus,& bona,& nomen Senatoriũ amiſit.Et
Zonar.Pòſt conſtitutũ eſt, vt qui ſemel in Se-
natũ lectus eſſet,per omnẽ ætatem in eo ordi-
ne permaneret,niſi aut turpi iudicio dãnare-
tur, aut ob vitæ dedecora pelleretur. Et extat
lex Caſſia quã C.Mario & C.Flauio Coſs.Caſ
ſius Longinus tulit: vt quẽ populus damnaſ-
ſet,cuíve imperium abrogaſſet, in Senatu ne
eſſet.Et Plutarch. in Paulo Aemil. Habent cẽ-
21 ſores † poteſtatem mouẽdi Senatu,qui impu-
rè ac flagitioſè viuunt:Senatus principẽ legẽ-
di, iuuenes immoderatos & intemperantes
adempto equo notandi.Et Liu lib.39.Patrum
memoria inſtitutũ erat, vt cẽſores motis è Se-
32 natu adſcriberent notas. Notam † aũt adſcri-
bere nihil aliud fuit, quã cauſam infamem &
ignominioſam in aliquẽ edere. Et differebãt
inter ſe,notare,ac ordine mouere:quia ob le-
uiores cauſas mouebãt tantum cenſores, gra-
uioribus aute pollutos ſceleribus notabant.
De his notis ſcribit Vlp in l.1.ff.de his qui nõ
tan.infam. Verùm licet Senatu mouerentur,
nihilominùs tamen iudices † eſſe poterant: 23
Itemq́; ærarij.Liu.lib.42.& Cicer.In orat.pro
Cluen. Prætores vrbis qui iurati debent opti-
mum quemq́; in ſelectos iudices referre,nun-
quam ſibi ad eã rem cenſoriam ignominiam
impedimẽto eſſe duxerunt.Et in eadem orat.
Atq́; etiam ipſi inter ſe cenſores iudicia tanti
eſſe arbitrantur, vt alter alterius† iudiciũ non 24
modò reprehendat, ſed etiã reſcindat: vt al-
ter de Senatu moueri velit, alter retineat, &
ordine ampliſſimo dignũ exiſtimet. Sic Ma-
mercus, quòd cenſuram annuã ac ſemeſtrem
feciſſet,quæ quinquẽnalis fuerat,tribu motus
eſt:cauſa ignominiæ addita,quòd magiſtratũ
P.R.imminuiſſet.Liu.lib.5 Sic Antonius Se-
natu motus † eſt, quòd quam virginẽ in ma- 25
trimoniũ duxerat,repudiaſſet,nullo amicorũ
in conſilio adhibito.Val li.2.Et multa alia a-
pud Ciceronem & Liuiũ, & Senecam & Pli-
niũ ac Velleium Paterculum inueniuntur ex-
pla.Inſigne fertur exemplũ de Manillo: qui i-
deò motus eſt,quòd is pręſente filia interdum
vxorẽ eſſet oſculatus: cùm Cato cenſor dice-
ret, † Nunquam mulierẽ in ſuum complexũ 26
veniſſe,niſi cum vehemens tonitru extitiſſet:
ſeq́; ioco ſolitum dicere, Ioue tonante ſe feli-
cem eſſe. Plutarchus in præceptis connubiali-
bus,& in vita Catonis.

Quibus in Senatum † venire licuerit. 27

Quia Senatores ſenatũ conficiebant, ideò
præter Senatores eò venire poterant omnes
magiſtratus ad quæſtorẽ vſq́; Plutarc. in vita
Catonis:Cato quæſtor in Senatũ, quoties ha-
beretur,ſemper venit,& omnes qui honores
geſſerant. Tribun.tamen pleb. priſcis tempo-
ribus curiam † ingredi non licuiſſe, ſed ante 28
valuas poſitis ſubſellijs decreta patrum atten-
tiſſima cura examinaſſe, autor eſt Vale.lib.2.
Zonaras autem,pòſt & in curiã, & in Senato-
riã dignitatem admiſſos eſſe,ſcribit. Præterea
vrbis † præfectum nec ſententiæ ius habuiſſe, 29
Mutius apud Gel.ait Itemq́; Pontifices,† Au- 30
gures,& alij quouis ſacerdotio publico prędi-
ti ciues, niſi quẽ habuiſſent magiſtratũ, aut à
cenſorib.lecti eſſent, in Senatũ non veniebãt.

Qui habuerint poteſtatem conuocandi Senatum.

Gellius libro 13.ex libro quodam Varronis
enumerat eos magiſtratus, per quos more
maiorum Senatus olim haberi ſolitus eſt: &
fuerunt hi,† Dictator,Conſul,Prætor,Tribu- 31
nus pleb.Interrex, Præfectus vrbis. neque ali-
us præter hos.Quoties autem vſu veniſſet, vt
omnes iſti magiſtratus Romæ eſſent, tum
quo ſuprà ordine ſcripti eſſent, qui eorũ pri-
or alijs eſſet,ei potiſſimùm Senatum conſulẽ
di ius

dI lus fuiſſe. Addit deinde extraordinario iu-
re tribunos quoque militares, qui pro conſu-
libus fuiſſent: item Decemuiros, quibus impe-
rium conſulare tum eſſet: item triumuiros
Reipub. conſtituendæ cauſa creatos, ius con-
ſulendi Senatum habuiſſe.

Obſeruandum autem eſt, conuocare Sena-
32 tum adeò ad conſulum † munus pertinuiſſe,
vt abſentibus ijs, non ita ſæpè ſupremum con-
ſilium iniretur. Cic. lib. 12. Epiſt. Et quia Con-
ſulum æqualis erat & par planè poteſtas, faci-
leque alter intercedere poterat, ſi eo inuito
collega aliquid ageret: ideò non difficulter
concluditur, Senatum nunquam, niſi vtriuſ-
que conſenſu habitum. Eodemq; modo cre-
dibile eſt, Tribunos militares & triumuiros,
ſi omnes adeſſent, communi edicto patres ci-
33 tare ſolitos. Minores autem magiſtratus, † &
priuati, ac quoties opus erat, Cõſules, aut eos
quos enumeraui, adire ſolebant, & ab ijs Sena
tus cognitionem petere, ipſi per ſe nunquam
conuocabant. Liuius libr. 3. Senatum in diem
poſterum indicunt, qui aliquando ſpe ipſo-
rum frequenter conuenit. quo facto, proditã
à patribus plebs libertatem rata, quòd ijs qui
iã magiſtratu abijſſent, priuatiſq; ius abeſſet,
tanquam iure cogentibus Senatus paruiſſet.

Primus verò omnium C. Iulius Cæſar, poſt
34 decennalem † dictaturam, & perpetuam tri-
bunitiam poteſtatem adeptam, Senatum ſo-
lus conuocauit, qui honos Auguſto M. Aemi
lij Lepidi, & L. Aruncij cõſulatu decretus eſt,
nouo modo: hoc eſt, vt etiamſi nullum ma-
giſtratum haberet, Senatum tamẽ legere poſ-
ſet. Quo exemplo inſequentes Imperatores id
iuris ſibi vſurparunt.

Quæ fuerit ratio conuocandi.

35 Conuocabantur Senatores † aut edicto à
Coſs. aut ab alio magiſtratu propoſito: aut
Præconis voce. Edicto, quoties de re graui de-
liberandum erat: Præconis voce, cùm aliquid
incidiſſet, de quo properè & ſine mora conſu
lendi eſſent Patres, neque operæ videretur id
in aliud tempus differre negotium. Liuius, de
Decemuiris. Appianus lib. 1. de Opimio. Cice-
ro in 6. ad Brutum epiſtola, & lib. 10. ad Attic.
& in 3 Philipp. Edicti verò clauſula hæc fuit:
Senatores, quibuſque in Senatu ſententiam
dicere licet. Priſcis autem temporibus, cùm
in agris adhuc habitarent Senatores, ad eos
accerſendos viatores mittebantur. Cicero in
Catone Maiore, Columel. lib. 1.

Senatores conuocati, adeſſe cogebantur.

36 Quomodo autem Senatores † in Senatum
ire cogebantur, Cicero Philippica 1. docet.
Quid autem, inquit, erat cauſæ, cur in Senatũ
heſterno die tam acerbè cogerer? ſolúſne ab-
eram? an non ſæpè minus frequentes fuiſtis?
an ea res agebatur, vt etiam ægrotos deferri
oporteret? Hannibal credo, erat ad portas, aut
de Pyrrhi pace agebatur? ad quam cauſam et-
iam Appium illum, & cæcum, & ſenem, dela-
tum eſſe, memoriæ proditum eſt. De ſupplica
tionibus referebatur? quo in genere Senato-
res deeſſe nõ ſolent. Coguntur enim non pi-
gnoribus: † ſed eorum, quorum de honore a- 37
gitur, gratia. Quod idem fit, cum de trium-
pho refertur: ita ſine cura Conſules ſunt, vt
penè liberum ſit Senatori, non adeſſe. Et pau-
lo pòſt: Quis autem vnquam Senatorem tan-
to damno coëgit? aut quid eſt vltrà pignus &
mulctam? Verba ſunt Ciceronis conquerẽn-
tis iniuriam Antonij conſulis, qui non con-
tentus pignoribus captis, aut mulcta dicta co-
gere in Senatum venire Ciceronem: minatus
eſt etiam frequentiſſimo Senatu, cum fabris
ſe venturum ad diſturbãdam ſubuertendam-
que domum eius. Idem libro 3. de Oratore, de
iurgio Philippi conſulis in Senatu, & L. Craſ-
ſi, magni illius Oratoris, loquens: Hic, cum
homini & vehementi, & diſerto, & in primis
forti, ad reſiſtẽdum Philippo, quaſi quaſdam
verborum faces Craſſus admouiſſet, non tulit
ille, & grauiter exarſit: pignoribuſque ablatis,
Craſſum inſtitit coercere.

Pignora autem capere, † vel auferre, eſt, 38
quod nunc dicimus captionem bonorũ. Co-
ercere igitur pignoribus captis, Cicero dixit:
quod nos cogere per bonorum captionem di
cimus. Demoſt. ἐφάψασθαι τῶν χρημάτων dicit; quaſi
manum facultatibus inijcere: quod etiam græ
cè τῶν ἐνεχύρων λαμβάνεσθαι dicitur, hoc eſt, pig-
nora capere. Gel. lib. 7. pignoris capionẽ hinc
eſſe dictam ab antiquis affirmat, vt vſucapio-
nem. Prehendere verò eſt apud eos, id quod
nos corpore prehẽdere dicimus: cuius exem-
plum ſtatim ſubijciemus.

Quibus autem modis venire in Senatum,
ijſdem etiam cenſere † cogebantur, niſi Tri- 39
buni intercederent. Liuius lib. 8. ſecundi belli
Punici: Itaque Q. Fuluius poſtulauit a Conſu-
le, vt palàm in Senatu diceret, Promitteretne
patribus, vt in prouincijs decernerent? ſtatu-
ruſque eo eſſent, quod cenſuerint? an ad po-
pulum laturus? Cum Scipio reſpondiſſet, Se
quòd è Repub. eſſet, eſſe facturum: tum Fulu-
us, Non ego (inquit) ignarus quid reſponſu-
rus facturúsve eſſes, quæſiui: quippe cùm præ
te feras tentare magis quàm conſulere Sena-
tum. Itaque à vobis Tribuni pleb. poſtulo, vt
ſententiam mihi ideò non dicenti, quòd ſi in
meam ſententiam diſcedatur, non ſit ratum
habiturus conſul, auxilio ſitis. Inde altercatio
orta, cùm Conſul negaret æquum eſſe, quo
minus ſuo quiſque loco Senator rogatus ſen-
tentiam diceret: Tribuni decreuerunt, Si con-
ſul Senatum de prouincijs permittit, ſtari eo
quod Senatus cenſuerit, nec de ea re ferri ad
populum patiemur; ſi non permittit, qui de
ea

ea ſententiam recuſabit dicere, auxilio erimus.
Conſul diem ad colloquendum cum collega
petijt. poſtero die permiſſum Senatui eſt, pro-
uinciæ ita decretæ. Prehendi verò Senatores
40 † iuſſu Conſulis poterant. ita Valerius libro
ſecundo. L. verò Philippus conſul, aduer-
ſus eundem ordinem libertatem exercere nõ
dubitauit. nam ſegnitiem pro Roſtris expro-
brans, alio ſibi Senatu opus eſſe dixit. Tan-
tumque à pœnitentia dicti abfuit, vt etiam L.
Craſſo, ſummæ dignitatis & eloquentię viro,
id in curia grauiter ferenti, manum inijci iu-
beret. Ille reiecto lictore: Non es, inquit, mihi
Philippe Conſul; quia nec ego tibi Senator
ſum: id eſt, quia dixiſti te alium Senatum quę-
rere. Et Gellius lib. 4. Capito Atteius, in libro
quem de officio Senatorio compoſuit, ſcrip-
tum hoc reliquit: C. Cæſar, inquit, Conſul M.
Catonem ſententiam rogauit. Cato rem quã
conſulebatur, quoniam non è Republica vi-
debatur, perfici nolebat. Eius rei gratia ducen
dæ longa oratione vtebatur, eximebatque di-
cendo diem. Erat enim ius Senatori, vt ſentẽ-
tiam rogatus, diceret antè quidquid vellet a-
liũs rei, & quoad vellet. Cæſar conſul viatorẽ
vocauit, eumque cùm finem non faceret, pre-
hendi loquentem, & in carcerem duci iuſſit.
Senatus conſurrexit, & proſequebatur Cato-
nem in carcerem. Hac, inquit, inuidia facta,
Cæſar deſtitit, & mitti Catonem iuſſit. Hacte-
41 nus ille. Quid ſit autem prehendere, † & qui
magiſtratus prehenſionem, quique vocatio-
nem habuerint, aut qui vtrumque, aut etiam
neutrum, Gellius libr. 13. docet. Vocationem,
42 inquit, † habent conſules, & cæteri qui habẽt
imperium. Prehenſionem, Tribun. pleb. & a-
lij qui habent viatorem. neque vocationem,
neque prehenſionem, vt Quæſtores, & cæteri
qui neque lictorem habent, neque viatorem.
Qui vocationem, iidem prehendere, tenere,
abducere poſſunt. Qui autem iure prehendi-
tis etiam in vincula duci poteſt. Sed quærenti-
43 bus nobis, inquit, quam ob cauſam Tribuni, †
qui haberent ſummam coercẽdi poteſtatem,
ius vocandi non habuerint: illud occurrit,
quòd Tribuni plebis antiquitus creati viden-
tur, non iuri dicendo, nec cauſis querelisque
de abſentibus noſcendis, ſed intercesſionibus
faciẽdis, quibus præſentes fuiſſent, vt iniuria,
quæ coram fieret, arceretur. ac propterea ius
ad ſe vocandi ademptum: quoniam vt vim
fieri vetarent, aſſiduitate eorum & pręſentum
44 oculis opus erat. Labeo † igitur Antiſtius, le-
gum morumq; populi Romani peritiſſimus,
per viatorem Tribunorum pleb. vocatus, eo-
dem Gellio autore, reſpondit: Ius eus non ha-
bere, neq; ſe, neq; alium quemquam, in cauſa
vocandi: cum moribus maiorum Tribuni pl.
prehenſionem haberent, vocationem nõ ha
berent. Poſſe igitur eos venire, & prehendi ſe
iubere: ſed vocandi abſentem, ius nõ habere.

Qui excuſentur ne adſint.

Superius dixi, † ſexagenarios excuſari. Præ- 45
terea datur quoq; excuſationis venia illis, qui
iudicijs operam nauant. Dion lib. 55. Propter-
ea Auguſtus, cum certos dies, quibus Senatus
haberetur, conſtituiſſet: cauit, ne ijs diebus ius
dicere, vel aliud id genus publicum negoti-
um, quod Senatores impedire poſſet, quo mi-
nus in Senatum venirent, attingere fas eſſet.
Tertiò excuſabantur, qui familiaris funeris
procuratione abeſſent. Sic Cicero pro Ra-
birio. Quarto, qui morbo laborarent. Cicero
in Philipp. vt ſuprà. An ea, inquit, res ageba-
tur, vt etiam ægrotos deferri oporteret?

De loco, quo † habebatur Senatus. 46

Locus, in quem Senatus conueniebat, Cu-
ria appellabatur: Feſtus Senaculum † vocat. 47
Liuius autem libr. 45. & Varro lib. 4. & Vale-
rius lib. 2. Senaculũ dicunt fuiſſe locum quen-
dam ante curiam, in quo Senatus aut Senato-
res conſiſterent, dictum vt γερουσίον apud Græ-
cos. Hic autem locus publicus erat, & per Au-
gures conſecratus. Iuſtum enim † S. C. vt au- 48
tor eſt Gell. eſſe non poterat, niſi quod in lo-
co per Augures conſtituto, quod templum ap
pellaretur, factum eſſet.

Propterea & in curia Hoſtilia, & in Pom-
peia, & pòſt in Iulia, cùm prophana ea loca
fuiſſent, templa eſſe per Augures conſtituta,
refert, vt in ijs iuſta Senatuſconſulta fieri poſ-
ſent. Scriptumque Varronem reliquiſſe, non
omnes ædes ſacras † templa eſſe. Et Seruius in 49
illud Aeneid. libr. 11. Alta infra limina cogit:
Quæritur, inquit, cur ad priuatam domum
vocetur Senatus, qui non niſi ad publica & au
guratò condita loca conuenire conſueuit.
Sed ſcimus domum Latini auguratò condi-
tam: & eãdem tam templum fuiſſe, quàm cu-
riam. Namque in ſuperioribus legimus, tectũ
auguſtum, id eſt, augurio conditum. Et paulo
poſt:

Hinc ſceptra accipere, & primos attollere faſces,
Regibus omen erat. hoc illis curia templum.

Meritò ergo ad domum regis, quaſi ad lo-
cum publicum conuocatur Senatus. nam, vt
ait in 7.

Tale intus templo diuûm, patriaq; Latinus
Sede ſedens,——

Idcircò etiam in Palatij atrio, † quod augu 50
ratò conditum eſt, apud maiores conſulebã-
tur Senatus: vbi etiam arietes immolabantur,
quod (vt in ſeptimo dicimus) Virgilius ad La-
tini tranſtulit domũ. Multi dicunt, peritè Vir
giliũ nec templi, nec curię hoc loco feciſſe cõ
memorationem: ſed tantum dixiſſe, intra te-
cta regia: vt oſtenderet cõſilium, quod initur,
non eſſe comprehendendũ, quia nec recte nõ
eſt inchoatum. Ea enim quæ dicet Latinus,
efficctu

effectu carebunt. Hæc Seruius. Et Nicoſtratus
in libro qui inſcribitur, De Senatu habendo,
51 de Senaculo † loquens, inquit: Vbi nunc eſt ę-
des Concordiæ, inter Capitolium & focum:
alterum ad portam Capenam: tertium infra
ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum
legatis, quos in vrbem admitti nolebant, Se-
natus dabatur.

52 Templi † autem appellatio nõ tantùm æ-
des dijs conſecratas ſignificat, ſed & omnem
locum, modò per Augures conſtitutus ſit, li-
cet campus ſit. Liuius: Propterea bello Hanni-
balis cum Flaccus caſtra intra portam Eſqui-
linam Collinamque compoſuiſſet, Conſules
eò Senatusq; conuenerunt, & ibi de Republ.
conſultarunt. Et Propertius:

Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites,
Centum illi in prato ſæpe ſenatus erat.

53 *Quo tempore † Senatus ageretur.*

Senatum duplicem fuiſſe, dixi: Legitimum
& indictum. Legitimus erat, qui vel lege, vel
more, ſtatis ſemper ac certis diebus habeba-
tur, Kalend. nonis, idib. maximè autem inſig-
nes, Cal. Ian. Et antea Idib. Martij fuerunt. Bis
deinde D. Auguſtus ſanxit, ne plus menſe le-
gitimus Senatus haberetur, ſcilicet Kalend. &
id. néue Septembri, Octobríve menſe vllos
adeſſe alios neceſſe eſſet, quàm ſorte ductos.

Indictus, qui reliquis diebus, modò Comi-
tiales non erant, vocatu magiſtratus cogeba-
54 tur. Comitiales † autem definit Feſtus, cum in
Comitio conueniebant. Si igitur indicta erãt
Comitia, ad 3. Non. Mart. quo die legem fer-
re, aut magiſtratus creare licuit, non potuit
ad eam diem, vt Senatus adeſſet, Conſul edi-
cere, ne Senatores vel à petitione, vel à ſuffra-
gijs auocarentur. Ferebant enim ſuffragia eti-
am tributis comitijs. Si tamen res incidiſſet
grauior, quæ Senatus deſideraret cognitionẽ,
Comitia ex S. C. dilata ſunt. Cicero pro Mu-
rena: His rebus auditis, meminiſtis fieri S. C.
referente me, ne poſtero die Comitia habe-
rentur, vt de his rebus in Senatu agere poſſe-
mus. Et Liuius libro 48 Conſul dimiſſis co-
mitijs, Senatum vocauit. Conſuerunt frequen-
tes ad populum, cum Flacco agendum. Præ-
tereà, vt Gellius inquit, Senatusconſultum
nec antè exortum, nec poſt occaſum ſolis fa-
ctum, ratum fuit. Opus etiam cenſorium fuiſ-
ſe exiſtimatos, per quos eo tempore S. C. fa-
ctum eſſet, quin & menſem totum Februari-
um, † legationibus exterarum gentium audi-
55 endis attributum fuiſſe, multis ex locis con-
ſtat. Cicero ad Lentulum: Senatus haberi Fe-
bruario toto non poteſt, niſi perfectis aut re-
iectis legationibus, & ad Quintum Fratrẽ lib.
2. epiſt. 11. Et quòd Gabinia lege ſanctum ſit, ex
Kal. Febr. vſque ad Kal. Martias, legatis Sena-
tum quotidie dari.

De ritibus & † ceremonijs in habendo Senatu.

Magiſtratus qui Senatum habiturus erat,
primùm omnium immolabat hoſtiam, au-
ſpicabaturq; ſic lex XII. Tab. Omnes magiſtra-
tus iudicium, auſpiciumq; habento. inde Ap-
pianus ſcribit: Eſt autem mos inquit, in curi-
am ingreſſuris, prius vti haruſpicina. ac rur-
ſum: In Cæſaris victima cor, vel (vt alij dicũt)
caput extorum non eſt inuentum. Octauius
Imperator decreuit, vt Senatores thure ac
mero ſupplicarent illi Deo, in cuius templo
Senatus habebatur. Dion lib. 54 Poſt hæc Au-
guſtus in aliud quinquennium præfectus mo-
rum factus, ſanxit, vt Senatores quoties in cu-
riam conuenire, aut ad ſe accedere vellent,
ſuffimentum adolerent. Eo & religionis ſtu-
dium inculcabatur, & ſignum conueniendi
facilius dabatur. Et Suetonius in vita Auguſti.
Quò autem lecti probatique & religioſius, &
minori moleſtia Senatorio munere funge-
rentur, ſanxit, vt priusquam conſideret, quiſ-
quam, thure ac mero ſupplicaret apud aram
eius Dei, in cuius templo coiretur. Poſtquam
iam de rebus diuinis actum eſſet, tum Patres
conſulebant, non ſolùm ij qui habebant Se-
natum, verùm & alij magiſtratus: vt ex mul-
tis locis apud Ciceronem, Liuium, Dionem
colligitur.

De † rogandis ſententijs. 57

Senatusconſulta duobus modis fiebant, in-
quit Gellius lib. 14. aut per diſceſſionem, ſi cõ-
ſentiretur: aut ſi res dubia eſſet, per ſingulo-
rum ſententias exquiſitas. Vide Gellium. In
Senatusconſulto autem per diſceſſionẽ Præ-
co dicebat Qui hoc cenſetis, illuc tranſite: qui
alia omnia, in hanc partem. Omnis autem
cauſa ſic præibat, ne diceret, Qui non cenſe-
tis. De hoc Senatusconſulto † per diſceſſio- 58
nem, ſic ſcribit Suetonius in Tyberio: Cum
Senatusconſultum per diſceſſionem fortè fie-
ret, tranſeuntem eum in alteram partem, in
qua pauciores erant, ſecutus eſt nemo. Cic.
Philip. 3. Cum de Republica relaturus fuiſſet,
allato nuncio de Legione quarta mente con-
cidit. Effugere feſtinans, Senatusconſult. de
ſupplicatione per diſceſſionem fecit, cum id
factum eſſet antea nunquam. Gellius lib. 3 ca-
pite 18. Non pauci ſunt, inquit, qui opinantur
pedarios † Senatores appellatos, qui ſenten- 59
tiam in Senatu non verbis dicerent, ſed in a-
lienam ſententiam pedibus irent. Quid igitur
cum Senatusconſultum per diſceſſionem fie-
bat? nonne vniuerſi Senatores ſententiam pe-
dibus ferebant? Atqui hæc etiam vocabuli i-
ſtius ratio dicitur, quam C. Baſſus in commẽ-
tarijs ſuis ſcriptam reliquit. Senatores enim
dicit in veteri ætate qui curulem magiſtratũ
geſſiſſent, curru ſolitos in curiam honoris
gratia vehi: In quo curru † ſella eſſet, ſuprà 60
quam deſiderent, quæ ob eam cauſam Curu-

lis ap-

lis appellaretur. Sed eos Senatores qui magi-
ſtratum curulem nondum ceperant, pedibus
itauiſſe in curiam. Propterea Senatores non-
dum maioribus honoribus ſunctos, pedarios
nominatos. M. autem Varro in ſatyra Menip
pea, quæ ἱππο-κύων inſcripta eſt, Equites quoſdã
61 dicit † pedarios appellatos: videturq́ue eos ſi-
gnificare, qui nondum à conſulibus in Sena-
tum lecti, Senatores quidem non erant: ſed
quia honoribus populi vſi quidem erant, in
Senatum veniebant, & ſententiæ ius habe-
bant. Nam vt ciuilibus magiſtratibus functi,
qui nondum à cenſoribus in Senatum lecti e-
62 rant, Senatores † non erant: & quia in poſtre-
mis ſcripti erant, non rogabantur ſententias:
ſed quas principes dixerant, in eas deſcende-
bant. Hoc ſignificabat edictum, quo nũc quo-
que Coſs. cùm Senatores in curiam vocant,
ſeruandæ conſuetudinis cauſa tranſlaticio v-
tuntur. Verba edicti hæc ſunt: Senatores qui-
buſq́ue in Senatu ſententiam dicere licet. Ver
ſum quoq; Laberij, in quo id vocabulum po-
ſitum eſt, notari iuſſimus, quem legimus in
Mimo, qui Scriptor inſcriptus eſt:

Caput ſine lingua, pedaria ſententia eſt.

Hoc vocabulum à pleriſque barbarè dici
animaduertimus. nam pro pedarijs, pedane-
os appellant. Hæc Gellius. Ex quibus Gellij
verbis facilè intelligimus, non fruſtrà ab Vl-
piano in l. Iulti ff. de Senatoribus præfinitam,
circumſcriptamq́ue Senatorum appellatio-
nem eſſe. Senatores autem, inquit, accipien-
dum eſt eos, qui à Patricijs & Conſulibus, vſ-
que ad omnes illuſtres viros deſcendunt:
quia & hi ſoli ſententiam dicere poſſunt. Et
Cicero ad Atticum libro primo, epiſtola 15.
63 Et raptim in eam ſententiam pedarij † cucur-
rerunt. Et eodem libro: Et illud Senatuſcon-
ſultum ſumma pedariorum voluntate, nulli-
us noſtrûm authoritate factum. Liuius libro
quinto: Primores patrum cenſuere, nõ expe-
ctandum iuſtum tempus comitiorum, ſed ex-
templò nouos tribunos militum creandos
eſſe, qui à Kalendis Octobribus magiſtratum
acciperent, in quam ſententiam cum pedibus
iretur, cæteri tribuni militum nihil contradi-
cere. At enimverò Serglus, Verginiuſq́ue,
propter quos pœnitere magiſtratuum eius an
ni Senatum adparebat, primò deprecari igno
miniam: deinde intercedere Senatuſconſul-
to. Idem libro nono: Cum omnes laudibus
modò proſequentes virum, in ſententiam e-
ius pedibus irent, tẽtata pauliſper interceſſio
eſt à L. Liuio, & Quint. Melio tribun. Plinius
libro 2. Epiſtolarum. Sed cùm fieret diſceſſio,
qui ſellis curulibus adſtiterant, in Cornuti
ſententiam ire cœperunt. Tum illi qui ſe col-
legæ adnumerari patiebantur, in diuerſum
tranſierunt.

Secunda Senatuſconſulti ſpecies fuit, quã-
do † ſingulorum ſententiæ exquirebantur. 64
Hoc caſu poſt comitia conſularia Conſules
deſignati, primi ſententias rogabantur: & eo-
rum is prior, qui priori loco declaratus eſſet.
Ante comitia verò, is qui è cenſoribus prin-
ceps Senatus lectus erat, ij deinde quos Conſu
libus videbatur: ita tamen, vt ne prætorium
conſulari, ædilitium prætorio, tribunitium æ-
dilitio anteferrent. Gellius libro quarto. An-
te legem quæ nunc de Senatu habendo obſer-
uatur, ordo † rogandi ſententias varius fuit. 65
Aliàs primus rogabatur, qui à cẽſoribus prin-
ceps in Senatum lectus erat. Aliàs, qui deſig-
nati Conſules erant. Quidam è Conſulibus
ſtudio aut neceſſitudine aliqua adducti, quem
ijs viſum erat, honoris gratia extra ordinem
ſententiam primùm rogabant. Obſeruatum
tamen, cũ extra ordinem fieret, ne quis quen-
quam ex alio quàm conſulari loco ſententi-
am primùm rogaret. Et Dionyſius Halicar-
naſſæus: Deinde C. Iulij Cæſaris temporibus
moris eſſe cœpit, vt quem ordinem roganda-
rum ſententiarum Conſul Kalend. Ianuarijs
tenuiſſet, eundem toto anno vſurparet. Sue-
tonius in vita Cæſaris: Poſt nouam affinita-
tem, inquit, Pompeium primùm rogare ſen-
tentiam cœpiſſe, cum Craſſum ſoleret: eſſet-
q́ue conſuetudo, vt quem ordinem interro-
gandi ſententias conſul Kalend. Ianuarijs in-
ſtituiſſet, eum toto anno conſeruaret. Octa-
uius verò Auguſtus ſententias de maiore ne-
gotio, non more atque ordine, ſed prout li-
buiſſet perrogabat, vt perinde quiſque animũ
intenderet, ac ſi cenſendum magis quàm ad-
ſentiendum eſſet. Domitiani autem tempo-
ribus, † in Imperatoris ſententiam omnes ire, 66
violentia tyrannica cogebantur. Plinius in
Panegyrico. At quis, inquit, antea loqui, quis
hiſcere audebat, præter miſeros illos, qui pri-
mi interrogantur? Cæteri quidem defixi, &
attoniti, ipſam illam naturam, ac ſedentari-
am adſentiendi neceſſitatem, quo cum dolo-
re animi, quo cũ totius corporis horrore per-
petiebantur? vnus ſoluſq́ue cenſebat, quod ſe-
querentur omnes, & omnes improbarent, in-
primis ipſe qui cenſuerat.

Nullum autem Senatuſconſultum fiebat,
vt Gellius teſtatur, † in quo non diſcedeba- 67
tur. quod & Dionyſius tradit. Præponebantur
Conſulares, & Senatores in primis rogaban-
tur ſententias. Qui verò iuniores erant,
aut non rogabãtur: aut rogati non dicebant,
ſed diſcedebant in Seniorum quam vellent
ſententiam. Arrogantis enim eſſe videbatur,
illorum ſententiæ quidquam addere velle,
aut detrahere: iuuenibus præſertim, aut re-
rum imperitis. Quod omnibus etiam licuit
facere, qui ſecundo loco rogabantur, vt ni-
hil cenſerent ipſi, ſed aut verbo aſſentirentur,

aut pedibus irent In ſententiam aliorum. Ex-
emplum eſt apud Liuiū. M. Liuius erat mul-
tis antè annis in Conſulatn, populi iudicio
damnatns. Quam ignominiam adeò ægrè tu-
lerat, vt & rus migraret, & per multos annos
& vrbe & omni cœtu caruerit hominum. O-
ctauo fermè poſt damnationem anno, M.
Claudius Marcellus, & M. Valerius Leuinus
conſules, reduxerant eum in vrbem: ſed erat
veſte obſoleta, capilloque & barba promiſſa,
præferens in vultu habituque inſignem me-
motiam ignominiæ acceptæ. L. Veturius &
P. Licinius cenſores eum tondere, & ſqualo-
rem deponere, & in Senatum venire, fungiq́;
alijs publicis muneribus coegerunt. Sed tum
quoque aut verbo aſſentiebatur, aut pedibus
in ſententiam ibat, donec cognati hominis
eum cauſa, M. Liuij Macati, cùm de fama eius
ageretur, ſtantem coegit in Senatu ſententi-
am dicere.

Fiebat quoque Senatuſconſultum aliquā-
68 do, quod † Tacitum vocabatur. Quod quale
fuerit, & quare ſic dictum ſit, oſtendit Capit.
in Gord. Et ſi aliqua vis ab hoſtibus Immine-
ret, quæ vel cogeret humilia ſuſcipere conſi-
lia, vel aliqua conſtituere quæ non prius dici,
quàm effici oporteret, Senatuſconſultum ta-
citum fieret: ita vt non ſcribæ aut ſerui publi-
ci, non cenſuales illis actibus intereſſent, ſed
Senatores exciperent, & omnium cenſuali-
um ſcribarumq́; officia complerent, ne quid
fortè proderetur.

Fuit & aliud Senatuſconſulti genus, quod
69 † vltimæ neceſſitatis appellabatur: cùm quid
incidiſſet eiuſmodi, vt pro re nata capiendū
eſſet præſens conſilium, nec imminens peri-
culum daret de omnibus ad Senatum refe-
rendi ſpacium. Tum enim alteri Conſulum,
aut Dictatori, dabatur liberè adminiſtrandæ
rei poteſtas, vt quidquid feciſſet, autoritate fa-
ctum Senatus videretur. Liuius libro 3. Taci-
tum Hernici terrorem incuſſere Patribus, vt
quæ forma Senatuſconſulti vltimæ ſemper
neceſſitatis habita eſt, Poſthumo alteri Con-
ſulum negocium daretur, videretne quid de-
trimenti Reſp. caperet.

70 Senator itaque ſenteutiam rogatus, † mo-
dicè reſpondebat. Sic in lege duodecim Tab.
Quæcunque in populo, quæcunque in patri-
bus agentur, modica ſunto. Quod Cicero lib.
71 3. de Legibus explicat: Senatori, inquit, † iuſſa
tria ſunt: Vt adſit, nam grauitatem res habet,
cùm frequens ordo eſt: Vt loco dicat, id eſt ro-
gatus: Vt modo, ne ſit infinitus nam breuitas
72 † non modò Senatoris, ſed etiam oratoris
magna laus eſt in ſententia. Nec vnquam lon-
ga oratione vtendum, niſi aut ſpectante Sena-
tu, quod fit ambitione ſæpiſſimè, cùm nullo
magiſtratu adiuuante tolli diem vtile eſt: aut
cùm tanta cauſa eſt, vt opus ſit oratoris copia
vel ad hortandum, vel ad docendum. Quorū
generum In vtroque magnus noſter Cato eſt.
Quodq́; addit, Cauſas populi tenere: eſt Sena-
tori neceſſarium, † noſſe Remp. idq́; latè pa- 73
tet: quid habeat militum, quid valeat ærario,
quos ſocios Reſp. habeat, quos amicos, quos
ſtipendiarios: qua quiſque ſit lege, conditio-
ne, fœdere: tenere conſuetudinem decernen-
di, noſſe exempla maiorum. Videtis iam ge-
nus hoc omne ſcientiæ, diligentiæ memoriā
eſſe, ſine quo paratus eſſe Senator nullo mo-
do poteſt Hæc Cicero. Senatori igitur modi-
cè † dicendum eſſe, ait: niſi ſi fortè è Repub. 74
eſſe putaret, vt lōgiore oratione vtatur Quod
tum demum erit, cùm res in Senatu decernē-
da orationis copia aut ſuadentis, aut docētis
indiget. fol. 247. Aut cum ita tempus tulerit,
vt mora decernendæ rei quærēda ſit. id quod
tum vſuuenit, cū pernicioſæ alicui relationi
nullus interceſſor magiſtratus in præſentia-
rum inueniri poteſt. Tunc enim tolli † diem 75
dicendo neceſſe eſt: quod & eximi diem, fre-
quentius dicitur. Sic Gellius libro quarto. Ca-
pito Atteius in libro quem de Officio Sena-
torio compoſuit, ſcriptum hoc reliquit: Ca-
ius Cæſar, inquit, Conſul Marcum Catonem
ſententiam rogauit. Cato rem, quam conſu-
lebatur, quoniam nō è Republica videbatur,
perfici nolebat. Eius rei gratia dicendæ, lon-
ga oratione vtebatur, eximebatque dicendo
diem. Erat enim ius Senatori, vt ſententiam
rogatus, diceret antè, quidquid vellet aliæ rei,
& quoad vellet Cæſar conſul viatorem voca-
uit, eumq́ue cùm finem non faceret, prehen-
di † loquentem, & in carcerem duci iuſſit. Se- 76
natus cōſurrexit, & proſequebatur Catonem
in carcerem. Hac, inquit, inuidia facta, Cæſar
deſtitit, & mitti Catonem iuſſit. Meminit hu-
ius hiſtoriæ Plutarchus in Cæſare. Pompeius
enim referebat de prouincia Galliarum & Il-
lyrici in quinquennium Cæſari decernenda.
Quam relationem Reipubl. pernicioſam, vt
diſcuteret Cato, diem dicendo eximebat: id
eſt, perlonga oratione cenſendi tempus con-
ſumebat de induſtria.

*Si ſententia controuerſa erant, † aut tres vel quatuor inuenie- 77
bantur, qua ratione tum S. C. fiebat.*

Senatuſconſultum hoc caſu in eam fiebat
partem, quam plures laudaſſent. Sic Liuius li-
bro 37. & Gellius lib. 5.

CAPVT LXXXIV.

De prætorum edictis: Quando prætura cœperit, & quot prætores fuerint.

SVMMARIA.

1 *Prætura quando cœperit.*
2 *Prætores duo: Vrbanus, & Peregrinus: eorumq́, differen-
tia, num. 3. & quando plures prætores creari cœperint,
num. 5.*

4 *Album proponebat ſolus Prætor vrbanus.*
6 *Pomponij error in numero Prætorum.*
7 *Prætor fideicommiſſarius: tutelaris, num 8.*

ANNVS vrbis 389. inſignis fuit duobus
1 magiſtratibus: Prætura, & † Curuli ædi-
litate. Liuius libro 7. Decadis primæ. Occaſio
autem horum magiſtratuum inſtituendorũ
hæc fuit. Cùm ex veteri inſtituto ſoli patricij
in maiorum magiſtratuũ poſſeſſione eſſent,
quæ quidem res plebis potentiam vehemen-
ter debilitabat: Canuleius tribunus pleb. An-
no Vrbis 309. legem tulit, vt alter Conſul ex
plebe crearetur. Patricij itaque poſt hanc Ca-
nulei legem, annis octaginta duobus, ſibi de-
nuò quæſiuere honores, pro conceſſo plebi al-
tero conſulatu: Præturam nempè, & ædilita-
tem curulem. Præturæ autem ea fuit amplitu
do & dignitas, vt euocatis belli cauſa Coſſ.
penes prætorem vrbanum, ſummum in iure
dicundo eſſet imperium: niſi cùm ob Latinas
ferias exibant ſingulis annis Conſules. relin-
quebant enim tum præfectum Latinarum fe-
riarum cauſa.

2 Initiò autem duo † creati ſunt Prætores:
vrbanus, qui cùm non ſufficeret, additus eſt
peregrinus. Hi duo Prætores iudicijs priuatis
præerant. ille ciuibus inter ſe ius dicebat: hic
inter ciues & peregrinos. Ac ſi actio priuata
huiuſmodi eſſet, vt de iure potius quàm de fa
cto quæreretur, Prætor ad centum viros, vel-
ut ad ſuum conſilium, remittebat. Honoratı-
or autem ſemper fuit prætura vrbana, quàm
peregrina: quod ex Appiano & Dione nõ ob-
ſcurè apparet. Nam Appianus in libro 2. de
bellis ciuilibus ſcribit, Brutum & Caſſium præ
tores deſignatos, inter ſe contendiſſe, vter iu-
ris dicundi inter ciues prouinciam obtine-
ret. Et Dion libro 42. narrat, prætorem Cæci-
lium indignè tuliſſe, quòd Cæſar eam prouin
ciam collegæ Trebonio dediſſet. Differebant
3 † autem primò, quòd ſoli ciues Romani age-
re apud vrbanum poterant, peregrini non po
terant. Deinde quòd apud illum lege ageba-
tur, apud hunc autem nequaquam. Itaque, vt
eſt in oratione pro Flacco, cùm Græcus ho-
mo Heraclides à C. Plotio Senatore mãcipia
quædã petijſſet, & fore videret vt iudex ſum-
ptus ſententiam ſecundùm reum diceret: &
ab eo iudice abijt: & quòd iudicium lege non
erat, cauſam totam reliquit. Poſtremò, prętor
4 quoq; vrbanus edictũ in Albo † proponebat,
quibus de reb' ius anno ſuo dicturus eſſet: cũ
alter id feciſſe, nuſquam reperiatur. Duo au-
tem prætores tantùm Romæ fuerunt, per an-
nos 139.

Anno deinde Vrbis 519. cùm in prouinciæ
formam redactæ eſſent Sicilia, Sardinia, Gal-
lia Narbonenſis, & Hiſpania, totidem præto-
5 res † creati ſunt, partim qui vrbanis rebus, par-
tim qui prouincialibus præeſſent. Solin. cap.
21. & Liuius libro 20. Pompon. in l. 2. ff. de ori-
gine iuris.

Deinde Cornelius Sylla dictator, cùm eũ
prætorum numerum non ſatis eſſe videret,
aucto à ſe Quæſtionum perpetuarum nume-
ro, quatuor alios adiecit: atque ita cœperunt
decem prætores eſſe.

Iulius Cæſar iterum duos addidit, vt reſta-
tur Cornelius in li. 1. Annalium, de Tyberio:
Candidatos præturæ, inquit, duodecim no-
minauit, numerum ab Auguſto traditum. Et
hortante Senatu vt augeret, iureiurando a-
ſtrinxit, ſe non exceſſurum. Ex quo Cornelij
loco, error † Pomponij, qui octodecim con- 6
ſtituit, detegitur.

Deinde Claudius Imperator duos, qui de
fideicommiſſis ius dicerent, adiecit. E quibus
vnum Titus detraxit: & vnum, qui inter fiſcũ
& priuatos ius diceret, Nerua addidit. De fi-
deicommiſſario Vlpian. in ca. 25. Inſtit. Fidei-
commiſſa, inquit, non per formulam petun-
tur, vt legata: ſed cognitio eſt Romæ quidem
conſulum aut prætoris † qui fideicommiſſa- 7
rius vocatur: in prouincijs verò præſidũ pro-
uinciarum. Facit eius mentionem alibi ſub l.
ſicuti legatum. 92. ff. de cond. & dem. & Paul.
in l. quæſitum. 78. § pen. ff. de leg. 3. & l. 4. in fin.
ff. quibus ad libert. proclamare.

Tandem M. Antoninus Philoſophus tute-
larem † prætorem creauit, quemadmodum 8
Iulius Capitolinus ſcribit: cùm antea tutores
à Conſulibus poſtularentur. Officium eorum
erat, cogere tutores, & ſatiſdare rem pupilli
ſaluam fore, & delatam tutelam recipere.

CAPVT LXXXV.

De prætorum munere & officio.

SVMMARIA.

1 *Prætor vrbanus, eiuſq; officium multiplex, num. 3.*
2 *Edictum vnde ſic appellatum.*
4 *Honorarium ſiue Prætorium ius.*
5 *Prætores qui publicis iudicijs præerant, nu. 7.*
6 *Quæſtiones perpetuæ vnde ſic dictæ, & quæ, num 8.*
9 *Iudex quæſtionis, & num. 11.*
10 *Quæſitor, Quæſtor, Iudex quæſtionis, Princeps iudicum.*

DIſtinguendus eſt prætor Vrbanus, à reli-
quis prætoribus. Vrbanus † enim iudici- 1
js priuatis præerat. Primum eius & præcipuũ
officium fuit, vt ius diceret. Vt autem cuique
notum eſſet, de qua re in anno ſuo dicturus
eſſet, in albo proponebat: quod deinde à præ-
cedente denunciatione, † Edictum dici cœ- 2
pit. Secundò, dabat † bonorum poſſeſſionem 3
ex legibus, ex edicto ſuo, ex Senatuſconſul-
tis. Tertiò, dabat iudicium recuperatorium:
itemque arbitros, cùm priuati poſtulabant.
Quartò, dabat viam in formulis: Iſtam viam
dico. Quintò, dabat tutores ex lege Attilia. 3

Sextò, reſtituebat in integrum, l.1.§.de qua au-
tem.ff.de poſtuland.l.1.& 3. ff.de in integ.reſt.
Septimò, iubebat cauere, & mittebat in bono
rum poſſeſſiōem. Tit. vt legatorum vel fidei-
commiſſorum nomine caueatur, & tit. vt in
poſſeſſione legatorum & fideicommiſſ.& tit.
de Carboniano edicto.& tit.de ventre in poſ-
ſeſſionem mittendo. Octauò, imponebat de-
creta ſuper alienationibus bonorum immo-
bilium minorum, tit.de rebus eorum qui ſub
tutela vel cura ſunt.l cum hi §.ſi prætor.ff.de
tranſactionib. Nonò, dabat quoque iudices,
quos pro ſuo imperio cogebat iudicare. l. cū
qui.13.ff.de iuriſdictione omnium iud. l.mu-
nerum,§.iudicandi. ff.de munerib. Idq́ue in
cauſis quæ verſabantur in iure actionis: vt de-
poſiti, locati, & ſimilibus. Decimò, interdice-
bat cùm de poſſeſſione, interdum etiam cùm
de proprietate ageretur. Vndecimò, ad præ-
torem quoque pertinebat indicere ferias. Gel
lius lib.10 cap.24 & Macrobius lib. Saturnali-
um primo. Sueton. in Claudio: Obſeruauitq́;
ſedulò, vt quoties terra in vrbe mouiſſet, feri-
as aduocata concione prætor indiceret. Duo-
decimò, addicebat cùm in iure ceſſio fiebat.
Cicero de Legibus libro 3. Iuris diſceptator,
qui priuata iudicet, iudicarive iubeat, Præ-
tor eſto. Is iuris ciuilis cuſtos eſto. Inde Po-
lybius & Plutarchus ei ſex lictores datos tra-
dunt, vnde ἀρχὴν ἑξαπέλεκυν appellant. Præ-
toris itaque vrbani ſumma erat in iure dicun
do authoritas: & ea quidem, vt id quod ipſe
4 edicebat, ob eius honorē † Honorarium vo-
caretur. Inde Papinianus ius Prætorium defi-
nit, quod prętores introduxerunt adiuuandi,
vel ſupplendi, vel corrigendi Iuris ciuilis gra
tia, propter vtilitatem publicam.

5 Reliqui, † quotquot erant, præter Vrbanū
& Peregrinum, publicis iudicijs præerant, i-
temq́ue quæſtionibus perpetuis. Quæſtiones
6 verò † perpetuæ dicebantur, quòd lege certa
quædam forma perpetua erat præſcripta iudi
cijs, vt noua ſemper lege non opus eſſet. Ex-
ercebant itaque initio ex veteri inſtituto qua
7 tuor † prætores, iudicia publica: vt Repetun-
darum, Ambitus, Maieſtatis, Peculatus. Si ve-
rò aliquid accidiſſet, de quo extra ordinem,
primo quoq; tempore, propter criminis gra-
uitatem aut nouitatem quærendum videre-
tur, ad populum ferebatur, vt quem vellet, ea
de re primo quoque tempore quærere iube-
ret: cumq́ue veteri more conſtitueretur
quæſtor (quemadmodum factum eſt lege Va
ria, vt quæreretur aduerſus eos quorum ope
ſocij aduerſus Rempub. arma ſumpſiſſent: &
lege Manilla, vt quæreretur in eos quorum o-
pera Iugurtha Senatus decreta neglexiſſet)
tres quæſtores creati ſunt.

Quia autem L. Cornelius Sylla Quæſtio-
8 nes perpetuas † adauxit, & quatuor quoque
prætores adlecit, inde octo publicis iudicijs
præeſſe cœperunt: idq́ue hac ratione. Duo in-
ter ſicarios ius dicebant: vnus de repetundis
quærebat, alius de peculatu, alius de ambitu,
alius de falſo, alius de maieſtate, alius de vi.
Ita Cicero in oratione pro Cluentio: vbi ſe
vocat prętorem repetundarum, C. Aquilium
Gallum ambitus, C. Orchium peculatus, Q.
Naſonem de falſo, aut de veneno, M. Pleto-
rium & C. Flaminium inter ſicarios.

Præterea hi prætores ad publicas quæſtio-
nes deſtinati, iudices cogebant: eorumq́ue ſor
titionem & ſubſortitionem faciebant ex ijs
decurijs, quibus tum iudicandi munus incum
bebat. Reliqua, quæ ad cauſæ cognitionem
pertinebant, iudex † quæſtionis abſoluebat. 9
Nam præter eum prætorem cuius iuriſdictio
erat, ſorte creabatur ex numero iudicum v-
nus, qui & Quæſtor, † & Iudex quæſtionis à 10
Cicerone, & Princeps iudicum ab Aſconio
vocatur: vt in iudicio Oppianici, prætor erat
C. Verres: quæſitor autem ſiue iudex quæſtio-
nis, C. Iunius. In iudicio Cluentij, prætor erat
Q. Naſo: iudex quæſtionis, Q. Voconius. In iu
dicio Verris, de repetūdis, prętor erat M. Gla-
brio, iudex quæſtionis fuit Q. Curtius: vt ex 3.
Verrina conſtat.

Hoc autem caſu Prætor ipſe pro tribunali
ſedebat, ac pro imperio iudices cogebat: vt
colligitur ex oratione pro Cluentio, & pro
Roſcio Amerino. Iudex verò † quæſtionis, in 11
ſubſellijs cum cæteris iudicibus erat.

CAPVT LXXXVI.

De poteſtate prætorum: hoc eſt, ſimplicemne iuriſdictionem, an mixti & meri imperij poteſtatem habuerint.

SVMMARIA.

1 *de Prætorum poteſtate, an iuriſdictionis tantùm, an etiam meri vel mixti imperij fuerit, nu. 12. 24. 32. 38.*
2 *Magiſtratus quotuplici poteſtate præditus ſit.*
3 *Iuriſdictio & generis, & ſpeciei nomen eſt: & quomodo ſpecialiter accepta, ab imperio diſtinguatur, num. 4.*
5 *Merum imperium qua in re differat à iuriſdictione ſpecialiter ſumpta, & illius exemplum, nu. 14. & 19.*
6 *Animaduerſio diuerſa eſt à iuriſdictione, & nu. 8.*
7 *Magiſtratus alij capitalibus quæſtionibus præerant, alij iuri dicundo.*
9 *Mixti imperij cum iuriſdictione affinitas, & nu. 22.*
10 *Imperium quomodo generaliter & ſpecialiter ſumatur, num. 11. eiusq́; duplex ſpecies. nu. 13.*
15 *Merum imperium magis eſt legis, quàm magiſtratus.*
16 *Mixtum imperium vnde ſic dictum.*
17 *Merum ius gentium: merum iudicis officium: merum factum.*
18 *Iudex datus non dicit, ſed iudicat, & num. 26.*
20 *Meri imperij diuiſio in ſummum, & non ſummum.*
21 *Capitalis pœna quæ ſit.*
23 *Iuriſdictio eſt etiam iudicis dandi licentia, & quomodo intelligendum, & nu. 28.*

27 Recupe-

25 *Recuperatores vnde ſic dicti.*
27 *Iudex datus à Prætore, aliquando dicitur Arbiter, recuperator, iudex pedaneus, delegatus, priuatus, &c.*
29 *Aediles Curules quomodo ius dicerent: eorumq́ imperiũ.*
30 *Theophils interpres, & Aemilius, notantur.*
31 *Prætor Romæ quare creatus.*
33 *Cautiones Prætoriæ, & cautionales ſtipulationes.*
34 *Extraordinaria cognitio quæ? eiusq́ exempla.*
35 *Iudex datus non cognoſcit de re inter abſentes, cum quib. iudicium acceptum nedum fuit.*
36 *Reſtitutio minorum à Prætoris cognitione pendet.*
37 *de Fideicommiſſis ipſe Prætor cognoſcit.*
39 *Merum imperium diu poſt creationem Prætorum lege delatum.*

1 QVæſtio hæc difficilis, † & ab interpreti-
bus valdè agitata, vt intelligatur, præmit
tendum eſt, quid ſit iuriſdictio ſimplex: item
merum & mixtum imperium? Omnia iudi-
cia inuenta ſunt, & comparata, vel diſtrahen-
darum controuerſiarum gratia, vel malefici-
orum puniendorum cauſa. Qui dirimendis
2 cõtrouerſijs præeſt magiſtratus, † duplici præ
ditus eſt poteſtate: iuriſdictione, & imperio
mixto. Qui verò facinoribus coercendis præ-
ficitur, merum imperium habere dicitur. Qui
verò & delictis puniendis, & litibus compo
nendis deſtinatus eſt authoritate publica, is
ſummũ imperium habere creditur, l. ſi in ali-
quam. §. penult. ff. de officio proconſul. Hoc
3 eſt, iuriſdictio † nomen eſt generis, & ſpeciei:
generaliter & ſpecialiter accipitur: vt adop-
tio quoque, quod nomen quidem eſt genera-
le, in duas autem ſpecies diuiditur, l. 1. ff. de ad-
optionibus, & multa alia. Iuriſdictio itaque
cum generaliter ſumitur, omnis eſt cogni-
tio, & omne decretum, in quacunque cauſa,
ſiue ea ſit ciuilis, ſiue criminalis: vt ius dicere
magiſtratus dicatur tum, cùm de re ſibi expo-
ſita ſtatuit, iusq́ue poſtulantibus reddit: ſiue
iudicium diſtrahendæ controuerſiæ, ſiue pu-
niendi maleficij cauſa inſtituatur. Inde Ac-
curſiani, iuriſdictionem hoc modo ſumptã
definiunt, vt ſit poteſtas de publico introdu-
cta, cum neceſſitate iuris dicendi, & æquitatis
ſtatuendæ. Quæ quamuis intellecta à multis
nõ ſit, defendi tamen poteſt: vt intelligamus,
iuriſdictionem, cùm generaliter accipitur,
poteſtatem eſſe, quæ ab imperio non diſtin-
guatur, l. poteſtatis, ff. de verborum ſignifica-
tione, & vt poteſtas ſit publica iuris dicendi,
& æquitatis ſtatuendæ.
4 Iuriſdictio † verò ſpecialiter accepta, ab
imperio diſtinguitur. Apertiſſima eſt hæc di-
ſtinctio apud Vlpianum, cùm ait: Mixtum
imperium eſſe, cui iuriſdictio ineſt, l. imperi-
um. ff. de iuriſdict. omnium iud. Quibus ver-
bis oſtendit, mero imperio nullam iuriſdi-
ctionem ineſſe, & ob id à mixto quoque dif-
ferre. Idem quoque rurſus tradit in l. iubere.
ff. eodem titul. & Paul. in l. 26. ff. ad municipa-
les. & in l. vlt. ff. de offic. eius cui mand. & Pa-
pinianus in l. 1. §. qui mandatam, ff. eod. titul.
Hoc eſt, hæc iuriſdictio poteſtas quædam eſt
publica, dirimendi lites ciuiles, iuxta legum
præſcripta, ſiue cognoſcendo, ſiue iudicem
dando: & exequendi, etiam litigatorem pro-
teruùm cohercendi. Exequendi verò ideo, vt
iuriſdictio ſecernatur à notione, magiſtratus
à iudice pedaneo & ſpeciali, qui notionem
tantum habet, non autem coactionem. Ap-
paret igitur, iuriſdictionem ſpecialiter ſump-
tam, ad ciuiles tantum cauſas pertinere. Qua
in re à mero † imperio differt, quod ad cauſas 5
criminales pertinet: cùm ſit, habere gladij po-
teſtatem, ad animaduertendum in facinoro-
ſos homines: quemadmodum quoque Aſco-
nius Pedianus tradit in oratiõe Ciceronis de
prætura vrbana: vbi de Sicilienſibus loquens,
diuidit orationes Ciceronis in Verrem, in
quatuor capita, & ait, vnum librum ſcriptum
eſſe de iuriſdictione, quam exercuit in Sicilia
Verres: ſecundum, de frumentis: tertium, de
ſignis: quartum, de ſupplicijs.
Ergo animaduerſio aliena † prorſus, diuer 6
ſaq́ue eſt à iuriſdictione, quæ tantùm in iure
dicendo conſiſtit. In vrbe enim Roma magi-
ſtratus alij † capitalibus quæſtionibus præe- 7
rant, alij iuri dicundo deſtinati. Illi aut ex le-
gis præſcripto, aut ex Senatus conſulto, de ca-
pitalibus cognoſcebant: iuriſdictio verò ſpe-
cialis ad ciuiles tantùm cauſas pertinebat.
Quod ex Cicerone manifeſtum ac conſpicu-
um eſt. Das, inquit, bonorum poſſeſſionem
ei, qui non iurauit. Concedo, Prætorium eſt.
Adimis ei, qui iurauit? quo exemplo? Præſcri-
ptum iuuat, lex eſt, pœna eſt. Quid ad eum,
qui ius dici? Prætorium eſſe ait, dare poſſeſ-
ſionem, quia prætoris officio inſit, ac inhæ-
reat.
Animaduertere † autem in eum, qui in le- 8
gem Corneliam commiſerat, proſcriptum
iuuando id non ius dicentis eſſe, ſed meri im
perij ait. Significat igitur mero imperio nihil
eſſe cum iuriſdictione commune: contrà ve-
rò, mixto imperio † magna eſt cum iuriſdi- 9
ctione affinitas, cùm ad eius qui ius dicit offi-
cium curamq́ue pertineat. Cùm enim in ciui
libus negocijs hoc quoq; verſetur imperium:
magis tamen ad ius poteſtatis, & iuſſus natu-
ram, quàm iuriſdictionis accedat: mixtum
imperium meritò appellatur.
Imperium † quoque generaliter & ſpecia- 10
liter ſumitur, quemadmodum & iuriſdictio.
Quæ quidem homonymia diligenter obſer-
uanda eſt. Generaliter imperium acceptum,
non diſtinguitur à iuriſdictione: quinimmò,
quæ iuriſdictionis ſunt, dicuntur imperio ex-
pediri. Scribit enim Paulus Iureconſultus, e-
os iudicem dare poſſe, quibus id more con-
ceſſum eſt, propter vim imperij, l. cùm præ-
tor. 12. ff. de iudicijs. At propriè iuriſdictio

eſt, iudicis dandi licentia, l. imperium ad fin. ff. de iuriſdic. Et Iulianus: Et ſi prætor ſit is qui alienam iuriſdictionem exequitur, non tamen pro ſuo imperio agit, l. 3. ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio. Et Caius: Generalis adoptio fit magiſtratus imperio. l. 2. ff. de adoptionib. Cùm tamen adoptio actus legitimus ſit: quem ad iuriſdictionem voluntariam pertinere, Martianus ait. Huc pertinet id, quod Celſus ait, Quod iuſſit vetuitve prætor, contrario imperio tollere & remittere poteſt, l. quod iuſſit. 14. ff. de re iudicata. Et Paulus Iuriſconſultus inquit: Is qui aduerſus edictum Prætoris ædificauerit, tollere ædificium debet: alioquin luſorium & inane prætoris imperium erit, l. vltima, ff ne quid in loco publico, & rurſus In l. 4. ff. de receptis arbitris. Huc pertinet quoque id quod Martianus tradit in l. munus. 214. ff. de verborum ſignificationib. Munus, Inquit Martianus, propriè eſt, quod neceſſariò obimus, lege, more, imperiove eius, qui iubendi habet poteſtatem.

Specialius aliquando accipitur imperium,
11 & † diſtinguitur à iuriſdictione, vt apparet ex l. imperium, & l. iubere. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. & l. ea quæ. 26. ff. ad municipales. Ea quæ magis imperij ſunt quàm iuriſdictionis, magiſtratus municipalis facere non poteſt. l. 2. & vlt. ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdictio.

Hoc igitur imperium ſpeciale reliqua omnis poteſtas eſt, præter veram illam ac propriam iuriſdictionem magiſtratus, faciendi ea quæ priuatus non poteſt. veluti in prætore imperium, eſt illud ius quod exercet prætor, præter iudicis dandi licentiam. Licèt enim prętor Vrbanus iudicis dandi facultatem habeat, quæ facultas iuriſdictio eſt: non tamen his finibus concluſa fuit, & coanguſtata vſ-
12 quequaque prætoris † poteſtas, vt nihil aliud quàm iudicibus à ſe datis, ius æquitatemque præſcribere poſſet. Prę́ter hanc enim facultatem alia facere potuit, quæ non ſunt iuriſdictionis. Poterat enim animaduertere in ſicarium, poterat mulctam dicere in contumacem: poterat bonorum poſſeſſionem dare, vel ſecundùm tabulas, vel contra tabulas: poterat in poſſeſſionem mittere, poterat in integrum reſtituere, poterat in vincula duci iubere, & alia quædã exequi, quæ in Imperio quodam conſiſtere dicuntur, neque iuriſdictionis ſunt: modò iuriſdictionem intelligamus, iudicis dandi licentiam.

13 Imperij autem † duplicem conſtituit Vlpianus ſpeciem. Nam ſi poteſtas illa à lege eſt, aut adeò ſi legis eſt, neque ad ius dicentem pertinet, merum imperium, quaſi purum & ſolum eſt, abſque illa ſpeciali iuriſdictione. Sin ipſi per ſe ineſt magiſtratui, & vt Papinianus ſcribit, l. 1. ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio. iure magiſtratus, mixtum appellatur, propter eam quam diximus iuriſdictionis & huiuſce poteſtatis coniunctionem. Quia iuriſdictioni imperium hoc mixtum & coniunctum eſt, pertinetque ad officium ius dicentis, adeò vt, quiſquis habet iuriſdictionem, idem hoc quoque imperium habeat: & qui hoc imperio vtitur, ius dicentis officio fungatur. Qua ratione dicitur transferri mandata iuriſdictio, l. 5. ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio.

Meri † autem imperij exemplum Vlpia- 14
nus adfert, habere poteſtatem animaduertendi in facinoroſos homines. Illa poteſtas animaduertendi in facinoroſos vel ex lege, vel ex conſtitutione principis, vel ex Senatuſconſult. meri eſt imperij, prorſuſque à iuriſdictione, atque ab officio ius dicentis ſeiuncta atque ſeparata.

Cùm igitur magiſtratus qui publicum iudicium exercet, verbi cauſa, lege Cornelia de ſicarijs reum aliquem pronunciat, aut in legem videri commiſiſſe, vel non commiſiſſe iudicat, ius ipſe non dicit. Quod enim eſt ius quod conſtituit? aut inter quos verò conſtituit? Quid ſi ex lege capite plectendum pronunciat? neque tum quidem ius dicet. nihil enim ad ius dicentem, quæſtiones pertinent capitales: vt ex Cicerone de prætura Vrbana conſtat. Verùm quicquid id eſt quod pronunciat, lege id antea conſtitutum eſt. Neque pro ſua id facit poteſtate: ſed potius ex legis præſcripto. Vnde non mandatur illud merum imperium, ab eo, cui lex id dederit. Cùm enim imperium hoc legis † magis ſit, quàm 15
magiſtratus, quomodo à magiſtratu mandari poteſt? Lex enim iudicem fecit capitalis quæſtionis. alium ipſe facere non poteſt. cùm iudex datus, iudicem dare non poſſit. Cùm autem vrbis prætor bonorum dat poſſeſſionem, quod prætorium eſt, facit: facit, quod iure magiſtratus, non legis conceſſione poteſt. ex edicto enim facit ſuo. Cùm creatus fuit prætor vrbanus Romæ, permiſſum eſt ei bonorum poſſeſſionem dare. Vnde dicitur ex vi imperij id facere, iure magiſtratus: id eſt, competit ei magiſtratui qui iuriſdictionem habet, qui iuriſdictioni præeſt Nam conſiſtit in imperio quodam, dare bonorum poſſeſſionem. Sed dicitur mixtum, † quia competit iu- 16
re magiſtratus, nec lege ſpecialiter defertur. Ex quo apparet, merum & mixtum imperium nihil habere commune, ſed contraria eſſe. Ita enim merum ius gentium Triphoni- 17
nus dicit, l. bona fides, ff. depoſiti: merum iudicis officium, Pomponius l. 5. ff. de verb. obligat & merum factum, Paulus, l. qui res 98. §. mihi Romæ, ff. de ſolutionib. & meram conditionem,

ditionem, l. cùm ſeruus. 82. ff. de condit. & de-
monſt. Cùm autem iudex à prætore datus,
Titium Mæuio in 10. aureos condemnat, ius
18 † non dicit: ſed iudicat ex eo iure, quod Præ-
tor dixerat, cùm iudiciũ daret. Priuati enim,
vt ſæpius diximus, ius non conſtituunt: hoc
enim prætoris honori & dignitati concedi-
tur. Vnde eius edicta, Ius honorarium appel-
lantur.

Merum igitur Imperium Vlpianus ait eſ-
19 ſe, habere † gladij poteſtatem, animaduerten-
di in facinoroſos homines: quod exempli
cauſa ſolummodò dicit. Omnes enim faci-
noroſi gladio non puniuntur: ſed pœnæ vel
exaſperãtur, vel leniuntur, pro modo & qua-
litate delicti. hoc eſt, Merum imperium
publica eſt poteſtas, animaduertendi in faci-
noroſos, nullam ſuapte natura cum iuriſdi-
ctione communionem habens. Publica au-
tem poteſtas ideo, vt patria & herilis exclu-
datur. Olim namque pater in filium ius vitæ
necisq; habebat, l. in ſuis. ff. de liberis & poſt-
hu. l. vlt. C. de patria poteſtate. Exemplum re-
fert Liuius de Horatio, in lib. 1. decad. 1 & Va-
ler. Max. lib. 5. cap. 8. Item dominus ſeruum
ſuum ſummo ſupplicio afficere poterat. §. 1.
Inſtit. de ijs qui ſunt ſui vel alieni iuris. & l. 1.
ff. eodem titu. & Suetonius in Octauiano.

Animaduerſio autem in facinoroſos du-
plex eſt: Capitalis, & non capitalis: vnde diui-
20 ſio imperij meri, † in Summum & non ſum-
mum emergit. Summum merum imperium
nihil aliud eſt, quàm quod capitalem pœnã
adſcribit & irrogat. Et hoc imperium olim
à populo Romano ; ſummam poteſtatem
habente, duntaxat tenebatur, & exercebatur.
Non ſummum, quòd nõ capitalem pœnam
21 infert, verùm leuiorem. Pœna verò † capita-
lis eſt, per quã caput è ciuitate eximitur: hoc
eſt, ciuis è ciuium numero exturbatur, l. 2. ff.
de publicis iudicijs, l. 4. ff. ſi quis cautionibus.
l. capitalium. ff. de pœnis. l. 2. ff. eod. l. eum ff.
de iure patronatus. l. qui cum. ff. de bonis li-
bertorum. § capitalia. Inſtitu. de publ. iudic.
Quod fit non ſolùm morte naturali, ſed eti-
am ciuili: id eſt, maxima & media capitis di-
minutione, l. verum. §. ſocietas. ff. pro ſocio.
l. capitalium. ff. de pœnis.

22 Mixtum imperium † definit Vlpianus, vt
ſit, cui etiam iuriſdictio ineſt. Affert exem-
plum de bonorum poſſeſſione, vt oſtendat
mixtum imperium cohærere iuriſdictioni.
Et quia dixerat, iuriſdictionem imperio in-
eſſe, docet quid ſit iuriſdictio, quæ mixto im-
perio ineſt. & ſubijcit: Iuriſdictio eſt etiam,
23 † iudicis dandi licentia. quaſi diceret: Qui
mixtum habet imperium, bonorum poſſeſ-
ſionem dare poteſt: nec id tantùm, ſed & iu-
dicem dare poteſt: quia iuriſdictionem ha-
bet, quæ eſt iudicis dandi licentia. vnde hæc
particula, etiam, aliò referri debet, quàm re-
ferri conſueuit: quaſi iuriſdictionis ſit, & in
poſſeſſionem mittere, & etiam iudicem da-
re. Hoc enim falſum eſt, niſi generaliter ac-
cepto iuriſdictionis vocabulo. Nam ſi ſim-
pliciter Iuriſdictionem definire velimus,
particulam, Etiam, minimè addi neceſſe eſt.
Sed quia iuriſdictionem mixto ineſſe impe-
rio dixerat, & cohærere cum mixto imperio,
ne illa indefinita maneret, ſubijcit, Iuriſdicti-
onem etiam eſſe, &c.

His præmiſſis, rectè ad poteſtatem † prætoris 24
ris reſponderi poteſt. Primùm prætoris offi-
cium, quod in iudicibus dandis conſiſtit, ſim-
plicis eſt iuriſdictionis Iudicem enim dabat,
qui accepta formula & præſcripto quodam
iuris, de facto tantùm cognoſceret: præſcri-
bebat ius iudicibus, quod in iudicando ſeque-
rentur. Oſtendunt id omnia ferè Prætorum
edicta, quæ in libris Pandectarum reperiun-
tur: in quibus iudicem ſe aut actionem datu-
rum, non autem iudicaturum, pollicetur.
Huc pertinet quod Vlpianus (vt iam dixi) de
officio ius dicentis, id eſt, prætoris, aut ſimilis
magiſtratus differens, adfert. Qua etiam ra-
tione prætoris officium ab officio iudicis, &
ſtipulatio prætoria à iudiciali diſtinguitur.
Hinc Cicero ad Quintum fratrem: Quid?
prætor ſolet iudicare deberi? prætorem vr-
banum legimus ius dixiſſe, decreuiſſe; iudi-
caſſe inter priuatos, non legimus. In cauſa-
que Quintij ſedit C. Aquilius, non prætor:
in cauſa Roſcij, M. Perpenna, non prætor:
in cauſa Cecinnæ, recuperatores tres, qui i-
deo Recuperatores † dicebantur, quòd per 25
eos vnuſquiſque debitum recipiebat. tot e-
nim dari ſolebant: quòd ex oratione Cice-
ronis in Verrem apertè intelligitur. Ius igi-
tur in vrbe dicebat prætor vrbis, à quo iudi-
ces † dabantur, qui de facto cognoſcebant 26
tantùm: ius enim, ex quo iudicarent, iam ha-
bebant. Dabantur autem iudices, homi-
nes priuati, in quos maximè conſenſerant li-
tigatores: iubebanturque intra certa tempo-
ra litem controuerſiamque dirimere, vt ſcri-
bit Vlpianus l. 2. §. 1. ff. de iudicijs. Hic iudex
à prætore datus, aliquando † arbiter, l. fundũ. 27
ff. fam. erciſ. aliquãdo recuperator, χαμαιδι-
κάσης. item pedanius, iudex datus, iudex de-
legatus, iudex priuatus, iudex ſpecialis, ſim-
pliciter etiam iudex dicebatur. Hi iudices
priuati erant: nullamque iuriſdictionem, ne
mandatam quidem, habebãt, ſed notionem
tantùm, l. alt prætor. ff. de iudicijs. Iudex e-
nim ita à prætore datus, Titium Mæuio in au-
reos decem condemnato, ius non dicit: ſed
iudicat ex eo iure quod prætor dixerat, cùm
iudicium daret. Nam priuati ius non con-
ſtituunt: hoc enim prætoris honori & digni-

tati conceditur. Hinc prætorum edicta, Ius
honorarium appellamus. Is igitur ſolus qui
ius dicit, iudices dat. Qui enim de capitali
fraude quærunt, iudices ipſi ſunt, & præſides
quæſtionis: neque alium iudicio exercendo
pręponere eis licet, niſi fortè lege ea qua quę-
runt Id nominatim cautum ſit, l.1. de officio
eius cui. Cùm igitur in priuatorum negotijs,
quæ prætor decreto expedire non poteſt, iu-
dices dare poſſit: qui verò merum habet im-
28 perinm, non poſſit: rectè hæc licentia † iuriſ-
dictionis eſſe dicitur: hoc eſt, eius qui ius di-
cit, non eorum qui legibus animaduertnnt
in facinoroſos homines.

Inriſdictio igitur nihil aliud eſt, quàm iu-
dicis dandl, & iudicij conſtituendi licentia:
hoc eſt, nihil aliud eſt quàm æquitatis quæ-
dam præceptio & præſcriptio, ad quam qui
de priuatorum controuerſijs dantur à præto-
re iudices, ſnam dirigere & accõmodare de-
bent ſentẽtiam. Cuius quidem æquitatis ma-
giſter & ſacerdos eſt prætor. Nam quòd ipſe
quoque Prætor dicit, quòd ipſe in dicendo
ſit ſequuturus, ad mlxtum id imperium, non
ad propriam iuriſdictionem pertinet. Quale
illud eſt, quo oſtendit, quemadmodum bo-
norum poſſeſſionem ſit decreturus, in quam
rem propriè dicitur decernere, vt oſtendit
Cicero: Poſſum, inquit, ſexcenta decreta pro-
ferre, quibus vt ego pecuniam non dicam in-
terceſſiſſe, ipſa decretorũ nouitas iniquitasq́;
declarat, &c.

29 Prætereà & Aediles curules † ius dicebant,
iuriſdictionem de certis cauſis habebant, vt
& prætores. Edicta etiã proponebant de qui-
buſdã cauſis, quæ & ipſa iuris honorarij por-
tio ſunt, vt inquit Iuſtinianus. §. prætorum.
Inſt. de iur. nat. gent. veluti de Aedilitio edi-
cto. Huc pertinet, quòd Papinianus ait, in prę-
torijs ſtipulationib. contineri ædilitias. Nam
& hæ à iuriſdictione veniunt, l.5. de verb. ob-
lig. id eſt, à iuriſdictione Aedilium, qui iuriſ-
dictionem quoque habebant, ab Aedilitio
edicto: id eſt, iuſſu eiuſdem, vel Imperio, vt
interpretatur Duarenus. Theophili interpres
30 † addit verbum Prætoris, & ita legit: Nam &
hæ à iuriſdictione prætoris. Quem ſeqnutus
eſt Aemilius, quaſi Aediles prætores fuerint.
Sed falluntur, & expungenda eſt vox Præto-
ris. Hoc enim vult Pomponius, quod dixi-
mus de Prætorijs ſtipulationib. idem de Ae-
dilitijs dicendum eſſe: quia & hæ iuriſdictio-
ne Aedilium veninnt, ſicut & illæ à iuriſdi-
ctione Prætorum.

31 Prætor igitur Romæ † creatus fuit, vt ius
diceret in Vrbe, de cauſis negotijsq́ue priua-
tis: vnde ius dicere prętor appellatur, l. ſi filius
qui patri. 12. ff. de vulg. & pupil. l. 2. ff. de iure
deliberandi. l. 1. ff. de iuriſdict. om. iudic. Non
vt animaduerteret in facinoroſos homines,
quod ne cõſuli quidem licuit. Populus enim,
cuius ſumma poteſtas erat, quoties animad-
uerſio neceſſaria videbatur, Quæſitores, ſiue
contracto vocabulo Quæſtores inſtituebar,
qui aduerſus facinoroſos inquirerent: idq́ue
extra ordinem, cùm nulli magiſtratu funge-
rentur. Quod alijs refragantibus exiſtimat
Duarenus, cap. 53. Diſputationum.

Prætereà prætor Vrbanus † mixtum quo- 32
que impetium habebat, quando videlicet de-
creto dabat bonorum poſſeſſionem, decreto
iubebat poſſidere, & ea denique decreto exe-
quebatur, quæ mixti ſunt imperij: & quæ,
quanquã ſine cauſæ cognitione expediri non
poſſint, ſine iudicis tamen ſententia poſſunt.
Inde decretum prætoris non malè ſententia
prætoris dici poteſt. ait enim Vlpianus, Ex eo
decreto actionem in factum naſci, ſicuti ex re
iudicata, l. miles. §. vlt. ff. de re iudic. 4. §. ſi in-
tra. ff. de damno infecto. Iudicis quoque offi-
cium deſcribens Vlpianus, id latiſſimum eſſe
dicit. Nam & bonorm poſſeſſionem, in-
quit, dare poteſt, & in poſſeſſionem mittere,
l. 1. l. iubere. ff. de iuriſdictione omnium iudi-
cum. Secundò: in decernendis quoque cau-
tionibus mixto vtitur imperio. Quæ cau-
tiones † prætoriæ à Pomponio dicuntur: & 33
non ad iudicij confirmationem fiunt, ſed ad
hoc tantùm, vt quis cautior & ſecurior red-
datur. Dicuntur cantionales ſtipulationes,
quòd tantùm cautionales ſint, non etiam iu-
diciales, detracto vocabulo, quod alioqui la-
tè patet. Huius generis ſunt, damni infecti
ſtipulatio, rem pupilli ſaluam fore, legato-
rum nomine, tit. vt legatorum nomine. Ac
nonnunquam de rato cautio, quæ & iudicia-
lis eſſe poteſt. Duarenus in l. 5. ff. de verb. oblig.
Tertiò, aliquando etiam ipſe prætor & præ-
ſes cognoſcebat ob certarum cauſarum aut
perſonarum fauorem: quæ cognitio extraor-
dinaria dicebatur, quòd hunc ſolennem or-
dinem iudiciorum non ſeruaret. Et pertinet
hæc extraordinatia † cognitio ad mixtũ im- 34
perium. Exempla antem multa ſunt in titu.
de extraordinarijs cognitionib. Vt cùm pro-
feſſores ſalaria petunt, fauor cauſæ & perſo-
næ poſtulat talem extraordinariam cogni-
tionem. Aliud exemplum huius extraordi-
nariæ cognitionis eſt apud Vlpianum, ſub l.
1. §. per hanc ff. de rei vend. Petuntur liberæ
perſonæ, & liberi noſtri, non per rei vendica-
tionem: ſed aut præiudicijs, aut interdictis,
aut cognitione prætoria: id eſt, extraordina-
ria cognitione iudiciorum dandorum, non
ſeruato ordine quo prætor iudices dabat, pręe-
tor ipſe cognoſcit. Aliud exemplum eſt apud
Iulianum, cùm prætor in abſentes pronun-
ciat, ordine edictorum peracto, l. ſi pręror. 75.
ff. de iudicijs. De qnibus Vlpianus fuſè tractat
in l. ad peremptorium. 68. cum ſequentib. ff.
de iu-

35 de iudicijs.Iudex datus † de hac re cognoſce-
re nôn poteſt: nondum enim cum illis iudi-
cium acceptum fuit. At ante iudicium acce-
ptũ nullæ ſunt iudicis partes,ſed prætoris tan
tùm. Aliud exemplũ huius cognitionis præ-
36 toriæ,eſt in † reſtitutione minorum. Ex edi-
cto prætoris nulla propriè actio vel cautio
proficiſcitur, l. quòd ſi minor.24 §. vlt.ff.de
minorib. Totum enim hoc, inquit Paulus,
proficiſcitur ex prætoris cognitione. Prætor
enim in edicto de minorib. non ait, Iudiciũ
dabo,vt in alijs ferè edictis: ſed ait, Animad-
uertam,l.1.ff.de minorib. Ex quo oſtendit,ſe
ea omnia cognitioni ſuæ reſeruare.

Idem de fideicommiſſario prætore dicen-
37 dum eſt. nam & hic ipſe † cognoſcit de fidei-
commiſſis.Fideicommiſſa,inquit Vlpian.nõ
per formulam petuntur,vt legata: ſed cogni-
tio eſt Romæ quidem conſulum aut prætó-
ris,qui fideicommiſſarius vocatur: in prouin
cijs verò,præſidum prouinciarum.

Quod verò attinet ad reliquos prætores,
præter Vrbanum & Peregrinum, hoc eſt, eos
† qui quæſtionibus publicis præerant: ſcien- 38
dum eſt,eos merum habuiſſe imperium: hoc
eſt,poteſtatem animaduertendi in facinoro-
ſos. Hoc enim habent non iure magiſtratus,
nec ratione iuriſdictionis, ſed lege ſpeciali,
vel S.conſulto,vel cõſtitutionib. principum.
Quod quidem imperium † diu poſt creatio- 39
nem huius magiſtratus lege delatum eſt præ-
tori,l.2.ff.de orig. iur.l.1.§.qui mandatam.ff.
de officio eius cui mand eſt iuriſd. Nam non
cuilibet magiſtratui conceſſum eſt ius gladij,
imò ne cõſuli quidem, verùm illi ſolummo-
dò cui lex ſpecialiter cõceſſit. Quare hæc quæ
ſpecialiter lege deferũtur, diſtinguenda ſunt
à iure magiſtratus. Veluti,prætor initio iuriſ-
dictionis gratia creatus eſt Romæ: & de mo-
re maiorum comparatum eſt, vt iudices da-
ret,interdũ & ipſe cognoſceret. Deinde ſub-
acta Aſia, & redacta in prouinciã,lata eſt lex,
vt proconſul ea faceret,quæcunque magiſtra-
tus Romæ exequebatur.Lex igitur eam pote-
ſtatem transfert in proconſulem,nõ tantùm
ei ſpecialiter tribuit.

HISTORIAE

IVRIS CIVILIS,

LIBER TERTIVS,

QVO TRADITVR: IVS CIVILE, QVOD NVNC PANDECTARVM, Codicis, Inſtitutionum, & Nouellarum nomine continetur, quando & à quibus compoſitum, ac ex tam immenſa librorum multitudine collectum ſit: & qui in iuris ciuilis peritia celebres præcipuè & clari vſque ad noſtra tempora fuerint.

CAPVT I.

SVMMARIA.

1 *Ius ciuile quot partibus & difficultatibus conſtiterit ante Iuſtinianum: & quomodo ab ipſo in ordinem redactum. nu.4.9.*
2 *Iuſtinianus in certa capita ius digeſſit.*
3 *Codex Iuſtinianeus vnde compoſitus. nu.7.*
5 *Inſtitutiones Iuris compoſita: earumq; vtilitas.*
6 *Digeſta quo anno promulgata.*
8 *Iuſtiniani reprehenſores redarguuntur.*

1 IVS Ciuile † ante tem-
pora Iuſtiniani conſta-
bat lege 12. Tab. Plebi-
ſcitis, Senatuſcõſultis,
Prætorum edictis, Pru-
dentum reſponſis & li-
bris, Principum conſti-
tutionib. ac reſcriptis.
Quæ omnia cùm vix
poſſibile, nec homini datum eſſet perlegere,
tantum abeſt plenè exacteque cognoſcere, ac
qualemcunque Iuris ciuilis ideam menti im-
2 primere: Iuſtinianus † huic difficultati reme-
dium poſiturus, & ſummos labores alleuatu-
rus,cogitauit,qua ratione Iuris doctrinã, quæ
propria ſua mole laborare cœperat, & q̃ mul-
tis anfractibus ac perplexis diſputationib. in-
uoluta erat, & obſcuritate tecta, quàm poſſet
optima ratione in certos locos, certaque ca-
pita digereret. Quod & olim Pompeius Ma-
gnus, & Iulius Cæſar, vterque, niſi bellis im-
peditus fuiſſet, præſtitiſſent.

Anno igitur imperij ſecundo, qui in annũ
Chriſti 528.incidit, priorẽ Codicẽ, † ex tribus 3
codicib. Gregoriano, Theodoſ.& Hermoge-
niano colligi mandauit. Hi autẽ tres codices
continebant Imperatorũ conſtitutiones: eo-
rum verò maximè, qui ab Adriano & Anto-
nino Pio, vſq; ad Iuſtiniani ętatẽ, ſummã gu-
bernationis tenuerunt. A Iulij enim Cęſaris
temporib. vſq; ad Adrianũ, nullæ fermè con-
ſtitutiões ſuperſunt, niſi vel ab hiſtoricis, vel
à Iurecõſultis, in libris Pandectarũ referãtur.

Has igitur conſtitutiones Principũ vſq; ad
Iuſtinian. quia maxima diſſimilitudine inter
ſe pugnabant, & indifferẽter ſine iudicio con
ſarcinatę fuerant, diuus Iuſtinia. † in vnũ cor- 4
pus redigi & digeri iuſſit. Demãdata aũt fuit
hęc opera viris tũ in Iure peritiſſimis, Tribo-
niano Quęſtori, Dorotheo, Theoph. & alijs.
Poſtq̃ igitur annũ in eo opere pficiẽdo cõſum
pſiſſent,

pſiſſent, anno Imperij tertio, Chriſti 529. Idib.
Aprilis, priorem codicem iuſſu Iuſtiniani e-
diderunt, l. 1. C. de Iuſtinianeo codice confir-
mando. Anno Imperij quarto, anno Chriſti
530. Lampadio & Oreſte V V. CC. Coſſ. indi-
ctione octaua, menſe Decembri, ex omni ve-
teri iure Romano, quod legibus 12. Tab. Præ-
torum edictis, Senatuſconſultis, Plebiſcitis,
Prudentum reſponſis & libris continebatur,
Pandectas colligi mandauit.

Deinde ne rudes & infirmi diſcentium a-
nimi multitudine ac varietate rerum onera-
ti, aut ſtudium iuris deſererent initiò: aut in-
incōparabili labore, & quotidiana diffiden-
5 tia in eo verſarentur: breues Inſtitutiones, †
quæ totius iuris præcipua & ſumma capita
continerent, conſcribi iuſſit. Cùm enim ius
ipſum in artem redigi & comprehēdi man
daſſet, ſequutus ipſam docēdi & vtiliſſimam
& vſitatiſſimam rationem, Inſtitutiones de-
inde iuuentuti proponi voluit, vt ex ijs totius
deinde artis iuris breuia & ſumma capita
haurirent, ac præ oculis tanquā ducem quen-
dam & monſtratorem eas Inſtitutiones, in
tam ampliſſimo & latè patenti ac vaganti ſtu
dio haberent. In compoſitione itaque Pan-
dectarum ac Inſtitutionum, quatuor anni in-
ſumpti ſunt. Anno igitur imperij VII. Chri-
ſti 533. menſe Nouembri, primò omnium in-
ſtitutiones edidit: & eodem anno, menſe ſe-
6 quenti pòſt, Digeſta † promulgauit.

Anno deinde Imperij 8. Chriſti 534. menſe
7 Nouembri, nouum † Codicem, priore anti-
quato, edidit, l. 1. C. de emendatione Codicis
Iuſtiniani. Annis ſequentibus & præceden-
tibus quoq; Nouellas promulgauit, quæ con-
tinentur in Authenticis, vel iure Iuſtiniani
nouiſſimo. Quo autem anno quælibet con-
ſtitutio Iuſtiniani noua edita promulgataq;
ſit, facilè ex ſubſcriptione colligi, cognoſciq;
poteſt.

Etſi verò noſtra nunc, patrumq́ue memo-
8 ria multi fuerunt, † qui Iuſtinianum, quòd
huic Operi conficiendo manum admouerit,
reprehenderunt: quòd pulcherrimam illam,
& tot librorum admirabilem Bibliothecam
abrogari & ſupprimi iuſſerit: & quòd coan-
guſtaris libris, occaſionē nunc perpetuæ ob-
ſcuritatis, ac variarum & inexplicatarum di-
ſputationum cauſam præbuerit: arbitror ta-
men audacter magis id, & temerè, quàm pru-
denter & modeſtè dici. Verum quidem eſt,
mutilos tantùm nobis, & imperfectos Iure-
conſultorum libros obtruſos, ac ex ijs ſolum-
modò ſententias excerptas & deſumptas, ac
Pandectis inſertas eſſe. Dubium tamen non
eſt, maximam in illis colligēdis, digerendiſ-
q́ue diligentiam & dexteritatem adhibitam
fuiſſe: quod ex ipſa Pandectarum compoſi-
tione, & ordinis ratiōe, vel (vt vulgò dicitur)
continuatione facilè apparet.

Deinde impoſſibile, & vni homini datum
non fuit, tantam librorum multitudinem, ſi-
ne certo ordine diſperſam, cum iudicio per-
currere: & quod plus eſt, diſcrepantes diuer-
ſaſq́ue iuris authorum opiniones concilia-
re: & quæ prior, potior, ac rationi magis con-
ſentanea ſit opinio, animaduertere. id quod
nunc mediocri ſtudio ac iudicio fieri poteſt.

Putandum magis eſt, ſingulari Dei benefi-
cio ac inſtinctu Iuſtinianum † ad hoc opus 9
conficiendum, impulſum & deductum fuiſ-
ſe. Cùm enim maximæ deinde vaſtationes in
Imperio Romano Iuſtinianum ſequutæ ſint,
& omnes ferè boni libri vel diſperditi, vel ſal
tem mutili ac imperfecti à barbaris redditi: a-
gendæ potius Deo ſunt gratiæ, quod Iuſtinia-
num ad horum librorum diligentem Dige-
ſtionem excitarit & impulerit: ac qualiſcunq;
Iuſtiniani voluntas agnoſcēda, & accipienda
eſt. Melius eſt enim optima quæq; & ſelectiſ-
ſima ex tot prudentum voluminibus habe-
re, quàm vnà cum his minora quoque deper-
didiſſe.

Hucuſque de ortu & Incremento Iuris ci-
uilis, necnon Pandectarum quoque, Codicis
& Inſtitutionum compoſitione, quàm bre-
uiſſimè dixi. Nunc videndum eſt, quo-
modo horum librorum interpretationem
iuuentuti proponi & tradi voluerit: dein-
de, per quos: tertiò, in quibus locis: poſtre-
mò, quas ipſe Iuris ſtudioſis immunitates, &
quæ priuilegia conceſſerit.

CAPVT II.
De diuiſione Pandectarum.

SVMMARIA.

1 Pandectarum diſtributio in libros 50. & partes ſeptem, num. 2.

PAndectæ, † quæ vniuerſum veteris pru- 1
dentiæ ius complectuntur, in 50. libros
diſtributę ſunt. Libri, in certos titulos digeſti
ſunt. Tituli verò, leges continent. Pro ſubie-
cta tamē materia, in ſeptem partes à compo-
ſitoribus diuiſæ ſunt, & diſtributæ, generali
minuſq́ue accurata diuiſione.

Prima pars † τὰ πρῶτα inſcribitur: q̄ in qua- 2
tuor libris ſepoſita eſt prioribus, & prolego-
mena quædam ac præparatoria iudiciorum
continet.

Secunda pars, à lib. 5. Pandect. incipit, & ſe-
ptem ſequentib. libris abſoluitur. cōtinet au-
tem ipſam iudiciorum tractationem.

Tertiam partem à libro duodecimo ordi-
tur: eamq́ue rebus creditis, hoc eſt, ijs in qui-
bus fidem alienā ſequimur, attribuit, & octo
libris abſoluit.

Quarta pars, in lib. 20. de pignorib. & hy-
pothecis incipit, & ſimiliter octo libris perfi-
citur.

Quinta

Quinta pars tractationem vltimarum voluminatum complectitur: & à lib. 28. vſq; ad librum 38. extenditur.

In ſextam partem omnes bonorum poſſeſſiones poſuit: & alia vt in Pandect. patet. Incipit à libro 38. & finitur lib 44.

Libro 45. ſeptimam & vltimam partem exorditur, quæ eſt de verborum obligationib. de delictis tā priuatis quàm publicis, de verb ſignifi. Accuratiorem Pandectarum diuiſionem omniumque titulorum cohærentiam vide apud Hopperum.

CAPVT III.

Quæ docendi iuris ratio ante Iuſtinianum in vſu fuerit, & quam Iuſtinianus docendi diſcendiq́ue iuris rationem obſeruari voluerit.

SVMMARIA.

1 *Iuris docendi ratio ante Iuſtin. qualis fuerit: & quomodo ab ipſo immutata nu. 2. & 10.*
3 *Iuſtinianei noui vnde ſic appellati.*
4 *Papinianiſtæ tertij anni auditores iuris.*
5 *Lytæ quarti anni auditores iuris.*
6 *Scholaſtica iuris interpretatio in quatuor conſiſtebat.*
7 *Prolytæ vnde ſic dicti.*
8 *Licentiati hodie vnde nomen habeant.*
9 *Quinquennium iuri diſcendo conſtitutum.*
11 *Auditorium iuris & artium profeſſioni tributum.*
12 *Doctores iuris in quotuplici diſcrimine olim fuerint.*
13 *Academia quomodo hodie conſtituantur.*

1 ANte tempora Iuſtiniani, † omnium primò proponebātur diſcentibus libri Inſtitutionum Caij duo: & libri Singulares quatuor: primus, de veteri re vxoria: ſecundus, de tutelis: tertius, nec non quartus, de teſtamentis & legatis. Quos libros integros non explicabant, ſed multas eorum partes quaſi ſuperuacuas præteribant: neque in ea explicatione ordinem Edicti perpetui obſeruabant. Secundo anno prima legum pars, quæ τὰ πρῶτα continebat, eis tradebatur, quibuſdam titulis exceptis. Poſt eorum verò lectionem, neque illam continuam, ſed particularem, aliqui tituli ex illa legum parte quæ de Iudicijs nuncupatur: aliqui deinde ex illa quę de Rebus appellatur, neglectis ferè ijs quæ & maximè earum rerum propria & vtiliſſima erant. Tertio anno, reliqua quæ ſecundo anno de iudicijs, itemq́ue rebus propoſita non erant, adiungebant: quibus traditis, iter quaſi præmonſtrabant ad Papiniani, viri excellentiſſimi, ſcripta. His igitur tantùm à profeſſoribus traditis, accedebāt deinde per ſemetipſos ad Pauliana reſponſa. Eratq; is omnis Iuriſprudentiæ percipiendę in quartum annum finis: quo tempore vix quinquageſima iuris pars ipſis proponebatur. Totum enim Ius ante Iuſtiniani tempora cōtinebatur duobus millibus librorum, verſibus autem trecies centenis. Ea autem lectione ex tam immenſa legū multitudine vix verſuum ſexaginta millia, eoſque vacuæ notionis, perlegebant.

Hanc veterum Iureconſultorum docendi rationem, Iuſtinianus † minus ſufficientē, 2
minusq́ue commodam aut facilem cùm vidiſſet: prudentum & in iure peritiſſimorum virorum conſilio aliam docendi profitendiq́ue iuris rationē tradidit, & obſeruari mandauit.

Primo enim anno Inſtitutiōes, & quatuor priores Pandectarum libros, qui τὰ πρῶτα inſcribuntur, proponi iuuentuti & explicari iuſſit: ita quidem, vt ab inſtitutionibus initiū ſumeretur: quidquid deinde temporis ſupereſſet, id vt priorum quatuor librorum explicationi tribueretur omne. Et hanc decreuit eſſe traditionem primi anni integri.

Cumq́ue dupondij, ridiculo cognomine, hi qui vno anno iuri operam nauaſſent, olim appellarentur: eos non dupondios vt olim, verùm Iuſtinianeos † nouos appellauit. Vo- 3
luit enim eos qui rudes ad iuris ſcientiam adſpirare, & ſcita prioris anni accipere maluerunt, Inſtiniani nomen mereri: & quòd Inſtitutionum volumen, Iuſtiniano autore emanarit: & quòd leges clarè & dilucidè eo iubente propoſitæ, cognomine quoque mutato hoſce fulgere deceat.

In ſecundo anno, vel de iudicijs libros ſeptē, vel de rebus creditis libros octo, integros abſolui iubet §. in ſecundo autem. in prooemio Digeſtorum. Quibus in finem anni ſingulares quatuor addi vult: nempè librum 28. de Dotibus: librum 27. de Tutelis: librum 28. de Teſtamentis: librum 30. de Legatis lib. primo. Vocabantur autem hi qui ſecundo anno in Iuris ſcientia verſati erant, olim Edictales.

In tertio anno lectioni de iudicijs, vel rebus creditis denuò repetitis, tres alios ſingulares libros adhiberi mandat: nempè librum 20. 21. & 22. Et tertio anno auditores Papinianiſtas † appellat: quod in iſtis libris, reſponſa 4
Papiniani plurima contineantur. §. tertij inſuper anni.

Quarto anno, veteri & vſitato vocabulo
λύτας † vocat, quòd leges intelligere, & obſcu- 5
ritates per ſe explicare poſſint. De quibus vide Politianum Miſcellaneorum cap. 93. Triennium enim, exemplo Pythagorici inſtituti, iuris auditores coercere voluit, ne temerè & audacter, re nondum benè cognita & percepta, proſilirent. Hodiè λύται, Baccalaurei appellantur. Legebant hi nihilominùs libros ſingulares, à tit. de Pignoribus, vſque ad titu. de Bonorum poſſeſſionibus. Hoc igitur quadriennio, ſingulis Iuris profeſſoribus quadragenos libros ſcholaſtica prælectionē interpre-

terpretandos conſtituit. Quatuor libros In-
ſtitutionnm, & 36. Pandectarum, vſque ad tit.
de Bonorum poſſeſſionib. Hæc verò ſchola-
6 ſtica † Interpretatio in quatuor ferè conſiſte-
bat. Primò, in indlcibus vel in inuenrarijs
colligendis, & vetborum ſimplici explicatio-
ne. Deinde, quidam paratirla, hoc eſt, breuiſ-
ſimas ad ſingulos tirulos annotationes ſcri-
bebant. Tertij, παραφραστικῶς explicabāt. Quar-
ti, commentarios vberiores addebant.

7 Quinti anni auditores, προλύται † vocaban
tur: id eſt, qul ſoluroribus eruditione præſta-
bant, quaſi anreceſſores τῶν λυτῶν. Hi conſti-
tutionum codicem tam legere quàm ſubti-
liter intelligere cogebantur. §. quibus ſi benè
ſeſe imbuerint. in procem digeſt. Hi hodiè à
8 licentia docendi, Licentiati † appellantur.

Tempus itaque, quo iuris ſtudio operam
auditores nauare debent, anrequàm vel ad
docendum admittantur, vel cauſas forenſes
9 tractent, quinquēnium † à Iuſtiniano conſti-
tutum eſt. Quod & Romanus pontifex in
reliquis diſciplinis probauit, c. fina. extra, de
magiſtris.

10 *Vbi † Iura tradi voluerit, & à quibus.*

Iuſtinianus octo iuris profeſſores conſti-
tuit: quorum duos Conſtātinopoli, duos Be-
rythi, ſiue in ciuitate Berythenſium, quatuor
Romæ, Iura docere & profiteri voluit. Con-
ſtat autem, tempore Iuſtiniani Theophilum
& Cratinum Conſtantinopoli docuiſſe: Do-
rotheum verò & Anatolium Berythi. l. 1. C.
de veteri iur. enucleando. Tria igitur tantùm
loca iuris ſtudio aſſignat, Conſtantinopolin,
Berythum & Romam: octo autem profeſſo-
res. Ante Iuſtinianum verò Theodoſius huic
docendi muneri tam Romæ quàm Conſtan-
tinopoli duos ſolùm præfecit, l. vnica. C. de
ſtudijs liberalib. lib. 11. Habeant igitur audi-
11 torium † ſpecialiter noſtrum, in his primùm
quos Romanæ eloquentiæ doctrina com-
mendat, Oratores quidē tres numero, Gram-
matici verò decem. In his etiam qui facun-
dia grauitatis pollere noſcuntur, quinq; nu-
mero ſunt Sophiſtæ, & Grammatici æquè de-
cem. Et quoniam non his artibus tantùm a-
doleſcentiam glorioſam optamus inſtitui,
profundioris quoque ſcientiæ atque doctri-
næ memoratis magiſtris ſociamus auctores:
vnum igitur adiungi cæteris volumus, qui
Philoſophiæ arcana rimetur: duos quoque,
qui Iuris ac legum voluntates pandant: ita vt
vnicuique loca ſpecialiter deputata adſigna-
ri faciat tua ſublimitas, ne diſcipuli ſibi inui-
cem poſſint obſtrepere, vel magiſtri: néve
linguarum confuſio permixta, vel vocum,
aures quorundam aut mentes à ſtudio litera-
rum auertat.

12 Doctores † autem tempore Iuſtiniani in
triplici erant ratione conſtituti: aliqui enim
Regentes erāt, hoc eſt, in cingulo & actu do-
cendi conſtituti. alij vacantes, qui docendi
munere functi erant: tertij honorarij, qui co-
dicillos doctrinæ ſine adminiſtratione acce-
perant, exemplo aliorum honorum. Omnes,
inquit Valentinianus, priuilegia dignitatum
hoc ordine ſeruanda cognoſcant, vt primo
loco habeantur hi qui in actu poſiti, illuſtres
peregerint adminiſtrationes. Secundò, ve-
niam vocantes, qui præſentes in comitatu
illuſtris dignitatis cingulum meruerint. Ter-
tium verò ordinem eorum proſpicimus, qui-
bus abſentibus cingulum illuſtris mittitur
dignitatis. Quartum, honorariorū: qui præ-
ſentes à noſtro numine, ſine cingulo, codi-
cillos tantùm honorariæ dignitatis adepti
ſunt. Quintum, eorum quibus abſentibus ſi-
militer ſine cingulo mittuntur illuſtris cin-
gula dignitatis, l. 2. C. vt dignitatum ordo ſer
uetur, lib. 12.

Hodiè ex priuilegio Pontificis Romani,
& Augustiſſimi Imperatoris, Academiæ † vel 13
Gymnaſia confirmantur, & terni quaterni ve
in ſingulis Academijs in vtroque iure docto-
res cingulo donantur: atque exemplo magi-
ſtratuum, niſi remoueantur, perpetui ſunt.

CAPVT IIII.

Apud quos conueniri poſsint iuris ſtudioſi.

SVMMARIA.

1 *Iuris ſtudioſi quem magiſtratum habeant.*
2 *Studioſorum priuilegia hodie iniquè attenuantur.*
3 *De priuilegijs Scholaſticorum ſeu ſtudioſorum.*

COmpoſitis Pandectis & Inſtitutionibus
& collecto Codice, rationem docendi
propoſuit: deinde ibi, & à quibus iura tradi
debeant: poſtremò magiſtratum certum Iuris
ſtudioſis † adſignat, coram quo conueniri aut 1
accuſari poſſint. Conſtantinopoli igitur, præ-
fectum vrbis iuris ſtudioſis adſignat magi-
ſtratum: Berythi, & præſidem Phœniciæ ma-
ritimæ, & epiſcopum, & legum profeſſores.

Ex noua verò Friderici conſtitutione, ſiue
criminaliter, ſiue ciuiliter pulſentur, recuſa-
to magiſtratu ſeculari, Epiſcopum habent iu
dicem, aut magiſtratum ſuum. Authen. habi-
ta. C. ne filius pro patre. Hodiè, quia Gymna-
ſia vel Academiæ magiſtratum habent pro-
prium, quod in alijs quoque profeſſionibus
& negotiationibus Anaſtaſius Imper. con-
ceſſit, l. fin. C. de iuriſdict. omnium iud. anim-
aduerſio in ſtudioſos ad Rectorem pertinet.
Quamuis multi nunc hæc ipſa ſcholarium
† priuilegia, gratiæ captandæ & maioris au- 2
thoritatis comparandæ cauſa, ita attenuent,
vt longè iniquior ſtudioſorum ferè ſit con-
ditio,

ditio, quàm viliſſimorum hominum. Quorum tamen, vt Fridericus ait, nemo non miſereatur, qui amore ſcientiæ exules facti, de diuitibus pauperes, ſemetipſos exinaniunt, vitam ſuam multis periculis exponunt, & à viliſſimis ſæpè hominibus (quod grauiter ferendũ eſt) corporales iniurias ſine cauſa perferunt.

3 De priuilegijs † Scholaſticorum, tempore Imperatorum, extant plurimi tituli. Titulus 30. lib. 12. C. de priuilegijs ſcholarum. Et titu. 52. lib. 10. de profeſſoribus & medicis. & tit. 15. lib. 12. C. de profeſſoribus vrbis Conſtant. Et noua conſtitutio Friderici Imperatoris, edita anno Chriſti 1158 menſe Nouembri. Hodie pleræque vniuerſitates Scholaſticæ & celebres, multis alijs Romanorum Pontificum, Imperatorum & Principum priuilegijs Auguſtæ ſunt. Quibus etiam vetus conſuetudo multum iuris tribuit. habet enim & hæc priuilegij vim, c. ſuper extra, de verborum ſignific. Congeſſit multa priuilegia Ludouicus Bologninus, in d. Authen. habita. ac alij, quæ priuilegia ſummo labore, ſummoq́; ſtudio à nobis hinc inde collecta, breui (Deo auxiliante) extabunt.

CAPVT V.

Iuris profeſsio quæ Gothicis, Vandalicis et Hunicis irruptionibus in Italia extincta fuit, et deleta: quando, et à quibus reſtaurata, & qui in ea iuris ciuilis Romani interpretatione celebres præcipuè, et inſignes, vſque ad noſtra tempora fuerint.

SVMMARIA.

1 *Iuris profeſſio poſt Iuſtin. diu ceſſauit: & in Italia ferè per 500. annos in tenebris delituit. nu. 2.*

IVSTINIANI temporibus Italia miſerè à Gothis, Hunis & Vandalis afflicta eſt. In quibus moribus, vt ferè fieri ſolet, omnia
1 ſtudia ſuppreſſa ſunt: Iuris † autem profeſſio, præ cæteris diſciplinis, ceſſauit omninò, & obmutuit. Voluerunt enim Barbari, vnà cũ Imperij Romani amplitudine & nomine, leges quoque Romanas delere, ſuasq́; interim ſupplantare ac ingerere. Poſtquam igitur ad
2 quingentos † ferè annos Iuris profeſſio in Italia delituiſſet, ſingulari Dei conſilio iterum reuocata, ac in lucem educta eſt.

CAPVT VI.

Irnerius.

SVMMARIA.

1 *Irnerius ſiue Vuernerus Germanus primus in Italia Iuris profeſſor: & quo docendi genere vſus ſit. nu. 3.*

2 *Lotharius Saxo inſtituit vt ius in ſcholis proponeretur. num. 1.*

4 *Ius Rom. amoſſa æquitatis qua omnis Europa nunc vtitur.*

7 *VVerneri ſiue Irnerij iuriſconſulti Germani laus.*

7 *Sine forenſi exercitatione leges Rom. non cognoſcuntur.*

PRimus itaque Vuernerus, † homo Germanus, & qui apud Mechtildam reginã in Italia, gratia plurimùm & autoritate tum pollebat, de hoc iure ciuili, in quo ampliſſima ſapientia cõtinetur, præ cæteris benè meritus eſt. Libros enim Iuris ciuilis, qui Ignoti tunc prorſus erant facti, è bibliotheca eduxit: vtque in ſcholis proponerentur, Lothario † Saxoni author fuit, & ſuaſor. Deinde ipſe primus Iuris profeſſionem, in Italia collapſam & extinctam, aperuit, & in lucem produxit. Incidit hæc reuocatio & reſtitutio Iuris ciuilis, in annum Chriſti 1150. Vſus eſt genere † docendi auditoribus quidem vtiliſſimo, ſibi verò difficillimo. Diſperſas enim hinc inde leges. & diſcrepantes inter ſe Iureconſultorũ ſententias, acri iudicio cõciliauit. Quantum igitur vtilitatis & commodi ea reſtitutione Iuris ciuilis hic Vvernerus attulerit, facilè apparet. Hoc enim theſauro iuris ciuilis, certũ quoddam & humanæ rationi cõſentaneum maximè, conueniensque ius vniuerſæ Europæ reſtitutum eſt. Quo iure † tanquam amuſſi quadam, quæ æquitati & honeſtati publicæ accõmoda eſt, omnes regiones Europæ nunc vtuntur. Deinde hæ ipſæ Romanorum leges multa & infinita de cõmunibus officijs huius vitæ, & optimis moribus præcepta tradũt. Poſtremò, puritas Latinæ linguæ, reſtituto Iure iterum emergere, renaſci & florere cœpit. Laudandum eſt igitur vtriuſque imperatoris ſtudium: Iuſtiniani quidem, quòd colligi & componi mandauerit: Lotharij, † quòd deperditum iterum in ſcholis proponi & tradi voluerit. Et maximæ Deo gratiæ agendæ ſunt, quòd in tanta barbarie, in tantis concurſionibus, & Imperij Romani ruinis, hanc ipſam immenſam legum ſapientiam conſeruauit, & ad hæc tempora noſtra propagauit. Laudanda † quoque eſt voluntas Vverneri, qui non tantùm è Bibliothecis hoc ius eduxit, & quaſi poſtliminiò reuocauit: ſed primus p ætereà interpretationẽ addidit. Quanta autem eruditione, quanto iudicio, quantaque memoriæ promptitudine inſtructus fuerit, non difficulter ex eo colligi poteſt, quòd Reſponſa prudentum, ſingulari breuitate & grauitate ſcripta, dextrè explicauit. Quæ omnia præſtari ſanè non potuerunt, niſi à viro Latinæ linguæ peritiſſimo, prudenti, & vſu rerum publicarum exercitatiſſimo. Sine exercitatione enim † forenſi, ne poſſibile quidem fuiſſet leges Romanas cognoſcere. Exceſſit è viuis hic Vvernerus, circiter annum Chriſti 1190. ac Bononiæ ſepultus eſt.

CAPVT VII.
Gratianus.

SVMMARIA.

1 *Gratianus monachus Decreti collector: eiusq́; Epitaphium & monumentum nu. 5. 6.*

2 *Decretorum volumen vnde collectum, & quo anno editum, nu. 3. ab Eugenio Pontif. approbatum. nu. 4.*

DVM Iuris ciuilis Romani profeſſio ite-
1 rũ Bononię reuocatur, GRATIANVS,
† patria Hetruſcꝰ, & S. Proculi apud Bononiẽ-
ſes monachus, circa idẽ ferè tempus Decreto-
2 rum † volumen, ex libris Cõciliorum, & ſan-
ctorũ Patrum ſcriptis collegit. qua in re imi-
tari voluit Iuſtinianum. Volumen tribus
præcipuè membris diſtinguitur. quorum pri-
mum diſtinctiones centum & vnam conti-
net: ſecundum, cauſas 36. tertium, de Conſe-
cratione inſcribitur. Recitantur de hoc vo-
lumine vulgati verſiculi:

Vna cum centum diſtinctio. ſit tibi prima;
Sex ac triginta cauſa ſunt parte ſecunda.
Tertia conſecrat, ac ſinit diſtinctio quinta.

3 Edidit autem hoc opus anno † Chriſti 1150.
quemadmodum ipſe teſtatur cap. 27. §. ego
æditius 2. queſt. 6. Idq́ue tradit etiam Calde-
rinus, In procemio Decretalium: & cardina-
lis Alexand. in præfatione Decreti. Hoc opus
4 Eugenius † pontifex & approbauit, & in Aca-
demijs publicè proponi mandauit. Huius
compoſitionis memoria conſeruatur Bono
niæ apud D. Petronium, ad ſacellum D. Seba-
ſtiani.

D. O. M.

5 *Gratiani † Cluſini Cæſarei Iur. & Pont. enucleatoris propè di-
uum. qui monachus in martyrum Felicis & Naboris ede, ab-
ſolutiſſ. ibidem opus Decretorum anno Gratia M. C. L I.
compilauit, monumentum: quod illic carie ruderibusq́; ob-
ſorduerat, hic magnificentius renouatum, Ioannes Fran-
ciſcus Aldobrandus Bononienſis I I I I. Dictator ære publico
inſtaurauit:*

*Anno Salutis M. CCCC: XCVIII. Idib. Iunij: Ioanne
Bentiuolo I I. P. P. Rempub. feliciter gu-
bernante.*

6 Et in æde S. Fœlicis, † vbi Gratianus edidit
opus Decretorũ, in ſaxo vetuſtiſſimo, quod
nunc in ſacrario reconditur:

Hanc ante partem Lector venerentur aditio:
Namq; loci monachus Decretum hic condidit huius,
Diuinum Gratianus opus, quantumlibet arcto
Contentus ſepto: quod, reparando caducum
Et vetus hoc clauſtrum, tollı fuit inde neceſſe.
Id tamen Abbate conſtructum eſt Bartholomæo,
Mille trecentenis decies ſeptem atq; quaternis
Annis à Chriſto, pura de Virgine nato.

CAPVT VIII.
Placentinus.

SVMMARIA.

1 *Ex Irnerij Iuriſc. ſchola multi docti prodierunt.*

2 *Placentinus Iuris profeſſionem primus in Galliam propagauit.*

3 *Bagarottus, autor Summæ, ſeu Cauillationum operis.*

EX ſchola Irnerij † multi doctiſſimi viri 1
prodiere: Iuriſq́ue ſtudium non tam au-
ditorum frequentia, quàm docentium mul-
titudine creſcere, ac ſeſe efferre cœpit: vt ferè
nouæ res ſemper ad ſe animos trahunt, alli-
ciuntq́ue. Præ cęteris verò claritudinẽ ijs tem
poribus adſequutus eſt Placentinus, † qui pri- 2
mus Iuris profeſſionem in Galliam propaga
uit. Scripſit Summam in Codicem & Inſtitu-
tiones. Floruit in monte Peſſulo, vbi eius E-
pitaphium murilum extat:

*Iura Pontificia ac Cæſarea Placentinus præclarè docuit: li-
tes placauit etiam dubias: & ſecundum eadem iura iu-
ſtè vixit.*

Cætera legi nequeunt.

BAGAROTTVS, † docuit Bononiæ. Scri- 3
pſit Summam notabilem, quam cauillatio-
num opus nominauit.

CAPVT IX.
Rofredus.

SVMMARIA.

1 *Rofredus auditor Azonis: eiusq́; laus & ſcripta.*

2 *Ioannes Baſianus, eiusq́; ſcripta, & Epitaphia. nu. 4. 5.*

3 *Azonis præceptor Ioannes Baſianus.*

6 *Immortalem qua faciant, vel non.*

BEneuento † ortus, audiuit Kilianum & 1
Azonem. Ob ingenij ſubtilitatem, & in
ſoluẽdis Iurium quæſtionibus dexteritatem
laudatur: quas quidem res lõga exercitatione
ſibi comparauit. Verſatus eſt in methodica
docendi ratione. Scripſit enim Summam ad
Ius ciuile edidit præterea volumen, continẽs
Quæſtiones iuris Ciuilis & Canonici. Extat
etiam libellus Rofredi de Libellis, & allegan
tur paſſim eius Diſputationes.

IOANNES † Baſianus: Vixit eodem tem- 2
pore: ſequutus coætaneos, Summam ad Ius
ciuile edidit. Hanc Odofredus ventoſam no-
minat: & ſcribit hunc Baſianum Summam
ſuam eo ſtudio ſcripſiſſe, vt Placentinum ex-
citaret. Fuit præceptor † Azonis. Vita functus 3
eſt Bononiæ, & ſepultus in templo S. Anto-
nij, vbi Epitaphium eius conſpicitur:

Hoc tumulata iacent Baſiani † membra lapillo, 4
Qui ſit metra docent quæ ſubſcribuntur in illo.
Hunc legum patuit victoria caſtris,
Nunc cedens fatis ſocialibus inſidet aſtris.
Canonica coluit Scripturæ plenius ortum,
Qua duce promeruit cæleſtem cernere portum.
Hic erat Italiæ fidus, veneranda fratrum.
Flos roſeus patriæ, decus orbis gloria patrum.
Obſequijs promptus & in omni dogmate certus,
Conſilijs cautus, humilis, iocundus, apertus.
Si tres excipias annos de mille ducentis,
Terminus occurrit, quo mortis iura ſubiuit.
Inuidus è medio Baſianum † ſinu ademit: 5
Cuius membra breuis hic ſita petra premit.
Summus in alterutro Doctoris iure peregit
Rollenum officium, quem lapis iſte tegit:

Iura

Iura duo potuit natura ius ſuperare,
Hac duo de proprio mors fugat ima dare:
Iſtius meruere ſinus duo iura locari,
Solus in Italia qui fuit abſq; pari.
Non ſibi, ſed vita moritur fons iuris & aulæ:
Non is ea, ſed eo vita moderna caret.
Quiſquis in iſtius cathedram ſuccedere quærit,
Fontis reſpectu riuus ineptus erit.
Hunc ſociat ſummis Pauli conuerſio turmis.

Subſcriptum:

Magna igitur virtutis eſt, & ſublimioris ingenij, ſub ſenſu animum retrahere: ducere ratione generoſam erigere mentē, & diuinam ſublimare naturam, vt ad ſuperos inuiſibilis animus aduolare contendat. Nemo diuitijs, nemo faſcibus confi-
6 *dat: quia immortalem † iſta non faciunt. Verùm illa eſt feliciſſima hominum hæreditas, iuſtitiam, fidem & caritatem obſeruaſſe.*

CAPVT X.

Antonius Lyus.

SVMMARIA.

1 *Antonius Lius quo anno obierit.*
2 *Bulgarus Piſanus Bononiæ profeſſor & Præfectus.*
3 *Vſusfructus omnium bonorum vxori relictus, quid contineat.*
4 *Vgolinus Iuriſc. eiusq; Epitaphium.*
5 *Martinus Iuris gloſſator.*

1 FLoruit † Patauij. Scripta eius nulla extãt: Epitaphio memoria ſolummodò eius conſeruata. Conſpicitur Epitaph. in æde D. Steph.

Iurisprudentũ vertici Antonio Lyo, Patauinorum virorũ opt.
Obijt Anno Salut. M.CC.VIII.

2 BVLGARVS † Piſis oriundus, Bononiæ iura docuit initiò, deinde ibidem ab Imperatore Præfectus factus eſt. Induxit & defendit
3 conſuetudinem, qua vxori, cui vſusfructus † omnium bonorum relictus eſt, ſola eminentia in domo & alimenta conceduntur. Bart. in l. Titia ff. de legat. lib. 3. Scripſit gloſſas ad Ius ciuile. De morte eius nihil certi conſtat.

4 VGOLINVS † floruit tum quoque Bononiæ. Commentarios nullos reliquit. Dicitur ſolũmodò Collationis decimæ, & librorum de Feudis collector eſſe. Epitaphiũ eius extat Bononiæ apud S. Victorem, vbi Bartolus magnam partẽ librorum ſuorum emendauit, vt in proœmio Pandectarum teſtatur:

Tranſijt, vt viuat, mundanæ legis alumnus:
Mors ſit ei requies, vltima vita Deus.
Vrbis honor, mundi ſpeculum, iacet hic Vgolinus:
Spiritus aſtra tenet, corpora ſignat humus.
Cui fortuna manum ſemper complexa tetendit,
Cui lex vberius vbera plena dedit.
Mens legum cecidit, reliqui latitant Pariſæi:
Chriſtus, qui venit parcere, parcat ei.
Mens reſpondebat veraci conſona linguæ,
Et par effectus cordis & oris erat.

Fraudis, nequitiæ, liuoris & ambitionis
Inter conciues vnicus hoſtis erat.
Mors voluit mundum ſub certa lege teneri:
Nam cinis eſt hodiè, qui fuit ignis heri.

MARTINVS, † eodem tempore celebris fuit. Scripſit gloſſas, quæ à poſteris in controuerſiam ſemper fuêre reuocatæ, ac repudiatæ. Cinus in l. vnica §. taceant. C. de rei vxor. act. 5

CAPVT XI.

Azo.

SVMMARIA.

1 *Azo vbi docuerit: dicitur fons legum & vas electionis. nu. 2. eius Epitaphium. nu. 3.*

BOnonia † originem traxit. Auditor fuit Ioannis Baſiani. Florere cœpit Anno Chriſti 1200. In patria primùm iura docuit. Inuidia deinde aliorum preſſus, in montem Peſſulum conceſſit, & ibi Placentino in profeſſione iuris ſucceſſit. Cùm autem in dies clareſceret, & celebritatem nominis maiorem cõſequeretur, in patriã reuocatus, & in ſumma autoritate habitus eſt. Sequutus eſt in docendi genere Placẽtinum, ſcripſit Summam ad omnes titulos Codicis. Baldus vocat eum † fontem legum, & vas electionis. Confectus ſenio, rei diuinæ vacare cœpit: & Canonicus factus, Pontificium ius interpretatus eſt. Auditorem tum inter cæteros habuit Ioannem Andreæ. In patria è viuis exceſſit: quo genere mortis, in incerto eſt. Sepultus verò eſt in tẽplo S. Seruatij, vbi erat eius † Epitaphium. 1 2 3

TRINITATI.

Azoni Iureconſultorum numini, Anno Grat. M.CC. hic tumulato: in ſepulchro vetuſtate collapſo, ac inter rudera vix agnito, Ioan. Franciſcus Aldobrandus Dictator & Conſ. Bonon. P. impenſa, conciui ſuo B. M. memoriam poſuerunt. Anno Salut. M.CCCC.XVI. V. Id. Octob.

CAPVT XII.

Accurſius.

SVMMARIA.

1 *Accurſius anno 37. ætatis ius audiuit: quo tempore florerę cœpit. nu. 2. quando obijt. nu. 3. eius authoritas. nu. 4. filij, & Epitaphium. nu. 5.*
6 *Iacobus Balduinus Iuriſc. tandem Prætor Genuenſ.*
7 *Statutum Genuenſ. ne Doctores fiant Prætores.*
8 *Ioannes de Blanaſio Iuriſc. eiusq; ſcripta.*

1 FLorentia † oriundus, fuit Azonis & Ioannis auditor, cùm ageret annum 37. Tantam autem Iuris peritiam in ea ætate matura adſequutus eſt, vt reliqui omnes interpretes plus laboris & operæ in gloſſis eius explicandis, quàm in ipſis legibus interpretandis conſumpſerint. Præceptoris Azonis docendi rationem reliquit, & Irneriũ ſequutus eſt. Scripſit igitur ad ſingulas leges explicationes. Dubium autem non eſt, quin Accurſius ab

Irnerio, Bulgaro, Placentino, Ioanne, Azone,& alijs pleraque mutuatus ſit. Floruit ſub
2 Friderico ſecundo, circiter † annum Chriſti
1227. vt ipſe teſtatur in l.penul.C.de accuſationibus. Septennium antè conſumpſit in interpretatione Pandectarum & Authẽticorum, vt conſtat ex his quæ dicit in Auth. vt proponatur nomen Imperatoris. circa principium, In verb. Indictionis. Abſoluta interpretatione Codicis, vitam cum morte commutauit,
3 † annum agens ſeptuageſimum octauum: anno Salut. 1229. vt quidam volunt. Sepultus eſt Bononiæ in monaſterio Minorum. Tanta
4 autem eius fuit authoritas, † vt cùm Bononiæ tum duæ eius artis factiones eſſent (quidã enim Bulgarũ, quidam Martinum Goziam, dudùm vita functos, ſequebantur) ipſe fama ſcientiæ vtramque factionem ad ſuam ſcholam pertraheret. Ad hoc verò eruditioñ's culmen & faſtigium peruenit, quòd acri prædi. tus erat ingenio: & quòd omnibus alijs diſciplinis antè quàm iuris cognitioni ſe dederet, inſtructus acceſſerat: tum denique, quòd in Reipub. gubernatione longo tempore verſa-
5 tus erat. Reliquit duos filios, † Franciſcum Iureconſultũ, & Ceruottum, referente M. Mantua. Epitaphium ſimpliciſſima inſcriptione cum filio commune habet:

Sepulchrum Accurſij Gloſſatoris, legum, & eius filij.

6 IACOBVS † Balduini, ſucceſſit Accurſio in profeſſione, vir haud dubiè lõgè doctiſſimus, cùm Ioanni Blanaſco alijſque celeberrimis Bononiæ viris anteponeretur. Tanta dicitur adſiduitate, tantoque ſtudio docuiſſe, vt ruri exiſtens, à lectionibus non vacaret. Relicta profeſſione Genuam euocatus, prętorem ibidem egit. In ea adminiſtratione, cùm ſeuerius in nobilem (qui patrio ſtatuto ſtrangulationis ignominia eximuntur) animaduerteret, prætura iuſſus eſt abire, addito ſtatuto:
7 † Ne in poſterum præturæ is, qui doctoratus dignitate cohoneſtatus eſſet, pręficeretur, Alber. in l. 1. C. vbi Senatores. In iure nihil edidit: Odofredi auditoris citatione claret.
8 IOANNES † de Blanaſco, natione Burgundus, non modò laudem claritatemq; in iuris peritia cõſequutus, verùm philoſophus peracutus ſimul eſt habitus. Fuit collega Balduini, Bononiæ. Edidit commentarium in titulum de Actionibus, in quo Balduini ſæpiſſimè mentionem facit: nec non Placentini, Rofredi, Azonis, Accurſij. Multa in libellis Rofredi notauit. Extat prætereà liber eius de Ordine iudiciorum, & Variarum quęſtionum vnus.

CAPVT XIII.
Gregorius IX.

SVMMARIA.

1 Gregorius IX. Pont. Max.
2 Decretales à Gregorio IX. collecta.
3 Bernardus Dorna iuriſc.

PAulò ante Accurſij obitum, hoc eſt, anno Chriſti 1217. Henricus natione Anagninus, & nepos Innocentij tertij, Pontifex Max. factus eſt, vt Gregorius † nonus appella- 1
tus. Hic decretales † epiſtolas collegit, & in 2
quinque libros digeſſit, vſus opera Raymondi Barcinonenſis, viri doctiſſimi.
BERNARDVS, † prouincialis ordinis 3
Minorum, cognominatus Dorna, Azonis auditor, varia ſcripſit quõdam opuſcula: è quibus extat volumen inſigne de Liberorum conceptionibus.

CAPVT XIIII.
Innocentius IIII.

SVMMARIA.

1 Innocentij 4. Pontificis Max. familia & iuris ſcientia eiusq; autoritas. nu. 1. & mors. nu. 5.
2 Petrus Vinea, Imperialis dignitatis aſſertor.
4 Cardinalibus roſei galeri inſigne à quo additum.

SYnibaldus ex celebri Fliſcarum apud Genuenſes familia oriundus, ob inſignem eruditionẽ & iuris peritiam, quam ſub Azone ſene, Accurſio, & Iacobo Balduino didicerat, Cardinalitia dignitate cohoneſtatus, & tandem Pontifex Max. factus eſt, ac Innocentius
† quartus appellatus. Hic exemplo Accurſij 1
& ſuperiorum, primus Annotationes ad ius Pontificium ſcripſit: quas dicitur confeciſſe poſt ſynodum Lugdunenſem, In qua Fridericum ſecũdum imperio abdicauit, cùm ibidem longius moraretur.
Scripſit prætereà librum de Iuriſdictione Imperij, & authoritate Pontificis cõtra quendam Petrum Vineam, † qui Imperij & om- 2
nium aliarum rerum arbitrium Imperatori attribuebat, pontificique autoritatem quam antè vſurpauerat, adimebat. Scripta huius Innocentij in quanta habita fuerint authorita-
te, † veneratione que, inde facilè cõſtat, quòd 3
pater & organum veritatis à multis iuris vtriuſque peritiſſimis viris appellatur. Quamuis autem pro ea qua pollebat poteſtate ſcriptis ſuis facilè autoritatem addere potuerit, eius tamen modeſtiæ fuit, vt veritatem authoritate non prægrauare, verùm liberum iudicium lectori relinquere voluerit. Primus
Cardinalibus † roſeum galerum, dignitatis 4
inſigne & ornamentum addidit. Natalem Beatæ virginis Mariæ octonis diebus Eccleſiam celebrare iuſſit. Bononiam ſtudio priuauit, & Patauium tranſtulit. Mortuus † eſt 5
Neapoli, & ad S Laurentium ſepultus, Anno Chriſti 1254. anno 12. Pontificatus.

CAPVT

CAPVT XV.
Odofredus.

SVMMARIA.

1 *Odofredus Beneuentanus: eiusq; ſcripta, & Epitaphium, nu. 2.*

1 PAtria † Beneuentanus, præceptorem habuit Iacobum Balduini. Docuit Bononiæ, & commentarios ad Codicem & Pādectas ſcripſit: præterea de Formulis actionum lib. 1. de Ordine iudic. libr. 1. de Arte notariatus libr. 1. Mortuus eſt Bononiæ, anno 1265.
2 hoc Epitaphio † cohoneſtatus:

DEO TRI. VNI.

Pyramidem & ſepulchrum vetuſtate corrupta, quæ Albertus genitori ſuo Odofredo legum parenti, Anno Domini M. CCLXV. 3. Nonas Decembris poſuerat, Laurentius Odofredus, Dominici Odofredi poſteriorum filius, Alberti trinepos, ſua impenſa in meliorem faciem opere & cultu ſplendidiore reſtituit. Anno Salutis M. CCCC. XCVII. Calend. Septemb.

CAPVT XVI.
Bernhardus.

SVMMARIVM.

1 *Bernhardus Compoſtel. author caſuum Decretal.*

1 INnocentij ſtudio prouocatus Bernhardus † Compoſtellanus presbyter, & eiuſdem Innocentij capellanus, caſus Decretalium, & librum ſuper Decretalibus confecit: anno Chriſti 1245.

CAPVT XVII.
Hoſtienſis.

SVMMARIVM.

1 *Hoſtienſis Cardinalis, quo anno floruerit.*

1 HENRICVS, Seguſiæ natus, archiepiſcopus Ebredunenſis, atque inde Cardinalis † Hoſtienſis factus, præſtantiſſimæ in vtroque iure ſcientiæ vir habitus eſt. Scripſit ſuper Decretales: & Summam edidit, quę vulgò Summa HOSTIENSIS vocatur. Floruit anno Chriſti 1255. Hoc proprium ſibi ſumpſit, vt Innocentij opiniones duras reprobet.

CAPVT XVIII.
Speculator.

SVMMARIA.

1 *Speculator quo anno ediderit ſpeculum iuris.*
2 *De Sacramento egregia ſententia Speculatoris.*
3 *Bartholomæus Brixienſis, eiusq; ſcripta.*
4 *Albertus Galeotti iuriſc.*
5 *Ioannes de Deo iuris Doctor & Profeſſor.*
6 *Iacobus de Belloviſu iuriſconſultus, Feudorum Commentator.*

GVILIELMVS Duranti, Prouincialis ordinis Prædicatorum, audiuit Hoſtienſem. Conſcripſit † deinde Speculum Iuris, 1
quod edidit anno 1261. Fuit vir exercitationis forenſis peritiſſimus, & ideo Pater practicæ vocatur. Præter Iuris cognitionem, maximam in Theologia celebritatem adſequutus eſt. Scripſit præterea librum de Concilio ab omnibus laudatum. Hoc ſolo notatur, quòd multa veterum ſibi adſcripſerit. Mortuus eſt iuuenis, annum trigeſimum nō ita multum egreſſus. Huius de re Sacramentaria † fer- 2
tur ſententia hæc:

VERBVM AVDIMVS,
MOTVM SENTIMVS:
MODVM NESCIMVS,
PRAESENTIAM CREDIMVS.

BARTHOLOMAEVS † Brixienſis: 3
Vixit hic quoque eodem tempore. Scripſit Additiones ad decreti Gloſſas, eo ordine quo nunc habentur. Scripſit diſputationes quaſdam in Decretalibus, & Chronicon de rebus Italiæ.

ALBERTVS † Galeotti Parmenſis, ſacro- 4
rum Canonum & legum profeſſor, in conſilijs plurimum valuit. Scripſit aliqua in Iure. Extat eius Summa, quæ Margarita quæſtionum nuncupatur: & liber vnus Declarationum.

IOANNES † de Deo: vtriuſq; iuris profeſ- 5
ſor, & doctor eximius: ac philoſophus eruditus, docuit Bononiæ. Edidit Summam cauillationum, quæ cōtinetur libris 7. Scripſit Tabulā Decreti, Tabulā Decretaliū, Concordantiā Decreti & Decretaliū, & varias quæſtiōes.

IACOBVS † de Belloviſu Bononiēſis, cir- 6
ca hæc tēpora in Iuris ciuilis, in primis verò in Feudorum interpretatione floruit. Scripſit Commentarios ad Nouellas conſtitutiones Iuſtiniani: & poſtquàm ſepties Feudorum libros prælegiſſet, Commentarium quoque ad eos edidit. Scripſit præterea Practicam iudiciariam in criminalibus, & librum Quæſtionum.

CAPVT XIX.
Ipho.

SVMMARIA.

1 *Ipho iuriſc. eiusq; laudes: relatus inter diuos. nu. 2.*

EX Britannia † claris & opulentis paren- 1
tibus ortus eſt. Lutetiam primùm literarum gratia miſſus, confirmatiore ætate Iuris cognoſcendi cauſa Aureliam ſe cōtulit. Abſoluto ſtudiorum curſu in patriam reuocatus, ob excellentem eruditionem, & morum vitæque ſanctimoniam, ab epiſcopo Trecorenſi accerſitus, & cauſis audiendis præfectus eſt. Præfecturam eam tam ſanctè, tam innocenter, tam clementer adminiſtrauit, vt nullius rei præter virtutem appetens fuiſſe videretur. Addidit ingenij dotibus & virtutibus

multis, miſeratione erga pauperes, quos qua
poterat ratione ſublevabat, & iuuabat. Flo-
ruit ſub Phillippo Pulchro, Galliarum rege,
cuius gubernatio incidit in annnm M.CC.
LXXXV. Vita functus eſt,cùm annum quin-
quageſimum expleuiſſet:Et non tantùm vul-
gi iudicio, ſed Pontificis quoque authoritate
† inter diuos relatus:& ipſius memoriæ feſtus
dies 6 Kal.Septemb decretus eſt.

CAPVT XX.
Bonifacius octauus.

SVMMARIA.

1 *Bonifacius VIII.Pont quid egerit:num.3 & quomodo in carcere mortuus ſit.nu. 4.*
2 *Cœleſtinus Pont.cur abdicarit ſe Pontificatu.*
3 *Sextus Decretalium à quo publicatus.*

1 FVIT natione † Campanus, patria Anag-
ninus,Benedictus anteà vocatus : vir cal-
lido,malicioſoque ingenio Pontifex creatus
eſt anno 1295 Ad pontificatum antè hoc aſtu
peruenit. Subornauit quendam, qui in con-
claue Cœleſtini noctu ſe cõferret : & ibi ficta
2 angelica voce,Cœleſtino † inſuſurraret, vt ſi
ſaluus eſſe vellet,pontificatu ſe abdicaret cul
voci Cœleſtinus obtemperauit. Abdicatum
carceri mancipauit. Pontifex,deinde vnicè
3 in Id incubuit, † ne Italia in ocio & pace ma-
neret. idque vt faceret,diſſidia Guelphorum
& Gibellinorum quàm poſſet ſtudioſè aluit.
Præterea Philippum Pulchrum, Gallorum
regem, excommunicauit: & titulum regni
Galliæ, Alberto imperatori conceſſit: vt his
initijs Gallos & Germanos in mutua odia,&
ad mutuas cædes incitaret, & compelleret.
Verùm, malum conſilium conſultori peſſi-
mum fuit perijt enim eo malo, quod alteri
intentauerat. Nam iuſſu Philippi regis, & o-
pera Sarræ cuiuſdam Columnenſis,adiuuan-
tib.Gibellinis,Anagninæ in domo paterna ca
4 ptus, & Romam perductus, carceri † mancl-
patur: vbi vigeſima quarta die,ex captiuitate,
vel veneno, vel dolore animi extinctus eſt.
Nunc fertur de eo hoc: Intrauit vt vulpes vi-
xit vt leo, mortuus eſt vt canis Res tamen a-
5 liquas bonas in pontificatu geſſit. Sextum †
enim librum Decretaliũ, ſuo iuſſu à viris do-
1 ctiſſ.in Italia collectum,publicauit. ad quam
rem vſus eſt opera Ricardi de Petronib. S.
Rom.Eccleſiæ Cardinalis:& Dyni.

CAPVT XXI.
Dynus Mugellanus.

SVMMARIA.

1 *Dynus Iuriſc.collector Sexti Decretal. num. 2. obijt anno 1303.nu.3.*

1 ORiundus † fuit Mugello, agri Florẽtini
oppido.Bononiæ in iure docẽdo primas
inter ſuos collegas partes obtinuit,ac præ cæ-
teris celebris & inſignis habitus eſt.Simplici-
rate enim in docendo delectabatur:& inſtru-
ctus erat dicendi facultate,& promptitudine
non vulgari. Poſtquàm autem Bonifacius
Octauus libri ſexti collectionem inſtituiſſet,
euocauit eum Bononia, vt labore & indu-
ſtria eius vteretur : non obſcuram ſpem Dy-
no faciens de Cardinalatu conſequendo, ſi
pontifici Romano operam ſuam nauaret.
Profectus igitur eò vnà cum Ricardo de Pe-
tronibus,Sextum † decretalium confecit.Ve- 2
rùm abſoluto perfectoq; opere, ſpe inani ſu-
ſtentatus, iiſdem quibus venerat honoribus
domum reuerſus eſt. In mœrorem itaque a-
nimi incidit, non quidem adhuc ſine veneni
ſuſpicione:ex quo animi dolore vita functus
eſt Bononiæ,† Anno 1303 & ſepultus in S. Do- 3
minici templo : ſepulchro humili quidem,
ob viri tamen memoriam notiſſimo. Proxi-
mè quidem iuxta ipſum Cynus : vt quos eru-
ditio coniunxerat,idem quoque ſolum com
plecteretur & haberet Scripſit in Pandectas,
in tit.de actionib. in Inſtit. & ſuper lib.6.De-
cretalium.

CAPVT XXII.
Iuris interpretes,qui floruerũt ab annõ M.CCC.vſq; ad annum M.CCCC.

SVMMARIA.

1 *Archidiaconus Guido de Bayſo I.C. floruit an.1300.*
2 *Ganfredus de Trano.*
3 *Iacobus Rauanus dialecticas argutias in ius inuexit.*
4 *Iuris docendi ratio olim duplex,poſtea triplex.*
5 *Diſputationum argutia vnde in ius irrepſerint.*

HIc centenarius clariſſimos & Iuris peri-
tiſſimos viros, quamplurimos produ-
xit : qui non modò præcedentibus pares fue-
runt,verùm longo eos interuallo ſuperarunt
& anteceſſerunt. Vt enim iuris profeſſio à
præcedentibus incępit,ac paulatim creuit:ita
ſub his ad ſummum faſtigium euecta eſt, &
peruenit.

Anno igitur 1300.floruit GVIDO de Bai- 1
ſo, † Archidiaconus Bononienſis.Commen
tarios ſcripſit ad Decretum Gratiani. •
GANFREDVS † de Trano, Apuliæ ſub- 2
diaconus. Scripſit breues Notas ad ſingulos
titulos Decretalium, in quibus Gloſſarum
diuerſitates indicauit: prætereà Quæſtiones
varias.

Anno 1305. maximè clareſcere cœpit IA-
COBVS † de Rauani,Lotharingus.Omnium 3
primus hic,vt teſtis eſt Cynus,ea quæ à maio-
ribus perſpicuè & ſimpliciter tradita erãt, ad
Dialecticum arguẽdi diſputandive modum
deduxit. Cùm itaque ante Rauanum duplici
vſ eſſent docendi † ratione, (aut enim Gloſ- 4
ſas legibus addebant, quibus vel concordan-
tes leges,vel diſcrepantes indicabant,quo ge-
nere

nere docendi vſi ſunt Irnerius & Accurſius:
aut leges in certos locos certaque capita con-
trahebant & digerebant, quod fecerunt Azo,
Placentinus, & multi alij ſuprà enumerati)
hic Rauanus vtramq; docendi rationem re-
liquit: & prout ingenio erat acri & cõtentio-
5 ſo, ad argutias & diſputationes † ſe contulit.
Quam ſophiſticam & argutam docendi rati-
onem ita reliqui ferè omnes ſequuti ſunt, &
imitati, vt pleraque in iure noſtro diſputatio-
nibus in dubium vocata ſint, ac interpretatio
iuris in immenſos Commentarios excreue-
rit.

CAPVT XXIII.

Petrus de Bellapertica.

SVMMARIA.

1 Petrus de Bellapertica Burgundus Iuriſc. eiuſq́; ſcripta varia, num. 2. 3.

1 IAcobum de Rauani ſtatim ſubſequutus †
eſt Petrus de Bellapertica, origine Burgun-
dus, & illuſtris Iureconſul. ſingulari etiam in-
genij vi præditus: ideò ſubtilem eum Interpre
tes vocare ſolẽt. Docuit Aurelijs, vbi & ædes
2 eius extant. Plurimas ſcripſit † Repetitio-
nes.

In Digeſto veteri.

Super l. 1. & l. argentarius. §. cum autem. ff.
de edendo. l. beneficium ff. de conſtitutioni-
bus princ. l. ſi iudex. ff. de his qui ſunt ſui vel a-
lieni iuris. l. iurisgentiũ. ff. de pact. l. poſt mor-
tem. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. l. mo-
re ff. de iuriſd. om. iud. l. ex quacunq; ff. ſi quis
in ius vocatus non ierit. l. etſi poſt tres. ff. ſi qs
cautionib & l. ſi defunctus. ff de procuratori-
bus. l. ſi hoſtibus, ff. quibus ex cauſis.

3 *Super † Codice.*

L. 1. C de ſumma trinitate, l. ſiue apud acta,
C. de tranſactionib. l. 1. l. exigendi, l. inutilis,
C. de procuratorib. l. 1. C. de iuriſdictio omni-
um iudic l. eum quo. C. de Legib. l. qui tempo
re, C. de reſtit. milit. l. etſi ſeuerior. C. ex quib.
cauſis infamia irrogetur. l. 1. C. ex delicto de-
funct. l generaliter. C. de non numerata pecu
nia, l. acceptam. C de vſuris. l. donationes. C.
de donationibus inter virum & vxor. l. ex pla
cito. C. de rerum permutationib. l. certi iuris,
C. locati. l. ſi emancipati. C. de collat. l. ſi quis
in tantam, C. vnde vi. l. vti poſſidetis. C. vti
poſſidetis, l. quoniam. C. de euictionib. l. ſi nõ
conuicij C de iniurijs. l. falſus. C. de furtis. l v-
nica, C. de ſententijs quæ pro eo. l. fin. C. de e-
dicto D Adr. tollen. l. cum quidam. C. de col-
lationibus.

Scripſit & Singularia, & comment. ſuper
Feudis, & Diſputat. 547.

CAPVT XXIIII.

Rolandus Placiola.

SVMMARIA.

1 Rolandus Placiola Iuriſc. eiusq́; Epitaphia.
2 Fabius Maximus, al. de S. Vrbano, Iuriſc.
3 Nicolaus Malumbra Iuriſc. eiusq́; Epitaphium.

DOcuit † Patauij. extat eius Summa. Scri- 1
pſit præterea Comment in Feuda. Pata-
uij vita functus eſt, & ſepultus in templo D.
Antonij, cum tali Epitaphio:

Rolandus de Placiola Patauino vico, pater Guidoni filio cariſſimo: iuueni mauſoleum & ſibi & ſuis.

Inde:

Hunc ſtatuit pons tumulum mors atra Guidoni:
Cui ſtans ſede throni, ſuperi det gaudia boni.

In baſi:

Rolando & Aycardæ indolis optima
Rolandinus Placiola filijs ſarcophagum.

Supra ſepulchri pinnaculum:

Præter amare Deum, cùm cætera deleat ætas:
Hic ſitè, quod plena poſtmodò falce metas.

Floruit eodem tempore FABIVS Maxi-
mus, † aliàs de S. Vrbano: Epitaphio ſolo me- 2
moria eius conſeruata.

Fabij Maximi, alias de S. Vrbano.

Fama, fides, grauitas, celebres in honore labores,
Archetypos poſt hunc ſollicitate viros.
Blandus is orator, vates, Doctor quoque Legum,
In cunctis Fabius Maximus altor erat.
Virgo parens capias animam, Deus optime parce.

Patauij, in porticibus D. Antonij.

NICOLAVS † Malumbra, ſepultus eſt 3
Patauij apud D. Auguſtinum ante portam Ec
cleſiæ occiduam, marmoreo tumulo:

Edite nobilibus celſa Nicolae Malumbra.
Vrbe Cremonenſi, ſolers vtriuſque profeſſor
Iuris, cauſidicùm doctiſſime, ſtrenue fautor
Iuſtitiæ, viuas oro per ſecula fælix.

CAPVT XXV.

Iacobus de Arena, Parmenſis.

SVMMARIA.

1 Iacobus de Arena I. C. laudatur.
2 Nicolaus de Neapoli.
3 Franciſcus Accurſij filius.
4 Martinus Syluanus præceptor Ioannis Andreæ.
5 Martinus de Sulmanno.

FLoruit hoc quoque tempore. Laudatur † 1
in eo ſingularis iudicij dexteritas. Eius e-
nim opiniones in explanandis Legibus, ſem-
per de mente iuris extiterunt: vt Bart ait. Scri-
pſit ſuper Codice, & libris Pandectarum. Edi-
dit præterea librum Diſputationum: & alle-
gatur ab alijs Repetitio l. 1. ff. ſi quis cautioni-
bus vbi dilationum materiam tradidit. Et tra
ctatus de Exceptionibus, de Poſitionibus &
interrogationibus, de Excuſſ. de Sequeſtr. de
Ceſſione.

NICOLAVS de † Neapoli, ſcripſit ſu- 2
per Codice, Infortiato, & Inſtitutionibus.

FRANCISCVS, † Accurſij filius, patris do- 3
cendi genus ſequutus eſt, & paternis Annota-
tionibus aliquid addidit.

4 MARTINVS † Syluanus, ob vtriuſque
Iuris peritiam in magna anthoritate fuit. Do
cuit Bononiæ. ab eo ius didicit Ioannes An-
dreæ. Scripta nulla extant.

5 MARTINVS † de Sulmannis, docuit
Bononię. Nihil ex huius ſcriptis, prętérquàm
tractatus Feudalis, extat.

CAPVT XXVI.

Richardus Malumbra Cremonenſis.

SVMMARIA.

1 *Richardus Malumbra Iuriſc. laudatur. eius Epitaphium, num. 3.*
2 *Venetæ leges à Rich. Malumbr. digeſtæ.*
4 *Lambertinus de Ramponibus.*
5 *Gulielmus de Cumo, vulgò de Cuneo.*
6 *Gulielmus Abbas de Monte Landino.*
7 *Ioannes Andreæ, Iuris pontificij doctiſſ. eiusq́; laudes, et abſtinentia, nu. 8. 9. 10. Epitaphium, nu. 12.*
11 *Bonicontus, Ioannis Andreæ filius.*
13 *Cynus Iuriſc. nobilis, floruit anno 1335. nu. 14.*
15 *Oldradus de Ponte quando floruerit.*
16 *Ioannes Monachus ſcripſit in ſext. Decretal.*
17 *Ioannes Calderinus magna ſcientia, & ſancta vita doctor, filius adoptiuus Ioan. Andr.*
18 *Iacobus de Butrigarijs, eiusq́; ſcripta.*
20 *Rainerius Foroliuienſis præceptor Bartoli, eius Epitaphium, num. 21.*
22 *Ioannes Fabri Iuriſc. laudatur.*
23 *Simon de Burſiano Iuriſc. Cardinalis.*
24 *Paulus de Leazaris Iuriſconſult.*
25 *Lapus Iuriſc. eiusq́; ſcripta.*
26 *Ioannes Palatenſis Iuriſc. præceptor Baldi.*
27 *Andreas de Iſernia, Feudorum interpres.*

VSVS eſt præceptore Iacobo Arena. Do-
cuit Patauij tempore regis Roberti. Ha-
1 bitus eſt inter ſuæ ætatis Iureconſultos † do-
ctiſſ. atteſtante Baldo, Bartolo, Alberico, An-
chorano. Tandem incidit in crimen hæreſe-
os: de quo condēnatus fuit, intercedente fru-
ſtra apud pontificē collegio Bononienſi. Cy-
nus attribuit ei in docendo ſimplicitatis & fa
cilitatis laudem, neglectis argutijs & diſpu-
tationib. Scripſit multa, pauca in lucem pro-
diere. Præterea compoſuit, vel auxit, vel in or
2 dinem digeſſit Reip. Venetę † leges. Quo gene
re mortis perierit, ignoratur. Sepultus verò
eſt Venetijs in SS. Ioānis & Pauli cœmiterio,
iuxta portā merid. inferiorē, tumba marmo-
rea eleuata, in qua Doctor octo diſcipulis pręlegit, in margine inferiori hæc ſcripta tribus
lineis, lit. Barb. mà.

3 *Vas † iuris, legumq́; iubar, ſine compare doctor,*
Militis & Comitis merita ratione cathedra
Dotatus titulis, Ricardus prole Malubra.
Malus erat Vmber, patriæ decus atq; Cremona.
Quàm gratus Venetis iacet hic? Sed nuncia laudis
Viuet fama viri, nullum moritura per æuum.
Obijt Anno Domini M.CCC.XXXIV. die 4. Iunij.

Supra tumbam in pariete, lit. Lat.

Bartholomæi Malumbræ nati pientiſſ. inſtaurarunt.
M. D. XXVIII.

4 LAMBERTINVS † de Ramponibus, eo-
dem tempore illuſtris fuit. Scripſit ſuper ff. &
C. Vſus eſt genere docendi breui: potius No-
tas quàm commentarios ſcripſit. Barto. & Io-
an. Andreæ valdè eum extollunt.

GVILELMVS † de Cumo, vel Cumenſis, 5
non de Cuneo, vt vulgariter nominatur: ori-
gine Gallus, ciuilis & Pontificij iuris conſul-
tiſſimus, ingenio ſubtilis, & eloquio clarus,
docuit Aurelijs. Scripſit ſuper ff. veteri, ſuper
Cod. Citatur tractatus de Exemptionibus, de
Muneribus, de Securitate.

GVILELMVS † Abbas de monte Landi- 6
no, philoſophus, & iuris canonici peritiſſi-
mus, ſcripſit de Sacramentis librum vnum,
Summam de caſibus, declarationes varias, &
iuri Canonico gloſſas plurimas addidit.

IOANNES † Andreæ, præ cæteris ſuis 7
coętaneis eruditione inſignis & clarus euaſit,
patre Ioanne Andreæ, ciue initiò, deinde pre-
ſbytero Mugulano, natus eſt. Domi primùm
apud patrem, literarum rudimenta percepit:
deinde præceptorem habuit Bonifacium Per
gamenſem. Abſoluto eo ſtudiorum curſu, q
maiora appetenti ſatis fuit, Bononiam admo
dum adoleſcens venit. vbi ob paupertatē pæ-
dagogum egit, ac Scarpectam Maynardini
Vbaldini filium inſtituit. Cuius viri auxilio
& beneuolentia adiutus, iuri pontificio ocio-
ſè vacauit: breuique effecit, vt in ea † faculta- 8
te facilè princeps haberetur. In iuris ciuilis ſci
entia audiuit Martinum de Sulmannis. Do-
cuit anno 45. Bononiæ, tanta quidem laude,
vt à præſtantiſſimis in iure viris ſcripta eius
non modò probentur, ſed prædicentur euchā
turq́; plurimùm. Tāta dicitur fuiſſe † abſtinen 9
tia, vt annos 20. pelle vrſina tectus, citra lecti
delicias noctu cubaret. Baldus iuris † Canoni 10
ci fontem & tubam eum appellat. Et Ludoui
cus Romanus, omnium hominū pręſtantiſſi
mi laudem ei attribuit. Non enim iuris tantū
peritia excelluit: verùm & in aliorū bonorū
authorum lectione apprimè verſatus fuit. In
hoc ſolummodò à multis notatus & reprehē
ſus eſt, quòd ex cōſilijs Oldradi, Laudenſis, au-
tore diſſimulato, multa ſibi adſcripſerit. vnde
idē Bald. inſignē furem alienorū librorum eū
appellare ſolitus eſt. Filium habuit Bonicon-
tum † nomine, cuius tractatus de appellatio- 11
nibus extat: & filiam Bitinam, quā collocauit
in matrimonium Ioanni de S. Georgio, cele-
bri tum apud Bonienſes Iuris profeſſori: Se-
nex ex peſte vita functus eſt, anno ſalutis 1348
ſepultus Bononiæ in templo S. Dominici, &
Epitaphio † magnifico cohoneſtatus: 12

Hic iacet Andreæ notiſſimus orbe Ioannes,
Primò qui Sextum, Clementis atque Nouellas,
Hieronymi laudes, Speculi quoq; iura peregit:
Rabi doctorum, lux, cenſor normaq́; morum.
Occubuit anno prædira peſtis, M.CCC.XLVIII. die 7. Iulij.

Inferius:

Deo trino & vni.
Sepulc. vetuſtate corruptum Ioanni Andreæ iureconſultiſſ.
Principi

Principi, atauo, ac Ioanni abauo, & Gaſpari auo: Calderinis
Iureconſultis & rariſsimis viris.

B. M. poſitum.

Calderinus Iaco. F. Iureconſultus inſtaurari iuſsit.

Anno gratiæ M. D. I.

Ex Ioannis Andreæ, & Cyni ſchola, multi
pariter clariſſimi viri prodierunt, qui magnã
ingenij & doctrinæ laudem, ac nominis cele-
britatem apud poſteros conſequuti ſunt. Ex-
titerunt autem clari hi:

13 CYNVS, † ex nobili Sygisbaldorum a-
pud Piſtorienſes familia: vir ingenioſus fuit,
& diligens: audiuit in iure Dynum Muxella-
num. Scripſit ſuper prima parte Digeſti vete-
ris, vſq; ad tit. Si ex noxali cauſa agatur. Et in
2. parte, in tit. de reb. creditis. Edidit Cõmẽ-
tarios in Codicem, quos abſoluit anno 1313.
in die Barnabæ. In ſcribendo breuis eſt, & ac-
curatus. Prouectioribus igitur cogitandi ma-
teriam relinquit. Iuris Pontificij interpretes
exoſos habuit, quare ſæpiſſimè in eos inuehi-
tur. qua de cauſa Panormitanus eum reprehẽ
dit in c. 1. de foro competen. c. ſuper literis, de
reſcriptis Non tantùm autem in iure celebri-
tatem conſequutus eſt, ſed & in poeſi valuit,
imitatus Franciſcum Petrarcham coætane-
14 um. Floruit anno M. CCC. XXXV. Mortu-
us eſt Bononiæ: & iuxta Dynum pari, hoc eſt,
ignobili & vulgari ſepulchro terræ conditus.

15 OLDRADVS † de Ponte, patria Lau-
denſis, floruit anno 1320. Fuit primùm aduo-
catus conſiſtorialis Romę, deinde auditor fa-
ctus eſt: fuit in magna exiſtimatione apud Io-
annem XII. pontificem. Conſilia eius plena
eruditionis extant: alia eius opera intercide-
runt. Ab hoc multa mutuatus eſſe & tranſcri-
pſiſſe Ioan. Andreæ incuſatur: quo vitio ſolo
ſe notandum præbuit.

16 IOANNES † Monachi Cardinalis, ſcri-
pſit Gloſſas ad librum 6. Decret.

17 IOANNES † Calderini, Bononienſis, e-
ruditionem inſignem vitæ integritate & pro-
bitate ornauit: ideò magnæ ſcientiæ, & ſanctę
vitæ doctor appellatur. Quæ quidem res effe-
cit, vt Ioannes Andreæ eum in filium, mor-
tuo Boniconto, adoptarit Bald. conſ. 226. vo-
lum. primo. Panormitanus conſi. 58. Scripſit
repertorium Iuris ſuper Decretalibus, de in-
terdicto Eccleſiaſtico, & conſilia multa. Mor
tuus eſt Bononiæ, & apud S. Dominicum ſe-
pultus.

Præclaris equeſtris ordinis Comitibus, ac legum interpretib.
optimis. Calderinis patri, Gaſpari ac Balthaſari filijs, patricijs
Bonon. B. M. D. Calder. D. Gaſpari, D. Ioan. Andr. Nep. V. poſ.
V. Idus Martias.

M. CCCC. LXXXVI.

18 IACOBVS † de Butrigarijs, bis Codicẽ
repetijt: ſcripſit ad titulum de Actionibus. Di-
ſputationes inſuper plurimas edidit, & tra-
ctatum de Oppoſitione compromiſſi, & aliũ
de Renunciationibus Iuris ciuilis. Floruit an
no milleſimo trecenteſimo vigeſimo. Cele-
britatem maximam ex diſcipulo Bartolo cõ
ſequutus eſt.

FREDERICVS † Petrucius Senenſis, 19
docuit in patria & Peruſij. Scripſit de plurali
tate beneficiorum, cum additionibus Lapi à
Caſtellione: item de Permutatione benefici-
orum, & Conſilia. Extat vtiliſſimus eius tra-
ctatus de Interpretatione legum.

RAINERVS † Foroliuienſis, oẽs ſuę 20
ętatis Iurecõſultos doctrina anteceſſit. Hunc
Bartolus præceptorem habuit præcipuum.
Extant Commentarij eius in aliquot Digeſti
veteris & noui libros. Parauij vitam cũ mor-
te commutauit. Sepultus eſt in æde S. Anto-
nij, vbi in circuitu vetus illius monumentum
† conſpicitur: 21

Liuia quem genuit Rainerius alma, quieſcit
Hoc ſaxo legalis apex, venerabile lumen
Legibus in mundo, iuris ſummusq; monarcha.
Fidum conſilium dubijs, rationis amicus.
Hic pereunte, perit legum veneranda poteſtas,
Virtus ſtrata iacet, cœlo viduata paterno.
Huc huc verte oculos lacrimans, hic ſponte queraris
Plebs ſtudioſa patrum: quia vix hanc paſſa ruinam,
Heu tantum ſeclo damnum releuare futuro
Compos eris, natumq; fleas Arſenda propago.

IOANNES † Fabri, vltramontanus, ma 22
gni & acuti ingenij vir. Extant eius Commen
tarij ad Inſtitutiones, & Codicem. Baldus vo-
cat eum fundamentalem, Iaſon ſubtilem: v-
trumque forenſi exercitatione, in qua trede-
cim annis verſatus eſt, parauit.

SIMON † de Burſiano, Cardinalis Me- 23
diolanenſis.

PAVLVS † de Eleazaris, Iohannis An- 24
dreæ auditor, & Calderini condiſcipulus: ſcri
pſit ſuper Clementinis: & ſuper c. Etſi vnani-
miter, de Poſtulatione prælatorum, & ſuper
c. nullus, de electionibus, ſuper c. 1. & c. paſto-
ralis, de cauſa poſſeſſionis & proprietatis Su-
per c. finem litibus de dolo. Super c. 1. c. Iuris,
de Reſtitutione ſpoliatorum. Super c. nunci-
us, c. teſtimonium, de teſtibus. Floruit autem
circa annum Chriſti 1340.

LAPVS † de Caſtellione, origine Floren 25
tinus, abbas S. Miniati, ordinis D. Benedicti.
Extat opus Allegationum, Commentarij ſu-
per Clementinis. Additiones quoque fecit ad
Petrucij librum de Pluralitate beneficiorum.
Citantur ſcripta quædam de Hoſpitalarijs, de
Canonica poteſtate, Conſilium circa inquiſi-
tores & nuncios Apoſtolicos, quòd ſint exem
pti à iuriſdictione ordinaria. Floruit anno
1354. temporibus Calderini, Butrigarij, Richar
di Saliceti, vide Roman. ſingu. 19.

IOANNES † Palatenſis Senenſis, in pa- 26
tria Ius profeſſus eſt. Fuit Baldi preceptor. Ni-
hil ex eius ſcriptis extat. optime tamẽ eum in
textu

textu vetſatum fuiſſe, Alexan. refert in l. ſi fun dus. ff. ſolut. matr.

27 ANDREAS † de Iſernia, Feudorum interpres ſummus, atteſtante Iaſone. Fuit Neapoli aduocatus conſiſtorij Regij. Interfectus eſt à Gallo, cuius cauſam ipſe impugnauerat. Capit deciſ. 130. Scripſit ſuper Feudis: item de iure protomyſeos, & iure congrui. item ſuper Auth. habita, C. ne filius pro patre.

CAPVT XXVII.

Bartolus.

SVMMARIA.

1 *Bartolus natus anno 1303 quibus praeceptoribus vſus, nu. 2. anno 21. aetatis Doctoratum conſecutus, nu. 3. Adſeſſor Criminalis factus num. 4. ad ſtudia reuerſus, num. 5. Iuris profeſſor celeberrimus, num. 6. cœpit inuidia & calumnijs onerari: num 8 didicit Hebraeam linguam, & Mathemata, num. 9. Conſiliarius fuit Caroli Quarti Imper. num. 10. comedit & bibit ad pondus, num. 11. mortuus anno 1355. aetatis 46. num. 13.*

7 *Inuidia doctrinam & virtutem ſequitur.*

12 *in Obſcuris quale iudicium ſequi ſolitus Bartolus.*

14 *Franciſcus Tigrinus coætaneus Bartoli.*

15 *Nicolaus Alexandrinus Bartoli gener.*

16 *Nicolaus Spinellus Neapol. Iuriſc.*

17 *Franciſcus de Albergotis I.C. Bartoli familiaris.*

18 *Albericus Roſatus I.C. eiuſq; ſcripta.*

19 *Signorolus de Homoden I.C. laudatur.*

POST plurimos vtriuſque iuris peritiſſimos viros, Bartolus tanquam ſtella quædam † effulgere cœpit. Natus eſt autem in Saxoferrato, Anno 1303. Iuuenis Grammaticã, Dialecticam, Rhetoricam à Petro Aſſiſio, viro tum in humanioribus literis celebri, didicit. Tanta autem ingenij vi præditus fuit, vt anno 14. animum ad Iuris Ciuilis ſtudium in
1 (beside "dam † effulgere")

2 vrbe Peruſina applicuerit. Audiuit † Cynum, Iacobum Butrigarium, Raynerium Foroiulienſem, Petrum de Bellapertica. Poſtquàm verò ſeptennium iuri operam nauaſſet, Bononiæ ſumma cum laude de iure reſpondit,

3 ac inſignia Doctoratus † annum agens vnum & vigeſimum conſequutus eſt. Deinde cùm intelligeret, iuris ſtud um non philoſophico modo pertractandum, ſed ad communem vſum, & vitę vtilitatem applicandum & transferendum eſſe, ad forum ſe contulit. Tuder-

4 tum igitur conceſſit, vbi Adſeſſoris † officio in criminalibus cauſis functus eſt. In eo officio res ipſi peracerba, & Iuris auditoribus deinde inprimis ſalutaris accidit. Cùm enim duriorem ſententiam aduerſus reum, ad furcas iniquè condemnatum tuliſſet, & inde malè audiret vel cõſcientia ſua perturbatus, vel calumnia aliorum commotus, functionẽ

5 hanc deſeruit, & ſtudiis totum ſe dedidit. Seceſſit itaq; in locum S. Victoris, non procul à Bononia, vbi integrum quadriẽnium iuri vacauit: ſummaq; contentione operam dedit, vt diligentia ac ſedulitate conceptam labem & maculam elueret ac deleret. Anno itaque

6 ætatis 25. Piſas, vt Ius † profiteretur, accerſitus eſt: vbi ſumma cum laude reſponſum Pauli I.C. ſub l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. interpretatus eſt.

Relictis Piſis, Peruſium contulit: & vxore ibidem ducta, ac potiùs vitæ conſtituto, reliquum tempus docendo peregit. Tanta verò cum celebritatẽ & admiratione ius ciuile docuit, vt ad eum, ob ſummam conditionis & ingenij famam ac gloriam, vndequaq; ſtudioſorum turba confluerer. Quæ quidem res effecit, vt inuidia multorum premeretur, calumnijſque inceſſeretur falſis. Solet enim inuidia

7 † doctrinam & virtutem non aliter atq; vmbra corpus, ſequi: [illegible]. Deſiderata igitur † ab aliquibus firmitas

8 memoriæ fuit, alij occultatorem ſ…rum fuiſſe alienæ laudis obiecerunt: propterea quòd Frãciſci Tigrini opera ſæpè vti ſolebat, eiuſq; ſibi induſtriam accommodaret. nonnulli veterum nomina eum tacuiſſe, & eorum inuenta ſibi attribuiſſe & vendicaſſe exprobrant. Veréne ab his, & meritò Bartoli, an verò calumniandi cauſa id dicatur, dubium eſt. Facilè tamen excuſari poteſt, cùm impoſſibile ferè ſit, vt is qui multa ſcribit, in tanta ſcribentium multitudine ab aliquibus non aliquando aliquid mutuetur, & antea inuentis addat, adimatve. In declinãte deinde ætate, ſumma adhuc fuit diſcendi in eo auiditas. Recordabatur enim illud Iuliani, qui ſe etiamſi alterum pedem in ſepulchro haberet, addiſcere velle

9 dixit. Didicit igitur paulo antè obitum † Hebræam linguam, & Mathemata, quorum vſum ad iuris ciuilis interpretationem transtulit. Poſtremò, non in Scholis tantùm clarus, ſed & in admiratione apud ſummos Princi-

10 pes fuit. Imperatoris enim † Caroli Quarti conſiliarius factus eſt: ac inſignijs non modò pro eruditione, ſed etiam virtute donatus. Nam illi, & toti eius poſteritati, pro inſignijs dedit leonem rubeum, cum duplici cauda, in campo aureo. Ad hanc autem eruditionẽ peruenit ſummo & ardenti ſtudio. nam ad pon-

11 dus † comedit & bibit, vt ingenium pateretur diſpoſitum, & nunquam alteratum haberet.

Refert de eo Baldus, ſemper eum opiniones quæ laicis conſentaneæ maximè videbantur, amplexum eſſe, quòd ad intellectum cõmunem & æquitatem propius accedere intel-

12 ligeret: & exiſtimaret, in obſcuris † iudicium potius rectæ rationis & æquitatis ſequendum eſſe, quàm nimiæ ſubtilitati ſtudendum, aut inhærendum: cùm in quæſtionibus de bono & æquo plerunque ſub authoritate ſcientiæ iuris periculosè erretur. Confecto tandem ab

13 ſolutoq; feliciter vitę curſu, mortuus eſt † Peruſii anno Domini 1355 anno ætatis 46. Sepultus eſt ad aram maximam, in templo D. Franciſci,

ciſci, humi in marmore ita inſcripto:

Bartolus hic iacet.

Hic eſt Bartolus, ille iuris ingens
Lux, & commodus explicator hic eſt:
Quem mors ante diem abſtulit maligna,
Heu mors inuida, & aeuo iniqua noſtro,
Qua leges iterum iacere cogit.

14 FRANCISCVS † Tigrini, Piſanus, eodem tempore cum Bartolo in patria ius docuit: rerum & verborum copia inſtructus fuit tanta, quãta eius ætatis nullus. Bartolus multa quæ huius fuerunt, ſcriptis ſuis inſeruit.

15 NICOLAVS † Alexandrinus, Bartoli gener. Extat eius Repetitio in l. ſi quis ex argẽtarijs. ff. de edendo, quæ inter Bartoli ſcriptã relata eſt, atteſtãte Caccialupo, in tractatu de Modo ſtudendi: & Alexandro in l. iuris gẽtium, §. quod verò. ff. de pactis.

16 NICOLAVS † Spinellus Neapolitanus, in patria profeſſionis munus initiò ſuſtinuit: factus deinde eſt cõſiliarius Ioannæ, regis Roberti filiæ, anno 1342. Scripſit in tres libros Cod. & Inſtit.

17 FRANCISCVS † de Albergotis, Aretinus, Bartolo perfamiliaris fuit.

18 ALBERICVS † Roſatus Bergomenſis in vſu forenſi exercitatiſſimus, & aliàs quoq; inſigniter doctus, vt Iaſon ſcribit, cui plus quàm alteri Doctori deferunt aduocati Mediolanenſes. Scripſit ſuper Pandectis & Codice, item de Statutis volumen vnum: item Dictionarium in iure Ciuili, præterea Commẽtarium ad Comœdias Auguſtini Dantis.

19 SIGNOROLVS † de Homodeis, Mediolanenſis, eodem tempore celebris fuit: in primis verò ob inſignem memoriam celebratur, vt Bald. ait in c. clerici. circa medium, ext. de iudicijs. & in conſi. 264. lib. 1. Iacobus Aluarottus appellat eum profundum famoſumque, in tit. quis dicatur dux, vel Marchio: in vſibus Feudorum. Scripſit in l. ſi arrogator. ff. de adoptionib. l. princeps, ff. de legibus. & in l. vbi donatur. ff. de donationib. cauſa mortis. & in l. ſi ego ff. de iniuſto rupto & irrito facto teſtament. & in l. ſi æſtimatis, ff. ſoluto matrimonio, & in l. peto ff. de legat. lib. 2 & in l. nemo. C. de ſumma Trinitate, & in Authen. ingreſſi C. de ſacroſanc. eccleſ. & in l. cùm quis, C. de iuris & facti ignorantia & in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. poſt mortem. C. de fideicommiſſ. & in l. qui ſe patris, C. vnde liberi. Præterea ſcripſit de Præcellentia Doctoris & militis.

CAPVT XXVIII.

Baldus.

SVMMARIA.

1 *Baldus de Vbaldis, quo patre natus, quibus præceptoribus vſus: auditor Bartoli, num. 2. anno 1344. iura docere cœpit, num. 3 & ad extremam ſenectam continuauit, num. 6 obijt anno 1420. Ticini, vbi Epitaphium illius, num. 7. reliquit duos filios, num. 8.*

4 *Baldi encomia & laudes: & quid in eo deſideretur, & num. 5.*

BARTOLI nomen & famam † excepit Baldus de Vbaldis, Peruſinus Patrem habuit Petrum de Vbaldis, nobilem Peruſinum Doctorem. Adoleſcens audiuit Ioannem Polagnenſem, & Franciſcum Tigrinum Piſanũ, virum ob memoriam & vitæ ſanctimoniam celebrem. Tandem Bartoli auditor † factus 1 eſt, quem præ reliquis tanquam præceptorem 2 ſuum extollit. Quanta autem in eo ingenij vis fuerit, inde facile colligi poteſt, quòd annum decimum & ſeptimũ agens, reſponſum Pauli ſub l. centum Capuæ ff. de eo quod certo loco, interpretatus eſt. Abſoluto deinde legitimo ſtudiorum tempore, Doctoratus inſignia recepit, quibus cùm ornatus eſſet, Bononiam docendi gratia conceſſit, † Anno 1344. Vbi 3 indies ob inſignem doctrinam, non tantum in iure Ciuili, verùm & Pontificio clareſcere, ac maiorem famam & gloriam conſequi cœpit. Quæ res effecit, vt Ioannes Galeacius, Mediolanenſium dux, Ticinum eum vocaret: vbi multis annis ſumma cum admiratione & non minore laude tam Ciuile quàm Pontificium ius docuit. De Baldo † ſolebat dicere Iaſ. 4 Nihil vnquam eum ignoraſſe. & Caſtellianus Cotta ait, ſe audere ſub religione iuramẽto affirmare eum qui Baldi ſcripta diligenter præ manibus habuerit, quamuis difficilem quæſtionem facilè dijudicaturum. Eruditionem ſanè in Baldo nemo vnquam deſiderauit: conſtantiam † autem quamplures. Perſæpè enim priorum oblitus, contraria prorſusque pugnantia tradidit: qua in re & humana 5 fragilitas (nihil enim facilius eſt quã memoria labi) & temporum circumſtantiæ eum excuſare poſſunt. Extant eius commentarij amplisſimi ad ius ciuile. & allegantur quædam, quæ in impreſſis operibus non inueniuntur: nempe Liber quem Peculium inſcripſit, & tractatus de Commemorationibus famoſiſſimorum doctorum in vtroque iure. Qui liber ſi extaret, facilè hunc noſtrum cõpenſaret laborem. Ad extremam verò ſenectã † docuit, 6 nunquam pertæſus laborum. Scribit in præfatio. Feud. Quòd ſi ex parte, inquit, aliquid didicerim, tamen in comparatione latitudinis intellectus profectò nihil me intellexiſſe intelligo. Decrepita prorſus ætate diem obijt Ticini † anno 1420. 4. cal. Maij Sepultus in æde Franciſci, vbi hoc Epitaphium extat: 7

Vita, labor, ſtudium, diuini cultus amoris,
Artes natura, regia fulgentia dicta,
Legales normæ, paſtorum cœlica iura,
Ornant Baldi animum, quem pandit dogmate claro
Quiſquis. Nunc liquit mortalis pondera artus,
Dulcia iam guſtans auctoris paſcua ſummi:
Clauditur hic Baldus Franciſci tegmine fultus,
Doctorum princeps, Peruſinaq; editus arce.

Et

Siculus Canonum, & legum,& philoſophiæ ſummum & illuſtrem Capitaneum appellat. Claruit Bononiæ,anno 1383.Sepultus eſt ibidē in ſacello D.Dominici,ſupra portam ad dex-
5 tram,tali † inſcriptione:

L. B.

Frigida mirifici tenet hic lapis oſſa Iohannis,
Iuit in aſtris erat mens generoſa domos:
Gloria Lignani titulo decoratus vtroque,
Legibus,& ſacro Canone diues erat,
Alter Ariſtoteles, Hipocras erat,& Ptolemei
Signifer,ætheres nouerat aſtra poli:
Abſtulit hunc nobis inopina ſyncopa mortis:
Heu dolor,hic mundi portus & aura iacet.
In M. CCC. LXXXIII. die 16. menſis Februarij.

6 FRANCISCVS † de Platea, Ordinis minorum,& inſignis Canonum Doctor: ſcripſit de Reſtitutionibus.

7 CASPAR † Calderinus, Decretorū doctor,ſcripſit in tit. de Pœnitentia & remiſſ.in 5.Dec.

8 LAVRENTIVS † de Rodulphis Florentinus,citatur in Summa Angelica.Scripſit de Vſuris,& Contractibus mercatorum,& in c.ſine exceptione.12.quęſt.2.& in c.Monachi, 16.quæſt.1.

CAPVT XXXI.

Ab anno M. CCCC. vſq; ad annum M. D.

SVMMARIA.

1 *Petrus de Ancherano iuriſc.eiusq́; Epitaphium,nu.2.*
3 *Antonius de Butrio iuriſc.eiusq́; laudes.*
4 *Benedictus Plumbinus,& eius Epitaphium.*
5 *Franciſcus Zabarella Cardinalis.*
6 *Franciſcus Ramponius.*
7 *Ferrarienſis Practicus floruit anno 1410.*
8 *Chriſtophorus Caſtilionus,eiusq́; laudes & Epitaphium, num.9.*

EX Baldi,Saliceti,Ioannis de Lignano,& aliorum coætaneorum Schola, plurimi doctiſſimi viri prodierunt: qui quàm proximè ad præceptorum eruditionem,famam & gloriā acceſſerunt. Præ cæteris verò poſt Baldum clarere cœpit.

1 PETRVS † de Anchorano,patria Bononienſis,& Baldi auditor,vir vtriuſque iuris peritiſſimus, Docuit Patauij, deinde in patria: ſummo ingenio,eruditionique, vitæ ac morum ſanctimoniam adiunxit. Floruit anno 1408. Multa in vtroq; iure edidit.Super Decretales.Super 6.Decret. Super Clementinis. Super reg.iuris.Super ff.veteri.Super Digeſto nouo. Scripſit etiam conſilia, & citantur quędā Repetitiones, nempè in c. 1. & c. Canonum ſtatuta,de Conſtitutionibus. Et in tit.de confeſſis.& in c.ex parte.Tertio loco.c.in præſentia,de Probationibus, & in c. poſtulaſti, extr. de Foro competenti. Mortuus eſt Bononiæ, & in templo S.Dominici ſepultus, vbi Epita-
2 phium † tale legitur:

Canonis hic ſpeculum,Ciuilis & anchora iuris,
Heu iacet: æternas mens tenet alma domos.
Nomen erat Petrus,genuit Farneſia pallens
Nunc Anchoranum, det ſibi laudis opes:
Quis ſuperauit eum virtute micante? quis illo
Conſilijs hominum clarior antè fuit?
Pro meritis nunc aſtra dedit ſibi fulgida Chriſtus,
Et voluit gelido membra iacere ſolo.

ANTONIVS † de Butrio, Bononienſis,coætaneus Anchorani,doctrina & ſanctitate inſignis extitit. Caccialupus appellat eū Doctorem omni veneratione dignum. Docuit Bononiæ & Ferrariæ. Ex eius ſchola prodijt Ioannes Imola, & Geminianus, vt infrà dicetur. Scripſit in Decretales & Clemētinas. item Conſilia: & duo Repertoria: vnum in iure Canonico,alterum in iure Ciuili Fertur quoque eius liber de Notario. Mortuus eſt in patria,anno 1408.nonis Octobr. Sepultus ibidem ad S.Michaelem in monte. 3

BENEDICTVS † Plumbinus:nulla eius ſcripta ad nos peruenerunt. Epitaphium extat Pataui apud Eremitanos, in dextra parte templi,propè portam. 4

Corpus humo,cœlis animam,famamq́; dediſti
Laudibus & legum Benedicte monarcha fuiſti,
Nominis effectu radians virtutis imago:
Piſanus ciuis,Plumbini clara propago.
Omnibus Italiæ ſtudijs tua lectio fulſit
Publica,dum legis tibi,te Libitina reuulſit:
Martius tunc orbi lux bis ſeptena nitebat,
Mille quater centum bis quinq; annosq́; monebat.

Eadem ætas tulit FRANCISCVM † de Zabatellis,Patauinum. Bononiæ, ſub Ioanne de Lignano,Baldo,& Saliceto, Iuri operam dedit.deinde ob inſignem eruditionem, nec non parem vitæ integritatem, ad Cardinalatum euectus,& præſul quoque Florentinus factus eſt. Obijt in patria.Scripſit in Decretalib. in Clementinis,de horis Canonicis, Repetitiones varias. Eius laudem erudita Oratione proſequutus eſt Poggius Florentinus. 5

FRANCISCVS † Ramponius, Bononienſis,docuit in patria & Piſis. Floruit annò 1404.Scriptorum eius nihil extat præter pauca conſilia,inter volumina conſiliorū Baldi. 6

IOANNES † Petrus Ferrarius, Papienſis,floruit circa annum 1410.Scripſit practicā Iudicialem. 7

CHRISTOPHORVS † Caſtellioneus Mediolanēſis, ſubtilitatum princeps habitus eſt.Fertur ſub nomine eius Diſputatio, de alienatione rerum mulieris prohibita:& Conſilium, an præſumatur fœnus, quando vendens poſtea capit in emphyteuſim. Iaſon Caſtellioneum vocat alterum Scæuolam:Fulgoſius Legiſtarum principem,Archidoctorem, Legum comitem illuſtrem,& dominum ſuū præcipuum appellat. Papiæ ſepulchrum eius extat cum † inſcriptione: 8 9

Hic iacet clariſſimus iureconſult. ætatis ſuæ princeps, D. Chriſtophorus de generoſa progenie, Caſtelionenſis comes, atq;

I.V.D.ſecundi Ducis conſiliarius: qui Papiæ, Parmæ, & Senis primam cathedram tenens, legum monarcha ſcribebatur: Cuius anima die 16. Maij, anno M. CCCC. XXV. in feſto Dominicæ aſcenſionis, hic dimiſſa carne, cum Chriſto in cœlum aſcendit.

CAPVT XXXII.

Raphael Comenſis, & Raphael Fulgoſius Placentinus.

SVMMARIA.

1 *Raphael Cumanus ſiue Comenſis, eiuſq; Epitaphium.*
2 *Raphael Fulgoſius, eiuſq; Epitaphium.*
3 *Petrus Maurocenus Cardinalis.*
4 *Ioannes de Imola, eiuſq; laudes, ſcripta, & Epitaphium, num. 5.*
6 *Paulus de Caſtro I.C. eiuſq; laudes, & Epitaphium, nu. 7.*
8 *Dominicus de Sancto Geminiano Iuriſc.*
9 *Matthæus Matheſilanus Iuriſc. eiuſq; ſcripta.*

1 FVerunt auditores † Caſtellionei, acri prę-
diti ingenio: dicuntur præceptoris ſcrip-
ta furto ſubtracta inter ſe diuiſiſſe, & ſub ſuis
nominibus publicaſſe, verène hoc ipſis an falſo obijciatur, in incerto eſt. Floruerunt anno Chriſti 1430. Vterquè mortuus eſt Patauij. Raphaelis Cumani Epitaphium extat apud D. Iuſtinum:

Raphael hic ſitus eſt, antiqua ab origine patrum,
Qui quondam gemini gloria iuris erat.
Hunc Raimunda domus, hunc Comus patria lugent,
Hunc ſibi præceptum flet ſtudioſa cohors.
Flete ſuper, quoniam talem vix priſca tulerunt
Secula, nec ſimilem fortè futura dabunt.

2 Raphael † Fulgoſius ſepultus eſt apud D. Antonium. Epitaphium eius legitur in ſuperiore ſarcophagi loco:

Fulgoſius Raphael, virtutum iaſpis, vtroq;
Iure ſtupor tantus, & fama, quantus & orbis.
Scriptis morte vacat, iam paruo clauditur antro.

Inferiori loco:

Emerita prædigna gerens cognomina laudis,
Fulgoſius Raphel conditur hoc tumulo.
Conſuluit nemo melius, fulſitq; docendo
Cæſareas leges, iuraq; Pontificum.
Claruit eloquio: quem blanda Placentia forma
Et genere inſignem, mente piumq; tulit.
Corpus hic in pace quieſcit.

3 PETRVS† Maurocenus, Venetus, ſan-
ctæ Romanæ Eccl…æ Cardinalis, floruit anno 1424.

IOANNES† de Immola, Bononienſis,
4 Baldum ſenem audiuit. Tantum autem in vtriuſque Iuris cognitione profecit, vt inter primarios interpretes referatur. Obijt in patria anno Chriſti 1425. 18. die Februarij. Sepultus eſt in templo diui Dominici. Scripta eius incendio conſumpta ſunt. Extant tamen Cōmentarij ad tres Decretalium libros. Ad ſextum Decretalium, ad Clementinas, ſuper Digeſto nouo, ſuper Infortiato. Scripſit præterea Conſilia. Et extant eius Repetit. in c. cùm contingat, extr. de iureiuran. & in c. quoniam omne, & in c. fin. extr. de re iudicat. & c. tuæ,
extr. de Sponſalibus. Bononiæ, apud S. Domi-
nicum, in chori parte Orientali, eius† Epita- 5
phium conſpicitur:

L. L.

D. M. S.

Ioannis de Imola Pont. Cæſarijq; Iuris conſult. oſſa, in ſuppoſito Gariſendorum ſepulchro requieſcunt. Minus Gariſendus LL. qui ipſe interpretes amita ſua coniungi fecit.

PAVLVS† de Caſtro, docuit tempore 6
Imolenſis, Patauij, Florentiæ & Bononiæ: eumque docendi laborem annos quinquaginta & ſeptem ſuſtinuit. Vtitur autem in docendo magna perſpicuitate. Inde vulgò fertur: Si Bartolus non eſſet, eſſet Paulus. Mortuus eſt Patauij, anno Chriſti 1438. Scripſit commentaria in libros Pandect. & Cod.† Epitaphium
eius extat in templo Seruitarum: 7

Paulus de Caſtro Iureconſultus diſertiſſimus, maximæ autoritatis apud omnes habitus, quod Florentia teſtatur, cuius ius municipale innouauit: & in ea coniugatus Petra vxori, vnicam officium in ſpiritualibus Rom. Pontif. decreto exercuit. Vbi etiam in Bononienſi & Patauino Gymnaſio publicè profitendo floruit, æternamq; ſibi gloriam comparauit, relinquens & Conſiliorum, & in iure volumina plurima edita, quæ intra manus verſantur. & ipſius Angelus filius, clarus ingenio, amborum iurium tenens faſtigia, XL. annos Patauij iura docuit: eoque Nicolaus Canonicus Padua, qui ab his proceſſit, viramq; & ipſe parentum virtutem adeptus, hoc immortalitatis opus illis conſecrauit.

M. CCCC. XCII.

Dum Paulus Caſtrenſis Patauij docet, in Imolæ fama & celebritate ſuccedunt apud Bononienſes.

DOMINICVS† de Sancto Geminia- 8
no, Iurecōſultus præſtantiſſ. Claruit præcipuè in iuris Pontificij interpretatione. Scripſit ſuper ſecundo & tertio Decretalium, ſuper Sexto. Item ſcripſit Repertorium in iure: & feruntur eius conſilia.

MATTHAEVS† Mattheſilanus, Bo- 9
nonienſis, eodem tempore ius ciuile docuit. Scripſit ad Infortiatum: tractatū de interpretatione legum: item de Electione verioris opinionis, de Contrarietatib. Bartoli, de Extenſione, Singularia quædam, de Succeſſionib.

CAPVT XXXIII.

Ludouicus Pontanus.

SVMMARIA.

1 *Ludouicus Romanus Pontanus obijt anno 1439. eiuſq; laudes, nu. 2. 3. mors inopina, nu. 4. Epitaphium, num. 5.*

EAdem ætate clareſcere cœpit Ludouicus
†Pontanus, patria Spoletanus: Romanus 1
tamen appellatus, quòd maximam ætatis ſuæ partem Romæ contriuiſſet. Auditor fuit Ioannis de Imola. Laudatur in primis ob patientiam laboris & ſtudij: tum quoque, quòd memoria ſingulari præditus fuit. Quidam ineptum eum in dicendo fuiſſe obijciunt: quod fortaſſis ob nimiam breuitatem verè ipſi obijci potuit: quemadmodum de Stoicis etiam

Cicero

Cicero in Bruto adſerit.Scripſit Commentarios ad ius ciuile:item conſilia,Singularia,Repetitiones. Suſpectæ autem ſolet eſſe fidei in allegationibus, vt refert Alexãder in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore, ff.ſoluto matri-
2 monio.Mortuus eſt Baſileæ,in Concilio, anno Chriſti 1439. De eo ſic ſcribit Aeneas Syluius:Finitis,inquit,Panormitani verbis, Ludouicus Romanus protonotarius, totius humani iuris gnarus,ſurrexit. Cuius tanta memoria fuit, vt nulli veterum cedere putaretur,ſiue Simonidem,ſiue Theodectem,ſiue illum qui à Pyrrho miſſus ad Senatum venit Cyneam,ſiue Carneadem Seriphium, Metrodorum,Hortenſium,ſiue qui horum vltimus fuit L.Senecam,de diuinitate memoriæ commendemus.Erat enim memor omnium quę ipſe vnquam aut legiſſet, aut audiuiſſet: nec oblitus erat eorũ aliquid, q̃ ipſe vidiſſet. Nec, vt cæteri Iureconſulti,principia legum in diſputando allegabat: ſed quaſi codicem legeret,ſic textum memoriter referebat. Vir non Roma tantum,ſed cœlo dignus.& cui nemo
3 † mortalium cõparandus videtur: non admirationi,ſed ſtupori ſuturus omnib. populis,ſi, vt æquũ videbatur, ætatis tempora duplicaſſet.Sed inuidit fortuna Italiæ,nec tantum ſcientiæ lumen creſcere paſſa eſt. Immiſit peſtiferum morbum, virumque vix XXX. egreſ-
4 ſum ætatis annum † abſtulit, nec plus horis ſex & triginta ſiuit ægrotare: viſusque non tranſitus ille hominis,ſed furtum.Quis enim vitum adeò iuuenem, adeò robuſtum, tam breui morula expirarè putaſſet? Sed fuit mors damnoſior morte cuiuſuis regis: quippe regi hæres ſuccedit in regno,viro autem adeò docto nullus ſupereſt in literis hęres.Sed dum cardinalari vir bene meritus manet, apud Carthuſiam ſepelitur.Hæc Syluius.Extat
5 Baſileæ apud Carthuſianos † Epitaphium,attritum ferè:

Anno Domini M.CCCC. XXXIX.Reuerendus in Chriſto pater, Dn.Ludouicus Pontanus de Roma, vtriusq; iuris Doctor egregius,S.Sedis Apoſtolicæ Protonotarius.

Aliud Epitaphium:

Si mille aut totidem rapuiſſes vſque virorum.
Peſtis,adhuc poteram parcere ſæua tibi.
Viuens quo nuſquam fuerat præſtantior alter,
Extinctum potius reddis iniqua lues:
Quem fletis Leges,quem fletis Iura,ſacriq;
Nunc Canones:obijt,quem coluiſtis,herus.
Hic vos ornarat,veſtras vbicunque fuerunt
Soluerat ambages:nunc ſine voce iacet.
Heu voces,heu verba viri diuina,memorq;
Ingenium,quo vis nunc tua multa loco eſt?
Heu Romane iaces,quo nec Romanior vllus
Antè fuit,quo nec fortè futurus erit.
Te pater,& charus te tur modò viuere frater,
Heu quantos gemitus ille vel ille dabit?
Te Roma atque omnis plorabit Etruria,teq;
Tota petet lachrymis Itala terra pijs.
Te nunc Concilium,te nunc vlulatibus vnum,
Ipſa quoque extinctum quæritat Eccleſia
Heu vanas hominum mentes,heu pectora cæca:
Cuique dies certum eſt fata dediſſe ſuos.
Et nos,cùm ſuperi ſtatuent,veniemus ad illos:
Nemo parum vixit,cui bona vita fuit.

CAPVT XXXIIII.

Panormitanus.

SVMMARIA.

1 *Panormitanus nomine Nicolaus Siculus de Tudeſchis, Abbas, Archiepiſc. Cardinal. nu. 2.*
3 *Iacobus Zochus Ferrar. Iuriſc.*
4 *Chriſtophorus Porcus.*
5 *Guido Papa Iuriſc. floruit anno 1442.*
6 *Benedictus Sala.*
7 *Ioannes de Anania.*
8 *Aluarottus Iuriſc. eiusq; Epitaphium, num. 9.*
10 *Petrus Mathefilanus.*
11 *Florianus de S.Petro.*
12 *Petrus Beſutius.*
13 *Angelus de Periglis,*
14 *Angelus Aretinus.*
15 *Ioannes de Platea, eiusq; Epitaphium, nu. 15.*
16 *Caccialupus Ioannes Baptiſta Iuriſc.*

LVdouico Pontano coætaneus fuit Nicolaus † Siculus, Cathania Siciliæ vrbe, fa- 1
milia Tudeſchorum oriundus.Præceptorem habuit Franciſcum Zabarellam. Ob ſingularem eloquentiam,prudentiam, & inſignem Iuris vtriuſque peritiam, omnibus ſuæ ætatis admirationi fuit. Docuit initiò ius Canonicum in ſchola Senenſi,anno Chriſti 1425.Par mæ quoque profeſſus eſt: atq; inde euocatus, factus eſt cauſarum in Rota vel conſiſtorio Romano auditor. Poſtea in abbatem Monacẽſem ordinis ſancti Benedicti electus: ex ab-
baic † factus eſt archiepiſcopus Panormita- 2
nus.ac tandem Cardinalitia dignitate cohoneſtatus, cum Ludouico Pontano ad Concilium Baſilienſe iuſſu Romani Pontif. profectus eſt:reuerſus in Italiam,paulo pòſt naturę conceſſit.Attulit vnum idemque Concilium ſummis duobus Iureconſultis finem.Scripſit Commentarios ad ius Canonicum. Extat quoq; eius liber de poteſtate Pontificis,Imperatoris,& concilij. Singulari præterea libro Concilium Baſilienſe defendit.

IACOBVS † Zochus Ferrarienſis, iuris 3
pontificij profeſſor, multa auditoribus ſuis ſcripta communicauit: quæ temporum iniuria,vel hominum malitia,quo minus extent, auerſa ſunt. Extat Repetitio c. omnis vtriuſq; ſexus,de pœnit.& remiſſ. Floruit anno 1440. vſque ad annum 1460. Vita functus, & ſepultus eſt Patauij,in templo D.Iuſtin.

CHRISTOPHORVS † Porcus, fuit 4
auditor Raphaelis Cumani: ſcripſit ad Inſtitutiones.

GVIDO † Papa, Gallus, conſiliarius in
Parlamento Delphinatus: floruit anno Chri- 5
ſti 1442.Scripſit Conſilia,Deciſiones, & Singularia.

6 BENEDICTVS† Sala, Patauinus, floruit in patria anno 1445. memoriam nominis ſolummodò reliquit.

7 IOANNES† de Anania, Bononienſis, fuit in patria archidiaconus, & iuris Pontificij profeſſor. Scripſit in Decretales: reliquit etiam conſiliorum volumen vnum. eruditioni, vitæ ſanctimoniam & pietatem addidit. Floruit anno 1450. Mortuus eſt in patria, anno 1455.

8 IACOBVS† Aluarottus ſenior, natus ex celebri Aluarottorum apud Patauinos familia, audiuit Bartholomæum Salicetum in iure ciuili: in iure verò canonico Franciſcum Zabarellam. Docuit in patria annos 30. Extāt Commentarij ad libros Feudorum. Mortuus eſt in patria, anno 1453. ætatis 60. Epitaphium
9 † eius extat in templo D. Antonij:

Amice, qui iſtac tranſis, etſi properas, lapis hic te rogat, vt paulisper subsistas, ac hac ſcripta legas. Hac in Baſilica B. Ioan Baptiſta, ſunt Iacobi Aluaroti Patauini ſita oſſa: qui dum vixit, ſuo ſtudia & doctrina, poſt ſuſceptas Doctorales inſulas, Commentarios vtiles, cum Repertoria, in Ius Feudale formauit: eosq; veneranda vniuerſitati Iuriſtarum donauit. Volui vt iſta non ignores, & pro anima ipſius ores. Obijt autem die Luna, 18. Iunij, anno M. CCCC. LIII. V. F.

10 PETRVS† Matheſilanus, Bononienſis: docuit in patria.

11 FLORIANVS† de S. Petro, Bononienſis, vir doctiſſimus, ſcripſit ad ius ciuile Commentarios, in quib⁹ breuitate ſumma vtitur.

12 PETRVS† Beſutius, Mediolanenſis, ſcripſit Repet. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3.

13 ANGELVS† de Periglis, ſcripſit cōmentarios ad Digeſtum nouum & Infortiatū. Extat præterea tract. eius de Syndicatu, de Suitate, de Liberis & poſthumis, de Statutis.

14 ANGELVS† Aretinus, quem aliàs Angelum Gambollienum, vel de Gambellionibus vocant, docuit Ferrariæ. Scripſit Commētarium in Inſtitutiones, tractatum de Teſtamentis, de Maleficijs, Repertorium iuris, & Conſilia.

15 IOANNES† de Platea, Bononienſis, docuit in patria Scripſit In Inſtitutiones, & tres poſteriores Codicis. Sepultus eſt Bononiæ apud S. Petrum, tali inſcriptione addita:

D. O. M. Q.

Viator ſi cupis ſcire qui ſim: Ioannes Plateus, Pontificij Ciuilisq; iuris cultor & ſcriptor. Monumentum vetuſtate corruptum, deſtructum, renouatur decreto Card. Iuliani Reuer. Bono. Epiſcopi ac Principis, virtutum honorumq; virorum fautoris, cui Bononia patria permaxima debet. Cōciues mei rogatos vos volo, vt pacem habeatis: Deum timete, dateq; illi honorem, iuſtitiam colentes per aduerſa proſpera, & bene erit: Procurante Franciſco Guidizona Cardin. Famil. Anno Salutis M. D. II. Kalend. Febr.

16 IOANNES† Baptiſta Caccialupus, Bononienſis, quem quidam falsò generum eſſe Bartoli putāt: ſcripſit plurimas Repetitiones, nempè ad l. omnes populi, ff. de iuſtitia & iure, l. diem functo. ff. de officio adſeſſorum, l. imperium, l. iubere cauere. ff. de iuriſd. omn. iud. l. de ætate. ff. quod quiſque iuriſd l. more. ff. de minorib. l. in hac. ff. de tritic. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commodati. l. admonendi. ff. de iureiur. l. frater à fratre. ff. de condict. indeb. In Codice, ad l. 1. C. de ſumma trinit l precibus. C. de impuber. & alijs ſubſtitut. l. ſi qua illuſtris, C. ad S. C. Orphitianum. Scripſit tractatus de Debitore ſuſpecto, fugitiuo, de Pactis & conſtituto, de Tranſactionibus, de Modo ſtudendi, Defenſorium iuris, & alia quædam.

CAPVT XXXV.

Alexander Tartagnus de Imola.

SVMMARIA.

1 *Alexander Tartagnus de Imola I. C. eiusq; laus, & Epitaphium, floruit anno 1460.*
2 *Bartholamaus Capolla I. C. obijt anno 1477.*
3 *Marianus Socinus Senenſis I. C. eiusq; laus.*
4 *Corneus I. C. nobilis, docuit 50. annos.*
5 *Martinus Laudenſis, eiusq; ſcripta.*
6 *Iacobus de Putea.*
7 *Benedictus Capra.*
8 *Lanfrancus de Oriano, eiusq; ſcripta.*
9 *Laurentius Calcaneus.*

AVdiuit Ioannem de Imola, & Ioānem de Anania. Docuit Papiæ, Patauij, Ferrariæ, 1
poſtremò Bononiæ. Floruit circa annū Chriſti 1460. Scripſit Commentarios ad ius ciuile. Eam autem conſequutus eſt laudem, vt Felinus eius interpretationem ita adhibendā Iuri cenſeat, tanquam lucernam quandam ardentem. Peracto docendi munere, in quo verſatus fuit annis 30. vitam hanc miſeram & caducam cum cęleſti commutauit. Sepultus eſt Bononiæ apud S. Dominicū, in tumulo marmoreo candido, & ſumptuoſo, cum imagine & ſubſcriptione:

Alexandro Tartagno Imolenſi, legum veriſſimo ac fidiſſimo interpreti. Q. V. an. LIII. filij pientiſſ. P. Opt. B. M. poſ. Obijt anno M. CCCC. LXXVII.

BARTHOLOMAEVS† Cæpolla, Veronenſis, docuit Patauij vnà cum Alexandro, 2
cuius concurrens fuit: cum quo etiam nō paruam contentionem habuit. Cæpolla enim ætate ſuperior, Alexandrum præcedere volebat: hic annis inferior, eruditione tamen Bartholomæo ſuperior, minimè ſibi cedendum putabat. Scripta Cæpollæ nota ſunt. Mortuus eſt anno 1477.

MARIANVS† Socinus Senenſis, Bartholomæi pater, vir ſummæ eruditionis. Alexan 3
der vocat eum doctorem immortalem: multa in Iure edidit.

PETRVS Philippus † Corneus, ex nobili apud Peruſinos familia ortus, audiuit Ioan 4
nem Petrucium Peruſinum, cuius deinde filiam in vxorem duxit. Peruſij primū Ius profiteri

fiteri cœpit. Cumq́ue celebritatem conſequeretur maximam, Ferrariam euocatus eſt: deinde Piſas conceſſit. vltimò in patriam rediit, vbi nō modò docendo, ſed conſulendo & patrocinando maximus factus & habitus eſt. Docuit annos quinquaginta, reliquit Comment. in Codicem, & quatuor volumina cōſiliorum. Mortuus eſt anno ætatis 77. vir per omnem ætatem laborioſiſſimus & ſtudioſiſſimus.

5 MARTINVS † Laudenſis, ſapiens & prudens vir habitus, docuit Papiæ & Senis: Scripſit Commētarium ad Feuda, tractatum de bello & duello, de Cardinalib. de Dignitate, de Moneta, de Priuilegio Fiſci, de priuilegio Reſcripti, de Principibus, de Conſiliarijs, & Legatis Principum, de Officialibus dominorum, de Legitimatione ſpuriorum, de Præſcriptionibus.

6 IACOBVS † de Puteo, ſcripſit diſputationem in materia monetæ.

7 BENEDICTVS † Capra Peruſinus, ſcripſit ſuper Decretalib. & extant eius conſilia.

8 LANFRANCVS † de Oriano, ſcripſit Repetitiones plurimas, nempè in c. quoniam contra, extr. de probat. & in Clem. diſpendioſam, de iud. & in c. Raynutius, extr. de teſtam. & in l. admonendi. ff. de iureiurand. & in l. centurio, ff. de vulgari & pupillari. item tractatū de interpretatione ſtatutorum, de Cauſa poſſeſſ. & propriet.

9 LAVRENTIVS † Calcaneus Brixienſis: circumferuntur eius Conſilia.

CAPVT XXXVI.

Franciſcus de Accolitis Aretinus.

SVMMARIA.

1 *Franciſcus de Accolitis I.C. eiusq́; ſcripta, & laus.*
2 *Ioannes Maria Riminaldus laudatur.*
3 *Nicolaus Boerius quo tempore floruit.*
4 *Andreas Siculus, vulgò Barbatia.*
5 *Iuriſconſulti qui floruerunt ab anno 1480. vſq́; 1494.*
6 *Lancellotus Decius.*
7 *Bartholomæus Socinus.*
8 *Ludouicus Bologninus I.C. eiusq́; Epitaphia.*

1 EDidit † Commentarios ad Ius Ciuile, & Canonicum. Scripſit ſeorſim de Differentia inter ſentētiam interloquutoriam & definitiuam: item Conſilia. Habitus eſt Iureconſultorum princeps, atteſtante Iaſone in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic. Alexandro ſuperiorem eum fuiſſe ingenio, tradit Iaſon in l. ad diem. ff. de verborum obligatio. Præter iuris cognitionem, Græci Latiniq́ue ſermonis peritiſſimus fuit. Vertit in Plutarcho vitas aliquot. Scripſit de thermis Puteolis à ſe repertis. Eruditioni inſigni caſtitatem adiunxit: quæ res effecit, vt in admiratione apud omnes eſſet, inprimiſq́ue coleretur. Nimia parſimonia laboraſſe dicitur.

IOANNES Maria † Riminald. Ferrarienſis, auditor Alexandri, docuit magna cum laude in patria. Appellat eum Alexander diſcipulum acutiſſimum, & clariſſimum doctorem, conſ. 127. lib. 1. 2

NICOLAVS † Boerius, ex Monte Peſſulo oriundus, floruit tempore Ludouici 12. Regis Gallorum. Vita eius luculenta oratione deſcripta extat. 3

ANDREAS † Siculus, vulgò Barbatia, audiuit Ioannem de Imola. Senex Bononiæ iura profiteri cœpit. Nimio diſputandi ſtudio communem receptamq́ue opinionem conuellere ſemper, & euertere conatus eſt: verùm pro ingenij acumine, deliri ſenis nomen ſibi attraxit. Sepultus eſt Bononiæ apud S. Petronium, cum inſcriptione: 4

Andreæ Barbatiæ Siculo, maximo vtriuſq; Iuris monarchæ, Equiti aurato, hic molliter agenti, ſuau. coniunx D. Margaritha de Pepulis, & pia in parentem proles, hoc S. opus, B.M.F.

Floruerūt circa † hæc tempora multi alij: nempe Anno Chriſti 5

1480 Antonius Roſellus, & Iacobus Ardizonus.
1482 Franciſcus Curtius ſenior.
Iacobinus de S. Georgio.
Claudius ab Aquis.
1485 Hieronymus Tortus.
1487 Claudius Seiſellius.
Antonius Corſettus.
Ioannes Baptiſta Roſellus.
1489 Ioannes Campegius.
1490 Comes Aluarottus.
1492 Ioannes Sadoletus, pater Iacobi Sadoleti Theologi.
1493 Bulgarus Bulgarini N.
M. Antonius Bauerius.
1494 Ioannes Georg. Branditius.

LANCELLOTTVS † Decius, Philippi frater, vir ob integritatem laudatus. Obijt Papiæ. Epitaphium eius legitur tale: 6

Hic iacet Lancellottus
Decius, in Ticinenſi gymnaſio interpres.

1498 Bartholomæus † Socinus. 7
1499 Ludouicus Bologninus, † ſepult⁹ eſt Bononiæ apud S. Dominicum, cum inſcriptione tali: 8

Omnia mea mecum porto, vix ſola fama remanet.

Ibidem:

Reliquum Ludouici Bolognini.

Ibidem ſupra portam ſacrarij: L.L.

Soli Deo honor & gloria.

D. O. M.

Ludouico Bolognino Iuriſconſ. ac Eq. qui cum Bononiæ Ferrariaq́; Iura interpretatus, & ab Innocentio VIII. Pont. Carolo Gall. VIII. Reg. Ludouico Mar. S. Fort. Inſubr. Duce ad reſpondendum ſibi de Iure aſcitus, Florentiaq́; litibus iudicandis V. vir & præſ. fuiſſet, ab Alexandro VI. Pont. Senat. Roman. deſ. & à Iulio Pontifice XL. viratum adeptus, ab eoque

legatus ad Ludouicum Franc. XII. Reg. Romam legationem retuliſſet, Bonon. rediens,
Anno LXI. at. M. D. VIII. Florentiæ obijt:
Bartholomæus Eq. & Senat. Bonon. F. patri Ioan. Mar. Eq. patruo F. CC. M. D. LIII.

CAPVT XXXVII.
Ab anno M. D. vſque ad noſtra tempora.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſconſulti qui ab anno 1500. huc uſq; floruerunt, permulti.*

1 HOc ſeculo † noſtro multi præſtantes viri, prioribus iuris quidem peritia pares, in reliquarum verò diſciplinarum & linguarum cognitione longè ſuperiores fuêre. Etſi autem is eorum eſt numerus, vt integrum ferè volumen enumeratione horum expleri poſſit: volui tamen breuitati ſtudere, & è plurimis præcipuos maximè & celebres referre.

CAPVT XXXVIII.
Felinus Sandæus.

SVMMARIVM.

1 *Felinus Sandæus I.C. nobilis.*

1 ORiundus † fuit ex nobiliſſima Sandæorum apud Ferrarienſes familia. Docuit initiò Piſis, vbi concurrentem habuit Philippum Decium: deinde ob inſignem iuris vtriuſque peritiam ab Sixto IIII. Pont. Max. Romam accitus, & Rotæ iudicio præfectus, demùm Epiſcopus Lucenſis factus eſt. Scripta eius extant.

CAPVT XXXIX.
Philippus Decius.

SVMMARIA.

1 *Philippus Decius auditor Iaſonis, & aliorum, anno 22. ætatis Doctor factus, & Profeſſor. nu. 2. eius laudes, & cũ alijs ſimultas. nu. 3. à Felino accuſatus. nu. 6. deinde exul in Galliam profugit. nu. 8. tandem meliori fortuna vſus, anno 1531 obijt. nu. 9. Epitaphium. nu. 10.*

4 *Bartholomæus Socinus cum Decio concurrere noluit.*

5 *Felini aduerſus Decium contentio.*

1 PAtria † Mediolanenſis: patrem habuit
Triſtanum de Dexio. Agens annum de-
cimum & ſeptimum, miſſus eſt Ticinum ad
fratrem Lancellottum, vt ſub eo iura diſce-
ret. Audiuit igitur tum Iaſonem, qui Inſtitu-
tiones profitebatur: & Ioannem Puteum or-
dinarium. Tanta autem in iuuenili ætate in-
genij vis in eo effulſit, vt diſputando dubios
ſæpiſſimè præceptores redderet. deinde fratrẽ
Lancellottum, qui à Florentinis Piſas euoca-
batur, ſequutus eſt: vbi audiuit Baldum No-
uellum, Philippum Corneum, Bartholo-
mæum Socinum, Hieronymum Zanetinum,
Puccium de Puccis. Quinto ſui ſtudij anno,
ætatis † verò 22. Doctoratus inſignia accepit:
tum quoque Inſtitutionum prælectio ei de- 2
mandata eſt. Concurrentem habuit Franciſ.
cum Soderinum, qui poſteà epiſcopus Vola-
terranus, & demùm Cardinalis effectus eſt.
Quia verò in Decio † ſingulare erat ingenij 3
acumen, inſignis in dicẽdo & promptitudo
& ſuauitas, facilè reliquos ſuperabat: aderat
enim illi ſingularis quædam energia, & in
vultu decor, vt eadem illa alio dicente minus
lepida viderentur: eò vſque etiam, vt idiotas
homines ad ſui ſpectaculum, quoties diſpu-
taturus eſſet cum concurrentib. prouocaret.
Præterea tantam in dicterijs habuit gratiam,
vt à ſtudioſis excipi & circumferri ſint ſolita.
Quæ quidẽ res effecit, vt apud auditores exiſti
matione creſceret, Doctorum verò aliorum
in ſe concitaret animos. Nam Bartholomæus
† Socinus, cùm videret Decij authoritatem 4
in dies augeri, non ſolùm concurrentem Phi
lippũ habere recuſauit: ſed vt vel ſe, vel Phi-
lippum dimitterent, poſtulauit. Inde factum
eſt, vt dum vtrumque dimittere nollent, De-
cio Pontificij iuris profeſſionem iniungerẽt,
Socino verò priorem relinquerent. Denuò
in Pontificij iuris interpretatione cùm Feli-
num † haberet, noua ſimultas inter vtrumq; 5
orta eſt. Felinus enim iuris Pontificij peritiſ-
ſimus, Decium ea in re ſuperabat. Decius ve-
rò in iure Ciuili exercitatior, Felino quoque
longè ſuperior erat. Certabant igitur indies
pro retinenda authoritate, & frequentia au-
ditorum. Verùm Decius, qui Felinum elo-
quentia, ingenij acumine & humanitate an-
tecedebat, breui effecit, vt Felinus ipſi poſte-
rior haberetur. Qua in re Socini conſilium e-
uertit, qui exiſtimabat Decium non ita benè
in iure Canonico verſatum, opprimi poſſe, ſi
cum Felino in eodem docendi munere con
ſtitueretur. Felinus itaque ægrè ferens ſibi De-
cium anteponi, Romam ſe contulit: deque
† Decij acrimonia cõqueſtus, tantum effecit, 6
vt Decius docendi munere ſe abdicare coge-
retur. Obtulit itaque operam ſuam Senenti-
bus: à quibus libentiſſimè exceptus eſt, ægrè
ferentibus id pleriſque Piſanis. Paulò pòſt, re
Senenſi perturbata, Piſas reuocatus, ius Pon-
tificium profeſſus eſt. Verebantur enim Piſa-
ni, ne Decius, ſi cum Iaſone in iuris Ciuilis
interpretatione concurreret, nouas in Scho-
la perturbationes excitaret. & euitabat quoq;
vterque eam concurrentiam, quòd eadem pa
tria oriundi, & † amicitia haud vulgari inter 7
ſe deuincti erãt. Deinde cùm in celeberrimis
Italiæ Academijs ad triginta annos Iuris pro-
feſſionem ſuſtinuiſſet, in Galliam † exul pro- 8
fugere coactus eſt, non modò à crimine, ſed
ſuſpicione quoque vacuus: quemadmodum
ipſe cõqueritur in Conſiliorum ſuorum de-
dicatiõe, ſe egenum, inopem, à patria eiectũ,
fortu-

fortunis omnibus abſque ſua culpa ſpoliatū, præter ſpem (vnicum miſerorum ſolatium) nihil habere. Hæc autem perpeſſus eſt anno
9 1498. Inde multum iactatus, meliori † vti fortuna cœpit. Reuocatus itaq; à Florentinis Piſas, priſtinam authoritatem ſplendoremque conſequutus eſt. Poſtremò Senis docuit. Profeſſionem autem Iuris vtriuſq; ad ſexaginta quinque annos ſuſtinuit. Vita functus eſt anno Chriſti 1535. 12. die menſis Octobris: & Piſas mortuus, ad monumentum, quod ſibi viuus ad ſolatium vtriuſque fortunæ fieri fece-
10 rat, tranſlatus, vbi Epitaphium † eius legitur:

Philippus Decius, ſiue de Dexio, Mediolanenſis, Iuriſconſultus, celebri fama notiſſimus: cùm primum locum ſtudij in iure Canonico vel Ciuili tenuiſſet Piſis, Senis, Florentia, Padua, Papia, demùm vltra montes in Gallia, reuocatus in Italiam ab excelſa Florentinorum Repub. poſteaquàm ſtipendiū mille quingentorum aureorum in auro pro lectura conſequutus fuiſſet, de morte cogitans, hoc ſepulchrum ſibi fabricari curauit: ne poſteris ſuis crederet.

CAPVT XL.

Iaſon.

SVMMARIA.

1 *Iaſon Maynus I.C. eiuſq; laus, & docendi ratio: obijt anno 1519. nu. 2. Epitaphium. nu. 3.*

1 IASON † celebri Maynorū familia apud Mediolanenſes oriundus, in iuuentute diſſolutius vixit. Refert Iouius, cum Iuris ciuilis libros in pergameno elegāter deſcriptos, ludo in taberna perdidiſſe. Deinde priores mores relinquens, tanta diligentia & ſedulitate Iuri operam dedit, vt omnes coætaneos ſuos ſuperaret lōgè, & antecederet. Peruenit enim ad eam Iuris peritiam, ad quam tum pauci, aut nulli. Præceptorem habuit Alexandum, & Hieronymum de Torte, à quo multa mutuatus eſſe dicitur. Docuit Piſis, dein Ticini. Vſus autem eſt docendi genere facili & perſpicuo. Textum & gloſſas diligenter explicat. Concluſiones colligit: eas vel extēdit ac pro-
2 ducit, vel reſtringit & declarat. Mortuus † eſt Ticini, anno 1519. 12. Cal. Maij. Vitam eius eleganti oratione deſcripſit quidam Genuenſis.
3 Epitaphium † eius legitur tale:

Hic requieſcit Iaſon Maynus, quiſquis ille fuit.

Et aliud Epitaphium:

Quis iacet hoc hoſpes tumulo? Quis? Summus Iaſon.
Ille ne Phryxea vellere diues ouis?
Clarior hic illo longè eſt. Quiſnam oro? Maynus,
Excellens Iuris gloria Cæſarei.
Non fuit hoc quiſquam Iuris conſultior alter,
Qui extinctum poſſet reddere ius melius.
Sed tamen hoc ſummus vetuit meus dia Parentis,
Cæſaribus cupiens vſq; fauere ſuis.
Te audijt, ô nimium fœlix, qui iura legentem,
Damnantemq; acri plurima iudicio
Nec tamen infœlix, tua qui monumenta reuoluit,
Et memori condit lecta, tenetq; ſinu.
Et quanquam obloquitur plebs inuida, ſolus Iaſon
Hic legum nodos difficiles ſoluit.

Amborum ſic fama omnem vulgata per orbem:
Ille nitens belli laude, ſed iſte toga.

CAPVT XLI.

Salamonius.

SVMMARIA.

1 *Marius Salomonius Iuriſc.*
2 *Lancellottus Politus floruit anno 1512.*
3 *Ioannes Crotius floruit anno 1513. eiuſq; Epitaphium.*
4 *Rochus Curtius floruit anno 1515.*
5 *Petrus Paulus Pariſius.*
6 *Ludouicus Gomezius I.C. Hiſpanus.*
7 *Ferdinandus Loazes Hiſpanus.*
8 *Ioannes Franciſcus de Ripa I.C. eiuſq; Epitaphium.*
9 *Robertus Maranta floruit anno 1519.*
10 *Lancellottus Gallianla.*
11 *Carolus Ruinus obijt anno 1530.*
12 *Hippolytus de Marſilijs floruit anno 1526.*
13 *Franciſcus Niconitius.*
14 *Ludouicus Gozadinus.*
15 *Franciſcus Curtius.*
16 *Gulielmus Budæus.*
17 *Budæi Epitaphium.*
18 *Ioan. Antonius Rubeus. eiuſq; Epitaphium. nu. 19.*
20 *Marcus Blaurus I.C. obijt anno 1548.*
21 *Aemilius Ferrettus, eiuſq; Epitaphium.*
22 *Andreas Alciatus I.C. laudatur, obijt anno 1548.*
23 *Auguſtinus Bero floruit anno 1550.*
24 *Ludouicus Calus, ſiue Cantus.*
25 *Franciſcus Duarenus, præceptor authoris, laudatur. obijt anno 1559.*
26 *Eguinarius Baro I.C. eiuſq; Epitaphium. 1550.*
27 *Hieronymus Cagno. eiuſq; Epitaphium. obijt anno 1551.*
28 *In Germania præſtantes Iuriſconſulti.*
29 *Hemmingus Gœden Iuriſc.*
30 *Nicol. Euerhardus laudatur, eiuſq; Topica.*
31 *Ioannes Appellus.*
32 *Vdalric. Zaſius Iuriſc. laudatur. obijt anno 1535. eius Epitaphia. nu. 33. 34.*
35 *Hieron. Schurffius Iuriſc.*
36 *Gabriel Mudæus laudatur.*
37 *Andreas ab Exea.*
38 *Aymo Crauetta Iuriſc.*
39 *Franciſcus Connanus.*
40 *Annas Burgius.*
41 *Andreas Tiraquellus laudatur.*
42 *Iuriſconſulti his tēporibus celebres in Gallia, in Hiſpania, nu. 43. in Italia. nu. 44. in Germania. nu. 45.*

MARIVS † Salamonius, eques Romanus 1
eodem tempore floruit: adminiſtrauit initio Campaniam. Deinde Romā reuerſus, ius non ſine ſumma ingenij eruditioniſq; laude profiteri cœpit: inde in collegium aduocatorum conſiſtorij Pontificialis aſcitus fuit. tandem ſenio confectus, ad otium ſe contulit. Et inſtituto ad Pandectas commentario, vix primum librum, morte præuentus, abſoluit.

LANCELLOTTVS † Politus, Senenſis, 2
docuit in patria. Floruit anno 1512.

IOANNES † Crottus Monteferratenſis, 3
docuit Bononię & Piſis. Iuuenis mortuus eſt. Floruit anno Chriſti 1513. Sepultus eſt Bononiæ. Epitaphium apud S. Dominicum extat.

D. O. M.

pta eius in aperto ſunt. floruit 1550.

24 LVDOVICVS † Caius, Ferratienſis: ſi a addas cognomini, & a in u mutes, rectè de viro iudicabis. Oppoſuit ſe Alciato. floruit anno 1550.

25 FRANCISCVS † Duarenus, præceptor meus, præterquàm quòd eloquentia, dicendique genere ſuaui & facili omnes ſui temporis Iureconſultos ſuperauit, docendi ratione maximè antecellit. Primus enim diu antè methodicam docendi rationem non obſeruatam, iterum reuocauit, reſtituitque. Vita ei præcepta eſt immaturè, iis cauſam mortis dãtionis quos ſeruarat. Mortuus eſt anno 1559. & prope Baronem ſepultus.

26 EGVINARIVS † Baro, ex Britannia Galliæ oriundus, non tantùm iuris, verùm linguarum totiusque philoſophiæ cognitione & peritia excelluit. Docuit Andegaui, Pictauij, poſtremò Biturigib. vbi vita functus eſt, & ſepultus in æde D. Hippolyti.

Eguinario Baroni Leonenſi Iure conſ. clariſſ. Doctori iuris ciuilis in ſchola Biturig. & iuriſprudentiæ veteris inſtauratori, qui ſuperſtite vxore & liberis obijt, XI. Cal. Septembr. anno M. D. L. cùm vixiſſet annos circiter LV. Franciſcus Duarenus collega pietatis & officij cauſa poſuit.

27 HIERONYMVS † Cagnolus, Vercellenſis Ducis Sabaudiæ Senator, eques & Iureconſultus: docuit primùm Taurini, dein Patauij: vbi vitam quoq; finijt, nondum egreſſus annum quinquageſimum nonum. Terræ corpus eius mandatum in æde D. Franciſci, cum inſcriptione:

Hieronymo Cagnolo Vercellenſi, viro opt. & in Iuris ciuilis ſcientia inter noſtræ ætatis doctores eminentiſſ. & propterea Taurini primùm, deind: Patauij, maiori ſtipendio quàm quiſquam alius ius Ciuile magna cum laude atq; omnium admiratione profeſſo, nobil. genere, illuſtriſſ. Ducis Sabaudiæ munere, Senatoria & equeſtri dignitate perfuncto, filij ſumma erga talem patrem pietate, hoc monumentum poſuerunt. Vixit annos LIX Obijt Kal. Feb. M. D. LI.

28 In Germania † multi quoque præſtantes viri in Iuris cognitione extitère: qui non tantùm ſcriptis memoriam deſideriumq; ſui nobis reliquerunt, verùm de administratione Reipub. benè meriti ſunt: qua re ex omnibus rebus humanis nihil eſt præclarius, aut præſtantius. Ex multis autem hi præcipuè celebritatem adſequuti ſunt.

29 HENNINGVS † Goeden Hauelſpurgenſis, Canonicus Vuitebergẽſis. Docuit Vitebergæ. Floruit ſub initium repurgatæ doctrinæ cœleſtis. Extant eius Conſilia.

30 NICOL. Euerhardus de Midelburgo vir nõ modò multifariæ lectiõis, ſed magni inſuper iudicij: quod eius Topica comprobant.

31 IOANNES † Appellus, in humanioribus literis apprimè verſatus.

32 VDALRICHVS † Zaſius, natus eſt Conſtantiæ, parentibus honeſtis. Prouectiori ætate iuri operam nauare cœpit: eosq; progreſſus fecit, vt primas inter Iureconſultos Germanos partes obtinuerit. Commentaria eius ad Ius ciuile, doctiſſimis quibusque Iureconſultis in manu verſantur. Mortuus eſt Friburgi Briſgoiæ, & ibi ſepultus. Reliqua ex Epitaphio † conſtant. 33

Huldricho Zaſio iureconſ. ſuorum temporum toto orbe celeberrimo huius Academiæ ornamento ſingulari, & Reip. Friburgenſi in reſtaurando iure municipali iam olim ſtrenuam operam nauanti, alijsq; multis nominibus de ſe benè merito, Magiſtratus officij memor fieri iuſſit. Conceſſit naturæ anno Salutis M. D XXXV. 8. Calend. Decembris.

Scripſit Eraſmus ad tumulum illius, tale † Epitaphium: 34

Siccine mors crudelis & inuida. præcipis orbi
Vlrichum Zaſium, decus admirabile iuris,
Cæſarei ſimul & ſacri? (pauciſſima dixi)
Imò doctrinæ totius, & artis honeſtæ
Theſaurum, ac mundum locupletem? cuius ab ore
Manabat ferme vel melle ſuauior amnis.
Quid nunc collaudem ſummum pietatis amorem,
Et mentem cælo dignam? quo iam illa ſoluta
Corporis inuolucris fruitur ſine fine beata?
Quod ſupereſt, te compello ſtudioſa iuuentus,
Tandem pone modum lachrymis, ſuſtoq; dolori.
Non adempta tibi Zaſiana copia: viuunt
Extant ingenij monumenta perennia. Quaſi
Aſſiduè manibusq; teras, oculisq; frequentes,
Spirat in his loquiturq; viri pars optima ſemper.

HIER. † Schurfius de S. Gallo, docuit Vlitebergæ. Exorto bello Germanico Frãcofurtum conceſſit. poſtquàm ibi aliquot annis legiſſet, vita functus eſt. Lecturæ eius non extant, Conſilia verò typis mandata ſunt. 35

GABRIEL † Mudæus, ante paucos annos Louanij primarius profeſſor, vir exquiſitæ doctrinæ, acrisque iudicij. Poſt hos flor. in Gallia. 36

ANDREAS † ab Exea Valentinus, ſcripſit de Pactis, in tit. de Conſtit. extra. & in titu. de Iuriſdict. in Pandect. 37

AYMON † Crauetta à Sauiliano, ſcripſit Conſilia, ſed vtiliſſimum tractatum de Antiquitate temporis. 38

FRANCISCVS † Connanus, magiſter libellorum ſupplicum, incœpit Commẽtarios ad ius Ciuile ſcribere: & morte præuentus, opus imperfectum reliquit. 39

ANNAS † Burgius, ordinarius Aurelianenſis, deinde Conſiliarius regius factus, ob religionem, quam cõſtantiſſimè ad mortem confeſſus eſt, Pariſijs in profeſto natiuitatis Chriſti anno 1559. exuritur. 40

ANDREAS † Tyraquellus, vir tantæ & tam variæ lectionis, quantæ nec ſuperiori, nec noſtra ætate vllus. Si ipſi ſoli multiplicem hanc, variamque lectionem in omnium diſciplinarum authoribus tribuas, impoſſibile ferè fuiſſe homini, tantum legiſſe, dixeris. Si aliorum auxilio, iudicium miraberis. 41

CONCLV.

CONCLVSIO.

Hi ferè ab initio reſtituti Iuris Ciuilis per
Lotharium Saxonem, celebres clariq́ue ex-
titêre: noſtra verò ætate multi non iuris tan-
tùm, ſed etiam linguarum, omniumq́ue di-
ſciplinarum peritiſſimi, doctiſſimiq́; viri cla-
42 rent. Habet Gallia † Franciſcum Balduinum,
Hugonem Perrerium, Fernandum Berenga-
rium, Matthæum Grybaldum, Petrum Lori-
ottum, Carolum Molinęum, Goueanum, vi-
ros ætate graues: Iacobum Cuiacium, Hugo-
nem Donellum, Frãciſcum Hotomannum,
Barnabam Briſſonium, Stephanum Forcatu
lum, Hugonẽ Saportan, Roaldeſium, Ruel-
lium Pictauienſ. Ioannem Robertum, Anto-
nium Vſillum, Antonium Contium, Reuar-
dum, Ludouicum Charondam, Adrianum
Puluecum, Ioannem Ramum, Foquelinum,
Fournerium, Ioannem Tauardum. Habet &
43 Hiſpania, † Didacum Couarruuias, Arium
Pinellum, Petrum Duennas, Antonium Au-
guſtinum, Fernandum L. Pincianum. Ex Ita-
44 lis † noſtra ætate, vel paulò antè, ſi qui fortaſ-
ſis breui exceſſerunt viuis, clarent: Patauij,
M. Mantua, Tiberius Decianus, Guidus Pan-
zarella: Ferrariæ Ronchigallus, Hippolytus,
Riminaldus: Florentiæ, Taurellus pater & fi-
lius: Papiæ, Hieronymus Torniellus: Brixiæ,
Gabriel Catianus: Bononiæ, Nicolaus Armi-
us, Gabriel Palæotus, Marianus Socinus Iu-
nior, Bouius, Vetzius, Angelelus, Sancto-Ge-
orgius, Ianus Pappius: Romæ, Galleſius Maſ-
ſa, Syluester Aldobrandinus, Hieronymus de
Monte. Brabantia Petrum Peckium, Ioan-
nem Ramum, celebres habet. Florent in Ger
mania, † Hopperus, Viglius Zuichemius, V- 45
dal. Mordyſius, Cracouius, Melchior Kling,
Ioachimus Mynſingerus, Matthæus Vveſen-
ſenbecius, Baſilius Amerpachius, Ludouicus
Grempius, Ioan. Fichardus, Ioan. Oldendor-
pius, Nicol. Vigelius, Nicol. Ciſnerus, Leo-
pold. Dickius, Hyeronym. Dnacenus, Schra-
derus, ac multi alij: quorum nomina, dum à
bibliotheca mea abſum, mihi nõ occurrunt:
quos rogatos volo, ne id ægrè ferant. Oro au-
tem Deum æternum patrem Domini noſtri
IESV CHRISTI, vt omnia honeſtarum
artium ſtudia conſeruet: neque barbariem a-
liquam, qualis nunc in Aſia (quæ olim
opibus, eruditione, potentia flo-
ruit) eſt, inter nos exoriri
patiatur.

F I N I S.

TYPOGRA-

INDEX RERVM ET VERBORVM LOCVPLETISSIMVS, QVAE IN HISCE TRIBVS LIBRIS DE HISTORIA Iuris, Valentini Forſteri, continentur.

Prior numerus, numerum marginalem, alter paginam denotat.

ACCVRSIVS anno 37. ætatis ius audiuit: quo tempore florere cœpit, nu. 1. quando obijt, nu. 3. eius auctoritas, num. 4. filij, & epitaphium, nume. 1. & 5. pag. 135. & ſeq.
Academiæ quomodo hodie conſtituantur, nume. 13. pag. 131
Accuſatores adulterij quo ordine admittantur, num. 32. 34. & 35. 61
Adrianus Imp. omnium artium capax & amans, 1. 108
Adulationis exemplum in Capitone, num. 2. 106
Adulterij accuſatores quo ordine admittantur, nu. 32. 33. 34. & 35. 61
Adulterio accuſando quinquennium præfinitum, nume. 36. ibid.
Adulterum filiæ quando patri occidere permiſſum: & quando marito vxoris, num. 30. & 31. ibid.
Aedes ſacræ, non omnes ſunt templa, num. 49. 119
Aediles Curules primùm creati, num. 2. 35
Aediles duo ex patribus creati, lege Camilli, no. 19. 34
Aediles Curules quomodo ius dicerent: eorumq; imperium, num. 29. 128
Aelius Sextus laudatur, eiusque ſcripta, nu. 6. 76
Aelius Sext. quando Aedilis Curulis factus, nume. 1. & Conſul, num. 2. & Cenſor, num. 3. 75. cum ſeq.
Aelius Tubero quo patre natus: Stoicus, Iuriſperitus, Conſul, num. 2. & 4. 96
Aelius Pætus contra Boios in Galliam mittitur, num. 9. pag. 75
Aelius Pætus filius cuius fuerit, num. 1. & 3. 76
Aeliorum familia vnde ſic dicta, num. 1. 74
Aemilius Papinianus Scæuolæ auditor, eiusque vita, & obitus, num. 1. 110
Aemilius Ferretus, eiusque epitaphium, nu. 21. 152
Aeneas quomodo ex incendio Troiano in Italiam peruenerit, num. 1. 5
Aequi bonique interpretatio I.C. propria, nu. 7. 114
Aeri alieno bona debitoris, non corpus obnoxium, nume. 13. 36
Aes ſignari Romæ quando cœptum, num. 3. 13
Aeras ſenatoria, quæ, num. 9. 116
Africa, prouincia conſtituta, num. 7. 74
Agrippæ Menenij ad plebem oratio, num. 12. 13
Agrorum termini, & terminalis Iupiter, & terminale feſtum, num. 4. 9
Aimo Crauetta Iuriſc. num. 38. 153
Alba euerſa, & Albani in Senatum Rom. lecti, num. 2. pag. 9
Albericus Roſatus I.C. eiusque ſcripta, num. 18. 143
Albertus Galeotti Iuriſcon. num. 4. 137
Album proponebat ſolus Prætor Vrbanus, nu. 4. 123
Alburnius Valens Iuriſconſ. Antonino Pio à conſilijs, num. 1. 109
Alexander Tartagnus de Imola I.C. eiusque laus, & epitaphium: floruit anno 1460. num. 1. 148
Alexander Imp. ſummus, & qua re, num. 9. 112
Alexandri Imp. mos in negotijs, & legibus conſultandi, num. 2. 112
Alexandri Imp. laus in ferendis Conſtitutionibus, nume. 7. 65
Alfenus ex ſutore Iuriſconſultus, & Conſul factus, & quo anno, & quos libros in iure ſcripſerit, nume. 1. & 2. 104
Aluarottus Iuriſc. eiusque epitaphium, nu. 8. 148
Ambitus duplex eſt: licitus, & illicitus, ſeu infamis, num. 75. & 76. 43
Amoribus capti animos viuit in alieno corpore, nume. 23. 83
Amici plerunque in calamitate fiunt inimici, nume. 32. pag. 15
Ampliandi ſignum, & modus ſeu forma, nu. 15. 55
Ancus Martius quartus Romanorum Rex, eiusque res geſtę, num. 1. & 3. 10
Andreas Siculus vulgò Barbatia, num. 4. 149
Andreas Alciatus Iuriſcon. laudatur, obijt anno 1548. num. 21. 155
Andreas de Iſernia Feudorum interpres, nu. 57. 142
Andreas Tyraquellus laudatur, num. 41. 153
Andreas ab Exea, num. 37. ibid.
Angelus de Periglis, num. 13. 148
Angelus Aretinus, num. 14. ibid.
Angelus de Vbaldis, Baldi frater, num. 1. 144
Angelus ſecundus, nepos Angeli prioris, no. 2. ibid.
Animaduerſio diuerſa eſt à Iuriſdictione, num. 6. & 8. pag. 125
Aonas Burgius, num. 40. 153
Annales maximi, qui, num. 1. 93
Annonæ leges ſemper neceſſariæ, num. 1. 54
Annus decem menſium: eiusque diuiſio à Romulo facta, num. 5. 7
Anni diſtributio in 12. menſes, per Numam, nume. 4. pag. 9
Antiquo ſermone ſcripti libri, parum grati, nume. 4. pag. 104
Antiſtiorum familia vnde: & quos viros habuerit, nume. 1. 105
Antonius Roſellus, num. 5. 143
Antonius Lius quo anno obierit, num. 1. 135
Antonius de Butrio Iuriſconſ. eiusque laudes, nume. 3. pag. 145
Antonius Corſettus, num. 5. 149
Antoninus Baſſianus Imp. crudeliſſimus parricida, nume. 6. 112
Antoninus Pius omnes in orbe Rom. ciues Romanos fecit, num. 51. 41
Antonini Pij Imper. virtutes & laudes, num. 13. 108
Apollo Pythius muneribus placandus, num. 3. 80
Apophthegma Curij, ad Samnitium legatos, nume. 5. pag. 81
Apophthegmata Catonis varia & inſignia: nume. 13. de vxoribus, num. 14. de magiſtratibus, nume. 15. de rege Eumene, num. 16. de legatis quibuſdam, num. 17. de Græcis relegatis, nume. 18. de Polybio & Vlyſſe, num. 19. & de alijs, num. ſeq. & nume. 22. 23. 34. 35. 81. cum ſeq.

Appius

Appius Claudius ſcripſit actiones, & auxit vſum Rl- teræ, num.14. 70
Appius Claudius Cæcus quo anno cenſor fuerit, quando cæcus eſſe cœperit, nu.1.& 7. Conſul creatus, nu. 8.& 10. fuit homo diſertus, & iuris peritus, nume.9. 16.& 23. 68.cum ſeq.
Appia via & aqua Appia, num.2 68
Appius Claudius bello Hetruſco præficitur: Volumnio conſ. ſuperbè reſpondet, n.11.& 12. & cauillatur, num.13. fit prætor, num.15. eius oratio in Senatu contra Pyrrhum regem, num.18. 69.cum ſeq.
Appius Claudius Decemuir & legiſlator: eius mors, num.2.& 3. ſcripſit de vſurpationibus, num.4. 67. cum ſeq.
Appij Conſulis contra plebem ſuperbia & contumacia, num.7.& 8. 21
Appij Claudij Decemuiri nefas & libido, nume.4. 5. & 6. 36
in Appiam familia inuectiua Sempronij nu.4.& 7. 71
Aquilij formula inſtituendi poſthumos, nu.4. 57
Aquiliorum familia, & viri in ea præclari, nu.1. 99
Aquilius Gallus quibus parentibus ortus, & à quo ius didicerit, num.2. 99
Arbitrium de finibus Nolanorum, & Neapolit. Q. Fabij, num.6. 80
Archidiaconus Guido de Baijſo I.C. floruit anno 1300. num.1. 138
Ariſto Iuriſconſultus doctus: eiusque ſtudium, num. 1.& 2. 109
Arma Carthaginenſium ferrea, ænea, aurea, argentea, num.9. 87
Arminius Germanorum Imp quando obierit, 5. 106
Armorum tractandorum ratio, & ars militibus tradita num.4. 95
Arrianus Iuriſconſultus & Orator, nu.4. 110
Arriani hiſtoria cuius autoris ſit, incertum.6. ibid.
Aſdrubal Carthaginenſium Dux aſtutus num.13. in captiuos Romanos crudelis, nu. 23. Scipioni ſe dedit, ac mox ſe ipſum interfecit, num.32. 88
Atteius Capito Iuris publici & priuati peritiſſimus, num.1. 106
Attilij Reguli conſtantia ſingularis & fides, nu.1. 76
Attilius Iuriſconſultus celebris, num.2. ibid.
Auditorium Iuris & artium profeſſioni tributum, nume.11. 132
Aufidius Iuriſconſultus à Pompon. omiſſus, nu.1. 100
Aufidij ambo auditores Seruij Sulpitij, nu.1. 104
Augusti conſilium de reddenda Repub. à Mœcenate & alijs diſſuaſum, nu.1 & 2. 64
Auguſtus reſpondendi facultatem I.C. conceſſit, nume.2. 107
Auguſtus vnde nominatus, num.5. 64
Auguſtinus Berous floruit anno 1550. nu.23. 155
Auſonij locus eleganter explicatus, nu 24. 83
Azo vbi docuerit, nu.1. dicitur fons legum & vas, nume.2. eius epitaphium, num.3. 135
Azonis præceptor Ioannes Baſianus, num.3. 134

B.

BOnæ fidei nomen quàm latè pateat, num.10. 99
Bonicontus Ioannis Andreæ filius, nu.11. 140
Beniacobus Iuriſc. eiusque ſtatua & inſcriptio, num.5. 146
Bonifacius VIII. Pont. quid egerit: & quomodo in carcere mortuus ſit nu.1. & 4. 138
Breuitas in ſenatore, & in oratore laudatur nu.72. 122
Brutus Iuriſconſultus, eiusque libri: item de filio eiuſdem nu.2.& 4. 91
Brutus libertatis Romanorum primus vindex & cuſtos, nu.1. 14
M. Brutus Orator & Iuriſperitus, Marianas partes ſecutus, à Pompeio interfectus, nu.1.& 2. 92
Bruti ſeueritas in liberos. nu.3. eius mors, nu.4. 14
Budæi epitaphium, nu.17. 152
Bulgarus Piſanus Bononiæ Profeſſor, & Præfectus.2. 135
Bulgarus Bulgarini N.M. Antonius Bauertus, 5. 149
Babylonica captiuitas Hieroſolymorum, nu.6. 12
Bagarottus autor Summæ, ſeu cauillationum operis, num.3. 130
Balbi Lucilij laus, e Cicerone. nu.2. 100
Baldus de Vbaldis quo patre natus, quibus præceptoribus vſus, nu.1. auditor Bartoli, nu.2. anno 1344. iura docere cœpit. nu.3.& ad extremam ſenectam continuauit, nu.6. obijt anno 1420. Ticini, vbi epitaphium illius, nu.7. reliquit duos filios, nu.8. 143 & ſeq.
Baldi encomia & laudes: & quid in eo deſideretur, nume.4.& 5. 143
Balneum generos cum ſoceris ingredi, olim nõ licuit, num.29. 84
Bartolus natus anno 1303. num.1. quibus præceptoribus vſus, num.1. anno 21. ætatis Doctoratum conſecutus, nu.3. Adſeſſor Criminalis factus, nu.4. ad ſtudia reuerſus, nu.5. Iuris profeſſor celeberrimus, nu 6. cœpit inuidia & calumnijs onerari, n.8. didicit Hebræã linguam & mathemata, nu 9. Conſiliarius fuit Caroli 4. Imp. nu.10. comedit & bibit ad pondus, nu.11. mortuus anno 1355. ætatis 46. nu.13. 142
Bartholomæus Brixienſis, eiusque ſcripta, nu.3. 137
Bartholomæus Cæpolla I.C. obijt anno 1477. nu 2. 148
Bartholomæus Socinus cum Decio concurrere noluit, num.4. 110
Bartholomæus de Saliceto Iuriſc. eiuſq; epitaphium, nu.1.& 3. 144
Bartholomæus Socinus, nu.7. 149
Bellum Punicum ſecundum quibus conditionibus finitum, nu.8. 75
Bellum ciuile quomodo & à quo commotum, & à Ser. Sulpitio præuiſum, & diſſuaſum, nu.9.& 10. 106
Belli indicendi ritus antiquus, nu.2. 10
Belli Troiani cauſa: eiusque calamitas, nu.4.& 6. 5
Benedictus Capra, nu.7. 149
Benedictus Plumbinus, & eius epitaphium, nu.4. 145
Benedictus Sala nu.6. 147
Beneficium ce[illegible] ex qua lege promanarit. nu.7. 54
Bernard. Compeſtall. author caſuum Decretal.1. 137
Bernardus Dorna Iuriſc. num.3. 136
Boiorum exercitus à Scipione cæſus, 8. 77

C.

CAccialupus Ioannes Baptiſtæ Iuriſc. nu.26. 148
Cælius Antipater eloquens & Iuriſperitus: eius encomium ex Quintil. nu.1.& 2.
Cæcilius Seruij auditor, natalibus illuſtris, nu.1. 105
Cæcilius Iuriſconſ. quo tempore vixerit, nu.1. ibid.
Cæleſtinus Pont. cur abdicarit ſe Pontificatu, nu.2. 138
Cæſar contra filium Pompeij exercitum in Hiſpaniam ducit, eamq́ue ſubigit, nu.50. 53
Cæſar Senatus Rom. ad ſe adeunti, non adſurrexit, num.2. 103
Codicillorum vſus quando, & à quo introductus, nome.3. ibid.
Cæſar Octauianus cum Antonio affinitatem init, nume.3. 58
Cæſar viginti tribus vulneribus interficitur, nu.55. 54
Cæſar animum altum & erectum ſemper geſſit, nume.39. 52
Cæſari a Senatu multi honores decreti, nu. 47. & 52. 53
Caius Iuriſconſ. de cuius vita & genere nihil conſtat, quos libros ſcripſerit, nu.1.& 2. 104
Caij cõplures in iuris ciuilis periti clari. 3. 104
Camilli Dictatoris victoria de Gallis, & triumphus, num.10. 34
Canulei Tribuni pl. de ſuis legibus diſſertatio, nume. 2. pag. 35
Captiuitas Babylonica Hieroſolymorum, nu.6. 12
Capitalis pœna quæ ſit. nu.21. 127
Capitalium rerum cognitio olim populo reſeruata, 55. 41
Capitonis Atteij Iuriſconſ. libri de Iure ſcripto, nume.4. 106
Cardinalibus roſei galeri inſigne à quo additum, nume.4. 136
Carolus Ruinus obijt anno 1530. nu.11. 152

Car-

Carthago à Scipione obſidetur, num.23. capitur, & incendio vaſtatur, 24.&.30.quot annis ſtererit, nume. 35. 89
Carthago capta, ſpoliata, & incendio deleta, nume. 6.pag. 78
Carthaginenſes bellum ſueclamant, nu.5. 76
Carthaginenſes Hannibalem ex Italia reuocant, num. 3.& 4. 77
Carthaginenſium in rebus aduerſis animus conſtans & fortis, nu.55.& 57. 89
Carthaginenſium arma ferrea, ænea, aurea, argentea, num.9. 87
Carthaginem non delendam ſuaſit Scipio, & quare, num.5. 78
Carthaginenſibus pax lege data nu.21. 38
Caſpar Calderinus Decretorum Doctor, nu.7. 145
Caſſelius Iuriſc. eloquens, nu.2.& 3. 103
Caſſius Iuris & armorum peritus: deportatus, & rurſum reuocatus, nu.3.& 4. 107
Caſſij Longini duo Iuriſconſulti, nu.1. ibid.
Cato Carthaginis delendæ Auctor, nu.4. 78
Cato Vticæ ſemetipſum interficit nu.40. 57
Cato cenſuram quàm difficulter obtinuit, nu.27. 85
Cato Cenſor quo tempore mulierem complecteretur num.16. 117
Cato filius Iuriſconſultus, à patre inſtitutus, nume. 28.& 30. 85
Cato Vticenſis Stoicus, nu.1. 84
Cato militem qualem optaret, nu. 21. 85
Catonē prolixius in Senatu loquentem, Cæſar prehendi iuſſit, nu.70. 22
Catonem trium rerum pœnituit, & quarum, nume. 24. 85
Catonis encomium locupletiſſ. ex Liuio, nu.30. 84
Catonis origo, & exercitia iuuenilia: res geſtæ, num.1. & 10. 81
Catonis frugalitas, nu.4.7.& 10. ibid.
Catonis filij libri de Iuris ſcientia: eiuſdem reuerentia erga patrem, nu.32.& 33. 84
Cauſa numerus & diſtinctio monarchiarum, nu.2. 3
Cauſa & occaſio Tribunorum plebiſcitorum, nu. 1.3.4.& ſeq. 20
Cauſæ mutationis Imperiorum variè conſideratæ, nu. 7.8.& 9. 2
Cauere, quid: & Cautiones variæ, nu.3.& 5. 114
Cautiones prætoriæ, & Cautionales ſtipulationes, nume.21. 118
Celeres, & Tribuni Celerum qui, nu.2. 20
Cenſores poteſtatem mouendi Senatu habebant, nume.51. 117
Celſus filius Iuriſconſultus, nu.4. 108
Cenſores quo anno, & quomodo primùm creati, nume.1. 13
Cenſores vnde dicti, nu.4. ibid.
Cenſorum officium, num.3. & dignitas, nu.4. & poteſtas, nu.5.& 7. ibid.
Cenſorum iudicia interdum contraria, & repugnantia, nu.25. 117
Cenſoria poteſtas à Claudio imminuta, per Pompeiū iterum reſtituta, nu.16. 47
Cenſus, Claſſes, & Centuriæ quando Romæ inſtitutæ, num.2. 11
Cenſus ſenatorius quantus, nu.11. 116
Cenſendi modus, & neceſſitas in Senatu, nu.39. 118
Cenſura olim quinquennalis, deinde annua, & ſemeſtris, nu.6.& 8. 35
Centumuirales cauſæ olim ſplendore alijs inferiores, num.6. 46
Centuriæ, cenſus & claſſes quando Romę inſtitutæ, nume.1. 12
Ceſſionis beneficium ex qua lege promanarit, nume. 7. pag. 74
Ceremoniæ in habendo Senatu, nu.56. 120
Chriſtophorus Porcus, nu.4. 147
Chriſtiani ab Adriano Imp. primùm perſecuti, deinde mitius tractati, nu.2. 108
Ciceronis iocus in P.Conſam, nu. 1. 122
Ciceronis iocus in Catone maiore, nu.6. 36
Ciceroni reditus in Vrbem, & in Senatum lege conceſſus, nu.106. 48
Cimbri & Teutones Romanos inuadunt, & ingenti prælio vincunt, nu.5. 95
Cinna Iuriſc. ex familia Cornelia, nu.1. 105
Cinnæ multi celebres nu.2. ibid.
ius Ciuile quot partibus & difficultatibus conſtiterit ante Iuſtinia. & quomodo ab ipſo in ordinem redactum, nu.14.& 9. 129.& ſeq.
Ciuis Romanus qui eſſe poterat, nu.4. 125
Ciuium multa millia bello ciuili amiſſa, nu.48. 55
Claſſis Romanorū contra Carthaginenſes quanta fuerit, nu.8. 86
Claudius ab Aquis, nu.5. 145
Claudiorum familia vnde originem traxerit, nume. 1.pag. 67
Claudius Seiſellius, nu.1. 149
Clauus, nota numeri annorum, nu.4. 35
Clodij leges aduerſus Ciceronem, nu. 99.& 100.& aliæ nonnullæ, nu.101.102.& 103. 47
Clodij Tribuni pleb. leges Reipubl. pernicioſæ, num. 88. 44
Codex Iuſtinianeus vnde compoſitus, nu.3.& 7. 126
Cælius Sabinus Caſſij & Capitonis ſucceſſor, nume. 1.pag. 108
Cœnæ centuriatæ vnde dictæ, nu.30. 42
Cognomen Pictoris in familia Fabiorum vnde, n.1.30
Cognomen Scæuolæ, vnde in familia Mutiorum, nume.2. 92
Collegia primùm à Numa Rege inſtituta, eorumque diſtributio & nomina varia, num. 83. nu.90.& 91. & iura ſingularia illis tributa, nu.92. & facultas legis ſibi ferendæ, nu.93. 44
Collegia, quæ aduerſus Rempubl. ſunt, tollenda, nume.94. 45
Collegiorum illicitorum pœna vnde ſumpta, nume. 95. ibid.
Comes Aluarottus, nu.5. 149
Comitiales dies qui, nu.54. 120
Comperendinatio quid, nu.14. 55
Conditio viduitatis legato adiecta, quomodo remittatur, nu.18. 59
Connubia patribus plebique promiſcua facta, lege Canuleia.11. 31
Conſul è plebe creatus primus L. Sextius, nu.19. 34
Conſules honorarij quo anno primùm creati, n.40.13
Conſules vnde dicti, num. 2. quo anno primùm Romæ creati, nu.3. & qui, nu.4. 14
Conſules quo anni tempore crearentur, quo ritu, qua ætate, num.1.& quando magiſtratum inirent, nume. 15
Conſulum dignitas, & poteſtas, nu.3. quæ poſterioribus attenuari cœpit, nu.7.& 8. 16
Conſulum vter collegæ præferendus, nu.8. 59
Conſulum ſeu de plebe, ſeu de patribus faciendorum, vt populo poteſtas eſſet, rogatio à Tribunis lata, num.1. 32
Conſulum munus, conuocare Senatum, nu.32. 118
Conſilium Auguſti de reddenda Repub. à Mæcenate & alijs diſſuaſum nu.1.& 2. 64
Conciona poteſtas lege Clodia nonnihil imminuta, nu.96. 45
Coracus I.C. nobilis, docuit 10. annos, nu.4. 148
Corneliorum familia patricia, & ampla, nu.1. 76
Chriſtophorus Caſtilioneus eiuſque laudes, & epitaphium nu.3.& 3. 145
Craſſus Mutianus ſimul Conſul & Pont. Max. in prælio interfectus in Aſia, nu.3. & nu.4. fuit Iuriſperitiſſimos, & quinque præcipuis bonis ornatus, nume. 93. cum ſeq. 93
Craſsi iocus de Bruti libris, & filio illius Bruto iuniore, nu.5. 94
Craſſo triumphus poſtulatus denegatur, nu.3. 96
Cratippi reſponſum de fatalibus imperiorum periodis,

dis,num.30. 51
Creditorum ſæuitia antiquitùs in debitores, no. 1.21
Curij apophthegma,ad Samnitium legatos,nu.5. 81
Curiarum & Tribunum diſtributio à Romulo facta, num.2. 6
Curulis ſella.60. 110
Cynus Iuriſconſ.nobilis, floruit anno 1335.nume. 13. & 14. 141
Cyneæ legati Pyrrhi reſponſum & iudicium de Romanis,nu.21. 70

D.

Dardanus primus Troianorum Rex,nu.1. 4
Dardanarij vocabantur, qui grauabant annonã, num.3. 54
Decemuiri abdicati: & iterum Tribuni pl.& Conſules creati,num.8. 31
Decemuiri quando Romæ creati,num.2. 26
Decemuirorum poſt leges XII. Tabul. latas, inſolentia,num.1.& 2. 30
Decretales à Gregorio IX.collectæ,nu.2. 136
Decretorum volumen vnde collectum, num. 1. & quo anno editum, nume.3. ab Eugenio Pontif. approbatum,nu.4. 134
Definitio peculatus,eiuſq; pœna varia,nu.40.45. 61
Demaratus Corinthius Tarquiniorum pater, n.2. 11
Demoſthenes Romanus,dictus fuit Cato,nu.9. 81
Dialectica omnium artium maxima, & quaſi lux, nume.1. 103
Dictum Scipionis notabile ſpectantis incendium Carthaginis,num.2. 1
Dictatoris Camilli victoria de Gallis, & triumphus, num.16. 34
Dictatoris Publilij leges aduerſus Senatum,nu.10. 36
Dictatoris creandi occaſio,num.3. & modus, num.4.& verum à Græcis, an verò ab Albanis ſumpto exemplo,nu.6.& 7. 17
Dictatoris nomen vnde dictum,nu.5. 18
Dictatorem quis potuerit creare, num. 8. & ex quo ordine creatus ſit,nu.9. ibid.
Dictatoris poteſtas & imperium,nu.10.& 12. 19
Dictatura multi ciuiliter,quidam crudeliter & tyrannicè vſi,13.& 14. 19
Diem tolli,vel diem eximi,quid,nu.75. 122
Digeſta quo anno promulgata,num.6. 130
Dignitas & poteſtas Conſulum,quę poſterioribus temporibus attenuari cœpit,nu.3.7.& 8. 16
Dignitas Oratorum per legem Pompeiam iudiciariã collapſa,num.1.& 4. 46
Diſceſſio in omni Senatuſconſulto fiebat,nu.67. 121
Diſputationũ argutiæ vnde in ius irrepſerint, 5. 139
Diſtributio anni in duodecim menſes, per Numam, num.4. 9
Diuiſio prouinciarum cum Senatu ab Auguſto facta, num.3. 64
Diuerſitas veſtitus vt præcipiatur,an vtile ſit Reipub. num.5. 112
Diuortium quatenùs lege Romuli permiſſum.10. 8
Doctores Iuris in quoruplici diſcrimine olim fuerint num.11. 123
Dolus malus quid ſit,nu.8. 109
Doli mali formulæ ab Aquilio Gallo prolatæ,6. ibid.
Domitius Labeo Iuriſc.nu.1. 109
Domitius Labeo alius ab Antiſtio Labeone, 2. ibid.
Dominicus de S.Geminiano I.C.nu.8. 116
Domitiani tyrannis in ſenatorum ſententijs cogendis,nu.66. 121
Domus Tribunor.plebis etiam noctu patebit,nu.4. 23
Dos ex ærario publico filiæ Scipionis data,nu.13. 78
Dotale prædium quatenus non alienandum, vel obligandum,nu.28.& 37. 61
Druſus Liuius Iuriſc.cæcus,nu.2. 94
Dux Carthaginenſium Aſdrubal aſtutus,num.13. in captiuos Romanos crudelis.num.23.Scipioni ſe dedit, ac mox ſeipſum interficit,nu.32. 88
Dynus Iuriſc.collector Sexti Decretal.nu.1.& 2. obijt anno 1303.num.3. 138

E.

Eclipſis Lunæ à Sulpitio Trib. mil. prædicta, nume.4. 76
Edictum Seruilij Conſulis.nu.1. 28
Edictum perpetuum à Iuliano compoſitum, eiuſq; authoritas,nu.2. 110
Edictum Prætoris primò ab Offilio compoſitum, nume.2. 103
Edictum vnde ſic appellatum,nu.2. 113
Edictum Valerij Dictatoris pro mitiganda plebe, nume.10. 35
Eguinarius Baro I.C. eiuſque epitaphium, obijt anno 1550.num.26. 155
Encomium Catonis locupletiſſimum, ex Liuio, nume.36. 84
Epitaphium libertorum Longini,nu.5. 107
Epitaphium Papiniani duplex,nu.12.& 13. 118
Epulones propter ſacerdotia lege creati, nume. 56. pag. 85
Equeſter ordo quaſi gradus ad ſenatorium, nume. 2. pag. 116
Error Pomponij de Craſſo,nu.6. 94
Error Zaſij de Papyrio,nu.3. 67
Error Pomponij in Q.Mutio,num.2. 74
Error Politiani notatus,nu.3. 109
Exemplum adulationis in Capitone,nu.2. 108
Exercitus luxui, auaritiæ, aut deſidiæ deditus, magis emendandus quàm cum hoſtibus depugnandum, 22. 89
Exercitus Boiorum à Scipione cæſus,nu.8. 77
Extraordinaria cognitio quæ, eiuſque exempla, nume.34. 128
Fabiorum familia illuſtres viros habuit multos, nume.1. 79
Q.Fabius Labeo Quæſtor, Prætor, Præfectus claſſis, nume.2. triumphum naualem egit, nu.3. creatus Conſul, nume. 4. Pontifex, nume.5. pag. 79. cum ſequen.
Fabius Maximus, aliàs de Sancto Vrbano, Iuriſconſultus,num.2. 139
Q.Fabius Pictor,Flamen Quirinalis, & Prætor, num. 2. & 4. Annales ſcripſit,nu.5. 20
Q.Fabij legatio ad Hannibalem,nume. 3. ad Carthaginenſes,nume.4. ad Volſianos,nu.7. 74
Fama integra in ſenatore requiritur, nume. 56. pag. 85
Fabiorum præclara familia.num.1. ibid.
Familia Aeliorum vnde ſic dicta,nu.1. 74
Familia Antiſtiorum vnde, & quos viros habuerit, num.1. 105
Familia Aquiliorum, & viri in ea præclari, nume.1. pag. 99
Familia Fabiorum illuſtres viros habuit multos, nume.1. 74
Familia Corneliorum patricia, & ampla, nume. 1. pag. 76
Familia Fabiorum præclara nu.1. 74
Familia Iunia Romana antiquiſſima,nu.1. 91
Familia Licinia plebeia ampliſſima,num.1. 93
Familia Liuiorum plebeia, ſed illuſtris, nume. 1. pag. 94
Familia Manliorum patricia : eiuſq; inſignes viri, nume.1. 85
Familia Mutiorum, & præſtantes viri, nume. 4. pag. 98
Familia & origo Tarquiniorum,nu.1. 10
Familia Papyriorum antiqua paulatim conſenuit, nume.1. 101
de Familijs Rom. Commentarium promittit author, num.5. 115
Familiæ Tuberorum origo, tenuitas & paupertas, nume.1. 96
Faſces & ſecures Conſulares quare ligarentur, nume. 5.pag. 16
Februarius menſis legationibus exterorum datus, nume.55. 120

Feli-

Felinus Sandæus I.C.nobilis,nu.1. 150
Felini aduerſus Decium contentio,nu.5. ibid.
Ferdinandus Loazes Hiſpanus,nu.7. 152
Ferrarienſis Practicus floruit anno 1410.nu.7. 145
Ferrarienſis ſchola quare erecta nu.2. 144
Feſta Rubigalia quæ,& quando inſtituta nu.5. 9
de Fideicommiſſis ipſe Prætor cognoſcit,nu.37. 119
Flauius Priſcus,de cuius oratlibus non liquet,auditor Seruij,nu.1. 105
Florianus de S.Petro,nu.11. 148
Fœderis feriendi formula antiqua,nu.3. 10
Fœminæ quamdiu à cœlibatus pœna liberarentur,nume.12. 59
de Fœnore lex à Gabino lata,nu.82. 24
de Fœnore,ne maius vnciario exercere‑tur,lege cantū,num.7. 35
de Fœnore quæ leges ſucceſſiuè fuerint latæ,6. 54
Fœneratoris Papyrij crudelitas & libido,nu.12. 36
ſine Forenſi exercitatione leges Rom.non cognoſcuntur,nu.7. 133
Formula Aquilij inſtituendi poſthumos nu.4. 57
Formulæ actionum,aliarumque rerum ad I.C.pertinebant,nu.2. 114
Formulæ doli mali ab Aquilio Gallo prolatæ,nu.6. 100
Franciſcus de Albergotis I.C.Bartoli familiaris,num.27. 143
Franciſcus Connanus,nu.39. 153
Franciſcus Niconitius,nu.13. 152
Franciſcus Tigrini coætaneus Bartoli,nu.14. 143
Franciſcus Duarenus,præceptor authoris,laudatur,obijt anno 1559.nu.25. 153
Franciſcus Zabarella Cardinalis,nu.5. 145
Franciſcus Ramponius,nu.6. ibid.
Franciſcus Curtius,nu.15. 152
Franciſcus de Accoltis I.C.eiuſque ſcripta,& laus,nume.1. 149
Franciſcus de Platea.Canonum Doctor,nu.6. 145
Franciſcus Accurſij filius,nu.3. 139
Frugalitas Catonis,nu.4.7.& 10. 81
Frugalitatis & continentiæ exemplum in Tuberone,nume.3. 96

G.

Gabriel [illegible] nu.36. 153
Galli Aquilij laudes & virtutes,nume.3.4.& 99.& ſeq. 5
Ganfredus de Trano,nu.2. 138
Genus quot modis ſpectaretur in ſenatoribus,num.6. 116
in Germania multi præſtantes Iuriſc.nu.28. 153
Giſgo Amilcaris filius Carthaginenſis ſeditioſus,nume.5. 86
Gracchi Tribuni pl.ſeditio,nu.5. 93
Græcas literas in ſenectute didicit Cato,nu.8. 81
Gratianus Monachus Decreti collector,nu.1.eiuſque epitaphium & monumentum,nu.1.5.& 6. 134
Gregorius IX.Pont.Max.nu.1. 136
Guido Papa I.C.floruit anno 1442.nu.5. 147
Guilielmus de Cuno,vulgò de Cuneo,nu.5. 140
Guilielmus Abbas de Monte Laudino,nu.6. ibid.
Guilielmus Budæus,nu.16. 152

H.

Annibal veneno occumbit,nu.10. 77
Henningius Gæden Iuriſc.nu.29. 153
Hermodorus Iuriſconſ.interpres LL.12.Tabul.num.1. 68
Herennius Modeſtinus Vlpiani diſcipulus,nu.1.eius libri,nu.2. 113
Hieronymus Cagnolus,eiuſque epitaphium,obijt anno 1551.num.27. 153
Hieronymus Tortus,nu.5. 149
Hieron.Schurffius Iuriſc.nu.35. 153
Hippolytus de Marſilijs floruit anno 1526.nu.12. 152
Hiſtoria Arriani cuius authoris ſit,incertum,nume.6.pag. 110
Honorarium ſiue Prætorum ius,nu.4. 142
Honores inuidiam pariunt,nu.14. 13
Honores Auguſto à Senatu decreti & habiti,nume.4. 64
Hortenſia lex de Plebiſcitis,& de Nundinis,nume.37. 37
Hoſtia vrbs ab Anco Martio condita,nu.4. 11
Hoſtienſis Cardinalis quo anno floruerit,nume.1.pag. 137

I.

Iacobus Balduinus Iuriſcon.tandem Prætor Genuenſ.num.6. 136
Iacobus Ardizonus,nu.5. 140
Iacobus Rauanus Dialecticas argutias in ius inuexit,num.3. 138
Iacobus de Puteo,nu.6. 149
Iacobus de Belloviſu Iuriſc.Feudorum Commentator,nu.6. 138
Iacobus de Arena Iuriſc.laudatur,nu.1. 139
Iacobus de Butriarijs,eiuſq; ſcripta,nu.18. 141
Iacobus Zocchus Ferrarien.Iuriſc.nu.3. 147
Iaſon Maynus Iuriſc.eiuſq; laus,& docendi ratio,nume.1.obijt anno 1519.num.2.epitaphium,nume.3.pag. 150
Iauolenus Iuriſc.eiuſq; libri,nu.1. 109
Idus Maiæ ineundis Magiſtratibus olim ſolemnes,nume.5. 30
Immortalem quæ faciant,vel non,nu.6. 135
Imperia quare a Deo conſtituantur,nu.1.& 4. 3
Imperium quomodo generaliter & ſpecialiter ſumatur,nu.10.& 11.eiuſq; duplex ſpecies,nu.13. 135
Imperiorum mutationis cauſæ variè conſideratæ,nu.7.8.& 9. 2
Imperiorum mutationes non fiunt caſu fortuito,nume.1. 2
Imperatores poſt Iulium Cæſarem vnde ſic dicti,nume.13. 53
Imp.Alexandri laus in ferendis Conſtitutionibus,nume.7. 65
Inconſtantiæ rerum humanarum exemplum in Carthaginis euerſione,nu.4. 86
Ingenui quales vxores prohibeantur ducere,nume.14. 59
Iniurijs æſtimandis recuperatores dati,nu.4. 109
Innocentij IIII.Pont.Max.familia,& iuris ſcientia,nume.1.eiuſq; auctoritas,nu.3.& mors,nu.5. 136
Innocentiæ & conſtantiæ exemplum in Rutilio: qui nihilominùs ab ingrata ciuitate in exilium pellitur,nu.8.& 12. 98
Inſtitutiones Iuris compoſitæ,nu.1.earumque vtilitas,nu.5. 130
Inuidia doctrinam & virtutem ſequitur,nu.7. 144
Ioan.Georg.Branditius,nu.5. 149
Ioannes Sadoletus pater Iaco.Sadoleti Theologi,nume.5. ibid.
Ioannes de Anania,nu.7. 147
Ioannes Andreæ Iuris Pontificij doctiſſimus,nume.7.eiuſq; laudes,& abſtinentia,nu.8.9.10.epitaphium,num.12. 140
Ioannes Campegius nu.5. 149
Ioannes Ludouicus Lambertanus,nu.4. 144
Ioannes de Deo Iuris Doctor & profeſſor,nume.1.pag. 137
Ioannes Appellus,nu.31. 153
Ioannes de Lignano Iuriſc.num.4.eiuſq; epitaphium,num.5. 144
Ioannes Palatenſis Iuriſconſ.præceptor Baldi,nume.26. 143
Ioannes Fabri Iuriſc.laudatur,nu.22. 141
Ioannes Baptiſta Roſellus,nu.5. 149
Ioannes Franciſcus de Ripa Iuriſconſ.eiuſque epitaphium,num.8. 152
Ioan.de Blanaſcn I.C.eiuſque ſcripta,nu.8. 136
Ioannes Crottus floruit anno 1513.num.3.eiuſque epitaphium. 152
Ioannes Monachus ſcripſit in Sext.Decretal.nume.16. 148

Ioannes Calderinus magnæ ſcietiæ, & ſanctæ vitæ Doctor, filius adoptiuus Ioan. Andr. nu. 17. 148
Ioannes de Imola, eiuſque laudes, ſcripta, & epitaphium, nu. 4. & 5. 146
Ioannes Antonius Rubens, eiuſque epitaphium, num. 18. & 19. 152
Ioannes de Platea, eiuſque epitaphium, nume. 15. pag. 148
Ioannes Maria Riminaldus laudatur, nu. 2. 149
Ioannes Baſianus, eiuſque ſcripta & epitaphia, num. 2. 4. & 5. 134
Iocus Craſſi de Bruti libris, & filio illius Bruto iuniore, nu. 5. & 6. 91
Ipho Iuriſcon. eiuſque laudes: relatus inter diuos, nume. 1. 2. & 3. 137
Irnerius ſiue Vuernerus Germanus primus in Italia Iuris profeſſor, num. 1. & quo docendi genere vſus ſit, num. 3. 133
ex Irnerij Iuriſconſulti Schola multi docti prodierũt, num. 2. 134
Iudex datus non cognoſcit de re inter abſentes, cum quibus iudicium acceptum necdum fuit, num. 35. pag. 129
Iudex datus à Prætore, aliquando dicitur Arbiter, Recuperator, Iudex Pedaneus, Delegatus, Priuatus, & cæt. num. 27. 127
Iudex datus ius non dicit, ſed iudicat, nume. 18. & 26. ibid.
Iudex quæſtionis, nu. 9. & 11. 124
Iudex eiuſdẽ rei arbiter ex compromiſſo eſſe nequit, num. 12. 60
Iudæa quando primum à Romanis ſubacta, num. 85. pag. 44
Iudæa in prouinciam redacta, nũ. 4. 58
Iudicia Senatoribus & Equitibus æqualiter commiſſa, num. 74. & 81. 42
Iudices quibus rebus inſtruendi, nu. 27. 96
Iudices poterant eſſe Senatu moti, nu. 23. 117
Iudicium cuique ſuum nu. 8. 105
Iulius menſis quando, & cur ſic nominatus, nu. 1. 57
Iulius Cæſar à militibus Imperator ſalutatus, nu. 1. petit conſulatum, nu. 2. apud milites concionatur, nu. 5. conditiones concordiæ proponit. nu. 6. ciuitates ad mare Adriaticum occupat, nu. 7. Romam proficiſcitur, num. 9. exercitum Pompeij in Hiſpania ſubigit, nu. 10. Dictator dicitur, nu. 11. ad Pompeium pro pace mittit, nu. 13. exercitui Antonij ſe coniungit, nu. 16. in anguſtijs verſatur, nu. 17. mittit ad Scipionem, nu. 18. ad milites concionatur, nu. 2. ſtudet celeritati, nu. 22. Pompeij caſtra occupat, nu. 28. Alexandriam in Aegyptum venit, nu. 35. bello ab Aegyptijs laceſſitur, nu. 36. Aegyptum ſubigit, nu. 37. in Africã exercitum ducit nu 38. 48. cum ſeqq.
Iulij Cæſaris variæ leges, nu 8. 11. & 12. 55
Iuliani Iuriſc. cædes, & celebre dictum, nu. 3. 110
Iunia familia Romana antiquiſſ. nu. 1. 91
Ius Aelianum quale fuerit, nu. 7. 76
Ius Ciuile Papyrianum vnde ſic dictum, nu. 2. 67
Ius Roman. amuſſis æquitatis qua omnis Europa nunc vtitur, nu. 4. 113
Ius primùm profeſſus eſt T. Coruncanus, nu. 1. 73
Ius poſtliminij cui olim non competeret, nume. 3. pag. 94
Iuris docendi ratio ante Iuſtinia. qualis fuerit, num. 1. & quomodo ab ipſo immutata, num. 2. & 10. & ſeq. 131
Iuris Ciuilis peritus primus Papyrius, nu. 2. 67
Iuris aſylum, doctrinæque legalis theſaurus Papinianus nu. 2. 111
Iuris docendi ratio olim duplex, poſteà triplex, nume. 4. 138
Iuris profeſſio poſt Iuſtinia. diu ceſſauit: & in Italia ferè per 500. annos in tenebris delituit, nume. 1. & 2. pag. 133
Iuris ſtudioſi quem magiſtratum habeant, nume. 1. pag. 135
Iuriſdictio & generis & ſpeciei nomen eſt, nume. 3 & quomodo ſpecialiter accepta, ab imperio diſtinguatur, nu. 4. 124
Iuriſdictio eſt etiam iudicis dandi licentia, nu. 23. quomodo intelligendum, nu. 28. 127
Iuriſconſultus quis nominetur, ſecũdùm Ciceronem, num. 12. 93
Iuriſconſulti definitio ex Cicerone, nu. 8. 114
Iuriſconſulti qui floruerunt ab anno 1480. vſque 1494. num. 1. 149
Iuriſconſulti qui ab anno 1500. hucuſque floruerunt, permulti, nu. 2. 150
Iuriſconſulti in triplici ratione tradendi iuris verſati nu. 1. 3. & 4. 114
Iuriſconſulti his temporibus celebres in Gallia, nume. 42. in Hiſpania, num. 43. in Italia, nu. 44. in Germania, nu. 45. 154
Iuriſconſulti non de facto, ſed de iure conſulendi, nume. 2. 100
Iuriſconſultorum veterum munus in quatuor rebus poſitum, nu. 1. & ſeq. 114
Iuriſconſultorum variorum nomina, qui Papiniano operam dederunt, nu. 4. 5. 6. & 7. item aliorum quondam incertæ ætatis, nu. 8 113
Iuriſconſultorum ſcientiæ infenſus Caligula, nume. 3. pag. 107
Iuriſperitorum vetus conſilij præbendi mos, nume. 5. pag. 76
Iuriſperitos quot adhibuerit Alexander Imp. in legibus ſeu Conſtitutionibus ferendis, nu. 2. 118
Iuſtinianus in certa capita ius digeſſit, nu. 2. 129
Iuſtinianei noui vnde ſic appellati, nu. 3. 131
Iuſtiniani reprehenſores redarguuntur, nu. 8. 130
Iuuentius Celſus pater & filius Pegaſi ſectatores, nume. 1. 108
Iuuentius Iuriſconſultus Mutij auditor, & præceptor Seruij Sulpitij, num. 2. 100

L.

LAbeo à Trib. pleb. vocatus, quid reſponderit, nume. 44. 119
Labeo Iuriſconſ. eiuſque libri, & libertas, num. 5. & 7. 105
Labeones eius nominis plures, nu. 9. 106
Labieni acerba & tumida reſponſio ad poſtulata Cæſaris, num. 15. eiuſdem temeraria iactantia, nume. 15. & 25. 49. cum ſeq.
Lambertinus de Ramponibus, nu. 4. 140
Lancelottus Decius, nu. 6. 149
Lancellottus Galliaula, nu. 10. 152
Lancellottus Politus floruit anno 1512. nu. 2. 151
Lanfrancus de Oriano, eiuſque ſcripta, nu. 8. 149
Lapis mater Deûm, qua ſolennitate Romam introducta num. 3. 77
Lapus Iuriſconſultus, eiuſque ſcripta, nume. 21. pag. 141
Latinorum Reges poſt Aeneam, nu. 5. 6
Laurentius Calcaneus, nu. 9. 149
Laurentius de Rodulphis, nu. 8. 145
Laus Balbi Lucilij, ex Cic. nu. 2. 100
Legatio Q. Fabij ad Hannibalem, nu. 3. ad Carthaginenſes, nu. 4. ad Volſianos, nu 6. 74
Leges à Publicola latæ nu. 3. 15
Leges variæ ab Auguſto Cæſare latæ, nume. 6. 62. & 63. pag. 59
Leges à Numa Pompilio latæ, nu. 6. 9
Leges variæ incertorum authorum, nu. 12. 66
Leges Semproniæ agrariæ, nu. 6. 92
Leges Solonis, & aliorum Græcorum, à Romanis per legatos petitæ, nu. 1. 26
Leges à Romulo latæ, nu. 6. 7
Leges Corneliæ de maleficijs, variæ à Sylla latæ, nume. 62. 48
Leges de Repetundis, à varijs latæ, nume. 16. pag. 55

Leges

Leges ſacratæ vnde nomen acceperint: & quales fuerint,1.& 2. 24
Leges Clodij aduerſus Ciceronem, n.99.& 100.& aliæ nonnullæ.nu.10.102.103. 45
Leges anno V.C 322.324.370.376. a Tribunis pl.& conſulibus variæ latæ.nu.11,12.13.14.15.16.& 18. 33
Leges ab Antonio latæ,nu.1. 57
Leges à Pompeio latæ,1.& no.ſeq. 46
Leges annonæ ſemper neceſſariæ, nu.1. 54
Leges XII.tabularum: de cultu deorum,num.4.& genere eorum,num.6.de Templis,nu.5. de ſerijs, nume.7.de ſacerdotum officijs & generibus, num.8.& 9.de ſacrificijs mulierum. ac ludis,num.10.de ſacrilegio,periurio,inceſtu,num.11.de funeribus & ſepulchris,nume.12.de Magiſtratibus ciuilibus,& militaribus,nu.13.& 14.de Aedilibus,num.15.Cenſoribus, num.16.Prætoribus,num.17.Conſulibus, nu.18. de temporibus magiſtratuum, & præceptis eorum, nu.19.& 27.de Dictatoris officio, nu.20.de Auſpicijs & electionibus, num.21.de Tribunis plebis,num.22.de Senatu,num.23.de Suffragijs, num.24.de Quæſtoribus,num.25.Quibus ius ſit cum populo aut Senatu agendi,num.26.de Legibus & priuilegijs,num.28.de iure perſonarum: Patria poteſtate,Tutoribus & Curatoribus,num.29.de Suis & legitimis hæredibus, nume.30.de Teſtamentis,& legatis,num.31.Familiæ erciſcundæ,num.32.de Iudicijs: in ius vocando,dilationibus,nume.33.de re iudicata,num.34.de Emptione,venditione, & vſucapionibus.num.35.de Seruitutibus & Finibus regundis,nume.36.de iniurijs,& delictis,num.37.de Furtis,nu.38. 36.cum ſeqq.
Leges Rerumpub. per Harmoniam à Platone quomodo depinguntur.nu.4. 8
Legis Iuliæ repetundarum quinque capita, num.17.& 27.29.30. 55
Legum explicatio ad prudentes delata.2. 67
Legum in ſpeciem pugnantium conciliatio ad I.C.pertinebat, nu.6. 114
Lex Aterina & Tarpeia de mulctis.nu.5. 25
Lex Regia,quando lata.6. 65
Lex Cornelia de falſis.65. 42
Lex Cornelia,de iniurijs.66. ibid.
Lex de parricidijs à Sylla lata, à Pompeio emendata, 67. ibi.
Lex Cornelia,de Teſtamentis,68. ibi.
Lex publia quæ,à quo,& quando lata. 4. 25
Lex Iulia de adulterijs & ſtupro: eiuſque viginti nouem capita,nu.19. 61
Lex Iulia de fœnore,de libertatibus,num.5. 8.agraria, nu.10.Repetundarum,nu.13. 54
Lex iudiciaria ab Auguſto lata,56. 63
Lex Iulia,de vi publica: eiuſque capita.& de vi priuata,nu.57.& 58. 63
Lex Iulia,Maieſtatis, 50. ibid.
Lex Iulia,de maritandis ordinibus, ab Auguſto lata, eiuſque ſeptem capita.7.nu.ſeq.vſque 1. 59
Lex Aquilia de damno dato.3. 52
Lex Iulia,de Ambitu.38. 61
Lex Iulia,de Peculatu.ab Auguſto lata: de Reſiduis,nume.39.& 47.de ſacrilegio.nu.49. 61
Lex de prouocatione & Tribunitia poteſtate,num.10. pag.31.
Lex noua ſemper antiquam abrogat, ſi ſit contraria, nu.5. 72
Lex Acilia,de pecunijs repetundis.27. 38
Lex de Conuiuiorum ſumptibus lata,28. ibid.
Lex Voconia,de mulierum ſucceſſionibus imminuendis,19. 34
Lex de legibus ſeparatim ferendis.48. 40
Lex ſumptuaria à P.Licinio Craſſo lata, poſt veteres, Orchiam,Fanniam,& Didiam.49. ibid.
Lex de infamibus,Auguſti tempore lata.64. 64
Lex repetundarum à Sylla confirmata, 57. 42
Lex ſumptuaria à Sylla lata,de conuiuijs,& de funeribus,nu.58.59. ibid.
Lex Iulia de Teſtamentis: eiuſque quatuor capita,nu.16. 59
Lex Agraria quando, & à quo lata.nu.3. 75
Lex Genutia Aemilia de officio Prætoris.3. 35
Lex Glicia,de Teſtamentis.18. 37
Lex Caſſia,de Senatu,& magiſtratuum numero augendo,5. 57
Lex Fabia, de ambitu.6. ibid.
Lex Cincia,de patrocinijs tenuioribus gratuitò præſtandis,ad quam Paulus I.C.ſcripſit.15.21. 37
Lex de Ambitu à Piſone Conſule lata: & à Cicerone Conſule: nu.77. 78. & à Cicerone Trib.pleb.nu.79. 43
Lex frumentaria.80. ibid.
Lex,de legibus ferendis.86. 44
Lex de ſuffragijs ſeorſim ferendis.87. ibid.
Lex,de ſuffragijs tabella ferendis iterum repetita, & ad perduellionis quoque iudicium extenſa.44. 40
Lex ſumptuaria de cibis,quibus cœnæ inſtruerentur, 73. 43
Lex Fannia de ſumptibus,quæ ad totam Italiam poſteà porrecta eſt,nu.33.38. 39
Lex de repetundis,quam Cicero ſocialem vocat, nu.34.& 35. 39
Lex Pætilia de ambitu.5. 35
Lex Manlia de viceſima.6. ibi.
Lex iudiciaria à Pompeio lata,3.& 4. 46
Lex Iulia,de ſumptibus: de ſeſſionibus,nu.23.& 24. de manumiſſionib.nu.25.de ceſſione bonorum, num. 26.de limitib.nu.27.de prædio dotali,nu.38. 61
Lex Clodia de liberali cauſa,quando, & à quo lata,nume.39. 30
Lex de ambitu,à Cornelio & Bæbio lata.30. 38
Lex Hoſtilia, vt alieno nomine quibuſdam caſibus agere liceat. 31. 39
Lex de pecunijs ob rem iudicandam captis.7. 46
Lex Pompeia de parricidijs,8. ibi.
Lex,de eodem Magiſtratu intra decennium non repetendo,nu.8. 35
Lex ſacrata militaris,nu.9. ibi.
Lex Iulia Peculatus ad varios caſus extenſa, nu.41.42. 43.& 44. 61
Lex Iulia,de Annona: eiuſque pœna. 2. 54
Lex Pompeia de Magiſtratibus & præſertim Bithyniorum,14.15. 57
Lex Iulia ab Auguſto lata,de Repetundis pecunijs: eiuſque capita,nu.50.51.52.53. 63
Lex Plautia,de vi,& rebus vi poſſeſſis.54. 41
Lex Falcidia quando lata.nu.8. 65
Lex Furia Caninia quando lata,9. ibi.
Lex Aelia Sentia quando & de quibus rebus lata, nu. 10. ibid.
Lex Iunia Norbana de ſtatu libertinorum, quando lata,nu.11. ibid.
Lex perduellionis à Tullo Hoſtilio lata,4. 10
Lex Iudiciaria,nu.51. 48
Lex Plautia,de quindecim iudicibus ex ſingulis tribubus creandis,53. ibid.
Lex prouocationis à familia Valeria ter repetita,nu. 15. 36
Lex Hortenſia de Plebiſcitis & de Nundinis,17. 57
Lex Iulia Caducaria.19. 62
Lex Iulia de Iudicijs: eiuſque ſex capita, 10. 60
Lex Cornelia,de ſicarijs & veneficis.61. 42
Lex Petilia & Papyria de ære alieno grauatis, num.11. pag.30.
Lex Aemilia,de cenſuræ tempore, controuertitur,nume.3.6.& ſeqq. 78
Lex Mutia Licinia de regendis in ſuæ ciuitate ſocijs, nu.2. 98
Lex Lætoria ſiue Lectoria,de Minorib.nu. 8. & 9. 52
Lex de Moneta.104. 46
Libertus quando operarum obligatione liberaretur, & iureiurando ne vxorem duceret.9 10. 59
Libertatis Romanorum primus vindex & cuſtos Brutus,nu.8. 14

Libertatis maxima cuſtodia, ſi magna imperia non ſint diuturna, nu.9. 33
Libidines multis imperijs exitium attulerunt. 5. 5
Licinia familia plebeia ampliſſima nu.1. 92
Licentia procreationis, occaſio difficultatis, num.1. pag 17.
Licentiati hodie vnde nomen habeant 8. 132
P. Licinius Craſſus Diues Mutianus, vnde ſic dictus, nu.2. 93
Ligarius contra Tuberonem defenſus à Cicerone, nu. 2. 104
Liuiorum familia plebeia, ſed illuſtris, nu.1. 94
Locus Auſonij eleganter explicatus, nu.24. 38
Locus Cic. in Catone maiore, nu.6. 86
Lotharius Saxo inſtituit vt ius in Scholis proponeretur, nu.2. & 3. 133
Lucilius Balbus Mutij auditor, Stoicus, nu.1. 100
Ludouicus Gomerius I.C. Hiſpanus.6. 152
Ludouicus Catus. ſiue Cautus.54. 153
Ludouicus Gozadini.14. 155
Ludouicus Bologninus I.C. eiuſque epitaphia, nu.8. pag. 149
Ludouicus Romanus Pontanus, obijt anno 1439. eiuſque laudes, nu.1.2.3. mors inopina, num.4. epitaphium, num.5. 147
in Ludis ſpectandis, quando Senatus primùm à populo ſeparatus, nu.4. 76
Ludi Apollinares in ſtatam diem coniecti.21. 37
Lunæ ecclipſis à Sulpitio Trib. mil. prædicta, num.4. pag. 76
Luxus mulierum lege coercitus.20. 37
Luxuria externa per milites in plebem deriuatur. nu. 29. 38
Lytæ quarti anni auditores iuris, nu.5. 131

M.

MAgiſtratus plebis vt eſſent ſacroſancti, cóceſſum, nu.13. 53
Magiſtratus alij capitalibus quæſtionibus præerant, alij iuri dicundo, nu.7. 125
Magiſtratibus prouincialibus negociationes interdictæ, nu.54. 56
Magiſtratus prouinciales plerunque ſubditis aliquid efflagitant, & quomodo prouidendum ne ab ijs in ea re peccetur, num.18.22.23.26.28. 56. cum ſeq.
Magiſtratus quotuplici poteſtate præditus ſit, nu.2. pag. 124.
Maſſurius Sabinus Iuriſcon. ſucceſſor Capitonis, nu.1. pag.106.
Magiſtri equitum quales fuerint, 1. & 3. 20
Maieſtas, quid? & læſæ maieſtatis crimen. nume.60. & 61. 63
Manumittendi mos antiquus Roman.4. 105
Manliorum familia patritia: eiuſque inſignes viri, nume.1. 85
Manlius Torquatus, eiuſque geſta, & dignitates, nu.4. ibid.
M. Manlius, ſiue Manilius, I.C. & Conſul: eiuſq; res geſtæ, nu.1.7.18. & 38. 85. cum ſeq.
Marcus Blancus I.C. obijt anno 1545. nu.20. 152
Marianus Socinus Senenſis I.C. eiuſque laus.3. 148
Marius Solomonius Iuriſcon. nu.1. 151
C. Marij in optimates ſæuitia, nu.47. 40
Marcellus Iuriſconſultus tempore Seueri: eiuſque libri, nu.2. 110
Martinus Iuris gloſſator.5. 135
Martinus de Sulmannis, nu.5. 140
Martinus Laudenſis, eiuſque ſcripta nu.5. 149
Martinus Syluanus præceptor Ioannis Andreæ, nu.4. pag. 140
Maſſilia Galliæ condita, nu.7. 12
Mater Deûm Lapis, qua ſolennitate Romam introducta, nu.4. 72
Matthæus Mathefilanus Iuriſcon. eiuſque ſcripta, nume.9. 146
Mediatores ſæpè neutrius partis gratiam ineunt, nume.6. 21
Meri imperij diuiſio in ſummum & non ſummum, 20. 127.
Merum imperium magis eſt legis quàm magiſtratus, num.15. 126
Merum imperium diu poſt creationem prætorum lege delatum, nu.39. 159
Merum imperium quæ in re differat à Iuriſdictione ſpecialiter ſumpta & illius exemplum, num.5.14. & 19. 125
Merum ius gentium: merum iudicis officium! merũ factum, nu.17. 127
Militem Cato qualem non optaret, nu.21. 81
per Milites luxuria externa in plebem deriuatur, nu. 29. 38
Militibus abſque ſacramento non permiſſum pugnare, nu.31. 84
Militarium ſeu legionariorum Tribunorum officiũ, eorumque duo genera, 4. & 5. 36
Mixti Imperij cum Iuriſdictione affinitas. 9. & nu.12. pag. 115
Mixtum imperium vnde ſic dictum, 16. 126
Modeſtinus Iuriſconſ. præceptor Maximini Imper. num.1. 113
Modicè dicendum ſenatori.74. 122
Monarchia Romana quando cœperit, & quanta fuerit, num.5. 4
Monarchiarum cauſæ, numerus, & diſtinctio.2. 3
Mortis pœnam Romanis primus Sylla introduxit, nu. 70. 48
Mulieres nuptæ, quo iure eſſent ea lege Romuli, nume.9. 8
Mulierum luxus lege coercitus.20. 37
Mutationes imperiorum non fiunt caſu fortuito, nume.1. 5
Mutius Scæuola Iuriſperitiſſ. & eloquentiſſ.6. 98
Q. Mutius à Mario occiſus: & eius ſcripta in iure ciuili, nu.11. & 15. 99
Mutius Scæuola Conſul, & Pont. Max. nume.7. & 8. pag.93.
Mutius Scæuola Augur, Iuriſconſultus, Conſul, eiuſq; laudes, fortitudo & conſtantia, nu.2.3.4. & 5.
Q. Mutius Scæuola Pont. Max. Conſul & Iuriſperitus, num.1. 97
Mutia, feſtum Aſianorum, vnde? nu.5. 98
P. Mutij Scæuolæ geſta, mores, & libri 10 iure ciuili, nume.10. & 11. 95
Mutiorum familia, & præſtantes viri, 4. 92

N.

NAualis pugna Carthaginenſ. & Romanor. n.26. pag.89.
Negociationes prouincialibus Magiſtratibus interdictæ, nu.24. 56
Negotiatio ſcribis lege interdicta.98. 45
Nepheris Africæ ciuitas capta à Scipione. 29. 99
Neratius nequam, non Iuriſconſultus. nu.3. 109
Negotialis ſtatus quid? nu.9. 114
Neratius Priſcus Iuriſconſ. Traiani Imp. familiaris, num.1. 109
Nicolaus Boerius quo tempore floruit, nu.3. 149
Nicolaus Malumbra Iuriſconſ. eiuſque epitaphium. nu.3. 139
Nicolaus de Neapoli. nu.2. 139
Nicolaus Euerhardus laudatur, eiuſque Topica, nume.30. 153
Nicolaus Alexandrinus Bartoli gener.15. 143
Nicolaus Spinellus Neapol. I.C. nu.16. ibi.
Nihil temerè faciendum, Scipionis dictum.3. 78
Nomina Romani vnde ſoliti ſumere, 1. 92
Nomen Dictatoris vnde dictum.5. 18
Nomen Publicolæ vnde L. Valerio inditum. eius res geſtæ, nu.2.4. 54
Notam adſcribere, & Notare, quid, nu.22. 117
Notæ Pauli & Vlp. in Papinianum, olim infirmatæ, nume.18. 112

Noma-

Numantia à Scipione exciſa,34. 90
Numa Pompilius ſecundus Romanorum Rex, pacificus & Iuriſconſultus, nu.1. 8
Nummus Victoriatus quando percuſſus,& qualis,nu. 105. 46
Nux Pinea,an ſit pomum.nu.2. 103

O.

OBnunciare quid ſit,nu.32. 39
In Obſcuris quale iudiciũ ſequi ſolitus Bartolus,nu. 12. 142
Obſeruantia vel contemptus principũ erga leges,cauſa eſt conſeruationis vel interitus eorum nu.5. 2
Occaſio creandi Dictatoris & modus.nu.3.& 4.verùm à Græcis an verò ab Albanis ſumpto exemplo,nu.6. & 7. 17
Octauius quibus parentibus natus :à Iulio Cæſare adoptatus, & Octauianus, ac poſteà Auguſtus dictus. quo anno Conſulatum primum ſit adeptus, num.1. & 2. 58
Octauius Balbus iuriſperitus laudatus,nu.1. 100
Odofredus Beneuentanus:eiuſq; ſcripta, & epitaphium,nu.1.& 2. 137
Officium & dignitas Cenſorum, num.3.& 4.poteſtas, nu.5.& 7. 33
Officij metæ ſeruandæ, & abſtinendum non neceſſarijs,nu.41. 52
Offilius Iuriſc.quem audierit,& quando floruerit,& quot libros ſcripſerit,nu.1. 103
Oldradus de Ponte quando floruerit.11. 141
Oratio Agrippæ Menenij ad plebem,nu.12. 22
Optima lege quid ſignificet,nu.11. 59
Oratio mentis character.12. 82
Oratorum dignitas per legem Pompeiam iudiciariã collapſa, nu.1.& 5. 46
Orbitas & ſenectus nonnullis licentiam præbent, nu. 1. 104
Orbius Iuriſc.auditor Iuuentij, nu.1. 101
Ordo rogandi ſententias in ſenatu.65. 52
Ordo Senatorius per Appij lectione deformatus,nume.3.& 4. 68
Origo Catonis,& exercitia iuuenilia:res geſtæ, nu.1. & 16. 81
Origo familiæ Sulpitiorum:ex qua Seruius Sulpitius natus,nu.1. 101
Origo Rutiliorum vnde,nu.1. 94

P.

PAcuuius Seruij Sulpitij auditor.1. 104
Pætus Aelius quo patre natus,& quo anno Aedilis, Prætorque factus,num.2.& 6. Conſul, nu.7. Cenſor.16. 74.& ſeq.
Palmatæ veſtes ſolis Conſulibus conceſſæ.4. 16
Pandectarum diſtributio in libros 50.& partes ſeptẽ, num.1.& 2. 130
Panormitanus nomine Nicolaus Siculus de Tudeſchis, Abbas,Archiepiſc.Cardinalis,1.& 2. 147
Papinianus ſingulos vincit,cedit duobus 17. 111
Papinianus ſecuri percuſſus à Baſſiano Anton. nu.10. ibid.
Papiniani epitaphium duplex,12.& 13. ibid.
Papiniani laudes,& ſumma autoritas in Iure,num.14. & 15. ibid.
Papinianiſtæ tertij anni auditores Iuris. 4. 133
Papinianiſtæ vnde ſic dicti.4. 111
Papyrius primus ſacrificiorum Rex, & Iuriſperitus, num.15. 67
Sext.Papyrius Iuriſc.non celebris,2. 101
Papyrij fœneratoria crudelitas & libido.15. 36
Papyriorum familia antiqua paulatim conſenuit,nu. 1. 101
Parentes coniugium liberis non prohibeant.15. 54
Parricidium quando primùm Romæ commiſſum : & leges de eo latæ, 9.& 10. 47
Parricidarum ſupplicium à quo inuentum. 12. 47
Pars viceſima hæreditatum & legatorum,qua lege, & quatenus fiſco delata,11. 59
Patres,conſcripti,lecti,Principes,95. 116
Patres,Conſcriptique. 5. 14
Patres a Romulo inſtituti,vnde ſic dicti,& Patricij,& Patres conſcripti,nu.3.& 4. 7
Patria poteſtas à Numa parumper mitigata,8. 9
Patria poteſtas maxima,ea lege Romuli.11. 8
Paternæ ſeueritatis exemplum in Manlio ſententiam de filio ferente,37. 91
Iulius Paulus I.C. Patauinus, Prætor, Conſul, Præfectus Prætorio,nu.1. 112
Pauli Iuriſconſ.libri quamplurimi in iure ſcripti, 2. 3. ibid.
Paulus Virginius inter Iuriſconſultos nominatur:de cuius vita & libris nihil conſtat,nu.1. 96
Paulus de Lazaris Iuriſc.24. 145
Paulus de Caſtro Iuriſc.eiuſque laudes,& epitaphiũ, nu.7.& 8. 146
Pauli Manutij liber Antiquitatum,19. 66
Pax Carthaginenſibus lege data,25. 38
Peculatus pœnæ extraordinariæ, 46. 62
Peculatus definitio. eiuſque pœna varia, 40. 45. 61
Pedius Iuriſconſ.& eius libri.1. 108
Pedarij ſenatores:Pedarij Equites nu.59. 61. 120
Pegaſus Iuriſc.Præfectus vrbi.nu.1.& 3. 108
Pegaſianum Senatuſconſultum.2. ibid.
Perduellionis lex à Tullo Hoſtilio lata,4. 10
Petrus Baſutius nu.12. 148
Petrus de Vbaldis,tertius Baldi frater,nu.3. 144
Petrus de Bella Pertica Burgundus Iuriſc. eiuſq; ſcripta varia, 1.2.3. 139
Petrus Vinea, Imperialis dignitatis aſſeſſor. nume.2. pag. 36
Petrus Mauroceenus Cardinalis,3. 146
Petrus Mathe ſilanus.10. 148
Petrus Paulus Pariſius, nu,6. 152
Petrus de Ancharano Iuriſc.eiuſq; epitaphiũ.1.2. 145
Pharſalicum prælium inter Cæſarem & Pompeium, num.16. 50
Philippus Decius auditor Iaſonis & aliorũ anno 22. ætatis Doctor factus & profeſſor. nu.1.& 2.eius laudes.& cum alijs ſimultas, nu. 3. à Felino accuſatus, num.6.deinde exul in Gallias profugit,num.8.tandem meliori fortuna vſus,anno 1535.obijt, nu. 9. epitaphium,nu.10. 150
Pictoris cognomen in familia Fabiorum vnde.1. 80
Pignora capere,& pignoribus capta coercere, quid. num.38. 118
Plebi commiſſa à Romulo,nu.8. 7
Plebiſcita vt populum tenerent,lege effectum,9. 31
Plebis ſeceſſio in montem Sacrum,nu.11 22
Placentinus iuris profeſſionem primus in Gallia propagauit,nu.2. 134
Plato laudatur,eiuſq; inſignis locus explicatur, num. 3.& 6. 1
Plautus Iuriſconſultus, nu.1. 109
Pœna ſacrilegij varia,nu.49. 62
Pœnæ Peculatus extraordinariæ, 46. 62
Pœna legis Iuliæ Repetundarum extraordinaria, nu. 54. ibi.
Pœna Collegiorum illicitorum vnde ſumpta,95. 45
Pœna legis Pompeiæ de parricidijs,duplex, nume.12. & 13. 47
Podagræ remedium. 2. 95
Pompeius è Cæſaris amicitia ſe auertit : Brunduſium proficiſcitur,& exercitum colligit,num.3.& 8.magnam claſſem cogit,nu.12.ſuperbè ad mandata Cæſaris reſpondet.nu.14.eruptionem in Cæſarianos facit,nu.19.celeritati quoque ſtudet,num.21.nimium ſibi fidit,nu.24.acie excedit, n.27. ex caſtris profugit.29.Peluſium venit,31.interficitur.33.48.& cũ ſeq.
Pomponius Grammaticus.3. 106
Pomponius multos iuriſconſultos recenſere omiſit, nu.1. 100
Pomponius I.C.Alexandri Imp. conſiliarius. eiuſque libri,nu.1.& 3. 113

Pom-

Pomponij error in numero Prætorum.6. 123
Pomponij error de Craſſo.6. 94
Pomponij error in Q. Mutio,nu.1. 74
Pompeiani ad dignitates non admittendi.7. 57
Pompeianorum nimia fiducia & ſpiritus: ac præmatura victoriæ deſignatio,nu.11.& 25. 50
Pontifex nemo bonus, niſi qui ius ciuile cognouerit, num.7. 98
M.Portius Cato quibus artibus ſe exercuerit,nu.2.& 3. 81
M.Portius Cato M.F.Iuriſperitus,nu.1. 85
Poſtliminij ius cui olim non competeret,nu.3. 94
Poteſtas patria maxima,ea lege Romuli,nu.11. 8
Poteſtas patria à Numa parumper mitigata.nu.8. 9
Poteſtas & imperium Dictatoris,nu.10.& 15. 19
Potitia gens,eiuſque interitus,nu.6. 69
Prædium dotale quatenus non alienandum, vel obligandum,nu.28.& 37. 61
Præfectus vrbis non habuit ius ſententiæ in ſenatu, nu.59. 117
Præfecti Prætorio ſucceſſerunt Magiſtris equitum,nume.4. 50
Prælium Pharſalicum inter Cæſarem & Pompeium, nu.26. 56
Prætextæ & bullæ origo & inſtitutum,nu.5. 12
Prætor Romæ quare creatus,nu.31. 128
Prætor fideicommiſſarius:tutelaria,nu.7.8. 113
Prætor Vrbanus eiuſque officium multiplex,nu.1.& 3. ibid.
Prætura quando cœperit,nu.1. 138
Prætores duo: Vrbanus & Peregrinus:eorumque differentia,num.5.& 3.& quando plures Prætores creari cœperint,nu.5. 123
Prætores qui publicis iudicijs præerant. num.3.& 7. 124.
Prætores ſex,quo anno primùm creati.2. 76
de Prætorum poteſtate: an iuriſdictionis tantùm, an etiam meri vel mixti imperij fuerit,nu.12.14.32.38. 154.
Prætoris edictum primò ab Ofilio compoſitum, nu.2. 103
Prætorio,nu.7.eius libri,nu.11. 111
Prætura Romæ introducta, nu.1. 35
Pragmaticum ſiue Practicum tractandi iuris genus,4. 114.
Prehendere quid: & qui magiſtratus prehenſionem habuerint,nu.41. 119
Primus ſacrificiorum Rex Papyrius, & iuris peritus, num.1. 67
Princeps ſenatus quis olim dictus,nu.14. 116
Principum erga leges obſeruantiæ, vel contemptus, cauſa eſt conſuetudinis vel interitus eorum.5. 2
de priuilegijs ſcholaſticorum ſeu ſtudioſorum, nu.3. 133.
Priſci Neratij libri in iure,nu.2. 109
Priuatæ rei ſtudium officit publicis conſilijs.9. 22
Procreationis licentia, difficultatis occaſio.1. 17
Proculi plures celebres nu.1. 107
Proculus iuriſconſultus familiaris Othoni Imp.nu.2.& 3. ibi.
Proculiani vnde ſic appellati.4. 108
Prolytæ vnde ſic dicti.7. 138
Prouinciarum diuiſio cum Senatu ab Auguſto facta, num.3. 164
Prouocationis lex à familia Valeria ter repetita.15. 36
Publia lex quæ,& à quo & quando lata,4. 25
Publicolæ nomen vnde L. Valerio inditum, eius res geſtæ,nu.2.& 4. 15
Publilij Dictatoris leges aduerſus Senatum.10. 36
Pyrrhus Epiri rex in Italia bellum gerit:ab Appio contemnitur,15.& 19 in vrbem Romã non admittitur, nu.20.vincitur & Italia expellitur,nu.22. 70

Q.

QVæſitor, Quæſtor, Iudex quæſtionis, princeps iudicum,nu.10. 114
Quæſtio de ſicarijs diui non perpetua, ſed extraordinaria,nu.64. 42
Quæſtio iuris perpetui, & vniuerſi generis, non hominum nomina,ſed rationes & argumenta deſiderat,nu.3. 91
Quæſtiones perpetuæ quãdo primùm inſtitutæ,& cur ſic dictæ, & earum Prætores,Quæſitores, num.36.& 37. 38
Quæſtiones perpetuæ vnde ſic dictæ:& quæ nu.6.& 8. pag. 124
Quæſtura quo anno ætatis geri potuerit nu.10. 116
Quæſtoriorum ſcribarum magna olim dignitas, nu.97. 45
Quinquennium Iuri diſcendo conſtitutum.9. 132.

R.

RAinerus Foroliuienſis præceptor Bartoli, eius epitaphium.nu.20.21. 141
Raphael Comanus ſiue Comenſis, eiuſque epitaphium,nu.1. 126
Raphael Fulgoſius,eiuſque epitaphium.2. 146
Regni Troiani initium & progreſſus.1.3. 4
Reges Latinorum poſt AEneam,nu.2. 6
Regula Catoniana.à quo nomen habeat,2. 85
Remus & Romulus gemini ex Rhea Syluia nati,nu.4. pag.6.
Remedium podagræ,nu.8. 96
Repudium propter ſpectatos ignorãte marito ludos, miſſum,nu.6. 73
de Repetundis leges à varijs latæ,nu.16. 55
Rerumpub. leges per Harmoniam à Platone quomodo depingantur,nu.4. 1
Rerum capitalium cognitio olim populo reſeruata, num.55. 45
Reſponſum Cratippi de fatalibus imperiorum periodis,nu.30. 55
Rex AEgypti Ptolomæus, amicus Romanorum bello Punico.4. 73
Rhea Syluia Numitoris filia,nu.3. 6
Richardus Malumbra Iuriſc. laudatur. eius epitaphium,nu.1.& 2. 140
Robertus Maranta floruit,anno 1519.nu.9. 152
Rochus Curtius floruit,anno 1515. ibid.
Rofredus auditor Azonis:eiuſque laus & ſcripta, nume.1. 134
Rogandarum ſententiarum in ſenatu modus, num.57. pag. 120
Rolandus Placiola I.C.eiuſque epitaphia, nu.1. 139
Roma vrbs quo anno & die condita,nu.1. 6
Romana Monarchia quando cœperit,& quanta fuerit, num.6. 4
Romani vnde nomina ſoliti ſumere.1. 92
Romanorum claſſis contra Carthagineſes quanta fuerit,nu.8. 86
Romanorum quintus Rex Tarquinius priſcus, eiuſque res geſtæ,nu.3.4.& virtutes,nu.5. 11
Romanorum primus Rex Romulus,nu.1. 6
Romanorum Rex ſecundus Numa Pompilius, pacificus & Iuriſconſultus,nu.1. 8
Romanorum Rex ſeptimus & vltimus Tarquinius ſuperbus,eius impietas,& tyrannis nu.1.2.& 3.res geſtæ,num.5. 13
Romanorum Rex ſextus Seruius Tullius quomodo ad regnum peruenerit,nu.1. 12
Romanorum Rex tertius Tullus Hoſtilius, quo anno regnare cœperit,nu.1. 9
Romanum imperium multo ſanguine partum, multiſque ciuilibus bellis conquaſſatum & perturbatũ eſt,nu.1. 1
Romulus primus Romanorum Rex.nu.1. 6
Romulus & Remus gemini ex Rhea Syluia nati.4. 6
Regium nomen Romæ deletum,nu.1. 13
Reſtitutio minorũ à Prætoria cognitione pẽdet.36.129
Rubigalia feſta quæ.& quare inſtituta,nu.5. 9
Rutiliorum origo vnde,nu.1. 93

P. Ru-

P. Rutilius Rufus in iuris ſciētia Mutij auditor: poſteà Tribunus pleb. & Conſul, nu. 2. 94
Rutilius Rufus Iuriſperitus & orator, exemplum innocentiæ, ſynceritatis & candoris, nu. 6. 10. & 11. 95

S.

SAbini Iuriſconſulti ſcripta, nu. 4. 107
Sabini Cœlij liber de edicto Aedilium. 2. 108
Sacerdotes Salij vnde dicti. 3. 9
Sacerdotes à Romulo inſtituti, nu. 7. 7
Sacerdotes in ſenatum non veniebant. 30. 117
Sacerdotum numerus auctus, & dignitas plebi cōceſſa, nu. 16. 36
Sacerdotiorum cooptio populo quadantenus impertita. & rurſus adempta, nu. 45. & 61. & iterum reſtituta. 83. & 84. 40
de Sacerdotijs quæ leges, & quibus temporibus latæ, num. 4. 54
de Sacramento egregia ſententia Speculatoris, nu. 2. 137.
Sacrilegij pœna varia. 49. 62
Saltatio cui nomen Titius. 8. 314
Saluius Iulianus Iuriſconſultus quo tempore vixerit, num. 1. 110
Sapientis nomen L. Attilio vnde tributum. 3. 76
Sapientium magna ſæpè & triſtia errata, 34. 51
Scæuola Augur, & Scæuola Pontifex Max. apud ſcriptores confunduntur: & quomodo diſtinguendi. 1
Scæuolæ Iuriſconſulti libri, & reſpondendi mos, nume. 3. 110
Scæuolæ cognomen, vnde in familia Mutiorum. 2. 92
Scæuolæ eloquentia & iuris ſcientia. 8. 93
Scæuolæ Conſulis in regenda Aſia integritas, alijs pro exemplo propoſita, 4. 98
Scipio Africanus Naſicæ filius, vnde hoc cognomen ſibi vendicauit, nu. 1. & 9. creatus Conſul, nu. 2. triumphauit de Carthagine, num. 8. contra luxum & laſciuiam ſeuerus, nu. 11. 78. cum ſeq.
Scipio Aemilianus fit Coſul, eique Africa prouincia & bellum ſine ſorte à populo committitur, nu. 19. & 20. Vticam applicat, nu. 21. 88
Scipio ſuaſit Carthaginem non delendā. & quare. 5. 78
Scipio Naſica in ſumma exiſtimatiōe apud Romanos, & optimus iudicatus, n. 1. 3. Prætor. [illegible] ctus, n. 5. Conſul. nu. 6. triumphat de Boijs, nu. 9. c[illegible]rus in iuriſprudentia, nu. 11. eius facetum dictum. 77
Scipio Africanus ſcripſit libros ſex de Repub. 10. 79
Scipionis triumphus de Carthagine, nu. 33. 90
Scipionis nobile dictum, ſpectantis incendium Carthaginis, nu. 2. 1
Scipionis geſta in Africa, & Senatu Rom. comprobantur, nu. 5. 75
Scipionis edictum de Senatoribus, nu. 7. 77
Scipionis AEmiliani in bello prudentia, fortitudo, nu. 10. 11. 12. 14. 15. & 28. & in ſupplices hoſtes [illegible]tia, nu. 31. 87. cum [illegible]
Scholaſtica iuris interpretatio in quatuor conſiſtebat, nu. 6. 132
Scribis negotiatio lege interdicta. 18. 45
Scribarum Quæſtoriorum magna olim dignitas 17. 45
Scripta & eruditio Tuberonis. 6. 96
Seceſſio in Auentinum, & [illegible] ſacrum. 7. 31
Secures & faſces Conſulares q[illegible]e ligarentur, nu. 5. 16
Secta primùm in iure introducta à Labeone. 6. 105
de Seditioſis ciuibus etiam di[illegible]bus feſtis quæri liceré. nu. 46. 40
Semptonius Sophus, ſiue Sapiēs, vnde ſic cognominatus, inuehitur in Appium Claudium, nu. 1. 2. 8. & 9. creatur Conſul, nu. 10. Pontifex, Cenſor, Prætor: & bello præficitur, nu. 11. 71. cum ſeq.
Sempronij Tudirani Tribuni mil. oratio ad milites. idem Conſul factus, eiuſque geſta, nu. 1. & 3. & virtutes, nu. 5. 72. cum ſeq.
Senaculum quid, nu. 47. & 51. 119
Senator ſemel lectus ſemper manebat, niſi remoueretur, nu. 20. 117
Senatoribus naues habere quando legibus p[illegible]ita, num. 19. 37
Senatorius ordo praua Appij lectione deſo[illegible]atus, nume. 3. & 4. 68
Senatuſconſultum extremum atque vltimum quale, num. 4. 48
Senatuſconſultum per diſceſſionem quomodo fieret, nu. 58. 120
Senatuſcōſultum quoddam tacitum, & quoddam vltimę neceſſitatis, nu. 68. & 69. 122
Senatuſconſultū vrgente bellica neceſſitate factū, 1. 17
Senatuſconſultum quando eſſet iuſtum, vel non, nu. 48. 119
Senatuſconſulti duæ ſpecies ſeu genera, 64. 121
Senatores pedarij, pedibus in ſententiam euntes, nu. 67. 121
Senatores quomodo legerentur, & quæ obſeruarentur in eorum lectione, nu. 5. 7. & ſeqq. nu. 7. 11. & 13. 115. & ſeq.
Senatores non omnes qui ſententiam dicere poterāt, nu. 62. 121
Senatores an inuiti ire in ſenatum cogerentur. 36. 118
Senatores prehendi poterant iuſſu conſulis. 40. 119
Senatóres conuocabantur aut edicto propoſito, aut voce præconis, nu. 35. 118
Senatores conuocabātur aut edicto propoſito, aut voce præconis. 35. 118
Senatores qui excuſarentur ne adeſſent, 45. 119
Senatores, eorumque liberi, a libertinorum nuptijs abſtineant. 13. 59
Sena[illegible] Romæ quis inſtituerit, & [illegible] quos poteſtas legendi ſenatores fuerit. 1. 115
In Sen[illegible]m venire quibus licuerit. 27. 117
Sen[illegible] iuſſatria, & quæ. 71. 122
Sena[illegible] neceſſarium noſſe quid. 73. ibid.
Se[illegible]rum numerus quantus, nu. 15. & 17. 116
[illegible]atu moti, Antonius, & Manilius, & quare. 25. 117
[illegible]natus quo in loco haberetur, 46. & 50. & quo tempore, nu. 13. 119
Senat[illegible]m conuocare qui magiſtratus potuerint, nu. 31. 33. 34. 117
Senatus duplex, legitimus, vel indictus num. 18. & 19. ibid.
Sententijs Iuriſconſultorum diſcrepantibus quæ obtineat. 16. 114
Sententijs diſcrepantibus qua ratio[illegible]ieret Senatuſconſultum. 77. 122
Senten[illegible] togatus ſenator, mod[illegible] reſpondebat, 70. ibid.
Sepult[illegible] litum ab hoſte petit. & con[illegible] ſta. 16. 82
Sepulchri Sy[illegible] inſcriptio. 72. 42
Ser. Sulpitij laudes, & iuris ſci[illegible] ſtudium: ac libri de iure ſcripti, nu. 14. & 15. & [illegible] occaſione iuri operam dare cœperit, 16. 102
Seruius Tullius ſextus Romanorum R[illegible]x quomodo ad regnum [illegible]uenit. nu. 1. 12
Seruius Sul[illegible]itius p[illegible]imus Iuris diſciplinæ artem adhibuit: & [illegible] alios ſuperauit, nume. [illegible] & 4. vt princip[illegible]m locum in iure obtineret, nu. 5. Prætor, nu. 6. & interrex, nu. 7. & Conſul, num. 8. Præfectus Græciæ. nu. 11. 101. & ſeq.
Ser. Sulpitio in legatione mortuo ſtatua poſita. nu. 18. 102
Seruidius Scæuola Iuriſc. Antonini Pij Conſiliarius, præceptor Seueri Imperatoris. nu. 1. 110
Seuerus Imp. filios ſuos Papiniano commendauit, nume. 8. 112
Sæuitia creditorum antiquitus in debitores. 1. 31
Seueritatis paternæ exemplum in [illegible]io ſentētiam de filio ferente. 37. 91
Seueritas Bruti in liberos, eius mors. 1. & 4. 14
Sextus Decretaliom à quo publicatus. 5. 138
Sexti Pōpeij ingeniū præſtans, & iuris ſcientia, n. 1. 95
Signorolus de Homodeis I. C. laudatus. 19. 143
Simon de Burſiano I. C. Cardinalis. 13. 142
Singularia iudicij Repetundarum. 55. 63

Sc[illegible] viri ſapientiſſ. & ſanctiſſ. fortitudo animi & co[illegible]ntia cùm accuſaretur,nu.9. 95
Solon[illegible] & aliorum Græcorum leges à Romanis per le gatu[illegible] titæ,nu.1. 26
Specula[illegible]r quo anno ediderit ſpeculum iuris.1. 137
Statutum Genuenſ.ne Doctores fiant prætores,7. 136
Stoici in dicendo prudentes,& verborum architecti. nu.7. 95
Stola ſacerdotalis Pontificis Iudæorum vbi & quomodo olim tempore Romanorum cuſtodita.1. 107
Studium priuatæ rei officit publicis conſilijs,nu.9. 18
Studioſorum priuilegia hodie ini[illegible] attenuantur, num.2. 132
Stulti prudentibus magis vtiles, quàm prudentes ſtultis.nu.20. 83
Suffragium non voce,ſed tabella, vt ferretur,lege cautum,nu.40.42.& 43. 39
Sulpitiorum familiæ origo:ex qua Seruius Sulpitius natus,nu.1. 101
Superfluum nihil benè conſtat,nu.11. 81
Superbi nomen vnde Tarquinio inditum,2. 13
Supplicium parricidarum,à quo inuentum,12. 47
Sylla phthiriaſi mortuus, & honorificè ſepultus, nume.71. 43
Sylla quæſtiones publicas ac perpetuas conſtituit: & de varijs rebus leges tulit,56. 48

T.

Tabellæ, ſeu ſuffragij per tabellam ferendi,liberta[illegible] nu.41. 40
Tarq[illegible] Superbus ſeptimus & ultimus Romanor[illegible] eius impietas,& tyrann[illegible]s,nu.1.2.& 3.res g[illegible] nu.5.
Tarquinius [illegible]ollatinus Conſul, quomodo m[illegible] ſe abdicauit.1. 14
Tarquinius Priſcus quintus Romanorũ Rex,[illegible]ne res geſtæ,nu.3.& 4.virtutes nu.5.
Tarquiniorum pater Demaratus Corinthius.2.
Tarquiniorum familia & origo,nu.1. 11
Templi appellatio quid ſignificet,nu.52. 110
Termini agrorum,& Terminalis Iupiter,& Terminale feſtum.nu.7. 9
Tertullianus Conſul,Theologus,Iuriſconſultus, nu. 6. 110
Teſtamentum quomodo aperiendum,17. 59
Teſtimonium i[illegible]to aduerſus quem non denunciandum,nu.21. 65
Theophili inte[illegible]s,ac Aemilius notantur[illegible] 128
Tiberius,Cæſar,[illegible]gula,& Claudius, ab[illegible]pio deſcendu[illegible]25. 70
Tibicines i[illegible]e Iouis non licuiſſe veſ[illegible]nu.6. 68
Titius Cæſi[illegible] Sulpitij auditor. 104
Tribunorum [illegible]ariumſeu legionariorum officium eorumque [illegible]o genera,nu.4.& 5. 35
Trebatius Iu[illegible]onſultus celebris, non ex natalib. ſed eruditione [illegible]miliaris Ciceroni,& Cæſari, num. 23.
Tribunus pl.lege Pompeia reſtitutus,[illegible] Sylla ac[illegible]merat,nu.1. 46
Tribunis pleb.an Curiam ingredi permi[illegible]um.28. 117
Tribunis plebis ferendarum legum ius à Sylla ademptum,nu.60. 42
Tribuni militum vt à populo crearentur,lege ca[illegible]tũ, num.14. 36
Tribuni plebis vnde ſic dicti,& quot initio ac deinde fuerint creati,nu.1.& 2. 23
Tribuni plebis,an magiſtratuum nomine contineantur,nu.3.& 5. 23
Tribuni pl[illegible]ſacroſancti. Eorum poteſtas & officiũ, nu.5.7.9.10.& 12.& an contra Dictatoris imperium potuerint intercedere,nu.8. 23.& 24
Tribuni plebis Senatores effecti nu.11. 24
Tribuni militum Conſulari poteſtate creati,nu.3. 32
Tribuni pleb.coercendi non vocandi ius habuerunt, nu.43. 14
Tribuum & Curiarũ diſtributio à Romulo facta,2. 6
Tribunorum plebis creandorum cauſa & occaſio, & nu.1.3.& 4.& ſeqq. 20
Triumphus Scipionis de Carthagine, nu.33. 9
Triumphi Cæſaris quatuor: Gallicus nu.42.& 43. Aegyptius,nu.44. Ponticus, nu.45. Africus,num.46.& quintus Hiſpanicus,nu.51. 13
Trinoctium vſurpationis quomodo computandum, num.9. 49
Triumphus Craſſo poſtulatus denegatur. nu.3. 93
Troiani belli cauſa:eiuſque ca[illegible]itas,nu.4.6. 5
Troianorum primus Rex Dardanus,1. 4
Troiani regni initium & progreſſus,num.1.& 3. 4
Tuberonum familiæ origo,tenuitas,& paupertas,nume.1. 95
Tubero Iuriſconſ.quo præceptore vſus,& quibus moribus fuerit,nu.3. 104
Tuberonis ſcripta,& eruditio,nu.6. 96
Tullus Hoſtilius Rex fulmine ictus obijt.5. 10
Tullus Hoſtilius tertius Romanorum Rex, quo anno regnare cœperit,nu.1. 2
Tubero ex qua familia fuerit.1. 104

V.

Valerius Publicola legem de prouocatione tolit,nu.6. 16
Valerij Dictatoris edictum pro mitiganda plebe,num.10. 28
Vdalric.Zaſius Iuriſc.laudatur.obijt anno 15[illegible] eius epitaphia,nu.32.33.34. [illegible]
Veneræ leges à Richa.Malumbra digeſtæ.2. 142
Veſtes palmatæ ſolis Conſulibus conceſſæ.4. 16
Veſtitus diuerſitas vt præcipiatur, an vtile ſit Reip. nu.5. 112
Vgolinus Iuriſc eiuſque epitaphium. 4. 135
Victor Feltrenſis Iuriſc.nu.6. 144
Viceſima pars hæreditatum, & legatorum, qua lege, & quatenus fiſco delata,nu.11. 19
Victoriatus nummus quando percuſſus, & qualis,nume.105. 46
Viduitatis conditio legato adiecta, quomodo remittatur,nu.18. 59
Vigilantibus iura ſubueniunt,dictum Scæuolæ, nu.2. 110.
Vindius Verus Iuriſc.tempore Antonini.2. 109
Vita mortuorum,in memoria viuorum poſita.13. 105
Viuendi ratio optima in ſtudio. 2. 113
Vlpianus inter Conſiliarios Alexandri Imp.præcipuus:eidem gratiſſimus & familiariſſimus. nu.4.6.7. tandem à militibus interficitur,nu.9. 2
Vlpiani Iuriſc.origo ex Syria:eiuſque vita & obitus, num.1. 118
Vlpiani Iuriſc. laudes & encomia:& libri.nu.10.& 11. 12 52
Vocationem qui magiſtratus habuerint.41. 129
Volumnij Conſ.cordatum & modeſtum reſponſum contra Appium.14. 70
Voluntatis quæſtio facti eſt,de qua I.C. non reſpondent,10. 114
Voluptas,maxima malorum eſca.6. 81
Vſus codici[illegible] quo [illegible] & à quo introductus,nu.3. 103.
Vſusfructus omnium bonorum vxori relictus quid contineat.3. 115
Vticenſes Romanis ſe dedunt,7. 80
Vuerneri ſiue Irnerij I.C.Germani laus.6. 133
Vxorem ex illa prouincia,quam quis adminiſtrat,ducere non licet,nu.25. 56

Z.

Zaſij error de Papyrio,num.3. 67

FINIS INDICIS FORSTERI DE HISTORIA IVRIS.

TYPOGRAPHVS LECRORIS.

QVONIAM author huius Hiſtoriæ Iuris, in Concluſione libri præcedente pleroſque Iuriſperitos in Germania, Gallia, Italia, & Hiſpania, quaſi adhuc ſuperſtites, recenſet: quorum plerique ab eo tempore, quo primùm hic liber editus eſt, rebus humanis exempti ſunt: ac interim noui ſuccreuerunt, à quibus aut paria, aut etiam maiora exſpectamus, ijs, qui paulò antè enumerati fuerunt: operæpretium duxi, ſubſequentem Appendicem huc annectere. vel ideò maximè, quia author ſe à bibliotheca ſua abfuiſſe, ac propterea non omnes Neotericos ſe recenſere potuiſſe ſignificat. Tu itaque, lector beneuole quæ in tuam gratiam & commodum elaboramus, æqui & boni conſule. Vale. *18. Martij 94.*

Appendix iuriſconſultorum, qui intra annos 25. aut circiter, vel diem ſuum obierunt, vel ſcriptis lucem editis clari & celebres eſſe cœperunt.

In Germania, & Belgio.

Albericus Gentilis.
Ambroſius Schurerus.
Andreas Gaill, olim Cameræ Imperialis Aſſeſſor, deinde Cæſareæ Maieſtatis Conſiliarius, ac poſtea Sereniſſimi Principis Electoris Archiepiſcopi Coloniensis &c. Cancellarius, toto orbe notiſſimus: obijt Coloniæ Agrippinæ in patria ſua, Anno 1587. die 11. Decembris.
Antonius Del Rio.
Arnoldus Baert.
Arnoldus ab Haerſolte.
Arnoldus Holſtein.
Arnoldus de Reyger.
Bartholomæus Blarerus.
Bartol. Camerarius.
Bartol. Romuleus.
Benedictus Reinhardus.
Bernardus Copius.
Bernardus Rheidt.
Bernardus VValtherus.
Bernardus VVurmſerus.
Chriſtophorus Ehemius Patritius Auguſtanus.
Chriſtophorus Herdeſianus.
Chriſtophorus Storeius.
Chriſtophorus VVendiotus.
Claudius Cantiuncula.
Conradus Mauſerus.
Daniel Venatorius.
Dethardus Horſtius.
Eberhardus Speekhan.
Eberhardus VVeyhell.
Elbertus Leoninus Cancellarius Geldriæ.
Erneſtus Cothmannus.
Franciſcus Zoannettus.
Fridericus Pruckmannus.
Fridericus Schenck Baro à Tauteoberg.
Franciſcus Zooſbeccius.
Gabriel Mudæus Profeſſor Louanienſis, obijt Anno 1561.
Georgius Eberlinus.
Georgius Lauterbegus.
Georgius Lorichius.
Georgius Obrecheus.
Georgius Viuiennus.
Gulielmus Cornhuyſius.
Gulielmus Hannetonius.
Hardevvigus Daſſelius.
Hartmannus Hartmannl.
Hartmannus Simoonis F. Piſtoris in Senſelitz.
Hector Aemilius.
Henricus Boccrus.
Henricus Hormannus.
Henricus Knauſtinus.
Henricus Ryſwichius.
Henricus Roſenthalius.
Henricus à Swerin.
Hermannus VVlreius.
Hieronymus Elenus.
Hippolytus à Collibus.
Hugo Donellus obijt Altorphij Noricorum, Anno 1591. menſe Maio.
Iacobus Omphalius.
Iacobus Ræuardus.
Iacobus Rickius.
Iacobus Spiegelius.
Iacobus Thomingius.
Ioachimus à Beult in Planitz.
Ioachimus Hopperus Friſius, obijt Madriti in Hiſpan. 15. Decemb. anno 1576.
Ioachimus Mynſingerus à Frundeck, obijt Helmſtadij. die 3. Maij. anno 1588.
Ioannes Althuſius.
Ioannes Aorphachus.
Ioannes Baptiſta Ficklerus.
Ioannes Baptiſta Schwararenthaller.
Ioannes Borcholten Luneburgenſis.
Ioannes Baſius.
Ioannes Fichardus.
Ioannes Fridericus Huſanus.
Ioannes Georgius Gœdelmannus.
Ioannes Gœddæus.
Ioannes Kaufferus.
Ioannes Leonclauius.
Ioannes Longouallius.
Ioannes Lubbechius.
Ioannes Lodouicus Beoder.
Ioannes Oeſtenius.
Ioannes Oldendorpius.
Ioannes Richardus Schefferus.
Ioannes Richardus Oſſanæus.
Ioannes Schneidewinus.
Ioannes Sichardus obijt Tubingæ. 9. Septembr. anno 1552.
Ioannes Thomas Freigius.
Ioannes VVolffgangius Freymonius.
Ioannes Zangerus.
Iodocus Damhouderius.
Iulius Pacius.
Iuſtinus Goblerus.
Iuſtus Reuberus.
Kilianus Goldſtein.
Laurentius Kirchouius Roſtochienſis Academiæ Profeſſor, moritur Roſtochij die 15. Octobr. anno 1580.
Liberius Hoffmannus.
Liberius Hattyſerus.
Ludouicus Grempius.
Ludouicus Fachſius.
Ludouicus Bebeon.
Marquardus Freherus.
Martinus Dobereinus.
Matthæus Boyſs.

Matthæus Cuna.
Matthæus Klock.
Matthæus Laymannus.
Matthæus VVeſembecius Antuerpiæ die 25. Octobris, anno 1531. natus, obijt VVitebergæ anno 1586. menſe Iunio.
Matthias Colerus.
Melchior Kling.
Michael Graſſus Pomeranus.
Modeſtinus Simonis F. Piſtoria.
Nicolaus Creſneius.
Nicolaus Reuſnerus.
Petrus Cornel. Brederodius.
Petrus Peckius.
Petrus Premus.
Petrus Royzius.
Petrus Termineus.
Petrus à VVell.
Raimundus Pius Fichardus.
Raphaël Seilerus.
Reinerus Budelius.
Scipio Gentilis.
Sebaſtianus Scheferus.
Simon Schardius.
Stephanus Berchtoldus.
Stephanus VVerbeuzus.
Theodorus Stratmaonus.
Valentinus Forſterus.
Viglius Zuichemus Friſius natus 19. Octobris, anno 1507. obijt Bruxellæ in Brabantia, 8. Maij anno 1577.
Virgilius Pingiaerus.
VVendellnus Schilling.

In Gallia.

ADrianus Pulæus.
Antonius Contius obijt Biturigibus.
Antonius Faber.
Antonius Guibertus.
Antonius Mercator.
Barnabas Briſſonius Conſiliarius Regius, & Præſes Senatus Pariſienſis, ibidem occubuit.
Carolus Molinæus Pariſiēſis Franciæ & Germaniæ Iuriſconſultus.
Claudius Buyſſonius.
Claudius Battanderius.
Claudius Giſſetius.
Dionyſius Gotthofredus.
Guilielmus Fornerus.
Guilielmus Maynerius.
Hieronymus Verrutius.
Iacobus Cuiacius Tholoſanus Iuriſconſultus, incomparabilis, obijt Biturigibus die 3. Octob. anno 1590.
Ianus Langlæus.
Ioannes Robertus Aurelianenſis.
Ioannes Copus.
Ioannes Coraſius Tholoſanus, in fata conceſſit anno. 1572.
Ioannes Bellonus.
Ioannes Bodinus.
Ioannes Dhumbert.
Ioannes Gillotus.
Ioannes Igneus.
Ioannes Mauritius.
Ioannes Mercerus.
Ioannes Papo.
Ioannes à Roberteria.
Leſcurius. F.
Ludouicus Charondas.
Maſuerius.
Nicolaus Valla.
Pardulphus Prateioa.
Petrus Ærodius.
Petrus Coſtalius.
Petrus Faber.
Petrus Frangianus.
Petrus Gregorius Tholoſanus.
Petrus Iacobus Aurellus.
Petrus Pyrhoeus.
Petrus Rebuffus.
Philibertus Bugnonius.
Philippus Cuſtoſius.
Renatus Choppinus Andeg.
Stephanus Forcatulus.
Stephanus Ranchinus.
Vitalis Nemanſenſis.
Franciſcus Hotomannus ex Otmannorum apud Sileſios familia oriundus, Pariſijs natus, mortuus eſt Baſileæ, 12. Februar. anno 1590. ætatis ſuæ 66.

In Italia.

AChilles Perſonalis.
Ægidius Boſſius Patricius Mediolanenſis, ſcripſit Criminalia.
Ægidius Hortenſius.
Albertus Bolognetus.
Alexander de Neuo.
Alexander Picenardus.
Alexander Sciaticus Bononienſis, ſcripſit Practicas obſeruationes.
Alexander Turranimius.
Alexander Trentacinquius Patritius Aquitanus.
Anaſtaſius Germonius Romanus.
Andreas Alſerius.
Angelus Matthæcius.
Angelus Spannochus patritius Senenſis.
Antonius Vacca.
Antonius Bardus.
Antonius Gabrielius Romanus.
Antonius Galeatius Bononienſis.
Antonius Maria Coratius.
M. Antonius Marſilius.
Antonius Maſſa Galleſius.
Antonius de Matthæis.
M. Antonius Peregrinus.
Aurelius Corbulus.
Benedictus Bonius.
Benuenutus Straccha Patritius Anconitanus.
Borgninus Canalcanus.
Cæſar Contardus.
Camillus Gallinna.
Camillus Plautius.
Carolus Ruinus.
Caſpar Caballinus.
D. Deſiderius Guido Aſculanus.
Flaminius Chartanius.
Florianus de S. Petro.
Franciſcus Balbus.
Franciſcus Sarmientus.
Franciſcus Turranus.
Fridericus Scotus.
Gabriel Palæotus.
Gerardus Mazollus.
Gribaldus Mopha.
Guidus Panciolus.
Hieronymus Cagnolus.
Hieronymus Gabrielius.
Hieronymus Garzonius.
Hieronymus Gigas.
Hieronymus Gratus.
Hieronymus Magonius.
Hieronymus Manfredus.
Hieronymus de Monte Brixiano.
Hieronymus Muſcornus.
Hieronymus Torniellus.
Hieronymus Zanchus.
Hippolytus Bonacoſſa.
Hippolytus Riminaldus.
Horatius Lucius.
Hubertus Zucchardus.
Iacobus Benius.

Iacobus

Iacobus Nouellus.
Iac.Philippus Portius.
Iacobus Puteus.
Iacobutius de Franchis.
Ioan.Paullus Lancellotus.
M.Antonius Cucchus.
Ioan.Anton.Cannetius.
Ioan.Anton.Rubeus.
Ioan.Baptiſta Aſinius.
Ioan.Baptiſt.Caccialupus.
Ioan.Baptiſta Plotus.
Ioannes Botta.
Ioannes Caraſa.
Ioannes Cephalus.
Ioan.Baptiſta Zilettus.
Ioan.Bertachinus.
Ioan.Donatus à Fina.
Ioan.Franciſcus Purpuratus.
Ioan.Franciſcus à Ripa.
Ioannes Guterius.
Ioan.Hieron.Albanus.
Ioan.Maria, & Iacobinus, à Riminaldis.
Ioan.Maria Monticellus.
Ioan.Petrus Bimius.
Ioan.Petrus Surdus.
Ioannes Pettuſius.
Ioan.Stephanus Lamberteogus.
Ioannes Vaudus.
Ioan.Vincentius Hondeus.
Ioſephus Cumia.
Ioſephus Ludouicus.
Ioſephus Maſcardus, obijt ante ſeptẽnium.
Ioſephus de Ruſticis.
Iulius Clarus Alexandrinus.
Iulius Ferrettus.
Lancellottus Conradus.
Laurentius de Pinu.
Laurentius Syluanus.
Lucas Pætus.
Ludouicus Gozadinus.
Ludouicus Zuntus.
Marcabrunus ab Anguillis.
M.Antonius Natta.
Marcus Mantua.
Martinus Aapileueta
Nauarrus, vixit annos 108. obijt Romæ 13. Iunij, anno 1586.
Matthæus Gribaldus.
Octauianus Simoncellus.
Octauianus Veſtrius.
Paullus Merenda.
Pet.Anton.Anguſola.
Petr.Dominicus Magdalenus.
Pet.Nicolaus Mozzius.
Petrus Ricciardus.
Phanucius de Phanuccijs.
Proſper Farinacius.
Proſper Paſethus.
Quintilianus Manduſius.
Rainaldus Corſus.
Robertus Lancellotus.
Rolandus a Valle.
Sebaſtianus Maſſa.
Sebaſtianus Medicis.
Sebaſtianus Monticulus.
Sebaſtian.Vantius.
Seraphinus de Seraphinis.
Sfortia Oddus.
Simon de Prætis.
Stephanus Bertrandus.
Stephanus de Fredericis.
Syluius Spanochius.
Tobias Nonius.
Thomas Doccius.
Tiberius Decianus.
Virginius de Boccatijs.
Vaconius à Vacuna.
Vincentius Carocius.
Vincentius de Franchis.
Vitalis Cambinus.

In Hiſpania & Portugallia.

ALphonſus Aluarez.
Alphonſus Vilagut.
Antonius Auguſtinus Archiepiſcopus Tarraconenſis.
Antonius de Burgos.
Antonius Corduba.
Antonius Gomezius.
Antonius de Leon.
Arius Pinellus Luſitanus.
Didacus Couarruuias à Leyua Toletanus.
Emanuel Soarez.
Ferdinandus Vaſquius.
Fortunius Garſia.
Didacus à Segura.
Didacus Perez.
Franciſcus Vargas.
Guilielmus Douiatius.
Ioannes Bernardus Diazius.
Ioannes Garſia Galleeus.
Ioannes Lopez de Palatios Ruuios.
Ioannes à Royas.
Ioannes à Villalobos.
Ludouicus à Peguera.
Rodericus Soarez.
Vaſquius Pincianus.
Gregorius Lopez Madera.

FINIS LIB. DE HISTORIA IVRIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

LABORATORIO L. BOTTICHER
VIA DEL BOSCHETTO 87 - ROMA